ALPHONSI
SALMERONIS
TOLETANI,
E SOCIETATE IESV
THEOLOGI;

COMMENTARII IN EVANgelicam Historiam, & in Acta Apostolorum.

TOMVS OCTAVVS,

QVI DE DISPVTATIONIBVS Domini inscribitur.

PERMISSV SVPERIORVM.



COLONIAE AGRIPPINAE.

Apud Antonium Hierat, & Ioannem Gymnicum.

ANNO M. DCXIII.

Cum gratia & Priuileg. Sacræ Cæsar. Maiest.

PRAEFATIO AD LECTOREM.

Salomō Christum Dominū pulchre delineauit.



ALOMONEM illum Israelitici populi Regem, mirificè Christum Dei sapientiam, atque virtutem adumbrasse, eiusque typum ac figuram gestasse, multæ, ac illæ quidem præclaræ atque singulares rationes nobis abundè testantur. Nam vt ille ab adolescentia sua singulari sapientiæ munere à Deo fuit præditus atque ornatus; regnoque propterea administrando idoneus iudicatus, in quem omnium hominum oculi & animi coniecti, atque intenti essent, vt ad eum cum problematis & ænigmatibus, quò ea dissolueret atque explicaret, omnes vndique accurrerent, ad eum ferè modum si magna licet componere paruis, Dominus Iesus non ab adolescentia ac pueritia, sed ab ipsa statim infantia, seu potius ab ipso sanctissimæ conceptionis suæ momento, plenus fuit gratia, & sapientia, atque adeò Spiritu sancto; cuius sanè sapientiæ egregium & admirabile specimen in templo coram Sacerdotibus, & Doctoribus interrogando, atque respondendo, in pueritia sua edidit. Cæterùm vbi ad ætatem iam aptam & maturam ministerio Euangelizandi, doctrinæque suæ reconditos atque abditos thesauros dispensandi accessit, ingens factus est ad eum hominum concursus, graues, sublimesque disceptationes, & de rebus, quæ naturam totam, & intelligentiæ humanæ superant captum, congressus; in quibus ille acutè, & sapientissimè ad interrogata respondit, & argumentorum tela in ipsum coniecta, magna felicitate ac dexteritate in iaculatores retorsit: in aggrediendo verò & interrogando, tanta argumentorum mole, & veritatis splendore premebat atque obtuebat aduersarios, vt illis silentium repentinum imponeret, oraque ipsorum quasi offa iniecta obturaret; vt non semel Euangelia produnt. Adhæc vt Salomon, omnium Patrum consensu, tria librorum genera edidit, nimirum Prouerbiorum, Ecclesiastis, & Cantici Canticorum; in quibus ille varia argumenta tractauit: nam in illo Prouerbiorum, seu potius Parabolarum, singularia bene viuendi monita atque præcepta cuique hominum generi accommoda tradidit, & quasi paruulum de officijs per sententias erudiuit, vnde ad filium eius sermo crebrò conuertitur, dum sæpius addit, *Audi fili mi*: in altero verò, quem lingua Hebræa Coeleth, Græca Ecclesiasten, Latina Concionatorem dicere possumus, egregiè disserendo, falsas mundi, vulgique de beatitudine atque virtute opiniones, perniciosasque sententias insectatur, proprijsque rationi-

3. Reg. 4. & alibi.

Christi sapiētia insignia meridiani Solis luce clariora.

Luc. 2.

Salomonis trium, Prouerbiorum videlicet, Ecclesiastis, & Cantici canticorum, argumenta voluminum.

rationi-

rationibus refellit,& maturæ ætatis virum instituit, nec quicquam in mundi rebus putat esse perpetuum atque æternum;hinc crebra illa vox: *Et ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus.* Postremum librum,Cantici canticorum nomine inscripsit;nam cum multa millia carminum composuisset,illud,vt summũ & præcipuum inter alia habuit; quod videlicet excellẽtia argumenti de Sponso Christo incarnato, & Sponsa Ecclesia, deque illorum spirituali coniunctione cætera omnia eius cantica superaret & vinceret, vnde & quasi epithalamium quoddam nuptiarum illud cecinit: vbi Salomon consummatum virum,& proinde calcato iam seculo præparatum instituit, quomodo Sponsi iungatur amplexibus,& dicere valeat cum Sponsa: *Osculetur me osculo oris sui.* De his libris lib.3. Regum legimus: *Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas,& fuerunt carmina eius quinque millia. Et disputauit super lignis,à cedro quæ est in Libano, vsque ad hyssopum quæ egreditur de pariete: & disseruit de iumentis & volucribus,& reptilibus & piscibus. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis,& ab vniuersis Regibus terræ qui audiebant sapientiam eius.* Iesus quoque filius Syrach in libro Ecclesiastici de Salomone in hunc modum scribit: *Et impletus est quasi flumen sapientia, & terram retexit anima sua* (id est, naturas rerum terrenarum animus eius aperuit) *& replesti in comparationibus ænigmata: ad insulas longè diuulgatum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua. In cantilenis, & prouerbiis, & comparationibus & interpretationibus miratæ sunt terræ. Et in nomine Domini Dei tui est cognomen, Deus Israel,* (id est, scientes quòd omnia tibi data sunt à Deo, qui omnium est Deus per creationem, agnouerunt eum distinctius, quatenus est Deus Israel.) Hactenus ille.

Salomonis sapientia, eiusque nominis celebritas in toto orbe terrarũ.

Cant. 1. 3.Reg. 4.

Eccle. 47.

Rom. 9.

Quæ sanè etsi magnifica & sublimia esse videantur, vt Salomonis fama in admirationem mundum concitauerit: leuia tamen sunt, paruique momenti, si cum Christi magnificentia nominis atque famæ conferantur,vel si rationem sapientiæ eius, qualitatemque spectemus. Nam illa Salomonis magna ex parte terrena erat, id est, de lignis, omnisque generis animantibus, de moribus hominum instituendis,sapientique Rerum publicarum administratione. in qua ad miraculum vsque ille eminuit, vt iudicium illud de duabus meretricibus de filio inter se inuicem contendentibus ostendit: non tamen negauerim, illum quibusdam in locis, vt prophetam, mysteria Domini nostri præcinuisse,nempè incarnationis Domini,ac suæ cum natura humana desponsationis, prædicationis,& mensæ Eucharisticæ,& quorundam aliorum:in hac te tamen parcus fuit Salomon,vt in naturali rerum cognitione amplus & copiosus extitit. At verò Dominus, qui verus Deus simul,& homo est,sapientia diuina eadem cum Patre & Spiritu sancto,quę proptereà infinita est & incomprehensa,præditus fuit:idem etiam vt homo est, sapientiam habuit, cùm rerum omnium naturæ consentientium, tum naturam ipsam exuperantium, illaque cumulatissimè ornatus,atque tanquam caput,quod in omnia membra sua & electos debebat influere, refertus fuit: in prima tamen illa naturalium rerum scientia parcus fuit Dominus, nisi quatenus Euangelio deseruiebat, nec illorum, quorum peritiam Philosophi ambitiosissimè, & contentiosissimè vsurpabant,Doctor aut Magister esse voluit;ęternorum tamen & cælestium,& quę omnem humanum captum longè antecellunt, amplissimum magisterium iure suo vindicauit sibi,& inuictis rationibus,& admirandis signis ad se pertinere comprobauit.

Christi sapiẽtia cum illa Salomonis comparatio.

3. Reg. 3.

Salomon in quibus se prodiderit prophetam potius, quam doctorem, & quatenus.

Quam Dominus sapientiã, vt scientiam neglexisse videatur.

Dominus igitur Iesus Christus, qui sapientia tantùm excelluit Salomoni, quantum aquæ stillulæ immensus Oceanus, aut exiguæ candelæ

lumini

Idem qualis, Rex, & quantus ille fuit.

lumini radiantissimus ac meridianus Sol? in Rege pacifico, & templi Dei constructore, & plurimarum vxorum viro, sapientissimoque, pulchrè expressus est. Nam Dominus verus Rex non tantùm Israelis, sed vniuersi orbis extitit: pacem nouam; & omnem exuperantem sensum in mundum inuexit, de qua Propheta prædixerat; Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis; donec auferatur Luna: Ecclesiam Catholicam ex diuersis Gentibus coactam, in vnum verum Dei templum, in fidei vnitate, & Spiritu sancto construxit, dicente Apostolo, *Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo: in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino.* Psal. 71. Ephes. 2.

Christi coniugia, multò quam Salomonis meliora, prolesque numerosior.

Rursus hic sibi Ecclesiam vt Sponsam legitimam despondit, & indies multarum animarum de seculo ad se redeuntium, etiam ethnicarum & alienigenarum, sibi in sponsas copulare non cessat: vt non secus atque Moyses, qui ad nuptias Aethiopissam admisit; ita Christus infandis peccatis contaminatas animas, & idolorum cultu olim infames, sibi matrimonio iungat: vt quod dicitur de Salomone, quòd adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas & Sidonias, & Cethæas; quod sibi scandalo fuit & crimini; in Christo spiritaliter, cum summa eius gloria ac virtute, videamus impletum: ex quibus amplissimam bonorum operum prolem excellentius suscitat, quàm Salomon, qui vnum tantùm filium, eumque stultorum iuuenum consilia sequentem, Roboam, cuius etiam tempore regnum illius imminutum est, habere potuit; at verò Dominus Iesus polygamus tot deamans animas, & in sponsas assumens, edendi carmina & cantica spiritualia, quæ per Spiritum sanctum in cordibus fidelium inhabitantem indies canit, tanquam epithalamia quædam, merito autor existit: de quibus cantilenis Apostolus in Ephesiorum epistola scribit; *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria; sed implemini Spiritu S. loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino: Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi Deo & Patri.* Num. 12. 3. Reg. 11. Infr. 12. & seq. Ephes. 5.

Christi parabolarum cum parabolis Salomonis comparatio.

Parabolas verò innumeras, easque sensibus nostris illustrandis, & affectibus excitandis aptas, accommodatasque, ad diuina verò mysteria explicanda cum primis congruas atque conuenientes edisseruit: de quibus præcedenti libro latè, pro nostra tenuitate, sumus philosophati. Disceptationes porrò plurimas, non vnius, aut alterius, sed diuersorum thematum, neque paruas aut leues, sed maximè arduas atque sublimes habere compulsus fuit, in quibus sibi cedere, herbamque porrigere suos aduersarios coegit: in quibus tantos diuinæ sapientiæ thesauros aperuit, vt omnes vno ore dicere compellerentur: *Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia quæ data est illi, & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur?* & *Quomodo hic literas scit, cùm non didicerit?* Atque in ea re profectò agnosco typum Reginæ Sabæ, cuius ænigmata & problemata Regi Salomoni proposita, pulcherrimè ab eo explicata fuerunt: *Et docuit* (inquit Scriptura) *eam Salomon omnia verba quæ proposuerat: non fuit sermo qui Regem posset latere, & non responderet ei.* Quod sanè in figura gestum ei accidit. Nam & ad Christum venit Ecclesia de Gentibus multo comitatu, & diuitijs, & auro infinito nimis, & gemmis pretiosis stipata: id est, varijs disciplinarum & scientiarum thesauris instructa. Cuius ænigmata obscura, & quæstiones difficiles & planè intricatas, & omnia quæcunque erant in corde suo, facili & lucido ordine dissoluit: muneraque allata libenter accepta- Marc. 6. Ioan. 7. 3. Reg. 10.

Regina Saba à Salomone de rebus ob scurissimis edocta, quem typum gessit.

Quid munera eiusdem oblata Regi Salomoni.

uit; quatenus Ecclesia Christi omnium disciplinarum, & humanarum scientiarum chorum complexa; illa omnia Christi fidei atque doctrinæ ornandæ atque explanandæ adhibere solet. Quis enim ignorare queat, quanta fuerit in veteribus illis & primis Ecclesiæ Patribus ad Fidem euocatis, tum Platonicæ, tum Peripateticæ philosophiæ singularis cognitio, quanta eloquentiæ facultas & splendor, quanta ex Poetis, Historicis, Oratoribus, alijsque Scriptoribus, tum Græcis, tum Latinis, supellex? denique quanta disciplinarum artiumque liberalium amplitudo, copia, & ornamentum? Testari hoc abundè possunt nobis Clementes tum Romanus, tum Corinthius, tum Alexandrinus, Dionysij Areopagitæ, Aristides, Quadrati, Iustini, Irenæi, Tertulliani, Cypriani, Arnobij, Lactantij, Basilij, Gregorij Nazianzeni, Chrysostomi, Ambrosij, Hieronymi & Augustini: vt nescias discernere, maiores ne & doctiores in sacrarum cognitione literarum, an verò in secularibus, externisque disciplinis extiterint; nam in vtrisque præter modum videntur instructi, & perpoliti.

Disceptatoria cur sit Christi doctrina.

Voluit igitur Dominus totam suam doctrinam in disceptationem vocare, & ad cotem disputationis exacui atque examinari, vt omnia, quæ in ea doctrina continentur, à Deo profecta esse, veritatique ipsi quam maximè niti atque rationi intelligamus; vt de ipsis possit intelligi illud propheticum: *Eloquia Domini, eloquia casta: argentum igne* (scilicet disputationis) *examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum*, id est, ab omni terreno errore perfectè purificatum. Ita enim natura comparatum est, & præclari inter Philosophos tradiderunt, nullam rem satis compertam atque comprehensam à nobis haberi posse, nisi prius in controuersiam adducta hinc inde agitetur & ventiletur; eaque omnia, quæ in ipsam obijciantur, quæque vim & pondus auditores habeant promouendi, rectè dissoluantur atque diluantur. Nec ob aliam, vt existimo, caussam Gentiles Palladem, siue Mineruam, tum armis & bellicæ disciplinæ, tum etiam scientiarum & ingenuarum artium comprehensioni præfecerunt; quàm quò intelligeremus, ingenuas disciplinas tunc nos posse adipisci, cum & falsitatem conuincere, & ea, quæ contra veritatem opponuntur, refellere atque confutare valuerimus: neque minus gloriosos esse triumphos, quos ex literarijs congressibus consequimur, dum aduersarium vincimus; quàm quos ex hostibus bello domitis comparamus. Vnde nos vt certam & indubitatam veritatem habere consueuimus, quæ aduersariorum telis petita, non solùm succumbere non nouit, sed etiam illustrior & confirmatior ex ipsa disputatione emersit, claraque in lucem emicuit: ita de Euangelica doctrina prorsus est sentiendum: vt meritò vniuersus orbis tantis fidei Christi veritatibus, & supra rationem & naturam positis, sponte se subdiderit; atque hac etiam de caussa à Concilio Generali, vel à Romano Pontifice, summo Ecclesiæ pastore & gubernatore, definiri legitimè nihil solet, nisi graues vt plurimum præcedant disceptationes, & argumentationes in vtramque partem; sine quibus non solùm nihil Catholicè decidi, sed potius Deum tentari crederemus. Hinc in Concilio illo primo Apostolorum Ierosolymis celebrato legitur: *Conueneruntque Apostoli & seniores videre de verbo hoc. Quum autem magna conquisitio fieret:* siue, vt Græca vox habet, *magna disceptatio*; quæ sanè de more Ecclesiæ, tractanda atque in Fide discernenda præire debet.

Psal. 11.

Eloquia Domini quomodo argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum, teste Propheta.

Palladis, seu Mineruæ sciētijs præsidentis fabula cur finitur veterum.

Res Fidei definiendæ præuijs disputationibus cur sint.

Act. 15.

Quamobrem cum disputationum Christi tractatio singulare sibi vendicet ac peculiare sapientiæ diuinæ lumen, pleraque iocunditatis ac vti-

Cur hic octauus liber de disputationibus inscribitur.

litatis plena contineat documenta, operæpretium ab initio esse duximus, specialem & integrum librum illi assignare, in quo vniuersas Domini nostri disceptationes, siue cum Apostolis & Discipulis suis, siue cum Pharisæis & Iudæis illi aduersantibus, siue denique aliorum inter se de Christi vita, doctrina, morte, & signis ortas, & in Euangeliorum libris comprehensas, complecteremur, atque luculenter interpretaremur. Quod vt magis explicatum reddamus, prudens lector, cum asserimus, nos, omnes eiusmodi disputationes velle hoc libro comprehendere, rectè intelligendum esse volumus. Nam ab hoc libro multa subtrahimus, & in primis illa, quæ puer in templo egit, & disputauit: nam quale fuerit illius congressus argumentum, ex Euangelio satis constare non potest, etiamsi nonnulli diuinare potius, & coniectare potuerint quædam à ratione, & pietate non abhorrentia. Tantùm ex eo colligere certò licet admirationem magnam omnium concitasse eius intelligentiam, & responsa. Deinde quicquid Dominus vel in cœna cum discipulis, vel in passione cum Caipha, & Pilato, & Herode, vel cum ipsis Iudæis de ipsa Christi morte disceptantibus egit, vel post resurrectionem cum Apostolis disseruit, illa omnia ab hoc loco excludimus, & in proprios libros reijcimus. Eas ergo tantummodo, quas Christus post susceptum à Ioanne baptismum, cum Iudæis vel discipulis suis, aut cum alijs disputationes habuit, vel alij propter Christum inter se habuerunt, hoc octauo libro perstringendas esse censuimus. Sed hæc ita præstitimus, vt intelligas multas esse prioribus libris, quos de miraculis, vel de parabolis Domini, inscripsimus, insertas concertationes. Nam cum insidiose & malo animo plerunque interrogaretur Dominus, vel per parabolam aliquam tectè respondebat, vel signum aliquod, quo illorum superbiam comprimeret, & arrogantiam, edebat: vt mirum prudenti lectori esse non debeat, si quædam parabolica etiam in hoc libro explicentur: quoniam respondendi gratia à Domino sunt proposita, vt sunt illa: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem:* Et, *Nunquid possunt filij Sponsi lugere, quamdiu cum illis est Sponsus?* Et, *Nemo immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus.* Et infra: *Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres.* Rursus obiectantibus Iudæis, quod in Beelzebub eijceret dæmones, respondit multis parabolis, vt hæc: *Omne regnum diuisum contra se, desolabitur:* Et, *Cum fortis armatus custodit atrium suum.* Item: *Quum immundus spiritus exierit ab homine:* hæc enim parabolas cap. 3. vocat Marcus, sunt enim pleraque quæ & partim parabolica, partim historica sunt, & in decertatione à Domino producta, ac proinde in quouis illorum librorum, qui illis rebus peculiariter assignantur, non explicantur. Nemo itaque miretur, si quædam ex his, quæ hoc libro continentur, in alijs locis, in quibus edisseri poterant, non pertractentur: rursus alia quædam alibi elucidentur, quæ poterant in hunc librum commode transferri: nam ob eandem causam tentatoris dæmonis cum Domino congressionem, quæ & ad hunc librum, & ad illum de miraculis, ob ieiunium quadraginta dierum, & ad historiam spectabat, consultò reiecimus in quartum librum: quemadmodum disceptationem Domini cum Samaritana de loco adorationis, ne filum illius pulchræ historiæ interrumperemus, inter historica recensuimus. Illud certè admonendum lectores putamus, bonam partem disputationum Domini, quæ apud Ioannem Euangelistam à 3. cap. vsque ad 10. inueniuntur, nos hoc loco expedire, quemadmodum initio libri index ipse appositus indicabit. Sed ante omnia, quædam de arte disputandi, atque eius vtilitate, & formis argumentorum, quibus vsus est Christus, & de locis, vnde nobis efficaciter petenda

Disputationes Domini quæ in eo libro, & quare prætermissæ fuerint.

Christus malo animo se interrogantes, dupliciter confutabat.

A quibus hic liber parabolicis sermonib. Christi minime abhorreat.

Argumentum huius libri.

Luc. 2. — *Matt. 26. & 27. & seq. & libr.* — *Matt. 15.* — *Matth. 9.* — *Matt. 12.* — *Luc. 11.* — *Ibid.* — *Matt. 4.* — *Ioan. 4.*

sunt argumenta: & quibus potissimùm, quam solidis rationibus inuicta stet Christianæ religionis veritas, in genere differendum erit: quemadmodum in cæteris libris generalia quædam documenta illis opportuna præmisimus. Hæc sunt de quibus nobis esse præfandum, operæ pretium esse existimauimus, candide lector: exordiendum ergo nobis ab his, quæ Dominus noctu disputauit de Sacramento regenerationis cum Nicodemo; & de conflictu discipulorum Ioannis cum magistro suo super purificatione, siue baptismi Sacramento, eo quod Dominus Iesus plures faceret discipulos, & baptizaret, quam Ioannes. Bene vale ergo; & labore nostro libenter fruere.

Ioan. 3.

Ibidem.



INDEX TRACTATVVM
QVI IN HOC VOLVMINE
CONTINENTVR.

TRactatus primus, de artis differentiis vtilitate, & formis argumentorum, quibus præsertim vsus est Dominus, & Euangelistæ pag. 1.

Tract. II. De locis vnde petenda sint firma argumenta verbi Dei interpreti & doctori: siue in concertatione cum altero agat, siue de suggestu verbum Dei proponat, & interpretetur pag. 7.

Tract. III. Quibus potissimum rationibus, & quam solidis, inuicta religionis Christianæ veritas nitatur, ostensio. pag. 15.

Tract. IV. De disputatione Domini cum Nicodemo de mysterio regenerationis: & habetur tantum Ioan. 3. pag. 24.

Tract. V. De disceptatione Domini cum Nicodemo, in illa verba: *Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex Spiritu, &c.* pag. 35.

Tract. VI. De eadem Domini cum Nicodemo disceptatione, in illa verba: *Respondit Nicodemus, & dixit ei, &c.* pag. 48.

Tract. VII. De eadem Domini cum Nicodemo disceptatione, in illa verba: *Sic enim Deus dilexit mundum, & Filium suum, &c* pag. 48.

Tract. VIII. De eadem Domini cum Nicodemo disceptatione, in illa verba: *Non enim misit Deus Filium suum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum, &c.* pag. 63.

Tract. IX. De disceptatione Ioannis Baptistæ cum discipulis suis super baptismo Christi: de qua Ioann. 3. dicitur: *Facta autem est quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione, &c* pag. 69.

Tract. X. De disceptatione Domini cum discipulis Ioannis, & Pharisæorum de ieiunio. Et habetur Matt. 9. Mar. 2. Luc. 5. pag. 79.

Tract. XI. De disceptatione Domini cum Iudæis post sanatum paralyticum ad piscinam. Et habetur Ioan. 5. pag. 85.

Tract. XII. De eadem disceptatione Domini cum Pharisæis post sanatum languidum ad piscinam, in illa verba: *Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, &c.* pag. 94.

Tract. XIII. Eiusdem disputationis Christi cum Iudæis post languidum sanatum ad piscinam, in illa verba: *Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum, &c.* pag. 99.

Tract. XIV. De disceptatione Domini cum Pharisæis, contendentibus Sabbatum violatum à discipulis, eiusquod in eo vellerent spicas ad edendum. Et habetur Matth. 12. Marc. 2. & Luc. 6. pag. 105.

Tract. XV. De disceptatione Domini cum Pharisæis post curatum dæmoniacum, cæcum & mutum. De quo Matt. 12. Mar. 3. Luc. 11. pag. 113.

Tract. XVI. De eadem disceptatione Domini cum Pharisæis, in illa verba: *Ideo dico vobis, omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur, &c.* pag. 119.

Tract. XVII. De disceptatione Domini cum Pharisæis signa de cœlo petentibus, Matt. 12. & Luc. 11. pag. 127.

Tract. XVIII. De eadem disceptatione Domini cum Pharisæis, in illa verba: *Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, &c.* pag. 135.

Tract. XIX. De disceptatione Domini cum Capharnaitis, in qua disserit de manducando pane cœlesti. Et habetur Ioan. 6. pag. 140.

Tract. XX. De disceptatione Domini cum Capharnaitis, de qua disserit de pane cœlesti manducando, in illa verba: *Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis viuus, &c.* pag. 149.

Tract. XXI. De eadem disceptatione Domini cum Capharnaitis de pane vitæ edendo, in illa verba: *Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Vbi nonnullis, & solidis quidem rationibus ex ipsorum verborum Christi contextu desumptis, euincitur de Eucharistię Sacramento sermonem à Domino habitum fuisse, ac proinde ex magnificentissimis illis Iesu promissis veram, solidam, ac realem Christi Domini præsentiam in Eucharistia apertissimè ostendi, atque demonstrari. 155.

Tract.

Tract.XXII.De eadem disceptatione Domini cum Capharnaitis,in illa eadem promissionis Christi verba: *Et panis quem egó dabo,&c.*pag.163.
Tract.XXIII. De eadem disceptatione Domini cum Capharnaitis de pane vitæ edendo, in illa verba: *Litigabant ergo Iudæi adinuicem dicentes,&c.* Vbi 24. rationes adducuntur, duodecim quidem ex ipso Euangelico contextu, duodecim vero aliunde petitæ, ad probandum,in hoc cap.6.Ioan.disputationem esse habitam de Sacramento Eucharistiæ 171.
Tract.XXIV. De disceptatione Domini cum Capharnaitis de pane vitæ edendo, in illa eadem verba: *Nisi manducaueritis carnem,&c.* Quorum verborum catholicus, & germanus sensus producitur: ac que per illa arctari laicos ad communicandum sub viraque specie,ostenditur 190.
Tract.XXV.De eadem Domini cum Capharnaitis disceptatione, in quo omnia argumẽta diluuntur eorum,qui existimant cap.6.Ioannis nihil continere de Sacramento Eucharistiæ pag. 201.
Tract.XXVI.De disceptatione Domini cum Capharnaitis,in illa verba: *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem,&c.*pag.218.
Tract.XXVII.De eadem disceptatione Domini cum Capharnaitis,in illa verba: *Sciens autem Iesus apud semetipsum quia murmurarent,&c.*223.
Tract. XXVIII. De disceptatione Domini cum Pharisæis, eo quod illotis manibus Apostoli panem manducarent.Et habetur Matt. 15.pag.203.
Tract.XXIX.De eadem disceptatione Domini cum Scribis, & Pharisæis, eo quod Apostoli illotis manibus panem manducarent,in illa verba: *Et conuocatis ad se turbis,dixit eis, Audite,& intelligite,&c.*pag.237.
Tract. XXX. De disceptatione Domini cum Pharisæis,& Sadducæis petentibus signa de cœlo:& habetur Matt.16.Marc.8.pag. 247.
Tract.XXXI.In quo Dominus altero die post transfigurationem, respondit interrogationi trium Apostolorum: *Quid ergo Scribæ,&c.*pag.253.
Tract.XXXII. De disceptatione Domini cum fratrib. suis exhortantibus ipsum, vt ascenderet ad diem festum,de qua Ioan.7.disseritur pag.259.
Tract.XXXIII. De eadem Domini disceptatione cum fratribus suis cohortantibus ad ascẽsum in die festo,in illa verba: *Non potest mundus odisse vos,&c.*Ioan.7.¶ Et de reprehensione discipulorum,qui,eo quod non reciperentur in castro quodam Samaritanorum, volebant illis imprecari, vt ignis descenderet de cœlo,&c.Luc. 9.pag.265.
Tract.XXXIV.De disceptatione Domini cum Iudæis, postquam venit ad festum Scenopegiæ Ioan.7.pag. 271.
Tract.XXXV.De eadem Domini disceptatione cum Iudæis in festo Tabernaculorum,in illa verba: *Nonne Moyses dedit vobis legem,& nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Respondit turba,& dixit,dæmonium habes,&c.*Ioan.7. pag. 280.
Tract.XXXVI. De disceptatione Domini cum Iudæis, mittentibus ministros, vt apprehenderent eum,& habetur Ioan.7.pag.285.
Tract.XXXVII.De disceptatione Domini cum Iudæis in nouissimo die magnó festiuitatis Tabernaculorum,& de disceptatione Pontificum, & Iudæorum cum ministris, q. Iesum comprehensum non adduxerint,& habetur Ioan.17.pag.290.
Tract.XXXVIII.De disceptatione Domini cum Scribis,& Pharisæis adducentibus ad se, & accusantibus mulierem in adulterio deprehensam:& habetur Ioan.8.pag.297.
Tract.XXXIX.De disceptatione Christi cum Iudæis litigantibus cum eo,quod de se ipso testimonium perhiberet,cum dixit: *Ego sum lux mundi,&c.*Ioan.8.pag.307.
Tract.XL.De disceptatione Domini cum Iudæis, quando dixit: *Ego vado, & quæritis me, &c.*Et habetur Ioan.8.pag.313.
Tract.XLI.De disceptatione Domini cum Iudæis,quando dixit: *Si vos manseritis in sermone meo,verè discipuli mei eritis,&c.*Ioan.8.pag.319.
Tract.XLII.De disceptatione Domini cum Iudæis: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ioan. 8.pag.329.
Tract.XLIII.De disceptatione cum Iudæis in festo Encœniorum Ioan.10.pag. 338.
Tract.XLIV.De eadem Domini disceptatione cum Iudæis in festo Encœniorum, super illa verba: *Ego & Pater vnum sumus.Sustulerunt ergo lapides Iudæi,vt lapidarent eum,&c.*& habetur Ioan.10.pag.345.
Tract.XLV.In quo Dominus respondit quærenti,si pauci sunt qui saluantur pag.351.
Tract.XLVI.De disceptatione Domini cum Pharisæis de indissolubili matrimonij nexu,

& ha-

& habetur.Matth.19.Marc.10.Luc.16.pag.357.
Tract. XLVII. De disceptatione Domini cum Pharisæis super insolubili vinculo matrimonij,ibid.pag.368.
Tract. XLVIII. De disceptatione Domini cum Pharisæis de matrimonij arctissimo nexu in causa fornicationis.Matth.19.pag.377.
Tract.XLIX.De disceptatione Domini cum Phariseis,de nexu perpetuo matrimonij,ibidem pag.383.
Tract.L.De disceptatione Domini cum Phariseis de indissolubili matrimonij vinculo super illa verba: *Dicunt ei discipuli eius, Si ita est causa hominis cum vxore,non expedit nubere. Qui dixit illis,non omnes capiunt verbum istud,&c.* Matth.19.pag.389.
Tract. LI. De disceptatione adolescentis diuitis, quem Dominus Iesus ad perfectionem inuitauit: & habetur Matth.19.Marc.10.Luc.16.pag.398.
Tract. LII. De disceptatione Domini cum diuite adolescente, quem inuitauit ad statum perfectionis: & habetur Matth.19.pag.409.
Tract.LIII.De disceptatione Domini cum diuite adolescente,in illa verba *Amen dico vobis, quia diues difficilè,&c.* pag.420.
Tract.LIV.De consultatione Pontificum, & Pharisæorum inter se post Lazarum suscitarum,de perdendo Domino: & habetur tantum Ioan.11.pag.424.
Tract.LV.De disceptatione Domini cum Iudæis, quando Gentiles eius videndi desiderio tenebantur,vt illi per Andream & Philippum est significatum: & habetur Ioan.12. pag. 434.
Tract.LVI De disceptatione Domini cum Iudæis,in illa verba,*Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc,&c.* Ioan. 12. 442.
Tract.LVII.De disceptatione Domini cum Iudæis in die Palmarum,in illa verba.*Cum autem tanta signa fecisset coram eis,non credebant in eum: vt sermo Esaiæ, &c.* vsque in finem capitis 12.eiusdem Ioan.pag. 449.
Tract.LVIII.De disceptatione Domini cum Pharisæis in templo in die Palmarum, super illa verba: *Et cum venisset in templum,accesserunt ad eum docentem Principes Sacerdotum & seniores populi,dicentes,in qua potestate hæc facis?&c.* Matth.21.Marc.11.& Luc.20.pag.456.
Tract.LIX.de disceptatione Domini cum Pharisæis,& Herodianis de tributo dando Cęsari: & habetur Matt.22.Marc.12.pag.460.
Tract.LX.De disceptatione Domini cum Saducæis, proponentibus quæstionem de muliere quæ septem viris nupsit,cui in resurrectione sit tradenda: & habetur apud Matth. c.22.Marc.12.pag.486.
Tract.LXI.De disceptatione Domini cum Saducæis de resurrectione.472.
Tract.LXII.De disceptationi Domini cum Pharisæis de maximo mandato: & habetur Matth.22.Marc.12.pag. 480.
Tract.LXIII.De disceptatione Domini cum Pharisæis de maximo mandato, in quo præcipue explicantur verba primi mandati dilectionis Dei,ibid.pag.489.
Tract.LXIV.De disceptatione Domini cum Pharisæis de maximo mandato:vbi explicatur: *Diliges proximum tuum sicut teipsum*,pag.494.
Tract.LXV.De disceptatione Domini cum Pharisæis, quibus proponit quæstionem de Christo cuius filius sit.Et habetur Matt.22.Marc.12.Luc.20.pag.498.
Tract. LXVI. De disceptatione in concilio Pharisæorum habito ante biduum Paschæ, consilioque inito cum Iuda de prodendo Domino,in illa verba: *Et factum est quum consummasset Iesus sermones hos omnes dixit discipulis suis, Scitis quia post biduum Pascha fiet,& Filius hominis tradetur vt crucifigatur,&c.* Et habentur Matt.26. Marc.14.& Luc.22.pag.502.


Licen-

Licentia P. Visitatoris.


GO Stephanus de Hoieda, Societatis Iesu in Prouincia Toletana Visitator, potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre Claudio Aquauiua, Præposito nostro Generali, facultatem concedo, vt octauus Tomus Patris Alfonsi Salmeron (vnius è primis nostræ Societatis) continens disputationes cum Iudæis & Pharisæis à Christo habitas, & grauium, doctorumque hominum nostræ Societatis iudicio approbatus typis mandetur: in cuius rei fidem has literas manu nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas dedimus, Murtiæ die 21. Octob. Anno 1599.

Esteuan de Hoieda.

Approbatio.


Vbente Regio Senatu legi octauum Tomum, Qui de disputationibus Domini inscribitur, *autore Patre Alfonso Salmerone è Societate Iesu, viro religione & sapientia clarissimo: & nihil inueni in eo, quod esset Catholicæ Fidei, sanctis Ecclesiæ moribus, aut antiquorum Patrum, & scholasticorum Theologorum communi doctrinæ dissentaneum, sed potius magna cum voluptate inter legendum admirabar autoris ingenium, & eruditionem suis omnibus numeris perfectam, linguarũ peritiam, diuinarum, humanarumq́ disciplinarum copiam, sermonis puritatem, perspicuitatem in docendo, in disputando acumen, in definiendo iudicium, & in arduis sacræ Scripturæ locis explicandis dexteritatem, verborum elegantia perpolitam: quibus dotibus Alfonsus noster luculentus & opulentus fluit, & aurei cuiusdam fluminis instar omnes omnium antiquorum & recentiorum scriptorum opes secum euoluit ac defert. Dignum ergo censeo librum hunc, qui in lucem prodeat, maximo cum fructu lectorum eorum præcipuè, qui germanæ intelligentiæ sacrorum Bibliorum studio incitati ad veriorem & reconditiorem ipsorum cognitionem cupiunt pertingere. Madriti, in collegio S. Thomæ Aquinatis, tertio Nonas Decembris 1599.*

Frater Hieronymus Almonacir.

R.P.

R. P. ALFONSI SALMERONIS TOLETANI, THEOLOGI E' SOCIETATE IESV, COMMENTARIORVM IN EVANGELIA & Acta Apostolorum.

LIBRI OCTAVI,

TRACTATVS I.

De Artis differentis vtilitate; & formis argumentorum, quibus præsertim vsus est Dominus; & Euangelistæ.

Dialecticæ differendine artis vsus, necessitas.



VAM sit cæteris omnibus liberalib. disciplinis atque scientijs, tùm ad cõtemplationem, tùm ad actionem administrationemque Reipublicæ spectantibus, differendi ars accommoda, vtilis atque necessaria, vel me ipso tacente, poteras prudens Lector, per te ipsum intelligere: quis enim ignoret, discipulos nihil solidi posse addiscere atque percipere in quacumque facultate, sine præsidio & patrocinio illius artis, quæ certas disputandi regulas tradit? Quis etiam nesciat, nullum præceptorem rectè alios posse instituere, nec certa aliqua methodo, quæ intelligit, alijs communicare, nisi differendi ratione, vt verum à falso discernere valeat, præeunte, & lucem administrante. Nullam itaque ingenuam disciplinam nobis comparare, aut comparatam retinere sine illa rectè valemus. Nam cùm mens nostra, propter luminis intelligentiæ tenuitatem, ac debilitatem, facilè & à seipsa decipi, & ab alijs circumueniri possit, magnum sit oportet hoc dilecticæ artis donum, cuius adiumento certum disputandi cursum, & tenorē obseruantes, magna cum luce veritatis, & animi nostri iocunditate atque voluptate, vel ad refellendam alterius falsitatem, vel ad veritatem nostram alijs indicandam, atq; persuadendam progredimur. Hinc Plato in dialogo, qui Phœdrus inscribitur; *Videtur*, inquit, *non iniuria Pericles, Oratorum omnium perfectissimus extitisse. Magna enim quælibet artes exercitatione dialectica, contemplationeq́, sublimium in natura rerum indigent: ipsa enim mentis sublimitas, & vis efficax in qualibet re perficienda, hinc quodammodo proficisci videntur: quod Pericles ad ingenij acumen adiunxit.* Sic Plato. Et in dialogo De Iusto, statuit legem esse ferendam in Republica, qua iubeantur discentes eam potissimùm disciplinam capessere, ex qua ad interrogandum ac respondendum, vt scientem decet, aptissimi sint: quæ est Dialectica. Rursus Diogenes Laertius in vita Platonis ait: *Vt olim tragediam primùm quidem chorus solus agebat, postmodum verò Thespis vnum inuenit histrionem, vt chorus interdum requiesceret, secundum posteà Aeschylus adiecit, & tertium Sophocles, atque in hunc modum tragœdia consummata est: ita & Philosophia ratio dudum circa vnam tantùm Physicæ speciem versabatur. Accessit Socrates, & adiecit Ethicen. Tertiam Plato Dialecticen addidit, & consummato Philosophiæ operi extremam manum apposuit.* Sic ille.

Pericles oratorum cur omnium perfectissimus, Platonis testimonio.

Diogenes li. 3. de vita Philos.

Vt tragœdiã, ita & Philosophiam quis penitus absolue- runt.

Erit igitur huius artis munus non sic scientias alias inuenire: eius tamen & scientias inuentas non solùm fouere ac locupletare; verum etiam certa methodo moderari, atque explicatè tradere, atq; in eis moderandis clauum tenere quodammodo. Nam vt in exercitu magnis copijs instructo, non tantis est bellica militum fortitudo atque disciplina, nisi aliquis adsit imperator, qui etsi ipse nō pugnet, certa tamen ratione & prudentia quomodo prælium ad comparandam victoriam ineatur, præstet, cuius profectò magna pars ad ipsum moderatorem exercitus potissimum spectat; nisi velis totam illi tribuere, sine cuius consilio & sapientia omnia impetu quodam, & sine ratione gererentur: idem profectò in quibuscunque literarijs congressionibus præstat Dialectica: nam illa rationem ac modum perscribit, quo ad certam palmam obtinēdam disputando perueniatur: nemo igitur victoriæ comparatæ parte eam defraudare debet, quæ hoc effecit vt vinceret. Hinc Cicero lib. 1. De finibus desiderat in Epicuro Dialecticam, nudumque illum atque inermem vocat, quòd definitiones tolleret, de diuidendo ac partiendo nihil doceret: non quomodo efficiatur, concludaturq́; oratio trade-

Dialecticæ munus proprium.

Eiusdem beneficium in omnes liberales disciplinas. Epicurus cur inermis Ciceroni.

tradeter: non qua via captiosa soluerentur, vel ambigua distinguerentur, ostenderet. At in lib. De claris oratoribus, Seruium Sulpitium vniuersis eius memoriæ Iurisperitis præferebat: *Qui, inquit, nunquam ad tantam scientiam peruenisset, nisi Dialecticam didicisset.* Cùm igitur tantæ sit vtilitatis & dignitatis eius artis cognitio; cuius, sicut & Rethorices, semina quędam à natura Deus nobis indidit (ob id enim homo dicitur ζῷον λογικόν, hoc est, animal ratione & sermone præditum, quòd nimirum ratiocinandi & loquendi facultatem solus inter cuncta animantia sit nactus) vt interdum videamus quosdam, siue artifices, siue agricolas, natura duce, & aptè, & ornatè, & ad rem ipsam dicere; quosdam acutè & neruosè disserere, & quod velint, vel impugnare grauiter, vel efficaciter confirmare atque concludere: hæ namque duę disciplinæ tam affines, & coniunctæ inter se sunt, vt (quod rectè ex Zenone accepit Aristoteles) Rhetorica explicatæ palmę, complicatæ sit persimilis Dialectica: nam quod illa fusiori & politiori sermone præstare consueuit, hæc concisiori, contractiorique verborum structura rem totam complectitur atque comprehendit. Sed profectò etsi à natura insita quædam harum artium semina habeamus, plurimum tamen adiumenti atque præsidij ars adferre consueuit: nam quantũ fructuum bonitate, atque pręstantia terra aratro exculta atque seminata, rudi atque inaratæ præcidere solet; tantum certè ingenia facultate hac instructa atque expolita cæteris, quæ suapte natura tantùm, & absque artificio philosophantur, præstare dignoscũtur. Certè de Dialectica ita sensisse Stoicos, scribit Diogenes Laertius: *Enimuero Philosophiam animanti similem dicunt, ossibus ac neruis Logicen, carnibus Ethicen, anima Physicen conferentes. Siue rursus ouo, esse quidem superficiem, (id est, testam) Logicen, sequentia Ethicen, intima & penitus abstrusa Physicen. Sunt qui agro frugifero, quippe circumiectam sepem Logicen, fructum Ethicen, humum, ac arbores Physicen. Nonnulli ciuitati maris optimè septę, ac pulchra ex dignitate administrata.* Sic illi.

Porrò inter omnes nationes nulla magis in Rhetorica, atque Dialectica suos adolescentes instituere atque exercere consueuit, atque Christiana: quod aliarum gentium religio, & doctrina lucem disputationis fugiat, & argumentis contra eam adductis, tàquam in igne posita colliquescat atque contabescat: quod vafer ille & impurissimus hominum Mahometus intelligẽs omnem legis disceptationẽ cum exteris, grauissimis pœnis suis interdixit. Nam vt omnis qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius: ita omne falsum & mendax in publicum prodire erubescit: nec tamen Mahometus à suæ sectę professoribus illud obtinere potuit. Nam & auerroes & Auicenna; viri in Philosophia & Peripatetica disciplina celebres illustresque quędam præcipua suæ religionis, seu potius superstitionis capita infecta sunt, & scriptis suis reprobarunt. At vero Christiana religio, cuius professores omni poscenti rationem de ea, quæ in nobis est, Spe, & Fide, eam reddere debent, meritò his artibus à iuuentute vacat: non quod sine eius adminiculo per homines à Spiritu sancto instructos respondere, & argumentari nostri non valeant: sed vt Dei munera artium harum fulta præsidio maiori luce splendeat, & in disputatione emineant: nam vt gratia Dei naturam, ita neque artem destruit; sed perficit potius. Vnde & Moyses, & Daniel eruditi dicuntur extitisse in omni scientia Ægyptiorum, & Chaldæorum: B. Catharina, virgo singularis, & martyr, cùm liberalibus disciplinis erudita esset, illustrem de Fidei hostibus, & sapientissimis viris triumphum retulit: vt interim omittam Iustinos, Athanasios, Basilius, Gregorios Nazianzenos, & alios plerosq; non solùm in Dialecticis palæstris, sed etiam in Rhetoricis exercitatissimos & florentissimos viros: vt tantus eorum splẽdor inuidiam concitauerit apud Iulianum Imperatorem, qua legem tulit, ne harum liberalium artium, & ingenuarum disciplinarum scholæ Christianis hominibus paterent, easue discerent, vel docerent: vt historia refert Tripartita, & Augustinus libr. 18. De ciuitate Dei. Hæc autem impietas aptè in Philisthæorum aduersus populum Domini machinatione præmonstrata est: qui vt populum Dei tyrannide sua pacificè possiderent, artem fabrilem de terra Israelitica abstulerat, 1. Reg. 13. cauentes ne Israelitæ hastam, aut gladium, quibus se aduersus illos tueri possent, haberent. Hos Philisthæos, & Iulianum Apostatam secuti sunt impudentes quidam nostri sęculi hæretici, qui liberales artes, & scholas, in quibus illæ traduntur, summo odio, maledictisque & blasphemijs incessere non cessant, non alio sanè consilio quàm Iulianus: quod earum disciplinarum perceptione eorum technæ dolique in argumentando, & sophismata penitus detegerentur, & in ostentum perspicienda exhiberentur: fucum quoque suæ impietati prętexebãt, non decere Christianam simplicitatem hominum argutijs ac strophis implicari. Sed sanè salubre est cõ-

silium

Homo cur ζῷον λογικόν, à Græcis nominatus.

Zeno Rhetoricam explicatæ, Dialecticã vero compressæ pugnum manu, cui similé dicebat.

Arist. lib. 1. Rhetor ad Theod instito. Cicero lib. 2. De finib. Quintil. lib. 2 cap. 11.

Stoicorum de Physice, Logice, Ethiceque sententia.

Diog Laer li 7. de vitis Philosophorum.

Earundem alia comparatio.

Eloquendi, ratiocinandique scientiam Mahometus quare suis interdiait vulpes ille callidissimus.

Ioan. 3.

Quos per se Mahumetus cultores lex illa ... va... .

1. Pet 3.

Omnium gentium ... Christiana religio ... toricæ atque Dialecticæ ... operam.

Act. 7. Dan. 1.

Cum ijs artibus, & al... multis, ... & Diuinis instructissimos quos ... habuerit religio Christiana.

Quo spiritu impulsus Iulianus Apostata C... ... ab optimarum studijs abarcebat.

Lib ... cap. 17 Aug. ... de ciui... ... cap. 12 ...

... dulcamara ... ... & sy...

Quæ ars atque disciplina maximè addiscenda, sitque dignissima. Ioan 3.

filium illam artem addiscere, quæ hæreticorum fraudes detegit, nodos dissoluit, laqueos aperit, persuasiones nullas ostendit. Nam vt omnis, qui bene agit, amat lucē, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta: ad hunc modum veritas (quæ virtuti non secus est coniuncta, atque vitio falsitas) Christianę Religionis solidissimis & fortissimis nixa firmamentis lucem amat, in publicum prodit, ignem examinis non fugit, argumenta in contrarium obiectantibus neque terga vertit, neque cedit, neque succumbit vnquam; neque aut virtute Dei, aut signo, si sit opus, aut sapientiæ lumine, aut rationū pondere destituitur: vt Martyrum certamina, & Doctorum Ecclesiæ congressus cum hostibus apertissimè indicant. Proinde Dominus, ab initio cùm legem ipsam traderet multa voluit ab aduersarijs, capitalissimísque hostibus & insidiatoribus Iudæis argumenta obijci contra doctrinam suam plurima ad illam infirmandam, argumentorū tela inrorqueri, captiosis rationib. in eam agi, atque, hoc ab initio in finem vsque vitæ suæ; sed ita, vt eius sapientia semper agnita fuerit victrix, quæ technas, argutias, atque sophismata nō secus detexit, atque ad nihilū redegit, quàm soleat tenuis quędam nebula Solis radijs dissipari, & veluti serpentes magorum à nostro serpente in cruce exaltando deuorati sunt; & impletum illud: *Sapientia vincit malitiam*: vt ait Salomō: de qua in libro Sapientiæ scribitur: *Et si multitudinē scientiæ desiderat quis; scit præterita, & de futuris æstimat: scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum: signa & monstra scit antequam fiant, & euentus temporum, & seculorum*. Hæc ibi. Docuit prætereà Dominus Apostolos & eorum sectatores, qua via & ratione, vel in Iudæos, vel in Gentiles & Philosophos, vel in Hæreticos, & dæmones per eos loquentes pugnandum sit, atque decertandum: quomodo eorū argumenta refellenda, & in eos retorquenda: vt instar Dauidis proprio ense iugulent Goliad; & prudentiā fortissimæ Iudithæ imitati, Holophernis, vino & ebrietate sepulti, caput mucrone abscindant. Ad hęc pollicitus est illis, quod in pugna & decertatione, præclara ab eis staret victoria: *Dabo*, inquit, *vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri*. Hinc legimus cæcum natum ita fortiter Christum propugnasse, vt eum Iudæi de synagoga eijcerent: cernimus quoque acres Stephani disputationes cum Iudæis, cuius sapientiæ & Spiritui qui loquebatur, nemo poterat resistere; vt Lucas in Actis testatur. Hinc Pauli Apostoli acerrimæ ac densæ cum doctorib. legis cōflictationes, dum promissum Messię aduētum iam exhibitum apertè demōstrat vnde de eo affirmat Lucas, *Saulus autem multo magis conualescebat, & confundebat Iudæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus*. Hinc Petri cum Simone Mago cōgressiones: quas ex parte Clemens Roma. libris Recognitionum est complexus: hinc Athanasij cum Arrio Alexandrino hæresiarcha graues altercationes de Christi filij Dei eadem omninò cum Patre substantia; vt semel coram Romano Præside, Probo nuncupato, & arbitro iudice controuersiæ ab ipsis constituto tanquā Palæmone quodam eius sententia gloriosam palmam retulerit. Hinc alterius Episcopi cuiusdam in Concilio Nicæno, simplicis quidē, & nullis Dialecticæ, aut Philosophiæ argumētis armati, sed fide Christi maximè instructi atque muniti, cū Philosopho quodam artis disserendi exercitatissimo congressus: quē tandem aliorū disputationibus superbientem, & vbi maximè putabatur astrictus, velut anguem lubricū elabentem, vis tamen Spiritus Sancti per illum Episcopū loquētis ita conuicit, & cedere coegit, vt dixerit; *Audite ò eruditi viri: Donec verbis mecum res gesta est, verba verbis opposui? & quæ dicebantur, dicendi arte subuerti: vbi verò pro verbis virtus processit ex ore dicentis, non potuerunt resistere verba virtuti, nec homo aduersari potuit Deo*. Sic ille: qui Christianus statim effectus est; vt habes lib. 10. historiæ Ecclesiast. c. 3.

Quæ Dei prouidentia, & cōsilio doctrina Euangelica in fidelium Iudæorum telis, ac machinis fuerit impetita olim, atque oppugnata.

Act. 9.

Exod. 7. Ioan. 3. Sap. 8. [illegible] sapientia vicentia.

1 Reg. 17. Iudith. 13.

Luc. 21. Quibus datū os, atque sapientia, vt eis nequiuerint resistere, & contradicere aduersarij illorū. Ioan. 9. Act. 6.

Semper itaque schola Christiana vel Iudæis, vel Gentilibus, vel Hæreticis disputantibus aperta fuit: nihil enim habet, vnde timendum illi sit, quæ Filium Dei antotem, & Spiritum S. protectorem & defensorem habet: vt vel ob hanc causam meritò Ecclesia nomen militantis inuenerit, & exercitui bene ordinato in Canticis comparetur: *Terribilis*, inquit, *vt castrorum acies ordinata*. Vox etiam Episcopi Castrensis est, nempe eius, qui certæ exercitus parti præficitur: vnde Paulus Timotheum adhortatur: *Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam*. Et iterum; *Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus vt ei placeat, cui se probauit. Nam & qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitimè certauerit*.

Scholæ Christianorum cur omnib. semper patuere.

Cant. 6. Episcopi nomen vnde acceptum sit.

2. Tim. 1. 2. Tim. 2.

Quod verò Ecclesia hæreticos semel damnatos in disceptationem & congressum nō admittat: id rationi maxime est cohærens. Nam qui semel à cognita ac comperta veritate sua sponte recedit, desertor est & trāsfuga; & vt à Fide & castris Dei viuentis discedens, reus est mortis. Solet quidē Eccle-

Hæreticos semel condemnatos Ecclesia cur omnis in posterum de Fide congressu, & disputatione censeat indignos.

sia doctrina sua eos placare atq; sedare, eorumq; rationibus & sophismatibus, ne obstinati pereant, satisfacere: at nolenti oblatam satisfactionem amplecti, sed semper contendenti, & pertinaciter repugnanti, non ita parcit, quin pœnas debitas, & legi consonas subire cogat; nam alioqui nullus vnquã esset contendendi ac litigandi finis.

Iam verò, vt locos tractemus in genere, vnde Christus argumenta desumebat, vel ad sua confirmanda; vel ad aliena, quæ obijciebantur, refellenda: præmittendum est,

Quam varijs ac diuersis modis argumentandi Christus vteretur.

Dominum non vno & eodem modo argumentari solitum fuisse, sed varijs atque longè diuersis. Nam si respondebat, pro natura rerum, quæ obijciebantur, argumenta dissoluebat, & aduersarijs silentium imponebat, vt vltra progredi non valerẽt: cùm verò aggrederetur, & interrogaret, tantum erat neruorum & efficacitatis in argumentis, vt plerunque, quod respõderent, aduersarij non habentes, confusi & pudefacti recederent; interdũ tamen, pro sua sapientia, & charitate argumenta & responsiones ita molliebat, & aliquo sermone parabolico temperabat, vt minus perturbati, à veritate intelligenda, vel etiam amplectenda non resilirent, ita vt potius doceret, quàm confunderet; cuius rei gratia interdum parabolis vsus est in argumentando.

Idem suam doctrinam vnde confirmabat, & quam multis modis.

In vniuersum vero Dominus, quæ docebat, aut signis, aut Scripturis sacris, aut traditione, aut rationum momentis confirmabat corroborabatq;: vitæ quoque innocẽtia, & irreprehensis moribus & actionibus, quasi additamento quodam suam doctrinam ornabat atque illustrabat; ne quisquam posset obijcere, vitam suam ab oratione dissidere, aut illi dicere; *Medice cura te ipsum.* Et, *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam; & proiecisti sermones meos retrorsum:* & quæ sequuntur.

Luc 4. Psalm 49.

Exempla eiusmodi confirmationis. Luc. 5. Ioan. 11.

Hęc omnia facile est commodis exemplis atq; aptis perspicua & plana efficere. Nam signo in paralytico per tegulas demisso sanando, comprobauit se habere potestatem in terra remittendi peccata; in Lazaro quatriduano atque fœtenti à mortuis excitato, precem præmisit ad Deum: qua demonstraret, se vt filium à Patre in hunc mundum missum: plerisq; alijs signis vel ad calumnias & criminationes Iudæorum abluendas respondebat, vel eorum impudentissima ora obstruebat.

II. locus, modusve argumentandi. Luc 6.

Deinde ex Scripturarũ sacrarum fontibus argumenta ad obiecta diluenda, deptomebat; vt cum discipulos suos esurientes, & in Sabbato spicas euellentes, excu-plo Dauidis, & suorum, sacrum edentium panem, tutatus est. Seuero ab iniuria, quod cum peccatoribus & publicanis manducaret, verbo Prophetæ defendit, aientis; *Misericordiam volo, & non sacrificium.* Interdum vero diuinorum librorum testimonijs aggrediebatur Iudæos, vt aliquam ab eorum mentibus falsam opinionem euelleret; vt cum Matth. 22 interrogauit eos, *Quid vobis videtur de Christo: cuius filius est?* Cumque respondissent, *Dauidis*: obiecit illis, dicẽs: *Quo modo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo: sede à dextris meis?* Et ad asserendam Deitatis suæ fidem contra Iudæos, testimonium produxit ex verbis Prophetæ: *Nonne scriptum est in lege vestra, quia Ego dixi, Dij estis? Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui Scriptura: quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, Quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum?* Vbi etiam est argumentatio à minori: quemadmodum cum accusaretur de Sabbati violatione, à minori etiam argumentum assumpsit, dicens, *Non legistis in lege, quia Sabbatis Sacerdotes in templo Sabbatum violant, & sine crimine sunt? Dico autem vobis quia templo maior est hic.* Vbi non tantum à simili, sed ex minori etiam refellit Iudæos. Ad hæc Scripturas rectè intellectas, Scripturis perperam interpretatis acutè opponebat: vt cum Dominio diabolus persuadere vellet, vt ex pinna templi sese præcipitem daret; & allegaret Scripturam dicentem, *Quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum:* obiecit Dominus: *Non tentabis Dominum Deum tuum:* quibus verbis ostendit, non esse illum verum sensum, ad quem confirmandum diabolus locum illum adduceret. Præterea non tantum ex his, quæ expresse in Scripturis habentur; sed etiam ex ijs, quæ inde subtiliter deducuntur, ac depromuntur, argumentari docuit. Nam resurrectionem mortuorum asserens contra Iudæos abnegantes, illam sententiam Exodi in illos intorsit: *Erratis nescientes Scripturas, neque virtutem Dei.* Et subdit: *De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo dicente vobis, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Non est Deus mortuorum, sed viuentium.* Vbi subtili ratiocinatione Abraham & cæteros viuere monstrauit: non tantum ob animam, quæ immortalis est Dei institutione, sed etiam propter certum Dei decretum suscitationem mortuorum pollicentis: nec enim Abraham totus est anima eius, sed corpus & anima simul coniuncta. Viuit itaque Abrahã apud Deum

1. Reg. 21 · Matt 9. Ose 6. · III. Locus. · Psal. 109. · Ioan. 10. Psalm 81 · Matt. 12. · IV. Locus. · Psalm 90. · Matt 4. Deut 6. · V Locus. · Matt. 22. Exod. 3. · Anima hominis, immortalis in duplici.

quia

quia sua die à mortuis per Deum est excitandus.

VI locus argumentorum Christi.

Item ex traditione argumenta petebat, quoties prophetica testimonia in concertatione cũ Iudęis, aut in prædicatione proferebat. Nam nemo ex Scripturis argumẽtari valet, nisi posita traditione quòd illæ Scripturæ sint canonicæ, hoc est, à Deo reuelatæ & profectæ: nemo etiam sensum literæ congruum & Germanum ex libris Sacris producere potest, nisi illum, quem ipsa traditio commendat. Et quanquam Dominus nullam (quod sciam) ex traditione non scripta rationem protulerit, quod lex illa Moysi omnia, etiam vsque ad minutissimas circumstantias, explicauit, atque perscripsit: constat tamen Euãgelistas Matthęum, & Lucam in genealogia Domini describenda, traditione certa vsos fuisse; alioqui illis fuisset obiectum à Iudæis, multas ex illis generationibus Euangelistas ex proprio capite confinxisse, cum in Scripturis non inueniantur: erant tamen libri indubitatæ fidei de illis genealogijs. Eadem ex traditione argumentatur Paulus, quando Ioannem & Mambre scribit restitisse Moysi: nam etsi in Scripturis legamus magos Pharaonis se Moysi opposuisse, non tamen expressit nomina, quæ Paulus accepit ex traditione. Iudæi etiam ex traditione argumentati sunt, quando Christo obiecerunt; *Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud?*

Matt. 1. & seq. Luc. 3. & seq.

Exod. 7. 2. Tim. 3.

Ioan. 2.

VII. locus, & vltimus.

Postremò, rationibus etiam eos reuincebat, & ad palinodiam canendam adigebat: atq; hac quidem via multiplici vsus est. Nam & interdũ rationibus rem ostendentibus ipsam: quarum quędam à priori, hoc est, ex caussis; quędam verò à posteriori, scilicet ab effectis, desumuntur, agebat, interdum verò ab absurdo, siue rei ipsi repugnanti, atque impossibili arguebat: nam ex his locis, qui varij sunt, & sub familiarem sermonem quotidie cadunt, Christus argumenta conficiebat, arte tamen Dialecticæ celata, quo magis persuaderet.

Ad horum intelligentiam perpende, quod vt lapidicina non est lapis, sed locus lapidum: ita sedes non est argumẽtum, sed locus argumentorum. Etsi igitur locus, sedes, è qua argumenta ad id, quod incidit in disputationem, eruuntur. Argumentum autem, est ratio, quæ rei, de qua quæritur, facit fidem. Hinc loci denominantur à genere, ab specie, à proprio, ab accidenti, à definitione, & similibus alijs permultis, quibus aliquid construimus, aut destruimus: quia ad confirmandum aliquid, vel refutãdum adhibentur: de quibus hic nõ est fusius dicendum: tantum verbi gratia. A priori ergo, & ex causis disputabat Dominus, cùm Ioan. 8. dicebat; *Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro.* Sublata enim causa necessaria, eius effectus tollitur: etsi Dominus eo argumento non effectus fidei, qui est iustificare & viuificare, sed eius contrarium, id est, mortem sempiternam ex eo concludit. Similiter capit. 7. ex eo venatur, quemque gloriam propriam quærere, qui à se ipso loquitur: qui autem ea tantum loquitur quæ mandauit is, à quo legatus est, ille gloriam mittentis quærit, non propriam. Sic Paulus arguit nos hæredes cœli, quia hæredes antecedit esse filios: *Si filij, & hæredes.* Et, *Quod si filius: & hæres per Deum.* Et Roman. 5. varijs causis varios effectus concludit vna oratione: *Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum: per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non solùm autem; sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem, probatio verò spem. Spes autem non confundit.* Paulus etiam argumentatur à caussa, cum ait; *Si autem Christus prædicatur quod resurrexit à mortuis: quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est.*

Locus. Et argumentum quid quotuplex.

Christi, & Pauli à causis argumenta nonnulla.

Quis gloriam propriam quęrat.

Rom. 8. Gal. 4.

Vnde nos, hæredes cœli simus, teste Paulo.

1. Cor. 15.

Rursus Dominus ab effectis argumentatur, quando probat se bonum pastorem ab ipsius officio; quod est, ponere animam suam pro ouibus suis: & cum suam Deitatem ab operibus ostendit, vt cum ait Ioan. 10. *Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio; etsi mihi non vultis credere operibus credite; vt cognoscatis, & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre.* Ioannis etiam 5. ostendit, hominem non posse credere, qui gloriam quærit ab hominibus: illum verò credere, qui gloriam quæ est a solo Deo, quærit. Rationes autem, ad absurda & impossibilia plerunque deducebat; vt cùm interrogabat Iudæos si baptismus Ioannis erat è cœlo, an ex hominibus? quo dilemmate constricti, siue affirmarent, siue negarent, videbant se in angustias redactas; & proinde ad asylum silentij confugerunt. Similiter cùm Messiam, non solùm filium Dauidis, sed etiam Dominum esse comprobauit ex testimonio ipsius Dauidis, dicentis, *Dixit Dominus Domino meo:* ad impossibile deduxit eos; quod videlicet nemo sit alicuius Dominus, ac simul filius eius. Et tamen vtrumque verum erat, ob duplicem Christi naturam, quæ in illo erat: nam secundum humanam, filius

Christi etiam ab effectis argumentationes.

Ioan. 10. & seq.

Pharisæi, & Scribæ, & Pontifices Iudæorum cur Iesu non crediderint.

Matth. 21.

Christi dilemmata.

Matth. 22. Psal. 109.

Luc. 14.
Luc. 13.

erat, secundum diuinam, dominus. Rursus cum accusatus esset quòd sanaret in Sabbato, obiecit quòd illo die bouem vel asinum ex puteo educerent: & alibi quod bouem aut asinum soluerent, & aquatum ducerent: quasi diceret: Vobis carior videtur bouis, aut asini salus quàm hominis, & iudicio vestro, iumentorum salus, saluti hominum est præferenda.

Ab ijs Magistri sui argumentorum formis Discipulos eius minimè abhorruisse.

His argumentandi rationibus, vsitatis quidem illis & communibus, à ratione que minimè abhorrentibus, felicissimè vsus est Dominus, atque eandem disputandi rationem consectati sunt discipuli. Nam & illi miracula edere soliti erant; si res postulabat, quoties in contentionem de Fide prodeundum erat: nec enim dogmata supra naturæ facultatem & intelligentiam posita nisi argumentis naturam ipsam vincentibus confirmari poterant: atque hoc quidē, cum omnibus, sed præsertim cum Gentilibus Sacrarum literarum ignaris verbū Dei proponitur. Hinc Marcus ait: *Illi autem profecti prædicauerunt vbique; Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis*, Magnum Ecclesiæ lumen Epiphanius; & vitæ sanctitate, & signorum editione conspicuus, quoties ad congrediendum cum Hæreticis in insulam Cyprum venire cogeretur, si quem pertinaciter, & cauillis captiosis agentem cerneret, ad orationem conuersus signum aliquod patrabat, illos aut oculorum lumine, aut aliquo insigni morbo, aut corporis totius tremore & debilitate, aut morte etiam repentina affligebat, atq; plectebat: quemadmodum Paulus Elymā magum in eadem insula obsistentem sibi, & prædicationis fructum impedientem, repentina cæcitate percussit. Apostoli etiam, præter signa, frequentius Scripturis agebant, vel cum Iudæis ipsis, qui illarum solidam autoritatem admittebant, & cum fidelibus, qui non semper signis nutriendi erant, sed ab eis paullatim auocandi. Hinc Paulus à causa ad effectum argumentum trahebat, cùm diceret: *Si Christus prædicatur quod resurrexit à mortuis: quomodo quidam dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est?* nam posita caussa, ponitur effectus: sicut illa ablata, ita etiam ille tollitur. Vnde subdit: *Si autem resurrectio mortuorum non est: neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra*: quæ argumentandi ratio ponit Christi resurrectionem, nostræ esse caussam, non tantum exemplarem, sed etiam effectricem (non tamen meritoriam:) quia Christus extra meriti statum, dum resurgeret, erat. Petrus verò ad impossibile deducit, quando probat ex testimonio Dauidis Christum surrexisse, nempe illo: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*: quæ verba cūm de Dauide defuncto iam & sepulto, & vidente corruptionem, intelligi non valeant, docet vel frustra eiusmodi verba dicta; quod est absurdum; vel necessariò esse de Messia intelligenda: quam argumentandi rationem omninò secutus est Paulus itidem Actor. 13. ex eadem ratione, quod Dauid viderit corruptionem, confirmans de Messia esse locum intelligendum. Hic autem argumentandi modus ex Scripturis, siue ex rationibus, nobis communior est & frequentior: at illius prioris per signa probandi aliquis in Ecclesia primitiua extitit vsus: sed, Fide iam plantata, & altas in cordibus hominum radices agente, non ita eget signorum adminiculis, aut probationibus. Porro cùm dixerim, Dominum, & Apostolos eiusmodi argumenta in disputatione producere, non intelligimus illos more scholastico conflasse integros syllogysmos; vt solent Dialectici facere; sed suauiori & splēdidiori, more Rhetorum, & qui magis ad communem loquendi vsum accedit; nunc quidem suppressa maiori propositione, minori tantum expressà; aliquando verò è contrario; vt potius sint breuia quædam enthymemata, quàm rotundi atque absoluti syllogismi. Nam vt hi in scholasticis concertationibus præstant, & apud vulgus molesti sunt, & frigent: ita enthymemata communibus colloquijs, & oratoribus atque prædicatoribus magis conueniunt, atque deseruiunt, à quorum etiam vsu crebriori est abstinendum. Qua de re eleganter Quintilianus lib. 5. cap. vlt. admonuit, his verbis: *Namque ego vt in oratione syllogismo quidem aliquando vti nefas non duco, ita constare totam, aut certe confertam esse aggressionum & enthymematum stipatione minime velim. Dialogis enim & Dialecticis disputationibus erit similior, quàm nostri operis actionibus, quæ quidem inter se plurimum differunt. Namque illi homines docti, & inter doctos verum quærentes, minutius & scrupulosius scrutantur omnia, & ad liquidum confessumque perducunt: vt qui sibi & inueniendi & iudicandi vendicent partes; quarum alteram* τοπικὴν, *alteram* κριτικὴν *vocant. Nobis ad aliorum iudicia componenda est oratio, & sæpius apud omninò imperitos, atque aliorum certè ignaros literarum loquendum est: quos nisi & delectatione allicimus, & viribus trahimus, & nonnunquam turbamus affectibus: ipsa quæ iusta ac vera sunt, tenere non possumus. Locuples & speciosa vult esse eloquentia: quorum nihil consequetur, si conclusionibus certis, & crebris,*

Marc. vlt.

Pertinaces ac refractarios magnus ille Epiphanius quomodo cōfutabat;

Actor. 13.

Pauli argumēta ab effectu. *1. Cor. 15.*

Resurrectionis nostræ duplex causa Christus est.

Act. 13. *Is. 53.*

Communior hoc tempore, & frequentior argumentandi ratio quæ nam sit.

Christi Apostolorumque argumentationes quales illæ fuerunt.

Quintil.

Qualis velit esse eloquentia teste Quintiliano.

& in

& in viam propè formam cadentibus concisa, & contemptum ex humilitate, & odium ex quadam seruitute, & ex copia satietatem, & ex amplitudine fastidium tulerit, Feratur igitur non semitu, sed campis: non vti fontes angusti fistulis colliguntur, sed, vt latissimi amnes, totis vallibus fluat, ac sibi viam, si quando non acceperit, faciat. Nam, quid lege miserius illa velut præformatas infantibus literas persequentium, & vt Græci dicere solent, quem mater amictum dedit, solicitè custodientium? Hæc ille, eleganter, & satis ad rem. Hæc pauca de locis argumentandi, quibus Christus vsus est, in medium adduxi; quæ non dubito posse ampliori oratione ornari, atque explicari: sed nobis propterea à prolixiri sermone abstinendum fuit, quod in singulis disceptationibus Domini exponendis aliquid dicendum sit, & qua ratione acutissimè ant refellebat, aut confirmabat, aut concludebat Dominus Iesus, cui cum Patre & Spiritu sancto, summus ab vniuersa creatura tribuendus est honos, gloria & imperium, in sempiternum, Amen.

Græcorum adagium.

TRACVATVS II.

De locis, vnde petenda sint firma argumenta verbi Dei interpreti & doctori: siue in concertatione cum altero agat, siue de suggestu verbum Dei proponat, & interpretetur.

Argumentorum [illegible] tractationum, & ordo.

Diximus præcedenti tractatu, quibus argumentorum formis, & quibus ex locis desumptis rationibus, tum Dominus ipse Iesus Christus, tum Apostoli vsi fuerint. Iam illud in controuersiam vocamus qui sint illi loci, & quot, ex quibus firma, solidaque argumenta eruere liceat sacram Theologiam tractanti, ac diuinam Scripturam: siue in arenam, disceptanti, siue verbum Dei apud populum exponat, interpretanti: nam etsi de hac re à nonnullis nostro seculo viris eruditis multa sint prodita, lateque disputata, nos tamen pro loci huius opportunitate, contractiori sermone nonnihil differendum esse, operæpretium existimauimus. Nam etsi quæ diximus de locis quos Christus & Apostoli vsurparũt, huic tractationi inseruire possunt: non tamen sine aliquo fructu, illa eadem nobis tetractanda erunt, & eis aliqua superaddenda: & cum vniuersa argumenta ab autoritate, aut ratione peti soleant, in reliquis quidem disciplinis humano ingenio adinuentis & locupletatis primum locũ tenere solet experientia; secundum, ratio ipsa; tertium, autoritas. Nam vbi sensato aliquo experimento aliud cognoscimus, quàm ratione, vel autoritate; tunc autoritas, & ratio desetenda sunt, & vera, & minimè fallax experientia præferenda: vbi verò ratio aperta est, aut vrgens, & aliud doceat quàm autoritas, amplectanda est ratio, & autoritas deserenda. In sacris verò atque Theologicis literis diuinitus dispensatis maiora sunt autoritatis, quàm rationis momenta: nam rationes naturales etiamsi interdum admittant, & in suum obsequium vocare sint solitæ; locum tamen ab autoritate, tanquam validum, & proprium sibi vendicant. Nam & fides ipsa nonnisi diuinæ autoritati nititur; proinde quæ diuina autoritate fulciuntur, magis sibi sunt propria & conuenientia.

[illegible] scientiæ præcipuum probationis locum ratione & experientia, postremum autem autoritas, [illegible]

[illegible] buunt; sacræ verò & diuinæ è contrario.

Locos igitur Theologiæ diuinæ deseruientes, ad tria capita reducere possumus. Primum, ad diuinam autoritatem sacris literis expressam. Secundum, ad diuinam autoritatem in traditionibus Christi, & Apostolorum nõ scriptis, sed viua voce ad nos transfusis, vel in autoritate Ecclesiæ Catholicæ, vel Conciliorum generalium, in quibus tota Ecclesia repræsentatur, vel in testimonio vniformi Patrum, aut etiam scholasticorum Doctorum. Tertium caput est, à ratione naturali per omnes disciplinas humano ingenio excogitatas, & expolitas: in quo includimus Philosophorum, & eorũ, qui naturam ducem sequuntur, & historicorum fide dignorum, qui humanas historias conscripserunt, autoritatem: nam hæc postremum locum sortiuntur.

Triplex locorum genus diuinæ Theologiæ deseruiens.

Quod attinet igitur ad primum locum, argumenta valida & certa desumuntur ex sacris literis, siue ad aliquid cõfirmandum, siue infirmandũ, siue ex nouo, siue ex veteri Testamento: cum vtrumq; æquè à Deo sit profectum. Et quanquam vetus illud, quantum spectat ad cęremonias, & iudicia, exoleuerit; tamen quantum ad dogmata attinet, quæ credenda sunt, sed ad mores, eaque quæ iuris naturæ sunt, firmum est & stabile, & ab eo firma eliciuntur argumẽta: nec tantùm ab his quę expresse & apertè in eis continentur, sed etiam quæ ex illis necessaria connexione, & euidenti deducuntur; nam talia perinde habẽda sunt diuina, & sacra, atque priora illa quæ diximus aperta. Rursus etsi ex quolibet Scripturæ loco arguere liberum sit, non tamen ex omni sensu illius, sed tantùm ex literali. Nam etsi liceat ad formandos bonos mores, & ad fideles in doctrina fidei, & motum disciplina ædificandos, & concionando ad populum, & scribendo, sensus mysticos, &

1. locus.

Vetus adhuc instrumentũ quatenus vigeat.

Qui locus, sensusue scripturæ tantum valeat ad arguendum, & confutandum

 allego-

allegoricos conſectari: in diſceptatione tamen cum hæreticis, vel alijs fidelibus allegoria ſiue tropologia, ſiue anagogia, non ita valde & fortiter decertatur. Vnde Dionyſius Areopagita ſcribit, ſymbolicam ſiue myſticam Theologiam non eſſe argumentariuam: quòd nimirum ex ea firma non eruantur argumenta. Senſus autem literalis, ſiue ex proprietate verborum iuxta Grãmaticę rationem, ſiue tropicè & metaphoricè vocibus deſumptis accipiẽdus eſt: &, iuxta magni Auguſt. doctrinam, tunc ad tropum vel metaphoricam locutionẽ confugiendum, quando in vocum proprietate aliquod, ſiue ſcelus, ſiue abſurdum, ſiue impoſſibile porrigitur: vnde talis ſenſus ex tropo, ſiue ex parabola, ſiue ex metaphora deſumptus, pro ſenſu literali habendus eſt. Quòd ſi de alicuius loci intelligentia literali aliqua cõſurgat ambiguitas, & circumſtantiæ præcedentium, aut ſubſequentium alicui intellectui adminiculentur; pro germano ac literali intellectu neceſſariò ſumẽdus eſt. Non libet de hoc loco plura diſſerere, quòd nimirum hæc pauca ſatis huic loco facere exiſtimemus.

B. Dionyſ. in lib. ſymbol. Theolog. — Optimus Canon intelligẽtiæ Scripturarum ab Auguſtino tradítus. *Aug. lib. 3. de doctr. Chriſt. c. vlt & alib. tom. 3.*

II. locus.

Secundus locus ab autoritate diuina, in traditionibus Chriſti & Apoſtolorum, vel in Eccleſia, multiplex eſſe poteſt. Primus quidem à traditionibus Chriſti, & Apoſtolorum, non ſcriptis, verùm viua voce ad nos tranſmiſſis, autoritatem habet ex Apoſtolo; qui ad Theſſalonicenſes ſcribit: *Itaque, fratres, ſtate; & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.* Et ad Corinth. *Sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.* In quæ verba ait Theophylact. *Perſpicuum fit, quòd haud pauca quæ literis non mandauerint, tradiderint, & ipſe, & reliqui Apoſtoli.* Sic ille. Et ad Timoth. *O Timothee, depoſitum cuſtodi: deuitans profanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ.* Neque vera eſt expoſitio de gregis commiſſi depoſito: quia ex his quæ ſubdit de profanis vocum nouitatibus colligi poteſt, illum de verbo Dei fuiſſe locutum. Et pulchrè Vincentius Lyrenenſis, antiquus hæreſum inſectator, in illum locum ſcripſit: *Depoſitum cuſtodi, id eſt, quod tibi creditum eſt, non quod à te inuentum, quod accepiſti, non quod excogitaſti. Rem non ingenij, ſed doctrinæ: non priuatæ vſurpationis, ſed traditionis publicæ. Rem ad te perductam, non à te prolatam: in qua non autor eſſe debes, ſed cuſtos: non inſtitutor, ſed ſectator; non ducens, ſed ſequens. Aurum accepiſti, aurum redde. Nolo mihi pro alijs alia ſubijcias. Cuſtodi propter inimicos, propter fures: cuſtodi etiam diligenter, ſedulò, fideliter, vt ſuo tempore, cùm oportuerit, quibuſq; oportuerit, reddas. Deuitans profanas vocum nouitates, id eſt, ſententiarum, dogmatum, rerumq;, quæ ſunt vetuſtati contrariæ. Nulla quippe hæreſis niſi ſub certo nomine, certo loco, certo tempore merſit: nec prius hæreſin inſtituit, niſi qui ſe prius ab Eccleſia Catholica, & antiquitatis conſenſione diſcreuerit. Hoc ergo apud omnes hæreſes legitimum fuit, atque ſolenne, vt profanis vocum nouitatibus gaudeant, antiquitatis ſcita faſtidiant. Contra verò Catholicorum hoc proprium, depoſita ſanctorum Patrum commiſſa ſeruare, damnareq; profanas nouitates.* Hæc ille doctiſſimè & eleganter.

2. Theſſ. 2. — *1. Cor. 11* — *Theophylact* — *1. Tim. 6.* — Illud Apoſtoli ò Timoth. depoſitum cuſtodi, quem ſenſum habeat. *Vincent. Lyrenenſ.* — Quomodo cuſtodiendum illud depoſitũ. — Deuitandæ quænam profanæ vocum nouitates.

Atque huic traditioni multa debemus, & in primis numerum librorum, tum veteris tum noui Teſtamenti. Deinde, germanam & legitimam ex fontibus Hebræis, & Græcis vtrinſque editionem Teſtamenti: aliqui tot ante ſeculis Eccleſia Catholica, & Latina vera Scripturæ interpretatione defraudata fuiſſet; quod perinde fuiſſet atque carere Scripturis ipſis: quod abſurdum qui admiſerit, non rationibus docendus, ſed flagris plectendus eſt. Proinde vaniſſima ſunt, quæ noſtri ſeculi hæretici in editionem Vulgatam (quæ in veteri Teſtamento, præter Pſalterium, à B. Hieronymo, viro ſanctiſſimo, & trium linguarum peritiſſimo facta eſt; Noui verò Teſtamenti, vt ipſe teſtatur libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, correxit, ad fidemque Græcam reſtituit) euomuerũt, & veluti furore perciti debacchati ſunt: cùm nihil ſolidi obijciant; editiones verò ab ipſis factæ, innumeris falſitatibus & erroribus ſcateant, & ſibi inuicem mirificè contradicant: vt intelligas, illos non Spiritu veritatis, qui vnus eſt, & ſemper ſibi conſtat, ductos; ſed à ſpiritibus erroris illuſos fuiſſe, & agitatos, dum plus ſapere, quàm oportet, voluerunt. Tertiò, debemus traditioni ſenſum ipſarum Scripturarum literalem: neque enim aliqua Scriptura prodit tot eſſe libros, vel veteris, vel noui Teſtamenti: neque ſi id maximè diceret, notum nobis atque exploratum eſſet, an illi ſint illi libri quos nos habemus. Rurſus nullibi in Scriptura legitur, exemplaria Hebræa, ſiue Græca, ſiue Latinam verſionem, ſincera eſſe & pura, omnique errore & vitio carere. Ad hæc nullus liber ſacer tradit, hunc ad illum locum, difficilem, ſiue obſcurum, hoc, vel illo modo eſſe intelligendum, vel interpretandum; ſed iſta omnia in traditione viua, praxique Eccleſiæ aſſeruata ſunt, religioſe, & fideliter nobis cõmendata. Quartò, numerum certum Sacramentorum, & Symbola, & verba; quibus tanquã materia, & forma, intrinſecè conſtituuntur; & eas

Traditionum vtilitas in Eccleſia. — Hæreticorum in editionem vulgatam vaniſſimi conatus. *B. Hieron.* — *Rom 12.* *1. Tim 4.* — III. vtilitas. Traditionum diuinarum, Eccleſiaſticarum. — IV. vtilitas.

ceremo-

cæremonias, quibus extrinsecè magna ex parte ornantur, & administrantur, ab vna traditione hausimus; quemadmodum, & lignum crucis, quod fronti imprimitur, & Symbolum Apostolorum, & omnia, quæ ad hierarchiam spectant Ecclesiasticam, in qua tot ordinum gradus, tot etiam iurisdictionis variæ facultates se inuicem excedentes, canones item Apostolorum, sine quibus profectò Apostoli officio suo defuisse in tradenda recta Ecclesiæ gubernatione indicari possent. Ritus inuocãdi sanctos, & sacrarũ imaginum, venerandi quoque sanctorum Martyrum reliquias, & cineres, consuetudinem suffragia defunctis fidelibus impendendi, & pro eis sacrificiũ Missæ offerendi; vni huic traditioni debentur. Omnia enim hæc, & quæ ad monachorum instituta, & vota emitti solita pertinent, ab ipsa traditione ducunt originem.

Traditionibus quantum, teste Basilio tribuendum.
B. Basil. li. de Spiritu S. ca. 27. Seß. 4.
B. Cyprian.

Est ergo solidum & firmum argumentum à traditionibus Apostolicis desumptum: ita vt rectè B. Basil. dixerit; & concilium Tridẽtinum definierit, eiusmodi traditiones Apostolicas pari pietatis affectu, atque ipsas Scripturas suscipiendas esse atque venerandas. Cyptianus serm. de ablutione pedum, eandem sententiam confirmat, dicens: *Nec minus ratum est, quod dictante Spiritu Sancto, Apostoli tradiderunt, quàm quod ipse* (scilicet Christus) *tradidit, & in sui commemorationem fieri præcepit.* Hæc ille sensit. Manca sane, & diminuta esset Ecclesię doctrina & disciplina Ecclesiastica, si traditionibus Apostolicis destituta esset. Ad quam reduci potest locus is, qui à consuetudine ducitur. Nam cum consuetudo nihil sit aliud, quàm viua quædam lex, in viridi obseruãtia posita: profectò non minores, imò pleruńque maiores vires habet, quàm leges scriptæ, quarum nonnullæ parum obseruãtur. Ideo Paulus à consuetudine fortissimum argumentum trahit, cum ad Corinthios scribit; *Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.* Vbi, ad loci huius soliditatem nonnulla expendere libuit, atque illud in primis, Apostolũ post nonnulla alia argumenta hunc postremũ locum produxisse; minimè ignarum, postremò loco esse fortioribus, & firmioribus rationibus agendũ. Deinde aduerte, Paulũ non esse argumentatum ab eo quod Ecclesia facit, quod firmius esset, & fortius argumentum; sed ab eo quod non facit, quod debilius & infirmius esse solet: quanto ergo magis nobis licebit ab eo quod facit, argumẽtari? Tertio perpende, Apostolum argumentatum

Consuetudo quid, quantũ pondus, autoritatis habeat.

1. Cor. 11.

Expenditur is locus Apostoli. Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem, nec habemus, nec Ecclesia Dei.

à cõsuetudine Ecclesiæ ante paucos annos natæ, & cuius initia adhuc multos haberét testes superstites: quanto ergo magis potentiora, & validiora erant argumenta, quę ab Ecclesiæ consuetudine ducuntur, per quingentos ac mille annos tractæ? Pilatus per locum à consuetudine liberãdi vnum ex vinctis in die Paschatis, conatus est à morte eripere DOMINVM IESVM. Hinc Augustinus libr. 10. de Genesi ad literam: *Consuetudo tamen* (inquit) *matris Ecclesiæ in baptizandis paruulis, nequaquam spernenda est, neque vllo modo superflua deputanda, nec omnino credenda, nisi Apostolica esset traditio. Habet enim & illa parua ætas magnum testimonij pondus, quæ prima pro Christo meruit sanguinem fundere.* De hac rursus consuetudine idem libr. secundo de baptismo contra Donatistas, cap. 7. ait: *Quam consuetudinem credo ex Apostolica traditione venientem* (scilicet baptizandi paruulos) *sicut multa non inueniuntur in literis eorum, neque in Conciliis posteriorum; & tamen quia per vniuersam custodiuntur Ecclesiam; non nisi ab ipsis tradita & commendata creduntur.* Et rursus libr. 4. cap. 24. *Quod vniuersa tenet Ecclesia, nec conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi autoritate Apostolica traditum rectissimè creditur.* Hactenus Augustinus.

Aug. c. 23. c. 3. Vnde Ecclesiæ consuetudo pueros baptizandi orta sit.

Idem Tom. 7.

Quantum autem antiquitati, & canitiei patrum deferendũ sit, etiam dum sine probatione aliquid tradunt, vel ipsa ratio præscribit; & Cicero quodam loco pulchrè ostendit, dum dixit: *Maioribus nostris sine ratione loquentibus, rationis est credere.*

Patrum autoritas quãta sit.

Cicero.

Tertius locus, ab Ecclesiæ autoritate desumitur: cuius pondus & robur tantum est, tamque inuictum, vt ab Apostolo dicatur columna & firmamentum veritatis; & Dominus dixerit: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit.* Et: *Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi velut Ethnicus, & Publicanus.* Illi pollicitus est Dominus perpetuam suam præsentiam, cùm dixit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus* (id est, sine vlla parẽthesi aut interruptione) *vsq; ad consummationem sæculi.* Illi etiam promissus est Spiritus veritatis, qui assistat illi in æternũ, Ioan. 14. & 16. Adhæc de Christo dictum est ab Angelo, quod regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis: vt intelligamus, Ecclesiam, quæ regnum eius est, deficere posse nunquam, de qua cum tanto verborum pondere Propheta Esa. ꝑdixit: *Spiritus meus qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, amodò & vsq; in sempiternum.* Quomodo igitur in tã deda fide errare poterit,

III. Locus, nimirum ab Ecclesiæ autoritate.
1 Tim. 3.
Luc 10.
Matt. 18.

Matt. vlt.
Ecclesiam errare non posse vllo modo.
Luc. 1.

Esa. 59.

quæ

1. Tim. 3. Matt. 16. Quæ Ecclesia propter habeat spiritum veritatis, qui ducit eam in omnem veritatē Ioan. 16.

quæ columna est & firmamentū veritatis, & in quam portæ inferi non prævalebunt; Nec hunc Spiritum veritatis sempiternum habet Ecclesia vniuersalis, id est, vniuersorum fideliū collectio, in quibus ioclududunt laici omnes & fœminæ; sed Ecclesiæ primotes & pastores: nam ita Ecclesia interdum accipitur. Et quemadmodū quorundam fidelium error fidei populi Christiani non derogat, ita pastoris vnius vel alterius error vniuersitati fidei pastorum omnium nihil detrahit. Nam propterea dixit Apostolus: *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & doctores; ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: Vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris.* Hæc ille. Quod si pastores ac doctores à recto fidei tramite discedentes, hoc atque illuc errare possent; profectò populus Christianus à fide dilaberetur, & varijs doctrinæ ventis raperetur. Diuinæ ergo prouidentiæ fuit, de talibus pastoribus ac doctoribus prospicere, quorum autoritate & doctrina plebs, sua natura mutabilis, in fidei constantia seruaretur.

Ephes. 4.

IV. locus, ab generaliū cōciliorum autoritate.

Quartus locus est, ab autoritate diuina in Concilijs generalibus, Ecclesiā vniuersalem repræsentantibus, expressa atque definita. Et nominatim dico, Concilia generalia; quæ si legitimè coeant ac procedant, summū autoritatis pondus ipsorū decreta de fidei dogmatibus edita, obtinere solent: nam in his, quæ ad disciplinam Ecclesiasticam, & morum reformationem spectant, possunt etiam plenaria concilia à posterioribus emendari; vt quodam loco dixit Augustin. At in fide; cum illa vna sit, additionem aliquam, siue maiorē expressionē credendorum recipere potest, cum traditione, aut emendatione decretorum fidei, nunquam. Et ideo vanissima extiterunt omnia illa concilia, siue potius conciliabula Arrianorum autoritate ꝓpria coacta, in quibus secus, ac in Concilio Niceno definitum fuerat, temerè atque impudenter ausi sunt statuere; & fidem Spiritus Sancti, consensione. CCCXVIII. Patrum traditam, immutare atque corrigere. Dixi autem Concilia vniuersalia, & œcumenica errare non posse: nam de particularibus, siue prouincialibus, nullꝰ negauerit talem promissionem Christi ꝗ errare nequeant, non habere, & errasse etiam aliquando, &

Plenaria concilia quatenus valeant à posterioribus emendari. Aug lib. 2 de Bapti. contra Donat. c. 3. tom 7. Qualia Arrianorum cōcilia extiterint.

Errare cur cōcilia prouincialia possint.

à plenarijs subsequentibus Synodis fuisse correcta atq; emendata. Quemadmodum tria illa concilia Carthaginens. sub Cypriano celebrata, in quibus de rebaptizandis ab Hæreticis baptizatis decretū fuit: quod tamen postea concilio Africano Generali abrogatum fuit, & secus Apostolica autoritate statutū. At verò etsi prouincialia Cōcilia autoritatem, sine errore dogmatum fidei, definiendi non habeāt, tamen ab illis solidum petitur argumentum, si eiusmodi concilia sint, vel ab Ecclesia vniuersali recepta, vel in Cōcilijs generalibus approbata, vel à Sede Apostolica, pręsentibus ipsius legatis, vel absentibus, postea confirmata: qualia sunt nonnulla Concilia in Græcia, vel Antiochia, vel in Africa celebrata.

Quatenus nō possint.

Concilia porro generalia tum ritè congregata dicuntur, quando summi Pontificis autoritate, atque eius vocatione coacta sunt, aut indicta: quando carent, infirma sunt & nullius momenti eorū decreta. Ad hæc rectè procedere dicuntur, quando sine vi, aut fraude, aut metu proceditur, & libera sunt vota, & legitimus ordo disputandi, & inuocandi Spiritum Sanctum, diligenter obseruatur. Nam eiusmodi decretis assistere Spiritum sanctum, docuit illud primum Concilium Ierosolymis ab Apostolis celebratum; vbi post disceptationem, & numinis diuini præsidium imploratum, vt par est credere de tantis Apostolis, & tantùm dubium, quale illis propositū erat, definituris, sententias suas differere, & nomine totius Synodi decretum edentes, dixerunt: *Visum est Spiritui Sancto & nobis.* Illis etiam Christum Dominum affistere, suis verbis pollicitus est, cum dixit: *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

Concilia generalia quæ sint legitime congregata, atque procedant.

Act. 15.

Matth. 18.

Ob huius ordinis & modi ꝓcedendi legitimi defectū, concilia generalia, etiam cū sedis Apostolicæ legatis interdū errarunt, vt Ephesinum II. Concilium; vbi Dioscorus Alexandrinus, & cædibus Episcopos aliter sentientes est persecutus, & sententiā excōmunicationis in sedis Apostolicæ pręsidem, & Petri successorem dictauit. Ad quam Synodū corrigendā, coacta est quarta Synodus Chalcedon. quemadmodum ad septimam Synodum quandam sub Iconoclastis celebratam, & impiè pro abolendis definientē imaginibus, coacta est vera Synodus VII. quæ secunda Nicęna dicitur; & pro retinendis & venerandis Sanctorum imaginibus determinauit.

Concilia interdum generalia cur errauerint, & quando.

Conciliū ergo generale potestate successoris Petri coactum, legitimè procedens, & à sede Apostolica confirmatam, certā fecit

fidem

Generalia cō[illegible] Sede A[illegible]olica con[illegible] neque ac [illegible]gitime procedentia, errare nullo modo poſſe.

fidem Catholicorum dogmatum: à cuius ſententia recedere, impium eſt prorſus, & impudentiſſimum facinus, nam tot & tam magnis & vitæ ſanctitatis, & doctrinę incomparabilis viris, ſeſe, iudiciumque ſuum velle præferre, nonniſi inſignis & arrogantiſſimæ ſuperbiæ eſt, vel nōniſi ſupina, craſſaq; ignorantia poteſt proficiſci. Sublata etenim Cōciliorum autoritate, vniuerſæ hęreſes illorum autoritate damnatę redirent, nullaq; certa via ad controuerſias de fidei dogmatibus derimēdas nobis relicta eſſet: nam qui vniuerſorum & Epiſcoporum, & Doctorum iudicium detrectat, is nulli iudici viuo acquieſcit.

II. argum.

Deinde non ſolū Symbolum Nicenum in Concilio conditum nobis periret; ſed etiam multos canonicos libros ab Hæreticis reiectos, imò ſenſus quorundam locorum, de quibus orta fuit controuerſia, nobis per Cōcilia expoſitos, imò & partem Sacramentorum amitteremus.

III. argumen.

Ad hęc nulla commodior via Apoſtolo viſa eſt ad quæſtionē de fide Antiochiæ ortam terminandam, quàm ſi ad Conciliū Ieroſolymitanum referretur: quòd ſanè Concilium vanum fuiſſet, niſi eiuſmodi autoritas inuicta eſſet, & ſacroſancta. Hinc Gregorius lib. 1. epiſt. 241. ad Ioannem Patriarcham Conſtantinopol. & alios Epiſcopos Græcę ſcribens, ait: *Præterea quia corde creditur ad iuſtitiam; ore autem confeſsio fit ad ſalutē, ſicut ſancti Euāgelij quatuor libros, ſi quatuor Concilia ſuſcipere, & venerari me fateor. Nicenum ſcilicet, in quo peruerſum Arrij dogma deſtruitur; Conſtantinopolitanum quoque, in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur; Epheſinum etiam primum in quo Neſtorij impietas iudicatur; Chalcedonenſe verò, in quo Eutbycetis, Dioſcoriq; prauitas reprobatur, tota deuotione complector: integerrima approbatione cuſtodio, quia in his, velut in quadrato lapide, ſanctæ fidei ſtructura conſurgit. Et cuiuslibet vitæ atque actionis exiſtat, quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiamſi lapis eſſe cernitur, tamen extra ædificium iacet.* Et lib. 9. epiſt. 61. redeuntes à Neſtoriana hæreſi, niſi venerandas Synodos, quos vniuerſalis Eccleſia recipit, ſe recipere, & venerari promittant, non vult recipi Et Auguſtin. lib. 1. de baptiſ. contra Donatiſtas rectè ait, capit. 18. plenarij concilij ſententiam, totius Eccleſię conſenſionem eſſe. Et hæc ſint ſatis de hoc loco.

Gregor. Rom. tom 2
IV. argum.
Rom. 10.
Diſtinct. 15 [illegible] ſicut.
Niceno Conſtantinopolitano Epheſino primo & Chalcedonenſi Cō[illegible] quantū [illegible]egorius ille Magnus tribuebat.
Idem.
Auguſt. to 7.

V. locus.
Matth. 16.
Ioan. 21

Quintus locus, firmus & efficax ab autoritate ſedis Apoſtolicę, ſiue Rom. Pontificis ſumitur: qui cum fundamentū Eccleſiæ ſit dictus, & ei claues ligandi atque ſoluēdi promiſſę ſint, & demum poſt reſurrectionem à Domino paſtor ouium ſuarū ſit conſtitutus, meritò eius autoritas in comprobandis fidei dogmatis reijci, aut reprobari nō poteſt. Vnde quemadmodum Deut. 17. quæ difficiliora ſunt, & magis ambigua, ad Sacerdotum concilium, & ſummi Pontificis pro tempore gubernantis iudicium referri præcipiuntur: & inſuper decernitur, vt nolens tanti iudicis ſententiæ acquieſcere, omnino morte plectatur: quanto magis hoc locum habet in ampliſſima Chriſti, & ex multis gentibus collecta Eccleſia, & in qua pauciſſima, & generalia tantum erant in Euangelicis tradenda literis, & innumeræ hęreſes ſuſcitandæ, quibus niſi vnius paſtoris vigilantia vniuerſalis ſuccurrerit, de fidei vnitate actum ſit. Vnde per illam Sedem potiſſimum videmus gubernatā fuiſſe Eccleſiam per trecentos annos vſque ad Conſtantinum, ſine vlla Conciliorum generalium autoritate: quo tempore Concilium Nicenum generale primum celebratū eſt: illis verò ſeculis hæreſes omnes diaboli arte per diuerſa ſua organa ſuſcitatæ, eius autoritate compreſſæ fuerunt atque extinctę & veritatis dogmata ſtabilita atque fundata: controuerſiæ omnes Epiſcoporū, & pręcipua religionis Chriſtianæ capita in dubium reuocata, ad eius tribunal, vt definerentur, relata ſunt. Ab eo verò tempore Concilia generalia & œcumenica eius autoritate cogi & celebrari cœpta ſunt: quorū decreta & ſanctiones, niſi eius autoritate firmatę eſſent, robur aut firmitatem nullā haberent: atq; eius ſemper fuit & illas confirmare, illa interpretari, ab eiuſq; decretis appellationem ſuſcipere, eaq; aut abrogare omninò, aut ex cauſſa legitima cum aliquo diſpenſando, derogare: ita vt ſi maximè vniuerſalia celebrentur concilia, ſemper primæ Sedis neceſſaria autoritas exiſtat: cùm verò plerunq; celebrari nequeant, intelligamus, omnia quę ad fidem ſtabiliendam, & regendam Eccleſiam ſpectant, rectè per ſe ipſam poſſe tranſigere. Vnde magna pars hæreticorū eius tribunalis iudicio reiecta eſt: omnia fidei dogmata per illam comprobata; concilia confirmata; doctorum ſanctorum ſcripta prolata: hæreticorum libri damnati: illuſtres ſanctitate viri, & miraculis clari in album & canonem diuorū relati: Reges & Principes Chriſtiani in officio contenti: Epiſcopi omnes & animarū paſtores, ſiue Orientales, ſiue Occidentales, ſiue ad Septentrionem ſpectent, ſiue ad Meridiem in eius obedientia tanquam vicarij Chriſti, & ſucceſſoris Petri retenti: denique per eam vnitas Eccleſię ſeruata.

Veteris ſacerdotij Iudaici poteſtas, & iuriſdictio.

Quot ſeculis per ſedem Apoſtolicam ſine Concilijs generalibus gubernauit Eccleſiam Deus.

Sedis Apoſtolicæ ſit quanta autoritas.

Quicquid autem ſit de alijs eius decretis: illud ſanè conſtat, in his, quæ ad fidem ſpectant, eius ſedis priuilegiū eſſe, non ſolū

Sedem Apoſtolicam, nō ſolū nō errare, ſed nec errare vllo modo poſſe.

non

non errare, sed neque errare posse; quod ex multorum Patrum sententijs quarto libro ostendimus. Vnde mirabili Dei prouidentia, cum videamus, cæteras Apostolorum Ecclesias, vel ab infidelibus occupatas, vel ab hæretica prauitate infectas, solam Romanam Ecclesiam fixam & immobilem à tempore Petri in hanc vsque diem cernimus, etiamsi totus orbis omni machinarũ, & tormentorum genere ipsam impetierit, siue illi sint Pagani, siue Iudæi, siue hæretici & schismatici, etiamsi numero Episcoporũ & Imperatorijs armis muniti essent, nunquam tamen illi aduersus Petrum præualere potuerunt. Quæ igitur ab hoc loco petuntur argumenta, soliditatem habent: nec in hoc loco confirmando sumus prolixiores, ne ea repetendo, quæ in libro quarto diximus alibique dicturi sumus, actum agere videamur. Satisque est nobis nosse, Petrum esse, cui datæ sunt claues regni cœlorum: & illi dictum esse: *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua*. Et rursus: *Petre, amas me, pasce oues meas*.

Matth.16. Luc.22. Ioan. vlt.

VI. locus ac postremus.

Sextus & vltimus locus, à Doctorum veterum siue posteriorum, nec scholasticorum consensione deducitur: non tantum quod ipsi Patres ita senserint, sed quòd ita sensisse totam sui temporis demonstrent Ecclesiam. Pro quorum autoritate statuendum, quãdo omnes, aut magna pars eorũ, in aliquam vnam sententiam consenserint, eorum, quæ è re sunt Christiana, fidem Catholicorum dogmatum faciũt. Vnde Scripturæ mirificè authoritatem Patrum commendant. Nam Salomon Eccles.12. ait: *Verba sapientum, sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum Concilium data sunt à pastore vno*. Nam Patres veteres, Ecclesiæ magistros fuisse atque sapientes, nemo negauerit: ab vno vero pastore tam multos diuersis loco & tempore fuisse procuratos, sententię vnitas & concordia demonstrãt. Vt meritò August. lib.2. in Iulianum in fine dixerit: *Si Episcopalis Synodus ex toto orbe congregaretur* (scilicet vt controuersiam decerneret circa libros sacros exortam) *mirum si tales possent facilè sedere tot, quia nec isti vno tempore fuerunt*. Deinde Eccles.8. dicitur: *Non te prætereat narratio seniorum; ipsi enim didicerunt à patribus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum*. Paulus item ad Rom.12. *Non plus*, inquit, *sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei. Habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis, differentes, siue prophetiam* (hoc est, donum Spiritus sancti ad sacros Scripturæ libros interpretandos) *secundum rationem fidei*; id est, ne sacris literis exponendis acumen humani ingenij consulat, sed eam iuxta fidem à maioribus acceptam exponat. Præcipit ergo Paulus, vt qui eiusmodi dono sunt conspicui, nõ plus sapiant quam oportet, sed ad modestiam, & ad Patrũ sensum, qui nos antecesserunt, se accommodent. Postremò, Paulus ad Ephes.4. ait: non solum Apostolos, aut Prophetas, aut Euangelistas à Deo datos, sed etiam Pastores & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, &c. ne circumferamur omni vento doctrinæ: vt intelligamus, Ecclesiam, quæ Doctores sequi iubetur in vna sententia conformes, sicut nec illos errare non potuisse. Nam vt corpus oculorum luce dirigitur, ita Doctorum sanctorum luminibus corpus mysticũ Christi. Vnde Hieronym. in cap. Daniel.12. Scripturæ sanctæ intelligentiam, absq; Dei gratia, & doctrina, sibi imperitissimi, vel maximè vendicant. Gregor. Nazianzenus, & Basilius, vt tradit Ruffinus lib.11. Eccles. histor. cap.9. diuinarum Scripturarum intelligentiam non ex propria præsumptione, sed maiorum scriptis, & autoritate secuti sunt; quos & ipsos ex Apostolica successione intelligentiæ regulam suscepisse constabat. Hæc ille ferè. Et Dionysius Areopagita cap.2. de cœlesti hierarchia: *Ad sanctissimarum, inquit, Scripturarum intelligentias (prout illas à Patribus accepimus) contuendas pro viribus pergamus*. Denique Clemens Romanus epist.5. ad Ecclesiam Hierosolymitanam: *Relatum est etiam nobis, quòd quidam in vestris partibus commorantes, aduersantur sanis doctrinis, & (prout eis videtur) non secundum traditionem Patrum, sed iuxta sensum suum docere videntur. Multas enim quidem (vt audiuimus) vestrarum partium, secundum ingenium hominum, ex his quæ legunt, verisimilitudines capiunt; & ideò diligenter obseruandum est, vt lex Dei cum legitur, non secundum propriam ingenij virtutem, vel intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in Scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi vnusquisque sponte præsumpsit: sed fieri non oportet. Non enim sensum, quem extrinsecus adulteretis, alienum, & extraneum debetis quærere, aut quoquo modo ipsum ex scripturarum autoritate confirmare; sed ex ipsis Scripturis sensum capere veritatis. Et ideò oportet ab eo intelligentiam discere Scripturarum, qui eam à maioribus, secundum veritatem sibi traditam seruauit; vt & ipse possit ea quæ rectè suscepit, competenter asserere. Cum enim ex diuinis scripturis integram quis, & firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione, ac liberalibus studijs, quæ fortè in pueritia at-*

Scripturæ quæ mirificè autoritatem Patrũ commendent.

Aug. tom.7.

Quid habere prophetiam secundum rationem fidei, secundum Apostolum.

Pastores, & Doctores Ecclesiæ cur tradita à Deo.

Quales illi sint.

Hieron. to.5. Ruffinus.

B. [illegible] Gregorius Nazianzenus [illegible] [illegible] [illegible] tiam [illegible] tatum vnde hauserint.

Dionys. Areo.

Clem. Rom. distinct. 37 relatum est. [illegible] secundum propria ingenij virtutem, vel intelligentiam legunt, doceant ve.

A quo [illegible] at sensum Scripturarum discere, teste Clemente.

tigit, ad assertionem veri dogmatis cõferat, ita tamen, vt vbi vera didicit, falsa & simulata declinet. Hactenus Clemẽs: qui quidem eadem repetit lib. 10. Recognitionum. Propterea sancti Patres, & in Sacris literis nobis proponuntur, & à sacris Concilijs, & Sede Apostolica probantur, vt in Sacris literis explanandis eorum sequamur sensum: & in omni scientia vel disciplina aliqui semper insignes Doctores proponuntur, quorum autoritati multum tribuitur. Erat ergo in Sacris literis hoc præstandum, ne deinceps vt eleganter dixit Vincentius Lyrenensis, ex Scriptura fiat errorum lupanar, vbi anteà erat castæ & incorruptæ veritatis sacrarium. Quæ diximus de veteribus Patribus, idem & de Scholasticis Doctoribus sentiendum est, vbi omnes, aut ferè omnes in vnum aliquid tanquam fidei dogma consenserint: nam etsi non pari eloquentiæ splendore, pari tamẽ fidei professione splẽdent, & quid suo tempore Ecclesia, cui illa tanquam luminaria quædam præluxerũt, senserit, apertè docent.

Idem Clemẽs Rom.

Vincentij Lyrenensis eleganter dictum.

Aiunt Hæretici, Doctores, homines extitisse. Quis hoc neget? Sed & Petrus & Paulus homines fuêre, & vt ille dixit, *Homo homini quid præstat?* Obijciunt etiam, in quibusdam sibi contradicere. Verum est; sed non in his quæ ad substantiam Fidei spectant. Obiectant, præposterum esse, quod diuinum est, hominum iudicio velle subijcere, sed verbum Dei hominibus vniuersum præferendum. Sed dum verbum Dei exponitur ex traditione, ab Spiritu sancto eius autore exponitur: hominibus tunc subijcitur, cùm illi ex proprio spiritu & iudicio explanant. Et vt iudex supra legem non est, dum verum sensum legis declarat esse illum, quem aduocatus rei protulit, & non illum, quem produxit accusatoris aduocatus: ita Ecclesia, vel Papa, siue Doctores dum de sensu alicuius loci definiunt, non sunt supra Scripturam, sed tantùm super litigantes ipsos de vero sensu.

Hæreticorum obiecta diluũtur contra autoritatem Patrum, atque Doctorum. Teran in Emnr. Act. 2. fen. 2. Illi sibi inuicẽ aduersantur in quibus tantummodo.

Simile.

Tertius & postremus locus, à ratione, & Philosophorũ autoritate desumitur: nam & illi non nisi rationem sequebantur ducem. Porrò rationem fidei subijci, illiq; debere ancillari, Apostolus docet, dum ait: *Nam arma militia nostra non carnalia sunt; sed potentia Deo ad destructionem munitionum consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequiũ Christi.* Nam lumen rationis fidei, aut veritas veritati contradicere non potest, quia lumen fidei lumini naturæ, vel è contrario, cùm à Deo vtrumque profectum sit, minimè aduersatur; quanquam vnum altero sit excellentius, & præstantius. Hinc scriptum est Ecclesiastici 1. *Omnis sapientia à Domino Deo est.* Et Exodi 31. de Beseleel Dominus inquit: *Impleui eum Spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere, ad excogitandum quicquid fabre fieri potest ex auro, & argento, & ære,* & quæ sequuntur. Sed vt lumen sensus ad obiecta sensibilia rectè dijudicanda valet, non tamen assurgit, vt vniuersalia, & materiæ expertia possit apprehendere, cùm hoc ad lumen rationis superius spectet tantùm: ita ea quæ supra naturam sunt, etsi ratione humana minimè capiantur, Fidei tamen lumine apprehendi possunt, lumen etiam gloriæ, quod gratiæ lumine superius est, capit quædam quæ lumen fidei non attingit. Sunt igitur inter se quatuor ista lumina affecta, se inuicem excedentia, nempè lumen sensus, lumen rationis, lumen fidei, & lumen gloriæ: de quibus congruere potest Iacobi testimonium: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à Patre luminum.*

III. locus & vltimus.

2. Cor 10.

Argumentorum ratione frangere fidẽ posse in rebus, & dogmatis diuinis.

Lumen quadruplex sensus, Rationis, Fidei & Gloriæ ad se inuicem comparantur.

Iacob. 1.

In vsu autem rationum duplex extremum declinandum est. Nam fuêre quidã, qui neglectis Scripturis, & Sanctorum Patrum testimonijs, rationibus tantùm agendum esse putabant: quos reprehendit Eusebius lib. 5. histor. Eccles. cap. vlt. Atque his non dissimiles fuerunt, qui rationes præferẽtes autoritatibus, omnia syllogismis absoluerent, vt testantur Augustinus epist. 56. ad Dioscorum: & Bernard. 189. Alterum verò extremum, est illorum, qui solis Scripturarum testimonijs, & veterum Patrum sententijs omnia volunt definiri, de quibus Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum scribit, dicens: *Non me latuerunt ea etiam quæ ab aliquibusdam imperitè tumultuantibus iactantur, qui dicunt oportere in ijs versari, quæ sunt maximè necessaria, & quæ fidem continent; externa autem, & quæ sunt superuacanea transilire, quæ nos frustra conterunt, & detinent in ijs, quæ ad finem nihil conferunt. Alij autem etiam Philosophiam ex malo ad hominum perniciem existimant in vitam esse ingressam, vt quæ profecta sit à maligno aliquo inuentore.* Hæc ille. Lactantius autem meritò videtur notasse Cyprianum, quòd scribẽs contra Demetrianum Ethnicum de abolendo cultu Idolorum, solùm testimonijs Scripturarũ egerit, cùm tamen ille rationibus & sentẽtijs Gentilium foret expugnandus, non Scripturis, quas neque capiebat, neque admittebat: atque in hũc grauissimum errorem impegit Lutherus, asserens non solùm esse Theologo inutilem & noxiam Philosophiæ

In vsu rationũ duplex declinandum extremum.

Eusebius.

August. to. 2. Bernard.

Clemens Alexand. to. 2.

Lactan. lib. 5. diui. inst. c. 4. Cyprianus à Lactantio notatus in quo, nec immeritò.

Martinus Lutherus

argumentum à ratione, & ab humana sapientia sumptum, rationis inops, & insipiens despiciebat, arguebatque.

sophiæ cognitionem, sed etiam omnes disciplinas, quæ in speculatiooe versaotur, errores esse. Sed certè, vt diximus, rationes etsi non præcedere, saltem subsequi, & famulari sacræ scripturæ Theologiæ debent: quemadmodum ex Clemenris Romani epistola 5. paulò antè probauimus, & denuo probatur ex eodem lib. 2. Recogoitionum, vbi Petrus Simoni disputanti respondet: *Noli putare, nos quod ex fide sola recipienda esse dicamus, sed ex responsione asserenda. Neque enim tutum est nuda hac fidei absque ratione committere, cùm vtique veritas ratione non careat. Et ideò qui hæc ratione munita susceperit, perdere eam nunquam potest: qui verò absque assertionibus ea suscipit simplici sermonis assensu, neque seruare ea tutò potest, neq; si vera sint, certus est: quia qui facilè credit, facile & recedit: qui autem rationem quæsiuit eorum quæ credidit, & accepit, quasi vinculis quibusdam rationis ipsius colligatus, nunquam ab his quæ credidit, diuelli aut separari potest. Et ideò quanto quis propensior fuerit in expetenda ratione, tanto erit firmior in conseruanda fide.* Sic ille.

Clemẽs Rom.
Veritas cur ratione munienda, Petri Apostolorũ Principis testimonio.

Origenes quorum exemplo Philosophiæ studia est consectatus.

Origenes quoque, vt refert Euseb. lib. 6. Eccles. histor. cap. 15. philosophiæ studia se cõsectatum fuisse tradit exemplo magnorum virorum, Pantheni, Heraclæ, Clementis & aliorum. Idem docent Hieronymus, & Augustinus in lib. de doctrina Christiana. Vide & Christus Dominus frequẽter rationibus vsus est, quas sæpè per similitudines & parabolas, vt facilius perciperentur, expressit; & Paulus naturali ratione probat, mulieres capita sua velare oportere, quia natura dedit illis ornamentum capillorum. Et ad Romanos & Galatas multa ratiocinatur de fidei iustificatione. Ad Galatas etiam probat, quòd hominis confirmatum testamẽtum nemo spernit, aut superordinat. Ad Hebræos verò ostendit testamentum inualidum esse, donec accedat mors testatoris: qood à naturali ratione accepit.

Hieron epist. ad Magnum oratorẽ Rom. tom 2.
Aug. lib. 2 de doctr Christ. cap 17 & 40 tom. 3.
1. Cor. 11.
Rom. 3. 4. 5. & 6.
Gal. 3.
Hebr. 9.

Rationes quæ solidæ, & firmæ sint, quæ verò probabiles duntaxat.

Sunt autem hæ rationes interdum quidem firmæ & validæ: vt illud: *In eadem autem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua.* Illud item: *Quamuis non longè sit ab vnoquoque nostrum. In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus:* & Psaltes: *Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?* Quædam verò probabiles tantùm, qualis est illa B. Petri: *Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cùm sit hora diei tertia.*

Luc. 10.
Act. 17
Psal. 93.
Act. 2.

Testimonijs Philosophorũ Poetarum, & Oratorum ad robur Fidei quatenus vtendũ Theologo.

Idem dicendum est de testimonijs Philosophorum: quibus sobriè vsus est Paulus, allegans Arati, Epimenidis & Meoandri sententias. Sed in hac re, quę plurimum ad refellenda dicta Gẽtilium valet, copiosius extitit Iustinus: magis Clemens Alexandrinus, Eusebius Cæsariensis, Theodoritus; & ex Latiois Tertullianus, Hieronymus, & Augustinus: ad confirmandum verò fidem non ita sunt firma, & certa argumenta, etsi probabilitatem aliquam adferant. Nec obstat quod ait Apostolus: *Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam & inanem fallaciam, secundùm traditionem hominum, secundùm elementa mundi, & non secũdùm Christum.* Dicendum est, in omnibus esse modum quendam, & moderationem seruandam: nec enim omnia nobis recipieoda sunt, oec omnia reijcienda: nec propter falsa vera, quæ in eis suot, reprobanda sunt, nec propter vera, praua eorum acceptãda. Vnde Hieronymus in epistola ad Damasum, de parabola duorum filiorum, quibus pater substaoriam diuisit, alludens ad illud Deuteron. 21. *Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuosq; duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, volueriq; habere vxorem; introduces eam in domum tuam: quæ radet cæsariem, & circumcidet vngues, &c.* sic ait: *Huius sapientiæ typus, & in Deuteronomio sub mulieris captiuæ figura describitur: de qua Diuina vox præcipit, vt si Israelites eam habere voluerit vxorem, caluitium ei faciat, vngues præsecet, & pilos auferat: & cùm munda fuerit effecta, tunc transeat in victoris amplexus. Hæc si secundùm literam intelligimus, nonne ridicula sunt? Ita & nos facere solemus, quando Philosophos legimus, quando in manus nostras libri veniunt sapientiæ secularis. Si quid in eis vtile reperimus, ad nostrum dogma conuertimus: si quid verò superfluum, de idolis, de amore, de cura secularium rerum, hæc radimus, his caluitium inducimus, hæc in vnguium morem ferro acutissimo desecamus.* Hæc ille.

Act. 17.
Tit. 1.
1. Cor 15.
Coloss. 2.
Hieron. 10 3.
Luc. 15.

Eiusmodi disciplinarum & artium humanarum in lege typus peteleganss.

Historiæ demum secularis cognitio quantũ Theologiæ disciplinæ deseruiat.

Historia etiam humana (quæ ad hunc locum pertinet) sed ab historicis fide dignis scripta, in sacris libris interpretandis, aut in decertationibus Theologicis Fidem satis probabilem facit, quare nec hæc contemnoenda est Docton Ecclesiastico, sine qua mutus sit oportet, & elinguis, vtpote cui ignotæ sunt res olim gestæ, & analiom monumẽta prorsus incognita, cùm tamen ex ignoratione historiæ plurimi in pudeodos errores sint prolapsi. Non dubito hæc potuisse latiùs & neruosiùs à nobis pertractari: sed pro loci huius occasione, his paucis cõtenti sumus.

Disputationũ Domini cõsideratio studiosa lectori quàm iocunda sit, & vtilis futura.

Non potest autem hæc tractario disputationum Christi, iocũditatem & delectatiooem non præbere. Nam si tanta frequentia & alacritate ad spectaodum duellum concurritur, vt intueamur vter cor-

poris

poris viribus, aut maiori animi fortitudine præstat, etiamsi dimicandi arma per omnia paria sint: cùm interdum ex huiusmodi spectaculis nihil boni fructus eliciamus, quandoque verò plurimum mali nobis aduehamus, dum aliorum vulneribus, aut morte delectamur, oculosque nostros cædis spectandæ auidos pascimus: quanto magis ad hæc certamina, quę Christus pro nobis, & pro nostra salute sæpenumerò habuit libenter accurrendum est? nam ad spectandum similes conflictus ab Scripturis inuitamur, & nisi oscitantes simus, & somnolenti, fructum magnum colligemus, atque tactus, quibus nobis prosternendi sunt callidi dæmones, aut cum omnibus suis prosperis rebus, & aduersis, mundus contemnendus, aut blanda, & pelliciens caro côculcanda, addiscemus. Nam & nos quoque, qui ad decertandum cum hostibus vocati sumus, spectaculum efficimur Deo, & Angelis, & hominibus: nec aliter nobis patere ad cœlum potest aditus, quam fortiter hostibus obsistendo nostris, illisque repugnando: Non enim coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Adde quod nec ipsi beati, & electi Angeli accessum ad æternæ vitæ præmia possidendam aliter habere potuerunt, quàm viriliter diabolo, & Angelis eius bellum inferendo, victosque illos de cœlo deturbando, vnde factum est, vt Michaël & Angeli eius, egregium, & gloriosum triumphum sibi de hostibus comparauerint: suo nos exemplo adhortantes, suasionibusque excitantes, precibusq; adiuuantes, vt ad prælium accingamur, & cum hostibus spiritualibus manus conseramus, vt vnà cum illis coronati triumphemus, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre & Spiritu sancto immortales ab vniuersa creatura gratiæ reddendæ sunt, in secula seculorum, Amen.

1. Cor. 4.

2 Tim. 2. Quibus meritis Angelici illi spiritus æternam adepti fœlicitatem, quod re docêtur. *Apoc. 12.*

TRACTATVS III.

Quibus potissimum rationibus, & quàm solidis, inuicta religionis Christianæ veritas nitatur, ostensio.

Causæ huius tractationis.

QVONIAM Dominus Iesus, & Apostoli eius, vt superius ostendimus, acerrimos, & grauissimos conflictus cum hostibus Christianæ religionis in propugnanda Fidei doctrina, atque in impugnanda aliarum regionum falsitate, & superstitione habuerunt, & post illos compertum sit atque exploratum, Fidem nostram aduersarijs capitalissimis, qui eam odio plusquam Vanniano, maledicis & amarulêtis verbis, & scriptis plusquam satyricis, aut potiùs Satanicis persequerentur, expositam fuisse, ita vt Iudæi Paulo Romam venienti, obiecerint: *Rogamus à te audire quæ sentis: nam de secta hac notum est nobis, quia vbique ei contradicitur:* non inutilem rem existimaui futuram, si ex Scripturis sacris, & lectione veterum Patrum, ea potissimum argumenta in medium adduxero, quibus, tanquam firmamentis quibusdam inter tot tumultus, persecutorum gladios, ignes, bestias, atque adeò inferi portas religio Christiana constiterit, & in hunc vsque diem à Iudæis, paganis, & Hæreticis agitata, aliarum omniû sectarum victrix gloriosum triumphum reportauerit: disputationes namque, tùm Christi, tùm Apostolorum, & aliorum Doctorum, & Martyrum pro illa susceptę, fortissima argumenta nobis suppeditarunt, quibus eius grauissimam auctoritatem, & stabilitatem confirmare possimus.

Act. vlt.

Quidam sunt tamen, qui Hieronymi sententiam, quam de Lactantij Firmiani, hominis eloquentissimi scriptis protulit, haud satis comprobandam existimêt: nam cùm aliàs religiones egregiè disputando confutauerit, nostram tamen non satis con firmauerit, & vt Hieronymi verbis vtar, vtinam tam nostra confirmare potuisset, quàm facilè aliena destruxit. Sed certè si Fidei Christianę naturam, & ingenium expendamus, promptius illi fuit atque procliuius aliorum falsa dogmata refellere, quàm propria fidei decreta, quæ supra naturam, & omnem rationis captum sunt posita, comprobare. Nam quemadmodum frustra quis tentaret ea, quæ supra sensum sunt, sensu velle ostendere, ad eum ferè modum quæ rationem longè antecellunt, velle rationibus confirmare, à ratione esset alienum: etenim totius rationis expers iudicandus sit oportet, qui ea, ad quæ ratio, & intellectus noster nô secus se habet, quá oculus noctuæ ad splendidissimû Solem, intelligentia humana velit comprehendere. Deinde an non Fidei meritum nobis excideret, si nostris Fidei dogmatis humana ratio præberet experimentum? Hoc est, si ob eam tantùm caussam Fidem amplecteremur, vel semel susceptam foueremus? Omnia profectò euidentium rationum adiumenta, argumentaq; nobis adimi Deus voluit, ne quisquam sit, qui in illa amplectenda se firmis rationibus persuasum, ac non potiùs tractum à Patre cœlesti, neque vllis inuictis demonstrationibus in ea se

Hieron. de instit. Monachi, ad Paulin. to. 3. Christi Fidem non æque facilè posse defendi, ac falsa dogmata confutari.

Philosophus 2. li. Metaph. textu. 1. tom. 3.

II. Ratio.

Humana ratio quando Fidei Christi præbeat experimentum. *Ioan 6.*

retineri, sed sponte, & vltrò, vt libera sit, & spontanea, non professio solùm, sed etiam in ea perseuerantia: quanquam credentibus etiam Fidem amplexis, multæ, & mirabiles non desint rationes, quibus Fidem in nobis confirmatam: sartamque tectam reddere possint, secundùm id: *Si non credideritis, non intelligetis*, vbi credentibus, intelligentiam pollicetur Propheta: & Dominus in Euangelio: *Si quis voluerit voluntatem eius facere* (quæ sanè alia non erat, quàm vt Christo prædicanti Fidem haberent) *cognoscet de doctrina, vtrùm ex Deo sit, an ego à me ipso loquar*, id est, rationibus certis apprehendet veritates Fidei, quas prædico, à Deo profectas esse, atque adeò omni acceptione dignas. Eiusmodi ergo argumenta, demõstrationesve, quæ & credentes solari valeant plurimum, & vacillantes corroborare, & aduersarijs silentium imponere, hoc loco enumerandas suscepimus.

Esai. 7. iuxta LXX.

Ioan. 7.

Sed ante omnia statuendum est, Deum sua omnipotenti virtute, Fidei lucernam in cordibus hominum accendisse, & per illam homines illuminasse, lumenque illud Fidei fortissimè seruasse, vt nihil in illud potuerint, aut dæmones, aut mundus, aut caro, aut hæretici, sed inuictum, & viuum permansisse, imò per disceptationes, & tẽtationes mirabili prouidentia immissas, aut permissas, auctum, & locupletatum: de quo testatur dilectus discipulus: *Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se*: nimirum testificans de veritate dogmatum Fidei, & quòd à Deo profecta sunt. Samaritani quoque hoc testimonium in se ipsis sentientes, ad Samaritanam mulierem dicebant: *Quia non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est verè Saluator mundi.* Et Apostolus, *Sermo meus, & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis; vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.* Est enim moris sacræ Scripturæ, negare minus principale, ac si præ alio non esset: vt cùm Petrus inquit: *Non es mentitus hominibus, sed Deo.* Et, *Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominũ*: ita hic, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Huic igitur diuinæ virtuti intus secretè operanti, Fides Christianæ religionis omninò adscribenda est potissimùm: præter illam verò multa sunt externa, atque illa quidem fortissima, inuictaque argumenta, & quæ meritò demonstrationum loco esse videantur; sed talia quidem, quæ Fidem non pariant, nec euacuent, sed quæ corroborent, atque stabiliant.

Luminis fancta fidei cur nihil possit omninò resistere.

1. Ioan. 5.

Quid habeat testimonium Dei in se.

Ioan. 4.

1. Cor. 2.

Sacræ Scripturæ mos.

Act. 5.

Exod. 16.

Sit ergo prima ostensio, ab Scripturæ sacræ testimonijs, & prædictionibus Prophetarum, atque vtriusque Testamenti admirabili concordia, quia nulla illorum pars in vero & germano sensu ab altera dissentit, sed rota est in medio rotæ, & cùm sint supra naturam, neque clara, neque euidentia, sed merè arbitraria, & libera, atque adeò à voluntate, vel diuina, vel humana prodeuntia: ideò non sunt humanæ adinuentiones, aut diaboli ad circumueniendum technę, & fraudes excogitatæ, aut alterius vllius creaturæ consilia, sed diuinam prorsus habent originem: nam quomodo hæc, quæ caussas vllas necessarias non habent, sed à libero arbitrio hominis, & à diuina voluntate pendebãt, potuerunt vlli dæmones diuinare, aut vlli acutissimi, & sapientissimi homines coniectare? Nam quæ naturæ necessitate, vel naturalium caussarum concursu & efficientia fiunt, possunt ratione præditæ creaturæ sine vlla noua Dei reuelatione comprehendere; at quæ libero Dei, ac peculiari nutu, aut hominum arbitrio geruntur, impossibile. Vnde per Esaiam prædixit: *Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos.* Licèt enim casu possit quis aliquam veritatem, quam vocant contingentem, prædicere: is tamen quia lumino prophetico careret, verus Dei propheta non haberetur. At quòd tot, & tanta sanctitate conspicui, & antiquitate venerandi vates, non vnam, aut alteram, sed innumeras propè de Messia, atque eius regno actiones, & conditiones vno sensu atque ore prædixerint, vt potius historicos, quàm Prophetas appelles, manifestè ostenditur, illos vno spiritu diuino afflatos scripsisse. Voluit præterea illos finitimarum gentium, vt Babyloniorũ, Ægyptiorum, & Moabitarum, Amonitarum, atque Idumæorum futuros euentus prædicere, vt & ipsi negare tales Prophetias non possent. Non minoris est etiam põderis, quod lex illa vetus nostræ legis Euangelicæ vmbra quædam extiterit, & figura, illamque in cęremonijs, & sacrificijs adumbrauerit: vtrique omnes excellentes, tanquam typus quidam Messiæ venturi, eiusq; illustres actiones, doctrinam, mortem, & resurrectionem delineauerint, vt planè eiusdem artificis fuerit, & exemplum & exemplar, & figura, & veritas, & vmbra, & corpus. Atque hoc argumento ex Scripturis ducto ad obturandũ ora aduersariorum tanquã telo fortissimo, Dominus Iesus sæpè vsus est, & in genere dixit: *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.* Et iterũ:

Veritatis Fidei Christianæ atque Catholicæ demonstratio prima.

Ezech. 10.

Quæ res nulla possint humana ratione comprehendi.

Esa. 41.

Heb. 10. & 1. Cor. 10.

Ioan. 7.

Scruta-

Ibidem.
Matt. 20.
Ioan. 1.
Marc. vlt.

Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illa sunt quæ testimonium perhibent de me. Hac via Dominus de morte, & resurrectione sua Apostolos confirmauit: hanc rationem secutus Ioannes Baptista, comprobauit missionē suam: hac denique Apostoli ratione Christi Fidem apud Iudæos & Gentes disseminatam corroborauerunt. Estque nobis firmissimum solatium, quod per Prophetarum oracula instructi, nihil noui de Christo credamus: cùm per tot retro secula fuerint à Deo pręcognita, amplissimis prædicta verbis, & factis præfigurata.

Secunda demonstratio à signis, atque miraculis.

Secunda sit ostensio, à magnitudine, & multitudine signorum, atque miraculorū, quibus per ipsum Christum, & Apostolos Euangelica doctrina confirmata est: Signa autem, vt sexto libro probauimus, ab vlla creata virtute, siue humana, siue Angelica, siue diabolica, nō possunt edi, sed tantùm à solo Deo, de quo dicitur: *Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus.* Nam quemadmodū solus Deus autoritate sua, Sacerdos autem nudo ministerio, & vt instrumentum Dei, remittit peccata: ita solus Deus eatenus dicitur patrare signa, quatenus, siue per Angelos, siue per homines, tanquam virtutis suæ administros, illa producit. Fuerunt autem hæc miracula, si multitudinem spectes, innumera; si magnitudinem, ingentia, & admiranda; si qualitatem, Scripturis sacris Veteris Testamenti consona, atque conformia; si substantiam eorum, intelliges, illa, & in cœlo ipso, & in aëre, & in aqua, & in terra, publicè & priuatim, coram amicis & inimicis, coram sapientibus & insipientibus, denique in omni loco, tempore, coramq; Iudæis & Gentilibus fuisse patrata. Si fructum spectes, erant vtilissima, nam morbos depellebant, dæmones fugabant, à morte, vel instante seruabant, vel ab illata ad vitam reuocabant, à miseria subleuabant, Deum glorificabant, ad Fidem animos spectantium erigebant, vel erectos corroborabant, vt Euangelia testantur. Si respicias modum, non vnus erat, sed varius, & multiplex: nūc prece præmissa ea faciebat, vt homo, nunc illa omissa, vt Deus, nunc tactu, nunc verbo, nunc vtroque modo, nunc absentibus infirmis, nunc pręsentibus, nunc nudo imperio: cùm tamen magi non nisi seruatis certis temporis, locique conditionibus, nunc certis pręscriptisq; cæremonijs quandoque mirabilia quædam potiùs, quàm miracula, ad curiositatem hominum alendam, aut ad gloriam venandam, aut ad lucrum captandum operari soleant. Deinde si testes petas horum signorum, inuictam atque grauissimam Euangelistarum autoritatem exhibebimus, vel Prophetarum oracula, quę Messiam patratorem signorum præcinuerunt: quòd si his non acquiescis, adhibebimus Sybillarum testimonia, Pilati literas ad Tiberium, quas producit in Anacæphaleosi sua Egesippus. Contestatur & ipse Tiberius, qui diuinos censuit honores Christo deferendos, ob illius mirabilia opera, quæ passim inuulgabantur: de qua re cùm retulisset ad Senatum, obstinatissimè atque pugnacissimè tamen à Seiano vrbis Præfecto, tum ab vniuerso Senatu fuit reclamatum. Adferemus Iosephi Iudæi testimonium grauissimum in libris Antiquitatum: postremò Iudæorum posteriorū voces, & attestationes, qui miracula Iesu non denegant, etsi nominis quatuor literarum fabellam adijciant. Mahometus quoque Iesum cum autoritate signorum in mūdum missum in suo Alchorano testificatur: ita vt neque negari possint, neque ab vlla virtute creata profecta asseri à quoquam potuerint, neque arte magica patrari, neque dæmonum potestate, cuius regnum illis destruebatur, fieri: nam vt ipse dixit: *Si Satanas Satanam eijcit, aduersus se diuisus est: quomodo stabit regnum eius?* Quod si etiam daremus, illa vera nunquam fuisse, sed ab aliquo nebulone conficta, tunc aliud maius miraculum consurgeret, vt Augustinus acutissimè deducit, nam hoc esset omnium signorum summum, & miraculum miraculorum, vniuersum orbem ad Fidem vnius Christi crucifixi amplectendam, nullis visis signis accurrisse. Est igitur potentissima firmissimaque hæc confirmatio à signis ad doctrinam supernaturalem comprobandam desumpta, quæ vt ad Fidem excitant, ita ad illam non cogunt, ita vt locus sit spontaneo Fidei sacrificio. Ita vt Christus Dominus dixerit inexcusabiles prorsus fuisse Iudæos: *Si non venissem,* inquit, *& locutus fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, &c.* Et iterum: *Loquor vobis, & non creditis: opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me.* Et quod caput est, & summa confirmationis huius, non tantùm ipse hac potestate edendi signa præditus fuit, sed etiam illam transtulit in Apostolos: qui prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Et vt omnem dubitandi rationem amputaret, illam etiam facultatem in auditores Apostolorū

Tract. 1. ac sæpè deinceps.
Psal. 71.

Conditiones signorum, & circumstantiæ multiplices.

Magorum miracula qualia sint tantū illa.

Euseb lib. 2. histo Eccles cap. 2.

Ioseph. lib 18 Antiq cap. 4

Matth. 12.

August. lib. de Ciuit. Dei tom. 5.

Ioan. 15. Iudæi quàm inexcusabiles de sua perfidia, teste saluatore.
Ioan. 10.

Marc. vlt. Operationem miraculorum quibus cum Dominus cōmunem fecerit, & quare.

Ibidem.

transfundi voluit: *Signa*, inquit, *eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: Super ægros manus imponent, & bene habebunt.* Neque tantùm in discipulos & sectatores Apostolorum illam potestatem deriuauit, sed etiã in eos qui non sequebãtur, neque discipuli Christi erant, qui tamen inuocato nomine Iesu, signa faciebant: quemadmodum ille, quem Luc. 9. Ioannes narrat Domino, à se, & Apostolis alijs fuisse prohibitum: & Sceuæ cuiusdam Principis Sacerdotũ septem filij adiurantes à maligno spiritu obsessos, per Iesum, quẽ Paulus prædicabat, dæmones expellebant. Quis ergo tantæ nubi testium contradicat? aut tantę luci signorum se opponat? Plura hoc loco dicenda essent, nisi ex his quę primis tractatibus lib. 6. protulimus, peti possent.

Act. 19.

Tertia Fidei Catholicæ demonstratio à testimonijs Martyrum.

Philosophus 3 lib. ethicor.

Tertia ostensio desumitur ab inuicta, & heroica fortitudine nostrorũ, qui pro hac veritate Euangelica vsq; ad sanguinẽ, mortemq; truculentã, & ignominiosam decertarunt. Nam cùm omniũ terribiliũ terribilissimũ mors sit, & oẽs sua natura deprecẽtur mortẽ, eamq; cauere ac depellere, omni conatu, & virtute contendant, ꝙ repẽtè tot viri sapientissimi, pueri innocentes, ac teneræ virgines, senes quoq; & omnis sexꝰ, ætatis atque cõditionis hominũ myriades pro hac doctrina tuenda, incredibilia tormenta, carceres, cruces, ignes, bestias, gladios, mortẽ deniq; ipsam, tam cõstanter, tã læto & sereno vultu, tanta charitate, vt sui met obliti pro ipsis lictoribus atq; satellitibus preces ad Deũ funderent, perpessi sint: diuinã manifestissimè indicat virtutẽ, Deũmq; è tormentis, & morte superiorem, in eorũ mentibus inhabitantẽ planè arguunt: vt cuiusdã Romani Imperatoris, dum martyrio cuiusdã bestijs obiecti interesset, vox extiterit. *Nullã nationem pro suis dijs tã constanter mortem sustinere, atq; Christianam.* Iustinus quoq; Philosophus, cũ apud Platonẽ, cuiꝰ doctrinã profitebatur, legisset, eos verã religionem colere, qui omni abiecto timore, constanter & intrepidè mortẽ oppeterent, vidissetq; Christianos magna animi constantia, conscientiæq; serenitate & pace, ad mortẽ rapi, Christianus effectus est: vt ipsemet refert in Apologia quadã pro Christianis, & Euseb. in libr. Ecclesi. histor. & posteà idem Iustinus martyrij coronã est adeptus. Quid dicam de ipsis lictoribus, & carnificibus, atq; adeò de ipsis paganis spectatoribus, qui plerunque martyris constantia, & charitate permori, ad fidẽ suscipiendam, & martyrij palmã simul cũ illis adipiscẽdam

Traiani, vt est in vita B. Ignatij.

Iustinus Philosophus videns in hac fidem conuersus, eodem autore.

Apologia 1. Euseb lib 4. eccles. histor. c. 8.

inuitabãtur, vt rectè dixerit Tertullian. sanguinem Christianorũ, semẽ esse. Tot igitur tormenta tanta animi fortitudine, & illustrandæ diuinæ glorię, & charitatis ad ꝓximum ostendẽdæ tolerata, & tãta siti plura pro Christo patiendi, vt non tam ipsi tormentis, quàm tormẽta sibi, & tortores defuisse viderentur, non obscurè demõstrant diuino spiritu fuisse perlata: cumque supra naturæ vires essent, cõgruè doctrinam fidei Euangelicã, quæ tota posita est supra naturam, cõfirmabant atque corroborabant, vt iam, & agere, & pati fortia, nõ Romanũ sit, vt quidã dixit, sed prorsus Christianũ. Epictetus Arrianus, ex Stoica secta Philosophus celeberrimus, scriptis commendauit Christianos, ꝙ mortis essent cõtemptores: & Hieronymꝰ noster egregiè dixit: *Nisi fides nostra vera esset, nunquam sanguine defenderetur.*

Tertull. in apologetico aduers. Gentiles, in fin. to. 2.

Propriũ Christianorũ, non Romanorum, quod Epictetus.

Hieronymus.

Quæ porrò fuerit causa profusionis tãti sanguinis, paucis aperiã. Nam ex parte Dei, rationes illæ sunt potissimæ, ꝙ cùm Christus suo sanguine veritati Euangelicæ subscripserit, multi eius religionis professores studio imitandi Domini accensi sunt, vt spontè etiã plurimi ad intrepidã Euangelij confessionẽ prodirẽt. Deinde cùm maiorẽ hac dilectionẽ nemo habeat, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis, atq; ad illum gradũ Christus peruenerit: tanto sanguine Martyrum voluit Dominus indicare legem quam ferebat, hominibus diuino suo spiritu & gratia roboratis, impossibilẽ non esse. Adhæc docere voluit, ita esse amplectendã & colendã virtutẽ, vt si apertum in discrimen, aut vitæ amittendæ, aut virtutis deserẽdæ veniatur, potius vitæ, quã virtutis iactura faciẽda sit. Deniq; cùm per mortem Christus ad beatæ, & immortalis vitæ resurgendo peruenerit coronam, &c, vt Apostolus ait, per mortẽ destruxerit eum, qui habebat mortis imperiũ, id est, diabolum, & liberauerit eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti: voluit nos esse instructos, breuissimo mortis compendio ad beatam vitam possidendam posse perueniri: vt iam non tam sit mors Christianis formidanda, quàm ipsi, morti, & diabolo sint formidabiles.

Rationes quibus obrem tantus sanguis Christianorum effusus sit.

II. Ratio, ex parte Dei. *Ioan. 15.*

III. Ratio.

IV Ratio, & postrema.

Hebr. 2.

At ex parte Diaboli, & Mundi tantus sanguis fusus est, eo quòd diabolus regnum suum per illos euerti cerneret, idolorum cultum concidere, superstitiones omnes, & fraudes, quibus homines dementabant, detegi, extinguique omnino. Præterea Iudæi molestissimè ferebant eorum legem abrogari: Gentiles sua simulachra, deosque innumeros per vnius Christi cultum exscindi, eorumq; tenebras plusquàm

Ex parte diaboli, ratio prima.

Secunda.

Cymmerias, Ægyptiasve inducta Euangelica luce dispergi atque dissipari: Philosophi, & Sacerdotes, quod animaduerterent eorum dogmata, compendia siue emolumenta, atque adeo autoritatem concidere. Denique vniuersus orbis nouitate Fidei deterritus, & male habens, antiquas, & auitas religiones de medio tolli: legemque, sensum & carnem reprimentem, atque coercentem, introduci sub spe quorundam inuisibilium bonorum, quæ in hac vita possideri nō queunt, sed in alia conferenda promittuntur, in nomen Christianum armatus fuit, sæuireque cœpit, & omne genus tormentorum excogitare, atque illis ad extinguendam nostram gentem, & reprimendam ferocire. Sed hac via atque ratione mentita est iniquitas sibi, & gens Christiana mirum in modum aucta, & propagata fuit, vt intelligas dictum Prophetæ verum esse, Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.

Tertia. — Psal. 26. — Prou. 21.

Quarta ostensio sit, à dignitate autoris, id est, Christi Domini, qui perfectus simul Deus atque homo fuit, nam & Dei, & hominis actiones, & proprietates expressit atque exercuit. Vt enim pyrus insita pomo, poma atque pyra producit, neque quisquam agriculturæ peritus admiratur, cum nouent id secundum naturam arte adiutam esse. Ad eum modum humana natura Filio Dei insita non tantum diuinos miraculorum fructus edidit, sed etiam humanitatis fructum protulit. Quid dicam de incomparabili eius doctrina, quæ in disceptationibus semper emicuit, & aduersarijs silentium imposuit, & ad canendam cogebat palinodiam? Eademque sapientia multa eorum, quæ tum sibi viuenti, tum morienti, tum post mortem resurgenti, & quæ Ecclesiæ suæ vsque in finem seculi erant euentura, manifestissimè prædixit, vt nullus, etiamsi maxime velit, id possit denegare: hoc sane manifestè arguit diuinitatem eius. Quid dicam de vitæ suæ innocentia, irreprehensaq; morum sanctitate: qui solus tam vere, quam alacriter dixit: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Nam qui ad remittenda peccata à Deo in mundum destinatus fuerat, ab omni peccato suapte natura debuit esse alienus: ita vt si sanctissimos, tum Veteris, tum Noui Testamenti viros cum vno Iesu conferas, Solem Meridianum enim candelæ lumine conferre videaris. Nam Gentiles absurdum est cum illo componere: etiamsi Philostratus, & Hierocles Pythagoricus suum magum, siue Philosophum Apollonium Tyaneum in cœlum vsque extulerint, & cum Christo componere tentauerint: sed quam feliciter illis cesserit, res ipsa indicat. Vniuersus enim orbis Iesum Deum personat, & colit: Apollonij nec nomen quidem, nisi paucu- lis eruditis, notum est. Quanta vero temeritas sit; hominem magicis artibus præditum, & totum orbem studio discendi peragrantem, & signa quædam mirabilia ad alendam curiositatem edentem, magnisq; peccatorum sordibus madentem, cum vno Iesu, Deo, & homine, atque adeo mundi luce componere, tibi cogitandum relinquo. Tentauit etiam Xenophon Cyrum instar iusti Imperatoris depingere: sicut Cicero in somnio Scipionis, Scipionem Africanum descripsit. Plato vnius Socratis præceptoris vitam, atq; doctrinam suis scriptis commendauit, boni, & sapientis viri formam, & imaginem nobis exprimens: sed quis nesciat, illos multis peccatis subiacuisse, multorum criminum reos extitisse, multa ignoratione laborasse, defectib. multis subiectos, vt plane agnoscas homines nudos fuisse, & imperfecta multa, tum in vita, tum in doctrina, tum deniq; in Imperio administrando commisisse, neq; scriptores in illis commendandis, aliquid supra homines cogitare potuisse.

Quarta demōstratio Fidei Christianæ ab eius autore, Christo Domino. — Christi actiones vt esse potuerint diuinæ simul, & humanæ. — Eiusdem admirabilis doctrina. — Ioan. 8 — Idem cur natura impeccabilis. — Philostrati, & Hieroclis, Philosophorum Apollonium Tyaneū Christo exæquantium mira stoliditas. — Humanorum scriptorum multiplex defectus.

Quinta ostensio est, ab externis Sybillarum testimonijs, quæ non minoris erant apud Gentiles autoritatis, quam apud Iudæos Prophetæ: de quib. Iustinus Martyr, Lactant. & August. proferunt testimonia, & Clemens Alexandr. in Strom. libris producit ex traditione Pauli Apostoli testimonium exhortantis Gentiles, vt Sibyllinos libros legerent: quod non minus in illis, quam in Propheticis voluminibus, mysteria Christi prædicta inuenire possent. Neq; hoc loco plura mihi addenda sunt, quoniam lib. 2. tractatu quodam multa de Sibyllis attigimus.

Quinta demonstratio à Sibyllis. — *Iustin. contra Thryph. to 2. Lactant. li. 1. ca 16. Aug. multis in locis. Clem. Alexan. li. 6. Strom. to. 2. Tract. 13.*

Sexta ostensio ducitur à testimonijs externorum hominum, & maxime ab ipsis inimicis, & capitalibus hostibus dæmonibus. Nam & in Euangelio legimus, sæpius dæmonia testimonium protulisse de Christo: *Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te qui sis, sanctus Dei.* Porphyrius Hecaten deam de Christi anima consultam, respondisse scribit: *Viri pietate atq, doctrina præstantis anima fuit illa, in cœlumq; conscendit.* Nōnulla Appollinis oracula Christi gloriam testificantia, & diuinitatem, ab illo, vel inuito prolata sunt. Nam Mylesij Apollinis oraculum Christum prodigiorum effectorem, vereque sapientem fuisse tradidit. Verum illud grauissimum est testimo-

Sexta ab externis testimonijs. — *Luc. 4.* — *Porphyrius.* — Hecate deæ de anima Christi responsum. — *Act. 2.*

stimonium, quod instante Christi aduentu paulatim oracula, & responsa, quæ dæmones in diuersis locis reddebant, exarescere cœperunt, vt etiam ipse Cicero admiretur, & Poëta Venusinus cecinerit:

Cic. lib. 1 de diuin. Horat. Plutarch.

Iam pridem cessant oracula Delphis;

Et Plutarchus librum ediderit de oraculis deficientibus. Vt enim Christus testimonium à dæmonibus redditum sibi, refutauit, & solus ipse verus Deus, & Patris oraculum, vt nos alloqueretur, & salutaria responsa daret, ad nos venit, propterea merito voluit omnem oraculorum Fidem, eneruari, autoritatemq; eorum cōcidere. Adeo vt Gregorius Thaumaturgus apud quendam Symmystem in Alpibus pernoctans oraculo Apollinis responsa ibi dantis, silentium indixerit: rursusq; rogatus ab eo, qui illum exceperat, per literas loqui præceperit: vt non nisi ad imperium discipuli Christi, & sileret, & loqueretur: quemadmodum testatur Eusebius in libris historiæ Ecclesiasticæ.

Oraculis cur silentia aduentu suo imposuit Christus.

Gregorij Thaumaturg. in Appollinem imperium, & ius.

Euseb lib. 7. hist Eccl. c. 25

Septima ostensio fit, ab historicis, siue Euangelistis, qui dicta, & gesta Christi conscripserunt: hos enim magna sapientia voluit Dominus Ethnicos fuisse, aut Gentiles, siue Iudæos, qui in historia conscribenda clarerent, quemadmodum primo libro ostensum fuit, sed viros simplices, & orationem impolitam atque inaffectatam sectantes, ne aliquid Fides nostra eloquentiæ deberet: qui propterea Euangelistæ omni acceptione, Fideque digni existunt, quod simpliciter, rudiq; sermone res præclaras, illustres, omnemque intelligentiæ humanæ exuperantes captū enarrauerint, nihil addentes de suo, nihilque subtrahentes, etiam eorum, quæ notam aliquam etiam ipsi suo magistro inurere posse videntur: nam iniurias illatas, mortemque Crucis acerbissimam à Iudæis hostibus inflictam, fusiori sermone prosecuti sunt, mysteria vero atque miracula, quęad gloriam eius illustrandam spectabant, breuissimo sermone, & quandoque vno, aut altero verbo perstringunt. Adde quod discipulorum eius ruditatem, crassitiemq; non dissimulant: peccata, vel ambitionis, vel abiuratæ Fidei, vel timidæ fugæ non celant. Item conciues suos Nazarenos eum in montem compulisse, quo illum inde præcipitem darent, & suos venisse, vt eum tenerent, dicebant enim: Quoniam in furorem versus est: fratresque suos illi fidem non habuisse, apertissime describunt. Nam hæc etsi aliquo modo dignitati eius derogare videantur, plurimum tamen eius doctrinæ arrogant atque conferunt, vt

Septima demonstratio, veritatis nostræ Fidei ab simplicitate scriptorum. *Prolego. 2.*

Christo quæ minime pepercerint, ac ne sibi quid in ipsis Apostoli, & Euangelistę in sua narratione.

Luc. 4. Mar 3. Ioan. 7.

videlicet intelligant omnes fidem Iesu fauote ac præsidio fratrum, & cōsanguineorum suorum qui illi repugnabant, minimè auctam. Denique illud me maxime permonet, & in admirationem rapit, quod homines omni eruditionis secularis cultu destituti, & ingenijs crassis præditi, artiumque contemptibilium professores, vitam Domini Iesu, quæ omnem non solum hominum, sed & Angelorum mentes, cogitationesque excellit, contexere potuerunt. Quid enim, si personam spectes, altius, aut maius cogitari potest, quam is, qui simul Deus est, & homo? cuius conceptio tota plane diuina fuit, & per Spiritum sanctum, natiuitas præstantissima, nempe seruatis illibatæ matris virginitatis claustris: per quā, sicut & per conceptionem, differt à reliquis omnibus hominibus. Vita eius principis existimatur excellentissima, quæ omnia bona sua eum subditis cōmunia habet: & quando legem, quam ipse tulit, primus seruat: quod Christus præstitit. Nulla lex perfectior, quam illa, quæ docet perfectionem Adæ communicatam, & peccato nostro perditam, recuperare, & conseruare. Mors nulla, neque præstantior, neque gloriosior, quam illa, quæ pro Republica suscipitur: at illa Christi non pro vna Republica, aut vna gente, sed pro vniuersis hominibus, quibus peccatum Adæ, nocuit, summa cum charitate Patri oblata fuit: quam post triduum consecuta est victrix mortis atque triumphatrix resurrectio. Nullus bellator fortior, quam ille, qui vincit summos inimicos: at Christus dæmones, quibus non est potestas super terram quæ comparetur, & quibus nos capitaliores non habemus inimicos, deuicit atque debellauit, nobisq; pedibus nostris conterendos subiecit: nullus Rex maior, quam qui toti orbi, & perfectiori parti hominum, hoc est, nobilissimis animabus, tum credentibus, tum beatis dominari potest. Nullus etiam admirabilior Rex illo qui à morte sua incipit regnare, & in perpetuum regnat, cum cæterorum hominum regna sua morte terminentur: nullum vero regnum fortius aut florentius eo, quod ipsis tribulationibus, & persecutionibus, tam internis, quam externis, indies augetur, & locupletatur. Cætera enim regna mutuis bellis extinguuntur, & concidunt. Adeo vt talem ac tantum Prophetam, Regem, Deumque, hominemque tanta vitæ innocentia, miraculisque coruscantem, ne cogitatione quidem cōcipere potuissent Euangelistæ, nedum eum describere, si humano tantum spiritu historiam

Christi magnitudo.

Christi mortis conditiones.

Hebr. 2. 9.

Eius in dæmonem potestas. *Iob 41.*

Christi Regis regnique excellentia.

Euangelicam contexuissent. Vt plane efficax, & fortissimum argumentum Fidei doctrinam confirmans, ab ipsis Euangelistis deducatur.

Octaua demõstratio Fidei nostræ ab Euangelicæ legis præstantia.

Octaua ostensio est, ab excellentia legis Euangelicæ, quæ omnem debitum Deo cultum ab homine exigit: quæ non tantum Fidem, & spem totam in eo collocandam, & amorem præcipit, sed etiam omnia debita proximo officia amplissime reddi iubet ac dictat: & quemque sibi vim facere, & appetitiones omnes, cupiditatesque comprimere docet: adeo vt si quis ad præscriptam Euangelij formam vitam instituat, nullus esse possit neque maior Dei cultor, & vtilitatum proximi amator ardentior, aut qui magis interiorem hominem suum, siue exteriorem componat.

In duobus humanæ vitæ cardo versatur.

Nam vt (verbi gratia) aliquid de Fidem Deum dicamus, duo sunt, in quibus humanæ vitæ cardo versatur: alterum, quale fuerit huius mundi principium: ex quo prouidentia cognoscitur: alterum, an post hanc, qua fruimur, vitam, alia futura supersit: ex cuius cognitione vera religio deriuatur, & ab vtriusque vera notitia, honestæ vitæ ratio, moresque integri proficiscuntur. Nam qui mundum genitum existimant, consequentia rationis, vt desertissimus Philo docet, prouidentiam statuit: porro qui hanc statuit, facile ad numinis voluntatem suam vitã cõponit, quod post hanc vitam existimat benefactorum, malefactorumque illi reddendam rationem. At qui mundum æternum credit, & ingenitum, nullam cõditoris curam super eum vigilare concedet: quid enim Deo cum mundo, si non est eius factor? Hinc sapientes vniuersi, qui Dei prouidentiam ab orbe expulerunt, non ab vno artifice, sed ex atomis, aut alio temerario concursu mundum conflatum asseruerunt. Qui vero Dei prouidentiam tollit, qua ratione vitam recte instituet suam? Hinc semper apud credentes prouidentiam, honestissimi quique atque integerrimi, apud non credentes profligatissimi ac perditissimi extiterunt: magnumque profecto est, sibi quemque persuadere quod agat coram oculis cuncta cernentis, perindeque est nullam religionem colere, aut ita colere, vt nullam prouidentiam esse credamus.

Philo lib. de Monarchia.

In mundi assertores æterni.

Negantes diuinam prouidentiam, viros esse bonos nõ posse.

Christianæ Philosophiæ prærogatiua singularis.

Hæc duo humanæ vitæ principia, Philosophis aut ignota, aut parum comperta, atque explorata fuerunt, neque tanta, quanta oportebat animi fortitudine asseuerata. Christiana vero Philosophia in prima sententia sacrorum Bibliorum, & primo articulo Symboli, mundi generationem, & conditionem describit, animorum vero immortalitatem, mundiq; procurationem, atque aliam vitam, nulla non pagina sacrorum voluminum cantat, atq; celebrat.

Gen. 1.

Legis Euangelicæ cum legibus humanis, Christique legislatoris cum ceteris legislatoribus contentio.

Iam vero si legem nostram Euangelicam cum cæteris ab hominibus traditis legibus componas, cæterosque legislatores cum vno legislatore CHRISTO conferas, tantum inuenies discrimen, quantum inter diuina, & humana, vel inter primas lineas, & viuos colores. Teste namque Athenæo, Minos legislator Theseum Atheniensem adamauit. Rhadamantus, vt Libycus est autor, Thalum puerum deperijt. Demetrius Phalereus, grauissimus legislator, sua vitia habuit: aderant enim teste Athenæo, taciti ad mulieres congressus, & nocturni adolescentium amores. Periander Corinthius, vnus è septem Sapientibus, cum Melyssa, cadauere (quod horrendum est dictu) commixtus fuisse dicitur. Socrates ad puerorum amores propensus fuit: quos excusantes Plato, & Alcibiades, in nescio quas animi pulchritudines retorquent: eos tamen impuros atque obscœnos extitisse, restatur Lucianus in Eunucho. Plato Stellam adolescentulum adamasse scribitur, & Febri amores illi impingit Lucianus. Quid dicam de Pythagora, aut Aristippo, aut Zenone, aut denique de illo magno Theologo Orpheo? quem infandæ libidinis autorem tradit Ouidius in libris Metamorphoseos: vt omnes illos, quos tanquam luminaria quædam, atque legum latores habuit Græcia, obscœnis voluptatibus, atque grauissimis delictis contaminatos fuisse intelligas.

Athen. li. 13. cap. 27.
Libycus.

Athenæ.

Lucianus.

Idem.

Ouid. lib. 10. Metamor.

Nona demonstratio veritatis Fidei nostræ.

Nona ostensio accipitur ab stabilitate, constantiaque Christianæ religionis. Nam si ex hominibus fuisset consilium Christianæ Fidei, iam dissolutum esset; quoniam vero ex Deo fuit, solui non potuit. Nam vt omnis plantatio, quam nõ plantauit Pater cœlestis, eradicabitur: ita quam ille plantauit, excidere est impossibile. Hinc Christus Dominus dixit: *Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Et alio loco vocat legem suam, Testamentum Nouum æternum. Et Iustin. Martyr in dialogo contra Tryph. Iudæum, pulchre scribit: *Quod autem nos in Iesum credentes, nemo terrere, aut domare valeat, apparet quotidie. Cum enim obtruncemur, crucifigamur, obycia-*

Act. 5.

Matt. 15.

Matt. 24.

Matt. 26.
Iustin. to. 2.
Christianorũ robur quantum, teste Iustino.

mur

mur bestijs, & alijs tormentis tradamur, tamen à confessione non discedimus: sed quanto magis in nos sæuitur, tanto plures pietatem, Fidemq; per nomē Iesu profitemur: haud secus quam si quis vitem putatione prouocet ad vbertatem: nam vitis plantata est à Deo, & Christo eius populus. Sic ille. Quod autem hæc firmissima sit ratio, illud maxime ostendit, quod cum Deus sui honoris, & gloriæ suæ zelator ardentissimus, & gloriam suam alteri non tradat, cum nec superbiam Luciferi in cœlo, quē inde præcipitem dedit, sustinere potuerit, Pharaonem vero arrogantem, secumque decertantem, mari Rubro submerserit, & Nabuchodonosorem sibi, & suæ statuæ aureæ honores diuinos tribui volentem, in bestiam commutauerit, semperque dispersit superbos mente cordis sui: Christi tamen doctrinam, gloriam, regnum, & parem sibi cum Deo diuinitatem tribuentem (quod nisi verum esset, omnia, tum hominum, tum dæmonum flagitia, & scelera superaret) non solum sustinuit hactenus per annos, M.D.LXX. sed etiam gentem hanc Fidem profitentem, magna sapientia, virtutumque omnium supellectile, innocentissimaq; vita, sed & edendi signa potestate decorauit atq; illustrauit. Ita vt si populus Christianus deceptus esset, posset merito Deo obijcere: *Domine, si decepti sumus, ab alio, quam à te qui tot signis doctrinam Christi confirmasti, nequaquam seducti sumus.*

Christi diuinitatis ex zelo Patris confirmatio. *Esa. 42. Esa. 14. Exod. 14. Dan. 3. Dan. 4. Luc. 1. Richard. li. 1. de Trin. c. 2.*

Decima demonstratio veræ Fidei à sanctitate professorum eius.

Decima demonstratio sumitur à puritate vitæ, & integritate, quam Christi cultores profitentur, quam plane præstare, nisi gratia Dei, & Spiritus Christi adesset, impossibile esset. Est enim prorsus supra humanæ naturæ vires posita, & prorsus diuina, vt diuinæ propterea doctrinæ merito attestari possit. Nam quod quis libenter sustineat omnib. bonis propter Christum spoliari, inimicosque proinde, ac se ipsum diligere, perindeque illis, ac sibi ipsi benefacere, naturæ vero suæ deprauatæ motus comprimere atque coercere, in tribulatione vero cōstitutum Deo gratias agere, lætoque atque sereno animo quæ admouentur tormenta perferre, mortemque subire pro Christi nomine, gloriosum sibi ducere: diuinam profecto Spiritus sancti in nobis habitantis virtutem prodit, vt illam ad naturam humanam per virtutes humano studio acquisitas referre non possis. Fieri enim non potest, vt arbor mala bonos fructus proferat: aut quod natum est ex carne, spiritus sit. Hanc vitæ integritatem atque puritatem, vel ipsi Gentiles agnouerunt: vnde Plinius Iunior, Traiani iussu Christianos inquirens, eos peculiari epistola ad Imperatorem scripta, de puritate, & innocentia vitæ commendat. Iam quid dicam de his, qui in monasteria, vel in eremos, vitæ purificandæ gratiā se recipiunt, & vitam prorsus Angelicam in corpore terreno degunt? Quid de ijs, qui virginitatem colunt, & in carne præter carnem viuunt, & aliorum obedientiæ subditi arctissimam paupertatem profitentur? hæc enim vitæ traducendæ ratio non tantum rationem gratiæ communem, sed etiam insigne munus, & copiosum Spiritus sancti demonstrat, atque ob id testimonium reddit Euangelicæ veritati: nunquam autem vlla gens tantopere coluit has excelsas, & heroicas virtutes: imo multæ ne nomina quidem earum agnouerunt, quod nimium supra omnem naturæ facultatem longè sint positæ.

Matt. 7. Ioan. 3. Plinius Iunior.

Vndecima demonstratio ab infelici exitu persecutorum Ecclesiæ.

Vndecima ostensio capitur à diuina prouidentia, quæ horrendos, infelicesque exitus persecutoribus Christianæ religionis intulit. Nam Iudæi, & templo, & ciuitate, & patria expulsi, per vniuersum dispersi peregrinantur orbem. PILATVS, qui iniquam in CHRISTVM sententiam tulit, manus sibi iniecit: vt testis est Eusebius. HERODES ANTIPAS, qui Ioannem decollauit, & Christum irrisit, à Caio est Lugdunum Galliæ relegatus, donatis omnibus eius bonis Agrippæ Herodiadis vxoris fratri. HERODES AGRIPPA ab Angelo est necatus, vt testatur Lucas in Act. CALIGVLA coniuratorum vulneribus confossus est, autore Suetonio. CLAVDIVS veneno vxoris Agrippinæ interijt. NERO, sententia lata per Senatum, vt nudus per publicum duceretur, furca collo eius inserta, virgisque ad mortem cæderetur, atque ita è saxo præceps daretur, se ipsum fugiens gladio transfixit adiuuante Sporo. DOMITIANVS in cubiculo à suis ministris, conscia vxore Domitia, vulneribus confossus est. TRAIANVS resolutione membrorum, & stupore corporis, & intercute repletus, apud Selinuntem Siciliæ vrbem extinctus est, vt tradit Dio Cassius. HADRIANVS primùm sanguinis fluxu, deinde pthisi, demum hydropisi confectus, venenum à Medico, & gladium à seruis, vt se interimeret, poposcit; & tandem cibi, potusque inedia, ex consilio Medicorum, vt refert Ælius Spartianus, extinctus.

Pilatus. Euseb. lib. 2 hist. Eccl. c. 4. Ex Ioseph. lib. 18. Antiquit. cap. 14. Herodes Antipas. Matt. 14. Luc. 23. Act. 12. Herodes Agrippa. Caligula. Sueto. in vita eius cap. 58. Sueto. in vita cap. 44. Sueto. in vita cap. 49. Claudius Nero. Sueto. cap. 17. eius vita. Domitianus Traianus. Dio Cassius. Hadrianus. Eusebius.

VALERIANVS, bello in Saporem Regem Persarum illato, viu⁹ ab eo est captus ita vt eius tergo pro scabello vteretur ascensurus equum: quem scribit Eusebius in sermone ad conuentum sanctorum, exco-

Valerianus. Ælius Spartia. Trebellius.

riari

Gallienus.

riari à Rege iussum. GALLIENVS, filius Valeriani atrocissimas rebelliones pertulit, adeo vt scribat Trebellius, eius seculo triginta numero alios alijs in terris exercuisse imperium: in quibus & fœminæ essent quędam Romano nomini illudentes.

Aurelianus.

AVRELIANVS à suis amicis inter Byzantium, & Heracleam, postquam fulmine territus fuisset, confossus est.

Diocletianus.

DIOCLETIANVS, cum intra fauces vim vermium prorepentium, & fœtentium sentiret, ita vt locum inficeret, more canis latrans, miseram, & blasphemam animam euomuit, vt testis est Ioannes Zonaras, & Nicephorus.

Ioan. Zonar. Niceph lib 7. cap.20.

Maximianus.

MAXIMIANVS Herculeus, Diocletianiq; collega, laqueo sibi vitam abrupit.

Maximianus Galerius.

Eufeb lib 8. hist Eccl. c.18

MAXIMIANVS Galerius, per totam Asiam decennalem in Christianos sæuitiam exercuit teste Eusebio: sed vlcere in pectore innato, vermes, & putulenta materia, & fœtida ebullire cœpit, ita vt nemo ferre posset fœtorem: hinc plerosque medicorum occidit: quorum vnus illi in memoriam reuocauit, tanta in seruos Dei, & Christianos egisse, & quod inde essent sibi remedia poscenda. Vnde cœpit in se reuerti, tresque leges in fauorem Christianorum frustra tulit. Tandem corpore ex penetralibus conflagrante, confitenteq; quod propter præsumptam in Christum insaniam hæc pateretur, animam efflauit: vt eodem libro ait Eusebius.

Idem cap. 29.

Maxentius.

Idem li 9. c. 9.

MAXENTIVS tyrannus incidit in foueam, quam Constantino fecerat, & in flumine Tiberis præceps factus perijt.

Licinius Crassus.

LICINIVS CRASSVS cum in Christiana religione, quam simul cum eo Constantius susceperat, non perstitisset, ad Christianos persequendos conuersus, à Constantino semel & iterum superatus est, atque eius mandato interfectus, præter vlcus fistulosum & insanabile in pudẽdis, vnde vermiculatio spirabat ex adipe succulento: vt refert idem Eusebius.

Iulianus Apostat.

Euseb. li. 2. de vita Constantini, & Sozomen li. 1 hist. Trip ca. 8.

IVLIANVS APOSTATA, à Persa quodam dolo ductus in deserta, conto traiectus perijt: vel, vt alij volunt, sagitta de cœlo missa vulneratus, & pugillum cruoris in aerem proijciens, in nefariam vocem erupit, dicens; Galilæe vicisti.

Theodor li. 6. hist. Tripar. cap. 46.

Constantius Arrianus.

Theodoritus.

Zonaras.

CONSTANTIVS ARRIANVS in bello contra Scythas superatus est, & vt ait Theodoritus, in domo cuiusdam inter paleas latitans combustus est. Testatur Zonaras in Valente sanctum Isaacium illi in Scythas, Thraciam, & Macedoniam incursantes proficiscenti, spiritu prophetico dixisse, Catholicis vt Ecclesias redderet, alioqui inde non reuersurum. Cumque impius his verbis permotus, iussisset virum sanctum asseruari, donec rediret, respondit sanctus: Si inde redieris, nõ est locutus per me Dominus.

Valens.

VALENS in bello contra Gothos suscepto, cum sagitta saucius fugeret, & ob dolorem nimium sæpè equo laberetur, ad cuiusdam villulę casam deportat⁹ est: quo persequentib. Barbaris, & incensa domo, sepultura quoque caruit: vt Hieronymus in additamentis ad Chronicon Eusebij testatur.

Hieron. to. oper. Euseb. Cæsariens.

Valentinianus Iunior

Ruffin lib … Eccl. hist. c…

VALENTINIANVS Iunior, à Iustina matre hæresi Arriana corruptus, orthodoxis aduersari cœpit: sed Maximi, & Eugenij tyrannorum potentia perterritus, laqueo sibi mortem consciuit.

Theodoricus Ostrogothorum Rex.

THEODORICVS Ostrogothorum Rex, Arrianus, qui Ioannem, & Symmachum, Seuerinumque Boëtium interfecerat, dum cœnanti sibi prægrandis piscis caput esset oblatum, diuino ostento in eodem capite Symmachi à se interfecti caput atrocia minitans repræsentatum fuit: vnde misere mortuus est: cuius animam vidit quidam eremita (vt testatur Gregorius in dialogis) à B. Ioannis, & Symmachi animabus associatam, in Vulcanum Insulam, & sulphuream foueam præcipitem datam.

Greg li. 4 … log. c 32. …

Quid dicemus de hæreticis, & Apostatis?

Simon Ma… hæresum fa… primus fuit

Simon Magus.

SIMON MAGVS, primus hæresum inuentor, Petri precibus cum inaniter volare tentaret, præceps factus, & cruribus fractis, infelicissime perijt.

Lucianus.

Mordacissimus ille LVCIANVS, deorum, hominumque adlatrator, & legis Christi, quam professus fuerat, irrisor, canum morsibus laceratus interijt: vt autor est Suidas.

Suidas.

Sedulius.

Arrius.

Arrij quali… interitus.

Quis nesciat quas pœnas luit ARRIVS, de quo cecinit Sedulius:

Hæc est vera fides, hanc sprevit habere salutem
Arrius infelix, qui curua per auia rectum
Flectere iussus iter, foueam dilapsus in atram,
Corruit, & tetri mersus petit ima profundi,
Tam vacuus sensu, iusta quam tempore pœna
Visceribus fusis vacuus quoq; ventre remansit.
Demens perpetui qui non imitanda parentis
Iura caducorum gradibus simulauit honorum.

Nestorius

NESTORIVS, lingua à vermibus corrosa, ad sempiterna supplicia maiores pœnas luiturus migrauit: quemadmodum testatur Nicephorus.

Niceph. li… cap 36.

Septima … strema de… monstratio…

Duodecima ac postrema sit ostensio, à tractu totius mundi ad Christum crucifixum Fide suscipiendum, & colẽdum. Nam quanam quęso, respondeant mihi aduersarij Christianæ religionis, virtute trahebantur? Non quidem sensu, neque rationibus: quid enim ab ijs magis remotum, quam dicere Deum Crucifixum, Deũ mortuum, Deum sepultum? Non voluptatibus, aut licentioris vitæ concessione: nam ad cruciatus, & perhorrenda mortis supplicia

Quod nul… la prorsus diuina vi, … potentia … dus ad Ch… stum perd… … fit.

per

per legem, quæ nullum crimen admittit, inuitabantur. Non Tulliana eloquentia: rudes admodum erãt,& huiuſce rei expertes Apoſtoli. Non principum armis: Imperatoria edicta, quæ etiam æreis tabulis inſculpebantur, omnibus in Chriſtum, blaſphemijs plena erant. Non vulgi fauore: à pueris, ab indigniſſimis mulierculis flagitioſiſſima in Chriſtũ cõmenta canebantur in foro. Non conſuetudine: orbis enim aduerſis moribus iam conſenuerat. Non dignitate autoris: quid enim indignius, quam filium fabri, in ligno Crucis pendere in medio latronũ, vt Iudæis eſſet ſcandalum, gentib. ſtultitia? Non legis facilitate: quid enim magis durum, aut cõtremiſcendum, quam inimicos diligere, quam carnem reprimere,& ſcelera admiſſa ad aurem Sacerdoti confiteri? Non otio, aut externa pace: omnis generis hoſtes, & externos, & inteſtinos nũquam nõ habuit Chriſtiana Reſpublica. Non caſu,& temeritate: diu ſtetit orbis in huius religionis examine, antequã illam Cæſares amplecterentur. Non fato: fata animis immortalibus non imperant. Non conſtellatione: nulla ſyderum configuratio tot ſeculis tã multas prouincias afflare potuiſſet. Non vehementi cogitatione: quam pauciſſimos videas, qui vehemẽter cogitare ſoleant. Qui pro Chriſto mortui ſunt, myriades myriadum. Non magicis artibus, atq; miraculis: nam Apollonius Tyaneus, hominum ſtupor, quotam orbis portionem ad ſe traxit? aut quot ſapientes pro eo mortui ſunt? aut quis pro illius gloria, vel ſanguinis guttulam profudit? Non illuſionibus: quis enim non vereatur dicere, Paulum Tarſenſem, Clementẽ Alexandrinum, Dionyſium Areopagitam, Iuſtinum martyrem, Tertullianum, Cyprianum, Baſiliũ, Gregorium, Hilarium, Ambroſium, Hieronymum, Auguſtinum, & perſimiles multos, ſapientiſſimos, & ſanctiſſimos viros illuſos fuiſſe? Non ſanctitate, probitateque morum: quomodo enim ſanctus erat, qui ſe Meſſiam, Deiq; Filium ac Deum eſſe dicebat, ſi non erat, vt Ethnicus putat? Non vi Angelorum cœleſtium: quomodo enim cœlites illi crucifixi hominis impiam, ac nulla ratione ferendam blaſphemiam fouere vellent? Non deniq; cacodæmonum opera: quis enim ſe, aut ſua regna demoliatur?

Matt. 13. *Infra 17.* *1. Cor. 1.* *Matt. 5.* *Iacob 5.*

Fata in quos nullam habent poteſtatem.

Vides igitur, diuina virtute, tanquam magnete quodam potentiſſimo, tractos eſſe homines ad agnitionem, & cultũ Chriſti. Deinde perpende, multas ex ijs, quas propoſuimus, oſtenſiones magnum pondus ad Chriſti religionem amplectendam ac retinendam habuiſſe? Cum igitur ſola Chriſti Eccleſia diſputandi ſcholam omnibus aperiat: ſola perſecutionibus ſit aucta, & locupletata: ſolam illam reformident,& pertimeſcant dæmones: in illa ſola ſemper dæmon hæreſes ferat, tanquam vermes in perfecto pomo: atq; ea ſola in finem vſque ſeculi ſit duratura: profecto apertiſſimis, & inuictiſſimis rationibus colligimus, eius autoritatem eſſe ſacroſanctam: Fidem eſſe diuinam: veritatem firmam,& ſolidam exiſtere, quemadmodum eius autor Dei Filius, Dei eſt virtus & ſapientia inuicta, & inſuperabilis, cui cum Patre & Spiritu ſancto æternus redditur honor, laus, ac poteſtas in ſeculum ſeculi, Amen.

Chriſtianæ religionis inſignia.

1. Cor. 1.

TRACTATVS IV.

De Diſputatione Domini cum Nicodemo de myſterio regenerationis: & habetur tantum Ioann. 3.

Erat autem homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine, Princeps Iudæorũ, Hic venit ad Ieſum nocte, & dixit ei, Rabbi, Scimus quia à Deo veniſti Magiſter: nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo, &c.

Incipiunt diſputationes primo anno prædicationis Chriſti, hoc eſt poſt primũ Paſcha Ioan. 3.

AD commodiorem,& planiorem huius diſceptationis Nicodemi cum Domino intelligentiam, præmittendũ eſt, Euangeliſtam paulo ante deſcripſiſſe ſigna, quæ in templo Dominus Ieſus ediderat,& quomodo multi ab illis conuicti credidiſſent in eum. Ipſe autem non credebat ſemetipſum eis, eo quod ipſe noſſet omnes,& quia opus ei non erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine: ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine. Subnectit autem Nicodemi ad eum aduentum & interrogationem: cui Dominus paulatim ſe detexit, vt intelligamus non eſſe ex illorum numero, ſed dignum, cui crederet Sacramenta fidei,& propterea dixit cum aduerſatiua: *Erat autem homo ex Phariſæis, &c.* Vocat autem illum hominem, non ſerpentem, aut genimen viperæ, aut ſepulchrum ſeu parietem dealbatum, aut aſpidem ſurdam, quomodo Spiritus ſanctus Phariſæos alijs locis vocat, neque iumentum, id eſt, non quærens quæ ſalutis æternæ ſunt, neq; ſupra hominem exiſtẽtem, ſed hominem, id eſt, terrenum, nondum ſupra hominem eleuatum, cum nondum eſſet regeneratus, aptus tamen factus, vt eleuaretur. Eratque

Huius diſputationis occaſio.

Nicodemus ab Euangeliſta cur vocatus homo.

Matth. 3. *Matt. 23.* *Act. 19.*

Quales ferè Phariſæi erant.

ſecta

Ioan. 3. Matth. 22. Act. 23.

secta Pharisæus: quia Sadducæi hæretici erant negantes resurrectionem, & spiritum, ac idcircò inepti ad capiendum mysterium renascentiæ ex aqua & Spiritu sancto: Pharisæorum autem secta, præcipua & illustris, non minus sanctitatis opinione, quàm præstantia doctrinæ habebatur.

Nicodemus quale nomen sit, quid sonet.

Nomen eius erat Nicodemus. Vnde bonum augurium primo desumitur, quòd nominatus sit in Scripturis non sine laude; vt proinde meritò credatur conscriptus in libro vitæ. Est autem Græca vox quemadmodum Philippus, Andreas, Stephanus: à quo enim tempore Græci imperium in Iudæos obtinuerunt, multa Græcorum ab Hebræis propria nomina vsurpata sunt: vt habetur ex libris Machabæorum. Significat autem Nicodemus victoriam populi: nam hæc est victoria quæ vincit mundum, sensum, cogitationesque fides nostra. Quidam tamen eruditi existimant, posse esse Hebræam vocem, & significare, innocentem, vel mundum sanguinem, aut sanguine: à verbo Nacah, quod est mundare, & Chaldaicè iustificate: & dam, sanguis, pro quo Thargum habet dema: tales quippe homines fiunt per Sacramentum regenerationis: quanquam probabilius sit, potiùs Græcam vocem esse, quàm Hebræam, quia nusquam in Veteri Testamento quisquam sic est nominatus. Et in Euangelio Syriaco nomina propria illius linguæ Syræ terminantur in O, vt Meschicho, Cipho; at ex Græco idiomate vsurpata terminantur in ous, vt Philippous, Nicodemous, Stephanous, Nicolaous, Andreaous. Tertiò, dicitur Princeps Iudæorum. Qualem principatum apud Iudæos gereret, haud satis liquet. Sunt enim Principes Sacerdotum, qui in spiritualibus præerant: quorum frequenter Euangelistæ meminerunt. Rursum erant Principes Synagogæ, qui Synagogæ conuocandæ præfecti erant, qui dicuntur Archisynagogi: de quibus Marcus, & Lucas commemorant; & in Actis Crispus Archisynagogus nominatur. Alij verò absolutè dicuntur Principes, vel Principes Iudæorum: quorum meminit Ioannes, dicendo: *Miserunt Principes, & Pharisæi ministros, vt apprehenderent Iesum*; & rursus, *Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis?* Et iterum: *Verumtamen & ex Principibus multi crediderunt in eum; sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è Synagoga non eijcerentur.* Et tales tanquam primates, opibus, & nobilitate alijs præcellentes, cæteros regebant, atque gubernabant. Et vt ex tribus postremis ex Ioanne testimonijs productis constare potest, alij erant Principes, & alij erant Pharisæi; quanquam quandoque vnus simul esset & Pharisæus, & Princeps, quemadmodum hic dicitur de Nicodemo: qui fortassis non tantùm opibus, sed etiam doctrina, & magisterio (quia subiungitur: *Tu es magister in Israel*) Princeps erat Iudæorum. Atq; hoc dictum est; ne quis putaret solos populares Christo adhæsisse. Nam etsi Deus infirma mundi eligat, vt fortia quæque confundat; non tamen omnes doctos, aut potentes abiecit, quia Pusillum, & magnũ ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. Quod verò ex eis pauci salui fiant, non Dei, sed ipsorum vitio prouenit: difficilè enim credere possunt, qui gloriam mundi amant.

1. Ioan. 5.

Alter significatus eius vocis secundum alios, minus tamen probabilis.

Propria nomina Syriaca quale m terminationem ... codemus ... Princeps Iudæorũ ... ege. ... nam Principes Sacerdotum apud Iudæos. Matth. 2. & 26. & 27. & alibi. Principes Synagogæ quid erant. Mar. 5. Luc 13. Actor. 18. Principes Iudæorum quales ... Ioan. 7. Ibidem. Infra. 12.

Non ijdem Principes Iudæorum, qui & Pharisæi.

Ioan. 3. Quare Nicodemus dictus sit ab Euangelista Princeps Iudæorum. 1. Cor. 1. Sap. 6. Mundi sapientes, & potentes cur pereant. Ioan. 12. Humilitas, & pietas Nicodemi.

Hic venit ad Iesum nocte. Mirum fuit studium, & solicitudo Nicodemi, qui magister erat in Israel, vt se submitteret ad discendum, impleturus illud propheticum; *Accedite ad eum, & illuminamini.* Et id Esaiæ, *Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad Domũ Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius.* Qui enim magis dispositus est, maiora accipit dona, quàm qui negligit: Beati enim qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Et vide quàm rectè nomen Pharisæi ei congruit. Interpretatur enim Pharisæus, vt quidam volunt, segregatus, siue diuisus: hic autem seipsum à cæteris Pharisæis segregauit, atque diuisit, vt ad Christum discendi gratia veniret: quemadmodum Ioann. 7. ipse solus diuisus ab alijs apud Pharisæos Christum defendit, dicens; *Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat?* Rursus seipsum à cæteris segregauit; vt Christum mortuum honorificè sepeliret: vt intelligamus, nos, quæ Christi sunt mysteria, discere non posse, neque doctrinam eius tueri apud alios, neque Christum cum aromatum, id est virtutum fragrantia, suauitateque in nobis sepelire, nisi nos ipsos à cæteris mundi dilectoribus, & viris seculi segregauerimus, atque abstraxerimus. Alij Pharisæum docent significare, interpretem, & Doctorem diuinæ legis: quod probabilius esse indicat Syriaci Euangelij scriptio, in qua Pharisæi vocantur Perischæi, vbi apertè scribitur illud nomen cũ Schin, non cum Samech: cum hoc enim elemento interpretantur, diuisi; cum priori verò, Doctores, & interpretes. Talis hic erat olim sed multo plus, ex quo à Domino instructus fuit.

Psalm. 33. Esa. 2. Matth. 5. Pharisæus duo significat. Ioan. 7. Infra 19. Diuina Christi mysteria, inter Nicodemi, quando tantum valebimus apprehendere. Alter significatus vocis Pharisæi. Perischæi Syro sermone qui.

Quòd autem nocte venit, vel ideò factum est, vt secretò posset colloqui cum Christo nullo impediente; aut quo diutius cum

Cur nocte Christum Nicodemus accesserit.

Matth. 13. & Ioan. 7.

cum eo clam immorari posset; vel metu fecit, ne cæterorum Pharisæorum offensam incurreret; vel aliquid humani passus est vt erubesceret, si discipulum se profiteretur eius, quem constabat non didicisse literas: & vt imperfectus, imbecillusque in amore erga Iesum, nolebat eius causa, suæ gloriæ facere iacturam apud homines, nec in sui ordinis inuidiam pertrahi. Iesus autem mansuetissimus Doctor, qui calamum quassatum non conterit, & linum fumigans non extinguit, & qui gloriam sui magisterij ab hominibus non quærebat, eum non repulit vt timidum, & intempestiuum salutatorem, sed comiter excepit, & ad se venientem instruxit. Difficilè vincitur & expellitur tam amor sui, quàm timor mundi: quæ plerunque nostram salutem impediunt. In tenebris igitur ad Christum venit Nicodemus: quia adhuc in tenebris erat, vt qui nondum renatus esset. Solis enim renatis dicitur: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: vt filij lucis ambulate.* Et vt Pharisæi tempore nocturno abusi, miserunt ministros ad comprehendendum Iesum: ita hic bene vtens nocte, doctrinæ aptum nocturni silentij captauit otium, per quam comprehensus, & ligatus est à Domino. Sunt autem Nicodemitæ nocte venientes ad Iesum, quotquot furati volunt, non rapere cœlum; cùm tamen regnum cœlorum vim patiatur, & violenti rapiant illud, & iterum dictum sit: *Qui negauerit me coram hominibus; negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.* Hi rursus sunt, qui credunt quidem in eum; sed propter Pharisæos confiteri non audent: *Quia dilexerunt magis gloriam hominum, quam gloriam Dei*, cum scriptum sit: *Corde creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem.* Sunt & adhuc multi, qui occultè volunt audire verbum Dei, occultè cum viris spiritualibus salutis suæ gratia congrediuntur; occultè sacrosanctæ Eucharistiæ communicare volunt; cùm tamen, si ad mensam Regis inuitati essent, id sibi gloriæ ducerent, & omnes homines rescire vellent.

Doctor qualis Iesus.
Esa. 42. & Matth. 12. Ioan. 7. & Infra. 8.
Amor sui, & timor mundi, humanæ salutis magna sunt impedimenta.
Ephes. 5. Luc. 22.
Nocte ad Iesum qui veniant cum Nicodemo.
Matth. 11. Supra 10.
Ioan. 12. Rom. 10.

Et dixit ei, Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. Rabbi dixit in vocandi casu, magister in casu nominandi. Et magistrum vocat, & eum à Deo in magistrum missum profitetur, & præconijs celebrat. Quasi diceret; Tu, qui à Deo nobis magister datus es, doce quæ maximè necessaria sunt, & de magnis dubijs instruere nos ne dedignere. Quo verbo Christi doctrinam profitetur esse veram, & à Deo profectam: & simul illum seiungit à falsis prophetis, qui Domino eos non mittente currebant. Scimus, inquit, id est, perspectum habemus doctrinam tuam non esse, qualis est Pharisæorum, aut aliorum: res ipsa loquitur, autoritatem ipsam docendi non esse ab homine traditam, sed à Deo: nec solùm traditam vt doceret, sed vt signis, & operibus admirandis illi adstipularetur, atque subscriberet. Moses enim, & Prophetæ nonnulli doctrinam attulerunt, illamque signis confirmarunt: sed illam nequaquam sibi adscripserunt, nec sibi, sed Messiæ venturo testimonium reddidêre. Alij rursus (inter quos est Ioannes Baptista) magna sanctitate, sed nullo signorum præsidio fulti, missi sunt: sed tanquam serui, nihil sibi tribuebant. At Iesus singulari vitæ innocentia, prodigijsque admirandis doctrinam nouam confirmauit; sibique tanquam Filio Dei, testimonium reddidit. Ideò rectè ait, Scimus: quia iam multi persuasi erant à signis, & doctrina, quod esset missus à Deo, secundum illud: *Et me scitis, & vnde sim, scitis.* Nullam igitur Pharisæi obtendere possunt ignorantiam: sed etsi credebant illum esse prophetam quendam, nondum tamen esse Messiam, ac Filium Dei: & ni restitissent, seque ipsos obdurassent, & minus se veritatis capaces reddidissent; poterant facilè illa cogitatione, & fide assequi.

Quid est quod ait Nicodemus, Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister.
Ierem. 23.
Qualis Christi doctrina.
Matth. 7.
Prophetæ quales erant tantummodo.
Ioan. 1. Infra 12.
Vnde sciebat Nicodemus, & alij, Christum à Deo magistrum venisse.
Supra 7.

Quod ergo dicitur Ioann. 12. quòd cùm tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, prædictis non contradicit. Dicuntur enim non credere, qui in vera Fidei luce, quæ à Deo est, nolunt credere: nemo enim credere potest nisi volens, vt Augustinus ait: Deus autem neminem vult perire, imò omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: omni volenti, ac lumē desideranti fidem infundit: *Scimus igitur*, à signis, & ex eo, quòd in lege instructi sumus, quòd à Deo veneris magister. Tribuit magnificum titulum Christo, nominando eum Rabbi; quem Pharisæi omnium maximè ambiebant.

Si Pharisæi Christum cognouerunt Deo missum, vt ait Nicodemus cur ei in eum non credidisse [illegible] habentur.
Ioan. 12. Augustin. contra Faustum Manich. lib. 6.
1. Tim. 2.
Deus omnes homines cupit saluos.
Matth. 23.
Pharisæi, teste Christo vti vocari ab hominibus vehementer optabant.

Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Rectè argumentatur Nicodemus ex signis quæ Christus edebat, Deum esse cum Iesu. Est enim Dei proprium, aut per se, aut per suos edere signa. Nam & diabolus cum suis ministris signa faciet, quæ videbūtur esse miracula, sed nō erunt reuera, nisi vel per sensuū ludificationē, vel per caussarū naturaliū, & occultarū coniunctionē, vt ait Apostolus in posteriori ad Thessal. de aduentu Antichristi. Nec obstat dicto Nicodemi, quod Dominus dixit, *Multos dicturos, Domine Domine nonne in nomine*

Dei proprium quid sit.
Signa Antichristi qualia sint futura.
2. Thess. 2. Matth. 7. Ibidem.

tuo de-

tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? quibus tamen respondebit. *Quia nunquam noui vos: discedite à me omnes qui operabimini iniquitatem.* Dicendum est enim, quòd etsi Dominus his non adsit per gratiam suam, nec sit cum eis in omnibus quæ faciunt, adest tamen eis in patratione signorum, quæ cum non fiant in nomine ipsorum, non probant illos esse sanctos, sed sanctum esse nomen illud, in quo facta sunt, ac veram quam prædicant doctrinam. Idcircò mulier Sarepthana dixit ad Heliam: *Nunc in isto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.* Et Marc. vltim. Apostoli prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Magnifica ergo Nicodemi opinio de Iesu, infra Domini dignitatem erat: nam & miracula ipsa quæ patrabat, Deum etiam ipsum esse iudicabant, quòd nimirum ea patraret, vt Deum se esse ostenderet. Huic etiam dicto, quod maximā blasphemiam contineret, si verum non esset, minimè Deus per signa, & prodigia subscriberet, ne suæ gloriæ derogaret. Quòd si Apostoli signa ediderunt, ad illustrandam tamen Christi gloriam, & nomen eius clarificandum, non quo sibi quicquam tribuerent, ea effecerunt. Sed Nicodemus nondum eò fuerat progressus, vt hoc intelligeret: id tamen ex hoc loco intelligimus, Nicodemum ex eorum fuisse numero, qui à miraculis conuicti, ad credendum in Christum, tāquam in magnum aliquem Prophetam, permoti sunt: etsi maiore ratione, quàm alij. Quidam enim ad signa tantùm, & non ad verba Christi attendebant: ideò cessantibus signis, à fide defecerunt; hic autem præter signa, etiam verbum Christi requirebat, illique hærebat. Vnde quo tempore alij fidem amiserunt, iste constans in fide permansit, nempè in morte, quando eum sepeliuit. Quod nobis valde perpendendum est: cùm enim nulla signa videamus, debemus nihilominus firmissimè verbo Dei tot signis olim corroborato hærere.

Psal. 6.
Quomodo iniquis signa operantibus Deus adsit.
3. Reg. 17.
Marc. vlt.
Miracula à Christo cur fierent.
Apostoli cur signa ederent.
Aliter Nicodemus, aliter alij signorum magnitudine atque vi ad Christum attracti sunt.
Excellens Nicodemi fides.
Ioan. 19.

Respondit Iesus, & dixit ei. Dominus, qui frequenter Pharisæos responso non dignabatur, propter malam eorum mentem, & malum animum, aut saltem duriter respondebat, vt cùm dicebat: *Quid me tentatis, hypocritæ?* ad candidam tamen Nicodemi interrogationem, & bonum animum discendi auidam, benignè, & cum mansuetudine respondit. Quanquam autem Nicodemus nihil eum interrogasset, sed tantùm animum aperuisset suum, & fidem, quod venisset à Deo magister: tamen fortasse vel tacita animi cogitatione interrogauit, qua ratione consequi posset vitam æternam, & regnum cœlorum, quod Ioannes & Christus iam prædicauerant; atque hanc interrogationem insinuasse Euangelistam in responsione Christi: secundum illum canonem pulcherrimum, quo ex responsione coniectamus dubiam interrogationem: sicut capit. prim. interrogationem Pharisæorum indicauit Ioannis responsione, dicentis: *Non sum ego Christus.* Ad mentis ergo cogitationem respondisse dici potest. Quasi Dominus diceret: Tu ad me accedis doctrinæ meæ audiendæ cupidus, video te simplici pectore adesse; ac proinde indignus non es, vt de cœlestibus donis instruaris, & primùm de regeneratione baptismi, qui est principium Christianismi: ostendam ergo tibi, quæ maximè necessaria sunt: nempè vt primo innoues vitam tuam, & nascaris Spiritu, qui hactenus carne vixisti. Tu me quidem confiteri à Deo missum magistrum, & à signis elicis mecum Deum esse: sed hoc non est videre me nisi longè, per indicia videlicet: quemadmodum ex fumo ignem adesse cognoscimus.

Cur sæpe Christus Pharisæos indignos suo haberet responso.
Matth. 22.
Supra 1.
Infra 4.
Ioan. 1.
Quo schemate Nicodemo (cuius animi interrogatio nulla fuit) dicitur Dominus respondisse.

Et subdit: *Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.* Id est, Nemo potest me videre, & regnum meum, quod illi est modo præparatum, quæ est Ecclesia præsens, vt in ea regeneretur, atque educetur, neque in regnum meum cœleste, quod est omnibus regenitis in Ecclesia triumphanti in præmium præparatum, & seruatum, introire, nisi denuo, vel desuper sit renatus, & suum per fidem dilectione operantem agnoscat regeneratorem: non futurum, sed præsentem Messiam: non purum hominem, sed Deum etiam: ad quod opus est alia fide, quàm illa, quam in circumcisione habuit: deber enim esse maior, & perfectior: vt ad hæc singularia extendatur, ob quam quisque eijci à Synagoga, & principatum suum amittere gloriosum ducat. Solet autem plerunque Ioannes, vt testatur Rupertus Abbas, qui maiora, diuiniorαque Christi mysteria profert, gemina affirmatione, vt attentum reddat auditoris animum, vti, dicendo, *Amen amen.* Et quoniam amen, pro nomine veritatis, quæ ipse est Filius Dei, aliquando vsurpatur, secundum illud Apocalypsis: *Hæc dicit Amen, testis fidelis, & verus:* cum sæpè dicat, *Amen amen,* posset exponi, Ego veritas veritatem dico; Vel, Ego veritas per essentiam, quatenus Deus sum, & Ego

Quod sit regnum Dei.
Quæ fides sit in Christum necessaria.
Geminatio illa: Amen amen dico tibi, &c. cur Ioanni frequens, ac familiaris.
Rupert. Tuitien. in Ioan. lib. 3.
Amen quid significet.
Apocal. 3.
Ioan. 4.

summa veritas participata, in quantum homo sum, dico vobis, &c. Verbum, *Renatus*, Græcè simpliciter profertur natus, γεννηθῇ: interpres tamen eo consilio renasci, pro nasci posuit, quòd non de natiuitate carnali, quæ prior est, & vetus, ac terrena, sed de spirituali, quæ est quasi secunda, & noua, atque cœlestis natiuitas, sermo habeatur.

Aduerbium denuo, Græcè ἄνωθεν duo significat, & quid hoc loco, cum dicitur: Nisi quis renatus fuerit denuo, &c.

Verbum autem denuò, quod Græcè ἄνωθεν, ambiguæ est apud Græcos significationis: nam signat idem quod desuper, siue de supernis; in qua significatione inferius accipitur, cùm ait: *Qui desursum venit, super omnes est*; nam ibi legitur ἄνωθεν. Deinde significat idem quod denuò, aut de integro, siue iterum: quam significationem interpres noster sequitur, & quam Nicodemus videtur intellexisse, quia subdidit: *Nunquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire, & renasci?* Nam si intellexisset, hominem debere nasci ex supernis, stulta videretur interrogatio de iterato introitu in ventrem matris: quo in loco Nicodemus voce illa ambigua ἄνωθεν non est vsus, sed, nempè δεύτερον, id est, secundò, iteratòve, quod apertius respondeat ad denuo, quàm ad desuper. Neque Nicodemus ambiguitate vocabuli prædicti falsus fuit, vt Theophylactus illi impingit, quòd videlicet dictionem illam in alia significatione acceperit, quàm Saluator protulerit: non enim vocabulum illud Græcum audiuit Nicodemus, sed Hebræum, siue Syriacum; quod etsi desuper significet, tamen quia natus renasci debebat, rectè dixit, *Iteratò introire in ventrem matris, & renasci*. Rursus si Dominus dixisset: Oportet vos nasci supernè, non obiecisset Nicodemus ea quæ sunt generationis carnalis: vt constat ex eo, quòd postquam Iesus explicuit quòd oporteret nasci ex aqua, & spiritu, nihil tunc opposuit de modo generationis secundùm carnem. Ex quo habetur, quòd si in primis verbis Dominus dixisset: Oportet vos nasci supernè, iam Nicodemus intellexisset quòd non de carnali generatione loqueretur; & ob id quæ opposuit, non opposuisset. Atque huic sensui, ne sit battologia, satis erat verti, natus, & non renatus. Iuxta priorem verò significationem intelligit Cyrillus: Nisi quis renatus fuerit denuò, hoc est superna, cœlesti, diuinaque generatione, quæ fit per Spiritum sanctum desuper à Patre venientem, *Non potest videre regnum Dei*. Et subdit Cyrillus: *Cùm verò desuper regenerationem istam, quæ per Spiritum est, fieri asserat, apertè ex substantia Dei Patris Spiritum esse demonstrat. Ita certè vt de se quoque ipse alibi dicit: Ego desursum sum: Et Euangelista: Qui desursum venit, super omnes est.* Eundem sensum sequitur Theophylactus, Euthymius, & Chrysostomus, vel eius interpres vtriusque meminit intelligentiæ. Certè Syriacum Euangelium habet risch, id est ex capite, siue desuper. Et vt notauit Beatus Augustinus ad Dardanum, renatus non refertur nisi ad natiuitatem naturalem, siue in vtero, de qua: *Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est*: siue ex vtero, de qua dicitur: *De qua natus est* IESVS, *qui vocatur* CHRISTVS: quia illa naturalis vna est, siue ex vtero, siue in vtero: alioquin esset secunda, & tertia natiuitas, quod absurdum videtur. Lege, si placet, verba Augustini.

Ioan. 3.

Ibidem.

Theophyl in cap. Ioan. 3.

B. Cyril libr. 2 in Ioan. c. 40. to. 1. initio.

Ioan. 8. Supra 3.

Theophyl. Euthym. Chrys. homil. 25. in Ioan. to. 3. in princ. B. Aug. epist. 1 item Matth. 1.

Ibidem.

Incipit ergo Dominus instruere Nicodemum, inchoans à lege regenerationis per Baptismum: quod enim mandandum erat Apostolis, scilicet; *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, incipit facere ipse, docendo Nicodemum de fide Sacramenti Baptismi. Et dicendo, *Amen amen dico tibi*, legem mundo promulgandam de Baptismo indicauit. Et non dicens, *Hæc dicit Dominus*, vt Moses, & Prophetæ dicebant, sed autoritate magna decernebat, dicendo; *Dico tibi*, se Deum depromebat, & Nicodemum ad maiorem de se fidem concipiendam excitabat.

Nicodemum quid docet his verbis Dominus: Amen amen dico tibi: Nisi quis renatus fuerit denuo, & reliq.

Infra vlt.

Illud quoque perpende, variam fuisse regenerationem hominis. Et quanquam in Nouo Testamento fiat per aquam, & Spiritum sanctum: tamen in lege Moysis, per fidem, & circumcisionem, in lege verò Naturæ, siue per fidem, siue per alias ceremonias cum fide coniunctas, quæ nobis non sunt satis cognitæ, vt nec in Scripturis expressæ, homines proculdubio à Deo regenerabantur, qui per Messiæ venturi fidem non secus atque, nos, qui eum iam venisse credimus, salui fiebant. Propterea sapientissimus Dominus Iesus in hac doctrina de regeneratione tradenda, primum proponit regulam generalem, nimirum: *Nisi quis renatus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei*: quæ mortales vniuersos, siue in Lege Naturæ, siue Moysis, siue Gratiæ, quomodocunque regenitos complectitur; deinde verò peculiarem, & singularem Nouo Testamento renascentiæ modum, & rationem declarat, cum inferius ait: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.*

Quotuplex hominis regeneratio sit.

Postremò

Quo nam modo renasci dicatur homo, secundum corpus, an secundum spiritum?

Postremò expende, cuius nam generationis, aut natiuitatis gratia homo dicatur regenitus, aut renatus. Si enim referas ad generationem corpoream, in primis obstabit, quòd natiuitas carnis, & natiuitas spiritus non sunt vnius, & eiusdem generis, cùm altera sit carnea, altera verò spiritualis, quæ plusquam genere inter se differre videntur. Deinde istud obstat, posse interdum hominem renasci antequam nascatur: nam quis negauerit Ieremiam ab vtero matris sanctificatum, & Præcursorem Domini non solùm à ventre matris sanctificatum, sed etiam, quod maius, & celsius est, Spiritu sancto repletum fuisse, quam maximè renatos, regeneratosque? Vnde quod Augustinus quadam Epistola asserit, vterum matris nondum egressos non posse dici renatos, si ad Sacramentum Baptismi referatur, vt ex ipsius verbis videtur referendum, verum est: si autem referatur & ad virtutem Dei, quæ potest & in vtero, & post vterum, & cum aqua, & sine aqua quem voluerit sanctificare, & regenerare, non est vsquequaque firmum, & solidum.

Ierem. 1.

Luc. 1.
Aug. epist. 27. q. 2 tom. 2.
Vt verum sit dictum Augustini, vtero adhuc matris inclusos renatos dici nõ posse.

Vnde, vt notauimus ex Græco fonte, non dicitur quis renatus, aut regenitus, sed natus, aut genitus. Quòd si obijcias, nasci denuò, quod perinde est ac dicere, renasci; nec hic habere locum, quod aduerbium ἄνωθεν desuper significet. Respondeo: Si possumus vtramque huius vocis significationem seruare, profectò amplectendum est, & sensui, qui alteram tantùm retinet, præferendum. Ergo vt propositam quæstionem dissoluamus, dicimus aliquem regenerari, non respectu corporeæ natiuitatis, sed respectu antiquæ illius spiritualis, & primariæ, quam in Adam habuimos: nam vt in illo cadente cecidimus omnes, ita in illo stante, & per gratiam Dei ad æterna, & superna bona tenato stetimus omnes, & spiritu nati fuimus: atque huius comparatione renasci iure dicimur, cùm vtraque natiuitas sit eiusdem rationis, & generis. Nisi quòd illa est prior, hæc posterior; & vtraque significatio aduerbio illi competit; nam & desuper est, & iteratò.

Gen. 3.
Rom. 5.

Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo potest homo nasci, cum sit senex. Prudens lector, quo melius huius disputationis progressum valeas apprehendere; ostendit Dominus Nicodemo, terminum gloriæ, & modum illam comparandi, & vtrumque intelligendi, esse regenerationem, & ex carne fieri Spiritum per aquam, & Spiritum sanctum. Deinde explicat vnde Baptismus tantam regenerandi vim habeat, nimirum ex incarnatione Filij Dei, de qua subiungit: *Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo Filius hominis, &c.* Et ex eiusdem morte, & exaltatione in Cruce, vnde dixit: *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet Filium hominis.* Hic est ordo, & ratio præsentis colloquij inter CHRISTVM & Nicodemum habiti.

Ratio omnis disputationis Christi cum Nicodemo quænam sit.

Vnde Baptismo insit virtus hominem regenerandi.

Num. 21.

In primis igitur argumentatur ab impossibili, quod rationi humanæ procliue est non cognoscenti infinitas Dei vires. Ita Samaritana eadem imbecillitatis causa adducta, dicebat Ioannis capite quarto. *Domine neque in quo haurias, habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?*

Quid propriũ humanæ rationis.

Capharnaitæ etiam eadem opinione ducti, decertabant ad se inuicem, dicentes. *Quomodò potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Animalis enim homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi. Et qualis est vnusquisque, talia cogitat, & ratiocinatur. Proinde qui mysteria Euangelica sine fide intelligere tentat, atque de illis differere, similis est cæco volenti indicare de coloribus, aut ingredienti mare sine arte narandi, aut volenti nudis manibus, & sine forcipe contrectare ferrum ignitum: vt pulchrè docet Chrysostomus homilia in priorem ad Corinthios. ¶ Perpende cur magis dixerit de sene, quàm de puero, vel adolescente: nimirum vt de se ipso, qui senex erat, sermonem faceret, ac vt ab ætate omnino contraria nascenti, obiectio esset euidentior. Deinde quia putabat Nicodemus, pueros, & adolescentes benè habere, & renascentia minimè indigere, quod prolixioris vitæ spem concipiant; senes verò vitæ, quàm sibi deficere sentiunt, cupidiores sint. Ideò de sene produxit exemplum. Hoc in Nicodemo commendandum est, quòd non cessat interrogare, vbi fortassè alij Pharisæi audito Christi verbo risissent, atque abijssent; hic verò perseuerat pulsando, donec aperiatur ei.

1. Cor. 2.

Euangelium sine fide velle comprehendere, quid sit.

D. Chrysost.
Quare Nicodemus impossibilem ostendere volens regenerationem, senis potius quàm iuuenis exemplum produxerit.

Nicodemi grauitas, & constantia.
Matth. 7. & Luc. 11.

Respondit Iesus, Amen amen dico tibi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. In eo quod dixit, *Ex aqua, & Spiritu sancto*, alludit ad baptismum Ioannis Baptistæ, qui solùm erat in aqua; at verò ille CHRISTI in aqua & Spiritu sancto. Et quemadmo-

Baptismi Ioannis, ab illo Christi discrimen.

dum cùm Iudæi impossibilem esum suæ carnis iudicarent, ac dicerent; *Quomodò potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* replicauit Dominus, & dixit non tantùm esse possibile, sed etiam necessarium, vt sine illo vita non constet diuina in nobis, subiungendo: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*; ita hic Nicodemo impossibilem iudicanti renascentiam, respondit non tantùm esse possibilem, sed etiam necessariam ad ingressum regni cœlorum: & quod superiùs dixerat; *Non potest videre regnum Dei*; modò planius tradit dicendo, *Non potest introire in regnum Dei*. Vt intelligas idem esse videre regnum Dei, & introire in regnum Dei. Est enim Baptismus non solùm ianua Sacramentorum, sed etiam ingrediendi in regnum Dei, id est, Ecclesiam Militantem & Triumphantem, cuius caput & Rex Christus est. Et fides, quæ in eo infunditur, vel cum qua ad baptismum accedunt, virtus est ad videndum regnum Dei. Hæc est igitur peculiaris, singularisque Noui Testamenti lex, siue statutum diuinum ad ingressum regni Dei obligans vniuersos vtriusque sexus homines, qui accessum ad regnum illud habere volunt, siue sint paruuli, siue adulti, siue filij Iudæorum, aut Ethnicorum, siue filij fidelium regenitorum. Nam vt olim in lege filios circumcisorum hominum, etsi iustitia & sanctitate fulgerent, oportebat circumcidi: ita in lege noua baptizatorum, baptizandi sunt filij: immò non solùm filij masculi, sed etiam fœminæ, quæ in lege expertes erant Sacramenti Circumcisionis: at in Euangelio tam mares, quàm fœminæ baptismi capaces sunt.

Ioan. 6.

Spiritualis per baptismum renascentiæ necessitas.

Videre regnū Dei, & intrare in regnū Dei, non differunt.

Baptismi virtutes.

Eius necessitas.

Genes. 17. & Leuit. 12.

Cur autem viri sancti in vtroque Testamento filios generent Sacramento Circumcisionis & Baptismi indigentes, in promptu caussa est. Quia viri baptizati, & spirituales, quatenus tales sunt, non generant, sed quatenus animales sunt, & carnales, & veri in hac parte filij Adam præuaricatoris: non quòd vllum insit carni, aut semini vitium, quod propriè sit peccatum, cuius caro subiectum esse nequit; sed quòd omnes, qui per illam generationem seminariam deriuantur, ad antiquum pactum à Deo cum Adam initum spectent: vnde & peccatores cum ipso Adam præuaricante censentur.

Quæ ratio sit cur Sanctorū vtriusq; Testamenti filij egeant Baptismi Sacramento, & regenerationis.

Genes. 3. & Rom. 5.

Porrò etsi lex hæc vniuersos, tam mares, quàm fœminas complectatur: non tamen indistinctè omnes non suscipientes baptismum, ad peccatum nouum ob non suscepium baptismum obligat: nam ab eo primum subtrahendi sunt infantes & pueri, qui præcepti alicuius capaces non sunt, quoad perueniant ad vsum rationis.

Qui lege Baptismi minime teneantur.

Deinde subtrahendi omnes, quotquot Euangelicæ legis prædicationem non acceperunt: cùm enim hæc diuina lex positiua sit, nisi prædicatione ad persuasionem proponatur, nemo ad illam diuinandam, & humana ratione coniectandam obstringitur, & per consequens nec ad iugum eius suscipiendum. Hinc Dominus cùm dixisset Apostolis; *Prædicate Euangelium omni creaturæ*, subdit legem baptismi: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit*: quam legem non videtur præfigere, nisi, vt ponderauit B.Bernardus epistola 190. scribens ad Innocentium Papam, præcedente prædicatione aut catechismo, aut aliqua instructione priuata, aut inspiratione, quæ instructioni æquipolleat.

Marc. vlt.

Bernard.

Tertiò, demendi veniunt, quotquot baptismum sitientes, & ad illum peruenire festinantes, vt sunt Catechumeni, aut alij in articulo mortis constituti, Sacramentum poscentes, & morte præueniti, inopia ministrorum illud non sunt assecuti: nam tales votum baptismi concipientes, pro baptizatis coram Deo habentur: quanquam omnimodam illam munditiam, & gratiæ sanctificationem, quam baptismus actu susceptus conferre solet, eiusmodi votum baptismi non conferat: quòd certè à ratione non abhorret. Nam voluntas illius, & Sacramentum re ipsa collatum, copiosiorem gratiam tribuere debet, quàm nudum baptismi votum. Quare B.Thomas 3. parte quæst. 68. art. 2. ad secundum tom. 12. non promittit omnino Catechumenis sine baptismo discedentibus ingressum in regnum cœlorum, absque aliqua pœna eos prius purgante atque expiante.

Catechumenos si[illegible] ptismo [illegible] tem gra[illegible] actu baptiza[illegible] tos.

B.Thom.

Quòd verò tales non pereant, cum ratione est coniunctum. Nam à quouis Dominus non petit nisi fidem, & fructus fidei, quos præstare potest: vnde & latroni absq; baptismo, promisit paradisum. Pater etiam Magni Theodosij cum apud Carthaginem iussu Valentis Imperatoris interfeci iussus esset, baptisma postulauit: quod nemo illi, ne Imperatorem offenderet, conferre ausus fuit: quis cum ratione asserere valeat, hunc saluum minimè fuisse?

Illos saluari apud Deum.

Luc. 23.

Valentinianus Imperator Iunior baptizari ab Ambrosio desiderans, morte præuentus è vita discessit: & vt testatur Ambrosius in Oratione de obitu Valentiniani tom. 3. vitam æternam non amisit. Et vt

Ambros.

habet

Augustin.

habet Augustinus libro 4. De baptismo contra Donatistas capite 22. tomo 7. contra eosdem Donatistas agens, Baptismus innisibiliter impletur, quum mysterium baptismi, non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Lege Innocentium III. in capite *Debitum*, De baptismo, & eius effectu: & in capite *Apostolicam*, De presbytero non baptizato, comprobantem hanc eandem Augustini sententiam & producentem.

Innocent. III.

Lex baptismi quos obliget.

Solùm igitur ad baptismum suscipiendum hæc lex sub peccato eos adigit, qui prædicatione nouerunt eius necessitatem, nec temporis angustijs ab eo suscipiendo exclusi sunt; sed vel negligentia, vel contemptu illum non receperunt. Comprehendit etiam hæc lex non minus iustos, ac sanctificatos, quàm peccatores. Nam vt pulchrè testatur Bernardus Epistola 71. ad Hugonem de sancto Victor. fidem conuincitur non habere perfectam si negligit (scilicet Sacramentum Baptismi) vera enim & plena fides vniuersa præcepta complectitur. Sic ille in sensu: Hinc & Abraham etsi iustificatus ex præcepto Dei accepit Sacramentum Circumcisionis. Similiter Ieremias & Ioannes Baptista, etsi in vtero sint sanctificati, circumcisi tamen sunt octaua die iuxta legis præceptum. Quod dogma Augustinus in libris contra Donatistas, & Epistola ad Seleucianam desumit ex Petro qui iussit baptizari Cornelium & domum eius, postquam perfusi erant Spiritu sancto visibili forma in eos descendente. Et subiungit ibidem, quod ob id Christus à seruo suo Ioanne baptismum accipere voluit; vt declararet quanti pendendum esset suum baptisma, quo ipse baptizaturus erat; & nullus sanctus vel iustus illud respueret.

Bernard.
Gen. 17
Ierem. 1.
Luc 1.
Leuit. 12.
August lib. 4. De Bapt. cap 22. 24 & 25 epist. 108.
Actor. 10.
Matth. 3.

Etsi autem præter baptismum aquæ, infantes capaces esse possint baptismi sanguinis, proptereaque salui fieri possint, vt de Innocentibus nõdum circumcisis propter Christum interfectis piè, & certò tradit Ecclesia, eorum memoriam quotannis recolens: non tamen baptismi flaminis, nec enim hi vsum rationis habent. Vnde corruit illorum sententia, qui paruulos in maternis vteris constitutos vel etiam natos, in causa necessitatis per baptismum voto parentum, cum aliqua benedictione prolis, siue eius ad Deum oblatione, cum inuocatione Trinitatis, saluari posse tradunt. Sed hæc sententia & veterum Patrum traditioni, & Scripturis repugnat, & huic sententiæ: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Cum autem hic & aqua, & Spiritu destituatur, quomodo certus in regnũ Dei ingressus promitti potest? Essetque nouum genus baptismi, Ecclesiæ ignotum hactenus: nam nec fluminis est, nec sanguinis, nec flaminis.

Pueri, & infantes cuius baptismi participes esse nequeant.
Supra 2.
Caiet. in 3. part. Gerso. Gabr in 4. dist 4 q 2.
Pueris sine baptismo decedentibus regni Dei introitũ nullum ... posse.

Augustinus quoque ad Hieronymum scribens; *Propterea*, inquit, *cum baptizandis paruulis festinatur & curritur, quia sine dubio creditur aliter eos in Christo viuificari omninò non posse.* Idem libro 5. de origine animæ, *Noli credere, noli dicere, noli docere, infantes, antequam baptizentur, morte præuentos posse peruenire ad originalem indulgentiam peccatorum, si vis esse Catholicus.*

Aug. epist. 28. tom 2.

Rationes etiam, quibus id persuadere nonnulli conantur, debiles sunt & infirmæ; & alio loco, commodiori fortassis, à nobis soluentur. Hanc ipsam doctrinam Caluinus, & alij consectantur; qui baptismo nullam vim, & efficaciam gratiæ conferendæ tribuentes, docent pueris citra baptismi susceptionem, salutem constare posse.

Caluini somnium, & quorundam aliorum.

Quod igitur attinet ad institutionem baptismi, & eius necessitatem indicandam, satis hac sententia declarauit Dominus: præceptum autem, ad suscipiendũ baptismum conscientiam obligans, non est hoc loco traditum: vt rectè docent Rupertus Tuitiensis hoc loco, & beatus Bernardus in Epistola ad Hugonem: etsi aliter tradit liber ille De Fide ad Petrum capite 3. Nam Dominus cùm misit Apostolos ad prædicandum per Iudæam, nihil de baptismo præcepit; sed tantum cùm post resurrectionem misit eos, dicens Matthæi capite vltimo: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti:* nam ex quo prædicatione Apostolica cœpit hoc Sacramentum innotescere, baptismi præceptum obligare cœpit. Et hactenus explicuimus verbum id: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c.*

Rupert. Tuit.
Bernard.
Epistola 77.
August. 10. 3.
Matth. 10.

Quod subdit, *Ex aqua & Spiritu sancto*, siue vt Græcè tantum habetur, ex Spiritu, sicut etiam Syriacus codex Euangeliorum, & Basilius libro De Baptismo, sub initium tomo 1. & Ambrosius in libris De Spiritu sancto, capite 11. tomo 2. etiam citata litera Græca, & Augustinus ad Bonifacium Epistola 23. sub initium tomo 2. habent.

Basil. De Baptis.
Ambros.
August.

Quod si obijcias, Græcè hoc loco Spiritus vocem esse sine articulo: respondebo, id factum ad significandum, regenerationem nostram toti Trinitati esse

Cum dicitur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto in voce Spiri-

tus articulum car Ioannes omisit.

tribuendam, & propterea caret articulo, quemadmodum cum Ioannis 4. ait Dominus, Spiritus est Deus, vbi etiam vox Spiritus est sine articulo, quia, de tota Trinitate habente diuinitatem loquitur: ita nos ex aqua & ex Deo, qui Pater est, & Filius, & Spiritus sanctus, renascimur. Et quantum attinet ad efficientiam; non minus à Patre & Filio, quàm à Spiritu sancto regeneramur: quanquàm, cum hoc opus bonitatis sit & charitatis Dei, meritò personæ Spiritus sancti per appropriationem adscribitur; vt iofrà facit apponendo semper Euangelista articulum voci Spiritui.

Baptism spiritalis regeneratio cū opus sit totius Trinitatis quare Spiritu sancto tribuitur.

At verò possumus & aliam rationem reddere. Nam si hic spiritus sine articulo positus, pro Trinitate non esset accipiendus, crediderim omninò Latinam lectionem magis esse sinceram & veram: nam, vt infrà è regula tradita ab Athanasio, Didymoque ostendemus, vbi Spiritus pro Spiritu sancto accipitur, aot præfixum habet articulum: aut, si illo caret, verbum habet aliquod, quod eius maiestatem ostendat: vt verbi gratia, Sanctus Domini, vel Dei, vel Patris, vel Filij, vel quid simile significans. Atque hoc declarant ipsæ Scripturæ: nam Ioannes Baptista testatur, Christum baptizare in in Spiritu sancto, Ioannis 1. & Math. 3. *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni*: & Paulus, *Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti*; & Princeps Apostolorum Petrus Actorum cap. vndecimo ait; *Recordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat Ioannes quidem baptizauit aqua; vos autem baptizabimini Spiritu sancto*, quibus locis agnoscitur planè de persona Spiritus sancti ibi fuisse sermonem.

Cum voci spiritus nō apponitur articulus, vnde intelligi poterit tunc significari Spiritum sanctum.

Tit. 3.

Hac autem voce, & Spiritu sancto, aptè nobis repræsentatur baptismi substantia. Nam vt homo, qui baptismi subiectum capax est, duabus partibus constat, altera corporea, & visibili, altera spirituali, quæ sub aspectum nō cadit: ita etiam summa sapientia constituit, vt remediom ad vtramque partem significandam, & sanctificandam apparatum, altera parte sensibili, id est, materia & forma; altera verò sub vllum sensum non cadente, hoc est, Spiritu sancto constaret, vt semper locus esset Fidei in omnium Sacramentorum susceptione: nam omnia primum verbo, & elemento, deinde Spiritus sancti secretè operantis efficientia constant. De forma autem hic nihil Dominus tradit Nicodemo, sed Apostolos post resurrectionem de illa instruxit, cùm dixit; *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, nam ibi primum expressa est forma ipsa, etsi cùm Apostoli viuente Christo baptizarent, formam aliquam baptizandi à Domino acceperant: quæ autem fuerit illa forma, an videlicet illa sub expressione trium personarum, an alia ad tempus, in aperto non est.

Baptismi substantia quo verbo hic à Domino expressa.

Baptismi forma ab eodem tradita.

Matth. vlt.

Quare aotem Dominus dioerso tempore tradiderit huius Sacramenti materiam, & formam, cum summa sapientia Dei coniunctum est. Quoniam nos non simul omnium rerum capaces sumus, sed sensim discimus, & à minoribus ad maiora progredimur; vt hic à materia ad formam nobiliorem est progressus. Initijs etiam, illis prædicationis Christi mysterium Trinitatis abditum erat nec dum satis cognitum aut confirmatum, quòd ipse Christus esset Filius Dei, & quod patrem haberet Deum; & quod Spiritus sanctus ex ipsis procederet, aut ab ipsis esset mittendus ad nos: at vbi Christus prædicationem absoluit, signisque, quæ docuerat, comprobauit, & ipse multa de Patre, multa de se filio, multa de Spiritu sancto dixisset, par erat, & rationi consentiens, vt forma baptismi sub expressione trium personarum, quæ vnus Deus sunt, traderetur. Suo igitur loco de forma dictum est: nunc de elemento aquæ, qua materia Sacramenti est, aliquid dicamus.

Materiam eius, & formā nō eodem tēpore Christus nobis cōmendauit, & tradidit.

Lib. 4.

Non enim ex vino, aut ex oleo, aut aceto, aut ex quocunque alio liquore sensibili Sacramentum hoc perfici voluit. non solum quia aqua communis est, & vbique inueniri potest, vt ob defectum materiæ, nulli claudatur ianua regni cœlestis; quod non est de alijs liquoribus; sed etiam quia omnes generationes ex humida materia fiunt. Thaletis sententia fuit, aquam principium esse generationis omnium rerum. Vnde aptè aqua baptismi repræsentat regenerationem spiritualem, & abiectionē peccati, refrigerationem concupiscentiæ, immersionem Christi in aquis passionum, emersionem eius per resurrectionem, qua non viuit peccator, id est, vt ei satisfaciat amplius, mortem peccati nostri, & vitam nouam, ne peccato viuamus. Trina verò immersio ad Trinitatem personarum, & triduum mortis Christi repræsentanda valet; & ad significandum quod per totam vitam in vasis fictilibus debet vita spiritus abscondi cum Christo in Deo; donec appareat. Has autem proprietates nullus alius liquor ita perfectè refert, atque aqua. Vt

De materia baptismi agitur.

Thaletis opinio de aqua. Baptismi aqua mysterium.

Trina immersio quid denotet

2. Cor. 4.

Coloss. 3.

Propter quem de Baptismi

interim

aqua testimonia.

interim omittam, quod in Prophetis prædictum erat de aqua baptismi, iuxta illud; *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris; & ab vniversis idolis vestris mundabo vos*: & Zacharias, *In die illa erit Fons patens domus Dauid, & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruata*. Ad hæc aqua familiare erat elementum Spiritui sancto, nam *In principio Spiritus Domini ferebatur super aquas*: Vt Tertullianus lib. De baptismo docet, & Ecclesia in hymno Spiritus sancti canit: *Tu super aquas foturus eas, numen tuum expandisti Spiritus*. Præcesserunt etiam multæ figuræ aquam baptismi adumbrantes: vt, Aqua expiationis, de qua Num. 19. Aqua, quam vidit Ezechiel exire à latere dextro templi; deinde aquæ diluuij, vt Petrus ait, adhæc transitus maris Rubri, & nubes, de quibus Apostolus; *Omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari*. Adde quod etiam Gentes idolis seruientes, aquis ad expiationē vtebantur: de quibus Tertullianus libro de baptismo sic habet: *Sed enim nationes extraneæ ab omni intellectu spiritualium potestatum eâdem efficacia idolis suis subministrant; sed viduis aquis sibi mentiuntur. Nam & sacris quibusdam per lauacrum initiantur, Isidis alicuius aut Mithræ, ipsos etiam Deos suos lauationibus efferunt. Caterùm villas, domos, templa, totasq; vrbes aspergine circumlata aqua expiant passim, certè ludis Apollinaribus, & Pelusijs tinguntur. Idq; se in regenerationem, & impunitatem periuriorum suorum agere præsumunt. Item penes Veteres quisquis se homicidio infecerat, purgatrice aqua se expiabat. Igitur si de sola natura aqua, quod propria materia sit ablegendi auspicij emundationis blandiuntur: quanto id verius aqua præstabunt per Dei autoritatem, à quo omnis natura earum constituta est? Si religione aquam medicari putant, quæ potior religio quàm Dei viui? quo agnito, hic quoque studium diaboli recognoscimus res Dei æmulantis, cùm & ipse baptismum in suis exercet, quid simile? Immundus emundat, perditor liberat, damnatus absoluit: suam videlicet operam destruet diluens delicta, quæ inspirat ipse. Hæc quidem in testimonium posita sunt repellentibus Fidem, si minimè credant rebus Dei, quarum affectationibus apud æmulum Dei credunt: an non & aliàs sine vllo Sacramento immundi spiritus aquis incubant, affectantes illam in primordio diuini Spiritus gestationem? Sciunt opaci quiq; fontes, & auij quiq; riui, & in balneis piscinæ, & in euripi domibus, vel cisterna & putei, qui rapere dicuntur, scilicet per vim spiritus nocentis. Nam & enecllos & lymphatos, & hydrophobos vocant, quos aqua necauerunt, aut amentia, vel formidine exercuerunt*. Hactenus Tertullianus.

Ezech. 36.

Zach. 13.

Gen. 1.

Tertullian.

Aqua baptismi quib. olim figuris fuit adumbrata.

Ezech 47.

1. Petr. 3.

1 Cor. 10.

Exod. 14.

Tertullian.

Aqua expiantis vsus apud Gentiles, ter facer, impius & profanus, ille, Isis Mithra.

In eos, qui baptismi aquā habere vim sanctificandi negant.

enecti Lymphati, & hydrophobi qui ... aris, teste Tertulliano.

Habes igitur, aquam baptismi ad expiandum, & apud Iudæorum & Gentilium cæremonias adhibitam fuisse; quo minus nos miraremur de tanti institutione Sacramenti.

Cùm igitur aqua altera pars essentialis baptismi sit, profectò sicut forma omissa, ita & aqua quouis modo deficiente, Sacramentum non perficitur: vnde vana sunt baptismata aut igni, aut sputo, aut arena peracta. Nam hæretici quidam extiterunt, qui ignito ferro notam fronti imprimebant, atque hoc pacto ineptè interpretabantur baptizari Spiritu sancto, & igni: tales fuerunt Seleucus & Hermias Galatæ, qui non baptizabant in aqua, vt Augustinus lib. De hæresibus, etsi non exprimit, in quo baptizarent, Philaster tamen de eis loquens, expressit eos baptizasse in igni. Præterea paruulos propter aquæ penuriam, & Sacerdotis absentiam, quotundam simplicitas, in caput ac pectus, ac inter scapulas pro baptismo saliuæ conspersione liniuit: quos Innocentius III. tanquam nondum baptizatos, decernit esse baptizandos. Iudæus etiam quidam in locis aridis iter faciens, cum aquæ inopia laboraret, arena est baptizatus, quæ res vbi ad Dionysium Alexandriæ Episcopum relata fuit, præcepit vt aqua, iuxta Ecclesiæ traditionem, ablueretur; vt ita quod Sacramento defuisset, sarciretur: vt docet Nicephorus in libris historiæ Ecclesiasticæ. Illud verò prorsus intolerabile, quod Caluinus in Institutionum suarum libris negat in his Christi verbis sermonem esse de baptismo, & pro eodem vult haberi aquam & Spiritum: vnde renasci ex aqua & Spiritu, non est, inquit, aliud, quàm vim illam Spiritus recipere: quæ in anima facit, quod aqua in corpore. Atque idem in pestifero libro, quem inscripsit; Antitodus Concilij Tridentini, eadem agitans verba; aquam refert ad mortificationem, & epitheti loco aquam spiritui adiunctam esse. Sed quāta hæc est audacia, & impudentia? Cur ergo facit mentionem generationis? cur aquæ, quæ materia est baptismi, in qua Ioannes solum baptizabat? an non Paulus ait, Dominum sanctificasse Ecclesiam, mundando eam lauacro in verbo vitæ? & alibi vocat baptismum lauacrum regenerationis; & renouationis Spiritus, quem effudit in nos abundè. Præterea quid magis contra omnium Patrum sensum, & consensum? Bullingerus quoque in hæc verba Ioannis scribens, spiritum, pro acre vel flatu, vel vento interpretatur: quod faciunt, vt consulto nobis hoc telum adimant. Sed isti hanc doctri-

Inanis quæ baptismata ... nulla.

Aug. lib. de hæres. c. 59. to. 6. in princ. Philaster lib. De hæresib.

Innocent. III c. postulasti, de Baptismo & eius effectu.

Nicephor li. 3 histor. Eccl. c. 37. Caluin. lib. 4 cap. ...

His verbis: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, sermonē esse de regeneratione Sacramento, multis ostenditur aduersus Caluinum, & suos.

Matth. 3.

Ephes. 5.

Tit. 3.

Bullingeri, Brentij, Petrique Martyris in eam Christi sententiam vanissima commenta.

nam acceperunt à Balthaſare Pacimontano Anabaptiſtarum autore: qui, vt teſtatur Ioannes Faber, negauit verba hæc Chriſti ad Nicodemum ad aquæ baptiſmum & regenerationem hominis ſpectare; & aquæ nomẽ allegoricum facit. Brentius quoque in Matthæum cap.3. ſic hæc verba exponit: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua; hoc eſt, Niſi pœnitentiam egerit.* Et Petrus Martyr in 3. Reg. 8. producit nouam regenerationem, quæ gemina voce aquæ & ſpiritus denotatur. Sed iſta mera ſunt ſomnia, & figmenta hominum Scripturas corrumpentium; & Eccleſiam totam & Patres contemnentium; ideò cum ſine verbo Dei pronuntient, & ſine vlla rationis ſcintilla loquantur vt hoſtes Chriſti capitales, atque eius Sponſæ Eccleſiæ, ſunt deſerendi & fugiendi. Tantum enim ſtudium eludendi Scripturas, & peruertendi, libidinem rerum nouarum, & anxium ardorem nobis eripiendi Sacramenta oſtendunt. Rectè autem non eſt ſcriptum (vt ponderat Auguſt. Epiſtola 23.) Niſi quis renatus fuerit, ex parentum voluntate, aut ex offerentium, vel miniſtrantium fide; ſed, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu.* Aqua igitur exhibens forinſecus Sacramentum gratiæ, & ſpiritus operans intrinſecus beneficium gratiæ, ſoluens vinculum culpæ, reconcilians bonum naturæ regenerant hominem in vno Chriſto ex vno Adam generatum. Hæc ille. Pulchrè etiam non dixit; niſi quis baptizatus fuerit; ne videlicet quiſquam ſola externi baptiſmi ſuſceptione gloriaretur. Nemo enim quantumcunque ſit baptizatus, niſi renaſcatur, & renouetur in ſpiritu mentis ſuæ, veterem hominem cum actibus ſuis exuendo, & nouum induendo, ſaluus eſſe poteſt. Conſtat autem, nonnullos fictè ad baptiſmum accedere, & renouationis ſpiritum non accipere, vt certum eſt de Simone Mago, & pleriſque alijs, quia aut incredulitatis, aut alicuius criminis obicem ponunt, quo minus renouari queant: ſimiles illis, qui mare quidem tranſierunt; ſed in deſerto proſtrati ſunt, & repromiſſionis terram non ſunt ingreſſi: quanquam recedente fictione, aut mala peccandi voluntate ablata, plenum ſuum baptiſmus ſortiatur effectum. Poſtremò aduerte, venuſtè baptiſmum vocari à Chriſto ſpiritualem natiuitatem: nam vt ad generationem carnalem pater & mater concurrunt, ſic in ſpirituali Deus pater eſt, Eccleſia autem mater: & Deus quidem Spiritum impertit, Eccleſia autem aquam miniſtrat, & verba, hoc eſt, materiam, & formam. Et vt in natiuitate corporea homo ad vitam & lucem, & ad huius mundi bona perfruenda naſcitur: ſic in baptiſmo ad vitam ſpiritus, & veram lucem, atque bona cœleſtia poſſidenda renaſcitur. Ad hæc vt homo tantum ſemel naſci poteſt, ſic tantum ſemel baptizari: nam & originale, ad quod remittendum potiſſimum inſtituitur baptiſma, ablatum ſemel, non redit; & paſſio Chriſti, quæ in baptiſmo repræſentatur, non niſi ſemel contingit. Vnde qui baptiſmum iterat, Sacramentum illud contemnit, vt olim Donatus, qui cauſatus neſcio quæ vitia in miniſtris, rebaptizabat homines: quaſi miniſtri virtute ſua, & non potius virtute Dei niterentur: quemadmodum etiam noſtri ſeculi Anabaptiſtæ, docentes infantes ignorare prorſus quale Sacramentum ſuſcipiant, & quod Fidem propriam non adferant; propterea quod dictum ſit: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit; ſaluus erit;* cenſent illos, cum ad maturam ætatem peruenerint, & propriam Fidem attulerint, rebaptizandos eſſe. Sed proculdubio vtrique longè ab ſcopo iaculantur. Nam ſi pueris nocere potuit Adæ delictum proprio voluntatis actu non admiſſum: quanto magis poterit Eccleſiæ Fides ad ſalutem infantium valere, ita vt perfectè ſint baptizati? an procliuior Deus ad puniendum, & perdendum, quàm ad ſanctificandum, & ſeruandum?

Ioan. Faber in diſput. de baptiſm. paruulorum.

Iſta in verbis quid magnus expendit Auguſtinus & ſubtiliter, & doctè.

Aug. tom. 2.

Quare Chriſtus nõ dixit: Niſi quis baptizatus fuerit; ſed Niſi quis renatus fuerit.

Epheſ. 4.

Coloſſ. 3.

Actor. 8.

Baptizati, nec tamen renati, quales illi ſint.

1. Cor. 10.

Num. 14.

Spiritalis natiuitas cũ corporea variè componitur.

Qui rebaptizant, quid agant miſeri, & baptiſma cur iterſdem non ſit.

Marc. vlt.

Rom. 5.

Contra Donatiſtas verò certam, & Catholicam regulam ſtatuimus. Qualiſcunque ſit miniſter, ſiue ſacerdos, ſiue laicus, ſiue fidelis, ſiue infidelis, vt eſt Iudæus, Paganus, & Saracenus, modò baptiſmus integer ſit ſua materia, & integra verborum forma collatus; efficax eſt ad ſalutem: nec efficitur melior ex bonitate conferentis, nec peior ex malitia miniſtri. Hinc Paulus arguit eos, qui de miniſtris gloriebantur, & dicebant: *Ego quidem ſum Pauli:* alius autem: *Ego Apollo: nonne homines eſtis? Quid igitur eſt Apollo? Quid verò Paulus? Miniſtri eius, cui credidiſtis, & vnicuiq; ſicut Dominus dedit.* Nemo igitur miniſtris quicquam tribuat in his, ad quæ nudi miniſtri ſunt, ſed omnia dona agnoſcat à Deo ad nos proficiſci per mediatorem noſtrũ Ieſum Chriſtum, qui cum Patre in vnitate Sancti Spiritus viuit & regnat per omnem æternitatem, Amen.

Miniſter baptiſmi quis.

1. Cor. 3.

TRACTA-

TRACTATVS V.

De disceptatione Domini cum Nicodemo, in illa verba: *Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Nō mireris quia dixi tibi, Oportet vos nasci denuò. Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis: sed nescis vnde veniat, aut quo vadat: sic est omnis qui natus est ex spiritu.*

Scopus Euangelistæ.

POstquam Euãgelista necessitatem nascendi denuò, aut desuper, declarauit, iam explicat quidnam sit, quod hac natiuitate nascitur. Vtiturque similitudine carnalis generationis, dicendo, quod vt id, quod natum est ex carne, hoc est, ex carnali principio producente, assimilatur suo principio, ac proinde caro est, vt dilucidū fieri potest, si per omnes animalium species discurras; Omne enim quod generat, in specie sibi simile generat: ita quod natum est ex spiritu, vt principio producente, spiritui assimilatur, ac proinde spiritus est.

Nemo ex aqua, & spiritu nisi renatus, quare non potest introire in regnum Dei.

Aduersus Pelagianos.

Reddit etiam rationem bonus doctor Iesus, quare nemo, nisi renatus ex spiritu, possit intrare in regnum cœlorum; ne videlicet quisquam atroget, sine regeneratione per propriam vim, siue sapientiam, siue iustitiam, posse se intrare in regnum cœlorū: id quod non tantum Iudæi, & Pelagiani, sed etiam faciunt plerique, qui se Christianos haberi volunt. Sed hæc arrogantia deprimitur hac sententia Christi, cùm ait:

Quid: Quod natum est ex carne, caro est.

Quod natum est ex carne, caro est: id est, ex generatione carnali non nisi carnales, bruti, ferioi, & mortales proseminantur homines, & bellua belluam, & putredo putredinem generat, nec spina profert vuas, nec tribulus ficos, & vt habet Prouerbium: *Mali corui malum ouum*: denique nihil aliud est homo secundum carnem, quàm vniuersa vanitas, vel vanitas vanitatum. Omnis enim caro, vt fœnum; & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Hoc est, seruus est peccati omnibus bonis dispoliatus, diaboli mancipium, mortis, & inferni captiuus, expressaque similitudo Satanæ, cuius filij, & nominamur, & sumus: iuxta illud: *Vos ex patre diabolo estis*: & Apostolus: *Eramus natura filij iræ*: & Sapiens: *Semen*, inquit, *erat maledictum ab initio*: de qua natiuitate loquentes Iob, & Ieremias, dicere audent: *Maledicta dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo.* vt vel ex his

Matt. 7.
Prouerbium.
Psal. 38.
1. Petr. 1.
Esa. 40.
Natiuitatis carnalis incōmoda.
Ioan. 8.
Ephes. 2.
Sap. 12.
Iob 3.
Ierem. 20.
Natiuum ex spiritu quomodo accipiēda sit.

constare possit, quam sit necessaria regeneratio ex spiritu, de qua subdit: *Quod natum est ex spiritu, spiritus est*: non quidem natura, sed participatione, & gratia Dei: nam teste Theophylacto, baptizatus, siue spiritualis dicitur hoc loco spiritus: sicut etiam Apostolus loquitur: *Qui adhæret Domino, vnus spiritus est*: nam in eo, qui talis est, spiritus vincit carnem, & immortalem eam, atque cœlestem reddit; vt quemadmodum caro quasi terra quædam ire in cœlum non potest, ita nec spiritus in terra detineri, quin suo marte spiritualia atque superna petat, & ob id potest introire in regnum Dei: quod proposuerat probandum. Idem est enim de spiritu nasci, ac desuper. Euthymius edisserens hunc locum, scribit: *Carnalis itaque natiuitas est sensibilis; spiritualis vero intellectualis: nec oportet quod intellectuale est, sensibiliter indagare; neque humano modo opus quod diuinum est, siquidem ex quo prior generatio facta est inutilis, data est secunda regeneratio excelsior, & honorabilior. Dei opus est prior; Dei opus est & posterior; Deus enim spiritus est. Quum igitur audieris quod spiritus regenerat, ne modum quæras. Nam si incomprehensibilis est in vtero formatio, longè incomprehensibilior est qua in aqua fit: quod si de illa non ambigimus, omnipotenti Dei sapientia credentes, de hac multo magis credere oportet. Sicut autem in prima hominis formatione subseruiuit terra elementum, cum vniuersa in manu essent creatoris, ita & nunc subseruit aqua elementum, cùm vniuersa sint in voluntate spiritus. Quod si me interroges, quare nunc aqua; è diuerso te interrogabo, quare tunc terra. Poterat siquidem sine terra fieri homo. Nam & quod sine verbo nihil faciat Deus, confiteor: & quod solus omnium verba exacte nouit, & dico & credendum suadeo. Quod autem in carnali generatione est vterus, hoc in spirituali est aqua: sed ibi quidem ad generationem opus est tempore, hic autem non ita, quia carnalia in tempore perfectionem assumunt: spiritualia vero statim perfecta creantur. Perfectum itaque verbum per aquæ ministerium soli Deo manifestum est: hoc autem à sanctis Patribus vtcunque comprehensum est: quia diuina in eo signa adimplentur, sepultura videlicet, ac resurrectio. In eo namque, tanquam in quodam sepulchro, capite mergimur, vetusque homo sepelitur ac demergitur, deinde cum exilimus, nouus resurgit, & ostenditur. Quemadmodum enim nobis facile est demergi, & exilire: ita Deo facile est veterem hominem sepelire, nouumque excitare. Hoc autem tertium fit, vt scias potentiam Patris & Filij ac Spiritus sancti, omnia efficere. Nam si quod natum est ex spiritu, spiritus est, Christi certè caro spiritus erit. De Virgine enim*

Theoph.
1. Cor. 6.
Euthymius.
Carnalis natiuitatis, & spiritualis discrimen.
Ioan 4.
Eccl. 11.
Gen 2.
Corporea & spiritualia in creatione quid differant.

duu

Matth. 1. Galat 4. Luc. 1.

dicit Angelus; Quod in ea natum est, à Spiritu sancto est. Quibus nos dicimus, quòd hoc dixerit docens quod a viro non esset, non quin esset à muliere. Dicit enim Apostolus, Factum ex muliere, caro videlicet de carne. Natus est ergo à carne Virginea, ne ab humana natura esset alienus. Nā si & hoc facto quidam non credunt incarnatum, quomodo in impietatem non cecidissent, si ita factum non esset? In Virgine ergo natus est à Spiritu sancto, siue supernaturaliter, quia non à viro. Nam hoc significat quod dicitur, à Spiritu sancto. Hactenus ille, egregiè certè. Sed nos huic dubio facilè satisfacere possumus, carnem Christi ex virgine progenitam propterea dici spiritum non quidem natura, sed non solùm quia à viro decisa non est, sed etiam quia nullum vitium, aut labem habebat, & tanquam iumētum obedientissimum spiritui parebat: cum nostra ex immundo cōcepta sit semine, & spiritui aduersetur, ac renitatur.

Caro Christi spiritus appellatur duabus causis.

Iob 14. Galat 5.

Non mireris quia dixi tibi, Oportet vos nasci denuò. Concludit, ex declaratione gignentis, & geniti, cessare debere admirationem Nicodemi de eo quod dixerat: *Oportet vos nasci denuò*, pulchraque ratione necessariam ex spiritu generationem concludit esse. Dixit enim: *Quod natum est ex carne, caro est.* Sub qua propositione subsumimus; sed omnes homines nati sumus ex carne peccatrice Deum nesciente, mundum diligente, & post concupiscentias suas eunte: concludit Dominus, Ergo nihil mireris, quia dixi tibi, Oportet vos nasci denuo; siue desuper. Vel sanè quia Nicodemi admiratio de renascentia ista ex spiritu, quam non capiebat, nondùm extincta erat, Dominus pergit, & vult illam declarare, qua ratione fiat ex Spiritu sancto spirante vbi vult; vt ita tandem illa cognita, cesset admiratio. Et hæc videtur magis apta horum expositio verborum, & sequentibus magis congrua. Nam quomodò quis ex aqua generetur, fortasse non est ita obscurum ac difficile, quin aliquo modo percipi queat: at quod quis regeneretur ex spiritu, illud abditum, & nostro sensui incomprehensibile videtur, & propterea hoc esse explicandum, operæpretium existimauit esse, cùm ait; Spiritus vbi vult, spirat. Hoc tantùm hîc notandum est, Dominum declarare, idem esse, nasci desuper, vel denuo, atque nasci de Spiritu.

Quare Nicodemus Christi dictum de renascentia mirari non debuit.

Ecclesi. 10.

Alter sensus congruentior.

Spiritus vbi vult, spirat: & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Hic locus duplicem potest habere sensum, & vtrumque quidem verum, Catholicæque Fidei consentientem, & à vocibus literæ non abhorrentem, & ab orthodoxis traditum Patribus: fideliter vtrumque referam, & quis cui veniat præferendus, prudentem lectorem minimè celabo. Primus sensus est, Græcorum quorundam Patrum, vtpote Chrysostomi, & Cyrilli: quos Theophylactus, Euthymius, Nonnus Panapolites, Paraphrastes, atque Leontius sectantur. Nam hi omnes volunt produci à Domino exemplum venti spirantis quocunque vult: & licet sonitum eius sentiamus, ignoramus tamen eius ortum, atque terminum. Et concludit: *Sic est omnis qui natus est ex spiritu.* Vt quemadmodum ventus auditur quidem, sed oculis minimè percipitur, ita etiam spiritalis generatio sub aspectum non cadit, etiamsi sentiatur. Audi Chrysostomi verba: *Cùm ergo dixisset Christus. Qui natus est ex spiritu, spiritus est, & his verbis etiam perturbaretur Nicodemus, rursus ad sensibile exemplum descendit. Ne mireris, inquit, quia dixi tibi, Oportet vos nasci denuò. Spiritus vbi vult spirat. Hoc verbum mireris, eius animi perturbationem significat; perturbabatur enim quod non intelligebat: qui natus est ex spiritu, spiritus est. Qua particula ab omni eum corpore Christus abduxerat. Quamobrem ad id quod magis de corpore cōmunicat, non tamen corporea crassitudini omnino subiectum est, descendit, potia incorporea omittit, quæ ille capere non poterat. Inuenit igitur medium quoddam inter corpus & incorporeum, hoc est venti impetum; hinc eum excitat, cùm inquit: Vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Quod autem dicit: Vbi vult spirat, non loquitur ac si voluntate aliqua feratur ventus, sed liberum eius à natura impetum significat. Mos enim est Scripturæ, ita etiam de inanimis loqui: quemadmodum cum inquit, Vanitati creatura subiecta est nolens. Significat igitur non posse contineri, & quocunque vult, diffundi, neque posse prohiberi, quin huc illuc feratur. Et vocem eius audis, hoc est, sonitum; sed nescis vnde veniat, aut quò vadat. Ita vsu venit his qui spiritu generantur. Hæc conclusio est. Nam si huius, inquit spiritus, quem auditus sensu accipis, & tactu impetum intelligis, ne viam quidem nosti: quonam pacto diuini Spiritus operationem perscrutaberis? Præterea vbi vult spirat, ad Paracleti potentiam ostendendam dixit. Nam si ventum nemo cohibet, quin quo vult feratur: quanto magis Spiritus operationem nullæ naturæ leges, nulli corporeæ generationis fines, nulla alia huiusmodi vis potuerunt cohibere? Quòd autem de vento loquatur, inde perspicuum est, cùm inquit, & vocem eius audis. Non enim infideli, & spiritus operationem nescienti, de Spiritu dixisset, & vocem eius audis. Sensus igitur est, quòd quemadmodum ventus non videtur, sentitur tamen, ita spiritualis generatio corporeis oculis non comprehenditur.*

Nasci desuper, vel denuò, idem atque nasci de spiritu

Huius dicti: Spiritus vbi vult spirat, duplex intelligentia.

Chrysost. Cyrillus. Theophyl. Euthymius. Nonnus. Leontius.

Chrysost. homil. 25 in Ioan. tom. 3.

Scripturæ mos.

Rom. 8.

Paracleti Spiritus quanta vis.

Verùm ventus corpus est, quatenus tenuißimum. Nam quod sensui obiectum est, corpus est. Quod si non doles, cum corpus non videas, & esse eum credis, quid hoc spiritali sermone perturbaris, & tam curiose rationes exigis, cur idem in corpore non facias? Hæc ille Pater sanctissimus. Cuius sensus eo tendit, vt per similitudinem venti, qui non oculis cernitur, sed auditu sentitur, intelligas operationes Spiritu sancti in Sacramento operantis, inuisibilem esse, & imperscrutabilem. Verum Beatus Augustinus huic sensui nequaquam acquieuit. Vnde scribens in hunc locum ait: *Deinde fratres,* inquit, *quis nostrum non videat, verbi gratia, Austrum euntem de Meridie ad Aquilonem, aut alium ventum venientem ab Oriente ad Occidentem? Quomodo ergo nescimus vnde veniat, & quo eat? Quid ergo dixit terrenum, quod non credebant homines, &c.* Et paullò antè explanans verba ipsa, nempe, *Spiritus, vbi vult, spirat, &c. Nemo,* ait, *videt spiritum, & quomodo audimus vocem Spiritus? Sonat Psalmus, vox est spiritus: sonat Euangelium, vox est spiritus: sonat sermo diuinus, vox est spiritus. Vocem eius audis, & nescis vnde veniat, & quo vadat. Sed si nascaris & tu de spiritu, hoc eris vt ille. Qui non est adhuc natus de spiritu, nescit de te vnde venias, & quo eas. Hoc enim secutus ait: Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Et reuera carnaliter non intelligebat. In illo fiebat quod dixerat Dominus: Vocem spiritus audiebat, & nesciebat vnde venerat, & quo ibat.* Hactenus Augustinus absque metaphora venti hanc Domini explicans sententiam: admittens tamen similitudinem vt quemadmodum spiritus vbi vult, spirat, & vocem eius audimus, & nescimus vnde veniat, aut quo vadat: ita omnis qui natus est ex spiritu, vocem quidem eius audimus, sed vnde veniat, aut quo vadat, ignorat omnis qui expers est spiritus. Et hoc est illud quod concludit: *Sic est omnis qui natus est ex spiritu.*

Altera intelligentia.

Aug tract. 12 in Ioan. to. 9.

Hunc sensum sequitur Beda, & plerique alij Patres, tum Græci, tum Latini. Nam quod Augustinus dixit in alio loco contra huius sensum, quis nesciat, librum illum ab eruditis in dubium vocari, an eius sit; præsertim cum stylus Augustinum non redoleat, & plurima, quæ aliàs asseueranerat, in dubium reuocet. Et idem in libris de Ciuit. Dei ait: *Sed quando sine abundantia gratiæ, Spiritus illius, qui vbi vult, spirat, amare possent?* Hæc ille. Producam igitur pro sensu B. Augustini primo loco Patres Græcos, deinde Latinos. Et ex Græcis princeps in medium prodeat Gregorius Nazianzenus, qui de sancta Pentecoste differens, ait: *Quæ verò sunt Spiritus sancti, adsit mihi Spiritus, ac eam, quam cupio eloquentiam tribuat; quod si non tantam, at tantam, quantam tempori huic conuenire nouit; aderit omninò heriliter, & non seruiliter; neque, vt quidam arbitrantur, mandatum expectans, spirat enim vbi vult, & super quos vult, & quando, & quantum, ita enim nos & sentire, & dicere, inspiramur à Spiritu.* Idem alibi dicit: *Spiritus qui operatus sit omnia, qui Reges faciat, idque per baptismum, per resurrectionem: qui cognoscat omnia, doceat omnia, spiret vbi; & quantum velit, qui ducat, qui loquatur, qui mittat, segreget, &c.*

Beda to. 5.

Aug li quæst. Vete & Noui Testam q 59. tom. 4.

Aug li. 13. de Ciui Dei. c. 7. tom 5.

Greg Nazian. orat. 1. in sanctam Pentecosten.

Idem lib. 5. de Theologia sub finem.

Secundus sit Gregorius Nyssenus, qui de Baptismo loquens, sic inquit: *Quare bina illa, & non solus spiritus sufficiens existimatus est ad completionem baptismatis? Compositus est homo, & non simplex, vt certo scimus, atque idcircò duplici coniunctoque cognata, similiaque medicamenta ad curationem destinata, atque attributa sunt: Corpori quidem, quod apparet, aqua, quæ sub sensum cadit, anima verò quæ visum effugit; Spiritus, qui non apparet, qui fide vocatur, qui ineffabiliter accedit. Spiritus enim vbi vult, spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, & quo vadat. Aqua quoque, quæ baptismati adhibetur, corpori, quod baptizatur, benedictionem addit.*

Greg. Nyssenus lib. de sancto Baptismate.

Tertius, Origenes, qui de principijs agens: *Et ita,* inquit, *sciendum est, quod sicut Filius, qui solus cognoscit Patrem, reuelat cui vult, ita Spiritus sanctus, qui solus etiam scrutatur alta Dei, reuelat cui vult. Spiritus enim vbi vult spirat.*

Origen. lib. 1. περὶ ἀρχῶν, tom. 1. Matt. 11. 1. Cor. 2.

Quartus Dionysius Areopagita, diuinus ille, qui quidem alludens, adhæc eadẽ Christi verba, videlicet: *Nescis vnde veniat, aut quo vadat,* vt interpretes eius exponunt: *Porro,* inquit, *aduentum illum secretissimum Spiritus* (scilicet in baptizatum, de quo est sermo) *qui intelligibiliter odore suaui fragrantes facit ac perficit, cùm sit prorsus ineffabilis, illis spiritaliter intelligendum dimitto, qui diuini Spiritus sanctam, ac deificam societatem in anima sua percipere meruerunt.* Quanquam non videatur in illo sensu constans: quia alibi ait: *Dicet fortasse aliquis, hunc aereum spiritum, qui ventus dicitur, diuinam quoque cœlestium spirituum præferre speciem. Habet enim & ipse diuinæ actionis imaginem atque figuram (sicut in symbolica Theologia, iuxta quatuor elementorum expositionem, pluribus documentis ostendimus) secundum naturalem mobilitatem, vimq; animandi, & celerem insuperabilemq; discessum & mobilium principiorum atque finium incognitas nobis, atque inuisibiles latebras. Non enim scis* (inquit) *vnde venit, & quo vadit.* Hæc ille ponens ibi esse sermonem dè vento, quam etiam interpretandi rationem sequitur

Dionys. Areo. lib. de Eccles. hierarch. c. 3. par. 3.

Secretissimi aduentus Paracleti in baptizatum effectus.

Idem lib de cæl. hierar. c. 15.

Symbolica Theologia.

Nicetas. 1.Cor 12. Oecumenius.

Nicetas in commentarijs suis initio. Gregor.Nazianz.in sanctam Pentecosten.

Quintus, Oecumenius in Apostoli verba: *Diuidens singulis prout vult*, scribens, ait: *Propter eos, qui Spiritus sancti diuinitatem impugnant, animaduerte. Nam illi impiè asseruit, Spiritum sanctum à Patre factum esse. At hinc perspicito, Spiritum sanctum non esse aliquid eorum quæ fiunt, sed quæ faciunt: idque tanquam Deus ac Dominus, & propria potentia. Simile quoque est quod alio loco dicit. Spiritus vbi vult, spirat.*

Cyrill. Ierosol. catech 7. Actor. 2.

Sextus, Cyrillus Ierosolymitanus; qui loqnens de Iudæis, qui admirabantur Apostolos varijs linguis in die Pentecostes loquentes, scribit: *Nihil admirandum, si vos ignoratis, cùm & Nicodemus ignorabat Spiritus aduentum. Ad illum enim dictum erat: Spiritus vbi vult, spirat: & vocem eius audis. sed nescis vnde veniat, aut quo vadat, & cum audiendo vocem illius, nescimus tamen vnde veniat, aut quò vadat, substantiam eius quomodo enarrauerimus?* Hæc ille, non minus ostendens in die Pentecostes impletam sententiam DOMINI, quam cum olim loqueretur ad Nicodemum.

Epipha. hære. 74. ex sermone Ancorato. Spiritus sancti charismata.

Septimus, Epiphanius contra Pneumatomachos disserens, vbi multos spiritus ex Scripturis attulisset, subdit: *Verum Spiritus sanctus solus appellatur à Patre & Filio, Spiritus veritatis, & Spiritus Dei, & Spiritus Christi, & Spiritus gratiæ. Largitur enim vnicuique bonum diuersimodè, alteri spiritum sapientiæ, alij spiritum cognitionis, alij spiritum fortitudinis, alij spiritum sanationum, alij spiritum Prophetiæ, alij spiritum distretionis, alij linguarum, alij interpretationum, & reliqua dona, velut ait. Vnus autem, & idem spiritus est, qui diuidit vnicuique vt vult.* (*1.Cor.12.*) *Quoniam spiritus tuus bonus deducet me, inquit Dauid.* (*Psal.142.*) *Et spiritus vbi vult, spirat, substantiam sancti Spiritus per talia nobis ostendens: & vocem eius audis, sed non scis vnde venit, & quo vadit. Et nisi nati fueritis ex aqua & Spiritu: & quæ sequuntur.*

B. Basil. lib. 5. in Euno. vel de Spiritu sancto ad Amphilochium. in c. quod Spiritus creator est tom 1. Aduersus Eunomij blasphemiam cõtra Spiritum sanctum.

Octauus sit Beatus Basilius, qui agens in Eunomium, sic inquit: *Quod si omnia operatur Deus, sicuti vult, omnia verò hæc vnus ac idem Spiritus operatur, diuidens singulis prout vult: quomodo diuersitas substantiæ illic est, vbi operationis identitas esse cognoscitur? permueat is enim substantijs, secundum impijssimum Eunomium, diuersas esse oportebat & operationes: Eandem autem autoritatem, & potestatem Spiritus Saluator attestatur: Spiritus, inquit, vbi vult, spirat.*

Cyril. lib. 14. Thesa. c. vlt. tom. 2.

Nonus erit Cyrillus, qui in libro quodam Thesaurorum ita scribit: *Quomodo igitur Spiritus sanctus non erit Deus, per quem nos dij per gratiam efficimur, ab ipso regenerati? Quod autem de Spiritu sancto fideles renascuntur, ipse Saluator testatur, dicens ad Nicodemum: Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis vnde venit & quo vadit: Sic est, inquit omnis, qui natus est ex spiritu.* Idem quoque alibi eisdem omnino verbis comprobat diuinitatem inesse Spiritui sancto.

Idem in lib. 6. quem inscripsit. Argumenta euidentia, quod Spiritus sanctus non sit creatura. Chrysost. 29 in cap 12 priorus ad Corint.

Decimus sit Chrysostomus ipse, qui eandem quam Oecumenius Apostoli sententiam explicans, ait, illa verba: *Spiritus vbi vult, spirat*, etsi de vento dicantur, posse tamen intelligi & de Spiritu sancto; & confirmare hanc sententiam Apostoli, dicentis quòd Spiritus omnia operatur prout vult, quemadmodum etiam suo loco exponens hæc verba Ioannis, post dicta nonnulla de vento subiungit: *Præterea vbi vult, spirat: ad Paracleti potentiam ostendendam dixit. Nam si ventum nemo cohibet, quin quo vult, feratur, quãto magis Spiritus operationem nulla naturæ leges, nulli corporeæ generationis fines, nulla alia huiusmodi vis potuerunt cohibere.*

Idem ho 26. in Ioan.

August. tra. 12. in Io. 9. Hil lib. 12 Trinit. sub calcem.

Redeo ad Latinos Patres. Et præter Augustinum iam dictum, primo loco produco Hilarium; qui in libris de Trinitate ita scribit: *Nam vt in eo, quod ante æterna tempora vnigenitus tuus est cessante ambiguitate sermonis, atque intelligentiæ difficultate, solum quod natus est, manet: ita quod ex te per eum sanctus Spiritus tuus est, etsi sensu quidem non percipiam, sed tamen teneo conscientia. In spiritualibus enim rebus tuis hebes sum, vnigenito tuo dicente; Ne mireris quod dixerim tibi, Oportet vos nasci denuò. Spiritus vbi vult, spirat: & vocem eius audis, & non scis vnde veniat, & quo eat. Sic est omnis qui natus est ex aqua, & Spiritu sancto, Regenerationis meæ Fidem obtinens nescio, & quod ignoro, iam teneo. Sine sensu enim meo renascor, cum efficientia renascendi. Modus autem spiritus nullus est loquentis cum velit, vbi velit: & enim adeuntis atque abeuntis caussa, sub assistentis licet conscientia nesciatur, huius naturam inter creaturas referam, & originis sua definitione moderabor?*

Ambr. lib. 1. de Spiritu sanct. c. 3. 10

Ambrosius disputans in hæreticos, ait: *Nullum damnum esse in diuisione gratiæ spiritalis, Domino attestante, cognouimus. Qui enim vbi vult spirat, vbique sine damno est.*

Idem lib. 3 de Spiritu s. c. 1.

Idem alio loco, comprobans diuinitatem Spiritus sancti: *Astute cognouistis,* inquit, *locis istius vos attestatione conuinci, nec argumenta vestra aduersus id posse testimonium conuenire. Quò enim possit alio intellectus loci istius deriuari, cum series lectionis tota de spiritu sit? Nicodemus quærit de regeneratione: respondit* DOMINVS: *Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit per aquam, & Spiritum, non potest introire in regnum Dei. Et vt ostenderet aliam generationem secundùm carnem esse, aliam secundũ spiritum, addidit; Quod natum est de carne, caro est, quia de carne natum est: & quod natum est de*

spiritu.

spiritu spiritus est, quia D.u spiritus est. Prosequere ergo totam seriem lectionis, inuenies quod Dominus impietatem vestram plenitudine assertionis exclu, er t. Noli, inquit, mirari, quia dixi, Oportet vos nasci denuò. Spiritus vbi vult, spirat: & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat: sic est omnis, qui natus est de spiritu. Quis est qui nascitur de spiritu, & qui efficitur spiritus, nisi qui renouatur spiritu mentis suæ? Et post pauca producto testimonio Pauli, quo ait per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti; & alio testimonio Petri, qui Act. 11. ait: *Vos autem baptizabimini Spiritu sancto:* cōcludit illud dictum: *Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit per aquam, & Spiritum, non potest introire in regnum Dei*, intelligendum esse de Spiritu sancto.

Ti: 3.

Quarto loco producitur B. Hieronym. qui scribens ad Hedibiam: *Repleti sunt*, inquit, *omnes Spiritu Sancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Spiritus enim sanctus vbi vult, spirat.*

Hieron. ad Hedib q. 9. A t ..

Loco quinto adducitur Leo Papa, qui quodā loco sic scribit: *O quàm velox*, inquit, *est sermo sapientiæ, & vbi Deus magister est, quam citò discitur quod docetur. Non est adhibenda interpretatio ad audiendum, non cōsuetudo ad vsum, non tempus ad studium, sed spirante vbi voluit spiritu veritatis, propria singularum gentium voces, facta sunt in Ecclesia ore communes.* Hæc ille, alludens ad id: *Spiritus vbi vult spirat*: quæ verba Sedulius in illud Pauli: *Diuidens singulis prout vult*, comprobat testimonio verborum Domini in c. præsenti.

Leo Papa ser. 1 de Pentec. Quam velox sermo sapientiæ.

Sedul. in c. 12. prioris ad Cor.

Sexto Gregorius Romanus lib. 2. dialog. cap. 21. *Prophetiæ spiritus, Petre, Prophetarū mentes non semper irradiat: quia sicut de Spiritu sancto scriptum est, vbi vult, spirat: ita & sciendum est, quia, & quando vult adspirat.* Rursus in Moralibus pulchrè ait: *Sed istam vocem superuenientis spiritus, quæ se in aures cordis insinuat, nec ipsa mens, quæ per hanc illustrata fuerit, inuestigat. Pensare enim non valet inuisibilis virtus quibus sibi meatibus influat, quibus ad se modis veniat, quibus recedat. Vnde & bene per Ioannem dicitur: Spiritus vbi vult, spirat: & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, & quo vadat. Vocem enim spiritus audire, est vim compunctionis intimæ in amorem inuisibilis conditoris assurgere, sed nemo scit vnde veniat: quia ignoratur per ora prædicantium, quibus se ad nos occasionibus fundat. Et nemo scit quo vadat: quia cum vnam prædicationem multi audiunt, intelligi proculdubio non potest, quē deserens abyciat, aut cuius ingrediens in corde requiescat. Vna quippe res foris agitur, sed non per hanc vno modo intuentium corda penetrantur: quia qui inuisibiliter visibilia modificat, in humanis cordibus causarum semina incomprehensibiliter plantat.*

Greg. Rom. li. 2 Moral. ca. 10 to. 2.

Vocem spiritus audire, quid, idem cur nemo scit vnde veniat, & quo vadat.

Septimo Bernard. in Cant. scribens: *Fateor, & mihi*, inquit, *aduentasse Verbum, in insipientia dico, & pluries. Cumq; sæpius intrauerit ad me, non sensi aliquotiens cum intrauit. Adesse sensi, affuisse recordor, interdum & præsentire potuisse introitum eius, sentire nunquam, sed nec exitum quidem. Nam vnde in animam meam venerit, quoue abierit, denuò eam dimittens, sed, & qua, vel introierit, vel exierit, etiam nunc ignorare me fateor, secundum illud: Nescis vnde veniat, aut quo vadat.*

Bern 74. in Cant.

Postremo loco venit Innocentius III. qui quidem ad Episcopum Arelatensem scribens, vbi ponit sex caussas, in quibus cedere consueuerunt Episcopi de Papę licentia subdit: *Sed dices, vbi Spiritus vult spirat: & nescis vnde venit, aut quo vadat, &c. Non est qui possit vias illius Spiritus perscrutari. Qui verò Spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege: quoniam vbi Spiritus Dei, ibi libertas. Quare si cedendi tibi ab homine licentia data non fuerit, nihilominus tamen cedes: quia data est tibi libertas cedendi à Deo. Certè desipis, si sic facis, nam quomodò Spiritu Dei agitur, qui contra Spiritum Dei agit?* Hæc illi Patres sanctissimi, atque doctissimi. Explicauimus igitur vtrumque sensum; produximus Patres; quorum testimonijs vterque niti possit: declarauimus vtrumq;, vtpote verum, & à Fide, & à ratione non abhorrentem posse sustineri, & cum omni veneratione suscipi. Si vero lector vrgeat, & interroget, vter illorum præstet, aut quis veniat alteri præferendus, ingenuè, & liberè fatebor, sensum Augustini mihi magis probari, & illi literam, & voces magis fauere, vt facilè ex multis ostendam. Quod tamen sine aliqua contentione, atque comparatione inter ipsos præstari à nobis non poterit.

Innocentius III. de renunciatio. c. Nisi cum pridem.

Rom. 8. & Supra 6. 2. Cor. 3.

Placet igitur initium sumere à lenioribus, Nam in primis vox ipsa Latina Spiritus; siue Græca πνεῦμα, propriè rem materiæ, siue corporis expertem significat: vnde Dominus ad Apostolos existimantes ipsum esse spiritum, dixit: *Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum: palpate, & videte: quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere*, quasi diceret; Spiritus neq; visu, neq; tactu, neque alio aliquo sensu percipi potest. Vnde Cyrillus Ierosolymitanus: *Spiritus*, inquit, *nomen medium quoddam est: nam omne quod est absque corporis mole, in vniuersum Spiritus vocatur.* Hæc ille. Et nunquam in Nouo Testamento (quod sciam) ea vox pro vento accipitur, etiamsi in Veteri aliquando vsurpatam fuisse non negem, idque per metaphoram potius, quam per proprietatem, quia ventus inter corpora tenuissimus est, & subtilissimus, & pro-

Posterior intellectus, de Spiritu videlicet sancto, non de vento multis rationibus magis probatur.

Luc. 24.

Cyril. Ierosolym. catech. 16.

Spiritus cur sit medium quid dam, teste Cyrillo.

ximè accedit ad ea, quæ sunt expertia corporis: & in Nouo Testamento quoties ventorum fit mentio, non spiritus, siue πνεύματα, sed Græcè ἄνεμοι perpetuò dicuntur. Quòd si aliquis locus posset cogitari, ex quo constet Spiritum dici ventum; maximè ille Actuum 2. *Factus est repentè de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis*, vel, vt alij vertunt, tanquam aduenientis venti validi. Sed profectò eo in loco doctè B. Lucas abstinuit à verbo πνεύματος, dixitque ἀντιφερομένης πνοῆς βιαίας: Est enim πνοὴ, diuersum longè ἀπὸ τοῦ πνεύματος, significatque flatum, afflatumve. Spirare etiam, viuentibus Scriptura duntaxat tribuit: hinc dicitur in Genesi, inspirare in faciem hominis spiraculum vitæ; & Saulus in Actis, spirare minas, & cædem in discipulos Domini; & Ecclesiastes: *Sicut moritur homo, sic & illa* (scilicet iumenta) *moriuntur, similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius.* Legitur etiam in libro Iosue, illum non dimisisse vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat, interfecisse. At verò vt Tertullianus scribit: *Quid est, oro te, spirare? Flatum ex se metipso agere. Vides igitur, spirare, propriè pertinere ad rem animatam, & flatum ex se ipsa emittentem.*

Πνοῆ quid significet. Gen. 2. Act. 9. Ecclef. 3. Iosu. 10. Tertull. lib. 6 de anima. Spirare quid.

Quod si quis opponat; spirationem minus conuenire Spiritui sancto, qui corporis est expers, & anima non constat, vt cæteræ animantes; Respondemus, in sacris literis hanc loquendi rationem frequentius, & libentius Deo accommodari, quam vlli rei inanimæ. Dicitur enim Deus inspirasse in faciem hominis spiraculum vitæ, dedisseque omnibus, teste Paulo, vitam, & inspirationem; iuxta quem modum sermonis ait idem Apostolus: *Omnis Scriptura diuinitus inspirata*, & liber Iob: *Inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam.* Quare mirum non est, si quod Deo proprium est, nempe spiratio, siue inspiratio, Spiritui sancto, qui Deus idem est, tribuatur: vnde dicitur hoc loci vbi vult spirare, & apud Petrum: *Non enim voluntate humana allata est aliquando Prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.*

Spiritus sanctus cum inanimis sit, qui spirat? Gen. 2. Actor. 17. 2. Tim. 3. Iob. 32. 2. Petr. 1.

Hoc etiam proximum est maximè proprietati eius, si Theologiam sacram consulimus: non est enim aliud Spiritus sanctus, quàm spiratio quædã passiua ex Patre & Filio ab æterno procedens: ob quam etiã causam Dominus in die resurrectionis donans Apostolis Spiritũ sanctũ, insufflauit, siue inspirauit in eos: qui ergo suapte natura spiritatio quædam patiens est, quid mirum si in rationalem creaturam spiret, suęq; bonitatis ac spirationis illam participem faciat? Vt ergo toti Trinitati, & singulis eius personis, per essentiam conuenit potẽtia, sapientia, bonitas, & inspiratio: ita Patri potentiam, Filio sapientiam, Spiritui sancto bonitatem, ac inspirationem tribuimus per appropriationem, quẽadmodum Theologi dicunt; vt merito de illo asserat Petrus inspirasse Prophetas. Et quod in Missæ sacrificio legitur Symbolum, locutum fuisse per Prophetas, & Christus, Apostolos docere omnem veritatem, atque per eos loqui. Præterea viget adhuc regula, tũ Hieronymi, tum Augustini, tradentium: Vbi in Sacris literis Spiritus dicatur absolutè, de Spiritu sancto esse accipiendum. Quam (vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum) autoritate Origenis confirmo qui in libris περὶ ἀρχῶν in hunc modum scribit: *Quidam sanè ex prædecessoribus nostris in Nouo Testamento obseruant, quod sic vbi spiritus nominatur sine adiectione ea, quæ assignet qualis sit spiritus, de sancto Spiritu deberet intelligi, vt puta, Fructus autem Spiritus est charitas, gaudium & pax, & cætera. Idem & ibi; Cùm cœperitis Spiritu, nunc carne perficimini. Nos verò etiam in Veteri Testamento putamus distinctionem istam posse seruari, sicut cum dicit: Qui dat spiritum populo, qui est super terram, &c.* Ita ille: cuius sententiam libenter attulimus, quoniam non tam sua, quam quæ in Ecclesia ex traditione acceperat, docet. Accedit & his, quod τὸ πνεῦμα, cum articulo positum, pro Spiritu creatore sumendum, tanquam rem indubitatam ac certam tradunt Patres, sed inter eos magna Ecclesiæ lumina Didymus. & Athanasius Alexandrinus, Patriarcha vterque. Prior quidem lib. de Spiritu sancto edisserens locum illum Prophetæ Amos *Quia ecce formans montes, & creans ventum* (siue spiritum, nam Græcè dicitur κτίζων πνεῦμα) ponderans cur πνεῦμα, sine articulo sit positum, sic loquitur: *Nec enim frustra sine articulo; qui in Græco sermone singularitatis signator est; nunc Spiritus creatus dicitur quoniam non est sanctus: cum pene semper* S P I R I T V S *sanctus cum articulo nominetur: vt in illo* αὐτὸ τὸ πνεῦμα: *Id est, ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro*, productísque duobus alijs testimonijs, subiungit: *Quod sic vbi rarò, sine articulo nominatur Spiritus sanctus: sciendum est cum additamento eum nominari significante magnificentiam eius. Siquidem dicitur aliquando & sine articulo, cum non ipse per se, sed participatio eius ostenditur; vt puta spiritus Heliæ; & spiritu ambulate: & quæcunque huiusmodi sunt.* Hæc ille, distinctè atq; apertè regulam de articulo voci spiritus apposito tradens. Athanasi⁹ verò scribens ad Serapionem Episcopum, vbi differit contra eos, qui Spiritum sanctũ dice-

II. Ratio. Spiritus sanctus quid significet. Ioan. 20. Diuinarum attributa personarum. Ioan. 16 Matth. 10 III. Ratio. Hieron. in Mich. c. 2. 10. 6 August. lib. Quæst. ad Sim. lit. q. 1 tom. 4. Matth. 18 Orig. lib. 1 περὶ ἀρχῶν c. 3. 10. 1. Gal. 5. IV. Ratio. Didymus 1. de Spiritu sancto tom. operum B. Hieronym. Amos 4. Articulus cè quid significet. Rom. 8. Didymi, & Athanasij regula ad intelligendum vbi sit spiritus de sancto Spiritu accipi debeat. Gal. 5. Athanas. in epist. ad Serap. tom. 1

dicebant creaturam esse, eandem regulam his verbis coofirmat. Nam Artianis allegātibus eundem textum Amos 4. obijcit: *Dicite saltem, vbi in Scripturis sanctis reperitis, Spiritum sanctum simpliciter nominari spiritum sine additamento Dei, aut Patris, aut à me, hoc est, ex Deo, vel absque articulo, vel Christi, vel Filij, aut non adiungatur sanctus, aut Paracletus; aut veritatis, hoc est, Filij, qui seipsum nominat veritatem, vt simpliciter allegata hac voce spiritus, de Spiritu sancto hoc dictum suspicemini. Accipiatur ab hac ratione & quasi regula, quum quod prius distinctè commemoratum est de Spiritu, posteà simpliciter repetitur: ibi enim ex superioribus precognoscitur, de quo spiritu mentio fiat, etiamsi in sequentibus nudum tantummodò Spiritus vocabulum sit positum. Aut quando ad illos fit sermo, qui iam sciunt de quo Spiritu intelligendum sit quod dicitur. Alioqui certè sine articulo τὸ aut adiectionibus caeterarum notarum, nunquam Spiritus nudi vocabulum trahi potest ad significationem sancti Spiritus, vt apud Paulum ad Galatas. Hoc solùm cupio ex vobis rescistere, ex operibus legis accepistis Spiritum, an ex auditione fidei? vtpote quibus cognitum erat, se eum Spiritum accepisse, qui datur credentibus, & renatis per lauacrum regenerationis. Quale illud ad Thessalonicenses: Spiritum nolite extinguere: qua forma verborum vti voluit, quia & ipsi sciebant, quem spiritum accepissent: scilicet ne Spiritum, qui gratiam in ipsis accendebat, extinguerent. In Euangelijs vero si Euangelistae loquantur humano more de Saluatore ob carnem, quam assumpsit: Iesus autem plenus Spiritu, reuersus est à Iordane; aut illud; Iesus abductus est à Spiritu in desertum; eandem rationem ista dicta in se continent. Siquidem praedictum fuit à Luca: Contigit autem dum baptizaretur vniuersus populus, Iesuq; baptizatus esset, & oraret, aperiri caelum, & descendere Spiritum sanctum corporali specie, instar columbae super eum. Vnde liquet quum Spiritum postea simpliciter dicit, Euangelistam hoc de Spiritu sancto intelligere. Ita apud quos est Spiritus sanctus cum illis nude dicitur de Spiritu sine additamento Dei, aut alterius nota, ambiguum illis esse non potest, quin Spiritus sanctus intelligendus sit; maximè si adsit articulus τὸ.* Et respondens ad argumentum sumptum ex testimonio Amos Prophetae, post nonnulla subiungit: *Quia igitur fit, vt vos tale quid in Propheta conspiciatis? siquidem πνεῦμα illud, hoc est, Spiritus apud Prophetam, ne articulum quidem τὸ, sibi adiunctum habet, vt vel inde occasionem captaretis.* Hactenus diuinus Athanasius.

Ioan. 14.
Galat. 3.
1. Thess. 5.
Luc. 4.
Matth. 4.
Luc. 3.
Amos 4.

Cuius in primis ratio si robur habet ac firmitatem, vt certè habet, euincit in illo loco: Spiritus vbi vult, spirat, accipiendum esse de Spiritu sancto, nam apertè praecessit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, & post illam planam sancti Spiritus expressionem, ponitur Spiritus absolutè, & cum articulo τὸ. Ergo, sicut Athanasius loquitur, de Spiritu sancto desumendum esse, ambigi non debet; vel eius doctrina ibi tradita planè ruit.

Illud idem: Spiritus vbi vult, spirat de Spiritu sancto accipiendum, quadruplici adhuc argumento deducitur

Deinde cùm hi duo grauissimi Patres generalem regulam traditam tradant, neque hunc locum, de quo existit controuersia, accipiant (quem profectò, si de vento esset intelligendus, excipere debuissent propter articulum affixum) imò verò vterque, sed praecipuè Athanasius eodem loco, ex Scripturis omnes percenseant locos, vbi πνεῦμα, pro vento accipitur, atque huius qui controuertitur, ne meminerint quidem: profectò eum sub illa regula generali inclusum esse, Didymus, & Athanasius voluerunt.

II. Argument.

Tertiò illud magna consideratione dignum se offert, quòd cùm praedicti Patres & cum eis Cyrillus Ierosolymit. aoristes, omnes Scripturarum enumerent locos, in quibus πνεῦμα, vsurpatur pro vento: qui sunt in Genesi, *Adduxit spiritum super terram, & imminuta sunt aquae*, in libris Reg. dicitur de Achab: *Cumque se verteret huc atque illuc, ecce caeli contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluuia grandis*: In Psalmo legitur: *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis*; Alibi, *Dixit, & stetit Spiritus procellae*, rursus Psalmista: *Spiritus procellarum, quae faciunt verbum eius*. Idem quoque: *Ignis, inquit, & sulphur, & Spiritus procellarum, pars calicis eorum*: Sapientia in persona Salomonis ait, sibi Deum dedisse, vt cognosceret naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum, siue vt Graecè dicitur, πνευμάτων βίας, id est, violentias ventorum: Amos quoque inquit, *Creans spiritum, siue ventum*: Esaias: *sicut mouentur, ait, ligna syluarum à facie venti*: In Ezechiele dicitur: *In aquis multis adduxerunt te remiges tui: ventus Auster contriuit te in corde maris*: Ionas & ipse: *Dominus autem misit ventum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari*: in vniuersis his locis, & singulis constare liquido potest consulendi lectionem 70. Interpretū, vbiq; & semper πνεῦμα articulo carere: qua ratione igitur articulus, qui in Veteri Testamento denegatur, dum pro vento sumitur, hic contra omnem morem appositus esset? an forte imperitiae linguae B. Ioannis Euangelistae est adscribendum? quod horreo dicere; nam esset inscitiae notam inurere Spiritui sancto, qui tamē, vt Sapientiae liber testatur, sciētiam habet vocis. Postremò, alia ratione iusto. Cùm enim Ioannes ait: *Spiritus vbi vult, spirat*: articulum habet Spiritus: rursus cum eodem articulo subiungit: *Sic est*

III Argum.
Cyril. Ierosolym. catech. 16.
Quibus locis Graeca vox πνεῦμα significet ventum.
Gen. 18.
3 Reg. 18.
Psal. 47.
Psalm 106.
Psal 148.
Psal. 10.
Sap. 7.
Amos. 4.
Psalm. 7.
Ezech 27.
Ion. 1.
Sap. 1.
IV Argum. & vltimum.

omnis qui natus est ex Spiritu. Cùm itaque sub eodem verborum contextu bis de eodem Spiritu, & cum articulo fiat mentio, procul dubio mens fuit Spiritus sancti insinuare se de illo ipso spiritu loqui; nã articuli Græci vim habent determinandi ac designandi id, quod nomen in communi significat. Atq; ita, aut in vtroque est sermo de vento, sicq; quod subiungitur: *Sic est omnis qui natus est ex Spiritu*, nonnisi inanem, inutilem, atq; absurdum sensum contineret; aut vtrumq; intelligendum est de Spiritu S. vt nos ex Veterum Patrum, regulis euictum ostendimus; aut saltem ad distinctionem faciendã inter vnum, & alterum Spiritum, priori voci subtrahere articulum, vbi ventum significat, oportebat, & adiungere inferiori, dum Spiritum sanctum denotat. Et confirmatur validissimè hæc ratio. Nam cap. 1. cum diceret Ioannes: *Et verbum erat apud Deum*. Græcè legitur cum articulo, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, certam designans in diuinitate personam, nempe Patrem, ad quem Verbum refertur, dicentem. Et subditur, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, vllo sine articulo, affixo voci θεός. Ex quo quidem Arriani ansam accepêre dicendi, Deum Verbum esse, sed sine articulo; ac proinde inferiorem Patre. Et tamen nolebant aduertere, Christum pluries in Euangelicis, Apostolicisq; voluminibus pronũciatum esse Deum cum articulo: verùm eo loci magna ratione, articulum subtractum fuisse ne persona Patris, cum illa Filij confunderetur, vnaq; eademque Pater & Filius crederetur esse persona: vt dogmatizabat Sabellius. Igitur sicut ad distinctionem personarum seruandam in eadem deitate voci priori Deus additur articulus, & posteriori negatur: ita sanè (si magna licet componere paruis) debuit Spiritui, dum sumitur pro vento, subtrahi articulus, & apponi, cum significat Spiritum sanctum, imò tanto magis debuit, quanto hic erat distinctio facienda inter hypostases, & naturas in infinitum distinctas, & seiunctas à se inuicem, id est, naturam diuinam, & venti.

Articuli Græci quam vim habeant.

Hoc loco Ioannis: Et Verbum erat apud Deum quare articulus in voce Deum, fuerit omissus. Arrianorum Sabellianorũ que impia dogmata confutantur.

Atque hactenus leuioris armaturæ milites in campum produximus: ad grauiora iam, valentioraq; argumenta accedo. Magnum Ecclesiæ lumen Augustinus libris de Doctrina Christiana, certam quandam Scripturas interpretandi regulam proponit nimirum quòd vbi Scriptura verborum proprietate seruata, bonum & commodũ sensum recipere potest; non est in illa interpretanda explicandáque ad tropum, figuratamque locutionem confugiendũ, sin verò, sermonis proprietate retenta, facinus aliquod, vel impossibile quid, aut absurdum prima facie porrigitur, tunc à litera recedendum est, & tropus, atq; metaphorica locutio amplectenda. Nam in vniuersum quæ figuratè dicta sunt à Domino, velle propriè, & absque figura intelligere: vel rursus è regione quæ propriè intelligenda sunt, & sine tropo, per figuram velle accipere: vtrumque perinde in sacris literis interpretandis, hæreticum sensum efficere consueuit. Nam vt hæc exemplis aliquo modo illustrentur, si quis verba illa Domini: *Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te: abscinde eum, & proijce abs te, &c. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te*: si quis inquam, ad literam, ac præter tropum intelligenda esse contenderet, facinus indignum admitteret, seipsum vel oculis priuando, vt fecit Democritus, vel membra sibi præscindẽdo; quod celebrem quendam, atque in Ecclesia Dei nominatũ virum fecisse, historiæ produnt Ecclesiasticæ: sed ita narrãt, vt zelum hominis laudarint quidẽ; factum verò vituperauerint quã maximè: cùm in ea sententia Dominus sub allegoria membrorum, affectus carnis, vitiosásque cupiditates nostras amputandas esse docere voluerit, atque comprimendas. Rursus si verba Christi in cœna Dominica prolata; *Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur*, non proprio sensu, verum allegorico, vel metaphorico esse exponenda quisquam contendat, vt nostri seculi hæretici, ob eam caussam Tropici nuncupati, impiè ac pertinaciter exposuerunt, haud dubie sensum hæreticum, ab Ecclesiaque damnatum eliceret.

Fortioribus eadem sententia de Spiritu sancto vbi vult spirante, rationibus confirmatur. *Aug. lib. 3. de doctr. Christ. cap. 37. to. 3.* B. August. regula ad Scripturas interpretandas accommoda.

Domini verba quæ figuratè, & non propriè sint accipienda.

Matth. 18.

Democritus & Ori[gene]s qui bus se membris priuauerint.

Matth. 26.

Tropici hæretici qui nominati.

Hac regula, quæ certè ipsi veritati nititur, & pretiosa quædam clauis est ad multarum Scripturarum mysteria aperienda, sic cõstituta atque declarata; ex ea colligo Primum, vbi bonus, & cõmodus sine metaphora, aut tropo, sensus haberi potest, minimè esse opus ad schemata confugere: rursus vbi locus aliquis cum tropo, & sine tropo exponi valet, semper ille sensus qui tropum verborum abijcit, & proprietatem retinet, præstantior est, atque alteri anteferẽdus, maximè si cætera sint paria. Deduco posttremò ex illa regula: Si duæ tropicæ, figuratæve locutiones alicui loco adhibeantur Scripturæ, illa est præferenda alteri, quę magis accedit ad proprietatẽ, quã quæ longius ab illa recedit; vel quæ minus à proprietate discedit, quã quæ magis. Cùm itaq; in præsenti loco tropus necessarius nõ sit, sensusq; illustris absq; illo eliciatur: frustra ad metaphoram venti confugimus: qui enim ex proprijs verbis intellectus accipitur,

Ex regula Augustini præcipua [illegible] deducuntur.

neque facinus, aut impossibile quicquam, & absurdum continet, imò præstantiam gratiæ, atque potentiam sancti Spiritus, tanquam hypostasis diuinæ, pro voluntate, & libertate sua in sanctificandis animabus operantis, comprehendit: quis nesciat hæc lõgè esse altiora, & maiora, quàm quę de vento per tropum eruditi quidam hoc loco meditantur, commentanturque? Abstinuit prætereà à nota aliqua similitudinis dicendo, sicut, vel quemadmodum spiritus vbi vult, spirat; ne verba textus iuuarent illam de vento intelligentiam, & ad illam cogitandam moueremur: qua cum careat hæc litera, & sine ea constet alius grandior, & prægnantior sensus, certè nulla ratio ad venti comparationem cogere videtur. Singula iam inspiciamus.

Contra priorem sensum de vento, coniectura.

Ait siquidem: *Spiritus vbi vult, spirat*: at certè vento, citra tropum, voluntas tribui nequit, cum sit prorsus animæ expers, atque potius agatur ipse, quàm agat; nec tam spirat, quam spiratur, nec spirat vbi ipse, sed vbi Deus vult. Sed vt interim demus, per tropum aliquem de vento dici posse, quòd spirat vbi vult, an non magis rationi est cõsonum, tribuere per proprietatem Spiritui sancto volũtatem, qui infinita præditus est libertate? qui teste Apostolo, diuidit singulis prout vult, & omnia quæcunque voluit, fecit, in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis? De quo Rupertus Tuitiensis, egregius Scripturæ interpres, in libris Commentariorum in Ioannem, edisserens hunc locum scribit: *Spiritus vbi vult spirat. Quo dicto gratiam simul, & potentiam Spiritus sancti commendat. Nam quod non debet, & vult gratia est: quod vbi vult, spirat, omnipotentia est. Et reuera nulli hominum quicquam debet hic Spiritus, quia cunctorum pater Adam primus præuaricatus est, & iusta lege, Dei regno, de quo nunc agitur, exhæredatus est. Cumque omnibus regnum Dei iustè clausum fuerit, quod quibusdam aperitur regenerante hoc spiritu, gratuita misericordia, vel misericordiæ gratia est: quòd verò quibusdam non aperitur, iusta vindicta, vel vindictæ iustitia est. Ait ergo: Spiritus vbi vult, spirat. Ac si dicat, Ne dicas in corde tuo, Quis ascendet in cælum, hunc Spiritum sanctum deducere, vt in illo possimus renasci, & sic in regnum Dei introire: ipse enim gratis & vltro dignatur, & potest aspirare. Qui mox vt virtute sua, qua vbi vult spirat, emiserit se super aquas, mirificum agit opus sua potentia, vt elementum inanimatum viuificetur, non quidem vita animali, sed virtute spirituali, fiatque ianua regni Dei, fit torus cælestis gratiæ, fiatque venter supernæ matris Ecclesiæ.* Hæc ille. Vides igitur quàm sint hæc magis magnifica atque sublimia de Spiritu sancto exposita, vt præ iis, quæ de vento dicuntur, penè sordere nobis videantur?

Quam verè, ac propriè Spiritus S. vbi vult spirat, non ventus.

1. Cor. 12.

Psal. 134.

Rupert. Tuitiensis lib. 3 Comment. in Ioannem.

Sancti Spiritus gratia, & potentia quanta sit.

Gen. 3.

Rom. 5.

Quid est dicere, Spiritus vbi vult spirat, secundù Rupertum.

Gen. 1.

Deinde discutiamus quod sequitur: *Et vocem eius audis.* Certè enim vox cùm propriè & secundum naturam sit animantis, vento, nisi impropriè & figuratè conuenire haudquaquam potest. Cùm tamen, si sermo esset de vento, non deerat propria locutio, si videlicet pro voce dixisset sonum, sicut superiùs si dixisset ἄνεμος, quod propriè ventum significat, & non πνεῦμα quod & ad ventum, & ad spiritum cõmune est. Quod si contendas, neq; etiam Spiritui sancto vocem propriè conuenire: equidem haud ibo inficias: veruntamen nõ vsque adeo visitatã esse in sacris libris metaphoram tribuentem vento vocem, quam Spiritui Sancto, plane affirmabo: nam hæc frequentissima est, trita atq; celebris. Proptereà enim traditur scientiam habere vocis; & in symbolo: *Qui locutus est per Prophetas*; Et in Euangelijs; *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis*: ac rursus: *Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur.* Et Apostolus ad Hebræos: *Quapropter sicut dicit Spiritus Sanctus, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Dies me deficeret, si vniuersos locos huiuscemodi percensere vellem. Vnde Cyrillus Ierosolymitanus probat ex multis locis Noui Testamenti, præter eos, quos nos produximus, loquelam domini Spiritui sancto attribui in Scripturis. Tribuitur porrò Spiritui Sancto vox propriè quidem, & Metaphoricè. Ac propriè quidem nihil est aliud, si res ipsa spectetur, quàm quædam spiritalis oratio persuasionem in mentibus hominum efficiens, quæ nullo sensu externo, at solo intellectu percipitur: de qua ait Propheta; *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus*; & Apostolus: *Ipse enim Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro quod sumus filij Dei.* Metaphoricè verò datur Spiritui sancto vox, per figuram Metonymiæ. Dicitur .n. loqui, quia loquentes reddit alios: quemadmodũ postulare gemitibus inenarrabilibus, quod eiusmodi voces, gemitusve per nos edat deprecantes. Estq; hæc figura frequens & familiaris: quippe ita loqui consueuimus, Semiramis construxit muros Babyloniæ. Artemisia condidit viro suo mausoleum. Romulus à fundamentis erexit vrbem Romam: non quasi illi hæc suis manibus effecerint, verum quod eorum imperio & autoritate condita sint. Eadem ratione vocem nos assignamus Spiritui sancto, quòd Prophetas, & post hæc Apostol. instruxe-

Sap. 1.

Matth. 10.

Heb. 3.

Psal. 94.

Cyrill. Ierosol. Catech. 16.

Spiritui sanct. vox tribuitur propriè & metaphoricè.

Psalm. 84.

Rom. 8.

Matt. 10.

Rom. 8.

ventus vnde oriantur, & quo tendant, cognitionem tantam, quanta haberi potest humanitus, vt ob id illi non queat congruere, Nescis vnde veniat, aut quo vadat. Nam quod communiter ignoremus vnde spiret ventus, id negligentia fit nostra; si quidem ignoratio illa adhibitio eiusmodi instrumento nautico, quod diximus, facilè expugnari atque expelli potest. Et tamen hic ait Dominus de Spiritu, cuius aduentus, vel recessus sciri non valet. Ad hæc, ne quisquam cogitet, generationem ventorum, vel interitum nobis esse ignotam; doctrinam habemus à Philosophis traditam, qua ex materia, vel ex quibus vaporibus à Deo naturæ opifice efficiantur. De quo illud venit intelligendum: *Qui producit ventos de thesauris suis*: vocans thesauros, materiam illam copiosissimam, ex qua tanquam de thesauro quodam, venti producuntur atque depromuntur. Nam vt ait Damascenus, Ventus, est multitudo exhalationis calidæ, & siccæ, mota circa terram: nec opus est ad antrum AEolicum aliquod vnde educantur, iuxta Poetas, confugere: neque rursus aliquem locum, in quê, se, postquam spirauerint, recipiant venti, confingere: nam deficiente materia intereunt, atque in materiam proximam, cognatamq; illi, vnde sunt geniti, resoluuntur. Non ergo generationis eorum, aut interitus ignorari locus potest. Enimuerò Spiritus diuini aduentus de cælo ad creaturã ratione præditam, & cùm venit: & cùm recedit, prorsus ignotus & obscurus est, neque sensus alicuius experimento, aut notitia euidenti mentis apprehendi ac percipi potest. Meritò vt hinc de Dei operib. dixerit Salomō: *Quo modo ignoras, quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium*; Vbi Spiritus, cui tribuitur via vt rei animatæ, & iungitur cum compactione ossium in ventre, spiritus humanus, siue animus noster est, qui creatur, & infunditur corpori: ignoratur tamen via eius, quia nemo certo statuere valet momentum quo creatur, aut infunditur, illique comparantur opera Dei qui in Trinitate perfecta consistit, vt intelligas hic de Spiritu sancto esse sermonem: nam si creaturæ vias ignoramus, qua ratione viam Creatoris operantis in nobis intelligemus?

De quibus thesauris producit ventos Deus. *Psalm. 134.*

Damasc. lib. 2. De fide orthodox. cap. 8. Ventus quid.

Quam secretè ac citra sensũ omnem penè nostrum adueniat nobis Spiritus sanctus.

Eccles. 11.

Nec obstat voci illi Spiritus hoc loco tam in Hebræo, quam in Græco, appositũ esse articulum. Quia ex adiunctis de compingendis ossibus in ventrem matris, satis indicabat se de humano, siue rationali spiritu nostro loqui: & ex eo etiam, quod eius modi Spiritus nostri via & ossium compingendorum in ventre matris ignoratio, assumitur ad indicandum quam sint nobis ignota opera Dei, qui omnia condidit. Prętereà de Deo Iob dixit; *Qui facis magna & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus. Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit, non intelligam*. Et Christus de se ipso: *Etsi ego*, inquit, *testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quo vado, vos autem nescitis vnde venio, aut quo vado*. Ergo vt de Deo, ac Filio Dei non habemus vnde veniat, aut quo vadat: ita Spiritus sanctus, qui vnus est, & idem essentia cum illis Deus, nescitur vnde veniat, aut quo vadat, vt vel hac nota, quæ Dei est solius, Spiritus sanctus verus Deus ostendatur. Et vt moris est, vnum locum Scripturæ obscuriorem exponi per alium apertiorem, ita per locos prædictos de Spiritu sancto & hic venit intelligendus: alibi autem sacra pagina, quantum memini, nunquam tribuit vento, quod nesciatur vnde veniat, aut quo vadat.

Quo de spiritu Salomon loquatur hoc loco: Quomodo ignoras quæ sit via spiritus.

Iob 9.

Ioan. 8.

Certissimum argumentum diuinitatis Spiritus sancti.

Deinde licet ex pręcedentibus & sequētibus, efficacius hanc sententiam de Spiritu increato, quam de vento colligere. Præcesserat etenim; *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei*: ac subdit: *Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex Spiritu, spiritus est*: in quibus nemo negauerit de Spiritu sancto sermonem esse, præsertim cum spiritus opponatur carni: quorum iam verborum intellectum supra tradidimus. His dictis, subiungit ad Nicodemum: vt tolleret admirationem eius, qui non satis capiebat quomodo quis posset nasci desuper: *Non mireris, ait, quia dixi tibi, Oportet vos nasci denuò*, siue, vt dicitur Græcè, desuper: explicansque modum & rationem, qua quis renascatur ex Spiritu, quæ renascentia longè posita est ab illa carnali, subinfert; *Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis*: quod perinde est ac si dixisset; Hęc regeneratio de Spiritu, valde est dissimilis atque deformis ab ijs, quæ secundum carnem fiunt, generationibus: sed per merum Diuinæ bonitatis sit beneplacitum ac voluntatem, atq; adeò adoptioni humanæ, quæ artificialis est, ac voluntaria, vt ita dicam, filiatio, quã proxima: per quam qui renatus est, Spiritus Dei est, nō natura, sed gratia, & participatione. De qua generatione Apostolus Domini frater sic loquitur: *Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius*. Nam vt ex limo terræ, & inspiratione Dei in illum productus est homo animalis: ita ex aqua & inspiratione Spiritus sancti homo

Ex iis quæ præcedunt, & quæ consequuntur, eundem sensum de Spiritu sancto aptè colligi posse.

Regeneratio ex Spiritu qualis sit: eiusdem effectus.

Iacob 1.

Gen. 2.

Ad ſpiritalem regenetationẽ quid neceſſario sequatur.

homo fit ex carne ſpiritus, ex terra, cælum. Portò in hac ſanctificatione cùm anima Chriſto velut ſpooſo legitimo copuletur; opus eſt, vt & ponſæ accedat conſenſus: quem externè quidem miniſter exigit à baptizaodo, dum interrogat, Vis baptizari? cum illi reſpondet, Volo: internus aotem ipſe Spiritus veroum veritatis, vitęque proponendo ſibi poſtulat fidem exhiberi: ac hoc quidem verbo ſiue interius prolato, ſiue exterius, ſubdit: *Et vocem eius audis*: id eſt, per fidem accipis, illiq́; acquieſcis: hoc eſt enim in Sacris literis audire, iuxta id, *Si Moyſen & Prophetas non audiunt: neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent*: Vbi idem eſt non audire, atque non credere. Qui igitur propoſito verbo conſentit, & exterius lotus eſt aqua voce adiuncta, nempe forma baptiſmi; quæ ſic habet: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, hic profectò regeneratur, renouaturq́ue, recipitq́ue io corde ſuo fidem, ſpem, & charitatem, atque adeo ipſum ſauctum Spiritum inhabitantem, ſignaq́ue mirabilia ſuæ inhabitationis prodentem, Spiritui quoqoe noſtro conteſtantem quod ſumus filij Dei. Si autem filii: & hæredes. Quis noo videat, prudens lector, quam magnificum & excelſum, quamq́ue ſalutarem ſeoſum citra ſimilitudinem venti hæc verba contineãt: & quid neceſſe eſt venti ſimilitudinem affingere illis verbis, niſi vt in vna eademq́ue ſententia mira amphibolia, & verborum ambiguitas inueniatur? quod certè durum ac violeotum eſt. Qui enim, per Deum immortalem, literæ ſuauiter cohæreat, vt modò τὸ πνεῦμα ſignificet Spiritum ſanctum, cum dicitur, quod natũ eſt ex Spiritu, Spiritus eſt? rurſus eadem vox ſumatur pro vẽto, Spiritus vbi vult, ſpirat: & infra idẽ verbum cum ait; *Sic eſt omnis qui natus eſt ex Spiritu*, ſignificet Spiritum ſanctnm? quid, obſecro te, durum eſt, ſi hoc non eſt? Cognoſce autem prudentiam Spiritus ſancti, quãque verè de illo ſit dictum: *Scientiam habet vocis*. In illa ſententia; *quod natum eſt ex Spiritu, Spiritus eſt*: qua Græcè habetur τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος πνεῦμα ἐστι, perpeode quod cum ait, *Quod natum ex ſpiritu*, quooiam de Spiritu creatore eſt ſermo, articulus appoſitus eſt: cum verò ſubiungit, *Spiritus eſt*, quia de ſpiritu humano per gratiam Spiritum ſanctum participantem loquitur, articulum coosultò ſubtraxit.

Audire vocem Spiritus, quid more Scripturæ.

Luc. 16.

Forma baptiſmi.

Matth. 28.

Renatus in Spiritu quid accipiat.

Rom. 8.

Prioris intelligentiæ, de vẽto videlicet, incommodũ.

Cap. 1.

At dices, Quid eſt igitur illud, quod ſequitur: Et neſcis vnde veniat aut quò vadat? quæ verba etſi de Spiritus ſancti voce intelligi queant, minus tamen translatè atque impropriè expoouotur de vento. Reſpondeo, vocem Spiritus ſancti, ſiue ſit illa, qua inſtruimur & catechizamur ante baptiſmum, ſiue illa, qua vtitur miniſter, dum baptizat, tanquam forma, ſiue deniq; interna, qua ad ſuſcipiendum baptiſma impellimur ac præparamor, quamq́ue auditu mẽtis per fidem percipimos, proculdubio à Spiritu ſancto proficiſci, nobisque euidẽtia naturali, aut experientia, vnde proficiſcãtur, aut quo tendant eiuſmodi voces cõpertum non eſſe. Quod diuino conſilio, & prouidentia cenſemus factum: nimirum vt locus ſit fidei, atque vt nobis incomprehẽſas illius diuini Spiritus actiooes, tanquam eius qoi per eſſentiam eſt Deus, voluit illas eſſe abditas atque ſecretas: qoanquam fidei beneficio intelligamus illas ab immenſa charitatis Diuinæ atq; bonitatis abyſſo noſtræ ſalutis ſitientiſſimæ, in nos emanare. Tendunt portò hæ voces ad efficiendum ſpiritualem hominem, & inſerendum corpori Chriſti; eleuãdumq́ue ad cæleſtis poſſeſſionem hæreditatis: quippè eò tandem illa vox tendit Spiritus, atque hic eſt eios potiſſimus finis, vt bona illa cæleſtia, cogitationes noſtras; & linguas exuperantia, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, taoquam legitimi filij, ac proinde hæredes poſſideamus. Imò in reliquis quoq́ue Sacramentis omnibus, in quibus Spiritus ſanctos operatur, vocem quidem Spiritus audimus, at oeſcimus vlla euidenti notitia, vnde veniat, aut quo vadat: quemadmodum nec Nicodemo cognitum erat, atque exploratum quo ex tempore, qnantaq́; plenitudine ſuper Chriſtum, per quẽ iſta effert, idem Spiritus requieſcat: quale ad regnum, qualive ordine perducere diſponat.

i de Spiritu ſancto id accipiendum eſt: Spiritus vbi vult, ſpirat; ſorſum illud t neſcis vnde eniat?

Rurſus inquies, verba illa: Sic eſt omnis qui natus eſt ex Spiritu, videntur ad ſimilitudinem aliquam præcedentem referenda, quomodo plerunque Dominus parabolas concludit, vt, illam diuitis apud Lucã *Sic eſt qui ſibi theſaurizat, &c.* & apud euooem de turrim ædificantis, ac de Rege ituro committere bellum, & reliqua, quæ parabolæ (vt oonnullę alię, quas breuitatis cauſa omitto) terminãtur eodẽ modo: *Sic ergo omnis ex vobis, &c.* Vbi vero ooo ſimilitudo, ſed doctrioa aliqua, aut locus Scripturæ aperitur, aut dubium aliquod diſſoluitur, ac modus illa percipiendi declaratur, ac traditur, rectè finies; ſic ſe res habet: hunc ad modum locus is Veteris Teſtamenó qoadrat iſti: ſic ſoluitur hoc argumẽtum. Cùm igitur dubitaret bonus & ſimplex Nicodemus, quomodo poſſet homo reoaſci deſuper, an etiam oporteret iterato in vẽtrem

Vocẽ Spiritus intus [illegible] tis credentes cur minime percipiant.

Diuini Spiritus in nobis vox illa quo tendat.

Eſa. 64.

1. Cor. 2.

Eſa. 11.

Vt congruit nota illa [illegible] tudini: Sic eſt omnis qui natus eſt ex Spiritu, niſi [illegible] le Spiritus ſpe[illegible] tamen ventum ſignificat.

Luc. 12

Luc. 14.

matris introite, explicasséque rationem; qua hæc generatio contingeret, nimirum ex bona sancti Spiritus voluntate nos afflãte,& ad baptismum suscipiendũ inspirãte, ex interno prætereà auditu vocis eiusdem sancti Spiritus, quam per fidem percipiẽtes maxima ac pretiosa dona recipimus, & ex carne spiritus, cælum ex terra, atq; ex filiis iræ, & tenebrarum, filii lucis efficimur & misericordiæ; subiecit; *Sic est omnis qui natus est ex Spiritu.* Quasi dicat; Renascentia spiritalis se habet ad hunc modum, vt proptereà, ô Nicodeme, non sit opus cogitare de iterato in ventrem matris introitu, neque de vlla alia generatione corporea siue naturali suspicari: cum hæc prorsus suprà naturam sit, penitusque spiritalis atque volũtaria. Atque ita frequenter accipitur particula illa, Sic; vt non tam parabolas seu similitudines referat, quam præcedẽtes res. Ait siquidem Dominus apud Ioannem; *Sicut Pater suscitat mortuos & viuificat, sic & Filius quos vult viuificat*; vt Sic, tãtum referatur ad verbum Viuificat, Apostolus etiam, disserens de cœna Dominica, deque fructuosa Christi corporis susceptione, subiũgit; *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat*: Hoc est, sic probatus, securè ad esum panis illius accedat. Petrus quoque cum exhortatus esset ad recta officia charitatis, quibus certam vocationem nostram & electionẽ faciamus: *Hæc enim facientes*, inquit, *non peccabitis aliquando*, subdidit: *Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri, Saluatoris Iesu Christi.* Idẽ Paulus ad Hebræos, postquã dixisset: *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron*: accommodansq; hanc doctrinam Domino, subiungit statim; *Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt Pontifex fieret; sed qui locutus est ad eũ*, & reliqua. Est ergo natura huiusce particulæ, modum indicare eius rei, quæ præcessit, siue illa induta sit aliqua similitudine, vt exẽplo parabolarum planum fecimus, siue nudè & simpliciter doctrina nonnulla sit proposita, vti posterioribus Scripturæ testimoniis comprobauimus: quare nec hic necessariò ad similitudinem quampiam cogimur accurrere. Nam plerunq; vt non videtur anteisse similitudo vlla, & præcessit tamen, vt in quibusdam parabolis perspicuum existit ita interim videtur præcucurrisse, nec tamen præcurrit, sicut hoc loco.

1 Pet. 1.
Ephes. 2.
Infra 5.
Dictio, Sic, in Scripturis quibus, (pe respõdeat.
Ioan. 5.
1 Cor. 11.
2. Petr 1.
Hebr. 5.
Eius vocis ingenium, & natura.

Sunt qui hæc verba, Sic est omnis, qui natus est ex spiritu, ita interpretentur: hoc est, Omnis qui genitus est ex spiritu, in his tribus descriptis conditionibus spiritus assimilatur regeneranti. Nam in primis vbi vult, spirat; ne putares regenitos ex spiritu, impetu, aut furore agi, & dominos suarum actionum non existere: natiuitas enim ex spiritu non tollit, sed firmat libertatem liberæ electionis, & proprij operis spiritualis: vnde & Apostolus alibi ait; *Et spiritus prophetarum prophetis subiectus est*: Et iterum: *Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas.* Deinde renatus vocem ex spiritu sensibilem profert, quia ex abundantia cordis os loquitur, & opera, quæ voces firmiores sunt, spiritualia edit; ex quibus agnosci potest delitescens spiritus. Prætereà ignoratur ab aliis, vnde veniat, & quo vadat: quia etsi voces & opera eius audiant, & videant, nesciunt tamen euidenti cognitione Diuinum principium vnde venit; vel similiter diuinum terminum, quo tendit. Sed hæc expositio dura & coacta quibusdam videtur. Et ita intellige illud; Sic est omnis, qui natus est ex Spiritu; intellige, sic, actu, vel habitu ne infantes baptizatos ex spiritu negare valeamus, quia carent actibus voluntatis, & loquendi; vel intellige, sic, nempè quantum est ex natura ipsius spiritus, ex quo quis nascitur; vt excludamus eos, qui fictè, aut tepidè baptismum suscipiunt.

Quid illud: Sic est omnis qui natus est ex Spiritu secundum Caietanum, sed minus appositè.
1 Cor. 14.
2. Cor. 3.
Luc 6.
Aptior intelligentia.

Solum superest hoc loco Bezam hæreticum reprehendere; qui hæc verba infideliter vertit, dicendo: *Ventus vbi vult, spirat; & sonum eius audis, & nescis vnde venit, aut quo vadit: Sic est omnis qui natus est ex spiritu.* Dupliciter ibi peccat: primò, vertendo vẽtum, & non spiritum, quæ amplior est vox, & potest ad Spiritum sanctum, & ad venturum referri, & vtrunque sensum complectitur; ventus vero nonnisi ad alterum tantum, & minus probabilem, vt latè ostendimus. Tum quia in Nouo Testamento, nunquam vox illa πνεῦμα accipitur pro vento; Tum quia in veteri nunquam pro vento cum Græco articulo. Miserè deinde labitur, quod regulam B. Didymi de voce illa cum articulo posita, id est (τὸ πνεῦμα) quę etiam est Athanasij, semper accipi pro Spiritu sancto, irridet quasi falsam: *Quia etiam* inquit, *ponitur sine articulo pro vero Spiritu sancto*: cum in hoc eodem capitulo dicat Dominus, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu*: ibi Spiritus sanctus nimirum articulo caret. Verum Beza non considerauit Didymum, vel Athanasium non tradidisse canonem de voce illa, quando caret articulo, sed quando tantum habet articulum. Neq; necessarium est, cum capitur pro Spiritu sancto, semper habere articulũ, maximè si addatur illi aliquid quod explicet diuinitatem: vt cùm dicitur Spiritus Dei, vel Domini, vel Patris, vel Filij, vel sanctus,

Bezæ, hæretici hominis versio illa: Ventus vbi vult spirat &c. dupliciter peccat.
B. Didymi regula, Athanasijque de voce Spiritus, sanctum Spiritũ denotante, vi locũ habeat.

vel quid simile, quod declarat eius potentiam & maiestatem, vt notauit Athanasius Hic verò, secuodum lectionem Latinam, ponitur verbum sancto, ideo noo opus erat articulo.

Ad obiectionem de Græca lectione, quæ habet: nisi quis renatus fuerit ex Spiritu, &c. responsio.

Quod si vrgeat, lectionem Græcam esse præstaotiorem, & fideliotem, quæ caret, sancto: Respõdemus, etiamsi id concedamus hæretico, non defuisse caossas, propter quas ille articulus sit illo loco subtractus, nimirum vt significerur, renascẽtiam tam opus esse Spiritus sancti, qoam Patris atque Filii; & ideo nomine Spiritus rotam Trinitatem oostræ regenerationis effectricem esse intelligendam: quemadmodum apud Ioannem dicitur sioe articulo: *Spiritus est Deus*, quia ibi Spiritus pro tota Trinitate vsurpatur; & ibi Spiritus, prædicatum est, non subiectum. Et ita remanet iotegra, vera, & illæsa illa tradita à Didymo, & Athanasi oregula. Sed hic sit finis huic tam prolixæ disputationi; io qua pro Spiritu creatore, contra Spiritum creatum decertaui, & pro Latinis coorra Græcos, verùm nonoisi armis & autoritate Græcorum; quorum plures noo agnoscunt hic venti similitudinem. Tanto igitur Spiritui cum Patre & Filio grates immortales persoluamus, omnemque sanctæ Trinitati honorem, gloriam, & imperium tribuamus, in secula seculorum. Amen.

Ioan 4.

Didym. lib 1. De Spiritu sancto. Athan. epist. ad Serapionẽ, de spiritu sancto.

TRACTATVS VI.

De eadem Domini cum Nicodemo disceptatione, in illa verba: *Respondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri: Respondit Iesus, & dixit ei, Tu es magister in Israel, & hæc ignoras: Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus, testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, si dixero vobis cælestia, credetis? Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, &c.*

Christi de spiritali renascẽtia doctrinam Nicodemus cur minime capiebat.

STuper Nicodemus velut ad nouam, & inauditam Christi doctrinam de renascentia; quia tantũ seipsum & ratiooem cõsulebat, quæ ea, quæ sopra rationem posita sunt, videre ooo potest; & velle ea rationibus perscrutari, impossibilia rationi videntur, hinc scriptum est: *Plurima super sensum hominum ostensa sunt tibi*: ideo io vocem infidelitati proximam protupit: *Quomodo*, inquit, *possunt hæc fieri?* Sicut olim Capharnaitæ, *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Ideo meruit audire à Domino: *Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?* Vel vt Græca litera habet, *Tu es magister Israelis*. Quasi diceret; Cũ tu sis Doctor eius populi, qui deos habet appropinquãtes sibi, & legẽ à Deo accepit, nõ erant hæc principia legis & vitæ, à te magistro ignoranda. Vnde iura referunt cuidã dictum: *Turpe est Patritio, & nobili viro, ius, in quo versaretur ignorare*: quo verbo stimolatus, euasit magnus Iurisperitus. Ita Dominus hic obiicit Nicodemo ignorãtiam earum rerum, quas maximè scire ad eum spectabat, & quas cognitas atque compertas habere oportebat: oã & Prophetæ in Sacris literis haoc renascentiam noo ignorabant. Nam de aqua & Spiritu apud Ezechielẽ est sermo, vbi cor nouum, & spiritus oouus, oouam significat creaturam: & Saul vnctus à Samuele, mutatus est in virum alterum, & quasi renatus io libris Regum, sic & qui ioter Prophetas coouersabatur, mutabat eum Spiritus. Ioel etiam ait: *Effundam de Spiritu meo super omnẽ carnem*: Et rursus Esaias, *Effundam*, inquit, *aquas super sitientem, & fluenta super aridam. Effundam spiritum meum super semẽ tuum, & benedictionem meam super stirpem tuã*: quibus verbis & aquæ, & Spiritus, & beoedictionis Dei super baptizatos effundẽdæ meminit. Idem alibi inuitaos, ait: *Omnes sitientes venite ad aquas*. Innouatio cordis, & spiritus promittitur Ezech. 11. & Dauid, *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis*: Et in lege Deut. 30. *Circumcidet Deus cor tuum, & cor seminis tui, vt diligas Deum*: Si ergo est circuncisio spiritualis, cur nõ etiam natiuitas? Hinc Euthym. scribit: *Signa siquidem regenerationis spiritualis continẽt libri Iudæorum, puta quæ de Rubro mari scribuntur: in quib. aqua typus erat mare, nubes verò Spiritus. Et quæ de leproso Naaman, quando in Iordane lotus est, & reuersa est caro sua ad ipsiu sicut caro pueri paruuli: aliaq; plurima generis eiusdem. Habebant insuper & prophetias Dixit enim Dauid: Et annũtiabunt iustitiam eius populo qui nascetur, quẽ fecit Dominus. Et: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Et; Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua.* Hæc ille. Debebat ergo Nicodemus hæc non nescire. Dominusque obscurioribus verbis respondit Nicodemo; vt qui ooctem quæsierat, oõctem inueoiat. Huic enim opitulabitur mors Christi: & post mortem comparebit, qui viuenti non affuit. Neqoe tamen adeo rigidè hæc ioterpretanda sunt, vt obstinatam aliquam voluotatem tribuamus Nicodemo: nec enim si illam attulisset, dignus fuisset habitus, quem Dominus erudiret, & instrueret: oã

potius

Ecclesi. 3.

Ioan. 6.

Deut. 4. Exod. 19. & 20. & seq.

L. 2. ff. de orig. iur.

Q. à Nicodemus ignorantia laborabat

Ezech 36.

1 Reg. 10 & seq

Ioel 2.

Esai. 44.

Infra 55.

De innouatione spiritus cordis, liqué manifeste vaticinati Proph...

Exod. 14.

Psalm. 21.

Psalm. 31.

Psalm. 102.

Ioan. 19.

Quò minor fuit illa Nicodemi ignoratio à Christo reprehensa.

potius illum à ſe conuictum repuliſſet. Sed hęc dicebat, animi ſui anguſtias, ſcrupuloſque aperiendo, quò ab eis liberari promereretur, & eius difficultates maiore luce explicarentur. Nam vt Philoſophus ait; *Dubitare de ſingulis non erit inutile*: & vt vetus habet prouerbium: *Qui nihil dubitat, nihil nouit.*

Ariſtot.

Prouerbium vetus.

Amen amen dico tibi, quia quod ſcimus, loquimur; & quod vidimus, teſtamur. Cùm cerneret Dominus ſe nihil acturum cum Nicodemo, quandiu ille pergeret ſola humana ratione verba ſua metiri, propterea illi perſuadet, vt poſtpoſitis carnalibus cogitationibus, ad vnicum fidei præſidium cōfugiat, & ſimpliciter credat quæ non capit intellectu. Diſcentē namque, vt Philoſophus ait, oportet credere, illic ſcilicet, vbi ab eo fidem poſtulat, qui docet, etiamſi demonſtrationem nō adferat, aut vllam probationem. Et ita iſte ſermo in ſpeciem, vt increpatorius referēdus eſſe videtur: in quo Dominus poſt declarationē vtcunq; ſufficientem, quantū res illa patiebatur, ab vlteriori inquiſitione diſcipulum prohibet; & ad fidem præſtandam dictis perurget. Id enim eſt freqnēs præceptoribus, vt immodicum diſcendi ſtudium, vel importunam inquiſitionem eorum, quę vlterius non poſſunt, vel non debent demonſtrari, per quandam increpatiunculam compeſcant. Et idcircò Dominus doctrinæ ſuę certam, & conſtantem autoritatem proponit, dicēdo: Quod ſcimus, loquimur; & qnod vidimus, teſtamur, nempe de ſpiritu, eiuſq; effectu. Nam teſtis ex ſcientia debet loqui: & ſcientia ex viſu eſt certiſſima: & verè ſcientis eſt, vt Philoſophus egregiè dixit, poſſe loqui, & docere. Et quidam ſcitè tradidit:

Nicodemi tarditas.

Idem.

Qualis Chriſtus Nicodemum de infidelitate redarguens.

Boni teſtis conditio. Scientia quæ nam certiſſima.

Ariſtot.

Hora. de arte.

Cui potenter lecta erit res,
Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo.

Viderat autem apud Patrem, quemadmodum de ſe ſciebat vnde venerat: hoc eſt, à Patre, & ſpiritu, quatenus homo eſt, miſſus erat: & quò vadebat, quia ad Patrē per mortem & reſurrectionem redibat. Dixit porrò in plurali, *Scimus*, aut propter duplicem notitiam, & vtramq; claram, & euidentem, creatam ſcilicet, quæ in anima erat Chriſti; & increatam, quatenus Deus erat. Sed melius meo iudicio (vt Cyrillus exponit) refertur ad Patrem, vel ad Spiritū, qui ſimul cum Filio ſciebant, & loquebantur per illum ac teſtabantur: nam actiones potiùs ad hypoſtaſes, ſeu perſonas ſpectant, quàm ad naturas. Et magna vis eſt teſtis de viſu. Nam vt ille dixit: *Pluris eſt oculatus teſtis vnus decem auritis*: maximè ſi alij ſint, qui idem ex oculata cognitione conteſtentur. Propterea tanta aſſeueratione ait, *Amen amen dico tibi.* Quaſi diceret; Quę docemus, non ex fabulis hauſimus, nec ex coniecturis, ſed ex conſtanti, & certiſſima ſcientia. Nō deſunt qui dicant, Dominum plurali voce vſum, vt alios Prophetas, ac Ioannem Baptiſtam, ſecum adiungeret, qui etiam ſuo modo ſciebant quæ loquebantur: nam intelligentia opus eſt in viſione prophetica: & quod in illa viderant, teſtabantur, etiam ſi eorum teſtimonium non reciperetur. Vt intelligant verbi Dei miniſtri, & concionatores, ſuas ad populum cōciones frigere, parumque perſuadere ex eo quòd interdum neſciunt, quid loquantur, neque viderunt illa, de quibus teſtantur, ſed tanquam picæ quædā, aut pſittaci, profundunt verba: quæ diligenter memoriæ commendarunt: qui antē poſſidet quæ docet, & qui vſu & praxi ea deguſtauit, quæ tradit alijs, non poteſt eius oratio neruos & aculeos non habere, & audientibus perſuadere, fidemque ab eis non impetrare.

Ioan. 7. & alibi.

Vbi viderat & teſtabatur, Chriſtus.

Notitia duplex Chriſto inſuit.

Cyril lib. 2. in Ioan c. 48. tom. 2.

Actiones quorum ſint propriæ.

Plaut. Truculo.

Expenditur id: Amē amen dico tibi.

Qui ſimul cū Chriſto teſtati ſint.

Dan. 12.

Concionatores quo minus in populo proficiant.

Et teſtimonium noſtrum non accipitis. His verbis perſtringit Phariſæos, qui teſtimonium Ioannis de Meſſia, omnibus rationibus firmum & validum, & à viro tantę ſanctitatis profectum, & quem credere parati erāt, ſi ſibi Meſſiæ dignitatem vindicaſſet, non receperunt. Vnde ipſe ſe vocem Chriſti in ſe clamātis vocauit: quemadmodum Apoſtolus: *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?* Rurſus teſtimonium Domini Ieſu, per ſigna & prodigia ſe manifeſtum Meſſiam comprobantis, non ſolùm non recipiebant, ſed etiam calumniabantur, vnde inexcuſabiles redditi ſunt. Quare rectè ait, teſtimonium noſtrum, ſcilicet Ioannis, & meum, vel meum, & Patris edentis per me ſigna, vel Spiritus ſancti per me loquentis, non recipitis: quod tamen contra omnem legem veſtram eſt, quæ duorum, vel trium teſtimonium ad omne negotium ſatis eſſe exiſtimauit. In numero multitudinis dixit Dominus, *Dixi vobis, & non creditis: & ſi terrena dixi vobis, nō creditis*, ſiue quòd cum Nicodemo aliqui venerint, vt putat Caietanus, nā dixit à principio: *Scimus quia à Deo veniſti magiſter*, ſiue quòd Nicodemus Princeps erat Iudæorum, ad quem, tanquam ad omnes Iudęos, Dominus ſit locutus. Quoniam etiam nō ſolus Nicodemus regeneratione opus habebat, nec ſolus verba Chriſti non intelligebat, nec ſolus, etſi magiſter eſſet in Iſrael, diuinarum rerum inſcius erat, nec ſolus teſtimonium Chriſti non accipiebat, ſed plerique noſtrum idem facimus: vniuerſa verba hæc non mi-

Chriſti teſtimonium qui minime recipiebant præcteris.

Ioan. 1.

2 Cor. 13.

Matth. 12. & alibi. Ioann 15.

Deut 19.

De multis Chriſtus cur dixerit: Dixi vobis, & non creditis.

Caietan. in Ioann.

nus ad nos, quàm ad illum spectant.

Aug. tract. 12. in Ioan. to. 9.

Et subdit: *Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis?* Quærit B. Augustinus in hunc locum scribens, quæ sint illa terrena; quæ præcesserãt, & quę non crediderant? Respondetque de sententia quorundam, terrena illa esse, quæ dixit de vẽto, qui vbi vult, spirat; & vocem eius audis: quod ille redarguit. Euthymius proponit: sed in eo nõ quiescens, aliam expositioem adducit. Profectò si rationem consulamus, si prædicta expositio de vento vera esset, cùm similitudo tantùm quædam sit & ad aliud adducatur explicãdum, non minus res ipsa explicata, quàm similitudo explicans terrena esset. Deinde illud de vento sub fidem non cadit, sed sub sensum potiùs: ergo non dicendum erat, *Dixi vobis terrena, & nõ creditis*: neque Nicodemus dixisset, *Quomodo possunt hæc fieri, si de vento erant intelligenda.*

Quæ terrena sint illa, quæ Dominus dixerat, secundũ aliquos. Euthymius. De vento non posse illud intelligi, duplicìter.

Alter sensus Augustini, & Ruperti Tuitiensis.

Quare Augustinus docet illa verba referenda esse, nõ ad ea quæ disceptarat cũ Nicodemo de renascẽtia illa nocte, sed ad ea, quę Dominus paulò antè, hoc est in fine secundi capitis cum Iudæis disseruerat: dixerat enim; Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabó illud: cõstat autem sermonem esse de templo corporis sui, quod terra est, & per mortem violentam Iudæorum solutum, atq; die tertia post resurrectionẽ reædificatum est. Hæc sunt terrena illa: quæ si quis non credit, multò minùs credat cœlestia. Sed & in hũc sensum Augustini, quẽ sequitur Rupertus, aliquid obijci posset. Nam inprimis durum videtur, Dominum argumẽtari ex his, quæ in templo disseruerat cum Iudæis, & non potius ex his, quę ex dictis Nicodemi secum colloquentis colligebat. Ad hæc, si rationem expendamus, & mysterium Christi resurgentis cum regenerationis Sacramento componamus: etsi vtrumq; sit diuinum, & infinitam arguat potentiam, profectò non minus, imò magis cœleste Sacramentum diceretur regeneratio Christi per resurrectionem: quàm regeneratio hominis ex Spiritu, quæ fit in Baptismo.

Improbatur duplici ratione.

III. sensus longè probabilior.

Propterea ea expositio mihi magis arridet, vt per terrena intelligamus renascentiam istam ex aqua & Spiritu sancto; per cœlestia verò, generationem Verbi æternam ex Patre, quæ omnẽ mentem, & sermonem excedit, & processionem ex vtroq; Sancti Spiritus, Incarnationis Verbi Sacramentũ, humanæ redemptionis mysterium, Filij Dei descensum, & ascensum: non quòd de his aliquid dixerit, sed quod ea explicare in animo haberet. Hinc Chrysostomus, qui

Cyril. ho. 26. in Ioan. to. 9.

autor est huius sensus de vento, scribit: *Terrena autem hoc in loco nonnulli de vento dictum arbitrantur: hoc est, si exemplum à terrenis sumptum non creditis; quonam pacto altiora credetis? Verùm terrenum potiùs baptisma dicit, vel quod in terra perficitur, vel quod ad suæ ipsius ineffabilis generationis comparationem ita appellat. Nam etsi cœlestis ipsa generatio sit, ad illam tamen veram ex Patris substantia comparata, terrena est. Et non dixit, non intelligitis, sed non creditis. Siquidem qui intellectu difficilia non intelligit, meritò ignorantia accusatur: qui verò quæ non ratione, sed fide intelliguntur, non accipit, non amplius stultitiæ, sed incredulitatis arguitur.*

Qui ignorantiæ, qui vero incredulitatis merito accusetur.

Beatus Ambrosius sic ait: *Quæro tamen, cur si non dubitatur per Spiritum sanctum nos renasci, dubitetur de Spiritu sancto nos nasci, cùm ipse Dominus Iesus de Spiritu sancto & natus sit, & renatus? Quem si natum de Spiritu sancto confitemini, quia non potestis negare, renatum autem negatis, magna insipientia, vt quod singulare Dei confiteamini, quod commune est hominum, denegetis. Et ideò bene vobis dicitur, quòd Iudæis dictum est: Si terrena vobis dixi, & non creditis: quomodo, si dixero vobis cœlestia, credetis?* Hæc ille, innuens regenerationem nostrãm esse terrenam respectu regenerationis Christi, quæ cœlestis est.

B. Ambr. l. 3. de Spiritu S. c. 11. tom. 4.

Euthymius quoque ait: *Videns autem Nicodemum, neque spiritualem posse intelligere, nihil de illa dicit, sed caussam talis silentij docet, quòd sit videlicet propter auditorum incredulitatem. Horum ergo incredulitati, aut imbecillitati tribuendum est, quòd sæpiùs mediocria, aut humilia loquatur. Terrena autem intelligunt hic quidam de vento dictum esse: ac si diceret: si terrenum proposui exemplum, & non creditis: quomodò si cœleste aliquid, aut sublimius dixero, credetis? Alij verò, Terrena, de regeneratione dictum astruunt: interpretantes quod terrenam hanc dixerit, etsi cœlestis ac diuina, tanquam super terram impleta, & comparando ad suam ineffabilem generationem. Nam ad illius celsitudinem hæc terrena est, & humilis.* Hæc ille: quæ mihi à ratione minimè abhorrere videntur.

Euthym. in Ioan.

Nam ista ex aqua & Spiritu sancto renascẽtia, quod attinet ad aquam, & verbum, seu formam, quæ vox Spiritus sancti sensibilis est, oculorumque sensu atque aurium percipitur, profectò terrena est; actio verò, siue effectus Spiritus sancti, interius animam sanctificantis, etsi sub aspectum, vel alium sensum non cadat, à fructibus tamen, & effectis regeneratorũ nõ solùm ipsis genitis, sed etiam alijs oculos spiritus habentibus præsentia Spiritus ac mansio satis innotescit. Nam quòd vitia & peccata, paruorumque hominum consuetudinem, quæ prius mihi erat charissima, post renascentiam

Hominis regeneratio ex aqua & Spiritu S. quatenus terrena, & quatenus spiritualis sit.

Spiritualis renascentis effectus admirabiles atque diuini.

perti-

pertimescam atque horream, atque illam, tanquam mortiferam, amaram, & noxiam fugiam, certè opus est Spiritus sancti, & mutatio dexteræ Excelsi. Similiter quòd virtutem, orandi studium, diuinæ obseruãtiam legis, quę prius fugiebam, ac ne nomine tenus quidem mihi nota erant, libentissimè amplectar & colam, satis Spiritus sancti efficientiam demonstrant. Est ergo sensus, si de regeneratione hominis, qui terra est; quæ ex aqua fit & Spiritu sancto, vobis locutus, illam non percipitis, neq; fide apprehenditis, hoc est, rarus est, qui fide accipiat, quomodo cœlestia, hoc est, generationem meam ex Patre, & Spiritus sancti processionem ab vtroque; quæ ratione nostræ regenerationis ex Spiritu sancto & aqua tantùm distat, quantum cœlum à terra, capere possetis?

Psalm. 76.

De hoc Christi dicto: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, &c. impius Valentinus quid senserit.

Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo Filius hominis qui est in cœlo. Nemo negauerit hunc locum difficilem esse & subobscurum: nam ex eo prauè intellecto Valētinus dogma illud terrenũ, & inualidum de corpore Christi ex cœlesti natura assumpto accepisse videtur. Deinde multiplex horũ verborum intelligentia, quæ à diuersis adfertur enarratoribus, planè obscurum esse arguit. Tertiò, quid potissimũ illis velit probare, non satis liquet: nam illam coniunctionem, Et, tanquam causalem exponũt quidã, vt moris est Hebræis interdum, Et, vsurpare pro Quia. Præterea illud verbum *Ascendit*, neq; futuri est temporis, neq; præsentis, sed præteriti perfecti, dicitur enim Græcè ἀναβέβηκεν, vt nemo existimet sermonem esse de ascensione corporea post resurrectionem; quia illa verbo futuri temporis, & non præteriti designaretur.

Duo sensus illius sententiæ, scilicet, Nemo ascendit in cœlum, & reli.

His positis duos afferam sensus præsenti loco explicando non incongruos. Alter est; vt Dominus reddat rationem, cur videlicet doctrinæ suæ integram præstare debeant fidem: nam cùm testimonium meritò sit amplectendũ ab eo maximè pronuntiatũ, qui ea, quę testatur, ipse vidit, & oculata visione hausit, profectò Dominus Iesus fide dignus est, is etenim dicere potest; Nemo vnquam hominum in cęlũ conscendit, vt quæ ibi sunt occulta, videat, & de illis postea testetur, præter vnum me, qui in tēporis plenitudine per assumptionẽ humanitatis homo factus, & ex homine natus de cœlo descendi; manēs nihilominus secundum diuinitatis naturam in cœlo, sicut ab initio in cœlo eram, ab ęterno in Patris sinu quiescens: merito ergo mihi cœlestia prædicanti, vos, puri homines, fidẽ plenissimã debetis, tanquam ei, qui illa nouit exactissimè, præstare. Estq; ne velut enthymema quoddam, quòd ad syllogismi formã quidam reducunt in hũc modũ: Nemo de spiritualibus & cælestibus idoneè te instruere potest, qui in cœlum non ascenderit, & ibi versatus fuerit; in cœlum autem nunquam quisquam ascendit, neq; quisquam ibi cōuersatus est, nisi qui de cœlo descendit Filius hominis; ergo de his erudire quẽpiam nemo potest, nisi filius hominis: illi ergo dicenti, quòd renasci oportet ex aqua & Spiritu S. etiamsi rationem, aut modum, quo id fiat, non adferat, plenissima fides simpliciter est habenda. Et videtur hic sensus confirmari ex alio loco eiusdẽ Euangelij. Nam in eius principio dicitur: *Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.* Perinde enim est dicere; *Deum nemo vidit vnquã*: ac dicere; Nemo hactenus cōscendit in cœlũ, neq; Moyses, neq; Prophetæ, quantumcunq; insignes, & excellentes. Idem est dicere, *Vnigenitus Filius nobis enarrauit*: atque, *Nisi qui descendit de cœlo Filius hominis*: eius enim descensus in hoc terminatus est, vt fieret Filius hominis, & nobis diuina mysteria patefaceret & enarraret, quemadmodum nũc cum Nicodemo faciebat. Postremò idẽ est sensus, si dicatur de præsenti: *qui est in sinu Patris*; ac dicere: *qui est in cœlo*: vt intelligamus, non ita illum è cœlo ad nos profectum, vt desinat esse in cœlo, vel in sinu Patris, cùm quo naturæ eiusdem, & inseparabilis cōmunicatione cōiunctissimus existit: proptereà tāto maiori fide testis dignus habetur: quãto ea, de quibus testimonium reddit, nō solùm aliquando vidit, sed etiam semper, & æterno intuitu de præsenti videt. Similisq; hęc est sententia illi, quã quis formaret de Summo Pontifice in Veteri Testamento, si in hunc modum ratiocinaretur. Nemo nouit quæ sunt intra Sanctum Sanctorum, nisi summus Sacerdos, qui solus in anno semel ingreditur. Atqui Dominus Iesus in Veteri illo pontificatu præfiguratus fuit summus Sacerdos; eius igitur solius est ęterna illa & cęlestia mysteria (in Sancto Sanctorum, iuxta doctrinam Pauli adumbrata) nobis aperire, & enarrare: quæ non semel, vt ille typicus Sacerdos, sed perpetua & perfectissima scientia vidit, & videt. Et hunc sensum confirmat Cyrill. dicens: *Si dicenti mihi non creditis, sed multos in singulis testes poscitis: quis cœlestia vidit mysteria, quem possim in testem vobis adducere? Nemo enim ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo Filius hominis.* Hactenus ille. Et Theophylactus non inconcinnè afferat, hæc ita esse superioribus coniungenda, vt quia Nicodemus significauit se Christum habere tan-

Christus quã testis fidelis, & verus, atque omni fide dignus.

Ioan. 1.

Ioan. 1.
Qualis illa Domini sententia: Nemo ascendit in cœlum.

Alterum exemplum.

Hebr. 10. & Exod. 30. & Leuit. 16.

Cyrill. li. 2 in Ioan. c. 49. tom. 2.
Christus qua lis Propheta.

quam Prophetam aliquem, Dominus eius de se corrigat sententiam, ostendens se non esse de numero Prophetarum qui de terra existẽtes à Deo missi sunt, sed è supernis esse, ac proinde propheris omnibus superiorẽ, quorum nullus in cœlum vnquã ascẽdit.

II. sensus.

Alter sensus est, vt hoc loco Dominus causas spiritualis generationis assignet, nẽpè mysterium Incarnationis Christi, & passionis eius, q̃ possunt meritò dici cœlestia, si cum regenerationis Sacramẽto cõparentur: quanto causa nobilior est atq; præstantior effectu. Mirabatur etiam Nicodemus, quomodo posset vox spiritus audiri, nesciri tamẽ vnde veniat, aut quo vadat. Declaratq; aduentus Spiritus S. ad regenerandum causam esse incarnationem, passionemque Filij Dei: nam ille sua morte & obedientia hoc promeruit, vt homines regenerationis Sacramẽto per Spiritum sanctum iustificarentur, & vt in cœlum ad æterna bona possidenda eueherentur: ac proinde declarat ꝙ sit illud regnum Dei, ad quod sine regeneratiõis mysterio nemo peruenire potest: simul etiam explicat q̃ sint illa, quæ maximè credi oportet, & quæ à Nicodemo maximè exigebat, ad hoc vt quis cum fructu salutis suæ æternæ suscipiat Sacramentum: hæc autem sunt Incarnationis, & Passionis mysteria: Ait igitur: *Et nemo ascendit in cœlum:* vbi mysterium duarum naturarum in persona Verbi vnitarũ patefacit: & quia ascendere in cœlum, non est diuinę, sed humanę naturæ, nullaq; extiterit præterita ascensio Christi ad cœlũ, cùm hæc loqueretur, ideò cogimur exponere de ascensione animę ad visionem Dei beatam, & fruitionẽ quam à principio suæ conceptionis tanquam verus comprehensor habuit: & à qua descendisse dici posset, quatenus iuxta portionẽ animæ inferiorem, & corpus, viator erat, & necdũ illa parte beatus: vt ita ascensus & descensus eidẽ Christo, quatenus homo est, quadrẽt Et ad illam Dei visionem nemo ascẽderat, quia solus ipse inter homines fuerat hoc donum assecutus: imò etiam Angeli, quantumcunq; beati, excluduntur, quia nullus Angelus ex vi suæ hypostasis, & suo marte, vt sic dicam, sed ex Dei gratia assecutus est beatitudinem. Christus autem ex vi suæ proprię personę ad illam peruenit: nõ quidem sine gratia Dei, sed in quo gratia summa vnionis non distinguitur à natura, cùm diuinã hypostasin Verbi, & per consequẽs diuinam naturam ille homo gratiosissimè acceperit. Et propterea rectè dixit, *Ascendit.* Nam sicut Christus solus propria virtute cœlum cõscendit secundùm corpus, (nam reliqui sancti veluti rapiuntur, & assumuntur ad illud, & nonnisi innixi super dilectum ascendunt) ita sanè ad cœlestem felicitatem, & visionem Dei sol⁹ Christus propria virtute peruenire potuit, reliqui non nisi diuino gratiæ munere, & veluti Christi pastoris humeris adue cti atq; gestati.

Christi mors & obedientia quid contulerit nobis.

Illud: Et nemo ascendit in cœlum quomodo accipiendum sit.

Christi prærogatiua.

Angeli vnde felicitatem consecuti.

Christus in cœlum ascensus qui differat ab illo Sanctorum.

Subdit: *Nisi qui descẽdit de cœlo Filius hominis:* Ne loci aliquẽ descẽnsum intelligas, declarat terminum descensus non esse locum (qui.n. descendere queat, qui cęlum & terram implet, & vbiq; est?) sed esse filium hominis: nihil est.n. aliud descendisse de cęlo, quam illud ipsum, quod dixit initio huius Euangelij: *Verbum caro factum est.* Esse autem factum Filium hominis, non tantùm significat quòd Deus effectus est homo (quod equidem in cœlo fieri potuisset) sed quod effectus est Filius hominis, hoc est, ex homine, siue ex matre nat⁹. Quod quia in terra, vbi mater erat, factum est, meritò vtitur verbo, descendit, ad inferiorem locum designandum: nam cœlum hoc loco, pro cœlesti habitatione sumimr. Nam etsi Deus vbique existat, ab omnibus tamen existimatur habitator loci.

Luc. 19. Ierem. 23.

De cœlo descendisse Christum, quid sit. Ioan 1.

Filius hominis factus quo modo Christus.

Hic autem pulcher sensus excludit somnium Valentini prædictum. Nã si Filius hominis factus est in terra ex virgine: ergo verus homo factus est. Sicut alibi Apost. dicit: *Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnẽ.* Rursus & aliud somnium Origenis ruit, dicentis animã Christi ante multa secula cõditam, & in cęlo seruatam, suo tempore descendisse ad mysterium Incarnationis peragẽdum. Nam anima illa sanctissima eodẽ momento temporis cõdita est, quo, & formatum corpus eius: quod habet Ecclesię Fides, Conciliis generalibus confirmata: tradit etiã in genere, animas ante corpora non extitisse, sed in illis creari, atque infundi. Christus ergo neq; corpore, neq; anima de cœlo descendit, sed rãtùm quantum ad hypostasin Verbi, quæ facta est Humanitatis subsistentia, de cœlo descendisse metaphoricè dicitur, propterea ꝙ vilem & contemptam Humanitatem nostram assumpserit.

Valentini de carne Christi, deq; eiusdem anima Origenis quædam falsa dogmata confutantur. Rom. 1.

Potest etiam dici de cœlo descendisse, quantum ad efficientiam: cæteræ.n. conceptiones hominum terrenæ sũt, & carnales, & naturæ rationem consequuntur: hęc verò cùm super naturam extiterit, & peculiarè spiritum sanctũ habeat autorem, nihilq; sit in illa sordidum, aut vitiosum, sed totum sit purum, illibatum, & sacrosanctum, meritò cœlestis dicitur. Atq; ad illud respiciẽs rectè Paulus dicit: *Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cœlo, cœlestis.*

Quòd rursus sit Christum de cœlo descendisse.

Matth. 1. Luc. 1.

1. Cor 15.

Subditur: *Qui est in cœlo.* Quia diuinitas eius Humanitate assumpta includi nequiuit

Id est, Filius hominis qui est in cœlo: quem sensum habeat.

quod alteri quàm Deo vero non potuit cõuenire. Potest & hoc verbũ exponi de Christi Humanitate, quæ quantum ad portionẽ animæ superiorẽ beata erat, & in cœlo. Etsi nõnulli ex veteribus Patribus hoc testimonium ad cõprobandam eius deitatem vsui fuerint: sed hoc erat, dum in Arrianos decertabant, vt Hieronymus, & Cyrillus, ac Augustinus hoc loco. Quare de vtroq; potest exponi iuxta regulam B. Augustini: *Cùm Catholicus*, inquit, *sensus habetur de vtraq; natura, de vtraq; possunt exponi Scripturæ.* Hæc ille. Possunt ergo vtriq; naturæ optimè adaptari, ac diuinæ quidem, si dicamus hic in cœlum ascendere, nõ esse aliud, quàm per metaphoram contemplatum esse omnia cœlestia, & quæcunque Dei sunt, perfectè cognouisse: sicut Psal. 72. simili phrasi vtitur Dauid, dicendo: *Existimabam vt cognoscerem hoc: labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei; & intelligam in nouissimis eorum*: hoc est, donec à rebus terrenis abstractus, diuinę dispensationis, & prouidentiæ rationem cœpero expendere, & penetrare. Non dissimili ratione loquendi vsus est Dominus superiùs in hoc colloquio, nam dixit: *Nisi qui natus fuerit denuò, non potest videre regnũ Dei:* & rursus: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu sancto, non potest introire in regnũ Dei.* Idem est ergo introire in regnum Dei, ac, videre, seu intellectu per Fidem illustrato perspicere, & possidere Christum, eiusque Ecclesiæ, siue regni fieri participem. Ad hunc ergo modum explicato ascensu Christi in cęlum, sicut etiam necessariò interpretandus est eius descẽsus per metaphoram, quadrat veterum Patrum expositio, qui ex hoc loco pugnant in Arrianos. Quo ex sensu elicim^9 primùm, quòd Filius hominis est verus Deus, & quod Deus est verus Filius hominis: quod ratione vtriusque naturæ diuinæ, & Humanæ ad vnam hypostasin Verbi coniuncturam verum est. Etsi enim in Christo sint duæ naturæ, non sunt tamen duæ personæ: quemadmodùm, etsi sit vna persona, non propterea sequitur quòd sit vna natura. Et vt acutè, docteq; magnus Theologus Gregor. Nazianz. docet, in mysterio Incarnationis aliter loquendum est, atq; in illo Trinitatis. In hac enim etsi dicere liceat, alius, & alius; non tamen aliud, & aliud, cùm vna sit substãtia communis tribus personis te inter se distinctis: in illa verò etsi dicere liceat aliud, & aliud, ob distinctas substantias; non tamen alius, & alius, quia vnica est tantùm diuini Verbi hypostasis, per quam vtraq; natura subsistit: quæ quidem hypostasis facit vt verus Deus, & verus Filius Dei appelletur: facit etiam ratione naturæ humanæ assumptæ verè nuncupetur homo, & filius hominis, etiamsi humana subsisten tia in eo nulla sit.

Hieron. in ca. Esaia 50. to. 5. Cyril. lib. de Incarna. Vnigeniti. ca. 3. in fin. tom. 4. circa fin. Aug. tract. 12 in Ioan. tom. 9. initio. Idem lib. 2. de Trin. c. 2. to. 3

Ioan. 3. Ibidem.

Contra Nestorium, & Euthen consentientes naturas in Christo. Naz. epist. 1 ad Cledonium. Alter de ... de Incarnationis mysterio loquendum, loquendum que, teste Nazianzeno.

Deinde elicimus, animam Christi ab initio beatam; quod est in cœlum ascendisse: quia tunc homo dicitur esse in cœlo, quando videt Deum, quo sensu dicitur Larroni: *Hodie mecum eris in Paradiso*, quia eadem die diuinæ erat essentiæ visionem habiturus: & Angeli dicuntur esse in cœlis, quia semper vidẽt faciem Patris, qui in cœlis est, etiamsi in terra sint. Ante Christũ igitur nemo Deũ viderat, nemoque in cœlum ascenderat.

Homo dicatur esse in cœlo quando. Luc. 23. Matth. 18.

Et vt intelligas sermonem hũc de Christo homine esse accipiendum, subdit: *Filius hominis qui est in cœlo*: id est, qui Dei visione fruitur. In quem sensum dictũ est à Christo in alio loco: *Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecũ, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi.* Et hanc excellẽtiam testimonij Christi prę suo, explicat Ioannes Baptista, dicens: *Quod vidit, & audiuit, hoc testatur.* Atque ita hic locus videtur astruere animæ Christi gloriam.

Ioan. 17. Supra 3.

Tertiò malè colligunt ex hoc loco quidã ex nostri seculi hæreticis, nullam hactenùs animã cęlos cõscendisse, atq; videre Deum. Nihil enim hic tale Dominus adstruit, sed tantùm eo vsq; à mundi initio neminẽ cœlos cõscendisse, qui posset de cęlestib. ac diuinis testimoniũ ferre: quod verissimũ est. Non tamen ait in futurum cõscensurũ neminẽ, quia vt Propheta ait: *Ascendet iter pandens ante eos*: & ipse locut^9 est: *Vado parare vobis locũ.* Et si tale aliquid dixisset, nihil aliud significaret, quàm nullum suo marte, suisq; virib. in cœlũ posse cõscendere. Propterea superflua est illa quæstio, quã quidã ex hoc loco excitant: Quid futurũ est de nobis, si nullus alius possit in cœlos cõscendere pręter vnũ Iesum, qui inde descẽdit? quia hoc loci nõ est sermo de ascẽsione corporis, sed de ascensione animę ad bona æterna possidẽda, vt explicauimus, ad quẽ nemo hominũ, imò spirituũ beatorũ suo marte peruenerit. Quòd si etiã ad corporis ascẽsum spectare velis hæc verba, vt sermo Christi de pręterito sit instar Prophetarũ ob firmitatẽ Prophetiæ, sicut cũ Mariæ Magdalenæ dixit: *Noli me tãgere (nondũ enim ascendi ad Patrẽ meũ)* hoc est, nondum tam cito ascendã; ita hic perinde esset dicere, *Nemo ascendit*, atq; dicere, nemo ascendere poterit, siue anima sola, siue cum suo corpore cõiuncta ad Dei visionẽ. Et ita quadrabit huic sensui ascensionis, & descẽsionis mysteriũ, de quo Paulus ad Ephes. philosophatur. Quòd autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primùm in inferiores partes terræ? Tamen vt

Hæretici nostrę tempestatis ex his Domini verbis: Nemo ascendit in cœlum &c quid falso deducant. Micha. 2. Ioan. 14. Præteritum pro futuro accipere, moris est Prophetis. Infra 20. Ephes. 4.

liberè dicam quod occurrit, his verbis de ascensione corporea intellectis, non esset perinde efficax probatio, quod ipse esset visurus Deum, ac dicere de præterito, quod ipse viderit per ascensum animæ ad beatitudinem ad probãdum sibi dicenti de cœlestibus fidem esse habendam. Intellige tamen ideò dictum, vni Christo tantùm cœlos patere, intelligendo Christum cum corpore suo, & vniuersis membris, quæ illi hærent per Fidem, & Sacramentum: nam omnes illi vnum cum Domino & capite Christum conficiunt, vt pulchrè docet August. hoc loco, & alijs libris frequenter. Ita enim (vt vnum de multis testimonium producam) enarrat de symbolo ad Catecbumenos: *Vt sint cœlestes, inquit, et æterni, & spiritualis regni participes fiant, id nullo alio modo adipisci poterunt, nisi Christo per Spiritum ag glutinati membra eius efficiantur: vt sic solus Christus, qui tanquam caput descẽdat cum corpore quod assumpsit, & omnibus membris quæ ei per Fidem adhærent, ascendat.* Sic ille peruenustè.

Vni Christo cœlos patere vt ipsemet dixit, quomodo verum.
Aug. tract. 12. in Ioan. to. 9 initio.
Idem.

Quomodò autem ille qui ascendit in cœlum cum corpore, sit idem ipse qui descendit de cœlo sine corpore, explicat August. lib. de agone Christiano his verbis: *Nec eos audiamus qui negant ipsum corpus secũ leuasse in cœlum Dominum nostrum, & commemorant in Euangelio quod scriptum est: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit: & dicunt quia corpus non descendit de cœlo, non potuisse ascendere in cœlum. Dominus enim ascendit, corpus autem non ascendit, sed leuatum est in cœlum, illo leuante qui ascendit. Si enim quisque descendat, verbi gratia, de monte nudus, cum autem descẽderit, vestiat se, & vestitus iterum ascendat, rectè vtique dicimus, Nemo ascendit nisi qui descendit: nec vestem consideramus quam secum leuauit, sed ipsum qui vestitus est, solum dicimus ascendisse.* Hactenus ille magnus Pater. ¶ Potest etiam hic locus moralem suscipere intelligentiam, videlicet vt qui ascendere velit ad cœlum, is exemplo Christi priùs descendat, hoc est, se gratia Dei indignum agnoscat, deinde sit, & permaneat in Ecclesia, quæ regnum cœlorum in plerisque parabolis dicitur. Qui enim ab ea semetipsos segregant, ad cœlos ascendere nequeant. Vel potiùs nemo ascendet in cœlum, nisi ille qui descendit ex eo: nã præter descensum ad locum, est alius inter eruditos vsitatus. Dicitur enim Maria descendere ex Regia progenie Dauidica: solet dici Imperator Carolus ex domo Austria descendere. Ita nemo ascendet ad cœlũ, nisi is, qui prius genus, & originem ducat ex cęlo, vt verè sit, & nominetur Filius Dei, Patrem habens in cœlis. Et sequitur: *Filius hominis qui est in cœlo.* Quia quiuis debet pri-

Qui ascendit in cęlum cum corpore, filius hominis vt sit idem ipse qui descendit de cœlo sine corpore secũdùm Augustinum.
Idem lib. de agone Christiano, ca 25. tom. 3. longè à medio.

Augustini simile.

Moralis intelligentia.

Philip. 3.

mum conuersatione esse in cœlo, vt Paulus testatur ad Philippē. Debet etiam affectu in illis esse, secundùm illud: *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet.* Deniq; per viuam spem in cœlo plus quam in terra versari, iuxta dictum Apostoli: *Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram*; ac rursus: *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Sed hæc mihi dicta sint ad mores ædificandos, non autem ad literam. ¶ Sequitur Dominus dicere: *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, &c.* Vel reddit rationem descensus Filij hominis de cœlo, quo in sensu coniunctio, Et, causaliter ponitur, vt apud probatos autores, sed præsertim sacros accipi cõsueuit. Vt sit sensus: etsi dixerim Filium hominis esse in cęlo, descendit tamen inde ad nos, vt more serpentis exaltati morbis mederetur hominũ spiritualibus. Vel subiungit priori Incarnationis mysterio alterum de Cruce, & morte sua: quã rectè & metaphoricè exaltationem vocat, etiamsi ad literam qui crucifiguntur, in altũ tollantur, & omnibus spectandi proponantur. Vnde cũ apud Ioannem alibi dixisset: *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum*, explicans do subiungit Euangelista: *Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.* Et quãuis ad sensum, exaltarentur ad Crucẽ damnati; tamen Dominus Iesus intendit significare mysterium exaltationis ad suum meritum, quoniam ex morte Crucis meruit exaltari, vt Apostolus ait: *Propter quod et Deus exaltauit illum.* Meruit etiam exaltationem omnium qui se humiliauerint credendo, & Baptismi Sacramentum suscipiendo. Est ergo mysterium Crucis Christi, causa efficaciæ baptismi; ac proinde iuxta Apostolicam doctrinã, in illo Mors, Sepultura, & Resurrectio repræsentatur, nec nisi ijs, qui huius mysterij Fide imbuti sunt, valere baptismus potest. Vnde Paulus hæc duo mysteria ad Corint. scribens coniungit, cùm ait: *Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? Nam & regenerationẽ tribuit, vt mundares nos à peccatis nostris: & crucifixus est, vt in æternum viuamus.* Detegit igitur Crucis mysterium suæ, vt & ostendat quòd eam multo antè nouerit, & ex cõsequenti quòd voluntariè ad eam, ad hominũ procurandam salutem accesserit. Et vide Domini sapientiam, non de ea apertè locutus est, sed exaltati à Mose serpentis sumpsit exemplũ: docẽs quòd vetera nouis cognata sint, eorũq; figuræ, ne putaret Nicodemus Dominũ introducere. Atq; ita docuit nos, Scripturas non superficie tenus legendas, sed intus penitus inuestigandas, & scrutandas, secun-

1. Ioan. 4.
Coloss. 3.
Philip. 1.
Num. 21.
Quid significet, & sicut Moyses exaltauit serpentẽ in deserto.
Ioan. 12.
Philip. 2.
Crucis Christi mysterium quid operetur.
1. Cor. 1.
Crucem, & mortem suam Christus ... obscurè ... per serpentis exemplum proponit.
Quale studium esse debeat Scripturarum.

Ioan. 5.

dum illud: *Scrutamini Scripturas, qui vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.*

Cùm aliæ plures mortis Christi figuræ suppeterent, cur hanc serpentis exaltati potius Dominus vsurpauerit.

Optima Iudæos confundendi via.

Sap. 2 & Matth. 27.

Et cùm plures aliæ essent mortis Christi figuræ inter omnes hanc serpētis exaltati in ligno producit, quia in ea nō tātùm passio, sed & causa patientis, & cōditiones eiusdē, & fructus ipsius, & modus, quo eius participes efficiamur, cōtinentur. Et quia vix est alia, quæ Iudæos Christi Crucem deridētes fortius cōfundat. Nā cū aiunt Iudæi: Quomodo crucifixus, qui seipsum saluū facere non potuit, alios saluare valebit? Et nos respōdemus, Quomodo potuit serpēs æneus, res inanimata, & vita carens, vitā conferre? Ne etiam Nicodemus Crucem auditā horreret, molluit sermonem suum voce exaltationis; Deinde figura producta ex Veteri Testamento. Tertiò designans illā, ab eo, quod præcipuum, & potissimū erat, nempè ignominia, nuditate, morte ignominiosa. Simili ratione cum Iudæis in templo dissetens, mortē suam vocauit solutionē; acriorem sermonē Crucis molliori temperans.

Num. 21.

Ioan. 2.

Aenei serpentis in deserto à Moyse exaltati historia describitur.

Num. 21.

Exod. 16.

Fuit autē historia hæc de Serpente in hunc modū. In eremo olim serpentes igniti, siue vrentes, morsu necabant Israelitas murmurantes in Moysen, imò cōtra Deum: vnde dicebat Moyses: *Non contra nos est murmur vestrum, sed cōtra Dominum: nos verò quid sumus?* Populus enim ille in prosperis gaudebat, & laudabat Deum; at in fame, siti, & aduersitate murmurabat: ob quam causam misit Deus serpētes ignitos murmurationis vindices; vt agnoscas quā sit graue murmurationis peccatum. Vt enim amicus commouetur, & dolet, quòd videat suam reprehensionem indignè accipi: ita Deus, qui te aliqua afflictiōe visitat, si de illa murmuras, indignatur, & mittit serpentes ignitos, id est, alias acerbiores, & grauiores pœnas, quæ tradunt nos dæmonibus puniendos.

Murmurationis peccati grauitas.

1. Cor. 10.

Quibus tanquam Iudæis serpētes ignitos Deus immittat.

Sed Deus huic tāto malo prospiciens, iussit Moysi vt faceret serpentem æneum, & eum in ligno excelso, siue in pertica poneret pro signo: ad quē quicunque à serpentibus percussus aspiciebat, nō solum viuebat, sed & sanabatur. Et propterea inquit: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto.

Quare Dominus exaltati causam in deserto serpente ppressit.

Omittit Dominus finē, propter quē fuit exaltatus, nimirum vt sanarentur aspicientes: quia cum legisperito Nicodemo, & in Scripturarum lectione versato sermonem habebat: & nobis ad complementum similitudinis illa verba supplenda sunt. Subdit, *Ita exaltari oportet Filium hominis.* Illud verbū, *Oportet*, rectè intelligendum est: non enim simpliciter mors Christi necessaria erat nullo existente peccato, quia vbi non est morbus, aut vulnus, neque medicina opus est: morbo autē peccati in mundū intrante, & plagis à serpēte antiquo inflictis, diuina bonitas de medicina prospexit, sine qua non constabat salus. Propterea rectè ait: *Oportet*, necessitate scil. Diuinæ prouisionis: atque præscientiæ, quanquam ipse scelus Iudæorum, quo impulsi Christū in Crucem adegerunt, nequaquam prouiderit, verùm ex illo præcognito, Diuinæ prouidentiæ fuit munus gloriā suam, & humani generis elicere salutem. De hoc serpente ita loquitur. Macarius Ægyptius homil. 11. de virtute Spiritus sancti: *Verùm quid indicat serpens ille mortuus, qui affixus ad summitatem ligni sanabat vulneratos: Ille vtiq; mortuus serpentes viuos superabat. Certè typus est corporis Domini. Nam corpus quod accepit ex Maria exaltauit in cruce, appendit, & affixit ligno: & ita corpus mortuum vicit, & interfecit serpentem, qui viuebat, & reptabat in corde. Hic grande miraculum est, quomodo serpens mortuus occidit viuum. Alio quoq; modo nouum opus fecit Moyses, quando similitudinem viui serpentis effinxit. Ita etiam Dominus nouum opus ex Maria condidit, quod ipse induit, non autem attulit corpus è cœlo: Spiritum cœlestem introeuntem in Adam creauit, & hunc cum diuinitate temperauit: induitq; carnem humanam, quā formauit in vtero. Sicut ergo vsq; ad Moysem non præceperat Dominus in mundo fieri serpentem æneum; ita corpus nouum à peccato immune, non apparuit in mundo, vsq; ad Christum. Cùm enim primus Adam transgressus est mandatum, regnauit mors in vniuersos filios eius.* Hactenus ille sanè perelegantec. August. etiam feria 3. post 4. Dominicam in Quadragesima, serm. 2. *Et tamen fratres etiam secundum Medicorum carnalium disciplinam, quibus de morte serpentis contra viuorum serpentium venena salubria præparantur antidota, non est incongruum, vt mortuum debeat serpentem intendere, qui à viuorum serpentium venenis desiderat liberari.* Sic Augustinus.

Quomodo, vt Christus inquit, oportuerit exaltari Filium hominis, id est, crucifigi.

Gen. 3.

Matth. 26.

Macarius Ægyptius.

Rom. 5.

B. Aug. serm. 101. de Temp. tom. 10.

Ac dicitur Moyses fecisse sibi serpentem, hoc est, in vtilitatē suam & redemptionem, quatenus peccato per legem aucto, teste Apostolo, opus redemptore fuit: quomodo percussit petram, quòd lege sua occasionē, qua Christus feriretur, dederit, vt sanguine, & aqua, quæ de latere eius fluxit, satiaremur, & redimeremur. Ita dicitur à Dño Patriarchæ Noë: *Fac tibi arcam de lignis leuigatis*, in qua scilicet saluus sis tu, & tui. ¶ Fuit porrò serpēs ille, aptus, & cōmodus typus Domini Iesu: vt enim ille erat serpens æneus, id est, ignito similis, vel ignitus, siue vrens, Hebraicè enim dicitur Scharaph; ita Christus alio igne fuit incēsus, & quē venit mittere in terram. Rursus vt ille erat durus

Quid sit Moysen fecisse sibi serpentem.

Ioan. 19.

Gen. 6.

Num. 21.

Luc. 12.

Serpẽtis ænei cum Christo serpente comparatio. ita durus ac seuerus cõtra peccatum, & pec-
cantes obstinatos fuit Christus. Ille serpens
factitius, similisque serpentibus viuis: ita
Christus arte sapientiæ, & Spiritus sancti
conceptus, similisque per omnia alijs ho-
minibus. Ille absque veneno, & Christus
Rom. 8. absque peccati toxico. Vt enim ait Aposto-
lus, similitudinem carnis peccati habuit,
Aeris propriũ quid sit. peccati carnẽ haudquaquam. Ille in ligno
eleuatus, & hic in ligno Crucis exaltatus:
ille erectus in signum salutiferum, & hic in
signum latentis Filij Dei, & excellentissimæ
charitatis, qua redemptio generis humani
peracta est. Ille æneus erat, non ligneus, vel
terrenus, sed ignis conflatione formatus, &
absque rubigine (cuius æs solet esse expers)
ac proinde sonorus: ita Dominus Iesus veri
ignis, hoc est, Spiritus sancti actione, tan-
quam conflatione quadam formatus est, &
absq; vlla vitij rubigine, & per prædicatio-
Ioan. 18. nem sonorus extitit: *Ego*, inquit, *palàm locu-
tus sum mundo, &c. & in occulto locutus sum ni-
hil.* Ille morsis à serpentibus, & in se inten-
dentibus præbebat vitam: hic morsis à ser-
pentib⁹ spiritualibus, vitã tribuit sempiter-
nam, si fide in ipsum intenderint. Sed ibi sa-
nè serpens æneus erat propter serpentes
mordẽtes, hic autẽ homo propter homines
morsos. Ibi, quia propter serpentes proue-
nerat ægritudo, per serpentẽ erat & curatio:
Rom. 5. hic verò quoniam propter hominẽ intrauit
Gen. 3. mors in mundum, datur & vita per homi-
nem, eumque mortuum, vt ei, qui mortem
Serpentis astutia. induxerat, vitã tribueret. Cumque reliqui
omnes serpentes, vt insidientur calcaneo,
vt mordeant, delitescere soleant: solus Iesus
serpens salutiferus in alto, tanquã præsen-
Ibidem. tanea quædã antidotus, & pretiosum me-
dicamentum, omnibus spectandus propo-
situs est. Atque de hac vtilitate subiungit.

*Vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed ha-
beat vitam æternam.* Rectè ait: *Vt omnis qui cre-
Christus serpens figuratus quibus præstet vitã æternam. dit in ipso:* Nam vt illic opus erat oculis cor-
poris ad spectandum, vt sanitatem recupe-
rarent, ita hìc opus est oculis spiritus, vt per
fidem spectare possimus Iesum pro nobis
crucifixum: quã fidem nõ tantùm vidẽtes,
sed etiam oculis carentes habere possunt.
Nam si quis cæcus fuisset, cùm à serpentib⁹
Israelitæ infestabantur, fructũ sanitatis non
assequeretur: secus se habet res in mysterio
Crucis, nam nouum non est plus aliquid
continere rem figuratam, quàm figuram.
Res figurata aliquid plus continet, quã figura. Christi serpentis exaltati virtutes. Sicut ibi vnus serpens erectus, & mortuus
satis fuit contra varia genera serpentum: sic
vnus Christus in Cruce extinctus innume-
ra peccatorũ genera auferre valet, siue sint
originalia, siue personalia, siue venialia,
siue in Deum, siue in proximum, siue in se
ipsum sint admissa, siue corde, siue ore, siue
opere, siue per cõmissionem, siue per omis-
sionem patrentur. Adhæc vt serpens ille nõ
nisi Israelitis peregrinãtibus, & in Terram
promissam cõtendentibus salutem præsta-
bat: ad hunc modum Dominus Iesus nos 1. Petr. 2.
saluos reddit, modò peregrinos & aduenas
nos cognoscamus, & in hac vita, tanquam
in deserto quodam serpentibus pleno ver-
semur, vt ad cœlestem patriam peruenia-
mus: vt si absque morsibus serpentum hanc
vitam nostro vitio non traducimus, saltem
frequenter erigamus oculos fidei in serpen-
tem nostrum, respiciamusque in faciem
Christi nostri, quo nos ipsos illi, nostram-
que salutem commẽdemus, ab eoque vir-
tutem corrigendi vitia nostra trahamus, &
tanquam in speculo quæ nobis sunt facien-
da, & sustinenda propter Dei gloriam, &
nostrorum fratrum salutem, atque adeo
propter diuinæ legis obseruãtiam addisca-
mus, præstante eodem salutari Domino
nostro Iesu Christo, cui cum Patre & Spiri-
tu sancto, æternum tribuatur imperium,
laus atque gloria ab omni creatura, Amen.

TRACTATVS VII.

De eadem Domini cum Nicodemo disceptatione, in illa verba: *Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

QVOTIES apud me Euangelica hæc Diuini in nos amoris vires propositis Domini verbo non obscure patefacta.
verba meditor, aut audio, aut pro-
nuntio, videor mihi videre tot micantissi-
ma lumina, splendoresque, quibus omnes
meæ tenebræ, scrupuli, & animi angustiæ
pellantur: videor etiã mihi tot ignes, & flã-
mas cordi meo gelato adhibere, vt nõ solũ
incalescã ipse, sed & alios possim calefacere-
re, & inflãmare, nunquamq; verbũ Christi
magis impletur, cùm dixit: *Ignem veni mittere* Luc. 12.
in terram; & quid volo nisi vt accẽdatur? & Pro-
pheta, *Ignitũ eloquium tuũ vehemẽter; & seruus* Psalm. 118.
tuus dilexit illud; & Petrus ad Dominum: *Do-* Ioan. 6.
mine ad quẽ ibimus? verba vitæ æternæ habes, quã
in his aureis, & ignitis verbis Domini ad
Nicodemum. Meritò ex his elici potest, cur Doctrina Christi Euangelium cur dicta.
scil. doctrina Christi dicta sit Euangelium:
vbi tãtus Dei amor erga hominũ genus an-
nuntiatur. Beatæ aures Nicodemi, qui pri-
mus tãta verba audire promeruit, felix & il-
la vox, quæ tãtis verborũ luminibus, & ve-
lut Solis iustitiæ radijs illustrata fuit. Nec
enim simplex amoris diuini gradus no-

Ioan 15.

Rom. 5.

bis proponitut, sed summus, qui est ponere animam pto amicis suis: nec summo illo contentus fuit, sed vt Apostolus ponderat, vnuũ & insolitũ dilectionis specimẽ ostẽdit, ait enim: ***Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniã cùm adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est, &c.*** Si verba quidem hęc enumeres, pauca sunt, sed multa sensibus, plana, sed plena, facunda, sed fœcũda, & ad exprimẽda amoris nostri viscera erga Deũ potẽtissima, quippe cum tãta emphasi à Domino pronũciata: *Sic enim*, inquit, *Deus dilexit mũdum, vt Filium suum vnigenitum daret.* Magna proinde ratione hoc Euangelium per dilectum discipulũ Ioannem conscriptũ est; & Ecclesia in die secundo Pẽtecostes, hoc est, in festiuo die, & solennitate amoris, ad excitandum amorẽ nostrum legi voluit. Etenim Incarnationis Christi mysterium in illis verbis propositũ, & per Spiritũ sanctum vt artificem peractum, à nobis non poterat nisi per Spiritum sanctum, cuius aduentus illo die celebratur, vel cognosci, vel degustari. Nec nisi merito Incarnatiõis, & mortis Filij Dei hoc tantũ donum spirit° nobis impetratũ est, vt non nisi per Spiritum sanctum tedamemus, & tanto gratias agimus muneratori. Nam vide quæso, prudens lector, & singula verba mecum expende. *Sic*, inquit, modus excellẽtior, & admirabilior amoris nullus existit. *Deus.* Altiùs non licet conscẽdere, neq; sublimiùs quicquam cogitari potest. *Dilexit.* Nullus actus munificentior, gratiosior, liberalior ve concipi à nobis valet. *Mundum.* In humilius omninò, & abiectius descendi non potest. *Vt Filium suum vnigenitum daret.* Donũ maius aut pretiosius, ne mẽte quidem complecti possumus, aut cogitatiõe: *Vt omnis qui credit in ipsũ.* Quid suauius, aut faciliùs à nobis exigere diuina bonitas poterat? Fide enim, tanquã cognata naturæ nostræ, atque illi maximè coniuncta, viuimus: *Non pereat, sed habeat vitam æternam.* Ad finem feliciorem, præstantiorem, deniq; diuiniorem, à nobisq; magis optabilem ac gloriosum peruenire non possumus: quo enim alio vniuersa desideria hominum comprehenduntur, nisi vt à nobis omnem arceamus miseriã, felicitatemq; omnem accersamus? Et quid homines ardentioribus votis expetunt, quã diutinè, & feliciter viuere? Cernis igitur quantum mysteriorum pondus insit in his paucis verbis? Vt omnia videantur esse quasi stimuli, & aculei quidã, siue titiones incẽsi ad amorem nostrum prouocandũ, & à nobis exculpandũ? Et si singula per seipsa admiranda singularia, maxima, diuinaq; sint,

Quid est quod hoc eodem Euangelium in die sancto Pẽtecostes in Ecclesia recitatur.

Maior sententia: Sic Deus dilexit mundum &c. singula verba perpe. aduerte.

Qua fide viuimus nos.

Quid homini optabilius, & charius.

quãtò magis si multa, vel omnia simul cõtemplemur. Proponit igitur magnitudinẽ quod illud aduerbium sic, tùm ex cõparatione amantis ad amatũ, id est, Dei ad mũdum, tùm ex muneris magnitudine: cùm probatio dilectionis, exhibitio sit operis, tùm ex fructus magnitudine, & simul facilitate consequendi hunc fructum, cùm dicitur, Vt omnis qui credit in ipsum nõ pereat, sed habeat vitam æternam.

Sed age initium dicẽdi sumamus ab illa particula: *Enim. Sic enim*, inquit, *Deus, &c.* Nam cùm superiùs describeret Euãgelista colloquiũ Domini cum Nicodemo, & Sacramẽtum regenerationis proposuisset, & eius efficacię causam, nempè Incarnationẽ & passionem Filij Dei produxisset, deque serpente exaltando in Cruce mentionẽ fecisset, subiũgit: *Sic enim Deus dilexit mũdum:* id est, ô Nicodeme, noli admirari si Deus homo fact° est, & mortem Crucis pro humano genere sustinebit, quia illud infinitę Dei bonitati, & incõprehẽsæ eius erga nos charitati tribuendum est: nullũ hic locum habet vis aliqua compellẽs, aut necessitas, aut vlla nostra merita præcedentia, aut vllæ nostræ preces sua dignitate hoc impetrantes, sed hoc ipsum totũ diuini amoris, & immensę eius beneuolentię opus fuit. Et vt mundũ, cùm non esset, ex nihilo sua bonitate condidit: ita illum perditum (quod maius, & pręstantius est) sua mera charitate per hoc Sacramentũ reparare disposuit. Explicat igitur hoc verbo illud quod dixerat: *Oportet exaltari.* Nam illud: *Oportet*, non absolutã, & simplicem necessitatem significat; sed posita Patris dilectione ad mũdũ, ad hunc excellentiorem dilectionis gradũ indicandum, & ad condignam satisfactionem Patri reddendam, ita vt iustitiæ simul & misericordiæ eius esset satisfactum: illis enim positis, necessaria erat Christi mors ad mundi redemptionem. Aptè igitur, & ad adimendã admirationem de sua in Cruce exaltatiõe dixit: *Sic enim Deus dilexit mundum.* Nos enim quia pusilli sumus, & aliorum, imò ipsius Dei cor ex nostro metiri cõsueuimus, dicere possemus; Qui fieri potest, vt Filium suum Pater tã malè tractet, vt faciat illum serpẽtem; & morti ignominiosæ, acerbissimæq; pro vilissimo seruo exponat liberãdo; hoc nõ faceret vllus cordatus ac prudens. Sed quò nõ peruenit humana sapiẽtia, aut amicitia, eò diuina supra omnem nostrã intelligẽtiam sua benignitate peruenire voluit. Propterea dixit; Sic enim Deus dilexit mundũ, vt Filium suum vnigenitũ daret. Et hactenùs explicauim° particulã Enim: iam reliquas persequamur.

Quid sit dicẽte. Sic enim Deus dilexit mundum.

Mortis Christi necessitas explicatur.

Humani ingenij imbecillitas.

Huius particulæ: sic Deus, mysterium expositus.

Et prima occurrit aduerbium. *Sic.* Quo Christus admiratur, & stupet de Dei erga mũdum amore: & docet quid nos admirari conueniat. Cætera enim omnia hominũ opera, siue in victoria inimicorũ, siue in aulis, & castris fabricãdis, siue in sapiẽtia, siue in potẽtia, siue in liberalitate sita sint, si cũ hac vna conferantur, nihil habent prosus dignum admiratione. Hinc Augustinus in libris confessionũ, non satis poterat admirari diuinæ, & inscrutabilis sapientiæ consiliũ de Incarnationis Filij Dei mysterio: neq; vlla res esse potest, quæ ita intelligentiam nostram excedat, vel volũtatis nostrę affectum rapiat, & proinde in admirationem deducat, atque Filij Dei Incarnatio, & mors. Soletq; Dominus isto aduerbio *Sic*, plerunq; mysteriorum magnitudinẽ explicare. Hinc Matthę' in principio sui Euãgelij de Natiuitate Christi ex Virgine, nõ sine admiratione dixit: *Christi autem generatio sic erat.* Et cùm describit Christi aduẽtum ad baptismum, inducit Dñm ad Ioannem loquentem: *Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam.* Et cùm Samariam venisset, & mulierẽ ad sui Fidem traducendã expectaret, vt eius charitatẽ, & humilitatem describeret, inquit Euangelista: *Iesus autẽ fatigatus ex itinere; sedebat sic supra fontem.* Cùm etiã de incomprehensibili diuinę prędestinationis mysterio loqueretur, dixit apud Matthæum: *Ita Pater; quoniam sic fuit placitũ ante te.* Rursus de morte sua disserens: *Nõne hæc oportuit pati Christũ, & ita intrare in gloriã suã?* Nec nõ de admirabili ascẽsionis Sacramento Angeli cùm loquerentur, dixerunt: *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis euntem in cœlum.* Et ita particula ista, omnia Christi mysteria omni admiratione digna complectitur.

August. 10. 1. prope init.

Incarnatio Christi, & mors, quanta sint Dei beneficia.

Matth. 1.

Infra 9.

Ioan. 4.

Matth. 11.

Luc. vlt.

Actor. 1.

Quomodo dilexerit hominem Deus.

Sic ergo, id est, infinito, immenso, incõprehenso, atq; inenarrabili modo. Sic, sapiens, liber, & sine intuitu alicuius vtilitatis propriæ. Sic, verè, dulciter, fideliter, perseueranter, tantoque, tamq; inaudito opere amorem declarãdo. Quòd si Deus tanti fecit Abrahæ dilectionem, & obedientiã, qua voluit propter se puerum suum charissimum immolare, & licet per Angelũ impedierit immolationẽ, dixit tamen illi, admirans perinde atque si illum actu immolasset: *Per memetipsum iuraui, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam quæ est in littore maris: possidebit semen tuũ portas inimicorum tuorum.* Quantò magis par est omni cũ admiratione nos spectare tantam Dei erga nos liberalitatẽ, quia non pepercit vnigenito filio suo propter nos, & facto præstitit sacrificium in sanguine Filij sui, vt iam omni iure Deus multiplicare habeat eos, qui semen eius sunt, & præstare vt possideat portas inimicorum suorum?

Gen. 22.

Rom. 8.

Dei nomine quid significetur.

Secundum verbum, *Deus*: Quod, numẽ illud, & pelagus diuinitatis infinitum, à ratione videndi, siue prouidẽdi, & gubernãdi sumptũ, in sui notione includit. Magnũ etenim fuisset, si potẽs aliquis Rex, aut Imperator, aut summus Antistes, aut sanctus aliqs, vel Angelus nos amore suo pręuenitẽt: sed hęc parua sunt, & exigua, cùm Deus ipse fuerit q nostri non solũ meminisse, sed etiã tali amore nos dignatus est, vt pro ingrato seruo dilectissimum Filium exponere, atque inter iniquos reputari voluerit.

Esaias 53 & Mar. 15.

Deum dilexisse mundũ quid sit.

Tertiò subdit: *Mundum.* Vt videas vilitatem, paupertatem, & abiectionẽ amati. Certè mirum non est q Deus diligat, quia omnis natura intellectu prædita geminam habet, & intelligendi, & amãdi perfectionem, sine qua nequaquàm Dei nomine diguus existeret, essetq; planè ἄστοργος, tãta amoris dignitate destitutus, nec iustè agere videretur. Sed illud omni admiratione dignum, quòd cùm immensitas sui amoris in seipso diligẽdo plenè cõpleatur, & habeat tãtum obiectum amabile in seipso, diligat tamẽ creaturas, quę imbecillę sunt, & pauperes. Deinde quod quicquid extra se est, sine vlla necessitate amat, nec vlla est in rebus tanta bonitas, quæ illum ad diligendũ cogere possit, cùm extra se non nisi liberè operetur. Adde, quia sine vlla sua vtilitate hũc affectum dilectionis pręstat, quia cùm Deus sit, bonorum nostrorum non indiget, nec mundi cognitione, aut eius amore perficitur. Quartò, sine vllo iusto titulo ad amorem prouocante impendit hunc Deus creaturis affectũ. Nam vt creaturas, antequàm essent, dilexit, vt esse inciperent; ita conditas, vt sint, seruat. Et quãuis apud nos amor ponat bonitatẽ rei amatæ, in Deo tamen nõ ponit, sed bonitatem amãtis, vt illam exerat in actum. Quintò, dilexit mundum, non quidem vlla amoris vi, aut cupiditate perturbatus, ita vt insipiẽter dilexisse iudicari possit, sed sciens & prudens, ab omniq; amoris pturbatione liber omninò, & immunis, ne quis obijcere valeat cęcum fuisse, & sine ratione eiusmodi amorẽ. Deniq; mundũ amauit ex olim dilecto, & beneficijs cumulato, hostẽ factum, & cũ eius capitalissimo inimico, id est, peccato ac Satana, amicitia coniunctum strictissima.

Diuinæ dilectionis mundi conditio quæ sit.

Psal. 16.

1. Ioan. 4.

Mundi indigentes describuntur.

Meritò ergo admiratur Domin' de tanto ad mundũ dilectionis affectu. Est enim

mundus nō tantùm deformis, mōstrosus, imperfectus, ac tanto dono indignus, atq; adeò obliuiosus, & Deum suum nequaquā intelligens, sed iniquus, & hostis rebellis, atque ingratus, qui totus in maligno est positus: cuius sapientia stultitia est apud Deū: cuius amicitia, Dei est inimicitia: qui totus est immundus secūdùm illud; *Et facti sumus velut immundi omnes nos*: cuius opera mala sunt: Cuius iustitiæ quasi pānus menstruatæ: Cuius deliciæ amaræ, & velut porcorū siliquę: Cuius diuitiæ diuitiarum sunt vmbræ: Cuius altū abominatio est apud Deū: Cuius pax verū est bellum: Cuius species, & figura more amnis prætereuntis transit. Cuius princeps est Satanas, & qui cogebat Deū dicere, Pęnitet me fecisse hominē: Cuius nomen decipit homines nō minus quā res ipsa. Nā vt Hebræi benedicendi verbū vsurpant pro verbo maledicēdi, & קדשה Chedoscha, nempe sanctificata pro meretrice designāda vtūtur: ad hunc modū mūdus Latinis à munditie, & Græcis κόσμος, ab ornatu, pro eo φ immūdus, & inotnat' p antiphrasin sit. Quia etsi mundus, & pulus in se sit, tamē dum nos finem vltimum in eo collocam', efficitur nobis immūdus, aut potiùs rete, & laqueus, decipulaq; pedibus insipientium, vt Sapiens inquit.

1 Ioan. 5.
1 Cor. 2.
Iaco. 4.
Esa 64.
Ioan 1.
Esa 64.
Luc. 15.
Infra 16.
Sap 14.
Iu. 14. & 12.
Gen. 6.
Hebræi verbū benedicendi pro verbo maledicendi non raro vsurpant. Mundus cur sic dictus.
Sap. 14.

Intellige autem per mundum non partes eius animæ, siue sensus expertes, sed hominem præcipuā eius partem: in quo vno amātę mundus amat Deum; atq; in illo odio Deum prosequēte, odit. Nam vt homo simpliciter dicitur ratiocinari, aut loqui, nec tamē ratiocinatur nisi tātùm per rationem, neq; loquitur nisi lingua, ita mundus à Deo diligitur, cū hominē ad salutis æternæ bona possidenda vocat. Rursus mūdus Deum diligit, cùm homo ex charitate eum reliquis omnibus præfert, ac diligit. Est ergo mūdus præcipuè homo: sed adde quòd per amorem vitiosum mundi in mundum erat transformatus; & mūdus in malā partem hic accipitur, & oēs includit homines quia tales omnes sunt sua natura, nępè impij in Deum, iniurij in proximū, in seipsos flagitiosi, & mundi maximi amatores.

Quem mundum dilexerit nempe operè Deus, & qua ratione.
Deum verò amat mundus cum diligat mundum.

Dices; Qui fieri potest, vt Deus mūdum tam ingratum diligere quiuerit, & nō tantùm vllo beneficio Dei indignum; sed etiā omni supplicio dignum? Respondeo; magna est Dei virtus, & sapientia: vt enim perfectus est Lyricen, qui etiā in instrumento intēperato egregiè pulsare nouit, & magna ignis virtus, quæ etiā ligna viridia comburit: ita ingens est Dei dilectio, quę etiā amare nouit improbos, & inimicos. Adhæc Deus non ob bonū pręsens, quod mundus

Deus cur mūdum tā ingratum, tam im..., amarit.

habet, sed quod per amorem Dei est cōsecuturus, eum diligit. Nō secùs atq; agricola terram aliquā sterilem diligit, quia cultura sua, & industria confidit se illam fertilem redditurum: ad eum modum Deus in nobis naturam suam à se conditam diligit, quam ablatis vitijs, & peccatis, nouit bonū fructum producturam. Atq; in hoc distinguitur Dei amor ab amore hominum. Nā nos quatenus homines sumus, tantū ea diligimus, quæ iam bona sunt; at quatenùs filij Dei, & gratia spiritus illustrati sumus, malos diligim', nō vt tales, sed vt boni nostra incitatione, exemploq; e fiant: præterquàm quòd natura Dei in illis bona est.

In quo distinguitur Dei amor ab amore hominum.

Quarto subiungit, *Dilexit*, & de præterito, quia in charitate perpetua, & non interrupta dilexit nos, & solus propriè amat, nos propriè redamamus: vt propterea scriptum sit: *Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniā ipse prior dilexit nos.* Iunge Iam Deum cum mūdo, id est, sanctitatē cum peccato, sapientiam cum stultitia, cum infirmitate potentiam, vitam cum morte, cum reo iudicē, Iunge deinde cum aduerbio *Sic*, verbum *Dilexit*, φ est præteritum perfectum. O immensa perfectio, & pelagus charitatis Dei? O perfecta immēsitas diuini amoris? O charitas omni admiratiōe digna, & omnem Angelorum, nedum hominum, superans intelligentiam? Omnia bona Dei opera sine amore, fuissent parui momenti: cōtra, Dei amor sine omni opere plurimum valet; & maioris dignitatis, & pretij est amari à Deo, etiā sine paradiso, quàm totus paradisus, si fieri posset, sine amore Dei.

Expenditur verbū Dilexit.
Ierem. 31.
Aliter Deus amat nos, aliter nos Deū.
Ioan. 4.
Diuini amoris perfectionem.

Atque hoc verbo in primis arguitur superbia nostra: quia apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecim' nos, sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit. Deinde apparet quanta sit vis dilectionis. Quā vt melius agnoscamus, constituamus scalā quadruplicis amoris, & per eam conscendamus ad amorem diuinum. Primus gradus sit dilectionis vitiosę, quę mille pericula adire, grauia totmēta sustinere dilectores mūdi facit, vt cōstat in auaris, in ambitiosis, & obscœnis voluptatibus deditis, qui pro rebus amatis libēter famem, sitim, carcerem, ignominiam patiuntur. De auaro enim dixit quidam externus:

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa per ignes.

Contra ambitionē ait quidam ex nostris: *O ambitio ambientiū crux, quomodo omnes torqueri omnibus places? Nihil acrius cruciat: nil molestius inquietat: nil tamen apud miseros mortales celebrius negotijs eius.* Secundus

Tit. 3.
Scala quadruplicis amoris statuitur qua peruenitur ad amorem diuinum.
Primus gradus.
Horat 1. ep. 1.
Ambitionis malum.
...rna ad Eugenium lib 3. de considera.

Secundus.

gradus sit amoris naturalis, quo, tùm species conseruantur, tùm indiuidua tuentur vitam suam, eiusque commoditates: atque ita hic amor quodammodò seruat hunc mundum, & sine illo non indiuidua solùm, sed etiam species interirent.

Tertius.

Tertius gradus sit amoris, qui cum honestate, & virtute est coniunctus, qualis est patriæ, parentum, coniugum, liberorum, fratrum, & amicorum: quæ officia, vel heroica non extorsit hic amor?

Quantum valeat patriæ amor.

Consule historicos: lege quid Decij, quid Curtij, quid Reguli, quid Fabij pro Republica tolerauerint. Quid Codrus Rex Atheniensium; qui certus ex oraculo ab eo exercitu stare victoriam, cuius Rex in bello occumberet, intrepidus in prælium irrupit. Quid referam Damonis, & Pythiæ arctissimum amicitiæ vinculum? quod alterum pro alterius vita vadem constituere potuit. Vt interim omittam Titum Manlium Torquatum, & Iunium Brutum, qui pro libertate patriæ, vel bellica disciplina, propriis filiis minimè pepercerunt. Quid dicam de Iacob? cui videbantur dies pauci seruitutis, præ amoris magnitudine. Omnia enim excelsa atq; magnifica officia ab hoc amore profecta sunt.

Gen. 29.

Quartus gradus amoris. Rom. 5. Amoris diuini virtutes.

Quartus gradus amoris, est ille charitatis à Domino diffusę in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Hæc enim omnia vincit peccata; quæ remittit, & à quibus in futurum seruat: Omnia mūdi huius bona in Religiosis paupertatem colētibus superat: carnis illecebras, & blandissimas voluptates, in virginibus, & cœlibem vitam agentibus compescit: vitam ipsam tam charam in martyribus pię dilecto Deo contemnit. Nam fortis est vt mors, dilectio: dura sicut infernus, æmulatio.

Cant. 8.

Traiani Imp. & B. Paulini Episcopi charitas insignis.

Iam vt nihil sit, si Traianus dederit seipsum in filium viduæ, vt consolaretur eam, mortem filij interfecti deplorātem: cùm vnus Paulinus Nolanus pro filio viduę redimendo se in seruū vendiderit. Parùm sit, Iunium Brutum in proprios filios contra libertatem patriæ conspirantes animaduertisse, cùm illi vltimo supplicio digni existerent: cùm vnus Abraham ad simplicem Dei vocem sanctum, & obedientem, atque adeo dilectum, ac vnigenitum Isaac immolare non dubitauerit.

Gen. 22.

Secundus effectus charitatis.

Ad hæc charitas propriam etiam salutem, & æternam suam felicitatem pro Dei gloria negligere videtur, vt exempla excellētium virorum, Moysis, & Pauli testantur: Quorum prior dixit: *Obsecro, Domine, peccauit populus iste, &c. Aut dimitte eis hanc noxā; aut si non facis, dele me de libro tuo quē scripsisti.* posterior dixit: *Optabā enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, &c.*

Exod. 32.

Rom. 9.

Nec his contenta charitas creata, audet se potentię Dei opponere; vt Dominus dixerit Moysi: *Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos:*

Tertius effectus. Exod. 32.

Deo ipsi quasi minùs sapienti aut prudenti audet consilium præstare: hinc Abraham dixit: *Absit à te, vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio.*

Gen. 18.

Vltimus effectus. Exod. 32.

Denique diuinæ bonitati obluctatur, ita vt Moyses dixerit: *Ne quæso dicant Ægyptij, Callidè eduxit eos vt interficeret in montibus, & deleret è terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super malitia populi tui.* Si ergo amor creatus; siue ille sit naturalis, siue vitiosus, siue studiosus, siue charitatis, qui à Deo infunditur, tanta præstare potest, cùm tamen sit scintilla quædam, & stillula diuini, & increati amoris: quid pręstabit fornax illa ardentissima increatæ charitatis? quid immēsum illud mare dilectionis? quid substantialis, & creator ille amor, de quo ait Dilectus: *Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo?*

1. Ioan. 4.

Si Dominus tanti facit amorem tuum, vt pro illo exprimendo mortem subire non formidauerit: quantum vicissim tu debes ponderare, ac magnificere amorem illum increatum, ex quo omne bonum tuū pendet, & per quem omnium bonorum fis particeps? cùm tamen amor tuus ad Deum sit prorsus sterilis, cùm ille bonorum nostrorum non egeat.

Amoris nostri in Deum sterilitas. Psal. 15.

Quid. Vt Filium suum vnigenitum daret.

Quinta particula est: *Vt Filium suum vnigenitum daret.* Vbi nobilitas doni proponitur: quicquid enim Deus dedisset, sui erga nos amoris idonea fuisset confirmatio. Nā magnum est, vel paruulis munusculis à magnis Principibus donari, vt quidam dixit: sed eius immenso amori voluit commensuratum esse donum. Non enim dedit iam ad nos, quàm ad se ipsum respiciēs: quemadmodum Alexander Magnus Perillo vni ex amicis suis petenti dotem pro filiabus suis, iussit illum capere quinquaginta talēta: cumque Perillus respondisset decem satis esse, respondisse fertur, se non ad eū qui peteret, sed ad suam dignitatem in donando respexisse.

Alexandri munificentia.

Non voluit, ergo dare Prophetam, vel sanctum, vel Angelum aliquē ex primarijs, sed Filium, hoc est, summè dilectum *Suum*, id est, naturalem, & solùm ex sua substantia, non vt nostri filij, quorum partem sibi vendicat pater, & partem mater, sed totum ex se solo, quia in singulari dicitur filius. *Et Vnigenitum.* Nam si ex pluribus vnum dedisset: maximum donū fuisset; sed illum vnicū, & ex natura sua genitū ac proinde infinitum, & infinitam vim Patri, generantis adæquantem: hoc certè omnia nostra vota superat, & intelligentiā. Quia ergo Filius Dei est, potest seruare:

Aduersus Arrianos Chri-

Filium verum Deum & Dei Filium naturalem negantes.

quia vero Filius hominis, vt paulò ante dixit, se ipsum fratribus negare non poterit. Ne ergo adoptiuum filium cogites, vocat vnigenitum; & verum eum Deum docet, dum subdit: *Vt omnis qui credit in ipso, non pereat*: nam hic honor & cultus soli Deo est debitus: & quia iterum subiungit: *Nõ pereat, sed habeat vitam æternam*, eum seruare, & vitam dare iudicat, quod & ipsum proprium est Dei. Hinc Cyrillus in hæc verba scribit:

Dei Natura. Cyril. lib. 2. in Ioan. c. 51. l. 2.

Vt ergo mirabilis sit hæc Dei Patris charitas, Filius datus non creatura esse credatur. Filium autem eum dico, qui cum ex substantia Patris sit, genitori est consubstantialis, & verus profectò Deus. Nam si, vt vos dicitis, ex substantia Dei Patris non est, non poterit secundum naturam Filius Dei esse; ita mirabilis illa charitas Patris nulla esse videbitur. Creaturam enim pro creatura, non verè Filium dedit. Et ad hæc frustra nos Apostolus terret, cùm dicat; Si quis duobus aut tribus testibus legem Mosaicam spernit, morte punia-tur: quanto peiore putatis dignum supplicio eum qui Filium Dei conculcauit? Conculcat enim quis spernit. Cur igitur si filius verus non est, sed Moysis conseruus (cognata enim est creatura creaturæ, creationis ratione, etiamsi quadam præstantia dignitatem alterius superare videatur) maiora supplicia luet qui eum spernit, quam qui legem Moseos contempsit? quia videlicet non in creaturam, neque in Moysis conseruum peccauit. Ingens igitur atque admirabilis charitas Dei Patris est, qui Filium suum, qui ex substãtia eius est, pro mundi vita misericorditer tradidit. Hactenus ille.

Hebr. 10. Conculcet Filium Dei quis, teste Cyrillo.

Pater Deus Filium suum vnigenitum nobis donando, quid dederit.

Quia vero hic Filius dilectus est, & vnicus, propterea totus Patris amor vnitus, & non diuisus (quemadmodum in habentibus plures filios contingit) nobis, communicato Filio, donat^9 est: & quia filius est hæres omnium, quomodo non etiam cum illo etiam omnia nobis donauit? Et cũeandem habeat cum Patre, & Spiritu S. substãtiam; ideo in Filio datus est nobis Pater, & Spiritus sanctus, ita vt dicamur Filij Dei, fratres Christi primogeniti, templa Spiritus sancti, & diuinæ consortes naturę, & spiritus omnes cœlestes, atq; adeo quæ à sanctissima Trinitate condita sunt.

Rom. 8. Christianorũ tituli per quã honorificentissimi. 1. Ioan. 3. Rom. 8. 1. Cor. 6. 2. Petr. 1.

Deus Filium suum mundo vnigenitum vt dederit. Chryso. hom. 26. in Ioan. tom. 3. Rom. 5. Apocal. 1.

Porrò dedit, vt Chrysostomus expendit, non vt Dominus dat alteri falconem vt viuat, & prædetur, & prædando delectetur, vel seruum, vt ministret, & inseruiat in omnibus, dum viuit; sed ad mortẽ pro impijs ferendam, ad sanguinem suum ministrandum, quo peccata nostra ablueret. Et ne Dei increata charitas, ab Abrahæ creata charitate superetur, obtulit Filium suum ad mortẽ; ne plus possit in bono creatura, quàm creator. Et cùm naturæ instinctu parens velit in morte filium præcedere: Pater æternus voluit Filiũ suũ in mortẽ tradere: nec dedit necessitate, aut meritis nostris compulsus, nec contentus fuit accommodato nobis illum tradere, quod satis nobis fuisset, sed non Deo, ad indicandum suum amorem: Nec voluit rursus commutare, nullum enim erat pretium æquiualens, sed gratis dare sine vllo pretio, irreuocabili donatione, iureiurando interposito inter viuos, secundum illud: *Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis*, dedit, non expectando etiã æquã persolutionem, quia nouerat nos illã præstare non posse: cumq; satis fuisset ostẽdere nobis eius faciem, quemadmodũ cum Moyse & Iacob fecit, & maius, si missus fuisset ad visitandum, quomodo Ioseph missus à patre ad inuisendos fratres pascentes oues, & Dauid missus ab Isai, vt fratres in bello degentes visitaret: sed hæc omnia parua erant tantæ Dei benignitati. Propterea dedit illum liberaliter ad omnia nostra commoda nempe in socium existentibus in exilio, in lucem tenebrosis, captiuis in pretiũ, in medicinam ægrotis, in vestimentum nudis, in cibum, & potũ famelicis, & sitientibus, diffidentibus in pacẽ, discentibus in magistrũ, bellantibus in Imperatorem, claudis in vehiculum, peregrinantibus in ducem, in salutem perditis, in misericordiam miseris, mortuis in vitam, peccatoribus in sacrificium & sacerdotem, lugentibus in consolatorẽ, litigantibus in aduocatum, certantibus in coronam, & remuneratorem. Vt enim qui alterum ad cõuiuium vocat, nec aliud habet quod proponat, quàm oua arte & industria illa multipliciter cõdit, vt diuersa videantur fercula, quemadmodũ, de linguis Æsopi fabulatoris narratur: ita vobis Pater æternus donauit Filium suum, & varijs pro diuina sua sapientia condiuit eũ, vt vnus ad omnem nostram miseriam depellendam, & ad omnia nostra bona desideria explẽdã sit satis. Quasi Dominus nobis diceret: Assumite vobis eius opes, ditamini eius virtutibus, induimini eius iustitia, cibamini eius carnibus, sectamini eius exempla, deriuate vobis merita sua.

Luc. 1.

Exod. 33. Gen. 32. Gen. 37.

1. Reg. 17. Ad quid Filiũ suum Deus dederit nobis.

Similitudo elegans ad exprimendum Patris Æterni erga mũdum amorem.

Sextum verbum est: *Vt omnis qui credit in ipso*. Repetit hanc clausulam prius dictam de Filio hominis exaltato in Cruce: nunc autẽ de Filio Dei vnigenito, quasi diceret, Ideo est salutiferum credere in Filium hominis, quia ille ipse est Filius Dei. Quã distinctè ait, in ipso. Et sequitur: *Qui autem facit veritatem, venit ad lucẽ*, vbi de fide per dilectionem operante manifestus est sermo: quæ tãto Dei amori ex parte nostra respon-

In his verbis: vt omnis qui credit in ipso, quid dignum cõsideratione.

A nobis quid solum exigat Deus.

dere debet. Et facilè est, Dei gratia opitulāte, Deo amorem reddere, quia bonus est in se, & nobis tot modis beneficus, solumque petit amorē sibi exhiberi: & nō amanti, excōmunicationem, & anathema interminatur: *Si quis*, inquit Apostolus, *non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema maranatha.* Nō dixit vt omnis qui cū illo moritur, vel patitur, sed qui credit, quo credēdi actu nihil est homini, vel promptius, vel facilius: & cùm lex vetus innumerabilium præceptorū suorum obseruatoribus vitam pro omni ipsorū labore promiserit temporalem, Euangeliū tamen vitam æternā credenti pollicetur. Omnis ergo qui credit eū esse Filium Dei, Messiam, Redemptorem, Iudicem, & glorificatorem: Subdit postremò; *Nō pereat, sed habeat vitam æternam.* Duo pollicetur omni credenti: alterū, quòd nō pereat, id est, nō maneat in perditione naturali ob peccatum originale introducta, hoc est, in morte animæ & corporis, ex qua mors secunda prouenit: quòd si obijcias, etiam credentes in Christū, perire; quia moriuntur. Respondeo, mortē corporis, bonis esse instar somni, de quo: *Cùm dederit dilectis suis somnum*; pretiosaq; est, secundum illud; *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius*, & à iustis exoptata atq; cōcupita, quorum personā induens Paulus, ait; *Desideriū habens dissolui, & esse cum Christo: multò magis melius, &c.* Rectè ergo dixit Dominus; *Si quis sermonem meum seruabit, mortem non videbit in æternum.* Quod ait, *non pereat*, intellige sobriè, & prudēter, nempè quatenus spectat ad Christum, & Patrem æternum, & ipsius charitaté infusam: secus est ex parte ipsius fidem recipientis, qui se potest à Christo seiungere, seque per peccatum occidere, atq; præcipitem dare: quemadmodū medicus asserit de infirmo iam reualescēte, & extra periculum posito, Hic non peribit, si scilicet denuò lethale vulnus non infligat sibi, vel volens caussas morbi augeat.

1. Cor. 16.

Credens in Christum filiū Dei, duo beneficia consequitur.

Psalm. 126.

Psal. 115.

Philip. 1.

Ioan. 5.

In Christum credētes quatenus non pereant.

Alterum erat; *Sed habeat vitam æternam.* Satis equidem fuerat, seruum ingratum liberari in gratiam filij, tametsi non videret faciem Dei, vt Dauid fecit cum Absalone: sed in misericordia exundare voluit Deus. Et poterat hunc finē æternæ vitæ dare sine Christo; sed non fuisset nobis tā sapidus & gratus, atq; nūc est per Christum effectus. Voluit prætereà plura dare, quam homo posset vel expetere vel cogitatione cōcipere; vt ostenderet thesauros diuinitatis suæ: *Ego*, inquit, *veni, vt vitam habeant, & abundantiùs habeant.* Expendit Theophylactus dici vitā æternā, ad differentiā legis, in qua vitæ tēporalis erat promissio: *Honora*, inquit, *patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi:* & rursus; *Dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostēdi eis, quæ faciens homo, viuet in eis.* Notat Chrysostomus, quòd qui morte sua perpetuam vitā alijs elargitur, ipse perpetuò in morte non erit. Habet autem credens vitam æternam in spe, & in semine, & in merito, & arrha Spiritus sancti, nōdum tamē actu: quēadmodū filius dicitur habere hęreditatē, quia ius habet ad illā, & alius dicitur habere certam summā pecuniæ, cuius idoneos habet vades, & sponsores, vel cuius pignus æquiualens aut superans habet.

Quantum & hoc Dei beneficium, de quo dicitur: Sed habeat vitam æternam.

2. Reg. 14.

Ioan 10.

Theophyl.

Nouæ legis supra veterem excellentia.

Exod. 20.

Ezech. 20.

Chrysost. ho. 20. in Ioan.

Credens in Christum, vt habeat v[itam] æternam.

Sed quoniam in libro Disceptationum versamur, non abs re erit disputare contra hunc Patris ad mundum amorem. Videtur enim quòd Pater prædilexerit mūdum ipsi Christo: quòd in primis posset sic ostendi: Quia magis diligi solet id, quod emitur, & emptione fit propriū, quàm pretiū, quod pro illo pendimus, & alienamus. Sed hæc ratio vera est, quādo pretiū ab emēte omninò alienatur: sed Pater nō tradidit Filiū, vt eum, qui à se seiungi nequit, & eiusdem prorsus naturę est, alienaret. Semper enim Filius vnigenitus est in sinu Patris: *Non creditis*, inquit, *quia ego in Patre, & Pater in me est?* & alibi, *Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à me ipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor. Et qui misit me, mecum est, &c.* Vbi etiam cum traditus est Cruci, à Patre non esse separatum se indicat. Pater ergo tradidit Filium suum mortalem in pretium ad tempus, non tamen sine spe habendi ipsum gloriosum.

Quam ordinata fuerit charitas Dei, mundo minus dilecto Filium suum vnicum dantis.

Ioan 14.

Infra. 8.

Deinde obijci posset, stultum esse mercatorē, qui pro re minoris valoris, rem maioris pretij cōmutat, quod est Filium dare pro mundo, & idem esset, ac annulo aureo piscari. Respondeo, verū esse in mercatore, qui pretio eget, & potius emēdo in animo habet ditare sese, quàm alienam inopiam tollere. Non sic Deus emit quicquam, qui bonorum nostrorum non eget, sed vt nos teneret, ditetque, summamque suam liberalitatem erga nos ostendat: vt igitur hunc suum amorem apud nos illustrem redderet, multò nos maiori pretio voluit redimere, quam valeremus.

Qualis Dei pretiosissimum Filium suum pretiosissimum planeque incompara[bilem] pro vilissimo mundo [dantis].

Psal. 10.

Prætereà obijci posset regula illa topica: *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis:* sed Filius Dei incarnatus est ob genus humanum ex obediētia Patris saluādum: ergo mundum plus dilexit, quam Christum. Respondeo; Nos non sumus finis Christi, sed ille est finis noster, de quo ait Apostolus, quod ipse est, per quē omnia & propter quem omnia: & vt membra sunt propter

Christus Dei Filius cum sit finis noster; cur ergo est propter nos, & salutem nostram incarnatus?

Heb. 2.

caput, & natura minus nobilia referuntur ad nobiliora, ita nos propter Christum Deum, & Dominum nostrum sumus: sed vt non repugnat, dominum pro seruo suo pugnantem (quod est pro seipso pugnare) vulnus suscipere: ita non repugnat Dei Filium, propter quem nos sumus, pro nobis seruis suis de manu hostis & deprædatoris nostri liberandis occumbere.

1 Cor. 12. & seq.

Sed hactenus de his dulcissimis verbis Christi philosophati sumus: vela contrahamus, & nauem in portum subducamus, dicamusq; cũ Propheta, *Quid retribuã Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Si sic Deus te dilexit, dilige, amoremq; tuũ illi impende. Nullus tua dilectione dignior: nullus ita illum abs te promeritus est, atque ille: nemo pluris facit, neq; maiori præmio remunerare valet. Etsi non vis diligere, saltẽ non pigeat rediligere. Si ille dilexit mundum pauperẽ & inopem, disce tu nõ tam diuitibus, quàm egentibus ex amore benefacere. Deinde si Deus sic dilexit, vt Primogenitum, vel vnigenitũ daret: disce & tu dare primogenitum tuum Deo, hoc est, rectam intentionem, quã sola charitas præstat. Si ille dilexit dando Filiũ ad mortem, & ad omnia commoda tua: ita intellige vt te Deo dedas ad mortem spiritualem peccatorum, & passionum atq; cupiditatũ. Condi teipsum ad oẽs Dei voluntates, vt eius palato sapias: ideo enim dedit Filiũ suũ tibi, vt tu illi reddas tuum. Nã vt obsessa ciuitate Samarię (vt est in Regum libris) & vrgenti famis necessitate, quædam mulier dixit; *Da filium tuum, vt comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras: quod cũ fecissent, altera sequenti die abscondit filium suũ:* ita Filium suũ tradidit Pater, nõ solùm ad mortem in Cruce, sed etiã ad edendũ in Eucharistia, quo fami nostræ vrgentissimæ succurreret: nos verò instar mulieris filium abscondẽtis, filium nostrũ primogenitum, id est, cor nostrum, quod sibi dari postulat, cùm ait, *Præbe fili mi, cor tuum mihi,* infideliter celamus. Nam si, vt Chrysost. ait, vel innumeræ animæ nobis inessent, omnes pro eo ponere oporteret; & nec sic parem gratiã retulissemus. Cumque omnibus creaturis cor nostrũ, non sine periculo & pernicie tribuamus: soli Christo, cui omnibus iuribus debetur, & qui dando non moritur, sed viuit, denegamus. Nam Abrahã cùm voluisset filium suum quẽ diligebat Isaac, Deo immolare, & offerre in sacrificium, non certè ipsum Isaac filiũ, sed arietem hærentem cornibus inter vepres litauit: ita intelligamus quòd nos ipsos in victimam Deo offerimus, si delectatione sensus & gaudio, atq; risu mũdi in ariete designato priuamur, manemusq; cũ Isaac, id est, cum spirituali gaudio, & risu: quemadmodum Christus vita corporis, nõ autem illa spiritus, aut spiritualibus delitijs & cõsolationibus per mortem Crucis spoliatus fuit, quan quã & ad illa cumulatissima gaudia post tertium diem à mortuis resurgens redierit, & cum Propheta dixerit; *Notas fecisti mihi vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsq; in finem.* Quo exemplo excitati, siue mori in Domino, siue pro Domino contigerit, nostrũ Saluatorem expectemus Dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suę: ipsi cum Patre & Spiritu sancto reddatur omnis nostra dilectio, honor gloria. & imperium in secula seculorum. Amen.

Psal. 115. Ad amorem diuinum exhortatio.

Primogenitũ, vel vnigenitũ nostrum quẽ Deo dare debemus, & quomodo.

4. Reg. 6.

Prou. 23.

D. Chrysost. ho. 26 in Ioan. sub fin. tom 3.

Gen. 22. Abraham pro Isaac arietem hærentem cornibus sacrificans, quid denotet.

Psal. 15.

Philip. 3.

TRACTATVS VIII.

De eadem Domini cum Nicodemo disceptatione, in illa verba: *Non enim misit Deus filium suum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, nõ iudicatur: qui autem non credit iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei. Hoc est autem iudiciũ quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem: erant enim eorum mala opera,* & reliq. Ioan. 3.

CVm Magnifica & sublimia essent quæ Dominus pollicebatur omnibus in se credentibus, Filiumque Dei vnigenitum se appellasset; ostendit à magnitudine & qualitate rerũ se talẽ esse; propterea cũ coniunctione causam reddente ait: *Non enim misit Deus filium suũ in mundum, vt iudicet mundum:* & quia Iudæi abscindendi erant, & perdendi, ostendit quòd non suo vitio, sed ipsorũ culpa id euenturum esset. Et docet Euthymius, aliam Dei ostendit humanitatem, ac ineffabilem quã erga nos gerit curam. *Neq; enim,* inquit, *solum dedit Filium suum vnigenitum, sed & iudicium reiecit, ac in secundum eius distulit aduentum. Duo siquidem Christi sunt aduentus: qui iam factus est, & qui futurus est. Non sunt autem hi duo ad eosdem fines. Est enim primus non vt inquirat, sed vt remittat quæ ab hominibus perpetrata sunt: secundus verò non vt remittat, sed vt inquirat. Hic ergo de primo loquitur.* Sic Euthymius. Porrò verbum iudicandi, multa in Scripturis significat. Interdum enim regnare, siue gubernare significat, vt ibi; *Deus iudicium tuum Regi da: & iustitiam tuam*

Scopus Christi.

Euthym.

Duplex Christi aduentus fine diuersus.

Verbum iudicandi in Scripturis varia significat. Psalm. 71.

filio Regis, iudicare populum tuum in iustitia; & pauperes tuos in iudicio, &c. quod perinde est, ac dicere, Deus Regi tuo Messiæ tribue imperium, & regnum, quo ille gubernare valeat subditos suos. In hunc sensum dicitur, Samson, vel Samuel iudicauit populum, id est, rexit, siue gubernauit. Atque in hūc sensum si hoc loco verbū iudicandi sumeretur, ageret Dominus contra carnalē Iudęorū opinionē, qui putabāt adueniente Messia regnū eius temporale & carnale futurū, nec ab alijs dissimile principibus. Contraque hanc sententiam dixit Dominus: *Non enim misit Deus filium suum, vt iudicet mundum.* hoc est, vt terrena curet, & in temporalibus regnet, sed vt saluet mundū, id est, ea peragit mysteria, quibus homines æternā salutē queant adipisci prædicando, signa edendo, peccata remittendo, Sacramenta instituendo, tanquàm victimam in Cruce se offerēdo, & à morte resurgendo, in cælosq; conscendendo: hæc enim sunt, ad quę præstanda propriè missus est Fili⁹ Dei in primo suo aduentu. Propterea caosas temporales ad se relatas reijciebat: *Quis me constituit iudicē, aut diuisorem super vos?* Et Pilato obiecit, *Regnum meum non est de hoc mundo.*

Iudic. 16. *1. Reg. 2.*

Iudæorum de aduentu Christi iudicio opinio.

Primi Christi aduentus officia.

Luc. 12.

Ioan. 18.

Deinde hoc verbum interdum significat damnare, siue sententiā damnationis inferre: in quo sensu inquit Apostolus, *Fornicatores & adulteros iudicabit Deus*, hoc est puniet: & alio loco: *Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.* Quorum verborū hic est legitimus sensus. Si nosipsi Dei iudicium præuenientes, malefacta nostra pœnitentia, & condignis satisfactionibus puniremus, Dei vltionem nostra peccata vindicantis, euaderemus: quoniā verò salutis nostræ negligētes sumus, Domin⁹ iudicat nos, flagella immittens, sed non existimemus illa hostili & inimico animo à Deo nobis immitti, sed ob hanc tantùm causam, ne cum Infidelibus pereamus, & in æternum damnemur. Vnde ibidem Apostolus dixit, *Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit*, hoc est, condemnationem. Ita apud Ioannē Dn̄s ait, *Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionē vitæ: qui verò mala egerint, in resurrectionē iudicij*: vbi ex oppositione ad vitam æternā, iudicium vocat condemnationem æternam. Atq; hæc significatio magis congruere videtur huic loco: quia saluti opponit iudicium, sicut etiā facit apud Ioānem, vt diximus. Et ita, vt Cyrillus annotat, differentiam inter suam, & Moysi doctrinā indicat: quasi diceret; Moyses lege sua peccatum ostēdit, & Dei iram, ac ob id omnes

II significatus verbi iudicandi.

Heb. 13.

1. Cor. 9.

Quid illud Apostoli: Si nosmetipsos diiudicaremus non vtique iudicaremur.

Ioan. 5.

Quo sensu dicitur, Non misisse Deum Filium suum in mundum, vt iudicet mundum.

Cyril. lib. 2. in Ioan. c. 32.

homines damnationis reos exhibuit: Mea autem doctrina lōgè alia est: Non enim veni vt peccata ostendam, & pro cōmissis sceleribus condemnem homines, quod satis est à Moyse præstitum; sed vt lege territos, Euangelio recrearem, & subleuarem; comminantemq; legem in iustificantem gratiam permutarem. Et vt decebat per seruū Moysen legem tradi cōdemnantem; ita me, qui filius Dei sum, decet à maledictione legis Iudæos liberare, ęgritudinemq; mundi curare misericordia. Qua ratione suum primum aduentum à secundo discreuit. Nam Nicodemus audito aduentu Filij Dei, poterat formidare, vt olim Adam ad vocem Domini expauit, & se abscondit, & ad vocem Dei legem ferentis populus ille pertimescebat, & tremebat: propterea Christus hoc verbo illum, & in eo nos omnes consolari voluit; vt intelligamus, eius priorem aduentum non esse ad iudicandum, & terrendum, sed ad saluandum, & ad [illegible] se iudicio, vt pro nobis iudicatus, [illegible] ma; vnde dixit; *Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus.* Et, *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.*

Rom. 7.

[illegible] legis & nouæ doctrinæ.

Gen. 3.

Exod. 20.

Matth. 9. *Matth. [illegible]* *Ioan. 9*

Quod autem alio loco dixit; *In iudicium ego in hunc mundum veni, &c.* huic sententiæ nō repugnat; sed alio modo ab his, quos diximus. Nunc enim iudicium quoddā exercet Dominus, dū vel suos defendit, vel impios punit, vel bonos à malis signo aliquo, factone discernit, vel deniq; ingratis offert bona sua: tale ibi accepit iudiciū pro cæco nato contra Pharisæos. Nec obstat quod alibi dixit: *Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eijcietur foras:* quia sicut Dominus hoc primo aduentu venit ad condēnanda peccata, iuxta illud Apostoli, *De peccato damnauit peccatum in carne*: ita & ad damnadū diabolum, & omnes quæ illi hærere contenderent, sicut dicitur Ioan 16. *Princeps huius mundi iam iudicatus est.* Rectè ergo ait. *Sed vt saluetur mundus per ipsum.* Non est enim Dei voluntas perdere, sed saluare: non enim ideo aduersa & crucem immittit, vel verbo suo peccata nostra arguit, neque pœnam minatur, vel gehennā, vt perdat, sed vt ad pęnitentiā prouocet, & seruet: vt verū sit, quòd vita in voluntate eius est, etiamsi iram & indignationem præ se ferat. Quòd verò tam pauci saluentur, non est medico adscribendum, sed ægroto, qui vel medicinam respuit, non accedens ad Sacramenta, & bona opera; vel ea abutitur, vt hæretici peruersos sensus verbo Dei affingentes faciunt, vel Sacramenta mutilātes, vel deniq; in medicum insanientes: vnde ipse dixit. *Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non*

Ioan. [illegible] ego [illegible] mundum [illegible]

Ibidem.

Infra 12.

Cur pauci saluentur.

Mores Hæreticorum.

Ioan. 15.

haberent,

haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo,

Qua ratione Christus hominibus salutem impertiat.

Qui credit in eum, non iudicatur. Cùm dixerit se ad saluandum mundum venisse, nũc indicat, quomodo hominibus salutẽ communicet. Et cum occultè indicasset futurũ iudicium, modum, quo vtrumq; effugere possimus ostẽdit, nẽpè fide in Filium Dei. Quam præcedit detestatio peccati, & pænitentia: nec enim mittitur vinum nouum in vtres veteres; neq; margaritæ proijciuntur in porcos & indignos: Fidem verò consequuntur tùm Sacramẽta, tùm charitas, fructus & officia operum bonorum. Quãobrem nihil hæc sentẽtia pertinet ad eos, qui de fide gloriãtes, aut pænitentiã spernunt, aut Sacramẽta negligunt, aut mãdata Dei contemnunt. Tribuit autem fidei salutem, quòd radix sit, & principium omnium bonorum operum; & ne graue aliquod onus Christum exigere existimarẽt, & vt Nicodemum à fiducia operũ legis auocaret: nõ autem quasi tota lex Christi in vno fidei actu contineatur, vt hæreticus somniat: nam hic, vt diximus, de fide per dilectionem operãte, pro loco, & tempore, est sermo: neque sunt ab se inuicem segreganda, scilicet fides & opera, neutrum enim illorũ segregatum Deo placere potest.

Matth. 9.

Matth. 7.

Cur fidei, salus à Domino hic tribuatur cum ait: Qui credit in eum non iudicatur & quomodo.

Galat. 5.

Qui autẽ non credit, jam iudicatus est. Quẽadmodum superiori clausula fidei salutem adscribit, ita in hac, incredulitati dãnationem attribuit. Dicitur autem non credere, non qui cùm fidem non audierit, non credit, & negatiuè est incredulus, vt Theologi loquuntur, sed qui propositam fidem respuit, neq; vult credere, atq; hic iure iudicatus est, siue damnatus: quia incredulitas Deum ignominia afficit, facit enim eum mendacem, deinde radix est, & origo omnium peccatorũ. Et vt salutem quandoque tribuit fidei, quandoq; bonis operibus ex fide profectis, ita damnatio quandoq; soli incredulitati, vt hoc loco adscribitur, ne qs existimet sola mala opera externa nocere, interdum malis operib. vt cùm paulò pòst ait: *Et procedent qui bona fecerũt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerint, in resurrectionẽ iudicij.* Et Apostolus, *Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum Iudæi primum & Græci.*

Qui censeatur non credere: ab idque merito iudicetur.

Infidelitatis atque perfidiæ damna.

Ioan. 5.

Rom. 2.

Dicitur autẽ iam iudicatus, scilicet lege naturæ & conscientiæ dictantis, hominem suam salutẽ nõ debere spernere, quod est non suscipere fide nomen Iesu. Et talis per legem fidei nõ iudicatur, quasi eam violauerit, ita vt cum eo disceptandum sit in iudicio, iuxta illud Dauidis, *Ideo non resurgunt impij in iudicio neq; peccatores in consilio iustorum:* non enim resurgit cum iustis iudicandus, qui iam iudicatus est: quemadmodũ hostis nõ iudicatur vt hostis per legem ciuilẽ, sed quòd eã naturæ violauerit: vt Gregorius in Moral. docet. Hinc Apostolus ait, *Quicunq; sine lege peccauerunt, sine lege peribũt: & quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.* Quemadmodum ægrotus suscipiens medicinã à medico indictam, iudicatur quidem ex euentu, respuẽs verò illam, à principio iudicatur: Ad hũc modũ se habet conditio fidelis, & infidelis: siquidẽ infidelis à principio renitens fidei & Sacramento, ab initio iam iudicatus est, tãquàm qui respuit medicinam, qui verò amplectitur, iudicandus venit ex his, quæ aut benè, aut malè operatus fuerit. Vnde sententias iudicis apud Matthæũ, ad solos fideles spectare, suo loco docuimus. Etsi igitur qui non credit, nondum igni gehennæ sit traditus, habet tamẽ futuri supplicij in se causas: eo modo quo homicida etiamsi nondũ luerit pœnas vitæ alteri præreptæ, habet tamen in se causam cur condemnetur.

In Christum non credens, vt sit iam iudicatus.

Psal. 1.

Hostes per quam legem iudicentur.

Greg. lib. 23. Moral. c. 6. tom. 1.

Rom. 2.

Qualis infidelis iam iudicati, qualis verò fidelis sit iudicandi conditio.

Matth. 25. lib. 7. Parabolarum.

Quidã ex hoc loco prauè intellecto comminiscuntur, nullum futurum iudicium. Nam fideles, inquiũt, non iudicantur, Infideles autẽ iam iudicati sunt: ad quid ergo iudicium? Respondeo, eiusmodi homines malè ratiocinari: Iudicium enim hic sumitur pro condemnatione, quã fideles nõ cõsequentur: Infideles autẽ suo iam iudicio dãnati sunt: quemadmodum Apostolus de hæretico, ait: *Hæreticum hominem post vnã & secũdã correptionem deuita: sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cùm sit proprio iudicio condemnatus*, siue vt Græcè vno verbo dicitur αὐτοκατάκριτος id est, à seipso cõdemnatus. Inter fideles verò magnũ erit discrimen in iudicio. Nam ex eis quidam; qui fidei, opera misericordiæ nõ adiunxerunt, meritò damnãtur: alij verò cum fide officia charitatis exercẽtes, seruãtur: quin imò ipsi Infideles, atq; adeò dæmones iam igni adiudicati, venire dicuntur in iudicio, quatenùs eorum iusta damnatio omnibus conspicua reddetur & manifesta.

Hunc locum hi, qui nullum iudicium futurum arbitrantur nihil patrocinari.

Tit. 3.

Fideles vario modo iudicabuntur.

Infideles, atque dæmones quomodo sint venturi in iudicium.

Hoc est autem iudiciũ: quia lux venit in mũdum, & dilexerunt homines magis tenebras, quã lucẽ. Declarat Dñs incredulos nõ defectu Dei, qui vult omnes homines saluos fieri, salutem amittere, sed suo vitio, & peccato, & propterea ait, *Hoc est iudicium*, id est, legitima, iustaq; condemnationis causa, quòd cùm lux venerit in mũdum, nempè illa insignis & magna, hoc est Christ⁹, de qua initio dixerat Euãgelista *Erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominem venientẽ in hunc mũdum*, & quæ propriè dicitur venisse per assum-

Infideles homines vnde peccant.

1. Tim. 2.

Lux in mundum veniens qualis Christus.

Ioan. 1.

pram carnem, omnibus accommodata, & oculorum imbecillitati cōformata, miraculis coruscans, & diuinæ suæ lucis radios emittens, cordaq; hominū ac fidē sibi præstandam solicitans: dilexerunt tamen homines magis tenebras quàm lucē. Ideo nemo potest prætexere ignorantiam, nisi fortè crassam & affectatā, nec obtendere seueritatem iudicis: quia nō vt iudex, sed vt lux mirificè delectans, & vt potentissimus Saluator venit: hoc ies tamē, quod incredibile & mirum esse videtur, si nō res ipsa plus satis testaretur, homines, inquā, quos oportebat eam diligere, non solum eam non auersatī sunt, sed etiā dilìgerūt tenebras, quæ sui natura horribiles sunt, nec dilexerunt tātum, sed etiā defenderunt, ac lucem oderunt. Vocat autē hoc loco tenebras, nō tantùm cæcitatem, errorem, mēdacium, & ignorātiam, sed etiā peccata omnia, quæ opera tenebrarum vocat Apostolus: nō tātùm quia ea horrentīa ratio, sed etiā quia Principis tenebrarum impulsu fiūt, & ad æternas, æternasq; tenebras nos condemnant. Possunt etiam per tenebras intelligi huius mundi sensibilis bona, vt sunt opes, fastus, potentia, nobilitas, deliciæ, & sapientia, & similia: nam hæc cum diuina luce cōparata, & ad nos missa, meræ sunt, & plusquàm cymmeriæ tenebræ: ad hæc etsi in se lucis aliquid habere videātur, & in magno pretio habeātur: cùm tamen nimio immoderatoq; affectu diliguntur, & magno studio inquiruntur, nobis tenebræ fiunt, tenebrososque nos efficiunt, & ad Christi fidem & agnitionem amplectendā impedimento sunt. Nam cùm Christus venerit vt nobis suas veras diuitias cōmunicaret, veramq; gloriā, potentiam iustitiam, & sapientiam; erant proculdubiò nobis deserenda omnia nostra, cōtemnēdaq; at quia homines illis nuncium mittere noluerunt, aut postquàm miserunt, redeuntes ad vomitū, canem illū Aesopicum imitati sunt, qui pro ampla carniū in aqua apparentiū vmbra, veras ac solidas, quas in ore habebat, amisit. Ita isti dum temporalia consectantur, æterna perdiderunt, & cum profano Esau pro vna ruffæ lentis esca vendiderunt primogenita sua.

Videtur igitur Domin⁹ hac sententia declarare, neminem ad perfectam cōdemnationem etiā propter peccatum Adæ adiudicari, sed tantùm quòd apertā lucem Christi oblatā sponte recusauerit, seipsosq; ad amplectendam lucem non disposuerint: nisi enim quis seipsum, suaq; omnia paruipenderit, damnauerit q; tāquam imperfecta & sordida, ad iustificationis lucem nō peruenit: quemadmodum nec ægrotus vstionem & sectionem non ferens, sed se pertinaciter incolumem esse affirmans, ad sanitatem peruenire non potest.

Erant enim eorū opera mala. Præterito imperfecto vtitur, Erant, ad significandā perseuerantiam eorū in malis operibus. Ostenditq; quales sint illi homines qui lucem respuunt, & quos superius cū articulo Græco nominauit, vt insignes quosdam in malitia & peccatis viros intelligas: nā vulgus & populares nō ita se Christo, aut fidei ei⁹ opponebant. Erāt ergo illi insigniter mali, qui luci resistebant, & veritatem agnitam impugnabant, & quorum opera manifestè mala erant, vt ex putredine operum colligas malitiam arboris. Non enim potest arbor bona malos fructus facete: neq; arbor mala bonos fructus proferre. Proinde mali erat, atq; idcirco Christus, & cœlestia illis non sapiebant, sed more febricitātium, quibus dulce amarum videtur, & amarum dulce, quæ Christi sunt, improbabāt, & impugnabāt: quæ sua sunt, hoc est, quæ veteris hoīs sunt, probabant, & improbabāt. Offensi.n. humanitate, & humilitate Christi suo vitio sunt: & quicquid docebat, etiāsi signis cōfirmaret, in calumniā rapiebant, & tanquam atrocia crimina insectabātur: & quod actum est in Christo, idem posteri eorum fecerunt cum Apostolis, & cū vniuersis fidelib⁹ & ci ministris idem indies fieri contigit, & in finem vsq; sæculi continget. Ex quibus elicimus, omnes, qui bono affectu, bonaque mente prædīti erant, ad Christum accurrisse, fidemq; eius complexos fuisse: vt rectè docet Irenæus. Tantus enim erat Dei tractus, & pulsatio Angelorum ad hominum corda, tanta signorum coruscatio, tantùm, tamq; euidens diuinæ sapientiæ lumen, vt omnes nō malè affecti promptè in Christum crediderint: nō obstante malitia aut pertinacia Iudæorum reluctantium. Quodque tunc accidit, omnibus seculis euenit: quia boni omnes salui fiunt, & non nisi diligentes tenebras magis quàm lucem pereunt.

Omnis enim qui malè agit, odit lucem. Latins exponit quod dixerat, ostendens seguitiæ oscitantia hoīes impediri à bonorum consecutione: & similitudinē addncit pulchrā, ad piorum & impiorum conditiones describendas. Producit igitur vniuersalē rationē, *Omnis*, inquit, *qui male agit, odit lucē, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.* Hæc aūt vera est enuntiatio, si secundùm suā formā intelligatur, hoc est, quatenus malè agit, nā tales omnes vellēt latere, & affectu interno oderunt lucem, & non

veniunt

Marginalia (left): Christo luci tantæ increduli, quā sint inexcusabiles. — Quis tenebras dilexerunt homines magis quàm lucē, & quare. *Rom. 3.* — Alter sensus — Christi finis aduentus. — Canem Aesopicum qui imitentur. — *Gen. 25.* — Ad iustificationis lucem quis perueniet nunquam.

Marginalia (right): Qualis ... Christo ... — *Matth. 7.* — Cur illis ... non ... — Scribarum, Pharisæorum insignis ... — Christo qui ... Iudæ ... — *Irenæ lib. 4. cap. 34.* — Quem sensū habet hæc sententia Omnis qui malè agit, odit lucem.

veniunt exteriori opere ad lucem, siue ad manifestum, ne videlicet reprehensibilia appareant opera eorum: hinc deprehensi in facinore aliquo mox erubescunt, aut sese in secretum abdunt locum. Quod verò sint nonnulli, qui mala agendo appetunt lucẽ, voluntq; in manifesto mala agere; hoc fit nõ quidem quatenus mala agunt, sed quatenus vindictam exercent, aut quatenus potentiam, gloriam, aut excellentiam suã delinquendo produnt, sic enim vel peccãtes spectari volunt.

Hæc lectio: Omnis qui male agit cui præstet alteri quam habet. Omnis qui mala agit.

Et quamuis Græcè dicatur, mala & illi respondeat mẽbrum contrarium: *Qui autẽ facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius*, tamen præstantior videtur lectio Latina, quæ habet *male*. Constat enim apud Philosophũ, peius esse malè operari, quàm malum. Nam illud significat studiosè, & cũ contemptu, & perseueranter malè agere: & hi propriè oderunt lucem. Nã & pij malum interdum faciunt, hoc est, peccant, nõ tamen ex habitu malitiæ malefaciunt, nec etiam oderunt lucem, nec fugiũt, imò currunt ad lucem, vt videant suos defectus, & gratũ animum suũ erga suos reprehensores testantur, vt fecit Dauid cum Nathan Propheta. Verum est ergo in vniuersum, quod omnis malè agens, odit lucem. Nam oculus adulteri obseruat caliginem, teste Iob; & Apostolus: *Qui dormiunt*, inquit, *noctu dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt.*

Philos. lib. Ethicor.

1. Reg. 12.

Iob. 24.
1. Thess. 5.

Cyrillus verò huius loci alium adducit intellectum. Scribit enim: *Recusat enim*, inquit, *Omnis qui male agit, lucis illuminationem: non quia malorum eum pudeat, pigeatq; (saluaretur enim, si id esset) sed quia ignorare meliora mauult, ne conscientiæ stimulis quotidie peccans exagitetur: & quoniam putat maiora sese supplicia subiturum, si quam exquisitiorem bonorum cognitionem teneat, voluntatem Dei agere noluit.* Hæc ille: cuius sensus etsi verus sit, non ita tamen videtur id comprobare, cuius rei gratia allatus est. Qui enim odit lucem, ne diuino lumine perfusus, grauiora peccata committat, non quadrat cum his quæ subiungit: vt non reprehendantur opera eius: magis autem ei conueniunt, qui peccãdo delitescere cupiunt: non quod eos peccatorum pudeat propter Deum, aut verum de illis pudorem concipiant, sed ad homines tantum respiciunt: quia cum illa sint damnaturi, & malam existimationem de illis habituri, nolũt propter seipsos prodi.

Cyril. lib. 2. in Ioan. c. 55. 10. in prima. Alter sensus loci huius. omnis qui male agit, odit lucẽ, minus tamen congruus, ac prior.

Duplex autem est genus hominum, quibus inuisum est lucis beneficium: alterũ est eorum, qui lippi sunt oculis, quemadmodũ noctuæ lucem auersantes, noctu volitant, & peruagantur; alterum verò est eorũ, qui aliquod flagitium admittunt, vt proditionis, homicidij, adulterij, & similiũ, ad quæ perpetranda nox ipsa fauet, & tenebræ seruiunt. Ad hunc modũ lux Euangelica, quibusdam est inuisa ob insitam cæcitatẽ, quã cum peccato originali trahũt, propter quã tanquam debiles oculi ac lippi, lucem spiritualium & æternorum bonorum non sustinent: ex quo illam negligunt. Alij verò sunt, qui veritatis lucem suis flagitijs obsistentem declinant, & quasi molestam, & à delicijs suis reuocantem respuunt: & tales sunt omnes, qui peccatis personalibus addicti, magnas sibi tenebras peperetũt, & magnum lucis, hoc est, Christi, siue fidei eius, quæ nullum peccatum admittit, odium cõceperunt: quale quidem erat Iudæorũ multorum, & Pharisæorum odium, tale & Hæreticorum omnium, & apostatarum à fide, imò & Saracenorũ odium: qui tantam puritatem Euangelij sibi congruere non posse existimantes, à veritate fidei sunt extorres.

Duplex hominum genus lucem odio prosequentium.

Lux Euangelica quibus inuisa, & quamobrem.

Quale Pharisæorum, Hæreticorum, apostatarum, Saracenorumq; odium.

Qui autem facit veritatem, venit ad lucem. Locus hic est frequens in Christi, & Apostolorum doctrina: qui est dissimilibus dissimilia conuenire. Hinc Paulus ait ad Corinthios; *Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est.* Et probat hoc, subiungens: *Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia; & ipse à nemine iudicatur.* Et rursus volens docere bonos non secundum carnem ambulare, sed secũdum spiritum, ait; *Qui enim secundum carnem sunt; quæ carnis sunt, sapiunt: qui verò secundum spiritum sunt; quæ sunt spiritus, sentiunt.* Ita hic, cùm malè operantes dixisset odisse lucem, & ad eam non venire, vt non arguãtur eorum opera, subiungit, benè operantes amare lucem, & ad illam venire, vt manifestentur opera ipsorum. ¶ Dicitur porrò veritatẽ facere more Hebræorũ (apud quos frequẽs est hæc locutionis forma: vnde Ezech 18. de viro iusto dicitur: *Et iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem, hic iustus est*: & Apost. *Veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo*: & Dilectus: *Mentimur, & veritatem non facimus*) qui mandati, seu legis Dei opus, ei se per omnia configurando, perficit: quemadmodum veritas dicti est, cum conceptus, vel verbum internum conforme est rei, quę vt est, concipitur, & profertur. Eademque prorsus esse videtur hæc sententia: *Qui facit veritatem, venit ad lucem*; atque illa, quam coram Pilato dixit: *Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.* & illa in veritate ambulante, de qua Ezechias 4. Regum 20. *Memento quæso, quod ambulauerim coram te in veritate;* & Di-

Hoc dictum Domini: Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, quibus Pauli dictis consentiat.

1. Cor. 2.

Rom. 8.

Quinam dicatur facere veritatem, more Scripturæ.

Ephes. 4.

1. Ioan. 1.

Esa. 38.

& Dilectus: *Maiorem horum non habeo gratiã, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare.* Et cùm dicendum esset: Qui autem facit bona opera, è cõtrario eorum, quę dixerat, *qui malè agit, odit lucem*, dixit, *Qui facit veritatem*, hoc est, opera conformia veritati: tum illi, quæ à natura inserta est mẽtibus humanis, tùm euangelizatæ: nam hi tales tandem, ad lucem Euangelicam amplectẽdam perueniunt, & ad illam etiam cognoscendam & ad alijs de ea rationem reddendã, secundùm illud: *Si quis voluerit voluntatem eius* (id est Patris) *facere, cognoscet de doctrina, vtrùm ex Deo sit, an ego à me ipso loquar.*

Opera bona veritati triplici legis respõdere debent.

Ioan. 7.

Vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Facientes veritatẽ, prodeunt in publicum, quo eorum opera ad Dei gloriam manifestentur, sicut Dominus dicebat: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.* Nam publicè profitentur se Christianos, & Christum non erubescunt, sed confitentur illum coram hominibus, vt manifestentur eorum opera: non autem vt manifestentur ipsi, quia ita quærerent propriam gloriam, contra verbum Domini: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis:* nam tales iam recepissent mercedem suam. Et subdit: *Quia in Deo sunt facta.* Vbi ostendit, omne bonum opus nostrũ ex Deo proficisci: nã ita Propheta dixerat: *Domine dabis pacẽ nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis.* Quod de omnibus bonis operibus tantùm intelligendum est. Nec enim ipse mala in nobis operatur, cum scriptũ sit; *Perditio tua Israel.* Fiunt autẽ eiusmodi bona opera tum à nobis, tum à Deo: à nobis quidem, vt causis posterioribus; à Deo verò, vt ex causa prima: quæ si in effectis naturalibus plus efficit, quàm causæ secundariæ, multò magis id locum habebit in effectis, quæ supra naturæ facultatem fiunt. Christus etiam vitis est, cui insiti tanquam palmites, succum & virtutem ab eo trahimus, vt bona nostra sint opera, Deiq; oculis grata, & quibus ille æternam remunerationem præparauit, quemadmodum & ipsa bona opera, quæ, vt testatur Apostolus, præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Tectéque Dominus his verbis Nicodemũ percutit: qui volebat venire ad lucem: non tamen nisi nocte, vt occultus maneret: atq; ita Dominus aptè declarauit, se omnium salutem sitire, & neminem ab ea excludi; prę-terillum, quia sua sponte se à tantis bonis cernendis excæcauerit, & seipsum ab illorũ possessione distraxerit.

Facientium veritatem opera vti manifestẽtur, quod in Deo sint facta.

Matth. 5.

Infra 10.

Matth. 6.

Quid est, opera in Deo esse facta, manifestare.

Esa. 26.

Ose. 13.

Opera bona à Deo & à nobis quatenus sint.

Ioan. 15.

Ephes. 2.

Nicodemi tenebræ.

Christi sitis animarum.

Sequitur in textu: *Postbac venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram: & illic morabatur cum eis, & baptizabat. Erat autem & Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim: quia aqua multa erant illic, & veniebant, & baptizabantur. Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem.* Quamuis hæc ad historiã spectarent, quia tamen pauca erant, & nihil magni cõtinent, non putaui operępretium è loco suo diuellere, & in libro historiæ vitæ Christi reponere: breuibus hic igitur illa absoluemus. Et in primis quod ait: *Post hæc venit Iesus in Iudæã terram*: quidam interpretantur Ierusalem venisse in Iudæam, nam colloquium hoc Dominus Ierosolymis cum Nicodemo habuit: quanquam durum videatur, quòd ex Ierusalem, Iudææ capite & metropoli, venerit in Iudæam. Propterea alij, verisimilius fortasse, existimant, primùm redijsse è Ierusalem in Galilæã, quod supprimitur in textu, & inde venisse in Iudæam ad baptizandum. Sed parum videtur referre, vtro modo exponamus. Deinde dicitur: *Et illic morabatur cũ eis, & baptizabat.* Fuit igitur aliquod temporis interuallum, quod Dominus partim doctrinæ communicandæ, partim baptismo vacabat, quanquam Dominus ipse, vt infra dicitur, per se non baptizabat, sed discipuli eius: internè tamen ipse est qui baptizabat, & baptizat semper dando spiritũ suum ijs, quos Apostoli externè tingebant. Porrò Ioannes manibus suis, & non per alios baptizabat.

Lib. 4.

Vnde veneris Iesus in Iudæã terram, vbi et cum discipulis baptizaret.

Iesus quomodo baptizaret.

Erat autem & Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim. Loca hęc duo nõ longè à Iordane dissita erant, vbi, ob commoditatem aquæ Ioannes baptizabat. Hieronymus de his locis sic scribit: *Aenon, inquit, iuxta Salim vbi baptizabat Ioannes, sicut & in Euangelio s[ecundum] Ioannem scriptum est: & ostenditur nunc vsque locus in octauo lapide Scythopoleos ad meridiem iuxta Salim & Iordanem.* Sic ille. Interpretatur porrò Ænon, oculus, vel fons eorũ, teste eodem Hieron. Nec sine causa refert Euangelista fuisse ibi multas aquas: quia alioqui raræ sunt in Iudæa, illic autem frequentes. Vnde & Salim Syriacum vocabulum scatebram significabat, siue vulpem. Dicitur in Ænon iuxta Salim, ad differentiam alterius Ænon, qui terminus est Damasci, vt dicitur Ezech. 47. Salim vero, vt putat Hieronymus in Epistola ad Enagriũ, fuit ciuitas, cuius mentio fit Gen. 33. cùm dicitur Iacob transiuisse in Salem vrbem Sichimorũ, quę est in terra Chanaam: & Genes. 14. dicitur Melchisedech Rex Salẽ. *Nec refert* (inquit) *an Salem an Salim nominetur, cum vocalibus in medio literis perrarò vtantur Hebræi, & pro voluntate lectorum, atque varietate regionum, eadem verba diuersis sonis, atque accentibus proferant.* Sic ille. Et Ioannes & Christus non in eis-

Quid Ænon iuxta Salim, vbi Ioannes baptizabat, teste Hieron. *Hieron. lib. de locis Hebræ. tom. 3.*

Ænon & Salim quid significent, concordat auctore *Hieron. lib. de nomin. Hebr.*

Hieron. epist. 126. tom. 3.

…istes & …oannes an…dem in loco Salim, & fonte …ptizarent. …yril lib. 2. in Ioan. c. 37.

dem fontibus: Sed Ioannes iuxta Salim in fonte quodam certo atque vicino: vt Cyrillus ait, vt etiam hac funtis determinatione ænigmaticè subaperiret, cùm esset imperfectus, introductorium ad perfectionē fuisse. Nam veluti lex Mosaica futurarum rerum, & spiritalis cultus præparatio quædam fuit, occultam veritatem parturiens: sic baptismus Ioannis ad baptismum Christi collatus, præparationis vim obtinebat.

Baptismi Ioannis & Christi discrimen.

Ita Cyrillus. Ac Ioannes quidem babtizabat, & baptizatos ad Christum mittebat; Christus venientes recipiebat, & vel baptizabat ipse per Apostolos, vel de baptismo suo recipiendo admonebat; vt hinc fortassis orta fuerit controuersia de baptismo, quæ subtexitur. Quemadmodum autem ad modicum tempus concurrit nox cum ipsa die, nempè ab eo tempore, quo Lucifer incipit apparere, & clarescere, vsque ad ortum Solis suo splendore stellas omnes offuscantis: ita ad modicum tempus durauit concursus baptismi cum illo Ioannis Baptistæ, donec paullatim præualente Christi baptismo, ille Ioannis imminueretur, ac deficeret. Tùm, vt apertius ostenderet ipsum esse illum quem Ioannes post se vēturum dixit, & baptizaturum in Spiritu sancto, & cui viam parabat: tùm quia si subitò cessasset baptismus Ioannis, inuidia, aut ira aliqua commotus Ioannes cessasse indicari posset à quoquam. Debuit igitur Christi baptismus concurrere cū illo Ioannis, præsente Ioanne, vt agnosceretur ab illo diuersus, quia baptizati à Ioanne, iterum baptizabantur; & ne putarent Iudæi Christum successorem Ioannis in eius baptismo.

Vtriusque baptismi quàm paruo tempore concurrerint, & quare.

Subditurque, eo tempore nondum Ioannem in carcerem missum. Ex quo habemus solum Ioannem scripsisse Christi res gestas, à tentatore deuicto ad carcerem vsque Ioannis præcursoris, quę alij tres omiserant; sed à carcere ad mortem diligenter omnia persequuntur. Pulchrè autem, vt imperfecto baptismo, successit ille Domini perfectus, & discipulis Ioannis discipuli Christi: ita & ipsi Ioanni Iesus Dominus & Magister, sicut voci succedit verbū, & Lucifero Sol, & testi aurito testis oculatus, Filius Dei, cui cum Patre & Spiritu sancto perpetuus à creatura rationali impendatur honor, & gloria, & imperium, in secula seculorum,

*Amen.

Quas res Christi gestas Ioannes, quas vero … Euangelistæ descripserint. *Matth. 4. 13.*

TRACTATVS IX.

De disceptatione Ioannis Baptistæ cum discipulis suis super baptismo Christi: de qua Ioan. 3 dicitur: *Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione: & venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum, &c.*

ABsoluta Nicodemi (cum Christo scilicet) collocutione, vt Cyril. ait, aliud iam vtilissimum Euangelista enarrat. Videbat enim Spiritus gratia illuminatus, quam necessarium esset, ea narrare, quibus quantum Christi baptismus, Ioannis baptismo præstaret, aperiretur; perspexit non multò post aliquos futuros, qui aut nullam inter baptismum & baptismum differentiam facerent, sed pari laude vtrunque coronarēt, aut ob imperitiam & lapsum hominū meliorem esse baptismum Ioannis putarent.

Propositę narrationis argumentum, ex Cyrillo. *Cyril lib. 2 in Ioan. cap. 37. tom 2.*

Nullum enim est tam turpe facinus, quod imperitia non audeat aggredi. Nulla blasphemia tam magna, vt aduersus sacratissima Ecclesiæ dogmata non dicatur libenter ab ijs, qui omnia (vt scriptum est) recta peruertunt. Ne igitur temerarij homines aquā Ioannis, qua in pœnitentiam baptizabat, spiritali baptismo Christi anteferre auderent, causas tam turpis temeritatis euertēs, ipsum Baptistam exponit huius quæstionis nodum fragilem dubitantibus suis discipulis dissoluisse. Baptizabat enim Christus per discipulos suus. Ioannes quoque ipse non per alios, sed manibus suis; nec in eisdē fontibus, in quibus Christus hęc faciebat, sed iuxta Salim, & in fonte quodam certo atque vicino: vt etiam hac fontis determinatione subobscurè ac ęnigmaticè subaperiret, baptismum suum, cum esset imperfectus, introductorium ad perfectionem fuisse. Nam veluti lex Mosaica, futurarum rerum, & spiritalis cultus præparatio quædā fuit: occultam veritatem parturiens: sic baptismus Ioannis ad baptismum Christi collatus, præparationis vim obtinebat. Hæc magnus Cyrillus: quæ consultò attulimus: non tam vt Hæreticorum nobis ingenium detegatur, quorum est omnia recta peruertere; sed ob id potissimum, vt ratio & scopus huius disceptationis, qualis extiterit, intelligatur, & vt hostes Ecclesiæ tanti Patris autoritate conuincantur, qui existimāt Ioannis inter & Christi baptismum nullā

Imperitorum hominum audacia.

Mich. 3.

Ioannis Baptistæ prudentia.

Heb. 10. & 1. Cor. 10.

Hæreticorum ingenium omnia recta peruertere.

Christus ante mortem suam Ioanan baptismo vsum fuisse, Melchior Canus vnde probare conetur.
4 sent. dist. 3. B Thom. August. tr. 9. & epist. 108. de baptismo & pœnit. Petri, tom. 2.

esse differentiam: de qua re etsi nos latè disseruerimus in lib. 4. libet tamen hoc loco quædam adiungere, meo quidē iudicio nō contemnenda; propter Melchiorem Canū qui lib. 8. c. 5. prubare contendit, Christum ante mortem baptismo Ioannis, noo suo vsum fuisse; idq; ob eam potissimum rationem, quod Christus Sacramentum baptismi aote passionem suam non instituisset. Qua in re pugnat cum Magistru Sententiarum, ac B. Thoma, qui secuti sunt Augustinum tract. 5. io Ioā. & in epist. ad Seleucianam, vbi habet: *Tunc ergo quando ab Ierosolymis cum discipulis suis in Iudæam terram, & illic morabatur cum eis, baptizabat non per seipsum, sed per discipulos suos, quos intelligimus iam fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis, sicut nonnulli arbitrantur, siue, quod magis credibile, baptismo Christi.* Sic ille. Asserit item, baptismum, quo Apostoli baptizabant, posse dici Christi, eo quod ipso institutore celebraretur, non autem quod gratiam conferret.

Hoc dogma Melchioris multis refellitur.
Matth. 3.
Act. 19.

Sed hæc falsa sunt, & contra ipsos Patres. Nam in primis baptizantibus discipulis, dicitur Christus baptizare hoc eodem capite & sequenti: & de Ioanne traditur quòd baptizabat in aqua, Christus verò Spiritu sancto: Ergo baptismus quē cooferebant Apostoli, Spiritum habebat & gratiam. Deinde Ioanoes baptizabat in eum, qui venturus erat; at hæc forma falsa esset, si illa, præsente Christo, Apostoli vterētur, cum iam Christus venisset. Adde, indignum protsus esse, Dominū baptismo serui, & gratia destituto vsum fuisse; sed potius sua dignitate & autoritate baptismo Spiritū sanctū conferente.

Christus cur ante mortem Apostolos suos baptizauerit.
Ioan. 13.
Matth. 26.
Ianua Sacramentorum omnium baptismus est.

Preterea Christus ante mortem baptizauit Apostolos suos, vt dignè possent alios baptizare, qood Christus non fecisset, si idē fuisset suum, & baptisma Ioānis, quo prius erant tincti: oec dixisset de illis Duminus: *Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus*; neqne rursus eos ad Eucharistiæ Sacramentum admisisset, & Sacerdotes creasset, & offerendum sacrificium, & ad remittēda peccata, cum ianua sacramētorum omnium sit baptismus. Insuper hic locus, & hæc quæstio superflua fuisset, & nolla, si vnus & idem fuisset vtriusque baptismus. Postremò ipse Ioānes ad quæstionē respondens discipulorum, satis excellentiā baptismi Christi supra suum ostendit. Nam cùm dixit: *Qui habet sponsam, Sponsus est: amicus autem Sponsi, &c.* satis declarauit, Christū Sponsum esse, qui per gratiam sibi Ecclesiā despunderat, quam amicus præstare non poterat. Eo quoque cæteræ laudes, quas Ioānes tribuit Christo, spectant: vnde quod dixit; *Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur; qui de cælo venit, super omnes est*; &, *Illum oportet crescere, me autem minui*; perinde est, ac si dixisset baptismum Christi esse de cœlo; suum autem terrenum, & in aqua tantùm, atq; illo Christi suum imminuēdum, atque abrogandum.

Ioannis Baptistæ de Christo honorifica testimonia.
Ioan. 3.
Ioan. 19.
Ad illud. Ecclesiæ Sacramenta de latere Christi prodiisse, responsio.
Luc. 7.

Quod vero obijcitur, Sacramenta Ecclesiæ de Christi latere orta esse: non tollit quin prius per baptismum suam gratiam dederit, sicut & illam dabat per fidem, vnde dicebat, *Fides tua te saluam fecit*: alioqui si nullam gratiam cootulisset Sacramenta Christi ante passionem, nec in Eucharistia aliquem fructum gratię illis dispensasset: neque cum eos creauit Sacerdotes, vt offerrent, & remitterēt peccata, nollum iustitiæ, aut gratiæ augmentum per illa eis præstitisset, quod falsum est, & à Sacramentorum pactis alienum.

B. Hieronymi distinctio quædam baptismi in perfectum & imperfectum quem [illegible] habeat.
Circumcisio olim peccata remittebat.

Quod etiam Hieronymus dialogo in Luciferianos disputans, distinxit baptisma in perfectum, & imperfectum; & nisi in Cruce, & resurrectione oullum baptisma perfectum fuisse: sensum suū habet Catholicū. Quia nondū baptismus ianuam cælestis aperiebat regni, sicut post resurrectionē aperuit. Nam simili ratione circumcisionem, quæ olim nō secus peccata remittebat, quā nunc baptisma, imperfectum Sacramētum qoidā vocant, quod ianuam cæl minimè aperiret.

Leo epist. ad Episc. Sueciæ.
Leonis Papæ dictum, quod Christus Apostolis post mortem baptismi præceptum [illegible] quomodo intelligendum.
Matth. vlt.

Cæterùm quod Leo epistola quadam scripsit, Christum post mortem baptismum præcepisse: nooest id simpliciter, vt sonat, intelligendum, cùm viuente Domioo Apostoli ex mandato eius baptizarent; sed de præcepto dato ad baptizandos oon tantum Iudæos, sed etiam vniuersas gentes, intelligendum est, dixit enim Dominus: *Euntes docete omnes gentes; baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: & ad præceptum his verbis datum, alludit Leo in epistola illa.

Baptismus Christi quando fuit ab eo institutus, & præceptus.
Matth. 10.
Theophyl. in cap. Ioan. 3.
Chrys. hom. 28. in Ioan.

Fuit ergo Christi baptismus eo viuente institutus atq; consultus, & ipse Apostolos suos per se ipsū baptizauit, & alios suo præcepto, dum viueret, baptizare iussit: sed nihil adhuc de baptizādis Gentibus pręcepit: ímò verisimile est Apostolis, ne Gētes baptizarent, interdixisse; sicut & prædicationē interdixit. Quòd postremò Theophylact' io Ioannem, & Chrysostomus similiter, disertè negēt illud baptisma, de qoo egimus, Sacramentum esse, & peccata remittere, aut gratiam conferre, minus solidè & rectè dictum esse videtur. Verba enim Theophylacti hæc sunt: *Baptizant igitur discipuli Christi baptismo, quod nihil habebat amplius, quā baptismus Ioannis; ambo enim imperfecti, & nundum habentes spiritum; eademq; vtriq; caussa, vt adducantur ad Christum baptizandi.* Et paulò an-

lò an-

...sti, & Apostolorum baptisma ante Resurrectionem, vere Sacramentum esse.

Matth. 3.

lò antè dixerat: *Sed quæris, Quare non ipse baptizauit ? dicite. Superius dixit Ioannes quod ille vos baptizabit Spiritu sancto. Spiritus autem sanctus nondum erat datus, eo quòd nondum tempus erat. Igitur si baptizasset, vel absq; spiritu baptizasset: & quid igitur præstabat Ioannes? vel dedisset spiritum, atq; ante tempus, sed id indignum Deo, qui in tempore facit omnia.* Hæc ille. Sed hæc ratio Theophylacti, propter quam Christus non baptizabat, ne suo baptismo ante tempus daret Spiritum sanctum: falsa est: certũ est enim quòd baptismo suo conferret gratiam Spiritus sancti, licet nõ in ea plenitudine donorum, sicut fuit datus in Pentecoste. Ad hæc baptismus non est minoris virtutis ante aduentum Spiritus sancti, quã post. Nam Samaritani (vt est in Actis) erant baptizari in nomine Domini Iesu; qui tamen nondum receperãt Spiritum sanctum, in domo videlicet cõfirmationis.

I. Ratio.

II. Ratio.

Act. 8.

Hæc ergo sententia Theophylacti, & Chrysostomi, quã etiam sequitur Euthymius, meritò deserenda est, quod eã etiam Patres cõmuniter deserant, præsertim verò Cyrillus supra citatus, & Augustinus, qui quidem expendẽs illud Ioannis: *Quãquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius: Ipse*, inquit, *& non ipse. Ipse potestate, illi ministerio seruitutem ad baptizandum illi admouebant; potestas baptizandi in Christo permanebat, Ergo baptizabant discipuli eius, & ibi adhuc erat Iudas inter discipulos eius. Si quos ergo baptizabat Iudas, non sunt iterum baptizati, & quos baptizauit Ioannes, iterum baptizati sunt? Plauè iterum: sed non idem erat baptismus. Quos enim baptizauit Ioannes, Ioannes baptizauit: quos autem baptizauit Iudas, Christus baptizauit. Sic ergo quos baptizauit ebriosus, quos baptizauit homicida, quos baptizauit adulter, si baptisma Christi erat, Christus baptizauit.* Hęc ille, tam exerte, & constanter, vt certũ Fidei dogma, tradẽs differentiam horum baptismatum. Sed iã ad verba textus explicanda accedamus.

Euthym. c. 3. in Ioan.

August. tract. 5 in Ioan. pro... Ioan. 9. ...ian. 4.

Non idem, Christi, & Ioannis Baptismum fuisse, teste Augustino.

Ait igitur Euangelista: *Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione.* Ijs scilicet Iudęis, qui visis Christi miraculis, & prædicatione, à Ioanne ad Christum conuolabant, & Græci quidã codices habent non cum Iudæis in plurali, sed cum Iudæo, in singulari, qui primus de ea re cõtendebat cum discipulis Ioannis, atq; illũ Iudæi alij consectati sunt; vt meritò dicatur orta quęstio inter discipulos Ioannis, & Iudæos: & quęstionẽ vocat honestiori vocabulo, quam poterat vocare contentionẽ. Sed charitas; quæ nõ gaudet iniquitate proximi, proximi lapsus aut tegere, aut excusare, aut extennare cõsueuit: & diaboli ingenium est semper zizania serere, & persecutiones, aut tentationes excitare, quo vitæ emendatio impediatur, aut pax, & concordia fratrum dissoluatur. Et primò Ioannis discipulos ad æmulationem & inuidiã incitauit contra Christum: potiò æmulatio cõtentiones gignit, & vbi res agitur contẽtionibus, ibi plerunq; charitas periclitatur & veritas negligitur; vt verum sit illud: *Nimium altercando amittitur veritas.* Nec mirũ, discipulos Ioannis, inuidentiæ, & æmulationis vitio subiacuisse; cùm etiam Christi discipuli hoc morbo non caruerint. Nam cum quidam non sequens Dominum, dæmonia tamen in nomine Iesu eijceret, volebat illum prohibere, ni Christus illis restitisset. Ita & Iosue (vt est in Numeris) æmulatus pro Mose, quod Eldad, & Medad in castris prophetarent, & Iosue diceret: *Domine mi Moyses, prohibe eos.* At ille: *Quid*, inquit, *æmularis pro me? Quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis spiritum suum?*

Quibus cum Iudæis inciderit quæstio discipulis Ioannis de purificatione.

Charitatis proprium quid sit. Diaboli ingenium.

Æmulatio quæ pariat.

Terent.

Luc. 9.

Æmulatione etiam Christi discipulos laborauisse. Num. 11.

Quęstio autem orta, erat de purificatione, hoc est, de baptismo, quem Iudæi aiebãt pertinere ad solum Messiam, discipuli autẽ Ioannis putabãt vnum debere esse baptismum, vt vnus est Deus, & illum esse Ioannis, quare illum Christi non conuenire: sicuti nec probabant Ioannis de Christo testimonium. Litigabant igitur, cuius eorum baptismus melior esset, discipulis Ioannis magistri sui baptismum summa contentione tuentibus. Similis propemodum in Ecclesia Corinthi orta est quæstio de baptismo propter alios & alios ministros: nam à sanctitate maiore ministri sanctius baptisma conferri existimabant: vnde illæ voces prodière: *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cepha, ego autem Christi*: quas Paulus reprehendit: cùm minister nil efficiat, vel det, vel adimat verbo Dei.

Qua de purificatione quæstio fuit inter discipulos Ioannis & Iudæos.

Ephes. 4.

1. Cor. 1. Infra 3.

Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, &c. His verbis apud Ioannem inuidiam Christi conflare volebant, nec satis fuit dęmoni discipulos corrupisse, etiã ipsum magistrũ per eos aggreditur, si posset eum ad inuidiam perducere. Et in singulis verbis vis quædã delitescit, quæ etiã constantem hominem deturbare posset, nisi spiritu esset stabilitus: nominant enim eũ adulatoriè Rabbi, siue magistrum, quod aliàs nũquam legitur, vt eum facilius seducant; deinde rem odiosè proponũt: *Qui erat*, inquiunt, *trans Iordanem*, & se tuis manibus baptizandum, tanquam minor, submisit, ecce hic nunc baptizat; & cui tu testimonium perhibuisti, per humilitatẽ te illi subijciens, & gloriam tuam dans alteri, ecce omnes, te neglecto; ad eum accurrunt.

Ioannis discipulorum in ipsum, atque adeò in Christum nequitia.

Ioan. 1.

Cetus

Ex quibus illi æmuli, atque inuidi Christo conflarent inuidiam, at frustra.
B Tho. in hūc locum, to. 14.

Cernis fraudes, & technas serpentis per illos loquentis? Omnia enim ad excitandū Ioannem aduersus Iesum tendebant. Et humiliorem statum Iesu significant, dicendo: *Qui erat tecum*, non, tu cum eo, vt expēdit B. Thomas, sed ipse tecum, velut sub magisterio, & vmbra tua: *Cui tu testimonium perhibuisti*: commemorant beneficium, vt velut ingratus Iesus haberetur, qui fauore testimonij eius cognitus esset, & nomen, & famam Ioannis obscuraret. Tertio aiunt, Ecce hic baptizat æquando se tibi; vbi insinuant tam citò vsurpationem officij Ioannis à Iesu factam. *Et omnes* (inquiunt) *veniunt ad eum*, quod maximè eos vrebat, & molestè ferebant, hoc erat, concursus scilicet omnium ad Iesum, vt videretur Ioannes desertus. Tales videas hodie cōtentiones plerunque oriri inter verbi Dei interpretes, & concionatores: videas enim discipulos eorum pro concursu auditorum ampliori habendo contentiosè litigare, & interdū mutuis se iniurijs proscindere, vt iam liberum non sit, quem magis ex prædicatoribus ex impulsu Spiritus sancti eligere debeant, dū huc atque illuc studijs partiū feruntur. Sed hęc tolerabilia essent, nisi & ipsi concionatores ista magno studio affectarent, & literis commendaritijs potius, quàm doctrina aut gratia sermonis copiosum auditorium comparare conarētur. Sed hæc quid aliud sunt, quàm caro, vel mundus, vel diabolus, vel omnia simul, seque ipsos, non Christū prædicare, & aucupium ex auditoribus facere? vt verbum Prophetæ adimpleatur: *A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ student: & à Propheta vsque ad Sacerdotem cūcti faciunt dolum*. Et Paulus de alijs: *Omnes quæ sua sunt, quærunt; non quæ sunt Iesu Christi*: de se verò ait ad Corinthios: *Incipimus iterum nosmetipsos commendare? aut nunquid egemus (sicut quidam) commendatitijs epistolis apud vos, aut ex vobis?*

Hos discipulos Ioannis, mirum contētiosos: quibusnam imitentur: eorumque obiurgatio.

Quorundam concionatorū damnabiles abusus.

Ierem. 6.

Philip. 2.

2. Cor. 3.

Sed redeamus ad Ioannem. Quod verò ait; *Qui erat tecum trans Iordanem*: non intelligas ex altera parte ripæ versus Orientem, nec enim Ioannes ibi vnquam baptizauit, sed citra Iordanem: vnde vt diximus in miraculo quinque panum, trans, accipitur pro apud, vel iuxta, & existētes in Iudæa, ita cōsueuerant loqui, vt trās Iordanē dicerēt ea, quæ iuxta Iordanem sunt. Constat etiā ex hoc loco, Christum post tentationes deserti superatas, redijsse ad Ioannē in Iordane baptizantem, vt ab eo monstraretur, & illi testimoniū perhiberet, sicut hic dicitur. Est autem hoc quintum ac postremum testimoniū Ioannis de Christo, antequam in carcerē mitteretur, post illa quatuor testimonia, quę habentur apud Ioannē in principio Euangelij, sed in nullo his quæ supra dixit, dissimile; vt vel hinc videas Ioannem non fuisse arundinem vento agitatam. Sæpè enim, & à Iudæis, & à discipulis suis tentatus est, vt mutaret sentētiam: sed ille semper animi sui constantiam retinuit.

Trans præpositionis pro citra frequens in Scripturis vsus
Ioan. 6.

Matth. 4.
Ioannis dictorum de Christo constantia.

Ioan. 1.

Matth. 11.

Respondit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo. Bonus magister Ioannes ab vniuersalibus, & communibus; quęque nota erant discipulis, initium respondendi sumit: & contētionem inter discipulos ipsius, & Iudæos excitatam, pro more suo in vtilitatē, & doctrinam ipsorum conuertit: quemadmodū olim Dominus vēditionem Ioseph ad bonum totius Ægypti, imò ipsorum, qui vendiderunt, disposuit: velut etiam omnes hæreses in Ecclesiam concitatas, in ipsius Ecclesiæ cedere facit beneficiū: tanta est Christi potestas, & munificentia, de quo Apostolus: *Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti.* Ait ergo: *Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo.* Quod referri potest, vel ad Christum cum Chrysostomo in hunc sensum. Quia nemo potest perfectionem aliquam accipere, nisi de cœlo datam, credere debetis hunc accepisse à Deo, vt baptizet, & supra me crescat, non autem ei inuidere, nisi velitis Deo esse contrarij. Vel ad Ioannem ipsum, cum Augustino & Cyrillo, quod literæ videtur cōgruētius, quasi diceret: Immodicè pro me zelatis, cupientes, vt me maiorem faciam quā sim: sed ego nec possum, nec volo mihi vsurpare aliquid, quod mihi cęlitus non sit concessum: quē sensum cōfirmat, quod subdit, in quo illos testes facit, quòd dixerit: *Non sum ego Christus*, licet talis à multis crederetur, sed se esse missum ante illum, vt Præcursorem Messiæ. Sensus ergo illius vniuersalis propositionis est, nō potest homo licitè, quicunq; ille sit, vllum officium, titulū, dignitatē, aut gradū habere, nisi quātū fuerit ei à Deo habitante in cęlis concessum. Nā ipse est, qui alios quidē dedit Apostolos, quosdam autē Prophetas, alios verò Enāgelistas, alios autem pastores, & Doctores: & propterea seruanda est modestia, & sapiendū ad sobrietatē, & intra cācellos vocationis suæ continendus vnusquisq;: & vt in inferiores nō debet efferri, aut superbire ita neq; superiorib⁹ debet inuidere, aut superiorū munera sibi vsurpare: quēadmodū Core, Dathan, & Abirō, & Ozias Rex diuinę vltionis experimēto cognouerūt. Nemo igitur vestrū existimet, me de Iesu præclarius sentire, aut de me cōtemptius loqui in

Ioannes ... in ... suorum ... pulorum ... mas Christo ... offensas, ... entia, & humilitas plane singularis.
Gen. 37.
Infra 41. & seq.

Rom. 8.

Chrysost. ... 28 in Ioan.

Aug. tract. ... in Ioan.
Cyril. lib. 2 in Ioan. cap. 19

Hoc dictum: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum à Deo, duplициter accipi potest.
Ephes. 4. & 1. Cor. 12.

Rom. 12.

Num. 16.
2. Par. 26.

gratiam

gratiam cuiusquam: aut humilitatis, & non potiùs veritatis caussa: natura enim duce nos ipsos magis quàm alios amamus, atque alijs eminere contendimus. Neque vos mihi quicquam tribuere plus, quàm sim, potestis; neque celsiorem mihi, aut inferiorē locum statuere, quàm illum, quem mihi Deus præfixit. Ideò rectè dixit: *Non potest homo accipere quicquam*, vt cùm se Christo subiecerit, non ex illo gratuito reuerentiæ, aut humilitatis studio; sed ex æquo iustitiæ debito hoc facio: & vbi in Iordane dixi, mecum esse, baptismum ab illo suscipere non illum à me, qui baptismo non egebar, imò ipsius est in Spiritu sancto baptizare vt tunc restificatus sum; meum autem tantùm in aqua tingere. Nolite igitur, aut Iesu corde inuidere, aut verbis detrahere, aut de me plus æquo sentire, aut verbis magnificis arrogare. Estq; hæc verissima, sanctissima, & planè aurea rectè viuendi regula. Inde enim peccata nostra oriūtur, quod nos ipsos pede nostro non metimur, sed supra vocationem nostram erigimus; aut gloriosius loquimur; de alijs verò, etiamsi maioribus Dei donis sint fulti, minus sentimus, & abiectius prædicamus. Etsi ergo perfecti simus, homines nos tamen esse agnoscamus, nihilque nos ex nobis habere ingenuè confiteamur, iuxta illud Apostoli: *Quid autem habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Deinde simus cōtenti his quæ accepimus & gratias agamus, ad hæc alijs sua dona nō inuideamus.

Matth. 3.

[...]ma vi[...] regula.

1. Cor. 4.

Vos ipsi mihi testimonium perhibetis quod dixerim, Non sum ego Christus; sed quia missus sum ante illum. Reducit discipulis in memoriam ea, quæ sæpiùs ab eo audierant: tùm vt eos, quasi segnes, ad res præclaras erigat, tùm quò eis persuadeat, vt scripturas diligentius perscrutentur, & ex illis discant quantum sit inter Christum & eius Præcursorem discrimen. Et quia ipsi dixerant: *Cui tu testimonium perhibuisti*: propterea ait: *Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim, Non sum ego Christus.* Neque meis verbis ille auctus est, sed ipse suaptè natura maior est fortior, Messias est, Dominus est. Ego verò tanquam seruus, sine tanquam vox, & Præcursor missus sum ante illum ad præparandam illi viam, & indicandum quantus ille. Propterea cum hoc ab initio sim contestatus, indecorum est ac turpe, planeque me mendacem ostenderem, & incōstantem, vt qui omnes alios ad Iesum pronocaui, tanquam ad Messiam, cum possem mihi eam dignitatem vindicare, si nunc vicinus morti, & à multis iam desertus, illam mihi vsurpare

Exhibitum de Christo testimonium Ioannes cur in mē[...]tem discipulis reducat.

Ioan. 1.

[...]psis præ[...] sibi Ioan[...]nes suū ar[...]posita.

Luc. 1.

tentarem. *Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi: Hoc ergo gaudium meum impletum est.* Eleganti exemplo indicat, quàm essent impia ad quæ discipuli cohortarentur Ioannem. Nam vt prorsus execrandum est, si quis, vt amicus ex gratia vocatus ad nuptias, sponsam ad se abducere, illamq; sibi copularet, profectò non secus ego facerem, si Ecclesiam de lauacro baptismi surgentem tanquam sponsam, ad me tanquam ad Messiam traherem. Est igitur Dominus Iesus sponsus: data est illi Ecclesia in sponsam, vel ab eo tempore, quo in typo & figura Eua tradita fuit Adæ. Ipse sponsus est, qui de cœlo sibi datam spōsam habet, & ad illam sibi copulandam ius habet: quia nemo potest accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo. Illi data est sponsa, mihi amici, siue paranymphi munus: Ipse sponsus potens est sponsam suam dotare, ipse eam nobilitare, ipse eam fœcundare, & fructum benedictionis, hoc est, bona opera ex ea suscipere potest. Ipse denique eam, quam sibi coniungit, summè diligere, & cùm ea perpetuò permanere, eamque bonorum suorum participem facere solus valet, proinde iniquum est, contraque omnem rationem, Ecclesiam, aut quamlibet animam fidelem ex hoc felici coniugio à Christo distrahere, & tanquam in posterum alienam rapere sponsam, quæ omnem fidem, amorem, obseruantiam, & placendi studium sponso suo Christo debet. Frequens est in Scripturis hæc metaphora, qua Christus sponsus dicitur humani generis, & apta ad mysterium Incarnationis Dominicæ significandum; nam per illam exprimitur summa Dei charitas erga illum populum, cur soli Deo, vt sponso suo debebat adhærere, atque ex ea coniunctione fructus bonorum operum producere: sed illam coniunctionem per Incarnationem confirmauit magis, atque stabiliuit, & rectè nunc Christus sponsus, non vir Ecclesia sponsa, nō vxor appellatur, nimirum quod pro suo aduentu Ecclesiam veluti sibi desponsauit, consummaturus, cum ea nuptias secundo suo aduētu, quia tunc implebitur illud Apoc. 19. *Venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se.*

Quam sponsam Ioannes Baptista abstrahere ab sponso, nempe Christo, minime debebat, sui vt discipuli perperam suadebant.

Genes. 2.

Alia Christi Messiæ, alia Præcursoris officia.

Quod verò Pontifex sponsus dicatur Ecclesiæ suæ, sicut & quilibet Episcopus, vnde & annulū gestant dispensationis suæ testem, nequaquam repugnat his verbis. Quia vt nomen Filij Dei, & Pastoris, & ludicis, quæ sibi sunt propria, voluit alijs cōmunicare, ita etiam nomen sponsi perfectoribus communicat, iuxta illud Esaiæ:

Exemplum de sponso, & sponsa sumptum mysterio Incarnationis explicando quàm apte deseruiat.

Si Christus Ecclesiæ suæ sponsæ, spon-

sus est, cur sponsi Papa, & Episcopi nominantur.
Esa 61.
B. Thom. in Ioan. tom. 14.

Induit me vestimentis salutis; & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Vnde B. Thomas in hunc locum rectè scribit: *Qui habet sponsam, sponsus est. Ipse enim de Ecclesia nomine suo filios generat; alij autem dicuntur sponso exterius cooperantes ad generationem spiritualium filiorum, quos quidem non sibi, sed Christo generant: & qui in tantum sponsi dicuntur, in quantum vicem veri sponsi gerunt. Et ideò Papa, qui obtinet vicem veri sponsi in tota Ecclesia, vniuersalis sponsus dicitur.* Idem in quartum sentent. scribit, quòd Episcopus, cui Ecclesia committitur, virgines desponsat, non sibi, sed Christo, quasi sponsi Paranymphus, & amicus. Et subdit: *Quod etsi Episcopus suæ diœcesis sponsus sit, & presbyter suæ Ecclesiæ, & illius sit sponsus Papa, sicut & parochiæ presbyteri Episcopus, non tamen per hoc sequitur, quod sint plures sponsi vnius Ecclesiæ: quia sacerdos suo ministerio cooperatur Episcopo tanquam principali, & Episcopus Papæ, & Papa ipsi Christo. Vnde Christus, Papa, Episcopus, & Sacerdos non computantur nisi pro vno: cum vna sit iurisdictio, sicut vnus sponsus, & vna sponsa.* Hæc ille egregiè. Vocat autem se amicũ sponsi; qui prius indignum se dixerat, qui solueret eius corrigiam calceamenti: non quò seipsum laudaret; sed vt ostenderet, se, qui propria natura erat indiguus, & seruus, ex accepta gratia factum amicum, neque sibi displicere quę per Christum fiebant, imò se ex animo eius gloriæ fauere, seque pro maximo habere beneficio, quod vt amicus ad nuptias has admissus sit. Imò vt amici ad conciliandas nuptias eius, quem amant, solent honestius ipsi nuptiarum negotia peragere: instar illius Eliezer procuratoris Abrahæ, qui Rebeccam coniunxit Isaac filio Abrahæ, & officium gessit paranymphi: ita Ioannes baptismo, & prædicatione sua, imò Apostoli, & omnes eorum successores, qui Episcopatus munera exercent, denique omnes legitimi verbi Dei interpretes, & Sacramentorum ministri, se paranymphos agnoscere debent, vt animas Christo despondeant, atcùm Apostolo dicant: *Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo*: nam in baptismo fiunt sponsalia animarũ cum Christo. Et de hoc ait, quod, *Stat, & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi.* Stat quidem, animo erectus, & ministrare paratus, si opus sit, & magnitudine mysteriorum attonitus, & nuptijs intendens perficiẽdis, audit eum cum sponsa sua colloquentem, illamque componentem, ac instruentem: gaudio autem gaudet, id est, congratulatur, gaudijque interioris signa adhibet externa.

Papa ac quilibet Episcopus, Ecclesiæ suæ quomodo spõsus dicatur.
B. Thom. 4. sent. dist. 27.

Se amicum sponsi, Christi scilicet, Ioannes cur nominet.
Ioan. 1.

Eliezer seruus Abrahæ quorum typus.
Genes. 24.

2. Corinth. 11.
Quomodo fiant sponsalia animarum cũ Christo.

Amicus sponsi vt stet, idem & gaudio gaudeat propter vocem sponsi.

Et subiungit: *Hoc ergo gaudium meum impletum est.* Cum ad eum, à quo prius refugiebam, videam mea prædicatione, baptismoque omnes confluere: illumque verum sponsum atque Messiam agnoscere: tantum abest vt ego illius gloriæ inuidere, aut ipsi quasi æmulus velim existere; vt etiam ex eo ipso capiam, vel maximam voluptatem. Hunc locum pulchrè Gregorius explicat, dicens: *Eius* (scilicet Baptistæ Ioannis) *esse sponsam Ecclesiam credebant, qui hunc Christum esse existimabant.* Sed ait: *Qui habet sponsam, sponsus est. Ac si diceret; Ego sponsus non sum, sed amicus sponsi sum. Nec propter vocem suam, sed in voce sponsi se gaudere perhibebat, quia non ideò lætabatur in corde, quoniam à populo humiliter audiebatur loquens: sed quia ipse veritatis vocem audiebat intus, vt loqueretur foris. Quod benè gaudium impletum dicit, quia quisquis de sua voce gaudet, plenum gaudium non habet. A quo & subditur: Illum oportet crescere, me autem minui.* Hæc ille. *Illum oportet crescere, me autem minui.* Noli hic aliquod augmentum corporis, siue ætatis perfectæ cogitare, quia iam perfectus erat vir, trigintaque annos compleuerat. Rursus noli putare, sermonem esse de vllo augmento gratiæ, quia vt paullò post ait in hoc eodem colloquio, non ad vllam mensuram dedit ei Deus spiritum: & ille, qui fuit ab initio plenus gratiæ, & veritatis, crescere non potuit. Sed eo modò crescit, quo nimirum Deus dicitur exaltari, & magnificari. Nam neque Deus altior, aut maior fieri potest: sed quod indies maior, & altior ab hominibus concipitur, atque in opinione hominum magnificentior, & illustrior habetur, eatenus dicitur exaltari, & magnificari. Simili ratione Dominus Iesus, qui ab initio humilis atq; contemptus in oculis hominum erat, vbi publicè prædicare, signaque edere cœpit, mortemque pro nobis subijt, & mortis victor resurrexit, in cordibus hominum per fidem creuisse dici potest; dum Filius Dei, vniuscuiusque humani generis assertor, non solum in Iudæa, sed vsque ad finem terræ ab omnibus agnitus est, & prædicatus; eius gloria, fama, autoritas, & doctrina vsq; propagata. Creuit etiam alia ratione, quæ cum priori coniuncta est, nimirum in corpore suo mystico, & in membris suis indies fructum ampliorem proferendo. Omnis enim huiusmodi Ecclesiæ fidelium profectus, Christi sanè est profectus.

Cùm verò ait: *Me autem minui*, non corpore aut ætate, aut gratia Dei intelligas: qui enim pro veritate in carcere occubuit, quomodò ille gratia imminutus esset. Ergo quod imminutus sit, intellige in opinione

Ioan. 3.
Ioannis Baptistæ in Christum reuerentia.

Gregor. ho. super Euang. tom. 2

Quid est ... gaudium de Christo sponso sponsam Ecclesiam habente Ioannes dicit impletum, teste Gregorio.
Id de Christo: Illum oportet crescere me autem minui, quid significet.

Luc. 3.

Ioan. 1.

Alia ratio crescendi in Christo.

Matth. 14.
Ioannes quomodo minutus, Christo crescente.

& fama

& fama hominum: quia cùm prius existimarent illum esse Messiam, postea agnouerunt illum hominem nudum, & seruũ, & Præcursorem Messiæ. Diminutus est etiam, quod concursum, & discipulos eius spectat, quia posito illo in carcere, cessauit concursus ad Ioannem; & omnes accurrerunt ad Iesum. Oportet etiam ex decreto Patris pro salute hominum illum crescere, me minui, vtpote functum officio meo, & cedentem baptismo, & doctrinæ Messiæ: quemadmodum aurora, siue lucerna cedit Solis splendori. Hanc sententiam hoc sensibili exemplo illustrat Cyrillus hoc loco: *Certa cuiusdam magnitudinis lignum videre fingamus, iuxtaque ipsum magnæ futuræ arboris plantam nũc primum è terra prodire imaginemur. Num igitur si vocem lignum assumeret, ac diceret. Hanc plantam crescere oportet, me verò minui, detrimentum quoddam ligno futurũ intelligeremus? Minimè arbitror, sed ideo minus ducemus, quia dum ad plantam confertur, minus atq; minus quotidie reperitur.* Hæc ille eleganter, ac eruditè.

Ioan. 1.

Cyrill. lib. 2. in Ioan c. 64. Exemplum Cyrilli pulcherrimum, de modo imminutionis Ioannis.

Instruimur igitur hoc verbo, vt omnem nostram dignitatem, autoritatem, iustitiã, sapientiam contemnamus; vt illa Christi autoritas, dignitas, & iustitia statuatur, & & inclarescat. Multi enim vt ab officijs humilitatis abstineant, dignitatem suam causantur, & illam, quæ stimulus, & calcar ad submisse agendũ debebat esse, concipiunt vt impedimentum, cum Christo omni autoritate, & dignitate cumulatissimo, obstaculum non præstiterint.

Quid Ioannes in Christo diminutus docet nos.

Qui de sursum venit, super omnes est. Qui de terra, de terra est, & de terra loquitur. Assignauerat Ioannes inter se & Iesum magnum discrimen, & quale esse solet inter sponsum sponsam habentem, & amicum sponsi, qualeque esse consueuit inter eum, qui augetur, & eum qui minuitur: addit nunc tertiam differentiam de Iesu his verbis, dicendo: *Qui de sursum venit, super omnes est*: de se verò: *Qui de terra, de terra est, & de terra loquitur.* Dicitur autem de sursum venire de præsenti, vt Græca habet litera: non solum quia diuina hypostasis Verbi, hoc est vnigenitus Dei Filius humanam naturam assumpsit; sed etiam quia ex Spiritu Sancto conceptio eius formata est, & naturam habuit incontaminatam, & qualis in primo homine creata sine vlla peccati labe fuit, cum omnes alij deorsum in peccatum ceciderint; & venit, Humanitate assumpta ad prædicandum, & baptizandum. Ait autem: *Super omnes est*, vbi Græcè dicitur ἐπὶ πάντων, quod verti potest, super omnes, & super omnia, quo secundo modo Cyrillus legit: sed quoniam hic collatio est Christi ad Ioannem, & per consequens ad vniuersos homines, præstantior est lectio nostra Latina. Est enim Christus super omnes, tã homines, quã Angelos, ac proinde DEVS, nam hic solus est super omnes, siue super omnia. Etsi enim altitudine mons excellat, altius tamen semper est cœlum. Et sic docet, cur dixerit, *Illum oportet crescere, me autem minui*, ac si dicat, Par est, vt humana diuinis, & perfectis imperfecta cedant. De se verò ait: *Qui de terra, de terra est*, non est nugatio hæc repetitio, sed confirmatio humilitatis hominum. Id est, qui proficiscitur ex terra, & originem ex ea habet, terrenus est, & mortalis homo, & sermo eius non nisi terram sapit, & ex se terræ placentia loquitur: atque hæc naturalia sunt omnino, & communia omnibus hominibus, non solum quantum ad substantiam, sed etiam ad actum ratiocinandi, quia etiam ille à terra ortũ habet, quatenus cognitio nostra oritur à sensibus. Ioannes igitur se terram agnoscit, & non nisi terrena ex se loqui: quatenus autem illuminatus est à Deo, & reuelationem accepit, cœlestia, & diuina proponere potest, quemadmodum Christus, qui de sursum venit, etiam terrena loqui potuit, id est, quæ à terra capi possunt, secundum illud: *Si terrena dixi vobis, & non creditis.*

Christus de sursum est duplici modo.

Matth. 1. & Luc. 1.

Gen. 1.

Esa. 64. Christus quare super omnes sit.

Cyrill. loco præscripto.

Quorsum id: Qui de terra, de terra est.

Christus vt de terra loqui potuerit. Ioan. 3.

Et quod vidit, & audiuit, hoc testatur. Explicat membrum oppositum illi, de quo dixit: *de terra loquitur.* Qui enim terrenus est, non nisi terrena apprehendere, & intelligere potest: Christus autem, qui de sursum venit, vt Deus & beatus in cœlo vidit: & vt Propheta audiuit, quemadmodum Apostoli, quod in terra locutus est in Filio. Si ergo vidit, certum est testimonium eius: si audiuit, ergo ab alio est, à Patre nimirum. Vt enim nemo audit, nisi quod ab alio ad se deriuatur: ita Filius habet quidem visionem, sed simul cum natura ipsa acceptam. Quanquam possimus tribuere videre, diuinitati; audire verò, Humanitati; vt distinctæ duæ cognitiones, increata, & creata denotentur. Vel vidit, & audiuit, id est, certissimè, & exactissimè cognouit, perinde, ac si visu, & auditu certissimis sensibus ea percepisset. Et ita Ioannes excludit opinionem discipulorum suorũ cõparantium cum Iesu Magistrum suum, & illum ei præferentium, quia cum terreni essent: qui cœlo terram, hoc est, creaturam præferebant Creatori. Dixit hoc etiam, ad molliendum verbum superius dictum, quod dixit se esse amicum sponsi, ex quo illi poterant cogitare paritatem esse inter Christum

Idem quomodo vidit, & audiuit, quod testatur, vt inquit Ioannes.

Heb. 1.

Alter sensus. Discipulorum Ioannis de Christo caeca opinio.

ptam carnem, omnibus accommodata, & oculorum imbecillitati cõformata, miraculis coruſcans, & diuinæ ſuæ lucis radios emittens, cordaq; hominũ ac fidẽ ſibi præſtandam ſolicitans: dilexerunt tamen homines magis tenebras quàm lucẽ. Ideo nemo poteſt prætexere ignorantiam, niſi fortè craſſam & affectatã, nec obtendere ſeueritatem iudicis: quia nõ vt iudex, ſed vt lux mirificè delectans, & vt potentiſſimus Saluator venit: homines tamẽ, quod incredibile & mirum eſſe videtur, ſi nõ res ipſa plus ſatis teſtaretur, homines, inquã, quos oportebat eam diligere, non ſolum eam non auerſarẽtur, ſed etiã diligerẽt tenebras, quæ ſui natura horribiles ſunt, nec dilexerunt tãtum, ſed etiã defenderunt, ac lucem oderunt. Vocat autẽ hoc loco tenebras, nõ tantùm cæcitatem, errorem, mẽdacium, & ignorãtiam, ſed etiã peccata omnia, quæ opera tenebrarum vocat Apoſtolus: nõ tãtùm quia ea horret ipſa ratio, ſed etiã quia Principis tenebrarum impulſu fiũt, & ad exteriores, æternasq; tenebras nos condemnant.

Chriſto luci tantu increduli, quã ſint inexcuſabiles.

Quæ tenebras dilexerunt homines magis quam lucẽ, & quare.

Rom 3.

Poſſunt etiam per tenebras intelligi huius mundi ſenſibilis bona, vt ſunt opes, faſtus, potentia, nobilitas, deliciæ, & ſapientia, & ſimilia: nam hæc cum diuina luce cõparata, & ad nos miſſa, meræ ſunt, & pluſquàm cymmeriæ tenebræ: ad hæc etſi in ſe lucis aliquid habere videãtur, & in magno pretio habeãtur: cùm tamen nimio immoderatoq; affectu diliguntur, & magno ſtudio inquiruntur, nobis tenebræ fiunt, tenebroſosque nos efficiunt, & ad Chriſti fidem & agnitionem amplectendã impedimento ſunt. Nam cùm Chriſtus venerit vt nobis ſuas veras diuitias cõmunicaret, veramq; gloriã, potentiam iuſtitiam, & ſapientiam; erant proculdubiò nobis deſerenda omnia noſtra, cõtemnẽdaq; at quia homines illis nuncium mittere noluerunt, aut poſtquàm miſerunt, redeuntes ad vomitũ, canem illũ Aeſopicum imitati ſunt, qui pro ampla carniũ in aqua apparentiũ vmbra, veras ac ſolidas, quas in ore habebat, amiſit. Ita iſti dum temporalia conſectantur, æterna perdiderunt, & cum profano Eſau pro vna ruffæ lentis eſca vendiderunt primogenita ſua.

Alter ſenſus

Chriſti finis aduentus.

Canem Aeſopicum qui imitentur.

Gen 25.

Videtur igitur Domin⁹ hac ſententia declarare, neminem ad perfectam cõdemnationem etiã propter peccatum Adæ adiudicari, ſed tantùm quòd apertã lucem Chriſti oblatã ſpontè recuſauerint, ſeipſosq; ad amplectendam lucem non diſpoſuerint: niſi enim quis ſeipſum, ſuaq. omnia paruipenderit, damnaueritq, tãquam imperfecta & ſordida, ad iuſtificationis lucem nõ perueniet: quemadmodum nec ægrotus vſtionem & ſectionem non ferens, ſed ſe pertinaciter incolumem eſſe affirmans, ad ſanitatem peruenire non poteſt.

Ad iuſtificationis lucem quis perueniet unquam.

Erant enim eorũ opera mala. Præterito imperfecto vtitur, Erant, ad ſignificandã perſeuerantiam eorũ in malis operibus. Oſtenditq; quales ſint illi homines qui lucem reſpuunt, & quos ſuperius cũ articulo Græco nominauit, vt inſignes quoſdam in malitia & peccatis viros intelligas: nã vulgus & populares nõ ita ſe Chriſto, aut fidei ei⁹ opponebant. Erãt ergo illi inſigniter mali, qui luci reſiſtebant, & veritatem agnitam impugnabant, & quorum opera manifeſtè mala erant, vt ex putredine operum colligas malitiam arborũ. Non enim poteſt arbor bona malos fructus facere: neq; arbor mala bonos fructus proferre. Proinde mali erat, atq; idcirco Chriſtus, & cœleſtia illis non ſapiebant, ſed more febricitãtium, quibus dulce amarum videtur, & amarum dulce, quæ Chriſti ſunt, improbabãt, & impugnabãt: quæ ſua ſunt, hoc eſt, quæ veteris hoĩs ſunt, probabant, & improbabãt. Offenſi.n. humanitate, & humilitate Chriſti ſuo vitio ſunt: & quicquid docebat, etiãſi ſignis cõfirmaret, in calumniã rapiebant, & tanquam atrocia crimina inſectabãtur: & quod actum eſt in Chriſto, idem poſteri eorum fecerunt cum Apoſtolis, & cũ vniuerſis fidelib⁹ Dei miniſtris idem indies fieri contigit, & in finem vſq; ſæculi continget. Ex quibus elicimus, omnes, qui bono affectu, bonaque mente præditi erant, ad Chriſtum accurriſſe, fidemq; eius complexos fuiſſe: vt rectè docet Irenæus. Tantus enim erat Dei tractus, & pulſatio Angelorum ad hominum corda, tanta ſignorum coruſcatio, tantùm, tamq; euidens diuinæ ſapientiæ lumen, vt omnes nõ malè affecti promptè in Chriſtum crediderint: nõ obſtante malitia aut pertinacia Iudæorum reluctantium. Quodque tunc accidit, omnibus ſeculis euenit: quia boni omnes ſalui fiunt, & non niſi diligentes tenebras magis quàm lucem pereunt.

Qualia hominum opera Chriſto luci reſiſtentium.

Matth. 7.

Cur illis cœleſtia, & diuina non ſapiebant.

Scribarum, & Phariſæorum inſignis nequitia.

Chriſto qui adhæſerint ex Iudæis, teſte Irenæo.

Irenæ lib. 2. cap. 34.

Omnis enim qui malè agit, odit lucem. Latius exponit quod dixerat, oſtendens ſegnitiæ oſcitantia hoĩes impediri à bonorum conſecutione: & ſimilitudinẽ adducit pulchrã, ad piorum & impiorum conditiones deſcribendas. Producit igitur vniuerſalẽ rationẽ, *Omnis*, inquit, *qui malè agit, odit lucẽ, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.* Hæc aũt vera eſt enuntiatio, ſi ſecundùm ſuã formã intelligatur, hoc eſt, quatenus malè agit, nã tales omnes vellẽt latere, & affectu interno oderunt lucem, & non

Quem ſenſũ habet hæc ſententia Omnis qui male agit, odit lucem.

veniunt exteriori opere ad lucem, siue ad manifestum, ne videlicet reprehensibilia appareant opera eorum: hinc deprehensi in facinore aliquo mox erubescunt, aut sese in secretum abdunt locum. Quod verò sint nonnulli, qui mala agendo appetunt lucē, voluntq; in manifesto mala agere; hoc sit nō quidem quatenus mala agunt, sed quatenus vindictam exercent, aut quatenus potentiam, gloriam, aut excellentiam suā delinquendo produnt, sic enim vel peccātes spectari volunt.

Hæc lectio: Omnis qui male agit cur præstet alteri quæ habet. Omnis qui mala agit.

Et quamuis Græcè dicatur, mala & illi respondeat mēbrum contrarium: *Qui autē facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius*, tamen præstantior videtur lectio Latina, quæ habet *male*. Constat enim apud Philosophū, peius esse malè operari, quàm malum. Nam illud significat studiosè, & cū contemptu, & perseueranter malè agere: & hi propriè oderunt lucem. Nā & pij malum interdum faciunt, hoc est, peccant, nō tamen ex habitu malitiæ malefaciunt, nec etiam oderunt lucem, nec fugiūt, imò currunt ad lucem, vt videant suos defectus, & gratū animum suū erga suos reprehensores testantur, vt fecit Dauid cum Nathan Propheta. Verum est ergo in vniuersum, quod omnis malè agens, odit lucem. Nam oculus adulteri obseruat caliginem, teste Iob; & Apostolus: *Qui dormiunt*, inquit, *noctu dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt.*

Philos. lib. Ethicor.

2. Reg. 12.

Iob. 24.

1 Thess. 5.

Cyrill. lib. 2. in Ioan. c. 55. 10. 1. in princ.

Alter sensus loci huius. omnis qui male agit, odit lucē, minus tamen congruus, ac prior.

Cyrillus verò huius loci alium adducit intellectum. Scribit enim: *Recusat enim*, inquit, *Omnis qui male agit, lucis illuminationem: non quia malorum eum pudeat, pigeatq; (saluaretur enim, si id esset) sed quia ignorare meliora mauult, ne conscientiæ stimulis quotidie peccans exagitetur: & quoniam putat maiora sese supplicia subiturum, si quum exquisitiorem bonorum cognitionem teneat, voluntatem Dei agere nolit.* Hæc ille: cuius sensus etsi verus sit, non ita tamen videtur id comprobare, cuius rei gratia allatus est. Qui enim odit lucem, ne diuino lumine perfusus, grauiora peccata committat, non quadrat cum his quæ subiungit: vt non reprehendantur opera eius: magis autem ei conueniunt, qui peccādo delitescere cupiunt: non quod eos peccatorum pudeat propter Deum, aut verum de illis pudorem concipiant, sed ad homines tantum respiciunt: quia cum illa sint damnaturi, & malam existimationem de illis habituri, nolūt propter seipsos prodi.

Duplex hominum genus lucem odio prosequentium.

Duplex autem est genus hominum, quibus inuisum est lucis beneficium: alterū est eorum, qui lippi sunt oculis, quemadmodū noctuæ lucem auersantes, noctu volitant, & peruagantur; alterum verò est eorū, qui aliquod flagitium admittunt, vt proditionis, homicidij, adulterij, & similiū, ad quæ perpetranda nox ipsa fauet, & tenebræ seruiunt. Ad hunc modū lux Euangelica, quibusdam est inuisa ob insitam cæcitatē, quā cum peccato originali trahūt, propter quā tanquam debiles oculi ac lippi, lucem spiritualium & æternorum bonorum non sustinent: ex quo illam negligunt. Alij verò sunt, qui veritatis lucem suis flagitijs obsistentem declinant, & quasi molestam, & à delicijs suis reuocantem respuunt: & tales sunt omnes, qui peccatis personalibus addicti, magnas sibi tenebras peperērūt, & magnum lucis, hoc est, Christi, siue fidei eius, quæ nullum peccatum admittit, odium cōceperunt: quale quidem erat Iudæorū multorum, & Pharisæorum odium, tale & Hæreticorum omnium, & apostatarum à fide, imò & Saracenorū odium: qui tantam puritatem Euangelij sibi congruere non posse existimantes, à veritate fidei sunt exortes.

Lux Euangelica quibus inuisa, & quamobrem.

Quale Pharisæorum, Hæreticorum, apostatarum, Saracenorumq; odium.

Hoc dictum Domini: Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, quibus Pauli dictis consentiat.

1. Cor. 2.

Qui autem facit veritatem, venit ad lucem. Locus hic est frequens in Christi, & Apostolorum doctrina: qui est dissimilibus dissimilia conuenire. Hinc Paulus ait ad Corinthios; *Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est.* Et probat hoc, subiungens: *Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia; & ipse à nemine iudicatur.* Et rursus volens docere bonos non secundum carnem ambulare, sed secūdum spiritum, ait; *Qui enim secundum carnem sunt; quæ carnis sunt, sapiunt: qui verò secundum spiritum sunt; quæ sunt spiritus, sentiunt.* Ita hic, cùm malè operantes dixisset odisse lucem, & ad eam non venire, vt non arguātur eorum opera, subiungit, bene operantes amare lucem, & ad illam venire, vt manifestentur opera ipsorum. ¶ Dicitur porrò veritatē facere more Hebræorū (apud quos frequēs est hæc locutionis forma: vnde Ezech. 18. de viro iusto dicitur: *Et iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem, hic iustus est*: & Apost. *Veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo:* & Dilectus: *Mentimur, & veritatem non facimus*) qui mandati, seu legis Dei opus, ei se per omnia configurando, perficit: quemadmodum veritas dicti est, cum conceptus, vel verbum internum conforme est rei, quę vt est, concipitur, & profertur. Eademque prorsus esse videtur hæc sententia: *Qui facit veritatem, venit ad lucem*; atque illa, quam coram Pilato dixit: *Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.* & illa in veritate ambulare, de qua Ezechias 4. Regum 20. *Memento quæso, quod ambulauerim coram te in veritate*:

Rom. 8.

Quinam dicatur facere veritatem, more Scripturæ.

Ephes. 4.

1. Ioan. 1.

Esa. 38

& Dilectus: *Maiorem horum non habeo gratiā, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare.* Et cùm dicendum esset: Qui autem facit bona opera, è cōtrario eorum, quę dixerat, *qui malè agit, odit lucem*, dixit, *Qui facit veritatem*, hoc est, opera conformia veritati: tum illi, quæ à natura insertaest mētibus humanis, tùm euangelizatæ: nam hi tales tandem, ad lucem Euangelicam amplectēdam perueniunt, & ad illam etiam cognoscendam, & ad alijs de ea rationem reddendā, secundùm illud: *Si quis voluerit voluntatem eius* (id est Patris) *facere, cognoscet de doctrina, vtrùm ex Deo sit, an ego à me ipso loquar.*

Opera bona veritati tripliciter respondere debent.

Ioan. 7.

Vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Facientes veritatē, prodeunt in publicum, quo eorum opera ad Dei gloriam manifestentur, sicut Dominus dicebat: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.* Nam publicè profitentur se Christianos, & Christum non erubescunt, sed confitentur illum coram hominibus, vt manifestentur eorum opera: non autem vt manifestentur ipsi, quia ita quærerent propriam gloriam, contra verbum Domini: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis*: nam tales iam recepissent mercedem suam. Et subdit: *Quia in Deo sunt facta.* Vbi ostendit, omne bonum opus nostrū ex Deo proficisci: nā ita Propheta dixerat: *Domine dabis pacē nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis.* Quod de omnibus bonis operibus tantùm intelligendum est. Nec enim ipse mala in nobis operatur, cum scriptū sit; *Perditio tua Israel.* Fiunt autē eiusmodi bona opera tum à nobis, tum à Deo: à nobis quidem, vt causis posterioribus; à Deo verò, vt ex causa prima: quæ si in effectis naturalibus plus efficit, quàm causæ secundariæ, multò magis id locum habebit in effectis, quæ supra naturæ facultatem fiunt. Christus etiam vitis est, cui insiti tanquam palmites, succum & virtutem ab eo trahimus, vt bona nostra sint opera, Deiq; oculis grata, & quibus ille æternam remunerationem præparauit, quemadmodum & ipsa bona opera, quæ, vt testatur Apostolus, pręparauit Deus, vt in illis ambulemus. Tecteque Dominus his verbis Nicodemū percutit: qui volebat venire ad lucem: non tamen nisi nocte, vt occultus maneret: atq; ita Dominus aptè declarauit, se omnium salutem sitire, & neminem ab ea excludi; pręter illum, quia sua sponte se à tantis bonis cernendis excæcauerit, & seipsum ab illorū possessione distraxerit.

Facientium veritatem opera vt manifestentur, quod in Deo sint facta.
Matth 5.

Infra 10.

Matth. 6.

Quid est, opera in Deo esse facta, manifestare.
Esa. 26.

Ose. 13.

Opera bona à Deo & à nobis quatenus fiant.
Ioan. 15.

Ephes. 2.
Nicodemi tenebræ.

Christi sitis animarum.

Sequitur in textu: *Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram: & illic morabatur cum eis, & baptizabat. Erat autem & Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur. Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem.* Quamuis hæc ad historiā spectarent, quia tamen pauca erant, & nihil magni cōtinent, non putaui operæpretium è loco suo diuellere, & in libro historiæ vitæ Christi reponere: breuibus hic igitur illa absoluemus. Et in primis quod ait: *Post hæc venit Iesus in Iudæā terram*: quidam interpretantur ex Ierusalem venisse in Iudæam, nam colloquium hoc Domini Ierosolymis cum Nicodemo habuit: quanquam durum videatur, quòd ex Ierusalem, Iudææ capite & metropoli, venerit in Iudæam. Propterea alij, verisimilius fortasse, existimant, primùm redisse è Ierusalem in Galilæā, quod supprimitur in textu, & inde venisse in Iudæam ad baptizandum. Sed parum videtur referre, vtro modo exponamus. Deinde dicitur: *Et illic morabatur cū eis, & baptizabat.* Fuit igitur aliquod temporis interuallum, quod Dominus partim doctrinæ communicandæ, partim baptismo vacabat, quanquam Dominus ipse, vt infra dicitur, per se non baptizabat, sed discipuli eius: internè tamen ipse est qui baptizabat, & baptizat semper dando spiritū suum ijs, quos Apostoli externè tingebant. Porrò Ioannes manibus suis, & non per alios baptizabat.

Ioh. 4.
Vnde venerit Iesus in Iudææ terram, ibique cum discipulis baptizarit.

Iesus quomodo baptizarit.

Erat autem & Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim. Loca hęc duo nō longè à Iordane dissita erant; vbi, ob commoditatem aquæ Ioannes baptizabat. Hieronymus de his locis sic scribit: *Aenon*, inquit, *iuxta Salim vbi baptizabat Ioannes, sicut & in Euangelio κατὰ Ioannem scriptum est: & ostenditur nunc vsque locus in octauo lapide Scythopoleos ad meridiem iuxta Salim & Iordanem.* Sic ille. Interpretatur porrò Ænon, oculus, vel fons eorū, teste eodem Hieron. Nec sine causa refert Euāgelista fuisse ibi multas aquas: quia alioqui raræ sunt in Iudæa, illic autem frequentes. Vnde & Salim Syriacum vocabulum scatebram significabat, siue vulpem. Dicitur in Ænon iuxta Salim, ad differentiam alterius Ænon, qui terminus est Damasci, vt dicitur Ezech. 47. Salim vero, vt putat Hieronymus in Epistola ad Euagriū, fuit ciuitas, cuius mentio fit Gen. 33. cùm dicitur Iacob transiuisse in Salem vrbem Sichimorū, quę est in terra Chanaam: & Genes. 14. dicitur Melchisedech Rex Salē. *Nec refert* (inquit) *an Salem an Salim nominetur, cum vocalibus in medio literis perrarò vtantur Hebræi; & pro voluntate lectorum, atque varietate regionum, eadem verba diuersis sonis, atque accentibus proferant.* Sic ille. Et Ioannes & Christus non in eisdem

Quid Ænon iuxta Salim, vbi Ioannes baptizabat, teste Hieron. lib. de locis Hebraic. tom. 3.

Ænon & Salim quid significent, eorum autore Hieron. lib. de nomin. Hebr.

Hieron. epist. 126. tom. 3.

...stus & ...annes an... ...dem in loco Salim, & fonte ...p... parent. Cyril lib. 2. ...oan. c. 37.

dem fontibus: Sed Ioannes iuxta Salim in fonte quodam certo atque vicino: vt Cyrillus ait; vt etiam hac fontis determinatione ænigmaticè subaperiret, cùm esset imperfectus, introductorium ad perfectioné fuisse. Nam veluti lex Mosaica futurarum rerum, & spiritalis cultus præparatio quædam fuit, occultam veritatem parturiens: sic baptismus Ioannis ad baptismum Christi collatus, præparationis vim obtinebat. Ita Cyrillus. Ac Ioannes quidem babtizabat, & baptizatos ad Christum mittebat; Christus venientes recipiebat, & vel baptizabat ipse per Apostolos, vel de baptismo suo recipiendo admonebat; vt hinc fortassis orta fuerit controuersia de baptismo, quæ subtexitur.

Baptismi Ioannis & Christi discrimen.

Quemadmodum autem ad modicum tempus concurrit nox cum ipsa die, nempè ab eo tempore, quo Lucifer incipit apparere, & clarescere, vsque ad ortum Solis suo splendore stellas omnes offuscantis: ita ad modicum tempus durauit concursus baptismi cum illo Ioannis Baptistæ, donec paullatim præualente Christi baptismo, ille Ioannis imminueretur, ac deficeret. Tùm, vt apertius ostenderet ipsum esse illum quem Ioannes post se véturum dixit, & baptizaturum in Spiritu sancto, & cui viam parabat: tùm quia si subitò cessasset baptismus Ioannis, inuidia, aut ira aliqua commotus Ioannes cessasse indicari posset à quoquam. Debuit igitur Christi baptismus concurrere cũ illo Ioannis, præsente Ioanne, vt agnosceretur ab illo diuersus, quia baptizati à Ioanne, iterum baptizabantur; & ne putarent Iudæi Christum successorem Ioannis in eius baptismo.

Vtriusque baptisma quàm paruo tempore concurrere... quare.

Subditurque, eo tempore nondum Ioannem in carcerem missum. Ex quo habemus solum Ioannem scripsisse Christi res gestas, à tentatore deuicto ad carcerem vsque Ioannis præcursoris, quę alij tres omiserant; sed à carcere ad mortem diligenter omnia persequuntur. Pulchrè autem, vt imperfecto baptismo, successit ille Domini perfectus, & discipulis Ioannis discipuli Christi: ita & ipsi Ioanni Iesus Dominus & Magister, sicut voci succedit verbũ, & Lucifero Sol, & testi auriro testis ocularus, Filius Dei, cui cum Patre & Spiritu sancto perpetuus à creatura rationali impendatur honor, & gloria, & imperium, in secula seculorum,
*Amen.

Quas res Christi gestas Ioannes, quas vero ... Euangelistæ describerent. Matth. 4. ...m. 13.

TRACTATVS IX.

De disceptatione Ioannis Baptistæ cum discipulis suis super baptismo Christi: de qua Ioan. 3 dicitur: *Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione: & venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iodanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum, &c.*

ABsoluta Nicodemi (cum Christo scilicet) collocutione, vt Cyril. ait, aliud iam vtilissimum Euangelista enarrat. Videbat enim Spiritus gratia illuminatus, quam necessarium esset, ea narrare, quibus quantum Christi baptismus, Ioannis baptismo præstaret, aperiretur; perspexit non multò post aliquos futuros, qui aut nullam inter baptismum & baptismum differentiam facerent, sed pari laude vtrunque coronarẽt, aut ob imperitiam & lapsum hominũ meliorem esse baptismum Ioannis putarent. Nullum enim est tam turpe facinus, quod imperitia non audeat aggredi. Nulla blasphemia tam magna, vt aduersus sacratissima Ecclesiæ dogmata non dicatur libenter ab ijs, qui omnia (vt scriptum est) recta peruertunt. Ne igitur temerarij homines aquá Ioannis, qua in pœnitentiam baptizabat, spiritali baptismo Christi anteferre auderent, causas tam turpis temeritatis euertẽs, ipsum Baptistam exponit huius quæstionis nodum fragilem dubitantibus suis discipulis dissoluisse. Baptizabat enim Christus per discipulos suos. Ioannes quoque ipse non per alios, sed manibus suis; nec in eisdẽ fontibus, in quibus Christus hęc faciebat, sed iuxta Salim, & in fonte quodam certo atque vicino: vt etiam hac fontis determinatione subobscurè ac ęnigmaticè subaperiret, baptismum suum, cum esset imperfectus, introductorium ad perfectionem fuisse. Nam veluti lex Mosaica, futurarum rerum, & spiritalis cultus præparatio quædã fuit: occultam veritatem parturiens: sic baptismus Ioannis ad baptismum Christi collatus, præparationis vim obtinebat. Hæc magnus Cyrillus: quæ consultò attulimus: non tam vt Hæreticorum nobis ingenium detegatur, quorum est omnia recta peruertere; sed ob id potissimum, vt tatro & scopus huius disceptationis, qualis extiterit, intelligatur, & vt hostes Ecclesiæ tanti Patris autoritate conuincantur, qui existimãt Ioannis inter & Christi baptismum nullã

Propositę narrationis argumentum, ex Cyrillo. Cyril lib. 2 in Ioan. cap. 37. tom 2.

Imperitorum hominum audacia.

Mich. 3.

Ioannis Baptistæ prudentia.

Heb. 10. & 1. Cor. 10.

Hæreticorum ingenium omnia recta peruertere.

esse

Christus ante mortem suam Ioannis baptismo vsum fuisse, Melchior Canus vult probare conetus.

4 sent. dist. 3. B Thom. August tr. 9. & epist 108. de baptismo & pœnit. Petri, tom. 2.

esse differentiam: de qua re etsi nos latè disseruetimus in lib. 4. libet tamen hoc loco quædam adiungere, meo quidē iudicio nō contemnenda; propter Melchiorem Canū qui lib. 8. c. 5. probare contendit, Christum ante mortem baptismo Ioannis, non suo vsum fuisse; idq; ob eam potissimum rationem, quod Christus Sacramentum baptismi ante passionem suam non instituisset. Qua in re pugnat cum Magistro Sententiarum, ac B. Thoma, qui secuti sunt Augustinum tract. 5. in Ioā. & in epist. ad Seleucianam, vbi habet: *Tunc ergo quando ab Ierosolymis cum discipulis suis in Iudæam terram, & illic morabatur cum eis, baptizabat non per seipsum, sed per discipulos suos, quos intelligimus iam fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis, sicut nonnulli arbitrantur, siue, quod magis credibile, baptismo Christi.* Sic ille. Asserit item, baptismum, quo Apostoli baptizabant, posse dici Christi, eo quod ipso institutore celebraretur, non autem quod gratiam conferret.

Hoc dogma Melchioris multis refellitur.

Matth. 3.

Act. 19.

Sed hæc falsa sunt, & contra ipsos Patres. Nam in primis baptizantibus discipulis, dicitur Christus baptizare hoc eodem capite & sequenti: & de Ioanne traditur quòd baptizabat in aqua, Christus verò Spiritu sancto: Ergo baptismus quē conferebant Apostoli, Spiritum habebat & gratiam. Deinde Ioannes baptizabat in eum, qui venturus erat; at hæc forma falsa esset, si illa, præsente Christo, Apostoli vterētur, cum iam Christus venisset. Adde, indignum prorsus esse, Dominū baptismo serui, & gratia destituto vsum fuisse; sed potius sua dignitate & autoritate baptismo Spiritū sanctū conferente. Prӕterea Christus ante mortem baptizauit Apostolos suos, vt dignè possent alios baptizare, quod Christus non fecisset, si idē fuisset suum, & baptisma Ioānis, quo prius erant tincti: nec dixisset de illis Dominus: *Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus*; neque rursus eos ad Eucharistiæ Sacramentum admisisset, & Sacerdotes creasset, & offerendum sacrificium, & ad remittēda peccata, cum ianua sacramētorum omnium sit baptismus. Insuper hic locus, & hæc quæstio superflua fuisset, & nulla, si vnus & idem fuisset vtriusque baptismus. Postremò ipse Ioānes ad quæstionē respondens discipulorum, satis excellentiā baptismi Christi supra suum ostendit. Nam cùm dixit: *Qui habet sponsam, Sponsus est: amicus autem Sponsi, &c.* satis declarauit, Christū Sponsum esse, qui per gratiam sibi Ecclesiā desponderat, quam amicus præstare non poterat. Eo quoque cæteræ laudes, quas Ioānes tribuit Christo, spectant: vnde quod dixit; *Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur; qui de cœlo venit, super omnes est*; &, *illum oportet crescere, me autem minui*; perinde est, ac si dixisset baptismum Christi esse de cœlo; suum autem terrenum, & in aqua tantùm, atq; illo Christi suum imminuēdum, atque abrogandum. Quod vero obijcitur Sacramenta Ecclesiæ de Christi latere orta esse: non tollit quin prius per baptismum suam gratiam dederit, sicut & illam dabat per fidem, vnde dicebat, *Fides tua te saluam fecit*: alioqui si nullam gratiam contulissent Sacramenta Christi ante passionem, nec in Eucharistia aliquem fructum gratiӕ illis dispensasset: neque cum eos creauit Sacerdotes, vt offerrent, & remitterēt peccata, nullum iustitiæ, aut gratiæ augmentum per illa eis præstitisset, quod falsum est, & à Sacramentorum pactis alienum.

Christus cur ante mortem Apostolos suos baptizauerit.

Ioan. 13. Matth. 26.

Ianua Sacramentorum omnium baptismus est.

Ioannis Baptistæ de Christo honorifica testimonia.

Ioan. 3.

Ioan. 19.

Ad illud. Ecclesiæ Sacramenta de latere Christi producere responsio.

Luc. 7.

Quod etiam Hieronymus dialogo in Luciferianos disputans, distinxit baptisma in perfectum, & imperfectum; & nisi in Cruce, & resurrectione nullum baptisma perfectum fuisse: sensum suū habet Catholicū. Quia nondū baptismus ianuam cælestis aperiebat regni, sicut post resurrectionē aperuit. Nam simili ratione circumcisionem, quæ olim nō secus peccata remittebat, quā nunc baptisma, imperfectum Sacramētum quidā vocant, quod ianuam cæl minimè aperiret. Cæterùm quod Leo epistola quadam scripsit, Christum post mortem baptismum præcepisse: non est id simpliciter, vt sonat, intelligendum, cùm viuente Domino Apostoli ex mandato eius baptizarent; sed de præcepto dato ad baptizandos non tantum Iudæos, sed etiam vniuersas gentes, intelligendum est, dixit enim Dominus: *Euntes docete omnes gentes; baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: & ad præceptum his verbis datum, alludit Leo in epistola illa.

B. Hieronymi distinctio quedam baptismi in perfectum & imperfectum quem sensum habeat.

Circumcisio olim peccata remittebat.

Leo epist. ad Episcopos Siciliæ. Leonis Papæ dictum, quod Christus Apostolis post mortem baptismum præcep[...], quomodo [...] intelligendum. Matth. vlt.

Fuit ergo Christi baptismus eo viuente institutus atq; consultus, & ipse Apostolos suos per seipsū baptizauit, & alios suo præcepto, dum viueret, baptizare iussit: sed nihil adhuc de baptizādis Gentibus prӕcepit: imò verisimile est Apostolis, ne Gētes baptizarent, interdixisse; sicut & prædicationē interdixit. Quòd postremò Theophylact' in Ioannem, & Chrysostomus similiter, disertè negēt illud baptisma, de quo egimus, Sacramentum esse, & peccata remittere, aut gratiam conferre, minus solidè & rectè dictum esse videtur. Verba enim Theophylacti hæc sunt: *Baptizant igitur discipuli Christi baptismo, quod nihil habebat amplius, quā baptismus Ioannis; ambo enim imperfecti, & nondum habentes spiritum; eademq; vtriq; caussa, vt adducantur ad Christum baptizandi.* Et paulò an-

Baptismus Christi quando fuit ab eo institutus atque præceptus.

Matth. 10. Theophyl. in cap. Ioan. 3. Chrys. ho. 28 in Ioan.

lò an-

Christi, & Apostolorum baptisma ante Resurrectionem, vere Sacramentum fuisse.
Matth. 3.

Iō antè dixerat: *Sed quæris, Quare non ipse baptizauit? disce. Superius dixit Ioannes quod ille vos baptizabit Spiritu sancto. Spiritus autem sanctus nondum erat datus, eo quòd nondum tempus erat. Igitur si baptizasset, vel absq; spiritu baptizasset: & quid igitur præstabat Ioanne? vel dedisset spiritum, atq; ante tempus, sed id indignum Deo, qui in tempore facit omnia.* Hæc ille. Sed hæc ratio Theophylacti, propter quam Christus non baptizabat, ne suo baptismo ante tempus daret Spiritum sanctum: falsa est: certũ est enim quòd baptismo suo conferret gratiam Spiritus sancti, licet nō in ea plenitudine donorum, sicut fuit datus in Pentecoste. Ad hæc baptismus non est minoris virtutis ante aduentum Spiritus sancti, quã post. Nam Samaritani (vt est in Actis) erant baptizati in nomine Domini Iesu; qui tamen nondum receperãt Spiritum sanctum, in domo videlicet cōfirmationis.

I. Ratio.
II. Ratio.
Act. 8.

Hæc ergo sententia Theophylacti, & Chrysostomi, quã etiam sequitur Euthymius, meritò deserenda est, quod eã etiam Patres cōmuniter deserant, præsertim verò Cyrillus supra citatus, & Augustinus, qui quidem expendēs illud Ioannis: *Quãquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius: Ipse*, inquit, *& non ipse. Ipse potestate, illi ministerio seruitutem ad baptizandum illi admouebant; potestas baptizandi in Christo permanebat, Ergo baptizabant discipuli eius, & ibi adhuc erat Iudas inter discipulos eius. Si quos ergo baptizabat Iudas, non sunt iterum baptizati, & quos baptizauit Ioannes, iterum baptizati sunt? Planè iterum: sed non idem erat baptismus. Quos enim baptizauit Ioannes, Ioannes baptizauit: quos autem baptizauit Iudas, Christus baptizauit. Sic ergo quos baptizauit ebriosus, quos baptizauit homicida, quos baptizauit adulter, si baptisma Christi erat, Christus baptizauit.* Hęc ille, tam exerte, & constanter, vt certũ Fidei dogma, tradēs differentiam horum baptismatum. Sed iã ad verba textus explicanda accedamus.

Euthym. c. 3. in Ioan.
August. tract. 5 in Ioan. prope finem. 9.
Ioan 4.
Non idem, Christi, & Ioannis Baptisma fuisse, teste Augustino.

Ait igitur Euangelista: *Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione.* Ijs scilicet Iudęis, qui visis Christi miraculis, & prædicatione, à Ioanne ad Christum conuolabant, & Græci quidã codices habent non cum Iudæis in plurali, sed cum Iudæo, in singulari, qui primus de ea re cōtendebat cum discipulis Ioannis, atq; illũ Iudæi alij consectati sunt; vt meritò dicatur orta quęstio inter discipulos Ioannis, & Iudæos: & quęstionē vocat honestiori vocabulo, quam poterat vocare contentionē. Sed charitas, quæ nō gaudet iniquitate ꝓximi, proximi lapsus aut tegere, aut excusare, aut extenuare cōsueuit: & diaboli ingenium est semper zizania serere, & persecutiones, aut tentationes excitare, quo vitæ emendatio impediatur, aut pax, & concordia fratrum dissoluatur. Et primò Ioannis discipulos ad æmulationem & inuidiã incitauit contra Christum: potiò æmulatio cōtentiones gignit, & vbi res agitur contētionibus, ibi plerunq; charitas periclitatur & veritas negligitur; vt verum sit illud: *Nimium altercando amittitur veritas.* Nec mirũ, discipulos Ioannis, inuidentiæ, & æmulationis vitio subiacuisse; cùm etiam Christi discipuli hoc morbo non caruerint. Nam cum quidam non sequens Dominum, dæmonia tamen in nomine Iesu eijceret, volebat illum prohibere, ni Christus illis restitisset. Ita & Iosue (vt est in Numeris) æmulatus pro Mose, quod Eldad, & Medad in castris propheťarent, & Iosue diceret: *Domine mi Moyses, prohibe eos.* At ille: *Quid*, inquit, *æmularis pro me? Quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis spiritum suum?*

Quibus cum Iudæis incidit quæstio discipulis Ioannis de purificatione.
Charitatis proprium quod sit.
Diaboli ingenium.
Æmulatio quæ pariat.
Terent.
Luc. 9.
Æmulatione etiam Christi discipulos laborasse.
Num. 11.

Quęstio autem orta, erat de purificatione, hoc est, de baptismo, quem Iudæi aiebãt pertinere ad solum Messiam, discipuli autē Ioannis putabãt vnum debere esse baptismum, vt vnus est Deus, & illum esse Ioannis, quare illum Christo non conuenire: sicuti nec probabant Ioannis de Christo testimonium. Litigabant igitur, cuius eorum baptismus melior esset, discipulis Ioannis magistri sui baptismum summa contentione tuentibus. Similis propemodum in Ecclesia Corinthi orta est quæstio de baptismo propter alios & alios ministros: nam à sanctitate maiore ministri sanctius baptisma conferri existimabant: vnde illæ voces prodiêre: *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Christi*: quas Paulus reprehendit: cùm minister nil efficiat, vel det, vel adimat verbo Dei.

Qua de purificatione quæstio fuit inter discipulos Ioannis & Iudæos.
Ephes. 4.
1. Cor 1.
Infra 3.

Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, &c. His verbis apud Ioannem inuidiam Christi conflare volebant, nec satis fuit dęmoni discipulos corrupisse, etiã ipsum magistrũ per eos aggreditur, si posset eum ad inuidiam perducere. Et in singulis verbis vis quædã delitescit, quæ etiã constantem hominem deturbare posset, nisi spiritu esset stabilitus: nominant enim eũ adulatoriè Rabbi, siue magistrum, quod alias nũquam legitur, vt eum facilius seducant; deinde rem odiosè proponũt: *Qui erat*, inquiunt, *trans Iordanem*, & se tuis manibus baptizandum, tanquam minor, submisit, ecce hic nunc baptizat; & cui tu testimonium perhibuisti, per humilitatē te illi subijciens, & gloriam tuam dans alteri, ecce omnes, te neglecto; ad eum accurrunt.

Ioannis discipulorum in ipsum, atque adeò in Christum nequitia.
Ioan. 1.

Certus

gratiam cũm sequam: aut humilitatis, & non potiùs veritatis caussa: natura enim duce nos ipsos magis quàm alios amamus, atque alijs eminere contendimus. Neque vos mihi quicquam tribuere plus, quam sim, potestis; neque celsiorem mihi, aut inferiorẽ locum statuere, quàm illum, quem mihi Deus præfixit. Ideò rectè dixit: *Non potest homo accipere quicquam*, vt cùm se Christo subiecerit, non ex illo gratuito reuerentiæ, aut humilitatis studio; sed ex æquo iustitiæ debito hoc facio: & vbi in Iordane dixi, mecum esse, baptismum ab illo suscipere non illum à me, qui baptismo non egebat, imò ipsius est in Spiritu sancto baptizare vt tunc testificatus sum; meum antem tantùm in aqua tingere. Nolite igitur, aut Iesu corde inuidere, aut verbis detrahere, aut de me plus æquo sentire, aut verbis magnificis arrogare. Estq; hæc verissima, sanctissima, & planè antea rectè viuendi regula. Inde enim peccata nostra oriũtur, quod nos ipsos pede nostro non metimur; sed supra vocationem nostram erigimur; aut glorioſius loquimur; de alijs verò, etiam si maioribus Dei donis sint fulti, minus sentimus, & abiectius prædicamus. Etsi ergo perfecti simus, homines nos tamen esse agnoscamus, nihilque nos ex nobis habere ingenuè confiteamur, iuxta illud Apostoli: *Quid autem habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Deinde simus cõtenti his quæ accepimus & gratias agamus, ad hæc alijs sua dona nõ inuideamus.

Matth. 3.

Optima viuendi regula.

1. Cor. 4.

Vos ipsi mihi testimonium perhibetis quod dixerim, Non sum ego Christus; sed quia missus sum ante illum. Reducit discipulis in memoriam ea, quæ sæpiùs ab eo audierant: tùm vt eos, quasi segnes, ad res præclaras erigat, tùm quò eis persuadeat, vt scripturas diligentius perscrutentur, & ex illis discant quantum sit inter Christum & eius Præcursorem discrimen. Et quia ipsi dixerant: *Cui tu testimonium perhibuisti*: propterea ait: *Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim, Non sum ego Christus.* Neque meis verbis ille auctus est, sed ipse suaptè natura maior est fortior, Messias est, Dominus est. Ego verò tanquam seruus, siue tanquam vox, & Præcursor missus sum ante illum ad præparandam illi viam, & indicandum quantus ille. Propterea cum hoc ab initio sim contestatus, indecorum est ac turpe, planeque me mendacem ostenderem, & incõstantem, vt qui omnes alios ad Iesum prouocaui, tanquam ad Messiam, cum possem mihi eam dignitatem vindicare, si nunc vicinus morti, & à multis iam desertus, illam mihi vsurpare tentarem. *Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi: Hoc ergo gaudium meum impletum est.* Eleganti exemplo indicat, quàm esset impia ad quæ discipuli cohortarentur Ioannem. Nam vt prorsus execrandum est, si quis, vt amicus ex gratia vocatus ad nuptias, sponsam ad se abduceret, illamq; sibi copularet, profectò non secus ego facerem, si Ecclesiam de lauacro baptismi surgentem tanquam sponsam, ad me tanquam ad Messiam traherem. Est igitur Dominus Iesus sponsus: data est illi Ecclesia in sponsam, vel ab eo tempore, quo in typo & figura Eua tradita fuit Adæ. Ipse sponsus est, qui de cœlo sibi datam spõsam habet, & ad illam sibi copulandam ius habet: quia nemo potest accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo. Illi data est sponsa, mihi amici, siue paranymphi munus: Ipse sponsus potens est sponsam suam dotare, Ipse eam nobilitare, ipse eam fœcundare, & fructum benedictionis, hoc est, bona opera ex ea suscipere potest. Ipse denique eam, quam sibi coniungit, summè diligere, & cùm ea perpetuò permanere, eamque bonorum suorum participem facere solus valet, proinde iniquum est, contraque omnem rationem, Ecclesiam, aut quamlibet animam fidelem ex hoc felici coniugio à Christo distrahere, & tanquam in posterum alienam rapere sponsam, quæ omnem fidem, amorem, obseruantiam, & placendi studium sponso suo Christo debet. Frequens est in Scripturis hæc metaphora, qua Christus sponsus dicitur humani generis, & apta ad mysterium Incarnationis Dominicæ significandum, nam per illam exprimitur summa Dei charitas erga illum populum, cui soli Deo, vt sponso suo debebat adhærere, atque ex ea coniunctione fructus bonorum operum producere: sed illam coniunctionem per Incarnationem confirmauit magis, atque stabiliuit, & rectè nunc Christus sponsus, non vir Ecclesia sponsa, nõ vxor appellatur, nimirum quod pro suo aduentu Ecclesiam velnti sibi desponsauit, consummaturus, cum ea nuptias secundo suo aduẽtu, quia tunc implebitur illud Apoc. 19. *Venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se.*

Quam sponsam Ioannes Baptista abstrahere ab sponso, nempe Christo, minime debebat, tui vt discipuli perperam suadebant.

Genes. 2.

Alia Christi Messiæ, alia Præcursoris officia.

Exhibitum de Christo testimonium Ioannes eius in mentem discipulis reducit.

Ioan. 1.

Qualis præ Christo Ioannes sua Baptista.

Quod verò Pontifex sponsus dicatur Ecclesiæ suæ, sicut & quilibet Episcopus; vnde & annulũ gestant dispensationis suæ testem, nequaquam repugnat his verbis. Quia vt nomen Filij Dei, & Pastoris, & Iudicis, quæ sibi sunt propria, voluit alijs cõmunicare, ita etiam nomen sponsi perfectioribus communicat, iuxta illud Esaiæ:

Exemplum de sponso, & sponsa sumptum mysterio Incarnationis explicando quàm apte deseruiat.

Si Christus Ecclesiæ suæ sponsæ, spon-

fus eſt, cur ſponſi Papa, & Epiſcopi nominantur.
Eſa 61.
B Thom. in Ioan tom 14

Induit me veſtimentis ſalutis; & indumento iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Vnde B. Thomas in hunc locum rectè ſcribit: *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Ipſe enim de Eccleſia nomine ſuo filios generat; alij autem dicuntur ſponſo exterius cooperantes ad generationem ſpiritualium filiorum, quos quidem non ſibi, ſed Chriſto generant: & qui in tantum ſponſi dicuntur, in quantum vicem veri ſponſi gerunt. Et ideò Papa, qui obtinet vicem veri ſponſi in tota Eccleſia, vniuerſalis ſponſus dicitur.* Idem in quartum ſentent. ſcribit, quòd Epiſcopus, cui Eccleſia committitur, virgines deſponſat, non ſibi, ſed Chriſto, quaſi ſponſi Paranymphus, & amicus. Et ſubdit: *Quod etſi Epiſcopus ſuæ diœceſis ſponſus ſit, & presbyter ſuæ Eccleſiæ, & illius ſit ſponſus Papa, ſicut & parochiæ presbyteri Epiſcopus, non tamen per hoc ſequitur, quod ſint plures ſponſi vnius Eccleſiæ: quia ſacerdos ſuo miniſterio cooperatur Epiſcopo tanquam principali, & Epiſcopus Papæ, & Papa ipſi Chriſto. Vnde Chriſtus, Papa, Epiſcopus, & Sacerdos non computantur niſi pro vno: cum vna ſit iuriſdictio, ſiunt vnus ſponſus, & vna ſponſa.* Hæc ille egregiè.

Papa ac quilibet Epiſcopus, Eccleſiæ ſuæ quomodo ſpōſus dicatur.
B. Thom. 4. ſent. diſt. 27.

Se amicum ſponſi, Chriſti ſcilicet, Ioannes cur nominet.
Ioan. 1.

Vocat autem ſe amicū ſponſi; qui prius indignum ſe dixerat, qui ſolueret eius corrigiam calceamenti: non quò ſeipſum laudaret; ſed vt oſtenderet, ſe, qui propria natura erat indignus, & ſeruus, ex accepta gratia factum amicum, neque ſibi diſplicere quę per Chriſtum fiebant, imò ſe ex animo eius gloriæ fauere, ſeq́ue pro maximo habere beneficio, quod vt amicus ad nuptias has admiſſus ſit. Imò vt amici ad conciliandas nuptias eius, quem amant, ſolent honeſtius ipſi nuptiarum negotia peragere: inſtar illius Eliezer procuratoris Abrahæ, qui Rebeccam coniunxit Iſaac filio Abrahæ, & officium geſſit paranymphi: ita Ioannes baptiſmo, & prædicatione ſua, imò Apoſtoli, & omnes eorum ſucceſſores, qui Epiſcopatus munera exercent, denique omnes legitimi verbi Dei interpretes, & Sacramentorum miniſtri, ſe paranymphos agnoſcere debent, vt animas Chriſto deſpondeant, at cùm Apoſtolo dicant: *Deſpondi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto*: nam in baptiſmo fiunt ſponſalia animarū cum Chriſto. Et de hoc ait, quod, *Stat, & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem ſponſi.* Stat quidem, animo erectus, & miniſtrare paratus, ſi opus ſit, & magnitudine myſteriorum attonitus, & nuptijs intendens perficiēdis, audit eum cum ſponſa ſua colloquentem, illamque componentem, ac inſtruentem: gaudio autem gaudet, id eſt, congratulatur, gaudijq́ue interioris ſigna adhibet externa.

Eliezer ſeruus Abrahæ quorum typus.
Geneſ. 24.

2. Corinth. 11.
Quomodo fiant ſponſalia animarum cū Chriſto.

Amicus ſponſi vt ſtet, idem & gaudio gaudeat propter vocem ſponſi.

Et ſubiungit: *Hoc ergo gaudium meum impletum eſt.* Cum ad eum, à quo prius refugiebam, videam mea prædicatione, baptiſmoq́ue omnes confluere: illumq́ue verum ſponſum atque Meſſiam agnoſcere: tantum abeſt vt ego illius gloriæ inuidere, aut ipſi quaſi æmulus velim exiſtere; vt etiam ex eo ipſo capiam, vel maximam voluptatem. Hunc locum pulchrè Gregorius explicat, dicens: *Eius* (ſcilicet Baptiſtæ Ioannis) *eſſe ſponſam Eccleſiam credebant, qui hunc Chriſtum eſſe exiſtimabant.* Sed ait: *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Ac ſi diceret; Ego ſponſus non ſum, ſed amicus ſponſi ſum. Nec propter vocem ſuam, ſed in voce ſponſi ſe gaudere perhibebat, quia non ideò lætabatur in corde, quoniam à populis humiliter audiebatur loquens: ſed quia ipſe veritatis vocem audiebat intus, vt loqueretur foris. Quod benè gaudium impletum dicit, quia quiſquis de ſua voce gaudet, plenum gaudium non habet. A quo & ſubditur: Illum oportet creſcere, me autem minui.* Hæc ille. *Illum oportet creſcere, me autem minui.* Noli hic aliquod augmentum corporis, ſiue ætatis perfectæ cogitare, quia iam perfectus erat vir, trigintaq́ue annos compleuerat. Rurſus noli putare, ſermonem eſſe de vllo augmento gratiæ, quia vt paullò poſt ait in hoc eodem colloquio, non ad vllam menſuram dedit ei Deus ſpiritum: & ille, qui fuit ab initio plenus gratiæ, & veritatis, creſcere non potuit. Sed eo modò creſcit, quo nimirum Deus dicitur exaltari, & magnificari. Nam neque Deus altior, aut maior fieri poteſt: ſed quod indies maior, & altior ab hominibus concipitur, atque in opinione hominum magnificentior, & illuſtrior habetur, eatenus dicitur exaltari, & magnificari. Simili ratione Dominus Ieſus, qui ab initio humilis atq; contemptus in oculis hominum erat, vbi publicè prædicare, ſignaq́ue edere cœpit, mortemq́ue pro nobis ſubijt, & mortis victori reſurrexit, in cordibus hominum per fidem creuiſſe dici poteſt; dum Filius Dei, vniuſcuiuſq́ue humani generis aſſertor, non ſolum in Iudæa, ſed vſque ad finem terræ ab omnibus agnitus eſt, & prædicatus; eius gloria, fama, autoritas, & doctrina vſq; propagata. Creuit etiam alia ratione, quæ cum priori coniuncta eſt, nimirum in corpore ſuo myſtico, & in membris ſuis indies fructum ampliorem proferendo. Omnis enim huiuſmodi Eccleſiæ fidelium profectus, Chriſti ſanè eſt profectus.

Ioan. 1.
Ioannis Baptiſtæ in Chriſtum, ... [illegible]

Gregor. ... ſuper Euang. tom. 2.

Quid eſt quod ſuum gaudium de Chriſto ſponſo ſponſam Eccleſiam habente Ioannes dicit impletum, teſte Gregorio.
Id de Chriſto: Illum oportet creſcere me autem minui, quid ſignificet.

Luc. 3.
Ioan. 1.

Alia ratio creſcendi in Chriſto.

Cùm verò ait: *Me autem minui*, non corpore aut ætate, aut gratia Dei intelligas: qui enim pro veritate in carcere occubuit, quomodò ille gratia imminutus eſſet. Ergo quod imminutus ſit, intellige in opinione

Matth 14.
Ioannes quomodo minutus, Chriſto creſcente.

& fama

& fama hominum: quia cùm prius exiſtimarent illum eſſe Meſſiam, poſtea agnouerunt illum hominem nudum, & ſeruũ, & Præcurſorem Meſſiæ. Diminutus eſt etiam, quod ad concurſum, & diſcipulos ei' ſpectat, quia poſito illo in carcere, ceſſauit concurſus ad Ioannem; & omnes accurrerunt ad Ieſum. Oportet etiam ex decreto Patris pro ſalute hominum illum creſcere, me minui, vtpote functum officio meo, & cedentem baptiſmo, & doctrinæ Meſſiæ: quemadmodum autora, ſiue lucerna cedit Solis ſplendori. Hanc ſententiam hoc ſenſibili exemplo illuſtrat Cyrillus hoc loco: *Certe cuiuſdam magnitudinis lignum videre fingamus, iuxtaque ipſum magnæ futuræ arboris plantam nũc primum è terra prodire imaginemur. Num igitur ſi vocem lignum aſſumeret, ac diceret. Hanc plantam creſcere oportet, me verò minui, detrimentum quoddam ligno futurũ intelligeremus? Minimè arbitror, ſed ideo minus dicemus, quia dum ad plantam confertur, minus atq; minus quotidie reperitur.* Hæc ille eleganter, ac eruditè.

Ioan 1.

Cyrill. lib. 2. in Ioan. c. 64. Exemplum Cyrilli pulcherrimum, de modo imminutionis Ioannis.

Quid Ioannes pia Christo diminutus doceat nos.

Inſtruimur igitur hoc verbo, vt omnem noſtram dignitatem, autoritatem, iuſtitiā, ſapientiam contemnamus; vt illa Chriſti autoritas, dignitas, & iuſtitia ſtatuatur, & & inclareſcat. Multi enim vt ab officijs humilitatis abſtineant, dignitatem ſuam cauſantur, & illam, quæ ſtimulus, & calcar ad ſubmiſſe agendũ debebat eſſe, concipiunt vt impedimentum, cum Chriſto omni autoritate, & dignitate cumulatiſſimo, obſtaculum non præſtiterint.

Qui de ſurſum venit, ſuper omnes eſt. Qui de terra, de terra eſt, & de terra loquitur. Aſſignauerat Ioannes inter ſe & Ieſum magnum diſcrimen, & quale eſſe ſolet inter ſponſum ſponſam habentem, & amicum ſponſi, qualeque eſſe conſueuit inter eum, qui augetur, & eum qui minuitur: addit nunc tertiam differentiam de Ieſu his verbis, dicendo: *Qui de ſurſum venit, ſuper omnes eſt*: de ſe verò: *Qui de terra, de terra eſt, & de terra loquitur.* Dicitur autem de ſurſum venire de præſenti, vt Græca habet litera: non ſolum quia diuina hypoſtaſis Verbi, hoc eſt vnigenitus Dei Filius humanam naturam aſſumpſit; ſed etiam quia ex Spiritu Sancto conceptio eius formata eſt, & naturam habuit incontaminatam, & qualis in primo homine creata ſine vlla peccati labe fuit, cum omnes alij deorſum in peccatum ceciderint; & venit, Humanitate aſſumpta ad prædicandum, & baptizandum. Ait autem: *Super omnes eſt*, vbi Græce dicitur ἐπὶ πάντων, quod verti poteſt, ſuper omnes, & ſuper omnia, quo ſecundo modo Cyrillus legit: ſed quoniam hic collatio eſt Chriſti ad Ioannem, & per conſequens ad vniuerſos homines, præſtantior eſt lectio noſtra Latina. Eſt enim Chriſtus ſuper omnes, tã homines, quã Angelos, ac proinde DEVS, nam hic ſolus eſt ſuper omnes, ſiue ſuper omnia. Etſi enim altitudine mons excellat, altius tamen ſemper eſt cœlum. Et ſic docet, cur dixerit, *Illum oportet creſcere, me autem minui*, ac ſi dicat; Par eſt, vt humana diuinis, & perfectis imperfecta cedant. De ſe verò ait: *Qui de terra, de terra eſt*, non eſt nugatio hæc repetitio, ſed confirmatio humilitatis hominum. Id eſt, qui proficiſcitur ex terra, & originem ex ea habet, terrenus eſt, & mortalis homo, & ſermo eius non niſi terram ſapit, & ex ſe terræ placentia loquitur: atque hæc naturalia ſunt omnino, & communia omnibus hominibus, non ſolum quantum ad ſubſtantiam, ſed etiam ad actum ratiocinandi, quia etiam ille à terra ortũ habet, quatenus cognitio noſtra oritur à ſenſibus. Ioannes igitur ſe terram agnoſcit, & non niſi terrena ex ſe loqui: quatenus autem illuminatus eſt à Deo, & reuelationem accepit, cœleſtia, & diuina proponere poteſt, quemadmodum Chriſtus, qui de ſurſum venit, etiam terrena loqui potuit, id eſt, quæ à terra capi poſſunt, ſecundum illud: *Si terrena dixi vobis, & non creditis.*

Christus Ioan. 3. — Christus de ſurſum eſt duplici modo.

Matth. 1. & Luc. 1.

Gen. 1.

Eſa. 64. Christus quare ſuper omnes eſt.

Cyrill. loco præſcripto.

Quorſum id: Qui de terra, de terra eſt.

Chriſtus vt de terra loqui potuerit. *Ioan. 3.*

Et quod vidit, & audiuit, hoc teſtatur. Explicat membrum oppoſitum illi, de quo dixit: *de terra loquitur.* Qui enim terrenus eſt, non niſi terrena apprehendere, & intelligere poteſt: Chriſtus autem, qui de ſurſum venit, vt Deus & beatus in cœlo vidit: & vt Propheta audiuit, quemadmodum Apoſtoli, quod in terra locutus eſt in Filio. Si ergo vidit, certum eſt teſtimonium eius: ſi audiuit, ergo ab alio eſt, à Patre nimirum. Vt enim nemo audit, niſi quod ab alio ad ſe deriuatur: ita Filius habet quidem viſionem, ſed ſimul cum natura ipſa acceptam. Quanquam poſſimus tribuere videre, diuinitati; audire verò, Humanitati; vt diſtinctæ duæ cognitiones, increata, & creata denotentur. Vel vidit, & audiuit, id eſt, certiſſimè, & exactiſſimè cognouit, perinde, ac ſi viſu, & auditu certiſſimis ſenſibus ea percepiſſet. Et ita Ioannes excludit opinionem diſcipulorum ſuorũ cõparantium cum Ieſu Magiſtrum ſuum, & illum ei præferentium, quia cum terreni eſſent: qui cœlo terram, hoc eſt, creaturam præferebant Creatori. Dixit hoc etiam, ad molliendum verbum ſuperius dictum, quod dixit ſe eſſe amicum ſponſi, ex quo illi poterant cogitare paritatem eſſe inter

Idem quomodo vidit, & audiuit, quod teſtatur, vt taquit Ioannes.

Heb. 1.

Alter ſenſus. Diſcipulorum Ioannis de Chriſto caca impiaq; opinio.

Quos inter sit amicitia.

Christum, & Ioannem, cum amicitia sit inter pares. Declarat igitur se tantum ab illo distare, quantum persona terrena, & abiecta distat à persona diuina. Testatur autem Christus, & prædicando, & docendo, & miracula, quæ ad verum Messiam spectant faciendo.

Christus quanam ratione testetur.

Fidei in Christum necessitas.

Subditque: *Et testimonium eius nemo accipit.* Quo verbo docet necessitatem credendi in Iesum, vt non sit liberum credere, vel non credere, quemadmodum liberum erat baptizari à Ioanne, vel non baptizari. Tradit enim nolentes Iesu credere, damnationem æternam incurrere. Et ait: *nemo accipit*: intellige ex primoribus, & Pharisæis: vel per hyperbolen, paucos intelligit credentes. In quo percutit querulos discipulos de multo concursu hominum ad Iesum, cùm dicerent: *Et omnes veniunt ad eum.* Pauci enim erant reuera, etsi, ex inuidia, illis multi viderentur: quo morbo affecti Pharisæi, dicebant: *Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abijt.*

Inuidorum ingenium.
Ioan. 12.

Quemadmodum accipiatur testimonium Christi.

Qui autem accepit eius testimonium, signauit quia Deus verax est. Accipitur testimonium Christi per fidem, quod generale est omnibus testimonijs, quæ credulitate accipiuntur, incredulitate reijciuntur. Verbum *signauit*, Græce est ἐσφράγισεν, id est; signauit, vel sigillauit, vel sigillo obsignauit, & muniuit, hoc est qui Fide accipit testimonium eius certo comprobauit, & confirmauit: qua voce vtitur Dominus inferius, cùm de se ipso ait: *Hunc enim Pater signauit Deus*, id est, certo demonstrauit: & cófirmauit verum esse Filium suum. Cyrillus plus aliquid tribuit huic verbo, nempè quod sigillatur, siue signaculo munitur, non tantum verum esse comprobatur, verum etiam sigillo occluditur, vt in signatione approbatio, & occultatio videantur includi. Vt sit sensus. Qui credit Christo misso à Patre, & doctrinam eius susceperit, comprobat, & quasi sigillo opposito cófirmat Deum esse veracem, qui promissionem suam demittendo Filio compleuit, & per Filium suum loquitur, & in Filiũ credendo, credit in Patrem, & quasi occultum quoddam, & conclusum seruat in corde suo, non posse diuinam naturam mentiri, quemadmodum è contrario qui Filij testimonio nõ credit quasi sigillãdo comprobare videtur quod mendax sit Deus, cui recusat præstare Fidem de quo 1. Ioan. 5. loquitur: *Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit filio, mendacem habet eum: quia nõ credit in testimoniũ, quod testificatus est Deus de Filio suo.* Vt enim qui

Ioan. 6.
Signare quid Iesu testimonium accipiẽs quomodo signet quia Deus verax est.

Cyril. lib. 2. in Ioan. c. 69. signare quid secundũ Cyril.

Cyrilli sensus.

Simile.

proprio sigillo approbat scripturã, aliquã firmitatem dat illi, quantum ad se spectat: ita qui credit Iesu Filio Dei, sua professione confirmat, & tanquam sigillum imprimit ad hoc, quod Deus verax est, cuius rei caussam declarans, subiungit: *Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur.* Ecce cur accipiens testimonium Iesu, confirmat Deum esse veracem: quia verba Iesu sunt Dei verba, nempe immediata, & non Angelorum, vt erant verba Moysis: vnde de Messia ait Deus in Deuter. *Ponam verba mea in ore eius:* & ipse alio in loco: *Et sermonem quem audistis, non est meus; sed eius qui misit me Patris.*

Iesu testimonium accipiens cur Deum esse veracem confirmet.

Deut. 18.
Ioan. 14.

Potest & quod dixi, signauit, sic interpretari, quod qui accipit testimoniũ Christi, obsignauit, id est, accepit in corde suo signum, vel testimonium, quod quæ loquitur Christus verba Dei, veracia sunt: hoc autem signum est Spiritus sancti corda nostra veluti sigillo quodam confirmantis hunc esse filium Dei: & huius verbum, esse verbum Dei. Hinc Ioannes dixit: *Cùm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit; ille testimonium perhibebit de me.* Et Apostolus in posteriori ad Corinthios: *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos, DEVS: qui & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris*: & iterum ad Ephesios: *In quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto: Qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius*, vt ex his locis illustrare valeas præsentem locum.

Quid rursus: Qui accipit eius (Iesu) testimonium signauit, quia Deus verax est.

Ioan. 15.

2. Cor. 1.

Ephes. 1.

Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Supererat scrupulus quidam, quod Prophetæ missi à Deo, non semper loquuntur verba Dei, sed quandoque ex proprio spiritu; vt constat de Nathan Propheta, quando in verbo Domini dixit Dauidi, vt templum ædificaret; quod verbum tamen statim reuocauit: & ita non sequeretur quod accipiens testimonium Iesu, subscriberet verbis Dei: posset enim cogitari quandoque, quod Iesus propria, & non quæ Dei sunt, loqueretur. Hunc scrupulum eximit, vt ait Cyrillus Alexandrinus, dicendo: *Non enim ad mensuram dat Deus spiritum, hoc est; Non est sermo de quocunq; misso à DEO, sed de illo eminenter, & singulariter misso loquor non seruo, sed filio, cui non vt cæteris, datus est Spiritus ad mensuram, sed sine mensura; huic autem non ad mensuram, sed in omni plenitudine dedit, ita vt in eo totius diuinitatis plenitudo corporaliter inhabitet, vt sit ipse vnum cum Patre, ac homo existens sit nihilominus verus Deus: propter quod aliud, quam verba Dei, loqui non potest; sicut nec aliud operari, quàm opera Dei Patris:*

Obiectio discipulorum Ioannis tacita vt Prophetæ cæteri interdum Christus proprio loqui spiritu potest magnus vt occurrat Ioannes.

2. Reg. 7.

Cyrill. li. 2. in Ioa. c. 72. t. 2.

Coloss. 2.

&cum

& cùm ait: *Non enim ad mensuram dat Deus spiritum; subintellige ipsi scilicet Iesu, est enim dare ad mensuram prouerbialis sermo pro eo quod est dare parce, nam qui sic donat, aut metitur, aut numerat: qui verò effusè, & immodice, sine mensura, & numero largitur.* Est igitur dare spiritum ad mensuram, distribuere diuersis diuersa dona Spiritus, & dare illa ad limitatos actus, ad certum terminum, tùm ipsorum donorum spiritus, tum ipsius recipientis: Deus enim fregit, & dedit, quod non omnia integra dona apti simus percipere. Et per oppositū, dare spiritum nō ad mensuram, est dare vniuersa secundū suum gradum dona spiritus, illisque totam capacitatem recipientis implere. Et quanquam hic locus pulchrè, ac verè expositus sit de diuinitate, quæ data est illi Homini, & per quam accepit omnia quęcunque patet habet, vt verum sit, quod non dedit illi Deus spiritum ad mensuram, cum diuinitas Verbi immensa sit, & infinita: potest tamen egregiè de Spiritu sancto, atque eius donis illi Humanitati communicatis sermo esse; vt videlicet cæteris omnibus Prophetis aliquam partem donorum spiritus distribuat, in Iesu verò non vnam aliquam partem, sed vniuersa dona in suâ plenitudine, & quantum Humanitas Christi capax erat, cumulatissimè acceperit; vt meritò dicatur ab Esaia: *Et requiescet super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis. Et replebit eum spiritus timoris Domini;* vt proinde qui plenus erat donis spiritus, alia quam DEI verba loqui; sicut nec alia quam Dei opera patrare non poterit. Et Hieronymus super Esaiam in illa verba iam dicta, citat ex Euangelio eorum, quod Hebræo sermone conscriptum legunt Nazaræi: *Descendet super eum omnis fons Spiritus sancti.* Dominus autem spiritus est, & vbi Spiritus Domini, ibi libertas. Atque hic sensus secundum regulam à B. Augustino traditam, negari non debet, quemadmodum nec superior; sed hic posterior tanto videtur suauior, quanto Christus Dominus quæ accepit dona Spiritus, tanquam caput, & fons accepit, vt in omnia membra sua effunderet, secundùm illud: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratia, & veritatis.* Et paulò infra subdit: *De plenitudine eius nos omnes accepimus.* Hinc quo repleti sunt Apostoli, & credentes, Spiritus Christo tribuitur qui per Ioelem ait: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem:* & rursus: *Quum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis,* & alibi: *Vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies.*

Spiritum dare ad mensuram, quid sit & cui non ad mensuram det Spiritum Deus.

Spiritum dare non ad mēsuram, quid vero.

Matt. 11.

[illegible] interpretatio.

Esai 11. Christi plenitudo gratiæ, & sanctitatis.

Hieron. in c. 11 Esaiæ, tom. 5.

2. Cor. 3.

Aug. lib. 2. de Trinit. c. 1. & 3.

Ioan. 1.

[illegible] 2.

Ioel. 2.

Ioan. 15.

[illegible] 2.

Rursus hic sensus confirmatur ex Scripturis, in quibus Spiritum dari ad mensuram legimus. Paulus enim ait ad Ephesios: *Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis* CHRISTI. Et ad Romanos: *Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: Ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Habentes donationes, secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes, siue prophetiam secundum rationem,* siue vt Græcè dicitur, *portionem Fidei.* Ad hæc ad Corinth. *Alij quidem,* inquit, *per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum: Alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in vno spiritu: Alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult.* Hactenus Paulus. Qui ergo membris distribuit spiritus dona prout vult, in caput ipsum Christum se totum cum tota plenitudine donorum infundit: & qui alijs cum mensura dedit, soli Christo sine mensura datus est, & omne cogitabile, & optabile donum accepit.

Alijs, præter Christum, spiritum dari ad mensuram, vnde etiā cōstet.

Ephes. 4.

Rom. 12.

1. Cor. 12.

Non est autem sensus, quòd Deus det pront vult sine regula: quia dat cuique, vt congruit corpori Ecclesiæ, & cuilibet eius membro, ita vt mira in anima Christi elegantia atque pulchritudo resultet. Hinc Spiritus Sanctus in specie integri animalis hoc est, in columba apparuit: qui reliquis in specie alicuius membri, vt linguæ igneæ, vel flatus donatus est. Etsi verò dona illa Spiritus Sancti creata fuerint, & ad ornandam finitam, & creatam Christi animam dispensata: dicuntur tamen infinita, quia maior gratia non est quodammodo creabilis; & maior capacitas esse nō potest. Atq; hic intellectus planè mihi magis arridet, & allusionem habet ad Scripturas.

Improbatur hic sensus Deus dat prout vult sine regula.

Matt. 3.

Quid quod soli Christo Spiritus S. in specie integri animalis apparuit.

Act. 2.

Ioan. 19.

Animæ Christi dona, infinita cur dicantur.

Subdit: *Pater diligit Filium.* Videtur reddere rationem, cur videlicet Deus Christo non dederit Spiritum ad mensuram. Pater enim cœlestis dilectione æterna, & infinita Filium suum sibi consubstantialem diligit, & omnia, quæ ipse habet, ab æterno ei communicat, ipsam quoque eandem substantiam, & esse idem ei donans. Vel fortassis, & magis ad rē: *Pater diligit Filiū,* quatenus homo est, vt bis testatus est voce sua: *Tu es Filius meus dilectus.* Nam quod vt Deū diligat, neq; mirum, neq; nouum: & quod ei omnia dederit in manu, magis ad Christum hominem spectat. Dedit ergo omnia in manu

Deus Pater cur Christo non dedit spiritum ad mēsuram.

Matt. 3.

Matt. 17.

in manu eius, sicut Pater solet cum dilecto filio facere, ita vt omnium salus ab eo pendeat, & initio, præsertim à baptismo, dati oēs, vt eos saluos faceret: *Omnia*, inquit, *mihi tradita sunt à Patre meo*: & iterū: *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus*: Cui, ob meritū obedientiæ, & passionis suæ, omnes dedit, vt gubernet, & iudicet, iuxta illud: *Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatē tuam & possessionem tuam terminos terræ.* Et ipse dixit: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum*: id est, lucrabor omnes, & mihi illos adiungam. Propterea suscitatus dixit: *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra*: & Apostolus postquam locutus est de morte, subdit: *Propter quod & Deus exaltauit illum*: Si ergo omnia data sunt illi, & nos illi iam donatos non subtrahamus, & velut serui fugitiui nos nō subducamus, vel ad confitēdum nomen eius non erubescamus: nec enim leue, aut inane præmiū consequemur. Subiungit enim: *Qui credit in Filium habet vitam æternam: qui aūt incredulus est Filio, nō videbit vitam; sed ira Dei manet super eum.* Hac sententia concludit cæptā disputationē, & necessitatem Fidei in Filium Dei, & susceptionē baptismi ab eo tanquā necessariā ad salutem suis discipulis indicat. Est aūt credere in Filiū Dei, opus Fidei per dilectionem operantis; nam alioqui vitā æternam non haberet credens. Et credere, non solū ipsum esse Filiū hominis, sed etiam Filium Dei; ac idcirco potentem ad præstandū vitam æternam, quam ipse in se habet vt credentibus illam communicet. Scribit in hęc verba Philippus: *Verba clare iubent, vt credas tibi remitti peccata, & te recipi à Deo, & fieri hæredem vitæ æternæ.* Sic ille, confundens more suo fidem cum fiducia. Nec ex hoc verbo possunt reijci bona opera, quia idem Ioannes, qui hæc dixit, dixerat quoque: *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Et, *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Quare fuit Brentij sententia, qui hom. 33. in Ioan stultè definiuit: *Omnia merita politicorum, & moralium operum hoc dicto abrogantur, & omnes hic exequantur homines in vita æterna consequenda.* Sed audi verba Chrysostom. in hæc verba: *Nunquid ergo satis est ad vitam æternam in Filium credere? Minime*: Non enim omnis, inquit, qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnū cœlorum. Et peccatum in spiritum, vel solum est satis, quod in gehennam detrudat. Et quid de Patre loquor? Nam si in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum rectè credideris, non autem rectè vixeris, nulla tibi ad salutem vtilitas. Cum ergo dicit: Ipsa est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum; nolimus hoc nobis ad salutem satis arbitrari. *Opus namque nobis est, & vita, & morum puritate pollere.* Et Augustinus: *Hoc est credere in Christum, diligere Christum.* Et rursus: *Quid est*, inquit, *credere in Christū? Credendo amare, credendo diligere, credendo in eū ire, & eius membris incorporari. Ipsa est ergo fides quam de nobis exigit Deus: non qualiscunque fides, sed fides quæ per dilectionem operatur.* Sic ille magnus Pater.

Margin notes, left: Matth. 11. — Ioan. 13. — Psal. 2. — Quid illud: Ego si exaltatus fuero, omnia traham ad me ipsum. — Ioan. 12. — Matt. vlt. — Philip. 2. — Credere in Filium Dei cuius opus fidei sit. — Contra Philipp. Melanch. — Luc. 3. & Matt. 3. — Ibid. — Aduersus Brentium, bona opera ad salutē minime necessaria dogmatizantem. — Chrys. hom. 30. in Ioan. initio, tom. 3. prope initium. — Matt. 7. — Infra 12. — Ioan. 17.

Habet autem credens vitam æternam de præsenti velut in semine: gratia namque semen est vitæ æternæ tanquam certi fructus, vt Paulus dixerit: *Gratia Dei, vita æterna.* Habet etiam eam in spe, quæ non confundit: spe enim salui facti sumus. Habet etiam in arrha, quia obsignatus est spiritu promissionis sancto, qui est pignus hęreditatis nostræ. Habet quoque eam iure hæreditario: quia si filij; & hęredes, hęredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Habet simul eam in obedientiæ, & patientiæ, & bonorum operum merito. Nam si commortui sumus, & conuiuemus. Si sustinebimus, & conregnabimus. ¶ *Qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam.*

Intellige æternam, cuius pignus, nempe vitam per gratiam non habet. Incredulus est, qui testimonia Messiæ tam credibilia à Domino reddita nō credit, de quibus ait Propheta: *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis*, ob tot nimirū signa quibus sunt comprobata, & quæ non nisi increduli nimis non recipiunt. Neque dixit, Non habebit vitam; sed, *non videbit*, more Hebræorum: quia perinde est habere, vel videre vitam æternam: nam vita in visione consistit, iuxta illud: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum, Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Non etiam inquit de præsenti, Non habet, vel non videt vitā: sicut de credenti in præsenti dixit, quod habet vitam æternam: quia incredulos non habere vitam in præsenti, satis notum erat, & exploratum: at de futuro poterant fingere increduli, & dicere credentibus. Non minus ad nos spectat vita æterna, quā ad vos, imò magis. Ad hoc excludendum ait Ioānes de futuro, nō videbit. Neq; incredulus tantūmodo pœnam damni sustinebit, sed etiā pœnā sensus: de qua subdit: *Sed ira Dei manet super eum*: Sub qua metaphora vindictam Dei vltricem, & supplicium æternum designat secundum illud: *Thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei*: quam deprecatur Dauid, dicens: *Domine ne in furore tuo arguas me; neque in ira tua corripias me.* Neque dicit; ira Dei veniet, sed manet, vel vt Græcè dicitur, manebit (quod respōdet

Margin notes, right: August. in Psal. 130. initio, 10. & — Idem tract. 29. in Ioan. circa fin. 10. 9. — Galat. 3. — Quomodo & credens in Christum habeat vitam æternam — Rom. 6. — Supra 5. — Infra 8. — Ephes. 1. — Rom. 8. — 2. Tim. 2. — Incredulus quis Dei Filio. — Psal. 92. — Testimonia Dei quare credibilia facta sint nimis. — Habere, & videre vitā æternā Hebræis est idem. — Ioan. 17. — Increduli Filio Dei duplex pœna. — Rom. 2. — Psal. 6.

verbo

Gen. 3.

verbo prædicto, non videbit vitam) *Sed*, inquam, *ira Dei manebit super eum*. Quia ab eo tempore quo Adam peccauit, ira Dei fuit super eum, & in omnes eius posteros nondum regenitos. Eramus enim natura

Ephes. 2. Ioan. 3.

filij iræ, vnde qui non credit, iam iudicatus est. Sed tūc apparebit Dei iustitia, quæ nūc in Christo est abscondita, & omnibus manifesta reddetur. Et manebit super eum quasi in illum dominans, ita vt non possit diuertere cogitationem; aut detestationē pœnæ affligentis à vexatione tormentorum, vt ita grauius crucietur. Et hinc nota

Pœnam sensus ob personale, non originale delictum incurri.

pœnam sensus ob personale tantum peccatum incurri, & nō ob origioale, à quo nos liberauit Iesus Christus, filius hominis, &

Apoc. 22.

filius Dei, animorum, & corporum innouator, ac regenerator, cui cū Patre, & Spiritu S. meritò omnis creatura famulatur, illum laudat, ac prædicat in sæcula sæculorum, Amen.

TRACTATVS X.

In disceptationem Domini cum discipulis Ioannis & Pharisæorum de ieiunio. Et habetur Matth. 9. Mar. 2. Luc. 5. *Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis, dicētes, Quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant. Et ait illis Iesus, Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus, &c.*

Libro septimo explicauimus, Dominū hic parabolicè respondisse huic quæstioni à Pharisæis propositæ: vnde Lucas scribit: *Dicebat autem & similitudinem ad illos, Quia nemo commissuram à nouo vestimento immittit in vestimentum vetus, &c.* Sed quo-

Luc. 5. Ratio huius historiæ disputationib. inserendæ quæ fuberit.

niam hæc magis ad exempla quædam, siue prouerbia, quibus suam illustraret responsionem, spectant, quam ad parabolas; cum posset, & inter historias, & inter parabolas, & inter disceptationes enumerari; hanc postremam sententiā prætulimus, & huic libro inserendam existimauimus. Orta autem videtur quæstio ex eo quod Dominus ad conuiuium Matthæi cum discipulis accersitus, Pharisæi murmurabant de Domino corā discipulis eius, quod cū publicanis & peccatoribus manducaret. Et hoc significat aduerbiū illud: *Tunc*. Erat autem

Ioannes quidem Baptista fuit in carcere

Ioanoes in vinculis & adhuc viuebat: nam c. 4. Matth. dicitur in carcerem coniectus, & c. 14. occisus: fuitq; in vinculis anno integro. Et quanquam Matthæus tātum nominet discipulos Ioaonis, quia primi in interrogando extiterunt, & ex eorum parte maior erat murmuratio, & vt videatur omnis secta Iudęorum conspirasse contra Dominum; Lucas vero solū mentionē faciat de Pharisæis, quia pertinaciores cōtra Christū, & qui conciliū in eum fecerunt, vt ait

Qui nam cum Christo expostulauerint de discipulis suis non ieiunantib. Ioannis discipulorum exemplo.

Ioannes, & principes ob illos non confitebantur, vt idē refert: tamen ab vtrisq;, hoc est, Ioaonis & Pharisæorum discipulis, orta videtur hæc quæstio, vt Marcus expresse asserit; *Et erant*, inquit, *discipuli Ioannis, & Pharisæi ieiunantes: & veniunt, & dicunt illi, Quare discipuli Ioannis, & Pharisæorum ieiunant; tui autem discipuli non ieiunant?* vel, vt Lucas ait: *tui autem edunt, & bibunt?* ad rem exaggerādam & exulcerandam magis, Solus autem Lucas etiam obsecrationū mentionem facit. Ait enim: Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt?

Luc. 5. Ioan. 11. Ioan. 12.

Vnde ortum habuerit hæc expostulatio.

Sed iam quæstionis huius occasio quærenda est. Nam Ioannes Baptista cum esset confinium legis mox cessaturę, & Euangelicæ libertatis quam primū emersuræ: quędam tradiderat, quæ speciē quandā Pharisaici instituti habebant, & Christus magis detestatus est operū Pharisaicorum fiduciā quàm ipsa opera: Pharisæi autē; præter ea, quæ ex lege communis turba faciebat, certas precum, & ieiunorū statutas horas, & dies habebant: sic & Ioannes discipulis suis nonnulla eiusmodi præscripserat. At Iesus quanquam ipse frequēter oraret, & ieiunaret, tamen suos docuit, & paucis, & clam orandum esse. Non quod certis quibusdā horis precari sit impium; sed quod Pharisæorum mens in hoc negotio non omnino pura esset. Quod vero Christus precatores amet, cōprobat illud verbum: Oportet semper orare, & non deficere; & Paulus, qui in ieiunijs multis gloriatur, docet sine intermissione orandum esse.

Christus quid in Pharisæis magis detestatus.

Matt. 6.

Christo precātes cordi esse vnde constet.

Luc. 18. 2. Cor. 11. 1. Thess. 5.

Dicunt ergo: Quid caussæ est, quòd discipuli Ioannis ieiunant, & orant prolixe, & stricta conscientia obseruant, quæ maiores custodienda tradiderūt? tui verò, minus religiosi, pro suo arbitrio edunt & bibunt? neq; perinde conspiciuntur frequētes in orando? Quasi dicerent; Si constāter probas Ioannis sanctimoniam; cur diffides ab eius moribus, & institutis? Magna quæstio, homini, qui reformare Israel velle videbatur, opponitur, habere discipulos cæteris licentiosiores, & hæc infamia toleratur ab eo, qui mederi velit, & tamen respōdit se allaturum noua omnia. Erat .n. qui nouū pactū afferret, vt Ieremias ait, & Malachias Prophetæ; nouū autem nō erat statim Veteribus placiturum, vt exemplo eius qui bibit vinum vetus, cui non statim

Quæ est hæc querimonia: Quare discipuli Ioannis & Pharisæorū ieiunant, tui aūt discipuli non ieiunant.

Ierem. 31. Malach. 3.

placere poreſt nouum, oſtendit. Hinc magna Apoſtolis facta eſt quæſtio ab his, qui Veterem legem ſtatuebāt: in quos, ad Romanos, & ad Galatas, & in Actis Apoſtolorum acriter diſputatur. Sed nota, quod noua vult facere omnia, & nos vult facere nouam creaturam, & induere Ieſum Chriſtum, vt eius ſpiritus viuat in nobis.

Act. 15. & ſeq.
Apoc. 21.

Pharifæorum inſignis nequitia.
Matt. 9.

Ac vide inſignem malitiam Phariſæorum. Primum traducunt Chriſtum apud diſcipulos ſuos, dicentes: *Quare cum peccatoribus & publicanis manducat magiſter veſter?* vt ita auocarent diſcipulos à Chriſti ſequela, vt qui huiuſmodi bonis viris indignus eſſet. Nunc alia via aggrediuntur, & traducūt diſcipulos apud Magiſtrum, vt ipſe etiam nolentes, à ſe abigat. Neq; enim æquo animo ferre poteſt inuida iniquitas fratrum concordiam. Veniunt autem maxime reprehendendi Ioannis diſcipuli, non ſolùm de iactantia ſui ieiunij; ſed etiam quia calumniantur eum, quem ſciebāt à magiſtro ſuo prædicatum, eo quòd iunguntur Phariſæis, quos nouerant à Ioanne acerbè fuiſſe reprehenſos. Iunxit enim inuidia, quos diſiunxerat diſciplina (ſicut modo inuidia in Eccleſiam iungit Lutheranos Sacramētarijs, & Anabaptiſtis) quia Phariſæi præferebant Chriſto Moyſen, diſcipuli Ioannis magiſtrū ſuū Ieſu, cuius ſignis moleſtè ferebant obſcurari Ioannis autoritatē & ſamā; vtriq; tamen liuore communi fremunt in Chriſtū. Diſcipuli igitur Ioannis hæc interrogant ex inuidia: quæ de maiori concurſu hominū ad Chriſtū cōfluentium cœpit, vt refert Ioannes; & ex arrogantia, vt ſe diſcipulis Chriſti ſanctiores oſtenderēt, & quia rogati à Phariſæis, vt olim Herodiani, vti Matthæus teſtatur, ſe cū illis coniunxerunt & quia in illo conuiuio Matthæi ieiunabāt ipſi, & diſcipuli Domini manducabāt: & quia materia de māducatione cū publicanis & peccatoribus cœpta erat: nūc quærunt à diſcipulis, non à Chriſto, ob timorem, & quia dixerat, quòd vt medius comedebat, & quoniam Chriſtus aliquo modo tangebatur: ita eum tātopere à Ioanne laudatum arguentes, & ſe viperis à Ioanne Baptiſta dānatis iungētes, & de ieiunio iactātes ſe; proculdubio peccabant: loquebanturque de ieiunio, nō præcepto à lege, ſed de ſupererogato; ideo aiunt, frequenter; & ſe, non omnes Iudæos allegant: nec vt legis tranſgreſſores in ieiunio eos arguebant, nam tales in lib. Leuit. plectebantur.

Inuidæ iniquitatis ingeniū

Sæpe iungit inuidia, quos diſiungit diſciplina.

Inuidia diſcipulorum in uida arrogantia.
Ioan. 3.
Matt. 22.

Matt. 3.
Iidem, atque Phariſæi quod ieiunium frequentarent.

Leuit. 10. & Num. 6.
Ieiunium cur luctus nominetur.

Et ait illis Ieſus, Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus? Vt annotauit Auguſt. in libris de conſenſu Euangeliſtarum: id quod Matthæus vocat lugere, Marcus & Lucas vocāt ieiunare; imò ipſe Matthæus inferius ait, *Tunc ieiunabunt*. Eſt enim ipſum ieiunium, ſpecies quædam luctus ipſius carnis: vt lib. 4. latius annotauimus. Porrò Chriſtus blandius eis reſpondit, etſi Phariſæi duriora meruerint, & diſcipulos amicè excuſat. Quod vero blandius reſponderit, prudenter factum eſt: vel primò, quia nō confundebant publicanos infirmos, vt paullò antè; vel deinde quia cōtra ſe directè non agebant; vel quia rem magis rationi conſonam interrogabant; non eſt enim contra charitatem frequenter nō ieiunare, ſicut deſpicere peccatores. Vrbanè ergo illis reſpondit, ita vt nec Ioannis inſtitutionem, nec aliorum ieiunia damnaret, ſed tantum oſtenderet, indulgentiam, qua in ſuos vtebatur, non eſſe negligentiæ, ſed tempori præſenti debitam, & eſſe prudentis cuiuſdam, quo paullatim illos ad meliora formaret. Dupliciter ergo propoſitæ quæſtioni ſatis facit. Primò, ratione ſumpta à ſua perſona, & conditione præſentis temporis, quia tēpus præſens ieiunio diſcipulorum nō quadrabat, nā erat tempus vacantium lætitiæ cum ſpōſo præſenti, vbi obiter in memoriam diſcipulorū Ioannes reuocat teſtimonium Ioannis de ſe, quo prius teſtificatus erat Ieſum eſſe ſponſum, cui à Patre cœleſti ſponſa eſſet deputata: deinde arte, & ſapientia quadam oſtendit ſe abſtinere, ne à diſcipulis ſuis ieiunium exigeret, propter eorū ſcilicet imbecillitatem, & imperfectam virtutem.

Auguſt. li. 2. de conſen. Euang. c. 27. 1. 4

Quare Chriſtus Phariſæis, Ioannisq; diſcipulis de eo quod diſcipuli ſui non ieiunarent eorum exemplo, mitior tam benignè, amantèrq; reſpondit.

Porrò Dominus ieiunia diſcipulis non impoſuit ſuis: primo, ne, illis præſcriptis, retrocederent, ſi durū ſermonem non poterant ferre; deinde etiam alij ad eum venire impedirentur. Tertiò, non conueniebat tempori gaudij & nuptiarum; hoc eſt, præſentiæ ſuæ. Nam vt pulchrè docet Cyrillus: *Saluatoris noſtri in hoc ſeculo demonſtratio nihil aliud fuit, quam quædam feſtiuitas, intelligibiliter quaſi quandam ſponſam copulans illi naturam noſtram, vt quondam ſterilis, fieret fæcunda. Igitur filij ſponſi eſſe noſcuntur, quicunque vocati ſunt ab eo per nouam, & Euangelicam diſciplinam*. Sic ille. Quarto, non ita congruebat per ſe, & principaliter ſtatui Noui Teſtamenti, in quo per fidem iuſtificamur, id eſt, gratiam, qua iuſti ſumus, accepimus, & per quam poſtea placent Deo noſtra ieiunia, & abſtinentiæ. Nam dictum eſt; *Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*: & gratia poteſt caſtos efficere, quanquam poſteà per Eccleſiam congruè illa inſtituerit.

Ieiunia diſcipulis ſuis cur Chriſtus non impoſuit.

Cyril. vt citatur à B. Thoma in catena aurea ſuper Lucam.
Filij ſponſi qui ſint.

Rom. 5.
Quòd in Nouo Teſtamento, iuſtificamur ex fide.
Ioan. 1.

Chriſtus autem non ieiunabat frequenter, vt oſtenderet, nō egere ſe ſatisfactione pro peccatis ſuis, nec habere carnis rebel-

Quamobrem Chriſtus non ieiunabat frequenter.

lionem

lionem, nec augeri posse in gratia, nec illo indigere ad impetrandas gratias, & beneficia; & vt cùm discipulis, tùm nobis sese accommodaret, nec putaremus perfectionem potiùs in ieiunio, quàm in charitate consistere. Est ergo sensus: Non conuenit tempori nuptiarum, filijs sponsi ieiunium indicere: gaudendũ enim est cum gaudentibus: & flendum cum flètibus: finire filios sponsi cum sponso lætari; nam breuissimũ tempus ipsis ad hoc concessum est; sed vbi nuptiæ finem habuerint, tunc succedent magni labores, & curæ tristes, & ieiunabũt & precabuntur, quo possint consistere in tentationibus & tribulationibus.

Quid sit, spõsi [filios] non posse quamdiu cum illis est sponsus, lugere, siue ieiunare.

Rom. 12.

Ad hæc, vt hæc responsio melius intelligatur, aduertendũ est, ieiunium, quod ex se, & natura sua afflictio carnis est, nihil boni ex se habere, imò potius corpori nocere: non enim loquimur de illo, quod indicit medicus ad medelam corporis: nam vt emissio sanguinis de vena per se bona non est, nisi præcedat febris, aũt casus ex alto, aut copia sanguinis humano corpori nocens: ita & ieiuniũ per se quidem bonitatem non habet; sed vt fiat honestũ & laudabile, opus habet aliqua iusta & laudabili causa honestari: porrò honesta causa nõ est auaritia, vt videlicet quis bursæ parcat; vel gula, nempè vt auidius, & cum maiori voluptate edat; denique legitima causa nõ est gloriolæ captatio, vt ille, qui animo Pharisaico tumens dicebat, *Ieiuno bis in Sabbato*, & illi, qui exterminant facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Vera aũt & honesta causa ieiunij, prima est, debitum, quod cõtraximus cum Deo, cui debemus de bonis, quæ nobis præstitit, veluti congruum quẽdam censum illi reddere, in recognitionem quod omnia, quæ habemus, ab eo accepimus; cæterum de externis bonis, vt cũ lege tenemur reddere eleemosynas pauperib. in quib ipse accipit; & de bonis animi preces, & gratiarũ actiones, ita & de bonis corporis ieiuniũ. Vnde etiá certá abstinentiam Adę pręscripsit, vt cognosceret à quo accepisset omnem cibum corporeũ ad sustinendam vitam: atque hęc est optima ratio ieiunium honestandi. Accedit & secunda, quam Aristoteles vocat cõtrapassum: quia enim caro peccauit, & in delictis delectata est, rationi congruit, vt illa pœnas luat suæ impudentiæ, & vt ieiunio affligatur: hinc Niniuitæ, duce ratione, ad ieiuniũ amplectendũ conuersi sunt; vt placarent Dominũ pro peccatis; & imminens ciuitati excidium effugerent. Tertia ratio honestandi ieiuniũ est, quam hic Domin' docet, nẽpe cõmiseratio, quam Deo propter Christũ debemus: quia enim ille suo ieiunio & luctu perniciosum illum nostrũ esum purgauit, constituit nos debitores, vt per baptismum complantati in ipso nos etiam propter illũ lugeamus, & illum nobis promereamur; sicut ipse pro nobis ieiunãs & lugens, nos est lucratus. Hanc legem Ioannes Baptista ab initio videns, venit neq; mãducans panem, neque bibens vinum, & suorum discipulorũ ieiunia ad hoc tẽdere volebat, quãquam discipuli eius tanti mysterij capaces tunc non essent. Ad hãc legẽ aspiciens Dominus, & cernens eam discipulis suis adhuc duram, ostẽdit illis nondũ venisse tempus luctus & ieiunij, quia nondum Dominus sponsam suam perditá suo luctu & sanguine redemerat; necdum pręsentiam suam sensibilem ab illis subtraxerat. Et hoc est, quod ait; *Nunquid possunt filij sponsi* (vel filij nuptiarum, vt ait Marcus, siue thalami nuptialis, vt Græca habet litera Matthæi, quod idem est; nisi quod filij nuptiarum non tantum sponsi, sed etiá spõsæ intelliguntur, vt notauit August.) *lugere aut ieiunare, quandiu cum illis est sponsus?* scilicet præsens. Ipse enim Christus verus est sponsus & thalamus nuptiarũ. Amici ergo sponsi, ieiunare tempore nuptiarũ non debent, nam eiusmodi ieiunium tristitiam pareret; vnde sponsi in lege non cogebãtur ad bellum: ita præsente Christo, non decebat Apostolos affligi ieiunijs, nam ieiunio inducente ad Christum contemplandum, vel rogandum Deum, vt illum mitteret, non egebant, cùm præsens illis esset: nec ieiunio præcedente ex gustu contemplationis, vt Moses in monte ieiunauit, quia tanta perfectio ab imperfectis nondum erat exigenda: nec rursus indigebant ieiunio propter mortẽ amicorũ; quemadmodum Dauid pro Ionatha, & pro Saule interfectis, luxit & ieiunauit vsq; ad vesperá, vt habes in primo Reg. libro. Et idem audita morte Abner, voluit omnem populum vsque ad vesperam ieiunare, vt refert liber Reg. secundus. Hoc autem ieiunio non egebant Apostoli, habentes ante oculos victorem mortis Christum: nõ ergo arctantur nunc ad ieiunium, & ego interim pro illis ieiuno. Ponderat Aug. lib. 2. De consensu Euãgelistarum, Lucam rectè dixisse, Nunquid potestis filios sponsi, quandiu cum illis est sponsus, facere ieiunare? In quo & ipse ad aliud quiddam insinuandum, eandem sententiam eleganter aperuit: sic enim intelligitur, eosdem ipsos qui loquebantur, fuisse facturos, vt lugentes ieiunarent filij spõsi, quem ipsi essent spõsum occisuri. Hæc ille.

Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus; &

Ieiunium (vt & sanguinis emissio) quatenus bonum sit.

Quæ non sint honestæ ieiunij causæ, atque legitimæ

Luc. 18.

Matt. 6.

Honestæ causæ ieiunij quænam sint

Gen. 2.

Secunda. Aristot.

[Ion]æ 3.

[Ter]tia.

Rom. 6.

Luc. 7.

Filij nuptiarũ Apostoli etiã cur dicantur secundũ Aug.

Aug. lib. 2. de consen. Euang. c. 17. tom. 4.

Quare amici sponsi ieiunare tempore nuptiarum nõ debeant.

Deut. 20.

Exod. 24. & Deut. 9.

2. Reg. 1.

1. Reg. vlt.

2. Reg. 3.

August. lib. prædict.

His in verbis Lucæ Nũquid potestis filios sponsi, quandiu cum illis est sponsus, facere ieiunare? quid magnus expendit Augustin.

Quo sensu dictum sit: Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.

sus, & tunc ieiunabunt. Quòd dicitur, auferetur ab eis, non videtur loqui de carentia verbi Dei, aut Eucharistiæ, vt quidam exponunt, quia non esset ad propositum, nec Apostoli illis caruerunt post ascensionem, nec loquitur de ablatione sponsi per peccatum, quia Apostoli post Pentecosten amplius non peccarunt, etsi ante peccauerint: sed intelligendum est; *auferetur Sponsus*: scilicet à Iudæis, per mortem violentam ad crucem; & ad gustum fellis & aceti ille adigetur. Quod ergo ablatus est sponsus, significatur, illum aliquando reuersurum ad nuptias cum prudentibus virginibus, vt habes in parabola apud Matthæum. Et quod ait: *tunc ieiunabunt*: non tam prophetia est, quàm præceptum: quemadmodum Augu. ad Casulanum, & Epiphanius interpretatur. Et est sensus: Tenebuntur lege ieiunij. Futurum enim apud Hebræos vim habet Imperatiui. Nam illud; *Non habebis Deos alienos*; &, *Diliges Dominum Deum tuum*, perinde est ac imperando dicere: *Noli habere Deos alienos*: &, *Lege dilectionis adstringeris*. Sicut illud: *Erunt duo in carne vna*: id est lege matrimonij cogentur simul esse. Addit Epiphanius, quod quia hora nona Dominus expirauit, & per mortem ablatus est sponsus; ideo vsq; ad eam horã durabat ieiuniũ in quarta, & pro sabbato, qui sunt illi dies, in quibus ablatus fuit sponsus. Quarta enim feria Iudæi pactum inierunt cum Iuda de Domino prodendo: sexta verò feria ablat⁹ est de medio per crucem. Idcirco illis diebus per vniuersas Orientis Ecclesias Christiani vsq; in hodiernum diem ieiunãt, sicut illis à sanctis Apostolis traditum est. Cuius rei vestigium quoddam nobis remãsit in Ecclesia Latina: nam & apud nos interdum horæ nonæ officium, & vesperæ quãdoq; præcedunt, antequam soluamus ieiunium: quemadmodũ pro Eucharistia, quæ olim dabatur Ecclesijs: & pro ieiunio quartæ feriæ, & pro sabbati relicta fuit abstinentia à carnibus die Veneris per vniuersam Ecclesiam Latinã, & die Mercurij in quibusdã prouincijs. Hinc legimus Apostolos post diem Pentecostes assiduò ieiunasse; vt Paulus diceret, *In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros*. Et subdit: *In ieiunijs multis, in castitate, quæ ieiunia solet consequi*. Petrus etiam Apostolorũ Princeps ieiunijs vacabat cum reliquis Domini discipulis, vt docet Clem. in lib. Recognitio. ob Christum mortuum, & quod desiderarent dissolui, & esse cũ Christo: ob exemplũ aliorum, castitatemq; seruandam: denique ob meritũ accumulãdum, & charismata Domini impetranda, & expellẽdum

Matth. 25.

August. epist. 86 tom. 2.
Epiphan. in Cõpendiaria doct. catholica &c. in fine operis.
Futurum sæpe pro Imperatiuo ponitur more Hebræorum.
Exod. 20. & alibi.
Leuit. 19.
Gen. 2. & alias.
Epiphan. ibid.
Matt. 27.
Cur vsque ad horam nonã in quarta, & pro sabbatho Græci ieiunarent, teste Epiphanio.
Supra 26.
Cap. 69.
Vsus panis benedicti in quibusdam Ecclesijs mansit loco Eucharistiæ quæ dabatur in Dominica die.

2. Cor. 6.
Petrus & alij Apostoli quare frequentes ieiunarent.

Clem. Rom. li. 7. Recognitio.

Philip. 1.

illud genus dæmoniorum, quod non eijcitur nisi in oratione, & ieiunio.

Marc. 9.

Obijcies; Si non debent filij sponsi ieiunare, quamdiu cum eis est sponsus, cur Ioannes, qui maximè est sponsus, & amicus sponsi, ieiunabat? Respõdeo: Sponsus iam diu abscesserat à Ioanne, ante cuius oculos erat ab initio occisus. Nam talem eum prędicauit agnum Dei, & suo sacrificio tollentem peccatum mundi: cum discipuli Domini non possent hunc articulum mortis capere, de quibus dicitur: *Et erat verbũ istud* (scilicet mortis) *absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur*: & Petrus, *Absit à te Domine; non erit tibi hoc*. Quod si hunc articulũ firma fide Apostoli credidissent, sublatus fuisset ab eis spõsus, & per consequẽs fuisset caussa ieiunij, & vt mortuum eum spectassent, & cõmiseratione ac luctu præuenissent eum, & vnxissent in sepulturam, quemadmodum Maria Magdalena fecit.

Ioan 1.
Cum & Ioannes D. [illegible] & ipse sponsi esset, & [illegible] tamen [illegible].

Supra 1.
Luc. 18.
Matt. 16

Hinc colligere licet, tria esse discipulorum genera in ieiunijs, videlicet discipulos Pharisęorum, qui ad mundi gloriam venãdam ieiunant: secundos, discipulos Ioannis, atque hi ad imitandum magistrum assuefiunt: oportet tamen eos peculiari spiritu duci, aliàs in spiritu nihil proficiunt, sed semetipsos destruunt, & sine ratione lacerant, & in spiritum Pharisæorũ, aut in phrenesin, vel melancholiam incidũt. Quod si qui sint, qui hoc spiritu & gratia ducantur, nauigent vento suo, & à temerario iudicio aliorum caueant. Ex huius autem occasione testimonij (vt hoc loco scribit Hieron.) Montanus, Prisca, & Maximilla etiam post Pentecosten faciunt Quadragesimã: quod ablato sponso, filij sponsi debeãt ieiunare. Ecclesiæ autem consuetudo ad passionem Domini, & resurrectionem per humilitatẽ carnis venit; vt spiritualis saginæ, ieiunio corporis præparemur. Tertij, erant discipuli Christi, qui communem, & rationabilẽ ieiunandi modum obseruãt, nec de extremo ad extremum continuo prosiliunt, sed paulatim, & eatenus, quatenus in eis scientia Dei crescit, & Christi luctus in animo sedet. Non enim in omnibus moritur Iesus, sed quandoque cum quibusdam dulciter, & leniter per sermones, ac miracula versatur, donec eos ad horã suã perducit, vt auferatur sponsus, & tunc assumunt luctum: atq; hæc est prudens, & tuta in ieiunijs doctrina. Nam quæ perfectionis sunt, non sunt statim ab omnibus assumenda.

Mar. 14.
Triplex discipulorum genus ieiunantium, ex Euangelio.

Hieron. in c. Matt. lib. 1. in 9. in princ.

Quale discipulorum Christi ieiunium esset.

Optima ieiunandi ratio quanam sit.

Ad quod duas alias similitudines producit: prior est: *Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinẽ eius à vestimento, & peior scissura fit.*

Budæi interpretatio.

ra sit. Quæ Græcè sic habetur: Οὐδεὶς ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου. Quod sic vertit Budæus: *Nemo autem adsuit additamentum panniculi impoliti vesti vetustæ: aufert enim supplementum eius à veste, & deterior fit scissura.* Vbi vox illa ἐπίβλημα, quàm interpres hîc commissuram, & Marc. 2. vertit, assumentum, magis additamẽtum, seu auctarium significat: nam commissura, coniunctionem, siue adiunctionẽ potius, quàm rem adiunctam significat, licet pro teipsa Vulgatus acceperit: ῥάκος autem, etsi vestem laceram & detritam significet; quandoque tamen panniculum, seu linteolum rudem & impolitum significat, etiamsi non sit detritum. Vnde & Græcè dicitur ἄγναφος, id est, qui nondũ à fullone (qui γναφεὺς appellatur) apparatus sed est adhuc impolitus & impexus, veluti pannus à textore confectus venire solet.

Commissura propriè quid sit.

Quid ῥάκος.

Ἄγναφος etiam, & γναφεὺς Græcè quid.

Quorsum hoc: Nemo immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus, &c.

Est ergo sensus: Imprudenter faciet sartor, si veteri panno, ac vetustate iam detrito additamentum adhibeat panni rudis, & noui: quod cum fortius sit veteri, facilè ab ipso exscinditur, & deterior fit scissura ex scisso nouo, & partem aliquã veteris secum rapiente. Et quanquam scissura noua non fieret, veteri tamen non conueniret assumentum panni noui, sicut Lucas ait: incongruum enim est videre vestem laceram, & detritã, noui panni additamentis refertam. Et quod subdit Matthæus: *Tollit enim plenitudinem à vestimento:* hoc est, Id noui panni quod assumptum erat ad supplendũ quod deerat veteri, scinditur à plenitudine noui. Quæ sententia apertius explicatur à Luca, dicente: Nemo cõmissuram à nouo vestimento immittit in vestimẽtum vetus: alioqui & nouum rumpit, & veteri nõ conuenit commissura à nouo. Ita doctrina perfecta Spiritus sancti, quæ per vestimentum nouum significatur, non potest conuenire cum veteri conuersatione, quæ per vetus vestimentum significatur. Neque pars eius aliqua durior scindenda est, & superadijcienda veteri: quia & noui plenitudo scinditur, & non conuenit veteri, sed scissuram etiam in eo facit peiorem: quæ tria absurda sunt, & inconuenientia: sed opus est dare totam legem Euangelicam cum Spiritu sancto qui non potest dari, nisi ablatus ab eis fuerit sponsus. *Si enim*, inquit, *non abiero, Paracletus non veniet ad vos.* Tunc enim virtute induti ex alto, frequentiores esse cœperunt in orationibus, & ieiunijs.

Quid vestimentum nouum, quid vestimentum vetus significent.

Ioan. 16. Luc. 24.

Quid illud, fieri peior scissura dicitur.

Propterea autem fieri peior scissura dicitur: quia obseruatum est frequenter in multis, qui ab initio assumunt nimiam vitæ asperitatem: nõ bene intus purgatis, tandẽ ad laxiorem viuendi rationem, & licentiosam vitã irrumpere, ac declinare, quæ peior multo est scissura, & interim elati sunt, & superbi, & aliorũ, qui eam viam non aggrediuntur iudices, & queruli murmuratores.

Non sunt autem vtres veteres, Scribæ & Pharisæi intelligendi. Et additamentũ panni noui, & vinum nouum, præcepta Euangelica sentienda, quæ non possunt Iudæi sustinere, ne maior scissura fiat, vt Hilar. & Hieron. accipiunt: quia hæc applicatio parabolarum nõ est ad propositum Saluatoris, qui volebat ostendere, quare ieiunij præcepta non indixerit suis, non autẽ quare Euangelica præcepta Pharisæis non tradidisset, quod quærebatur.

Vtres veteres quid 1. Sensus, qui reijcitur.

Hilar. can. 9. in Matth. Hieron. in c. 9. Matth. tom 9.

Ideò aptius intelligimus, Christũ discipulos suos comparare voluisse vtribus veteribus, & vestimento veteri, propter eorum imbecillitatem, & imperfectam virtutem. Pannus ergo rudis perfectio est ieiuniorum: pannus vetus, infirmitas Apostolorum. Non ergo venit Iesus, vt aliquid noui veterib⁹ assueret institutis, sed vetera veteribus resarcienda erant. Et ita Ioannis discipuli, & Pharisæi candẽ tem veterem illã legem & ipsi veteres resarciebant ieiunando, orando, & legem melius quàm cæteri obseruando: at discipuli Christi, qui detracto veteri velamine, nouum pro infirmis oculis velamen attexturi erant, non erant resarciendæ veteri legi admonendi.

Alter sensus commodior.

Pannus rudis & pannus vetus quid mysticè.

Secunda similitudo: *Neq; mittunt vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt: sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo cõseruantur.* Vinum nouum, ad literam, ob ebullitionem separantem purũ ab impuro, etiam lagunculas nouas, quæ absque spiraculo sunt, dirumpit: & vtres veteres, id est, vasa putria ac vetustate detrita, quæ hîc vocat vtres (alludens ad morem Iudæorum) qui ex caprinis pellibus fiunt: sicut lagenæ quæ fictiles sunt, & dolia lignea, velut cadi, & denique, vt Horatius dixit:

Vini noui quanta vis.

Vtres vnde conficiantur.

Sincerum est nisi vas, quodcunq; infundis, acescit:

Horat. lib. 1. Epist. 2. ad Lollium, sub fin.

Porrò vtribus diruptis, vinum funditur: ita ieiunia ardua, si antequam Spiritu sancto Apostoli renouarentur, & per eum spiraculum acciperent, infirmos Apostolos quasi vtres veteres frangere possent, donec vitã veterem exuant, & nouam, ac fortem induant. Perfectio enim non purgato animo conuenire nequit: quæ si violentè intentetur, non habet bonũ exitum: sicut panis solidus non conuenit infanti, sed lac: sed vinũ nouum in vtres nouos mittat; id est, fortes, ac spiritu confirmatos homines diffici-

Christi de vino nouo, & vtribus veteribus, vel nouis explicatio similitudinis.

1. Cor. 3 & Hebr. 5.

libus

libus virtutum præceptis onerare non formidet.

[Aptæ similitudines quædam pro explicatione dictorum. *Actor. 2.*] Iam vt exemplo aliquo ea quæ diximus, illustrentur; de Apostolis Spiritu sancto repletis dictum est per iocum, *Musto pleni sunt*; quod tamen præter loquentium mentem verissimum fuit: nam eo tempore Apostoli ex vtribus veteribus in nouos erant reformati. [*Ioan. 3.*] Nicodemus ille, qui ad Iesum nocte venerat, vtrem veterem secum ferebat, volens haurire mustum Euangelicæ doctrinæ: sed vtri veteri non conueniebat illa doctrina, vt stultæ eius interrogationes declarant: quare vt Euangelicam doctrinam caperet, Dominus eum adhortatus est, vt ex vtre veteri fieret nouus, & per Sacramentum regenerationis renouaretur. [*Ioan. 6.*] Et alibi apud Ioannem cùm de comestione corporis sui disputaret, quidam abierunt retro, dicentes; Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Animalis enim homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei; teste Apostolo. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere: [*1. Cor. 2.*] & ad Apostolos nondum renouatos dixit Christus; [*Ioan. 16.*] *Adhuc multa habeo vobis dicere; sed non potestis portare modò.* [*Ioan. 13.*] Et Petro, *Quod ego facio,* inquit, *tu nescis modò; scies autem postea.*

[Quid est: Et nemo bibens vetus statim vult nouum, dicit enim: Vetus melius est.] Subdit solus Lucas tertiam similitudinem: *Et nemo bibens vetus, statim vult nouum; dicit enim, Vetus melius est.* Vel suauius est, vt Græcè dicitur. Quibus apertè significat, assuetos ad vnum vitæ genus, non statim libenter posse aliud aggredi è diametro oppositum: quia à contrario in contrarium, in natura nō est transitus nisi per medium. Et offenditur ad gustū insuetæ rei: quanquam innouatus: [*Gloss. Interlinearis.*] vt ait glossa Interlinearis, paulatim vellet nouum. Atque hæc sententia, Vetus melius est, vox est Iudæorum præferentium Vetus Testamentum Nouo; & peccatorum, anteferentium delitijs spiritus, peccatorū veterum gustum; ad quem, tanquam ad vomitum, vt canes immundi redeunt. [*Prouerb. 26. 2. Petr. 2.*] Atque hactenus responsiones Christi congruas, & accommodatas ad excusandum Apostolos; & conuincendos Pharisæos, & Ioannis discipulos vidimus.

[*Aug. lib. 2. de consen Euang. c. 27. tom. 4.* Duplex ieiunij genus Augustino.] Vbi inprimis aduerte, B. Augustinum duo hinc elicere genera ieiunij: alterum, quod pertinet ad humilitatē tribulationis, vt illud de Luctu sponsi; alterum verò, quòd pertinet ad gaudium mentis in spiritualia suspensæ, atq; ob hoc alienatæ quodammodo à corporalibus cibis: quod posterioribus similitudinibus de panno nouo & vino nouo significauit; illud ostendens animalib⁹ atque carnalibus circa corpus occupatis non congruere. [Egregia documenta quædā] Deinde instruimur, non omnia omnibus conuenire: nec enim omne pharmacum singulis corporis morbis sanandis prodest. [II. Docum.] Simul etiam docet, quomodò nos cum imperfectis geramus; à quib⁹ videlicet nō debemus summam perfectionem in principio exigere; sed blande & suauiter progredi. [In eos qui filias suas vel inuitas monasterijs includunt.] In quo maximè peccant parentes filias suas imperfectas, & tāquam vtres veteres ad mustum perfectionis Euangelicæ, & ad monasticam vitam cogentes: quam nolentes pati, rumpuntur, & foras prodeunt, & vinum effunditur; quatenus vinū sanctæ Religionis ob eius professores malè audit; & scandala gratia accidunt; & remanent fæces, id est, vitia, quæ addiscuntur. [Aduersus eos etiam, qui inepios multiplici ratione filios suos ad gradus Ecclesiasticos promouent.] Tales sunt interdū filij paruuli, quibus ante legitimā ætatem, parentum diligētia beneficia Ecclesiastica, abbatias, & similia officia, quæ curam animarum secum habent conferri contingit. Sed illi iusto Dei iudicio rumpuntur per vitam infamem, sacrarum ignorationem literarum, & malum exemplum: & tandem, postquam deliciati fuerint in Christo, aut conuolant ad nuptias, aut tectè vendunt beneficium: & ita perit anima vendentis, & ementis, atque scandalum cæteris datur. [*1. Tim 5.*]

[III. Docum.] Tertiò docemur, Pharisæos & discipulos Ioannis certas preces, & ieiunia non præcepta sua sponte seruasse: quomodo ergo noua hæresis docet, omnia, quæ præter præceptum Domini facimus, peccata esse? [*1. Paral. 15.*] Etenim Dauid citra præceptum Domini Ephod in eo indutus coram arca Domini saltauit, deridente vxore eius Michol: [*Ierem 35 Matth. 26 Marc. 16.*] quare filij Rechab laudantur à Domino in Ieremia, quod ex præcepto patris sui abstinerent à vino? Quis iussit Mariam Domini pedes, & caput vngere? aut illas tres Marias, quæ nocte resurrectionē Dominicam præcedente venerunt ad sepulchrum cum aromatis, vt vngerent Iesum? cur ab Euangelistis de re à Domino nō præcepta commendantur? aut cum Dominus instituerit, vt qui Euangelium annunciant, de Euangelio & viuant, cur Paulus non semel gloriatur, se noluisse vti hac Domini constitutione, ac potestate? [*1. Cor. 9. 2. Cor. 12.*]

[Quibus præcipue operibus insistendum.] Insistamus igitur bonis operibus, & primò quidem ijs: quæ præscripta sunt à Domino; deinde & alijs spontaneis, & voluntarijs: vt ita efficiamur noui vtres, & capaces huius noui musti, quo Apostoli in die Pentecostes repleri sunt; [*Actor. 2*] quò intus calefacti spiritu ferueamus, & extra humanæ prudentiæ sensum alienemur, & vestem nouam ex vellere agni contextam induamus, vt ad bona opera præstanda exterius calefiamus, præstante Domino nostro

Iesu

Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto in æternũ sua diuinitate fruitur. Amen.

TRACTATVS XI.

Incipiunt disceptationes Christi secundo anno prædicatiõis eius, hoc est, post secundum Pascha, quod habetur Ioan. 5.

De disceptatione Domini cum Iudæis post sanatum paralyticum ad piscinam, & habetur Ioan. 5.

Proptereà persequebantur Iudæi Iesum, quia hoc faciebat in Sabbato. Iesus autem respondit eis: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor, Proptereà ergo magis quærebãt eum Iudæi interficere, &c.

Iudæorũ malignitas in Christum.

SAnato languido ad piscinã in die Sabbati, grandis orta est controuersia Iudæorum, nõ solũ contra languidũ in Sabbato gestantẽ grabatũ, sed etiã contra medicum Iesum potentissimum, ꝙ præcipiẽdo illi grabatũ tollere, religionẽ Sabbati, & obseruantiã violare videretur. Et quanquã malignè cogitarent de morte illi inferenda, Iesus tamẽ mãsuetissimus magister & medicus, non minus vulnera Iudæorũ, quã languidũ curare volens, cogitauit de danda illis vita, & eorũ animis efferatis sedandis, atq; placandis. Quare cũ tota disceptatio de Sabbati religione orta esset, Dñs multis, & magnis rationibus illorũ ruditati, aut potius malignitati satisfacere studet. Rectè autem ponderat Ambr. li. 2. de Fide. c. 4. *Proptereà enim volebant eum occidere Iudæi, quia non solum soluebat Sabbatum, sed & Patrem propriũ dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Non Iudæi hoc dicunt, sed Euangelista testatur; quod æqualem se faciebat Deo, proprium se Filium Dei dicens: Non enim scriptum est ex persona Iudæorum dicentiũ, Proptereà volebant eum Iudæi occidere, sed Euangelista ex sua persona dicit: Proptereà enim volebant illũ Iudæi occidere. Et interpretatus est causam, ideò Iudæos ad necem eius esse coniunctos, quod cũ & Sabbatũ quasi Deus solueret, & Deum Patrem sibi proprium vendicaret, nõ solum in solutione Sabbati maiestatem Diuinæ potestatis, sed etiam in Patris proprij nomine ius sibi æternæ æqualitatis adscisceret. Quibus aptissimè respondit eis Filius, vt & Dei Filium, & æqualẽ probaret. Quæcunq; enim Pater fecerit, eadẽ & Filius facit similiter. Filius igitur Patri & dicitur, & probatur æqualis. Bona æqualitas, quæ & differentiam diuinitatis excludit, & cum Filio Patrem signat, cui Filius sit æqualis. Nõ est enim diuersa, nec singularis æqualitas, quia nemo æqualis ipse sibi solus est: ergo Euangelista interpretatus est, quid sit proprium Filium Dei se dicere, hoc est, æqualem se facere Deo.* Hactenus ille. hoc est ergo, quod ait Euangelista: *Proptereà persequebantur Iudæi Iesum.* Nimirum quod in Sabbato curaret infirmos, ob quam causam magis erat diligendus, & amplectendus; ꝙ semper omnibus dieb. paratus esset succurrere. Sanabat porrò Dominus Iesus lãguidos, vt se Messiam ostẽderet: in Sabbato aũt id sæpe faciebat, vt iuxta doctorat⁹ sui ministeriũ instrueret zelantes pro Sabbato, vel ex infirmitate, vel fortè ex malitia ob vtile, vt Pharisæi faciebant: nec posse illos Sabbatũ obseruare, vti à Deo est præceptũ; nec expeditet, vt à Moyse est traditũ. Deus enim omnibus, & non tantũ Iudæis, diẽ Sabbati obseruari præcepit; vt quẽadmodum Deus post opera sex dierum requieuit, ita ipsi vacarent cultui Sabbati: in signum ꝙ homo debet in via hac operari, & in gloria quietẽ sperare. Homo autẽ, qui sub peccato iacet, & seruit; nec operari valet, neq; sperare, donec à peccato saluus fiat per Iesum. Moyses aũt præcepit Sabbatum; vt videlicet indicaret, ꝙ De⁹ per agnum sacrificatũ liberatos de Aegypto duxit in terram Promissam: at hoc, veniẽte vero agno educẽti è vera Aegypto in veram terrã Promissam, id est, à peccato in gratiam, meritò cessare debuit: vt figura, veniẽte veritate euacuari solet. Quoniã autẽ præceptũ Sabbati, quatenus à Deo est, obligabat vniuersas gẽtes, etiã ante Mosen, illudq; iam in obliuionẽ venerat: proptereà in tradendo præcepto illo, Moyses vsus est verbo illo memorãdi: *Memento*, inquit, *vt diem Sabbathi sanctifices.*

Iesu benignitas aduersus Iudæos.

B. Ambros. tom. 2.

Ioan. 5. Quare Iudæi persequantur Iesum.

Quam ob causam Dominus infirmos curaret, & quidem frequenter in Sabbato.

Exod 20. Deut. 5.

Gen. 2.

Cur Deus Sabbatum instituerit, sicut & Moyses.

Sabbati obseruantia verbo memorandi cur à Moyse tradita.

Vbi autem nostra litera habet: *Proptereà persequebantur Iudæi Iesum*: Græcè additur: *Et quærebant Iesum interficere.* Quod videtur confirmari ex eo, ꝙ paulò post subiungit: *Proptereà ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solũ soluebat Sabbatum, sed & Patrem suum dicebat Deum.* Ex quo innuitur, ꝙ ob vtramq; caussam voluerint eum interficere. Et cùm aliàs frequenter Dominus violati Sabbati sit accusatus, per gesta à Dauide, à sacerdotibus in templo, ab ipsismet Iudæis extrahentibus ouem, aut asinã die Sabbati ad aquã, se defenderit, has defensiones, eo quòd humanæ essent, nec Christum nisi hominem tantùm arguebant, reliqui tres Euangelistæ literis suis consignarũt, quia simpliciora Christi hominis verba, & facta persecuti sunt: solus Ioannes, cuius scopus erat diuinã in Christo naturam enarrare, hanc defensionem præscripsit, qua seipsum ex diuina Patris operatione etiam in Sabbatis defendit.

Iudæi vt persequebantur Iesum.

Matth. 12. Mar 3. Luc. 6.

Cur hæc Domini cum Iudæis disceptatio à solo Ioanne præscripta fuerit.

Iesus autem respondit eis, Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Vtitur Dominus figura occupationis: retorquet enim id, quod Iudæi erant Domino obiecturi. Hoc est, si quæ ratio firma existeret feriandi in Sabbato, illa potissimũ, quæ in ipsius Sab-

Christi sapientia in aduersariis confutandis.

Exod 20. Gen. 1. Infra 2.

bati præcepto à Deo expressa fuit, nimirum: Sex enim diebus fecit Dominus cœlum, & terrā, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo: sed hanc rationē præcipuā, deq; literis sacris depromptam infirmat Dominus, ostendens Patrē suum vsq; modò operari. Quasi dicat, Erratis putantes Patrē ita requieuisse in Sabbato, vt nihil postea fecerit: nam etsi requieuerit à nouis condendis creaturarum speciebus, tamen vsq; modò operatur noua indiuidua secundū illas species, vt creatio animarū quotidie testatur. Quare Scriptura non simpliciter dixit, requieuit; sed adiecit, Ab vniuerso opere quod patrarat. Præter hanc autem cōdendi operationem est alia gubernandi, & seruandi mundum, & collapsa restaurādi. Hinc August. ad Consentium, expendit verbum illud Prophetæ: *Priusquam te formarem in vtero, noui te:* & illud: *Si fœnum agri quod hodie est, Deus sic vestit:* & Apostolus ad Corinthios de semine, & de grano ait de præsenti: *Deus dat illi corpus sicut vult; & vnicuique seminū proprium corpus.* Ait etiam Salomon: *Attingit à fine vsque ad finē fortiter; & disponit omnia suauiter.* Non dixit, disposuit, de præterito: cuncta enim quæ Deus à principio condidit, moderatur, ac regit, & ea, quæ malè habent, instaurat. Ita & ego, more Patris mei vsq; nunc operor ea opera, quæ Sabbatum sanctificant; ac propterea ipsum non violant. Nam cùm Iudæi propter imperitiam, naturam Vnigeniti penitus ignorarent, ac soli Deo Patri Mosaicam legem attribuerent, cui omninò patēdum censebant: hac ratione breui apertissimè docentur in omnibus se Patri cooperari, quoniam eiusdē est naturæ & substantiæ; & ob id vnam & eandem habent virtutem communem, & operationem.

Est ergo sensus: Si creditis, nutu & voluntate Dei opificis, Sabbati quoq; die omnia gubernari, ac Solem quidem oriri, fontes fluere, plantas è terris prorumpere, ignem vsui hominum etiam die Sabbati seruire; cur temerè, atq; imperitè accusatis eum, per quem omnia Pater operatur? Omnia enī Deus per me, qui filius eius sum, tanquam per virtutem, & sapientiam condidit: omnia etiam per me regit & moderatur. Et vbicunq; Pater meus operatur, & ego operor: siue creando, siue seruando, & moderando, siue instaurndo, & miracula edendo, & quotidie mortalibus, ac rebus omnibus benefaciendo, etiam in Sabbato. Et videtur Dominus quod in alijs locis dixerat: *Dominus est filius hominis, etiam Sabbati*, hic exponere, cur & quomodo, Dominus sit ipsius Sabbati: nempè quia eius cōditor & moderator, & vnus, & idem est cum Patre suo Deus; eiusdē proinde substantiæ, virtutis & operationis. Et ita tacitè indicat Iudæorum calumniam, quam sibi impingebāt, in ipsum Patrē recidere: sicut alias dixit: *Qui me odit, & Patrem meum odit.*

Illud verbum, *Vsque modo*, Cyrillus, & Theophylactus interpretantur idē valere, atq; dicere, *etiam in Sabbato.* Potest tamen generalius accipi, vt sensus sit, ab initio, cœpit operari Pater, nunquam eum ab operando cessasse, cū ab initio creaturæ nūquam destiterit à sustentatione, & gubernatione mundi: si operationē in Sabbato, nouam eius violationem existimant, necessarium erit tot Sabbatorum meum Patrem esse violatorem, quot præcesserāt ab initio creaturæ. Nec quisquam dicere potest, minoris virtutis opus esse, mundum conseruare, moderari, aut instaurare, quā ipsum condere, quia vt quidam dixit: *Non minor est virtus, quam quærere, parta tueri. Casus inest illic: hic erit artis opus.*

§ *Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia non solùm soluebat Sabbatum, sed & Patrem suum dicebat Deū, æqualem se faciens Deo.* Hoc est, tantū abest, vt prudenti hac responsione placarentur; vt in eius odium, ac cædem Iudæi magis ac magis accenderentur, non solùm quòd Sabbatum solueret, sed quòd se Dei filium, & æqualē Deo faceret: quia Deum, suum, siue proprium (nam Græcè dicitur ἴδιον) Patrem faciebat: vnde & infra subdit, vt Cyrillus adnotat, Pater meus, siue ὁ πατήρ μοῦ. cum articulo. Sabbati namq; violatio, mortis pęnam habet; vt traditur in lib. Numer. facere se æqualem Deo, mortis pęnam habebat, tanquam maxima in Deum blasphemia. Ad literam, soluit sabbatum, tollere, & portare grabatum: hinc Ieremias ait: *Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die Sabbati; nec inferatis per portas Ierusalem.* Ad mentem aūt legislatoris, Dominus ostendit à nobis solui, & à se instaurari: vt qui in die Sabbati circumcidit, ad literam soluit Sabbatum, sed sine crimine est, quia nō ad mentem legislatoris: ita Christus soluebat Sabbatum ad mentem Iudæorum, sed nō reipsa, neq; ad mentem Dei.

Errabant ergo Iudæi circa Sabbatum, primò, putantes quædam opera prohiberi, quæ erant concessa, vt, quę ad salutē animę, vel corporis spectabant, imò etiam bestiarū & iumentorū propter homines; quæ licebat in Sabbato aquatū ducere, & ex fouea, vel ex puteo extrahere: ad hæc ob hominē est Sabbatū; non homo ob Sabbatū etsi

Margin notes:
Quomodo Deus Pater vsque modo operetur.
Aug. epist. 6. tom. 2. inst.
Ierem. 1.
Matth 6.
1. Cor. 15.
Sap. 8.
Christus quæ opera vsque modo operatur cū Patre.
Quid est: Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor.
Luc. 6.
Iudæi non solum in Filiū,
sed & in Patrē blasphem.
Ioan 15.
Cyrill li. 2. in Ioan. cap. 15.
tom. 2.
Theophyl. in Ioannem.
[illegible] creatio, quæ aqua [illegible] Ovid. [illegible] arte amandi.
Iudæorum obstinatio.
Num. 15.
Ierem. 17.
Qua ratione Christus Sabbatum [illegible] violaret.
Quot modis Iudæi errarent circa Sabbatum.
Luc. 14.
Marc. 2.

etsi opera diuini cultus, & sacrificiorum licebant propter templum, ergo & opera, quæ hominis, verioris templi gratia fiunt; vnde & Machabæi etiã in Sabbato pugnãdum esse cognouerunt. Deinde errabant, quia etiam prohibita opera ex caussa poterant dispensari, quemadmodum colligere, & fricare spicas, ob vrgentem esuriem: quomodo esus panũ propositionis, quos non licebat manducare laicis, cõcessus est Dauidi à sacerdote Achimelech. Tertiò, in errore versabantur circa Christũ, quem nudum hominem putabant, quia ille, etiã quatenus homo, Sabbati erat Dominus, licèt enim per se voluerit esse sub lege, tamen id erat, vt alios redimeret, quod incipiebat facere per ipsa opera, quæ prudens faciebat in Sabbato.

1.Mach 2. II. error.

Matth.12.

1.Reg 21. III. error. *Luc. 6.*

Quòd verò subdit, *æqualem se faciens Deo:* rectè intelligendum est, hoc dictum ab Euangelista in persona Iudæorum, quasi secundùm eorũ mentem se faceret, cùm nõ esset: reuera autem erat æqualis, nec se faciebat: quemadmodum etiam ad mentem Iudæorum, & non reipsa Sabbatum soluebat; rectè vt dixerit Apostolus: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo:* Id est, cùm in diuina natura, & substantia inueniretur, ac se arbitratus esset Deo esse æqualem, nihil raperet, quia quod suum est, tantum sibi tribueret; & idcircò si æqualis erat, sibi profectò non minus condere mũdum, illumque seruare & moderari atq; instaurare, quam Patri conueniebat: nam hæc opera sibi tribuendo, sicut faciebat, cùm dixit; *Pater meus vsq; modo operatur: & ego operor*, æqualem se profectò Patri esse ostendebat. Vt enim Filius hominis homo est, & homini æqualis; ita Filius Dei Deus est, & Deo æqualis.

Illud de Christo: Aequalem se faciens Deo quomodo in persona dicatur.

Philip. 2.

Christus æqualẽ se Deo faciendo, cur nihil rapiebat secundum Apostolum.

Ambrosius tamen ostendit, hoc verbũ non esse Iudæorũ, sed ex Euangelistæ sensu & mente profectum. Scribit enim: *Denique Filium nõ esse eo minorem, quia Filius est Euangelista testatur, & æqualem esse, quia filius est, ipse significat, dicens: Propterea enim volebant eũ occidere Iudæi; quia nõ solùm soluebat Sabbatum, sed & Patrem proprium dicebat Deum, æqualẽ se faciens Deo. Non Iudæi hoc dicunt, sed Euangelista testatur quod æqualem se faciebat Deo, propriũ se filium Dei dicens. Non enim scriptum est ex persona Iudæorum, dicentium; Propterea volebant eũ Iudæi occidere; sed Euangelista ex sua persona dicit, &c.* Et infrà: *Ergo Euangelista interpretatus est, quid sit proprium filium Dei se dicere, hoc est, æqualem se facere Deo.* Hæc ille.

Alter sensus *Ambr lib 2 de fide ad Gratianum. cap. 4. tom. 2.*

Sed reuera etsi Christus se prædicans Dei filium, necessaria consequentia se eandem cum Deo habere naturã ostenderet, & consequenter se Deo æqualem esse comprobaret, non tamen propriè se faciebat. Nam ille dicitur se facere, qui non est, aut qui sibi vsurpat. Vnde Iudæi, teste Ioanne, hoc Christo tribuebant, quod se Deum faceret: dixerunt enim: *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum.* Ideò Iudæi coram Pilato Domino obiecerunt: *Nos legẽ habemus: & secundùm legem debet mori, quia filium Dei se fecit*, hoc est, diuinitatem vsurpauit, quam non habebat. Omnis enim filius eiusdem naturæ est cũ patre. Propterea magis quadrat, vt Euangelista illis verbis exprimat mentem Iudæorũ, qui sicut putabãt Christum Dominum soluere Sabbatũ, cùm nõ solueret, ita putabant ipsum Deo æqualem se facere, quasi non esset; cùm tamen reuera Christus se ostenderet, non faceret: Nec enim ipse se fecit Filium Dei, imò neq; Pater: qui etsi gignere de sua substantia, facere tamẽ nequaquã potuit. Miracula etiam declarabant eum filium Dei esse, nõ faciebant. Hinc Theophylactus, Iudæis hoc tribuẽs, ait: *Vbi hoc loco est Arrius? Profectò cæcus factus est circa lumen. Filiũ enim nominãs Christum Patris, non dat ei, quòd eandem naturã habeat cum Patre; sed creaturam increati Patris Filium fatetur. Tametsi vel Iudæos oportebat in magistros assumere, qui propter hoc persequebantur Dominum, quòd se filium diceret Dei: vnde necessariò colligebant quòd æqualis esset Deo. Quoniam nisi magna fuisset Filij dignitas, & fecisset se æqualem Deo, quare persecuti fuissent illum Iudæi?* Hæc ille: quæ verba propterea libenter allegauimus, nõ solùm vt propositũ euincamus; sed etiam vt ostẽdamus quàm turpiter olim Arriani, & quàm impudenter Erasmus ex eo quòd Christus dicitur esse Filius Dei, non eius diuinam naturã agnouerint, & confessi fuerint. Nam profectò confunduntur à Iudæis qui hoc loco ex eo quòd se Patris Dei Filium vocaret; colligebant, illum æqualem esse Deo, & alibi apud Ioannem colligebant tanquam blasphemiam, quòd se faceret Deum: & Pilato dixerunt ob id dignum morte, quòd se filium Dei faceret: quod nequaquam de filiatione per adoptionem, sed de naturali intelligendum est. Nam nouerant Dei per adoptionem se filios esse, de quib. dictum est: *Filius meus primogenitus Israel:* & alibi: *Nunquid non ipse est pater tuus qui possedit te, & fecit, & creauit te?* Et Propheta; *Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.* Quod si à Iudæis nolunt addiscere; illud saltem à dæmone addiscant, qui dixit Christo; *Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant:* intelligens Filium Dei naturalem: nam proprium

Ioan. 10.

Ioan. 19.

Christum nullo modo factum esse, neque fieri posse filium Dei.

Theophyl. in Ioannem.

Aduersus Arrianos, & Erasmum Christum Deum ac verum Dei filium pernegantes.

Ioan. 10. Infra 19.

Exod. 4. Deut. 32. Isa. 1.

Matth. 4.

Quid incommodi habeat hic sensus.

Proprium Filij Dei quid sit.

Matth. 16. Ioan. 20. 1. Ioan. 4. Hebr. 1. Psal. 2.

Filij Dei est, & non filiorum adoptiuorũ, pro voluntate sua signa edere. Propterea quoties in Euangelicis, aut Apostolicis literis Iesum filiũ Dei vocari legimus, necessariò, si Catholici sumus, exponere debemus de Filio Dei naturali. Vnde Petri confessio illa fuit: *Tu es Christus filius Dei viui*: quæ fidei confessio tanta remuneratione digna fuit. Et Ioannes ait; *Hæc scripta sunt, vt credatis quia Iesus est filius Dei.* Credere autẽ, Iesum esse filium adoptiuum, non satis est ad salutem, quia subdit: *Et vt credẽtes, vitam habeatis in nomine eius.* Idẽ Ioannes in priori epistola sua; *Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo.* Et Apostolus ad Hebr. ponderat illi dictũ esse singulariter; *Filius meus es tu, ego hodie genui te*: quod nec hominibus, nec Angelis vnquam dictum fuit. Et hęc satis sint quod ad hunc locum attinet.

Iudęorum duplex Christi calumnia ab codẽ depulsa.

Humana verba quatenus conueniant rebus diuinis.

Respondit itaque Iesus, & dixit eis, Amen amen dico vobis, non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem. Quæ dixit, latiùs exponit: & quæ intelligere non potuerunt, varia oratione pertractat: præsertim cũ Iudæi non tantũ Domini factũ, sed etiã facti defensionem calumniarentur. In hac aũt responsione, quoniã hi quibus loquebatur, veritatẽ ipsam apertè explicatã ferre non poterant, attemperat se Dñs eorum ruditati, loquens quãdoque de se humilia, quo sic facilius eius dicta susciperẽtur: & modo ad sublimia sermonẽ erigit, ac denuò ad humilia demittit, quę & ęqualitatẽ cum Patre demonstrabãt & eius minoritatẽ, vt & acutiores, & rudiores pariter consolationẽ capiãt. Verba etiã humana, quibus explicaturus erat conditionem quæ est inter ipsum & Patrem, cũ creaturis propriè conueniant, non possunt omninò quadrare in rebus diuinis, nisi ab illis auferamus quicquid est imperfectionis, & tantùm quod est perfectionis, retineamus, vt Patres veteres de Dei natura, & mysterio Trinitatis verba facturi, plerũq; prudẽter admonent. Et vt pulchrè Cyrill. admonet;

Cyrill. li. 21. in Ioan. cap. 135. tom. 2. in ante fere.

Opus diligẽtis magistri quidnam, teste Cyrillo.

Opus diligentis magistri est non transcurrere, neq; altiora prius menti auditoris ingerere: quã priora cognouerint. Sic ille. Hinc rectè dixit cũ illo asseuerationis symbolo Christo familiari, *Amen amen dico vobis, non potest filius à se facere quicquam, nisi quod Patrem viderit, & habuerit secum facientem.*

Quid illud: Filius non potest a se facere quicquam &c. secundum al quos.

Hilar. lib. 9. de Trinit. post med.

Illud, à se, siue ex se, dupliciter iungitur, vel cum verbo Potest, quomodo accipit & Hilar. & August. vt sit sensus, Filium non habere ex se potentiam faciẽdi aliquid, sed eum habere illam à Patre, à quo habet naturam, & substantiam. Filius ergo ex se nõ

Aug. trac. 18. in Ioan. to. 9. Hu. ...sensus incommodu.

potest quod potest. Cui lectioni videtur obstare quod sequitur: *Nisi quod viderit Patrem facientem*: quia hæc exceptio cùm indicet quid possit Filius facere, sequitur in priori mẽbro quid non possit facere: & ita illud, *à se*, vel *ex se*, iungẽdum esse cum verbo *facere*, vt significet; Filius non potest facere aliquid ex se, sed tantum (id enim significat *nisi*) quod viderit Patrem facientẽ, quomodo interpretatur Chrysostomus.

Chrys. ho. 37. in Ioan. to. 3.

Altera interpretatio minus idonea reiicitur.

Facere ex se qui dicantur.

Nec est sensus: Non potest Filius à se facere, id est, nõ potest licitè facere, vt interdum accipitur, & dicimus id posse, quod iure & licitè possumus: nã si ille esset sensus, nil singulare de se Dñs diceret: nam nec Angelis, nec hominibus potestas inest licitè aliquid efficiendi ex seipsis, quia id constat illos posse peccare: quod cùm faciunt, ex se faciunt. Ex se enim facere dicimus illos, qui illius nõ habent aliũ quam seipsos autorẽ: sic & Filius faceret aliquid ex se, cuius autor non esset sibi Pater: quia cùm illi autor sit omniũ quæ facit, sequitur iliũ eiusdẽ secum esse naturæ. Et idcircò verbum *Non potest*, non solũ non arguit potẽtiæ defectũ quomodo nec cùm dicitur Deum nõ posse peccare; sed potius summã Filij perfectionem, qui Patri cõtrarius esse nõ poterat ob identitatẽ naturę Patris & Filij. Propterea enim Filius non potest ex se ipso facere quicquã: contrà verò, omnis creatura rationalis ob id põt aliquid ex se, quia habet aliam à Deo naturã. Filius enim signa à se ipso efficere nequit, nec à seipso est, nec aliud principiũ habet quã Patrem. Quapropter cùm me arguitis, quod hominem in Sabbato curauerim; Patrẽ quoq; arguatis necesse est, cũ eadem vtriusque nostrum sint opera: indiuisa enim sunt opera Trinitatis. Et sicut in eo quod dicit non posse à seipso facere quicquam, ostendit identitatem naturę & substantiæ; ita, cùm ait, nisi viderit patrem facientem, personarum distinctionẽ indicat. Est enim sensus; Nisi quod Pater persona distinctus ab eo facit. Sicut enim imago quæ in speculo est, nihil agit nisi quod agit is, cuius est imago, sic filius cũ sit imago Patris nihil aliud agit quàm quod Pater. Non sic in patiendo: nã in patiẽdo, actio est aliorũ qui disturbant imaginẽ, & non eum, cuius imago est. Quòd verò Filius non possit facere aliud, quã quod viderit Patrẽ facientem: non tollit libertatem, quia ideò liberè facit, vt Pater facit, cùm sit imago viua Dei viuentis, & liberè operantis. Et non posse aliud facere, magnæ libertatis est symbolum. Nos aũt aliud facere possumus: quod est magnæ seruitutis: possumus enim peccare, quod nec Deus, nec Christus potest.

Rationalis omnis creatura ex se facere cur aliquid posse.

Opera Trinitatis indiuisa.

Filium à se ipso non posse facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem, quid significet.

Non posse aliud facere quàm quod Pater facit, in Filio magnæ libertatis esse symbolum, sicut in nobis magnæ seruitutis aliud posse facere.

Quo-

Quoniam verò in his verbis potentia Filio Dei negari videtur; considerandum est, hoc verbum Posse, vel non posse, variis modis in Scripturis accipi: quemadmodùm ex doctrina Nazianzeni in libris de Theologia desumi potest. Interdum enim significat defectum viriū, ac pro tempore, & ratione alicuius. Sic enim dicimus infantē pugnare, aut catulū recens editum aspicere non posse: nam fortè aliquando pugnabit, cū nunc infans sit; & catulus suo tempore aspiciet: aut qui cum hoc non potest pugnare, cum alio pugnabit. Capitur interdū non posse pro eo quod est maiori ex parte, vt illud; *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita*: nam potest fortassis altetius montis obiectu abscondi. Dicimus quandoq; id non posse fieri, quod ęquū & rationabile non est: vt cum dicitur, *Nūquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est spōsus?* & illud apud Marcū, non potuisse Dominum in Nazareth virtutem vllam facere. Nam cum ad curationes vtrunq; sit necessarium: & fides curādorum, & curantis potentia; deficiente fide, non erat rationi consentanea curatio. Adhæc ponitur non posse, pro, non velle, vt; *Non potest mundus odisse vos*: &; *Quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali?* ideo enim horum vtrumque non poterant, quia dolebāt. Sicut & illud: *Proptereà non poterant credere, quia iterum dixit Esaias.* Et de continentia dixit: *Qui potest capere, capiat.* hoc est: Hæc corona omnibus proponitur: qui velit illam assequi, pro ea decertet, & habebit. Sunt etiam quædam, quæ natura quidem fieri non possunt, sed Deo volente sunt possibilia, vt; *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*: quod natura impossibile est; & non posse eundē secundò nasci, vel camelū per foramen acus transire, & virginem parere: hæc enim, & multò maiora, volente Deo fieri possunt. Et ad hoc significatum reducēdū est illud Apostoli: *Impossibile est eos qui semel sunt illuminati*: & illud Ieremiæ: *Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas*: nam naturæ impossibile, & cum gratia Dei ratū esse significat. Vt Dominus Apostolis dicentibus; *Quis ergo poterit saluus esse?* respondit; *Apud homines hoc impossibile est; apud Deum autē omnia possibilia sunt.* Postremò dicitur non posse, quod prorsus fieri possibile nō est: Vt, Deum non esse, aut malum esse, aut seipsum negare, aut mētiri, de quo dixit Apostolus; *Negare seipsum non potest.* Et alibi, *Vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, &c.* Nam & Diuinæ potentiæ imminutionē pertineret magis, quā ad potentiam, si diceretur, Deum posse nō esse, aut posse esse malum, aut mori, aut negare seipsum, aut mentiri. Atq; hac eadem ratione asserimus fieri non posse, vt quod non est, sit dum non est; aut quod est, nō sit dum est; aut bis duo non esse quatuor, aut bis quatuor non esse octo. Et hoc modo dicitur, *Non potest Filius à se facere quicquam*: nam impossibile est quicquam facere Filiū quod non faciat Pater, aut Patrem quod non faciat Filius, quia omnia sunt cōmunia, & substantia, & potentia, & operatio: quamquam Filius sit à Patre, iuxta illud, quod dixit: *Et ego viuo propter Patrem.*

Posse, vel non posse in Scripturis quam varie accipiatur.

Greg. Nazian. lib. 4. Theol. 1 significatus.

Secundus.

Matth. 5.

Tertius.

Infra 8.

Mar. 6.

Quartus.

Ioan. 7.

Matth. 12.

Ioan. 12.

Esa. 6.

Matth. 19.

Quintus.

Matth. 3.

Ioan. 3.

Matth. 19.

Hebr. 6.

Ierem. 13.

Matth. 19.

6 & postremus.

Quæ fieri non possint vllo modo

2. Tim. 2.

Hebr. 6.

Cum dicitur Filius à se non potest facere quicquam quomodo verum sit.

Ioan. 6.

Sed dices; Quomodo videt Patrem facientem, & idem ipse facit? nūquid vt qui formas describunt, & literas, quia aliter assequi veritatē nequeunt, nisi ad architypū spectent, vt inde dirigantur: aut quo pacto Sapientia egeat eo qui se doceat, vel non faciat quicquā, nisi doceatur? nam hoc dixerunt Hæretici, vt derogarent Filij dignitati: sed absit. Quomodo autē Pater facit, aut fecit? nunquid aliud subsistere mundū prius fecit pro præsenti, aut subsistere faciet futurū? Et ad illa exemplaria spectans Filius, alium quidem effecit, alium autem effecturus est? Quatuor enim secundùm hanc rationem mundi extarēt, alij quidem duo Patris, alij verò duo Filij opus: quod absurdissimū est. At sanari à lepra, à malignis spiritibus liberare, mortuos viuificare, super mare ambulare, & alia facere, quęcūque fecit Dominus, quo exemplo Patris illa fecit? aut quando Pater talia operatus est? Nec dixit, Nisi quod viderit Patrē fecisse, sed: *Facientem*: nec quale viderit, sed, *nisi quod*, vt Filium vnum, & idem facere cum Patre accipiamus. Et nō ait, nisi quod Pater facit, sed, *nisi quod videt Patrem facientem*; ne casu putes accidere quod in operatione concurrit Filius cū Patre, aut ne non liberè, sed naturaliter putetur facere Filius: nam & de naturalibus agētibus rectè dici potest ꝙ non possunt aliquid ex se facere nisi quod Deus facit. Deniq; non dixit, nisi quod sciuerit Patrem faciētem, sed potiùs verbo videndi est vsus, vt significaret Patrē primum operis autorem, & ipsi Filio esse autorem, vt etiam operetur secum.

Quomodo Christus videt Patrem facientem, & idem ipse facit?

Lege Ambrosium lib. 4. de Fide, ad Gratianum; hæc latiùs differentem, tom. 2.

Expenduntur hæc verba. Non potest Filius à se facere quicquam nisi quod viderit Patrem facientem.

Subdit: *Quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit.* Quibus verbis apertiorē facit sententiam, & ab humiliari sermone ad sublimiora conscendit, explicans quę malè intelligi poterant: Igitur ostendit se non vt instrumentum operari, sed vt diuina est hypostasis, & idem cum Patre principium. Nam si duo essent principia, & Filius imitaretur Patrē, non idē opus numero cum Patre faceret, sed aliud, & à se, vt disci-

Christum nō vt instrumentum, sed vt diuinum agens, non minus quàm Patrem, operari.

discipulus imitans magistrum. Cùm ergo Iesus infirmo dixit: *Surge, tolle grabatũ tuum, & ambula*; hoc idem Pater dicebat: & sanitas quæ à Filio data est, & à Patre data: quia vnus actus à duobus præstari nequit, nisi simul fiat. § Sententia ergo illa prim. sic est Catholicè interpretanda: Quæcunque Pater facit, hęc eadem omnia & sola Filius similiter facit: ex quo sequitur, nihil Filium ex se facere, sed tãtùm id quod Pater facit. Nec dixit; Quæcũq; Pater facit, talia & Filius facit; sed, *Quæcunq; ille fecerit, hæc & Filius similiter facit*: vt sit vna, & eadem Filij, & Patris operatio & non Filium imitari Patrem. Et ne intelligas Patrem & Filium in omni opere, quod communiter fit, concurrere vt causam superiorem, & inferiorē, aut sicut duas causas partiales, aut sicut agens & instrumentũ; adiectum est aduerbium Similiter, vt intelligas Filium eadem facere quæ Pater, & eódē modo. Similitudo autē hæc non cōsistit in eo quòd quocunq; modo Pater facit, etiam dici possit Filius facere: nō enim Filius dicitur facere ex se, sicut Pater facit, neq; Filius per Patrem, sicut operatur Pater per Filium: sed similitudo consistit in qualitatibus agentis ad ipsum opus. Qua etsi Pater & Filius non similiter se habeant ad se inuicem, tamen similiter se habent ad communia ipsorum opera. Similiter ergo Filius operatur; id est, cũ æquali potestate, dominio, libertate, & scientia.

Ioan. 5.

Quid propriè significet: Quæcunque enim Pater facit, hæc & filius similiter facit.

Subdit: *Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini.* Ostendit frustra exacerbatos propter Sabbatum, dicendo se à Patre diligi: nec enim Pater offendentem, & se iniuria afficientem diligeret: & calumniando propterea me, Patrē arguitis à vobis non diligi, quippe qui Filium, quem ille diligit, non amatis. Diligit autem Pater Filium necessariò; ideò ante omnia opera producit eius amorem, id est, Spiritum sanctum, & omnia opera propter illũ operatur, & eodē oculo, eademq; virtute communi tribus personis vult Filium cum Spiritu sancto ea videre, & operari. Alij alia ratione inducunt hũc textum. Ostendit enim (explicando priorē sententiã) vnde fiat vt omnia faciat, & videat Filius quę Pater facit: nimirum quia Pater Filium diligens, demonstrat ei omnia quæ facit. Nam ita est in humanis, pater carnalis filiũ diligit: & ideò non patitur aliquid suorum esse illi occultũ; ita Pater cœlestis vnicè Filium suum diligit sibi simillimũ, & in nullo contrarium; idcircò demonstrat ei omnia quæ facit.

Pater vti diligat Filium.

Illud: Pater enim diligit Filium, quid secundum aliquos.

Subiungit autem: *Et omnia demonstrat ei quæ ipse facit.* Quod humano more, & humili dixit: nec enim quæ sunt de diuinis personis, earumq; actionibus, aliter, quàm nostro modo nobis exprimi poterant. Nō autem demonstrat ei vt sciat quod nesciebat: quomodo enim à quoquã summa instrui posset Sapientia? sed vt dijudicet omnia. Nam Pater facere quicquam non vult nisi Filio suo placeat antequã faciat. Neque per hoc quicquã derogatur autoritati Patris; imò plurimũ laudis ei irrogatur. Nam Filius quid aliud est nisi sapientia Patris? & quis laude magis dignus, quã qui antequã op⁹ aggrediatur, Sapiētiam consulit? Hinc dictum est: *Omnia in sapientia fecisti.* & perfecto opere rursus attēdit an aliquid ei desit. Vnde quotiescũque aliquod opus perfectum dicitur in Genesi, continuò subditur: *Et vidit Deus quod esset bonum.* Nihil ergo Patri derogat, quod sine Filio nihil agat: quemadmodum è conuerso nihil derogat Filio, quod à se nihil possit operari: quia cùm à se non sit, nec operationem à se habet.

Qua ratione Pater omnia demonstret Filio quæ ipse facit.

Hoc ipsum (nedum decus) maius etiam Patri decus, & gloriã arrogat.

Psal. 103.

Gen. 1. & seq.

Ne tamen Arrianus aliquis existimet, hæc Christi dignitati, & sapiētiæ derogare, audi quid Patres perscribant in hunc locũ. Cyrillus enim sic ait: *Cùm vna Patris & Filij substantia sit; naturali quadam (vt ita dicam) lege in vnam virtutem & voluntatem cōducuntur. Nihil ergo præter voluntatem Patris Filius facit, sed quæ ipsum facere videt, ea peragit, cum propter identitatem substantiæ à voluntate Patris excidere nequeat. Expers enim omnino mutationis est: idem autem semper manet, vt Psalmista cecinit. Pater etiam rursus Filio demonstrat quæ ipse facit, non quasi depicta in tabulis, nec quasi ignorantem doctrina iuuans (omnia enim Filius veluti Deus nouit) sed totũ se ipsum in natura Filij sic pingens, vt quæcunque in se habeat, in Filio demonstret. Ita vt ex quibus quenã sit natura Patris cognoscitur, ex illis etiam natura Filij demonstratur.*

Quam ineptè Arriani hinc colligant Filium Patre minorem.

Cyril. lib. 2. in Ioan. cap. 37. inst. tom. 1. prope initiũ.

Pater vt omnia demōstret Filio, ac quæ ipse facit, teste Cyrillo.

Psal. 101.

Hebr. 1.

B. Augustinus in Ioannem eandē prorsus amplectitur intelligentiam: ait enim: *Non ergo carnaliter accipiamus, quia Pater facit opus, & demonstrat Filio, & viderit Filius opus quod Pater facit, & facit illud in alio loco, aut de alia materia: Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Verbum Patris est Filius, nihil dixit Deus, quod non dixit in Filio, Dicendo enim Filio quod facturus erat Pater per Filium; ipsum Filium genuit, per quem faceret omnia.* Theophylact. ait: *Igitur interrogo talia nugantes, Arrium, & Eunomium, quomodo docet Pater Filium? in sapientia, vel non? Omnino in sapientia. Quæ autem sapientia Dei? Nonne ipse Filius? Etiam profectò. Itaque Filius docet se ipsum. Papè, quanta vestra insipientia? Siquidem quasi puerum quendam traditis Patri Filium*

B. Aug. tract. 21. in Ioan. ante med. 9. propè med.

Ioan. 1.

Theophylact. ibidem.

Arrij, & Eunomij mira insipientia.

eru-

erudiendum. Ego autem cum Dei sapientia assero, si quid nouit Pater, non sine Filio nouit. Ipse enim est sapientia eius. Si quid potest Pater, non sine Filio potest: ipse enim est eius potentia. Quod autem hæc vera sint, audi: quia quæcunque facit, Pater, ea & Filius similiter facit. Si pater cum potestate, & virtute, & Filius similiter. Non igitur inferior Filius Patre. Quod autem humiliter dicta sint: Ostendit ei omnia; Et, Maiora his ostendet: non oportet admirari. Nam ad homines loquitur, qui contra ipsum clamabant, & præ inuidia dissecabantur. Et nisi vbique humilia summis interseruisset, quid non tandem fecissent? quandoquidem insaniunt, cùm tam multa humiliter loquitur. Hæc illi, egregiè certè.

1.Cor.1.

Ibid.

Iudæorum inuidia, atq; odium Iesu.

Licèt illi intelligentię obijci possit, quòd id, Pater diligit Filium, videatur hic positum tanquam caussa, ob quam Pater Filio omnia demonstrat. Iam verò dilectio Filij vt non est caussa generationis Filij, ita nec causa, ob quam demõstrat omnia Filio Pater, si demonstrare, sit generare Filium. Sed dici huic obiectioni posset: Pater diligit Filium, non positum vt caussam, sed vt signum ex quo à posteriori colligitur, Patrem omnia Filio demonstrare, & ipsi suam naturam, & potestatem communicare.

Quam dilectus Pater, ... diligit Filium, &c. ... Ibid, enim, ... ne causa, an signum quod Pater Filio demonstret omnia quæ facit. ... Pater maiora Filio demõstrabit opera, ... ratione ... et Filius omnia quæ Pater.

Deinde obijci posset; si propter æternam generationem dicitur Pater omnia Filio demonstrare, quomodo mox dicitur, Et maiora his demonstrabit ei opera? quasi nondum ei omnia demonstrauerit. Ad hoc responderi posset cum Augustino, non loqui de diuinitate Verbi amplius, sed de eius Humanitate. Vel intellige more Scripturæ (in qua quædam fieri dicuntur, cùm innotescunt) maiora his demonstrasse, vel demonstrare ostender in futurum. Vel tertiò, Patrem demonstrare Filio omnia, est donare Filio, vt eadem faciat: quomodò in Scripturis ostendere, vel demonstrare est dare, & videre, est habere, vel accipere. Sic enim dicitur: *Ego ostendam omne bonum tibi*, id est, dabo. Et Dauid: *Quis ostendit nobis bona?* id est, dabit bonis perfrui. Rursus: *Diligit dies videre bonos*, id est, habere. Sic superiùs dixit Nicodemo: *Nisi quis renatus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei*: id est, non ingredietur, vel non accipiet regnum Dei. Ita dicitur de Christo: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*, id est, habere, vel accipere corruptionem. Et videtur hoc quadrare cum his, quæ subiungit: *Sicut enim Pater suscitat mortuos, &cæt.* in qua sententia declarat in demonstratione quam Pater Filio facit, intelligi dari Filio eadem facere q̃ ipse facit. Demum dici etiam verè potest Patrem omnia, quæ ad restaurationem humani generis pertinent, Filio, quatenus homo est, demonstrare, vt eadem simul cum illo perficiat, & nullum miraculum, vel opus ad redemptionem spectans, sine illo operatus sit. Et ita vno verbo omnia obiecta Hæreticorum diluuntur.

August. loco cit.

...tia solut.

...ed. 33.

Ostendere qd ... re Scriptu...

Psalm. 4.

Psalm 33.

...am 3.

Psal. 15. & Act 2.

Quarta solut.

Et maiora his demonstrabit ei opera vt vos miremini. Quoniam enim paralyticum solidauerat, & mortuos suscitaturus erat, rectè dixit: *Maiora his videbitis*, vt sit quod amplius miremini: Dabit enim illi potestatem corpus suscitandi, & animam vita gratiæ, & gloriæ viuificandi. Et cùm prius dixisset, demonstrat omnia de tempore præsenti, vt non tantum creationem, & moderationem cum consilio, & sapientia perfecerit, sed etiam opus redemptionis, quod iam cœptum erat, & breui consummandũ: ideò subdit de futuro, *Demonstrabit*, scilicet Pater in Filio, vt digna fiant admiratione vestra. Vel melius, per Filium ipsum reuelabit, & mundo conspicuum reddet. Nam Christus signo sic sanauit languidum, vt Pater declarauerit quòd potentiora his opera demonstrauerit in Filio. Quid enim prodesset, si Christus tantùm corporibus succurrere posset? Maiora igitur hæc sunt: mortem ipsam vincere; è morte resurgere: ascendere in cœlum; mittere Spiritum sanctũ, viuificare credentes; suscitare mortuos, & iudicare vniuersos homines, de quo Dominus expresse facit mentionem. Maiora ergo vocat, beneficia ad animam pertinentia, quàm corporea, vt illa magis quæramus. Et licèt in hac vita magna nobis Christus ostendat, longè maiora demonstrabit in futura.

Maiora quæ Pater Filio demonstrabit opera.

Alter sensus congruentior.

Ac subdit: *Sicut enim Pater suscitat mortuos, & viuificat: sic & Filius quos vult, viuificat.* Docuerat externo signo se corporis morbos tollere; deinde eandem se naturam, & voluntatem, idem esse, posse, operari, & scire, cùm Patre habere: nunc his omissis, ad ea, quæ magis necessaria nobis sunt, pergit, & palàm indicat cum Patre eandem se habere potestatem suscitandi mortuos, viuificandi, iustificandi, iudicandi. Quæ non tantum audienda sunt, vt miremur, sed vt inde salutem nostram operemur, & quæramus. Suscitat autem Pater mortuos, non vnum, aut alterum, sed omnes: non tantùm eos qui naturaliter moriuntur, sed omnes qui concremantur igni, vel aqua submerguntur, vel quorum caro, ossaque in puluerem sunt redacti. Vt nemini propterea impossibilis videri debeat resurrectio mortuorum, si potentiam Dei spectet. Suscitat etiam Pater eos, qui mortui sunt secundùm spiritum, ea morte, quæ per

Patris opera q̃ cum Filio communis.

Quos Pater mortuos suscitet cum Filio.

diaboli inuidiam intrauit in orbem terrarum: quos ſuſcitat ad vitam gratiæ, & fidei. Nemo ergo habet vnde timeat, vel à peccatis ſuis, vel à morte, omnium rerum extremo formidabili, ſi Chriſtum habet iuſtificantem, & viuificantem. Nam ſi de viuificatione animarum non loqueretur, ſuperfluum videretur verbum Viuificat: quia ſuſcitare mortuos, nihil eſt aliud, quàm eos ad vitam reducere.

Filius vt mortuos viuificet.

Sic, inquit, *& Filius quos vult, viuificat.* Vno verbo complectitur quod duobus ſuperiùs expreſſerat. Nam viuificat, & corpora, & animas per gratiam. Et rectè ait: *Sic*, id eſt, non fictè, quemadmodum mulier pythoniſſa ſuſcitauit Samuelem, vt quidam ſentiunt. Non etiam ſicut Helias, & Heliſæus, qui mortuos ſuſcitarunt, ſed non propria virtute, & authoritate, vt Pater. Solus ergo Chriſtus ſuſcitat mortuos, ſicut Pater: in quo oſtenditur par potentia. Viuificat etiam quos vult, vt liberum agens à propoſito Filius concurrere cum Patre ad faciendum indicetur: ſicut ſuperius ex parte intellectus explicauerat, dicendo: Niſi quod viderit Patrem facientem: Vult autem, quia libere viuificat, quos dignos, ac præparatos ad gratiam inuenerit. Vnde de illo Sapientia ait: *Dignos ſe ipſa circuit quærens.* Quemadmodùm etiam Pater non alijs vitam impertit, quàm quos aptos iudicat, & capaces.

1 Par 10. 4 Reg. 17. 4 Reg 4 & 13.

Quos tantum viuificet Pater, ſicut & Filius. Sap. 6.

Neque enim Pater iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem. Coniunctio *Enim* (de qua: *Neque enim*) optimè refertur ad probandum non tantùm opera maiora, quæ demonſtrabit ei Pater, ſed etiam ad probandam vim ſuſcitandi mortuos. Nam ex eo quòd omne iudicium Filio eſt commiſſum, quæ ſumma eſt poteſtas Deo conueniens, conſequitur etiam, eum viuificare poſſe quos velit, vt integram ferat de hominis partibus, id eſt corpore, & animo ſententiam: & in vtraque puniat, vel remuneret. Eſt etiam iudiciaria poteſtas Dei propria, vt tradunt Scripturæ: *Surge Deus, iudica terram*: & alibi; *Quoniam Deus iudex eſt.* Hunc humiliat, & hunc exaltat. Aliud opus excellentiſſimum proponit à Patre ſibi datum, nempè poteſtatem iudicandi. Etenim iudicare vniuerſos homines, conuenit Deo ſecundùm propriam naturam deitatis; & quod conuenit vni perſonæ, cōuenit alijs. Sed Pater illam à ſe habet, quia à ſe eſt; Filius autem, qui à Patre eſſe habet, illam ab eo accepit; quam vterque donat Spiritui ſancto.

Quid ſignificet: Neque n. Pater iudicat quenquā, ſed omne iudiciū dedit Filio?

Pſalm. 81. Pſalm. 74.

Sed hæc poteſtas exhibita eſt Chriſto, ab æterno quidem per generationem, vt Hilarius, & Chryſoſtomus interpretantur.

Hilar. in [illegible] Chryſoſt. ho. 38 in Ioan.

Sed hunc ſenſum vt incongruum, reijcit Auguſtinus libr. de Trinitate. Quod dicitur, *Omne iudicium dedit Filio*: non ſecundùm illam locutionem dictum eſt, qua dicitur: *Sic dedit & Filio habere vitam in ſemetipſo*, vt ſignificaret quia ſic Filium genuit. Si enim ſic diceretur, non vtique diceretur, Pater non iudicat quenquam: ſecundū hoc enim, quòd Pater æqualem genuit Filium, iudicat cum Filio. Secūdum hoc ergo dictum eſt quod in iudicio, non in forma Dei, ſed forma Filij hominis apparebit. Ita etiam Cyrillus intelligit: *Datum*, inquit, *ſibi à Patre ait iudicium, non quia poteſtatem hanc ipſe natura non habeat; ſed per diſpenſationem, vt homo.* Sic ille. Poteſtas ergo iudiciaria data eſt Chriſto homini in Incarnatione, quia ille ſenſibilis erit iudex, & ſenſibilem ſententiam pronuntiabit coram mundo ſenſibili: ob quam cauſam non ita cōuenit, vel Patri, vel Spiritui ſancto. Nec enim Pater deſijt habere prouidētiam, cui dicimus: *Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam*; & Chriſtus: *Ego non quæro gloriam meam: eſt qui quærat, & iudicet.* Sed prædicto modo ſolus Chriſtus erit iudex, non Pater. Vnde in parabola vineæ, procuratori comparatur, qui reddit vnicuique denarium; Et, *Tunc dicet his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, &c.* Hinc Athenienſibus concionatur Apoſtolus; *Deus*, inquit, *nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbiq; pœnitentiam agant: eo quòd ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt orbem in æquitate, in viro in quo ſtatuit*, & reliq. Et ad Corinth. *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.*

Auguſt. li. 1 de Trinit. cap 14. to. 3. Alteram ſententiam, & quia hunc locum congruentior, ſ. Auguſt.

Cyril. lib. 2 in Ioan. c. 140. [illegible] iudiciarum Chriſtus [illegible] ſtatem acceptam à Patre.

Pſalm. 42. Ioan. 8.

Quo ratione Chriſtus [illegible] Pater non [illegible] iudicabit.

Matt. 20. Infr. 25. Actor. 17.

2. Cor. 5.

Illud verò Ioann. 8. *Ego non iudico quenquam*: huic ſententiæ nequaquam contradicit: quia intelligendum eſt, ſolus, vt ibidem ſubiungit, dicens: *Et ſi iudico ego, iudiciū meum verum eſt: quia ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me, Pater.* Se enim deprimere ſolet reſpectu Patris, vt Humanitatem inſinuet. Dedit ergo omne iudicium Filio, quemadmodum per eum omne nobis tradidit Euangelium ſuum. Hæc autem verba edifferens Gregorius in libris Moralium, ait: *Qui enim timenti adhuc populo lex eſt tranſmiſſa per ſeruum; diligentibus verò filijs Euangelij gratia eſt collata per dominum, qui ad redemptionem noſtram veniens, Nouum nobis Teſtamentum condidit: ſed de einſdem nos Teſtamenti mandato diſcutiens, quandoq; etiam iudex venit: neceſſarium non eſt vt per expoſitionem clareſcat: quia librum ſcribit ipſe qui iudicat. Ipſa enim per ſe veritas dicit: Pater non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit Filio.* Erit ergo tunc au-

Illud: Ego [non] iudico q[uemquam] quomodo verum.

Quemadmodum Pater omne iudicium Filio dedit, teſte Gregorio. Gregor. li. 22. Moral. ca. 19. tom. 1.

tor iudicij, qui nunc est conditor libri: vt tunc districtius exigat, quòd modo mansuetus iubet. Sic namque quotidie conspicimus, quòd magistri pueris literarum elementa blandientes imponunt, sed hæc ab his seuientes exigunt, & quæ dant cum mansuetudine, cum verbere requirunt. Blanda namq́; nunc sonant Euangelij diuina mandata, sed erunt aspera in exactione sentienda. Mansueta modò est admonitio vocantis: sed tunc districta ventura est iustitia iudicantis quòd certum est, quia nihil, minimi mandati, sine discussione prætereat. Sic ille magnus Pater.

Quodnā illud sit omne iudicium, quod dedit Filio Pater.

Dedit autem Pater Filio omne iudicium, id est, vniuersale, & postremum, ad quod omnes creaturæ ratione præditæ sistendæ sunt. Et quia hoc erat post resurrectionem vniuersalem, propterea, postquam dixit quòd Filius viuificat quos vult subiungit cum particula caussali: *Neque enim Pater iudicat quenquam.* Si ergo Pater omne iudicium dedit Filio, non stemus iudicio alterius, vel rationi ipsi nostræ, vel cupiditati. Item de nullo iudicemus, ne præripere videamur iudicium Filio datum. Nemo de Christo filio Dei iudicet, à quo vno sumus iudicandi.

Cuius illum, & non alterius iudicio stare debemus.

Alter sensus de iudicio, quod dedit omne Filio Pater.

Possumus etiam per omne iudicium nō tantùm illud quod futurum est post resurrectionem, intelligere, sed illud etiā, quòd interim in præsenti sæculo in Ecclesia exercetur, siue foro conscientiæ per Sacerdotes, siue in foro externo per Pontifices Episcopos, & Concilia generalia, ad continendas oues Christi in officio. Christi enim iudicium præstant, quicunque in Ecclesia Dei iudicant. Quanquam prior sensus de iudicio vniuersali, sit magis ad rem, quo voluit terrere Iudæos, vt qui virtutis amore nolebant sibi credere, iudicij formidine perterrefacti, Filio honorem debitum impendant. Vnde subdit: *Vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.*

Christi iudicium qui præstant in Ecclesia.

Quomodò colerent omnes honorificare Filium sicut honorificant Patrem.

In primis perpende, hoc loco aduerbium Sicut, non similitudinem tātum, sed æqualitatem significare, id est, identitatem, siue omnimodam similitudinem. Interdum enim similitudinem imperfectam denotat, vt cùm ait: *Estote ergo perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est;* & alio loco: *Et dilexisti eos, sicut & me dilexisti.* Notanda ergo est Cyrilli regula: *Quando,* inquit, *aduerbium Sicut de rebus dicitur diuersis, ac natura differentibus, tunc non æqualitatem, sed similitudinem. vt etiam vos* (scilicet Arriani) *dicitis, significat.*

Matth 5.

Ioan. 17.

Cyrill li. 2. in Ioan c. 141. ... Sicut ab eis ... sub vni...

Cyrill. Magni regula ad cognoscendum particula Sicut, quando si similitudinem quando vero

Quando autem de ijs dicitur, quæ eiusdem natura sunt, tunc vltimam similitudinem, imò identitatem, & æqualitatem ostendit. Nam si quis candorem argenti miratus, sicut Solem splendere argentum quispiam dixerit: quoniam diuersa hæc natura sunt, non æqualiter. Soli splendere argentum intelligimus: sed similitudinem quandam splendoris propter dictionem illam, Sic vt, ostendi concedemus. Sin verò de Petro & Paulo natura hominibus, ac discipulis Christi, aliquis dixerit honorari oportere Paulum, sicut & Petrū, nemo ambiget quin æqualem velit vtriq; honorem contribui. Sic ille.

æqualitatem signat.

Exemplum eiusdem appositum.

Nota verbum, *Omnes.* Quotquot viuificare volunt, & de sepulchris ad salutem æternam excitare, siue Iudæi sint, siue Gentiles, honorem quem tribuunt Patri, credentes, & confitentes eum esse verum Deum, & Dominum increatum, immensum, æternum, omnipotentem, sine initio, sine fine, eodem prorsus honore prosequantur & Filium; non tantùm ob potentiam viuificandi, sed ob supremam iudiciariam potestatem.

Attributa Dei.

Iudici enim debetur honor maximè ab his, qui ab eo sunt iudicandi. Et non sint contenti illo honore, quem tribuere solent Regibus, aut magna potestate præditis in hoc sæculo, aut qui Angelis, & sanctis exhibetur; sed multò maiori, & excellentiori, quo nimirum Deum ipsum honorificant. Atque adeò Pater huius honoris est zelator, vt si quis eum talis honorificentiæ cultu defraudauerit, etiamsi alio modo non offendat, intelligat se in Patrem, qui Filium misit in mundum, iniuriā extitisse. Hinc Pater, gloriæ, & honoris Filij studiosus, teste Apostolo, dedit illi nomen quod est super omne nomen; vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: & ipsum posuit supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solùm in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Refert historia Tripartita, Amphilochium Iconij Episcopum, tempore quo factio Arriana Catholicos Episcopos sedibus spoliabat suis, venisse ad Theodosium Imperatorem, vt vellet partes suas interponere quò Catholici restituerentur, Arrianorū consilia comprimerētur, & Christus Filius Dei debito sibi honore afficeretur, quem Arriani zelo honoris Patris illi subtrahebant. Cùm igitur episcopus ingressus esset ad Imperatorem, illiq; magnum honorē de misisset, Honorio autē filio eius, qui propè assistebat, nullam honorificam salutationem impendisset: miratus est Imperator, & admonuit Episcopum vt filium oscularetur & honorificè salutaret. Tunc respondit Episcopus: *Sit antopere, inquit, te tangit, ô Imperator, cura honoris fily tui, vt nolis te fine*

Christo Dei Filio qualis sit debitus honor.

Pater quid zelat pro Filio.

Philip. 2.

Ephes 1.

Histo Tripar lib. 10 c. 35. Amphilochij, Iconij Episcopi pro Filij diuinitate egregiè, & factum, & dictum.

illo

illo honorificari: quanto magis Æternus Pater pro Filij sui gloria, & honore est anxius, & solicitus? vultq, vt omnes non minus Filium, quàm se honorificent? Hoc argum. & Catholico responso excitatus Imperator, diligētiùs Catholicorum partes tutatus est, & Arrianorum consilia, & impetus magis fregit. Conteodamus igitur, vt omni debito cultu, reuerentia, honorificentia, & indefessis laudibus prosequamur Iesum Filium Dei, suscitatorem mortuorum, & viuificatorem, & vniuersorum iudicem: cui cum Patre & Spiritu sancto, in perpetuas æternitates hymnos, & laudes, & gratiarum actiones decantemus, Amen.

TRACTATVS XII.

De eadem Domini disceptatione cū Pharisæis post sanatum lāguidum ad Piscinam, in illa verba: *Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam: & in iudicium non venit, sed transijt à morte in vitam, &c.*

Argumentū. CVM superius proposuisset, Patrem filio maiora opera demonstraturum, inter quæ enumerauit suscitationem corporum, & viuificationem animarum, potestatem iudiciariam, & parem cum Patre honorificētiam, iam singula illa latius explicando persequitur. Et à viuificatione animarum exordium sumit: vbi declarat, quòd sicut Pater viuificat mortuos, sic & filius viuificat. Et incipit cum solita asseueratione, qua frequenter vtitur, cùm rem alicuius magni momenti expressurus est, sæpè, *Amen amen.* Et subdit: *Quia qui verbum meum audit.* Ad hoc vt quis in spiritu viuificetur, duo exigūtur: alterum ex parte Christi, nempe verbum Euangelicum, per se, siue per Apostolos, vel per Ecclesiam prædicatum: alterum ex parte eorum, qui vitam recipere debent. Nam in his requiritur auditus verbi Christi, & deinde fides. Nam vt Apostol. ait, fides ex auditu, auditus aūt per verbum Christi. Peccatum autem est, vel nolle audire, vel audita, & credibilia reddita, nolle credere.

Vt quis in spiritu viuificetur, duo requiruntur.

Rom. 10.

Porrò mysteria quæ credenda sunt, illis verbis complectitur: *Et credit ei qui misit me.* Vbi tùm mysterium Trinitatis In mittente, & misso; tùm Incarnationis Sacramentum in missione continetur, in his præcipuis, & summis articulis reliquos omnes comprehendit. Atq; in his verbis alludit in primis ad primum hominē: qui in omnem miseriam prolapsus est, eò quod à diabolo persuasus, non credidit verbo Dei, dicenti: *In quocunque die comederis ex eo, morte morieris,* antidotum præparauit Dominus contra hanc mortiferam diaboli persuasionem, affirmans quòd si homo auertat aurem suam à lingua, & suggestionibus serpentis dæmonis, & fidem præstet. Verbo Incarnato, & serpenti in Crucem exaltando, qui non nisi vera loqui potest, vt pater mendacij non nisi falsa: hic vitam in primo homine perditam recuperabit. Deinde alludit in hac sententia ad verba illa Deuteronomij, quibus Prophetam promittit, & ait, *Ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam.* Tertiò dixit: *Credit ei qui misit me,* potiùs quam credit mihi, omnem fidem ad Patrem referens, quòd per humilitatem sermonem suum redderet magis acceptione dignum, nec illi ipsum, vt arrogantem reijcerent. Significauit etiam, eum qui habet fidem verbis eius, non tam sibi, quàm Patri credere. Credenti autem, tria videtur polliceri.

In Christum peccat quis. Quibus duobus articulis hic à Christo insinuatis reliqui comprehendantur. His verbis: Qui credit ei qui misit me quid Christus [illegible] doceat.

Gen. 2.

Alterum documentum. Deut. 18.

Tertium documentum, & quartum.

Credens in Deum, vt habeat vitam æternam.

Primùm, quod habet vitam æternam, intellige quantum ad inchoationem quandam: nam gratia Dei, vita æterna. Intellige etiam quod ad ius attinet, quia Filius, & quantum ad meritum propter bona opera, & quantum ad arrham Spiritus sancti, & denique in spe, & promissione Dei. Alterum est, quòd in iudicium non venit: id est, in damnationem generi humano ob peccatum Adæ inflictam, non incidet propter plenam remissionem peccatorum, quā assecutus est. Beati enim, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum. Etsi ergo in iudicium damnationis non veniat (nam id significat hoc loco illa vox, *iudicium*, vt notat Theophylact.) non asseritur tamen, quòd in iudicium discussionis, & probationis non sit venturus. Est autem Venit verbum de præsenti, quemadmodum ἔρχεται, Græcum, sed pro futuro accipitur. Tertium est, quòd transiet à morte in vitam. Transijt quidem in præterito, vt Græca habet litera, à morte peccati, ad vitam gratiæ, quando iustificatus est, iuxta illud: *Nos scimus quod translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres:* sed posteà transiet in futurum à morte ad vitam, quia per mediam mortem irrumpet ad vitam, quia mors in eo fit ianua vitæ. Nam pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius: sed magis placet, transibit ab statu mortalitatis, ad statum gloriosæ immorta-

Rom. 4.

Idem in quod iudicium non venit.

Psal. 31.

Theophylact.

Fideles boni quomodo iudicabuntur, ac nunc non iudicentur.

1. Ioan. 3.

Credens in Deum quid fit, & transibit de morte ad vitam.

Psalm. 115.

mortalitatis, & incorruptionis.

Iudæorum in Christum non credentium quantus stupor.

Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint, viuent. Declarauit quomodo Filius viuificaret animas: explicat iam, quomodo mortuos corpore resuscitet. Nam puellam filiam Iairi, & adolescentem filium viduæ suscitauit, & Lazarum paullò post suscitaturus erat. Atque ita Dominus arguit Iudæorum duritiam, vt qui etiam mortuis stupidiores essent. Quasi diceret; Loquor mortuis, & audiunt: loquor vobis, & non creditis. Vnde rebus inanimis interdum imperauit, & obedierunt, vt ventis, & mari, & ficui animæ sentientis experti. Sunt verò alij, qui hæc ad vocationem Gentium, quæ facta est post missionem Spiritus S. referenda existiment. Etenim Gentes planè mortuæ erant præ Iudæis. Ita vt sit sensus: Multa inter vos docui, & operatus sum, quæ si in Tyro, & Sidone, vel etiam in Sodomis dicta, vel facta fuissent, olim pœnitentiam egissent. Sed quia homines audire nolunt, ad lapides me conuertam, id est, ad gentes lapidibus duriores: & quia viuentes mihi auditum non præstant; ad mortuos me conuertam; qui me audient. Sunt tertiò qui hæc verba referunt generaliter ad primam resurrectionem: quæ per iustificationem fit, & per quam peccator à morte peccati ad vitam iustitiæ reuocatur, de qua dicitur in Apocalypsi: *Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima: in hu secunda mors non habet potestatem.* Et quanquàm hi posteriores sensus veri sint, & à Catholicis probentur; tamen, si rectè expendamus quæ superiori clausula huius tractatus exposuimus, vbi de viuificatione animarum per gratiam loquitur, & quæ sequuntur de audienda voce Filij Dei ab ijs qui in monumentis sunt: & quod procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui verò mala egerint, in resurrectionem iudicij: & quod Ecclesia hoc Euangelium legit in officio, & Missa pro defunctis: profectò colligo, primam expositionem præstantiorem esse, & textui magis congruere: & ita exponunt Cyrillus, & Theophylactus.

Marc. 5. Luc 7. Ioan. 11. Matth 8. Marc. 11.

Secundus sensus horum verborum: Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei, &c.

Matt. 11. Luc. 10.

Tertius sensus.

Apoc. 20.

Cyrill li. 2. in Ioan c. 143 tom. 2. Theophylact.

Quid sit hora: Venit hora, & nunc est

Ait ergo: *Venit hora, & nunc est.* De præsenti loquitur pro eo, quod futurum est breui, more Hebræo: vt illud: *Apud te facio pascha cum discipulis meis*, id est, faciam. Et alio loco: *Pro eis ego sanctifico me ipsum*, hoc est, sanctificabo. Propterea de præsenti subdit: *Et nunc est*; & illud Nunc, non tantù referendum est ad tempus illud, quo Christus visibilis in terra apparuit, sed ad totum tempus à primo eius aduentu vsque ad secundum. Et ad hanc horam alludit Ioannes, cùm ait: *Filioli nouissima hora est.*

Matth 26. Ioan. 17.

Ioan. 2.

Quando mortui audient vocem Filij Dei. Mortuos intellige corpore, quia aliqui tantùm significantur resuscitandi in imminenti hora, vt adolescens filius viduæ, filia Archisynagogi, & Lazarus, & illi, qui ad testificandam mortem Christi resurrexerunt, & innumeri paullò post per Apostolos & Apostolicos viros, & Martyres resuscitati sunt: quorum suscitationes Christo, cuius in nomine fiebant, adscribendæ sunt. Non dicit verò *Omnes*, ne intelligas resurrectionem in iudicio, de qua paullò post ait: *Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei, &c.* Mortui ergo audient, id est, ad similitudinem audientium obedient; nam mortui propriè non possunt audire. Audient vocem, intellige sensibilem, qualis est: *Adolescens, tibi dico, Surge: Lazare, veni foras*: & Petrus: *Tabitha, surge.* Et rectè ait: *Vocem Filij Dei*, ad significandum quòd etsi vox formabatur à Filio hominis, vel ab aliquo Apostolo, & viro sancto, tanquam ministro, virtutem tamen habebat ex hoc quod erat vox Filij Dei.

Qui mortui audient vocē Filij Dei.

Luc 7. Marc. 5. Ioan. 11. Matt. 27.

Quomodò mortui audiant vocem Filij Dei, & qualē vocem audient.

Luc. 7. Ioan. 11. Act. 9.

Et qui audierint (inquit) *viuent.* Non ait, in æternum, quia resurgebant ad vitam præsentem. Vbi aduerte, quosdam annotasse, nullum aliud miraculum Iesum attulisse in testimonium suæ æqualitatis ad Patrem, & idcircò suæ veræ deitatis, nisi mortuorum resuscitationem, & illam per modum imperij sola voce, ad hunc enim imperij modum declarandum tendit, quod ait, Mortui audient vocem Filij Dei. Vnde colligunt, Antichristum, etsi signa magna, & prodigia sit editurus; nunquam tamen hæc, quæ sunt Dei propria, nempè animarum viuificationem, & corporum resuscitationem perfecturum. In cuius signū Simon Magus cum Romæ tentasset mortuum suscitare, illud assequi minimè potuit. Quem tamen, inuocato nomine Iesu, Petrus confestim excitauit.

Proprium Dei opus resurrectio mortuorum. Caietan. in Ioan.

Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, Sic dedit & Filio habere vitam in semetipso. Reddit rationem, cur in Filio, & eius voce insit potestas viuificandi animas, & corpora, quemadmodum & in Patre: quia, inquit, sicut Pater habet vitam in semetipso: hoc est, vitam ab alio non pendentem, siue quod attinet ad esse, siue conseruari, ita etiam & Filius. Vt enim ferrum ignitum calorem habet, sed non in semetipso, ideòab igne separatum, calorem amittit. Simili ratiōe oculus lucem quidem habet,

Filius Dei vnde habeat virtutem, & potestatem mortuos viuificandi.

Deus vt vitam habeat in semetipso.

sed

sed non semetipso, quare absente Sole videre nequit: at verò ignis calorem habet in semetipso, & Sol lucem, ideò ignis nunquam sine calore est, nec Sol sine luce, imò ignis alia incendere, & Sol alia illustrare potest. Ad eum modum, Deus sine vita esse non potest, quia eã ab alio pendentem non habet; ideoque eam alijs conferre valet. Verbum etiam: *Vitam habet in semetipso*, de quo dixit Ioannes: *In ipso vita erat*, & alio loco, *Ego sum via, veritas, & vita.* Vt ergo vita sine vita, ne cogitatione quidem concipi potest: ita Iesus vitam habet in semetipso, nec ab vllo alio pendentem, vt illam amittere valeat; & propterea illam alijs communicare valet, & non minus illud potest, quàm ipse Pater: nam cùm vna & eadem numero sit vita Patris, & Filij; quicquid potest in Patre, potest in Filio: vterque igitur vitam habet in semetipso, & eandem habet viuificandi potestatem. Vno differunt tamen, quòd habet Pater vitam in semetipso, & à semetipso: Filius verò in semetipso quidem, sed non à semetipso, sed à Patre, à quo esse accepit, & propterea ait, Sic dedit & Filio habere vitam in semetipso, nempè per viam generationis naturalis, & non per modum doni, velut Spiritus sanctus. Et ita hæc sententia de vita Filij Dei, quatenus est Deus, intelligenda venit, vt Chrys. & August. interpretantur, & non de vita diuina homini illi donata per incarnationem, vt vult Cyrillus. Nam homo ille etsi vitam habeat diuinam, non tamen in semetipso, quia deficere potest, si Deus vellet. Quanquam quemadmodùm quod semel assumpsit, nunquã dimisit, ita quod semel donauit illi homini, nunquam repetiturus est: illique, quaten⁹ homo est, potestatem iustificādi atq; viuificandi mortuos tradidit. Et proinde hic locus nihil facit pro Arrij dogmate, imò potius illud iugulat, & æqualem per omnia Filium Patri facit.

Filium Dei vitam habere in semetipso, sicut & Patrē, *Ioan. 1.* *Ioan. 14.*

Alia ratione Filius à Patre vitam habet alia verò Spiritus sanctus.

B Chrys. ho. 38 in Ioan. August. tractat. 19. in Ioan. tom. 9. Cyril. li. 2. in Ioan ca. 144. tom. 2. Ioa. Damasc.

Subdit: *Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est*, Declarauit hacten⁹ potestatem Patris & Filij ex opere resuscitādi, & viuificandi: explicat modò illud, Pater non iudicat quēquam, sed omne iudicium dedit Filio: & ex opere iudicandi, illum deum ostendit. Et vitam, & iudicium vbique coniungit. Vitam quidem, ad cōsolandum credentes: ad incredulos terrendos, iudicium. Præmittit verò vitam iudicio: vt ostēdat, quòd non vult mortem peccatorum, sed magis, vt conuertantur, & viuant. Subiungit, iudicium non impunè euasuros, qui oblatam vitam respuerint: estque sermo de iudicio vniuersali, quo iudicabitur mūdus: Hoc ergo iudicium datum est ipsi Filio Dei,

Hunc locum Arrio nedum fauere, verum etiam non minimum officere.

Vitam habere & iudicium facere, Dei proprium.

Ezech. 18. & 33.

Quare Christus vitam se habere prius dixerit, quam potestatem iudicium faciendi.

non solùm ipsum ab æterno generando, vt Verbum, per quod condidit Humanum genus, legemq; dedit, & talenta distribuit, quorum exigenda est ratio: sed illi etiam dedit, quia Filius hominis est, hoc est, quia homo factus est, obediēs vsque ad mortem Crucis, & iudicatus in illa ad destruenda vniuersa hominum peccata, Ita vt qui ex misericordia, omnium peccatorum iudicium in se suscepit, legitimus sit iudex omniū eorum, qui vel fide eum amplexi sunt, vel incredulitate respuerūt. Propterea enim meruit exaltari: quia omnis qui se humiliat, exaltabitur, & coram Caipha rogatus an esset Christus filius Dei, respondit: *Tu dixisti, Veruntamen dico vobis, amodò videbitis Filium hominis sedētem à dextris virtutis Dei*: hoc est, meritò huius meæ subiectionis in iudicio vestro euadam iudex supremus vniuersi generis humani. Deinde etiam conueniebat, vt index, dum ius dicit, à iudicandis videatur; porrò Deus cùm Spiritus purus sit, à magna parte iudicandorum videri nō posset: Filius autem Dei in natura humana assumpta, ab omnibus, tam malis, quam bonis spectabitur, ac ob id datum est ei iudicium facere. Tertiò, dici potest, ob id datū iudicium Christo, quia Filius hominis est, hoc est, singulari ratione Adæ filius, videlicet, sine peccato vllo: ideò aptè potest exercere iudicium. Puram enim creaturam nō decebat potestas iudicandi: ad creaturam etiam peccato infectam & contaminatam minus iudicandi officium pertinebat, ne summa iudicādi potestas cum aliquo peccato esset adiuncta: & iudicium per consequens censeretur iniquum. Propterea congruum fuit, atque Diuinæ sapientiæ consonum, vt supremus iudex Deus esset, & homo innocentissimus, qui peccatum non fecisset, nec dolus inuentus esset in ore eius. In reliquis autem iudicijs, & tribunalibus, tam sacris, quàm profanis, permittit Deus, vt iudicium qui exercent in alios, peccatores sint, vt conscij suarum infirmitatum, mitius, & cum maiori mansuetudine, & clementia coniunctum iudicium faciant, lenioremque sententiam ferant, etiam qui iudices sunt in foro conscientiæ.

Matth. 25.

Philip. 2.

Tribus modis datum est iudiciū Christo.

Luc. 18. Matt 26.

Secundo.

Tertiò.

Iudex supremus Deus, & homo quibus de causis debuit esse.

Esai 53. 1. Pet. 2. 1 Ioann. 3.

Nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei: & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. In primis præmittendum est, variam esse huius loci interpungendi rationem. Chrysostomus enim, & Theophylactus cum sequentibus verbis coniungunt illud: Quia Filius hominis est.

Iudices quoque, tam sacri quam profani, peccatores esse quo Deo iudicio permittantur.

Prima interpungendi ratio horum verborum: Quia filius hominis est.

Ita

Chryfoft. hom. 38. in Ioan. Theophyl.

Ita vt fit fenfus : Nolite mirari quod tam magna fibi Chriftus tribuat, quæ non modo fupra homines funt, fed etiam fuper angelos, vtpote mortuos fufcitandi, & viuificandi poteftatē, cum homo fit, & filius hominis: nam Filius etiam Dei eft, quemadmodum demonftrabitur, quando omnes de monumentis prodibunt in generali hominum refurrectione. Auguftinus vero cū fuperioribus coniungit. Vt fit fenfus; Nolite mirari quod dederit ei poteftatem iudicium facere, quia Filius hominis eft. Vnde interpretatus hæc verba, ait: *Neque enim ad iudicium viuorum, & mortuorum Pater ipfe venturus eft, nec tamen recedit à Filio Pater. Quo ergo non ipfe venturus eft? quia non ipfe videbitur in iudicio. Videbunt in quem transfixerunt. Forma illa erit iudex, quæ ftetit fub iudice: illa iudicabit, quæ iudicata eft: iudicata eft enim inique, iudicabit iufte. Venit ergo forma ferui, & apparebit: etenim forma Dei quomodo apparebit iuftis, & iniuftis? Nam fi iudicium non fieret nifi inter folos iuftos, appareret tanquam iuftis forma Dei. Quia vero iudicium futurum eft iuftorum, & iniquorum, nec licet vt iniqui videant Deum: Beati enim mundo corde, quoniam ipfi Deum videbunt: talis apparebit iudex, qualis videri poßit, & ab eis, quos coronaturus eft, & ab eis, quos damnaturus eft. Forma ergo ferui videbitur, occulta erit forma Dei. Occultus erit in feruo Filius Dei, & apparebit Filius hominis, quia poteftatem dedit ei & iudicium facere, quia Filius hominis eft. Et quia ipfe folus apparebit in forma ferui; Pater autem non apparebit, quia non eft indutus forma ferui; ideo fuperius ait: Pater non iudicat quenquam, fed omne iudicium dedit Filio.* Hæc ille.

Secunda. August. tract. 19. in Ioan.

Zachar. 12. Ioan. 19. Apoc. 1.

Filius Dei quare iudicabit in forma ferui, tefte August.

Matt. 5.

Cyril. lib. 2. in Ioan. ca. 144.

Cuius fententiam fequitur Cyrillus: etfi aliter explicet: *quia Filius hominis eft.* Inquit enim, ideo datam in tempore hanc poteftatem Filio Dei, quia Filius hominis eft. Quatenus enim homo eft, dari ei debuit in tempore, quod fecundum diuinitatem habet in æternitate. Et licet vtraque lectio poffit fuftineri, præftantior tamen videtur lectio Auguftini, quæ coniunctim legit: *Dedit ei iudicium facere: quia Filius hominis eft;* alias fuperius non negaffet Patrem iudicaffe quenquam eo modo quo iudicat Filius in forma vifibili, fed Pater omne iudicium dedit Filio. In quo videtur alludere ad nomen Elohim, hoc eft, deos iudices, fiue iudicatores, quod nomen commune eft Patri Filio, & Spiritui fancto.

...a lectio magis probetur.

Elohim quid.

Chryfoft. ratio infirmatur.

Nec ratio B. Chryfoftomi aliter legentis valet: quia fi iudicium competit Chrifto, quatenus Filius hominis eft, competeret omni homini, fed non aduertit, Filium hominis non fimpliciter quēuis hominem fignificare, fed folum Meffiam in Scripturis, dum in fingulari dicitur. Sicut folus, in fingulari vocatur Filius Dei. Neque quicquam ponderis habet quod Paulus Samofatenus hæreticus noftram lectionem probaret, & fequeretur: quia non fequebatur eā in Catholico fenfu: volebat enim Chriftum effe hominem purum, non vt Filium Deo æqualem, & propterea dictum effe ꝙ Pater ei dederit iudicandi poteftatem, fed nos oppofitum docemus, etiam ex eodem loco.

Ex hoc verbo: Quia Filius hominis eft, quid impie de Chrifto fentiret Paul. Samofat.

Eft ergo fenfus fecundum noftram lectionem, quam fequitur Auguftin. Nolite mirari hoc, quod fcilicet debeam iudicare, cū homines moriantur: quia fufcitabuntur prius, vt queant iudicari. Vel, Nolite mirari quod ego Filius hominis fim Iudicaturus; quia ego fum ille, per quē prius homines à mortuis funt fufcitandi. Cyrillus verò interpretatur: Nolite mirari miraculū fanationis paralytici, & quod vnus longo morbo diffolutus, verbo fuerit corroboratus, & grabatū tulit, & abijt: cum mortē omnino fim deftructurus, & orbem terrarum iudicaturus. Sed hæc intelligentia etfi recta fit; illud tamen pronomen, Hoc, magis eft referendū ad id, quod immediatè præceffit, quod eft habere poteftatem iudicandi, quod & admiratione maiori dignum eft, quam quod paralyticum fanauerit. Atque illud opus iudicādi vniuerfum orbem, ꝓbat per aliud nō minus excellens, neq; minus admirabile, & illud immediatè præcedens, nempe per refurrectionem vniuerfalem imperio fuo perficiendam, de qua ait: *Venit hora*, fed incerta iudicij vniuerfalis, quę quod attinet ad fingulos quofq;, venit in particulari iudicio de præfenti. Omnes, non aliqui definiti fuperius; fed omnes, tā boni, quam mali, qui in monumentis funt, corpore mortui: fiue fint à belluis marinis, fiue terreftrib. deuorati, fiue igne combufti fiue in puluerem redacti. Omnes enim ifti non minus funt in monumentis, quam cæteri, qui traditi funt fepulturæ: quia vt *Cælo tegitur, qui non habet vrnam*, ita monumentū omnium terra mater eft, ad quam per mortem perueniunt omnes. Et fubdit: *quod audient vocem Filij Dei.* Quia idem omnino modus fufcitandi in refurrectione vniuerfali defcribitur cum modo quo excitati fūt illi tres à Chrifto, nempe imperio, & voce Chrifti, quæ per Archangelū edetur: cuius vox dicitur tuba Dei ab Apoftolo, cum ait in priori ad Theffal. *Quoniam ipfe Dominus in iuffu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei defcēdet de cælo, &c.* Et iterum: *In momento, in ictu oculi, in nouißima tuba (canet enim tuba) & mortui refurgent incorrupti, & nos immutabimur:*

Quorfum id: Nolite mirari hoc.

Alter fenfus, minus tamen aptus, ac prior.

Cyril. lib. 2. c. 145.

Ioan. 5.

Quæ venit hora, in qua omnes qui in monumentis fūt, audient vocē Filij Dei.

Lucan. lib. 7. Pharfal. in fin.

Quid tuba Dei & nouiffima tuba apud Paulum.

1. Theff. 4.

1. Cor. 15.

& Dominus in Parabola Virginum: *Media autem nocte clamor factus est.*

Matt. 25.

Et subdit: *Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij.* Hactenus indifferenter de omnibus mortuis locutus est. Omnes enim audient vocem Filij Dei. Omnes procedent de monumentis, siue boni, siue mali: sed alio atq; alio modo. Boni quidem ad vitam æternam; mali vero ad supplicium æternum. Notat Theoph. quod cum superius de credente dixisset, quod in iudicium nõ venit, sed transijt à morte in vitã; ne quisquam putaret satis esse fidem habere, sine operibus, subdit, quod excitãdi sunt ad iudicium; in quo cuiusq; operibus examinatis, & discussis, boni accipiẽt præmiũ vitæ æternæ, vt iustum præmium operum: mali vero accipient supplicium æternum, tanquã iustam mercedem suorum malefactorũ. Resurrectio enim iudicij nihil aliud significat, quã resurrectionem ad condemnationem: nam iudicium vitæ opponitur.

Aliter boni, aliter mali procedent in iudicio.

Theophyl. *Vti Christus insinuauerit fidem absque operibus non sufficere ad salutem.* *Iacob. 2.*

Resurrectio iudicij quid significet.

Non possum ego à meipso facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Postquam Dominus expressit modũ iudicij, declarat iã iustitiã ipsius sui iudicij, vt nemo metuat ipsius iudiciũ fore iniquum, eo quod omnis homo mendax, & Christo datum est iudiciũ, eò quod filius hominis sit: & quia ex tribus cõtingit iudiciũ à recto declinare: vel ex parte potentiæ, vel ex parte intellectus, vel etiam voluntatis: ex his omnibus ostẽdit iudicium suum esse iustum. Et in primis incipit à potentia, dicendo, quod etsi Filius hominis sim, non possum facere à me quicquam. Non solum non possum declinare à iusto iudicio, & facere violentiam; sed nec quicquam possum facere à me ipso, quod videlicet non faciat Pater; propterea nullũ signum, vel fructum viuificandi animas edere possum. Quatenus autẽ homo est, nihil horum à se facere potest: quia etiam homo, aut parum à se nihil aliud potest facere quam malũ. Deinde excludit defectũ ex parte intellectus, siue scientiæ, cùm ait: *Sicut audio, & iudico.* Auditus, sensus est disciplinæ, & ideo disciplinã, qua doctus est Filius hominis à Deo, illo verbo, significat. Sicut audio, scil. à Patre me hominẽ docẽte, iudico iudicio præcedente actionẽ quãuis liberam: etsi ergo sim homo, iudico tamen secundum regulam Diuinæ scientiæ; ac ob id ex ea parte violari nequit iudiciũ: sed subdit: *Et iudicium meum iustum est.* Quæ conclusio videtur præcedentiũ, & sequentis partis in medio locata: *Quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.*

Ex tribus contingit iudiciũ à recto declinare: quibus videlicet omnibus Christi iudiciũ abfuit.

Quid est: Sicut audio, & iudico.

In quo tertio excludit violationem iudicij ex parte voluntatis. Solent .n. affectus nostri animum iudicis corrumpere, & ad se trahere voluntatem, qua corrupta, facile peruertitur atq; violatur iudiciũ. Voluntas autẽ diuina lex est omnis iudicij: & propterea qui conformat se diuinæ voluntati, non errat iudicando. Quodq; sermo fit de voluntate humana Christi, illud indicat quod subdit: Sed voluntatem eius qui misit me. Videtur autẽ Dominus in his verbis, omnibus, qui iudices agunt, formã bene iudicandi præscripsisse: quæ forma in eo sita est, vt primũ agnoscat iudex à se ipso nihil posse, & quod tantum est nudus minister legis, siue Vicarius Domini, loco eius substitutus. Hinc Ambros. iudices vult esse velut pædagogos quosdam, qui cũ disciplina & rigore nutriunt filios Dei, quandiu sunt in infantia, & pueritia sua; vt pœnæ formidine fugientes flagella, grandiores facti, patibulũ Crucis in inferno euadant. Propterea Iudices, dij dicuntur: *Dijs*, inquit, *non detrahes*: ac rursus: *Applicabitur ad Deos*: id est iudices. ¶ Deinde, vt iustum sit iudicium, debet, sicut audit, sic iudicare, id est iuxta allegata, probata, & per ius determinata pronuntiare sententiam. ¶ Tertio, vt nullo affectu se trahi sinat, nec vllam suam propriam voluntatem efficere debet, quæ plerunq; peruertendorũ iudiciorũ causa existit. Proinde debet illã subijcere Diuinæ, si quã propriam habet, & cum Christo dicere ad Patrem: *Non mea voluntas, sed tua fiat.* Vt enim oculus rectè de coloribus iudicare non valet, si ipse aliquo colore sit infectus: ita neque magistratus, neq; consiliarij rectam poterunt sententiã pronuntiare, si aliquo propriæ voluntatis affectu deprauati, atque corrupti existant. Quisquis ergo in iudicando tria hæc quæ prædiximus, obseruauerit, nõ poterit eius iudicium reprehendi. Narrat Petrus de Palude, vt citat B. Antoninus, iudicem quendam Gentilem extitisse, tam veritatis amãtem, atque illi addictum in iudicãdo, vt eius anima post mortem multis annis permanserit in lingua: donec accito, & consulto Episcopo, baptizatus est, & statim in puluerem redactus est; ita vt mors in eum præualere non potuerit, qui custos obseruantissimus veritatis extiterat, donec ad Baptismi gratiam vocaretur; vt ita dignus esset increatam, & æternam veritatem, & supremum iudicem agnoscere Dominum nostrum Iesum Christum, cui cum Patre, & Spiritu sancto, sempiternus est honor, gloria, atque felicitas in sempiterna secula, Amen.

Voluntas quomodo rectum soleat deprauare iudicium.

Quid sit diuinæ se voluntati cõformare.

Boni iudices tria obseruare debẽt à Christo tradita.

Quales illi sint iudices Ambrosium. *Ambros.*

Exod. 22. *Ibidem.* *Iudices cur dij appellentur.*

Propria voluntas iudicis, & affectus quid pariat.

Luc. 22. *Temeraria iudices quid [illegible]*

Petrus à Palude.

Iudicis cuiusdam Gentilis veritatem [illegible] narratur.

TRACTATVS XIII.

De eadem disputatione Christi cum Iudæis post languidum sanatum ad piscinam, in illa verba: *Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum. Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia verum est testimonium eius quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati*, & cætera vsque in finem capitis.

EXPLICAVIT hactenus Dominus spectantia ad opera iustificationis, & iudiciariæ potestatis, quibus æqualitatem suam cum Patre comprobabat: nunc tertium, quod proposuerat, de debito honore perinde Filio, atque Patri reddendo, persequitur. Dixerat enim: Vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Cum autem honor Filio exhibendus sit per fidem, fides autem innitatur testimonio: proptereà testimonia diuina explicat, quæ de ipso sunt, vt illis per fidem adhærentes, honorent Dominum: & qui honorificare nolunt, conuincantur, eo quod tot diuina testimonia repulerint. Vel potiꝰ: cum in superioribus sublimia quædam, & admiranda de se prædicasset, vocando se Dei Filium, & potentiam suam in suscitando, & iudicando vniuersum orbem, declarando: hæc iam firmis, & solidis confirmat testimonijs.

Quomodo ipse honorificetur Filius.

Cui rei innitatur fides.

Et vide quam artificiose in hunc tractatum ingrediatur. Quoniam enim dixerat: Non possum ego à me ipso facere quicquã: sicut audio, iudicio; & iudicium meum iustum est: quia non quæro voluntatẽ meam, &c. in quibus videbatur se ipsum commẽdare: propterea cum particula reddẽte rationem instat: *Si ego testimonium perhibeo de me ipso*, ac reliqua. Circa testimonia autem de se ipso, primo quidem excludit proprium testimonium tanquã apud Iudæos inualidum. Deinde profert testimonium humanum Ioannis Baptistæ. Postremo producit testimonia diuina. Et quia testimoniũ proprium ipsius Christi re ipsa verissimum erat, atq; omni dignum acceptione, cum nec in quantũ Deus erat, nec in quãtum homo, mentiri posset, qui de se dixit: *Ego sum via, & veritas, & vita*: & idcirco non posset simpliciter excludere testimonium propriũ tanquam non propriũ: ideo hypothetice, seu sub conditione loquitur. Conditionalis enim propositio, quemadmodum Dialectici docent, vera est, etiãsi tam antecedens, quam consequens, sint impossibilia.

Christi artificium in docẽdo.

Christus est verissimus dicẽdo à semine ...

Ioan. 14.

Quare sub cõditione Christus dicat: Si ego testimonium perhibeo de me ipso, &c. Hypotheticæ propositionis natura.

Verum dubium emergit de veritate huius hypotheticæ propositionis: quia eius contradictoria à Domino Iesu affirmatur cap. Ioan. 8. cum ait: *Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum verum est*. Sed in promptu hoc soluitur. Nam quod hoc loco ait, vt Chrysostomus, & Cyrillus annotarunt, non simpliciter de se ipso loquitur, sed secundum opinionem illorum, ad quos loquebatur; nec Christus sua autoritate asserendo pronuntiauit, sed pro auditorũ suspicione locutus est. Quasi diceret; Si ego de me ipso testimonium perhibeã, vobis non est verum, vos non credetis, vobis frustra dabitur. Et confirmatur: nam in verbis præcedentibus tria dixerat, quib. se quodammodo à seipso distinguebat. Dixit enim: Nõ possũ ego à me ipso facere quicquam. Sicut audio, iudico; & iudiciũ meũ verũ est, quia non quæro voluntatẽ meam. Et confestim subiungit: *Si ego testimonium perhibeo de me ipso*: vbi pronomen, *ego*, non absolutè ipsum demonstrat, sed secluso auditu à Patre, studioq; faciendi voluntatem Patris. Ac si diceret: Si ego affectãs quę testimonij proprij sunt, à me ipso testarer de me ipso, testimonium meum non esset verum apud homines: quia nõ credit̃ vnius, sed bene plurium testimonium, licet falsum. Vel sensus est: verum non est, id est, non est admittendum vt verum. Alibi autẽ dixit, suum testimonium, quod esset lux mundi, esse verum, hoc est esse admittendum tanquã verum, ad quod opus est non tantum vt res sit vera, & quod sciatur à dicente, sed etiã quod sit cum alio illius contestis. Et in se quidem verum erat, quod ipse esset lux mundi, & id sciebat: quia sine luce nesciret quod veniret à Patre, & ad eum iret, & Pater idem testabatur.

Ioan. 8. Quomodo Christus hic suum de se testimonium falsum, alibi verum esse pronunciet. Chrys. hom. 39. in Ioan. tom. 3. Cyril. lib. 2. in Ioan. c. 147.

Altera solutio Ioan. 8. Testimonij alicuius veritas quæ requirat.

Et subdit: *Alius est qui testimonium perhibet de me*. Contra proprium testimonium producit alienum. Et quoniam duo producit, Ioannis, & Patris testimonia, ad illorum vtrumq; posset referri, cùm indistinctè dicatur, Alius est, siue Ioannes, vt Chrysosto. exponit; siue Pater, vt Cyrillus. Et vt subdit, nouerat Christus ex certa scientia, vera esse illorum testimonia: nam Christus videt quę ipse Pater videt. Sed quia homines mouẽtur humano testimonio, & non possent videre Solem in se, sed in lucerna; ideo refert primo illud Ioannis, dicendo: *Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati*. Ioannes magnæ erat apud illos autoritatis, vt ad eum legatos miserint, tanquam parati

Chrysost. ibid. Cyrill. ibid. Quare Christus prius Ioannis, quã Patris proferat testimonium de se ipso. Ioan. 1. Cur Iudæi miserint ad Ioannẽ legationẽ.

parati dicto eius stare. Nā vt turpe est, suas aliquem virtutes laudibus celebrare, etiam si vera dicat: sic vltro & non vocatū ad testificandum accedere, improbari solet. Ioannes autem non vltro ad vos accessit, sed à vobis interrogatus fuit p legatos vestros. Quasi dicat Dominus; Non potestis tergiuersari, quasi leue pondus apud vos habuerit Ioannis testimonium: nam φ illum fide dignum haberetis, vos ipsi graues viros misistis ad illum. ¶ *Et ille testimonium perhibuit veritati.* Non ait, mihi, sed, *veritati*: quia Ioānes testificatus est veritatem non solum de Iesu, sed etiam de seipso: quia confessus est, & nō negauit: & confessus est, quia nō sum ego Christus: & me Messiam expectatum, qui tollere peccata mundi, prædicauit, & digito intento ostēdit. Vt ex hoc videatur Ioannis testimonium inuictum, & firmū, quod veritatem ipsam propriæ gloriæ prætulerit, ac seipsum semper depresserit.

Quæ duo testimonia mi nus probētur.

Ioannes cur dicatur testimonium perhibuisse veritati.

Ibidem.

Cur verum & omni acceptione dignum Ioannis testimonium.

Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico vt salui sitis. Posset hoc obscurum videri, & dubitatione dignum, cùm scriptum sit: *Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine*, & illo tutatus sit seipsum apud Matthæum: & Christus dixerit Apostolis: *Eritis mihi testes in Ierusalē, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsq; ad vltimū terræ*; iterumque: *Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis*: quomodo igitur dicit: *Ab homine testimonium nō accipio?* Dicendum est, non vno modo posse huic dubio responderi, sed diuersis. Primum quidem, vt significet, se, quantum ad se attinet vt se ipsum cognoscat quantus & qualis sit, non egere humano testimonio: egebat tamen propter alios: quia cum infirm⁹ & humilis, ac obscurus propter assumptā humanitatem appareret, opus fuit lucerna Ioannis diuinitatem in ipso delitescentem indicante, vt alij, quibus nō datum erat, videre illum, tantū thesaurum agnoscerēt occultum. Et huic sensui fauet quod dicitur: *Sed hæc dico vobis, vt salui sitis*: Id est, quod testimonium Ioānis allegauerim, & Apostolos in meos testes constitutus sim, non propter me, sed propter vestram salutem assero, qui illi magis, quam mihi attendistis, & eius autoritatē meæ prætulistis; vt vos more vestro per humana testimonia credatis. Nam indignum erat, vt Iesus verus Deus, & veritas, quę nequit falli, humano testimonio vteretur, quod constat falli, & fallere posse. Altero modo dici potest, se accipere quidem testimonium hominis, vel per homines, sed nō ab hominibus. Cōstat siquidem, Prophetas omnes testimonium perhibere de Iesu, vt Petrus ait in Actis: sed illi

Ibidem.

Matt. 11.
Act. 1.
Ioan. 15.
Eius sententiæ Ego nō ab homine testimonium accipio: sed hæc dico vt salui sitis, tres sensus producuntur.
I. sensus.

Supra 5.

1. Ioan. 5.

Ioan. 14.
Diuini testimonij & humani differentia.
Alter sensus.

Act. 10.

non à seipsis testati sunt, sed Spiritu Dei afflati, & missi, testimonium de eo perhibuerūt, seu potius Deus per eos testatus est. Ab hominibus autem testimonium accipere, est laudem & gloriam, quæ non est ex Deo profecta, sed ex hominibus nata, & conflata, quærere. De quo infra dixit: *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est, nō quæritis?* Et quia à Ioanne non acceperat testimonium, sed à Deo per Ioannē, vt indicet illud Ioannis è cœlo fuisse, & non tam humanum, quam diuinum testimonium extitisse, ideo ait: *ab homine testimonium non accipio.* Et quod ait *Sed hæc dico, vt salui sitis*, referendum est ad id quod sequitur: *Ille erat lucerna ardens, & lucens*: quasi diceret, Iustum est vt fidem illi habeatis, quia dignus est per omnia testis, & à Deo missus propter vestram salutem.

Ab hominibus testimonium accipere quid sit.

Ioan. 5.

Vera gloria vnde quærēda

Alij alia ratione soluunt, dicentes, sensum esse, se ab homine testimonium nō accipere, quasi summum, & pręcipuum, cum aliud eo maius habeat, nempe Patris: sed interim & alio minori vsus est Ioannes, pro pter aliorum salutem.

III. Sensus.

Ille erat lucerna ardens & lucens: vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. Quia videbat reiecisse Ioannis testimonium, vtpote humanum, vt ait Cyrillus, commendat Ioannem, vt eius commendabile reddat testimonium. Ac primo vocat eum lucernam, non lucem: quia nō est lux per essentiam; nec per se lucet, sed per lumen in ea constitutū: ita Ioannes ex participatione diuinæ lucis, cuius capax fuit, eamq; seruauit, nec in se extinxit, quasi in tenebris Iudæorum præfulsit, de quo pater dixit: *Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent.* Atq; hic Ioannes adumbratus fuit per lucernam, teste Cyrillo, quæ iugiter coram Domino ardebat in tabernaculo, vt scribitur in lib. Leuitici, & de qua loquitur Propheta: *Paraui lucernam Christo meo.* Erat autem lucerna ardens, & lucens. Ardens quidem, charitate; & lucens, scientia, quæ sine charitate pręcedente est velut esus sine gustu. Et vt Bernardus ait: *Est tantum lucere, vanum: tantum ardere, parum: ardere, & lucere perfectum.* Sic ille. Sunt ergo lucernæ ardentes, & lucentes; aliæ verò neq; ardentes, neque lucētes, sed extinctæ. Sunt rursus lucētes, sed non ardentes, vt bene prædicantes, qui in se nō sunt igne charitatis accēsi. Sunt postremo aliæ lucernæ ardentes quidē, sed nō lucentes, vt quę sunt positę sub modio, non super candelabrum, vt luceant omnibus qui in domo sunt, vel vt boni subditi. Instruimur ergo, vt omnis, qui prophetandi, & concionandi munus accipit, non solùm

Cur laudet nunc Christus Ioannem.
Cyrill. li. 3.
Ioan. c.
Ioannes cur dicitur lucerna ardens & lucens.

Luc. 1.

Idem ibidem.
Leuit. 24.

Psal. 131.
Ioannes cur lucerna ardens & cur lucens.
Bern. in serm. S. Ioā. Baptis.

Qua sint lucernæ lucentes & nō ardentes, & contra.
Matt. 5.
Concionatores & Prophetæ quales esse debeant.

lùm ardeat in corde, sed & luceat foris per opera: nec tantum luceat per scientiam hominibus communicatam, sed & ardeat ad se ipsum per charitatem.

Quomodo Iudæi voluerint ad horam exultare in luce præcursoris, vt Christus inquit. Ioan. 6. Ibi sensus Iudæorum leuitas, & incõstantia.

Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. Tangit hoc verbo Dominus eorum conscientias, & viuum, ac si diceret; Nō me latet ob quam causam misistis ad Ioãnem, nempè vt si ille oblatum honorem agnosceret, eo ad me persequendũ abuteremini; ideo voluistis ad horam exultare, id est, magno gaudio affecti fuissetis, si ipse consensisset vobiscum aduersum me. Vel eorũ potius inconstãtiam denotat; quia cũ gauderent in luce doctrinæ eius, quia pulchra, nolebant tamẽ vllo pacto ei obedire, quia hoc contra voluptatem erat. Nam hortabatur ad pœnitentiam, & baptismum, quæ Pharisæi, & Legisperiti contempserunt. Vel exultastis, concurrẽtes ad baptismum eius, & doctrinam; sed testimonium eius, quod Iesus esset Christus, non accepistis. Lucernam accepistis, quę sub ortu Solis nõ luceret; ad Solem cæci facti estis. Et ita hodie quisquis cum delectatione percipit verbum Dei, nec tamen opere præstat; quod verbum Dei suadet, profectò exultat ad horam in prædicatore, & non credere vt debet, conuincitur. Et ad literam, bene dicit, ad horam Iudęos exultasse, siue ad tempus: nam statim vt Messiæ titulum sibi oblatum recusauit, & vos acerbè increpauit, vocans genimina viperarum, in eo exultare desijstis.

Matt. 3. Luc. 7. Tertia. Ioan. 1.

Qui similes hac in parte Iudæorum censeantur.

Iudæorum.

Matt. 3.

Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea; ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me. Reiecerat testimonium Ioannis tanquam humanum quo non propter se eguit, sed propter nos: producit iam maius testimonium illo Ioãnis, quod ex parte sua Christus habebat: atque illud quidem ab operib⁹, quod est firmum, & inuictum. Quod ait, *maius Ioanne*, intellige testimonio Ioannis: non enim cõfertur cum Ioanne, sed cum testimonio Ioannis. Testimonium enim Ioãnis ab extrinseco est, virtus vero operum ab intrinseco. Et Ioannes digito corporeo demonstrauit Christum; signa vero, & miracula digitus Dei erãt, quæ ipsum Deum iudicabant. Ex quo testimonium operum omnia alia testimonia vincit. Vnde Christus plerunque ad illud testimonium nos dirigit: *Si mihi*, inquit, *non vultis credere, operibus credite*. Et iterum: *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent; nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum*. Hæc autem opera ait sibi à Patre data, & simul ipsum ea operari; vt intelligas hic esse concessa Christo Domino, vt non minus ipse Filius autoritate, & potestate propria illa faciat, atq; Pater: eadem enim est Patris, atque Filij potestas.

Quid sit Christum testimonium habere maius Ioanne. Ioan. 1. Potentissimũ testimonium Christi quod. Infra 10.

Infra 15.

Patris de Christo plura testimonia proferuntur.

Possimus etiam opera ipsa redemptionis intelligere, quæ signa complectuntur: quæ vt Dominus perficeret, ad mortem vsque damnatus est. Testantur autem hæc opera, quod Pater miserit Christum, hoc est mysterium Trinitatis, & Incarnationis Filij Dei. Nam ad hæc comprobanda, & cõfirmãda, Dominus ipse signa edebat. Verbum autem illud: *Vt perficiam ea*, non tantũ significat satis non esse scire Dei voluntatem, sed opus esse illam facere, & ad finem vsque perducere; verum etiam signa corporum tunc perfici, cum fiunt spiritali modo in cordibus hominum, illa illuminando, sanando, suscitando, mundando, & satiando.

Prima. Quęnam opera dederit Filio Pater, & quid testentur.

Et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me: neque vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis. Aliud Patris producit testimonium, nempe vocem Patris, qui in baptismo dixit: *Hic est Filius meus Dilectus*: & postea repetitum est in Transfiguratione: de quo testimonio ait Petrus: *Sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo Patre honorem, & gloriam, voce delapsa ad eum huiuscemodi à magnifica gloriá, &c.* quod etiam sensibile testimonium fuit. Fuêre autem aliud Patris testimonium ipsa Ioannis verba, qui dixit cap. 3. *Qui accepit eius testimonium, signauit quia Deus verax est.* Fuit & insensibile Patris testimonium, de quo: *Caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est.* Et alio loco: *Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se.* Sed hoc loco pręcipue de testimonio primo in baptismo perhibito videtur Domin⁹ loqui. Sed quia Iudæi aut nulli, aut pauci hanc vocẽ audierant, & gloriabantur se audisse vocẽ Dei in Horeb, & speciem eius vidisse, ait: *Neque vocem eius audistis, neque speciem eius vidistis.* Tollit illorum gloriationem, & ait, nõ fuisse veram vocem, neque speciem Dei, sed signa tantum veritatis, quæ in corde loquitur, & solitudine. Quia cum Deus Spiritus sit; nec habet vocem, quæ audiri possit humanis auribus, neque speciem, quæ cerni possit oculis corporis. Quod si obijcias in Deute. scriptum esse: *Locutusque est Dominus ad vos de medio ignis: vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis*: vbi concedit auditam vocem, sed speciem non visam. Dicendum est, illos vocem Dei non in se ipso, sed in Angelo Deum referẽte audiuisse: quemadmodum testatur Stephan⁹

Secunda. Matth. 3. Infra 17. 2. Petr. 1. Tertia. Ioan. 3. Matt. 16. 1. Ioan. 5. Deut. 4.

Cur Iudæi vocem Dei non audierint, neque speciem eius viderint. Ioan. 4.

Deut. 4. Exod. 19. 20. Quod Iudæi vocem Dei nunquã audierint, quõ. Act. 7. Gal. 3.

diaboli inuidiam intrauit in orbem terrarum: quos suscitat ad vitam gratiæ, & fidei. Nemo ergo habet vnde timeat, vel à peccatis suis, vel à morte, omnium rerum extremo formidabili, si Christum habet iustificantem, & viuificantem. Nam si de viuificatione animarum non loqueretur, superfluum videretur verbum Viuificat: quia suscitare mortuos, nihil est aliud, quàm eos ad vitam reducere.

Filius vt mortuos viuificet.

Sic, inquit, *& Filius quos vult, viuificat.* Vno verbo complectitur quod duobus superiùs expresserat. Nam viuificat, & corpora, & animas per gratiam. Et rectè ait: *Sic*, id est, non fictè, quemadmodum mulier pythonissa suscitauit Samuelem, vt quidam sentiunt. Non etiam sicut Helias, & Helisæus, qui mortuos suscitarunt, sed non propria virtute, & authoritate, vt Pater. Solus ergo Christus suscitat mortuos, sicut Pater: in quo ostenditur par potentia. Viuificat etiam quos vult, vt liberum agens à proposito Filius concurrere cum Patre ad faciendum indicetur: sicut superius ex parte intellectus explicauerat, dicendo: Nisi quod viderit Patrem facientem: Vult autem, quia liberè viuificat, quos dignos, ac præparatos ad gratiam inuenerit. Vnde de illo Sapientia ait: *Dignos se ipsa circuit quærens.* Quemadmodùm etiam Pater non alijs vitam impertit, quàm quos aptos iudicat, & capaces.

1. Par. 10. 4. Reg. 17. 4. Reg. 4. & 13.

Quos tantum viuificet Pater, sicut & Filius. Sap. 6.

Neque enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Coniunctio *Enim* (de qua: *Neque enim*) optimè refertur ad probandum non tantùm opera maiora, quæ demonstrabit ei Pater, sed etiam ad probandam vim suscitandi mortuos. Nam ex eo quòd omne iudicium Filio est commissum, quæ summa est potestas Deo conueniens, consequitur etiam, eum viuificare posse quos velit, vt integram ferat de hominis partibus, id est corpore, & animo sententiam: & in vtraque puniat, & remuneret. Est etiam iudiciaria potestas Dei propria, vt tradunt Scripturæ: *Surge Deus, iudica terram*: & alibi; *Quoniam Deus iudex est.* Hunc humiliat, & hunc exaltat. Aliud opus excellentissimum proponit à Patre sibi datum, nempè potestatem iudicandi. Etenim iudicare vniuersos homines, conuenit Deo secundùm propriam naturam deitatis; & quod conuenit vni personæ, conuenit alijs. Sed Pater illam à se habet, quia à se est; Filius autem, qui à Patre esse habet, illam ab eo accepit; quam vterque donat Spiritui sancto.

Quid significet: Neque enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio.

Psalm. 81. Psalm. 74.

Sed hæc potestas exhibita est Christo, ab æterno quidem per generationem, vt Hilarius, & Chrysostomus interpretantur.

Hilar. in Psal. 61 in fin. Chrysost. hom. 38 in Ioan.

Sed hunc sensum vt incongruum, reijcit Augustinus libr. de Trinitate. Quod dicitur, *Omne iudicium dedit Filio*: non secundùm illam locutionem dictum est, qua dicitur: *Sic dedit & Filio habere vitam in semetipso*, vt significaret quia sic Filium genuit. Si enim sic diceretur, non vtique diceretur, Pater non iudicat quenquam: secundũ hoc enim, quòd Pater æqualem genuit Filium, iudicat cum Filio. Secũdom hoc ergo dictum est quod in iudicio, non in forma Dei, sed forma Filij hominis apparebit. Ita etiam Cyrillus intelligit: *Datum*, inquit, *sibi à Patre ait iudicium, non quia potestatem hanc ipse natura non habeat; sed per dispensationem, vt homo.* Sic ille. Potestas ergo iudiciaria data est Christo homini in Incarnatione, quia ille sensibilis ex iudex, & sensibilem sententiam pronunciabit coram mundo sensibili: ob quam causam non ita cõuenit, vel Patri, vel Spiritui sancto. Nec enim Pater desijt habere prouidẽtiam, cui dicimus: *Iudica me Deus, & discerne causam meam*; & Christus: *Ego non quæro gloriam meam: est qui quærat, & iudicet.* Sed prædicto modo solus Christus erit iudex, non Pater. Vnde in parabola vineæ, procuratori comparatur, qui reddit vnicuique denarium; Et, *Tunc dicet his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, &c.* Hinc Atheniensibus concionatur Apostolus; *Deus*, inquit, *nunc annunciat hominibus, vt omnes vbiq; pœnitentiam agant: eo quòd statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit*, & reliq. Et ad Corinth. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi.*

August. li. 1. de Trinit. cap. 14. 13 ? Altera sententia, & quæ cum hoc loco congruentior, D. August.

Cyrill. lib. 2 in Ioan. c. 142. mutatum. Iudiciarum Christum potestatem quam accepit à Patre.

Psalm. 42. Ioan. 8.

Qua ratione Christus, Pater mundi iudicabit.

Matt. 20. Infr. 25. Actor. 17.

2. Cor. 5.

Illud vero Ioann. 8. *Ego non iudico quenquam*: huic sententiæ nequaquam contradicit: quia intelligendum est, solus, vt ibidem subiungit, dicens: *Et si iudico ego, iudiciũ meum verum est: quia solus non sum, sed ego, & qui misit me, Pater.* Se enim deprimere soler respectu Patris, vt Humanitatem insinuet. Dedit ergo omne iudicium Filio, quemadmodum per eum omne nobis tradidit Euangelium suum. Hæc autem verba edisserens Gregorius in libris Moralium, ait: *Qui enim timenti adhuc populo lex est transmissa per seruum; diligentibus verò filijs Euangelij gratia est collata per dominum, qui ad redemptionem nostram veniens, Nouum nobis Testamentum condidit; sed de eisdem nos Testamenti mandato discutiens, quandoq; etiam iudex venit: necessarium non est vt per expositionem clarescat: quia librum scribit ipse qui iudicat. Ipsa enim per se veritas dicit: Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.* Erit ergo tunc au-

Illud: Ego non iudico quenquam, quomodo verum.

Quemadmodum Pater omne iudicium Filio dedit, sic Gregorius. Gregor. li. 22. Moral. ca 15. tom. 1.

tor iudicij, qui nunc est conditor libri: vt tunc districtius exigat, quòd modo mansuetus iubet. Sic namque quotidie conspicimus, quòd magistri pueris literarum elementa blandientes imponunt, sed hæc ab his sæuientes exigunt, & quæ dant cum mansuetudine, cùm verbere requirunt. Blanda namq; nunc sonant Euangelij diuini mandata, sed erunt aspera in exactione sentienda. Mansueta modò est admonitio vocantis: sed tunc districta ventura est iustitiæ iudicis: eo quòd certum est, quia nihil, minimi mandati, sine discussione prætereat. Sic ille magnus Pater.

Quodnam illud sit omne iudicium, quod dedit Filio Pater.

Dedit autem Pater Filio omne iudicium, id est, vniuersale, & postremum, ad quod omnes creaturæ ratione præditæ sistendæ sunt. Et quia hoc erat post resurrectionem vniuersalem, propterea, postquam dixit quòd Filius viuificat quos vult subiungit cum particula caussali: *Neque enim Pater iudicat quenquam.* Si ergo Pater omne iudicium dedit Filio, non stemus iudicio alterius, vel rationi ipsi nostræ, vel cupiditati. Item de nullo iudicemus, ne præripere videamur iudicium Filio datum. Nemo de Christo filio Dei iudicet, à quo vno sumus iudicandi.

Cuius iudicium, & non alterius iudicio stare debemus.

Alter sensus de iudicio, quod dedit omne Filio Pater.

Possumus etiam per omne iudicium nō tantùm illud quod futurum est post resurrectionem, intelligere, sed illud etiā, quòd interim in præsenti seculo in Ecclesia exercetur, siue foro conscientiæ per Sacerdotes, siue in foro externo per Pontifices Episcopos, & Concilia generalia, ad continendas ones Christi in officio. Christi enim iudicium præstant, quicunque in Ecclesia Dei iudicant. Quanquam prior sensus de iudicio vniuersali, sit magis ad rem, quo voluit terrere Iudæos, vt qui virtutis amore nolebant sibi credere, iudicij formidine perterrefacti, Filio honorem debitum impendant. Vnde subdit: *Vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.* In primis perpende, hoc loco aduerbium Sicut, non similitudinem tātum, sed æqualitatem significare, id est, identitatem, sine omnimodam similitudinem. Interdum enim similitudinem imperfectam denotat, vt cùm ait: *Estote ergo perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est*; & alio loco: *Et dilexisti eos, sicut & me dilexisti.* Notanda ergo est Cyrilli regula: *Quando*, inquit, *aduerbium Sicut de rebus dicitur diuersis, ac natura differentibus, tunc non æqualitatem, sed similitudinem, vt etiam vos* (scilicet Arriani) *dicitis, significat.*

Christi iudicium qui præstant in Ecclesia.

Quomodò debeant omnes honorificare Filium sicut honorificant Patrem.

Matth. 5.

Ioan. 17.

Cyrill li. 2. in Ioan c. 1. 41. nō procul ab init. ... sub ...

Cyr. li. Magni regula ad cognoscendum. particula Sicut, quando similitudinem quando verò

Quando autem de ijs dicitur, quæ eiusdem naturæ sunt, tunc vltimam similitudinem, vnitatem, identitatem, & æqualitatem ostendit. Nam si quis candorem argenti miratus, sicut Solem splendere argentum quispiam dixerit: quoniam diuersa hæc natura sunt, non æqualiter. Soli splendere argentum intelligimus: sed similitudinem quandam splendoris propter dictionem illam, Sic vt, ostendi concedemus. Sin verò de Petro & Paulo natura hominibus, ac discipulis Christi, aliquis dixerit honorari oportere Paulum, sicut & Petrū, nemo ambiget quin æqualem velit vtriq; honorem contribui. Sic ille.

æqualitatem signet.

Exemplum eiusdem appositum.

Nota verbum, *Omnes.* Quotquot viuificare volunt, & de sepulchris ad salutem æternam excitare, siue Iudæi sint, siue Gentiles, honorem quem tribuunt Patri, credentes, & confitentes eum esse verum Deum, & Dominum increatum, immensum, æternum, omnipotentem, sine initio, sine fine, eodem prorsus honore prosequantur & Filium; non tantùm ob potentiam viuificandi, sed ob supremam iudiciariam potestatem.

Attributa Dei.

Iudici enim debetur honor maximè ab his, qui ab eo sunt iudicandi. Et non sint contenti illo honore, quem tribuere solent Regibus, aut magna potestate præditis in hoc seculo, aut qui Angelis, & sanctis exhibetur; sed multò maiori, & excellentiori, quo nimirum Deum ipsum honorificant. Atque adeò Pater huius honoris est zelator, vt si quis eum talis honorificentiæ cultu defraudauerit, etiamsi alio modo non offendat; intelligat se in Patrem, qui Filium misit in mundum, iniuriū extitisse. Hinc Pater, gloriæ, & honoris Filij studiosus, teste Apostolo, dedit illi nomen quod est super omne nomen; vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: & ipsum posuit supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro. Refert historia Tripartita, Amphilochium Iconij Episcopum, tempore quo factio Arriana Catholicos Episcopos sedibus spoliabat suis, venisse ad Theodosium Imperatorem, vt vellet partes suas interponere quò Catholici restituerentur, Arrianorū consilia comprimerētur, & Christus Filius Dei debito sibi honore afficeretur, quem Arriani zelo honoris Patris illi subtrahebant. Cùm igitur episcopus ingressus esset ad Imperatorem, illiq; magnum honorē detulisset, Honorio autē filio eius, qui propè assistebat, nullam honorificam salutationem impendisset: iratus est Imperator, & admonuit Episcopum vt filium oscularetur & honorificè salutaret. Tunc respondit Episcopus: *Si tantopere*, inquit, *te tangit, ô Imperator, cura honoris filij tui, vt nolis te sine*

Christo Dei Filio qualis sit debitus honor.

Pater quid zelet pro Filio.

Philip. 2.

Ephes. 1.

Hist. Tripart. lib. 10. c. 35. Amphilochij, Iconij Episcopi pro Filij diuinitate egregiè, & factum, & dictum.

illo

illo honorificari: quanto magis Æternus Pater pro Filij sui gloria, & honore est anxius, & solicitus? vultq; vt omnes non minus Filium, quàm se honorificent? Hoc argum. & Catholico responso excitatus Imperator, diligētiùs Catholicorum partes tutatus est, & Arrianorum consilia, & impetus magis fregit. Contendamus igitur, vt omni debito cultu, reuerentia, honorificentia, & indefessis laudibus prosequamur Iesum Filium Dei, suscitatorem mortuorum, & viuificatorem, & vniuersorum iudicem: cui cum Patre & Spiritu sancto, in perpetuas æternitates hymnos, & laudes, & gratiarum actiones decantemus, Amen.

TRACTATVS XII.

De eadem Domini disceptatione cū Pharisæis post sanatum lāguidum ad Piscinam, in illa verba: *Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam: & in iudicium non venit, sed transijt à morte in vitam, &c.*

Argumentū. CVM superius proposuisset, Patrem filio maiora opera demonstraturum, inter quæ enumerauit suscitationem corporum, & viuificationem animarum, potestatem iudiciariam, & parem cum Patre honorificētiam, iam singula illa latius explicando persequitur.. Et à viuificatione animarum exordium sumit: vbi declarat, quòd sicut Pater viuificat mortuos, sic & filius viuificat. Et incipit cum solita asseueratione, qua frequenter vtitur, cùm rem alicuius magni momenti expressurus est, nēpè, *Amen amen.* Et subdit: *Quia qui verbum meum audit.* Ad hoc vt quis in spiritu viuificetur, duo exigūtur: alterum ex parte Christi, nempe verbum Euangelicum, per se, siue per Apostolos, vel per Ecclesiam prædicatum: alterum ex parte eorum, qui vitam recipere debent. Nam in his requiritur auditus verbi Christi, & deinde fides. Nam vt Apostol. ait, fides ex auditu, auditus aūt per verbum Christi. Peccatum autem est, vel nolle audire, vel audita, & credibilia reddita, nolle credere.

Vt quis in spiritu viuificetur, duo requiruntur.

Rom 10.

Porrò mysteria quæ credenda sunt, illis verbis complectitur: *Et credit ei qui misit me.* Vbi tùm mysterium Trinitatis in mittente, & misso; tùm Incarnationis Sacramentum in missione continetur, in his præcipuis, & summis articulis reliquos omnes comprehendit. Atq; in his verbis alludit in primis ad primum hominē: qui in omnem miseriam prolapsus est, eò quod à diabolo persuasus, non credidit verbo Dei, dicenti: *In quocunque die comederis ex eo, morte morieris,* antidotum præparauit Dominus contra hanc mortiferam diaboli persuasionem, affirmans quòd si homo auertat aurem suam à lingua, & suggestionibus serpentis dęmonis, & fidem præstet. Verbo Incarnato, & serpenti in Crucem exaltando, qui non nisi vera loqui potest, vt pater mendacij non nisi falsa: hic vitam in primo homine perditam recuperabit. Deinde alludit in hac sententia ad verba illa Deuteronomij, quibus Prophetam promittit, & ait, *Ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam.* Tertiò dixit: *Credit ei qui misit me,* potiùs quam credit mihi, omnem fidem ad Patrem referens, quòd per humilitatem sermonem suum redderet magis acceptione dignum, nec illi ipsum, vt arrogantem reijcerent. Significauit etiam, eum qui habet fidem verbis eius, non iam sibi, quàm Patri credere. Credenti autem, tria videtur polliceri.

In Christum peccet quis. Quibus duobus articulis hic à Christo insinuatis reliqui comprehendantur. His verbis: Qui credit ei qui misit me quid Christus [illegible] doceat.

Gen. 2.

Alterum documentum. Deut. 18.

Tertium documentum, & quartum.

Credenti in Deum, vt habeat vitam æternam.

Primùm, quod habet vitam æternam, intellige quantum ad inchoationem quandam nam gratia Dei, vita æterna. Intellige etiam quod ad ius attinet, quia Filius, & quantum ad meritum propter bona opera, & quantum ad arrham Spiritus sancti, & denique in spe, & promissione Dei. Alterum est, quòd in iudicium non venit: id est, in damnationem generi humano ob peccatum Adæ inflictam, non incidet propter plenam remissionem peccatorum, quā assecutus est. Beati enim, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum. Etsi ergo in iudicium damnationis non veniat (nam id significat hoc loco illa vox, *Iudicium*, vt notat Theophylact.) non asseritur tamen, quòd in iudicium discussionis, & probationis non sit venturus. Est autem Venit verbum de præsenti, quemadmodum ἔρχεται, Græcum, sed pro futuro accipitur. Tertium est, quòd transiet à morte in vitam. Transijt quidem in præterito, vt Græca habet litera, à morte peccati, ad vitam gratiæ, quando iustificatus est, iuxta illud: *Nos scimus quod translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres*: sed posteà transiet in futurum à morte ad vitam, quia per mediam mortem irrumpet ad vitam, quia mors in eo fit ianua vitæ. Nam pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius: sed magis placet, transibit ab statu mortalitatis, ad statum gloriosæ immorta-

Rom. 6.

Idem in quod iudicium non venit.

Psal. 31.

Theophylact.

Fideles hoc quomodo [illegible], & nunc [illegible].

1. Ioan. 3.

Credens in Deum quomodo transijt, & transibit de morte ad vitam.

Psalm. 115.

mortalitatis, & incorruptionis.

Iudæorum in Christum non credentium quantus stupor.

Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint, viuent. Declarauit quomodo Filius viuificaret animas: explicat iam, quomodo mortuos corpore resuscitet. Nam puellam filiam Iairi, & adolescentem filium viduæ suscitauit, & Lazarum paulò post suscitaturus erat. Atque ita Dominus arguit Iudæorum duritiam, vt qui etiam mortuis stupidiores essent. Quasi diceret; Loquor mortuis, & audiunt: loquor vobis, & non creditis. Vnde rebus inanimis interdum imperauit, & obedierunt, vt ventus, & mari, & ficus animæ sentientis experti. Sunt verò alij, qui hæc ad vocationem Gentium, quæ facta est post missionem Spiritus S. referenda existiment. Etenim Gentes planè mortuæ erant præ Iudæis. Ita vt sit sensus: Multa inter vos docui, & operatus sum, quæ si in Tyro, & Sidone, vel etiam in Sodomis dicta, vel facta fuissent, olim pœnitentiam egissent. Sed quia homines audire nolunt, ad lapides me conuertam, id est, ad gentes lapidibus duriores: & quia viuentes mihi auditum non præstant; ad mortuos me conuertam; qui me audient. Sunt tertiò qui hæc verba referunt generaliter ad primam resurrectionem: quæ per iustificationem fit, & per quam peccator à morte peccati ad vitam iustitiæ reuocatur, de qua dicitur in Apocalypsi: *Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem.* Et quanquàm hi posteriores sensus veri sint, & à Catholicis probentur; tamen, si rectè expendamus quæ superiori clausula huius tractatus exposuimus, vbi de viuificatione animarum per gratiam loquitur, & quæ sequuntur de audienda voce Filij Dei ab ijs qui in monumentis sunt: & quod procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui verò mala egerint, in resurrectionem judicij: & quod Ecclesia hoc Euangelium legit in officio, & Missa pro defunctis: profectò colligo, primam expositionem præstantiorem esse, & textui magis congruere: & ita exponunt Cyrillus, & Theophylactus.

Marc. 5. Luc 7. Ioan. 11.

Matth. 8. Marc. 11.

Secundus sensus horum verborum: Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei, &c.

Matt. 11. Luc. 10.

Tertius sensus.

Apoc. 20.

Cyrill li. 2. in Ioan c. 143. tom. 2. Theophylact.

Quid ad literam Venit hora, & nunc est

Ait ergo: *Venit hora, & nunc est.* De præsenti loquitur pro eo, quod futurum est breui, more Hebræo: vt illud: *Apud te facio pascha cum discipulis meis,* id est, faciam. Et alio loco: *Pro eis ego sanctifico me ipsum,* hoc est, sanctificabo. Propterea de præsenti subdit: *Et nunc est;* & illud Nunc, non tantū referēdum est ad tempus illud, quo Christus visibilis in terra apparuit, sed ad totum tempus à primo eius aduentu vsque ad secundum. Et ad hanc horam alludit Ioannes, cùm ait: *Filioli nouissima hora est.*

Matth 26. Ioann. 17.

Ioan. 2.

Qui mortui audient vocē Filij Dei.

Quando mortui audient vocem Filij Dei. Mortuos intellige corpore, quia aliqui tantùm significantur resuscitandi in imminenti hora, vt adolescens filius viduæ, filia Archisynagogi, & Lazarus, & illi, qui ad testificandā mortem Christi resurrexerunt, & innumeri paullò post per Apostolos & Apostolicos viros, & Martyres resuscitati sunt: quorum suscitationes Christo, cuius in nomine fiebant, adscribendæ sunt. Non dicit verò *Omnes*, ne intelligas resurrectionem in iudicio, de qua paullò post ait: *Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei, &c.* Mortui ergo audient, id est, ad similitudinem audientium obedient; nam mortui propriè non possunt audire. Audient vocem, intellige sensibilem, qualis est: *Adolescens, tibi dico, Surge: Lazare, veni foras:* & Petrus: *Tabitha, surge.* Et rectè ait: *Vocem Filij Dei,* ad significandum quòd etsi vox formabatur à Filio hominis, vel ab aliquo Apostolo, & viro sancto, tanquam ministro, virtutem tamen habebat ex hoc quod erat vox Filij Dei.

Luc 7. Marc. 5. Ioan. 11. Matt. 27.

Quomodò mortui audiant vocem Filij Dei, & qualē vocem audient.

Luc. 7. Ioan. 11. Act. 9.

Et qui audierint (inquit) *viuent.* Non ait, in æternum, quia resurgebant ad vitam præsentem. Vbi aduerte, quosdam annotasse, nullum aliud miraculum Iesum attulisse in testimonium suæ æqualitatis ad Patrem, & idcircò suæ veræ deitatis, nisi mortuorum resuscitationem, & illam per mōdum imperij sola voce, ad hunc enim imperij modum declarandum tendit, quod ait, Mortui audient vocem Filij Dei. Vnde colligunt, Antichristum, etsi signa magna, & prodigia sit editurus; nunquam tamen hæc, quæ sunt Dei propria, nempè animarum viuificationem, & corporum resuscitationem perfecturum. In cuius signū Simon Magus cum Romæ tentasset mortuum suscitare, illud assequi minimè potuit. Quem tamen, inuocato nomine Iesu, Petrus confestim excitauit.

Proprium Dei opus resurrectio mortuorum.

Caietan. in Ioan.

Sicut enim Pater habet vitam in semetipso; Sic dedit & Filio habere vitam in semetipso. Reddit rationem, cur in Filio, & eius voce insit potestas viuificandi animas, & corpora, quemadmodum & in Patre: quia, inquit, sicut Pater habet vitam in semetipso: hoc est, vitam ab alio non pendentem, siue quod attinet ad esse, siue conseruari, ita etiam & Filius. Vt enim ferrum ignitum calorem habet, sed non in semetipso, ideò ab igne separatum, calorem amittit. Simili ratiōe oculus lucem quidem habet,

Filius Dei vnde habeat virtutem, & potestatem mortuos viuificandi.

Deus vt vitam habeat in semetipso.

sed

ſed non ſemetipſo, quare abſente Sole videre nequit: at verò ignis calorem habet in ſemetipſo, & Sol lucem, ideò ignis nunquam ſine calore eſt, nec Sol ſine luce, imò ignis alia incendere, & Sol alia illuſtrare poteſt. Ad eum modum, Deus ſine vita eſſe non poteſt, quia eã ab alio pendentem non habet; ideoq́ue eam alijs conferre valet. Verbum etiam: *Vitam habet in ſemetipſo*, de quo dixit Ioannes: *In ipſo vita erat*, & alio loco, *Ego ſum via, veritas, & vita*. Vt ergo vita ſine vita, ne cogitatione quidem concipi poteſt: ita Ieſus vitam habet in ſemetipſo, nec ab vllo alio pendentem, vt illam amittere valeat; & propterea illam alijs communicare valet, & non minus illud poteſt, quàm ipſe Pater: nam cùm vna & eadem numero ſit vita Patris, & Filij; quicquid poteſt in Patre, poteſt in Filio: vterq́ue igitur vitam habet in ſemetipſo, & eandem habet viuificandi poteſtatem. Vno differunt tamen, quòd habet Pater vitam in ſemetipſo, & à ſemetipſo: Filius verò in ſemetipſo quidem, ſed non à ſemetipſo, ſed à Patre, à quo eſſe accepit, & propterea ait, Sic dedit & Filio habere vitam in ſemetipſo, nempè per viam generationis naturalis, & non per modum doni, velut Spiritus ſanctus. Et ita hæc ſententia de vita Filij Dei, quatenus eſt Deus, intelligenda venit, vt Chryſ. & Auguſt. interpretantur, & non de vita diuina homini illi donata per incarnationem, vt vult Cyrillus. Nam homo ille etſi vitam habeat diuinam, non tamen in ſemetipſo, quia deficere poteſt, ſi Deus vellet. Quanquam quemadmodùm quod ſemel aſſumpſit, nunquã dimiſit, ita quod ſemel donauit illi homini, nunquam repetiturus eſt: illiq́ue, quatenus homo eſt, poteſtatem iuſtificãdi atq; viuificandi mortuos tradidit. Et proinde hic locus nihil facit pro Arrij dogmate, imò potius illud iugulat, & æqualem per omnia Filium Patri facit.

[Margin: Filium Dei vitam habere in ſemetipſo, ſicut & Patrē. Ioan. 1. Ioan. 14.]

[Margin: Alia ratione Filius à Patre vitam habet alia verò Spiritus ſanctus.]

[Margin: D. Chryſ. ho. 38 in Ioan. Auguſt. tractat. 19 in Ioan. tom. 9. Cyril. li. 2. in Ioan. ca. 144. tom. 2. Ioa. Damaſc.]

Subdit: *Et poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis eſt*. Declarauit hactenus poteſtatem Patris & Filij ex opere reſuſcitãdi, & viuificandi: explicat modo illud, Pater non iudicat quẽquam, ſed omne iudicium dedit Filio: & ex opere iudicandi, illum Deum oſtendit. Et vitam, & iudicium vbique coniungit. Vitam quidem, ad cõſolandum credentes: ad incredulos terrendos, iudicium. Præmittit verò vitam iudicio: vt oſtẽdat, quòd non vult mortem peccatorum, ſed magis, vt conuertantur, & viuant. Subiungit, iudicium non impunè euaſuros, qui oblatam vitam reſpuerint: eſtq́ue ſermo de iudicio vniuerſali, quo iudicabitur mũdus: Hoc ergo iudicium datum eſt ipſi Filio non ſolùm ipſum ab æterno generando, vt Verbum, per quod condidit Humanum genus, legemq; dedit, & talenta diſtribuit, quorum exigenda eſt ratio: ſed illi etiam dedit, quia Filius hominis eſt, hoc eſt, quia homo factus eſt, obediẽs vſque ad mortem Crucis, & iudicatus in illa ad deſtruenda vniuerſa hominum peccata, Ita vt qui ex miſericordia, omnium peccatorum iudicium in ſe ſuſcepit, legitimus ſit iudex omniũ eorum, qui vel fide eum amplexi ſunt, vel incredulitate reſpuerũt. Propterea enim meruit exaltari: quia omnis qui ſe humiliat, exaltabitur, & coram Caipha rogatus an eſſet Chriſtus filius Dei, reſpondit: *Tu dixiſti, Veruntamen dico vobis, amodò videbitis Filium hominis ſedẽtem à dextris virtutis Dei*: hoc eſt, meritò huius meæ ſubiectionis in iudicio veſtro euadam iudex ſupremus vniuerſi generis humani. Deinde etiam conueniebat, vt iudex, dum ius dicit, à iudicandis videatur; porrò Deus cùm Spiritus purus ſit, à magna parte iudicandorum videri nõ poſſet: Filius autem Dei in natura humana aſſumpta, ab omnibus, tam malis, quam bonis ſpectabitur, ac ob id datum eſt ei iudicium facere. Tertiò, dici poteſt, ob id datũ iudicium Chriſto, quia Filius hominis eſt, hoc eſt, ſingulari ratione Adæ filius, videlicet, ſine peccato vllo: ideò aptè poteſt exercere iudicium. Puram enim creaturam nõ decebat poteſtas iudicandi: ad creaturam etiam peccato infectam & contaminatam minus iudicandi officium pertinebat, ne ſumma iudicãdi poteſtas cum aliquo peccato eſſet adiuncta: & iudicium per conſequens cenſeretur iniquum. Propterea congruum fuit, atque Diuinæ ſapientiæ conſonum, vt ſupremus iudex Deus eſſet, & homo innocentiſſimus, qui peccatum non feciſſet, nec dolus inuentus eſſet in ore eius. In reliquis autem iudicijs, & tribunalibus, tam ſacris, quàm profanis, permittit Deus, vt iudicium qui exercent in alios, peccatores ſint, vt conſcij ſuarum infirmitatum, mitius, & cum maiori manſuetudine, & clementia coniunctum iudicium faciant, lenioremq́ue ſententiam ferant, etiam qui iudices ſunt in foro conſcientiæ.

[Margin: Hunc locum Arrio nedum fauere, verum etiam non minimum officere.]

[Margin: Vitam habere & iudicium facere, Dei proprium.]

[Margin: Ezech. 18. & 33.]

[Margin: Quare Chriſtus vitam ſe habere prius dixerit, quam poteſtatem iudicium faciendi.]

[Margin: Matth. 25. Philip. 2.]

[Margin: Tribus modis datum eſt iudiciũ Chriſto.]

[Margin: Luc. 18. Matt. 26.]

[Margin: Secundò.]

[Margin: Tertiò.]

[Margin: Iudex ſupremus Deus, & homo quibus de cauſis debuit eſſe.]

[Margin: Eſai 53. 1. Pet. 2. 1. Ioann. 3.]

Nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem Filij Dei: & procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. In primis præmittendum eſt, variam eſſe huius loci interpungendi rationem. Chryſoſtomus enim, & Theophylactus cum ſequentibus verbis coniungunt illud: Quia Filius hominis eſt.

[Margin: Iudices [illegible]que, tam [illegible] quam profanis, peccatores eſſe quò De iudicio permittantur.]

[Margin: Prima interpungendi ratio horum verborum. Quia filius hominis eſt.]

Chrysost. hom. 38. in Ioan. Theophyl.

Ita vt sit sensus: Nolite mirari quod tam magna sibi Christus tribuat, quæ non modo supra homines sunt, sed etiam super angelos, vtpote mortuos suscitandi, & viuificandi potestatē, cum homo sit, & filius hominis: nam Filius etiam Dei est, quemadmodum demonstrabitur, quando omnes de monumentis prodibunt in generali hominum resurrectione. Augustinus vero cū superioribus coniungit. Vt sit sensus; Nolite mirari quod dederit ei potestatem iudicium facere, quia Filius hominis est. Vnde interpretatus hæc verba, ait: *Neque enim ad iudicium viuorum, & mortuorum Pater ipse venturus est, nec tamen recedit à Filio Pater. Quo ergo non ipse venturus est? quia non ipse videbitur in iudicio. Videbunt in quem transfixerunt. Forma illa erit iudex, quæ stetit sub iudice: illa iudicabit, quæ iudicata est: iudicata est enim inique, iudicabit iuste. Veniet ergo forma serui, & apparebit: etenim forma Dei quomodo apparebit iustis, & iniustis? Nam si iudicium non fieret nisi inter solos iustos, appareret tanquam iustis forma Dei. Quia vero iudicium futurum est iustorum, & iniquorum, nec licet vt iniqui videant Deum: Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: talis apparebit iudex, qualis videri possit, & ab eis, quos coronaturus est, & ab eis, quos damnaturus est. Forma ergo serui videbitur, occulta erit forma Dei. Occultus erit in seruo Filius Dei, & apparebit Filius hominis, quia potestatem dedit ei & iudicium facere, quia Filius hominis est. Et quia ipse solus apparebit in forma serui; Pater autem non apparebit, quia non est indutus forma serui; ideo superius ait: Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio.* Hæc ille. Cuius sententiam sequitur Cyrillus: etsi aliter explicet: *quia Filius hominis est.* Inquit enim, ideo datam in tempore hanc potestatem Filio Dei, quia Filius hominis est. Quatenus enim homo est, dari ei debuit in tempore, quod secundum diuinitatem habet in æternitate. Et licet vtraque lectio possit sustineri, præstantior tamen videtur lectio Augustini, quæ coniunctim legit: *Dedit ei iudicium facere: quia Filius hominis est;* alias superius non negasset Patrem iudicasse quenquam eo modo quo iudicat Filius in forma visibili, sed Pater omne iudicium dedit Filio. In quo videtur alludere ad nomen Elohim, hoc est, deos iudices, siue iudicantes, quod nomen commune est Patri Filio, & Spiritui sancto.

Secunda. August. tract. 19. in Ioan.

Zachar. 12. Ioan. 19. Apoc. 1.

Filius Dei quare iudicabit in forma serui, iuxta August.

Mat. 5.

Cyril. lib. 2. in Ioan. ca. 144.

Vtra lectio magis probetur.

Elohim quid.

Nec ratio B. Chrysostomi aliter legentis valet: quia si iudicium competit Christo, quatenus Filius hominis est, competeret omni homini, sed non aduertit, Filium hominis non simpliciter quēuis hominem significare, sed solum Messiam in Scripturis, dum in singulari dicitur. Sicut solus, in singulari vocatur Filius Dei. Neque quicquam ponderis habet quod Paulus Samosatenus hæreticus nostram lectionem probaret, & sequeretur: quia non sequebatur eā in Catholico sensu: volebat enim Christum esse hominem purum, non vt Filium Deo æqualem, & propterea dictum esse q̄ Pater ei dederit iudicandi potestatem, sed nos oppositum docemus, etiam ex eodem loco.

Chrysost. ratio infirmatur.

Ex hoc verbo: Quia Filius hominis est, quid impie de Christo sentiret Paul. Samosat.

Est ergo sensus secundum nostram lectionem, quam sequitur Augustin. Nolite mirari hoc, quod scilicet debeam iudicare, cū homines moriantur: quia suscitabuntur prius, vt queant iudicari. Vel, Nolite mirari quod ego Filius hominis sim iudicaturus; quia ego sum ille, per quē prius homines à mortuis sunt suscitandi. Cyrillus verò interpretatur: Nolite mirari miraculū sanationis paralytici, & quod vnus longo morbo dissolutus, verbo fuerit corroboratus, & grabatū tulit, & abijt: cum mortē omnino sim destructurus, & orbem terrarum iudicaturus. Sed hæc intelligentia etsi recta sit; illud tamen pronomen, Hoc, magis est referendū ad id, quod immediatè præcessit, quod est habere potestatem iudicandi, quod & admiratione maiori dignum est, quam quod paralyticum sanauerit. Atque illud opus iudicādi vniuersum orbem, p̄bat per aliud nō minus excellens, neq; minus admirabile, & illud immediatè præcedens, nempe per resurrectionem vniuersalem imperio suo perficiendam, de qua ait: *Venit hora*, sed incerta iudicij vniuersalis, quę quod attinet ad singulos quosq;, venit in particulari iudicio de præsenti. Omnes, non aliqui definiti superius; sed omnes, tā boni, quam mali, qui in monumentis sunt, corpore mortui: siue sint à belluis marinis, siue terrestrib. deuorati, siue igne combusti siue in puluerem redacti. Omnes enim isti non minus sunt in monumentis, quam cæteri, qui traditi sunt sepulturæ: quia vt *Cælo tegitur, qui non habet vrnam*, ita monumentū omnium terra mater est, ad quam per mortem perueniunt omnes. Et subdit: *quod audient vocem Filij Dei.* Quia idem omnino modus suscitandi in resurrectione vniuersali describitur cum modo quo excitati sūt illi tres à Christo, nempe imperio, & voce Christi, quæ per Archangelū edetur: cuius vox dicitur tuba Dei ab Apostolo, cum ait in priori ad Thessal. *Quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descēdet de cælo, &c.* Et iterum: *In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim tuba) & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur:*

Quorsum id: Nolite mirari hoc.

Alter sensus, minus tamen aptus, ac prior.

Cyril. lib. 2. c. 145.

Ioan. 5.

Quæ venit hora, in qua omnes qui in monumentis sūt, audient vocē Filij Dei.

Lucan. lib. 7. Pharsal. in fin.

Quid tuba Dei & nouissima tuba apud Paulum.

1. Thess. 4.
1. Cor. 15.

TRACTATVS XIII.

De eadem disputatione Christi cum Iudæis post languidum sanatum ad piscinam, in illa verba : *Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum. Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia verum est testimonium eius quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati*, & cætera vsque in finem capitis.

EXPLICAVIT hactenus Dominus spectantia ad opera iustificationis, & iudiciariæ potestatis, quibus æqualitatem suam cum Patre comprobabat: nunc tertium, quod proposuerat, de debito honore petinde Filio, atque Patri reddendo, persequitur. Dixerat enim: Vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Cum autem honor Filio exhibendus sit per fidem, fides autem innitatur testimonio: propterea testimonia diuina explicat, quæ de ipso sunt, vt illis per fidem adhærentes, honorent Dominum: & qui honorificare nolunt, conuincantur, eo quod tot diuina testimonia repulerint. Vel poti⁹, cum in superioribus sublimia quædam, & admiranda de se prædicasset, vocando se Dei Filium, & potentiam suam in suscitando, & iudicando vniuersum orbem, declarando: hæc iam firmis, & solidis confirmat testimonijs.

Quomodo sit honorificetur Filius.

Cui rei innitatur fides.

Et vide quam artificiose in hunc tractatum ingrediatur. Quoniam enim dixerat: Non possum ego à me ipso facere quicquā: sicut audio, indicio; & indicium meum iustum est: quia non quæro voluntatē meam, &c. in quibus videbatur se ipsum commēdare: propterea cum particula reddēte rationem instat: *Si ego testimonium perhibeo de me ipso*, ac reliqua. Circa testimonia autem de se ipso, primo quidem excludit proprium testimonium tanquā apud Iudæos inualidum. Deinde profert testimonium humanum Ioannis Baptistæ. Postremo producit testimonia diuina. Et quia testimoniū proprium ipsius Christi re ipsa verissimum erat, atq; omni dignum acceptione, cum nec in quantū Deus erat, nec in quātum homo, mentiri posset, qui de se dixit: *Ego sum via, & veritas, & vita*: & idcirco non posset simpliciter excludere testimonium propriū tanquam non propriū: ideo hypothetice, seu sub conditione loquitur. Conditionalis enim propositio, quemadmodum Dialectici docent, vera est, etiāsi tam antecedens, quam consequens, sint impossibilia.

Christi artificium in docēdo.

Christus est verissimus duplici nomine testis.
Ioan. 14.
Quare sub cōditione Christus dicat: Si ego testimonium perhibeo de me ipso, &c. Hypotheticæ propositionis natura

Verum dubium emergit de veritate huius hypotheticæ propositionis: quia eius contradictoria à Domino Iesu affirmatur cap. Ioan. 8. cum ait: *Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum verum est*. Sed in promptu hoc soluitur. Nam quod hoc loco ait, vt Chrysostomus, & Cyrillus annotarunt, non simpliciter de se ipso loquitur, sed secundum opinionem illorum, ad quos loquebatur; nec Christus sua antoritate asserendo pronuntiauit, sed pro auditorū suspicione locutus est. Quasi diceret; Si ego de me ipso testimonium perhibeā, vobis non est verum, vos non credetis, vobis frustra dabitur. Et confirmatur: nam in verbis præcedentibus tria dixerat, quib. se quodammodo à seipso distinguebat. Dixit enim: Nō possū ego à me ipso facere quicquam. Sicut audio, iudico; & iudiciū meū verū est, quia non quæro voluntatē meam. Et confestim subiungit: *Si ego testimonium perhibeo de me ipso*: vbi pronomen, *ego*, non absolutè ipsum demonstrat, sed secluso auditu à Patre, studioq; faciendi voluntatem Patris. Ac si diceret: Si ego affectās quę testimonij proprij sunt, à me ipso testarer de me ipso, testimonium meum non esset verum apud homines: quia nō credit vnius, sed bene plurium testimonium, licet falsum. Vel sensus est: verum non est, id est, non est admittendum vt verum. Alibi autē dixit, suum testimonium, quod esset lux mundi, esse verum, hoc est esse admittendum tanquā verum, ad quod opus est non tantum vt res sit vera, & quod sciatur à dicente, sed etiā quod sit cum alio illius contestis. Et in se quidem verum erat, quod ipse esset lux mundi, & id sciebat: quia sine luce nesciret quod veniret à Patre, & ad eum iret, & Pater idem testabatur.

Ioan. 8.
Quomodo Christus hic suum de se testimonium falsum, alibi verum esse pronuntiet.
Chrys. hom. 39. in Ioan. tom. 3.
Cyril. lib. 2. in Ioan. c. 147.

Altera solutio
Ioan. 8.
Testimonij alicuius veritas quæ requirat.

Et subdit: *Alius est qui testimonium perhibet de me*. Contra proprium testimonium producit alienum. Et quoniam duo producit, Ioannis, & Patris testimonia, ad illorum vtrumq; posset referri, cùm indistinctè dicatur, Alius est, siue Ioannes, vt Chrysosto. exponit; siue Pater, vt Cyrillus. Et vt subdit, nouerat Christus ex certa scientia, vera esse illorum testimonia: nam Christus videt quę ipse Pater videt. Sed quia homines mouētur humano testimonio, & non possent videre Solem in se, sed in lucerna; ideo refert primo illud Ioannis, dicendo: *Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati*. Ioannes magnæ erat apud illos antoritatis, vt ad eum legatos miserint, tanquam parati

Chrysost. ibid.
Cyrill. ibid.
Quare Christus prius Ioannis, quā Patris proferat testimonium de se ipso.
Ioan. 1.
Cur Iudæi miserint ad Ioannē legationē.

parati dicto eius stare. Nā vt turpe est, suas aliquem virtutes laudibus celebrare, etiam si vera dicat: sic vltro & non vocatū ad testificandum accedere, improbari solet. Ioannes autem non vltro ad vos accessit, sed à vobis interrogatus fuit p legatos vestros. Quasi dicat Dominus; Non potestis tergiuersari, quasi leue pondus apud vos habuerit Ioannis testimonium: nam qꝫ illum fide dignum haberetis, vos ipsi graues viros misistis ad illum.

Quæ duo testimonia minus probētur.

¶ *Et ille testimonium perhibuit veritati.* Non ait, mihi, sed, *veritati*: quia Ioānes testificatus est veritatem non solum de Iesu, sed etiam de seipso: quia confessus est, & nō negauit: & confessus est, quia nō sum ego Christus: & me Messiam expectatum, qui tollerē peccata mundi, prædicauit, & digito intento ostēdit. Vt ex hoc videatur Ioannis testimonium inuictum, & firmū, quod veritatem ipsam proprię gloriæ prætulerit, ac seipsum semper depresserit.

Ioannes cur dicatur testimonium perhibuisse veritati.
Ibidem.
Cur verum & omni acceptione dignum Ioannis testimonium.

Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico vt salui sitis. Posset hoc obscurum videri, & dubitatione dignum, cùm scriptum sit: *Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine*, & illo vtatus sit seipsum apud Matthæum: & Christus dixerit Apostolis: *Eritis mihi testes in Ierusalē, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsq; ad vltimū terræ*; iterumque: *Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis*: quomodo igitur dicit: *Ab homine testimonium nō accipio*? Dicendum est, non vno modo posse huic dubio responderi, sed diuersis. Primum quidem, vt significet, se, quantum ad se attinet vt se ipsum cognoscat quantus & qualis sit, non egere humano testimonio: egebat tamen propter alios: quia cum infim' & humilis, ac obscurus propter assumptā humanitatem appareret, opus fuit lucerna Ioannis diuinitatem in ipso delitescentem indicante, vt alij, quibus nō datum erat, videre illum, tantū thesaurum agnoscerēt occultum. Et huic sensui fauet quod dicitur: *Sed hæc dico vobis, vt salui sitis*: Id est, quod testimonium Ioānis allegauerim, & Apostolos in meos testes constitututus sim, non propter me, sed propter vestram salutem assero, qui illi magis, quam mihi attendistis, & eius autoritatē meæ prætulistis; vt vos more vestro per humana testimonia credatis. Nam indignum erat, vt Iesus verus Deus, & veritas, quę nequit falli, humano testimonio vteretur, quod constat falli, & fallere posse. Altero modo dici potest, se accipere quidem testimonium hominis, vel per homines, sed nō ab hominibus. Cōstat siquidem, Prophetas omnes testimonium perhibere de Iesu, vt Petrus ait in Actis: sed illi

Ibidem.
Matt. 21.
Act. 1.
Ioan. 15.
Eius sententię Ego nō ab homine testimonium accipio: sed hæc dico vt salui sitis, tres sensus producuntur.
I. sensus.
Supra 5.
1. Ioan. 5.
Ioan. 14.
Diuini testimonij & humani differentia.
Alter sensus.
Act. 10.

non à seipsis testati sunt, sed Spiritu Dei afflati, & missi, testimonium de eo perhibuerūt, seu potius Deus per eos testatus est. Ab hominibus autem testimonium accipere, est laudem & gloriam, quæ non est ex Deo profecta, sed ex hominibus nata, & conflata, quærere. De quo infra dixit: *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est, nō quæritis?* Et quia à Ioanne non acceperat testimonium, sed à Deo per Ioannē, vt indicet illud Ioannis è cœlo fuisse, & non tam humanum, quam diuinum testimonium extitisse, ideo ait: *ab homine testimonium non accipio*. Et quod ait *Sed hæc dico, vt salui sitis*; referendum est ad id quod sequitur: *Ille erat lucerna ardens, & lucens*: quasi diceret, Iustum est vt fidem illi habeatis, quia dignus est per omnia testis, & à Deo missus propter vestram salutem.

Ab hominib. testimonium accipere quid sit.
Ioan. 5.
Vera gloria vnde quærēda.

Alij alia ratione soluunt, dicentes, sensum esse, se ab homine testimonium nō accipere, quasi summum, & pręcipuum, cum aliud eo maius habeat, nempe Patris: sed interim & alio minori vsus est Ioannes, propter aliorum salutem.

III. Sensus, vltimus.

Ille erat lucerna ardens & lucens: vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. Quia videbatur reiecisse Ioannis testimonium, vtpote humanum, vt ait Cyrillus, commendat Ioannem, vt eius commendabile reddat testimonium. Ac primo vocat eum lucernam, non lucem: quia nō est lux per essentiam; nec per se lucet, sed per lumen in ea constitutū: ita Ioannes ex participatione diuinæ lucis, cuius capax fuit, eamq; seruauit, nec in se extinxit, quasi in tenebris Iudæorum præfulsit, de quo pater dixit: *Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent.* Atq; hic Ioannes adumbratus fuit per lucernam, teste Cyrillo, quæ iugiter coram Domino ardebat in tabernaculo, vt scribitur in lib. Leuitici, & de qua loquitur Propheta: *Paraui lucernam Christo meo.* Erat autem lucerna ardens, & lucens. Ardens quidem, charitate; & lucens, scientia, quæ sine charitate pręcedente est velut esus sine gustu. Et vt Bernardus ait: *Est tantum lucere, vanum: tantum ardere, parum: ardere, & lucere perfectum.* Sic ille. Sunt ergo lucernæ ardentes, & lucentes; alię verò neq; ardentes, neque lucētes, sed extinctæ. Sunt rursus lucētes, sed non ardentes, vt bene prædicantes, qui in se nō sunt igne charitatis accēsi. Sunt postremo aliæ lucernæ ardentes quidē, sed nō lucentes, vt quę sunt positę sub modio, non super candelabrum, vt luceant omnibus qui in domo sunt, vel vt boni subditi. Instruimur ergo, vt omnis, qui prophetandi, & concionandi munus accipit, non so-

Cur laudet nunc Christus Ioannem.
Cyrill. li. 3.
Ioan. c. 1. 10.
Ioannes cur dictus lucerna vbi præfiguratus, prænuntiusque.
Luc. 1.
Idem ibidem
Leuit. 24.
Psal. 131.
Ioannes cur lucerna ardēs, & cur lucens.
Bern. in nativ. S. Ioā. Baptist.
Quæ sint lucernæ lucētes & nō ardentes, & contra.
Matt. 5.
Concionatores & Prophetæ quales esse debeant.

lùm

lùm ardeat in corde, sed & luceat foris per opera: nec tantum luceat per scientiam hominibus communicatam, sed & ardeat ad seipsum per charitatem.

Quomodo Iudæi voluerint ad horam exultare in luce Præcursoris, vt Christus inquit. *Ioan. 1.* Iis sensus, Iudæorum leuitas, & inconstantia.

Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. Tangit hoc verbo Dominus eorum conscientias, & viuum, ac si diceret; No me latet ob quam causam institistis ad Ioànem, nempè vt si ille oblatum honorem agnosceret, eo ad me persequendũ abuteremini; ideo voluistis ad horam exultare, id est, magno gaudio affecti fuissetis, si ipse consensisset vobiscum aduersum me. Vel eorũ potius inconstãtiam denotat; quia cũ gauderent in luce doctrinæ eius, quia pulchra, nolebant tamẽ vllo pacto ei obedire, quia hoc contra voluptatem erat. Nam hortabatur ad pœnitentiam, & baptismum, quæ Pharisæi, & Legisperiti contempserunt. Vel exultastis, concurrẽtes ad baptismum eius, & doctrinam; sed testimonium eius, quod Iesus esset Christus, non accepistis. Lucernam accepistis, quę sub ortu Solis nõ luceret; ad Solem cæci facti estis. Et ita hodie quisquis cum delectatione percipit verbum Dei, nec tamen opere præstat, quod verbum Dei suadet, profectò exultat ad horam in prædicatore, & non credere vt debet, conuincitur. Et ad literám, bene dicit, ad horam Iudęos exultasse, siue ad tempus: nam statim vt Messiæ titulum sibi oblatum recusauit, & vos acerbè increpauit, vocans genimina viperarum, in eo exultare desijstis.

Matt. 3. *Luc. 7.* Tertius. *Ioan. 1.*

Qui similes hac in parte Iudæorum exultant.

Ibidem.

[illegible] 1. 3.

Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea; ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me. Reiecerat testimonium Ioannis tanquam humanum quo non propter se eguit, sed propter nos: producit iam maius testimonium illo Ioãnis, quod ex parte sua Christus habebat: atque illud quidem ab operib⁹, quod est firmum, & inuictum. Quod ait, *maius Ioanne*, intellige testimonio Ioannis: non enim cõfertur cum Ioanne, sed cum testimonio Ioannis. Testimonium enim Ioãnis ab extrinseco est, virtus vero operum ab intrinseco. Et Ioannes digito corporeo demonstrauit Christum; signa vero, & miracula digitus Dei erãt, quæ ipsum Deum indicabant. Ex quo testimonium operum omnia alia testimonia vincit. Vnde Christus plerunque ad illud testimonium nos dirigit: *Si mihi*, inquit, *non vultis credere, operibus credite*, Et iterum: *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent; nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum.* Hæc autem opera ait sibi à Patre data, & simul ipsum ea operari; vt intelligas licere concessa Christo Domino, vt non minus ipse Filius auctoritate, & potestate propria illa faciat, atq; Pater: eadem enim est Patris, atque Filij potestas.

Quid sit Christum testimonium habere maius Ioanne. *Ioan. 1.* Potentissimũ testimonium Christi quod. *Infra 10.*

Infra 15.

Patris de Christo plura testimonia proferuntur.

Possimus etiam opera ipsa redemptionis intelligere, quæ signa complectuntur: quæ vt Dominus perficeret, ad mortem vsque damnatus est. Testantur autem hæc opera, quod Pater miserit Christum, hoc est mysterium Trinitatis, & Incarnationis Filij Dei. Nam ad hæc comprobanda, & cõfirmãda, Dominus ipse signa edebat. Verbum autem illud: *Vt perficiam ea*, non tantũ significat satis non esse scire Dei voluntatem, sed opus esse illam facere, & ad finem vsque perducere; verum etiam signa corporum tunc perfici, cum fiunt spiritali modo in cordibus hominum, illa illuminando, sanando, suscitando, mundando, & satiando.

Prima. Quęnam opera dederit Filio Pater, & quid testentur.

Et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me: neque vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis. Aliud Patris producit testimonium, nempe vocem Patris, qui in baptismo dixit: *Hic est Filius meus Dilectus*: & postea repetitum est in Transfiguratione: de quo testimonio ait Petrus: *Sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo Patre honorem, & gloriam, voce delapsa ad eum huiuscemodi à magnifica gloria, &c.* quod etiam sensibile testimonium fuit. Fuêre autem aliud Patris testimonium ipsa Ioannis verba, qui dixit cap. 3. *Qui accepit eius testimonium signauit quia Deus verax est.* Fuit & insensibile Patris testimonium, de quo: *Caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cælis est.* Et alio loco: *Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se.* Sed hoc loco pręcipue de testimonio primo in baptismo perhibito videtur Domin⁹ loqui. Sed quia Iudæi aut nulli, aut pauci hanc vocẽ audierant, & gloriabantur se audisse vocẽ Dei in Horeb, & speciem eius vidisse, ait: *Neque vocem eius audistis, neque speciem eius vidistis.* Tollit illorum gloriationem, & ait, nõ fuisse veram vocem, neque speciem Dei, sed signa tantum veritatis, quæ in corde loquitur, & solitudine. Quia cum Deus Spiritus sit; nec habet vocem, quæ audiri possit humanis auribus, neque speciem, quæ cerni possit oculis corporis. Quod si obijcias in Deute. scriptum esse: *Locutusque est Dominus ad vos de medio ignis: vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis*: vbi concedit auditam vocem, sed speciem non visam. Dicendum est, illos vocem Dei non in se ipso, sed in Angelo Deum referẽte audiuisse: quemadmodum testatur Stephan⁹

Secunda. *Matth. 3.* *Infra 17.* *2. Petr. 1.* Tertia. *Ioan. 3.* *Matt. 16.* *1. Ioan. 5.*

Deut. 4. Cur Iudæi vocem Dei non audierint, neque speciem eius viderint. *Ioan. 4.*

Deut. 4. *Exod. 19. 20.* Quod Iudæi vocem Dei nunquã audierint, quo. *Act. 7.* *Gal. 3.*

in Actis, & Paulus ad Galatas, non autem vocem propriam, quę Patris esset, quomodo vox est aliqua animalis formata instrumentis.

Quid per verbum quod Iudæi non habebant in seipso manens.

Et verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos nō creditis. Per verbum hoc, intelligunt plerique voces Scripturarum, & Prophetarum, quæ verba quidem Dei sunt, sed non manebant in illis: quia cum applicanda essent Christi doctrinæ, & signis, vt per illa eum agnoscerent, resiliebant à verbo Dei, & oculos veritati claudebant: & ita excæcabātur, & Scripturis non proficiebant. Suauiter tamen posset intelligi locus iste de verbo illo, quod in monte Sinai dixit Dominus: *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius*, & quæ sequuntur. Nam cum Iudæi gloriarentur de voce eius audita, & de specie eius visa, nempe in monte Sinai, & lege ab eo accepta; ostēdit illos neq; veram vocem Dei, aut veram speciem eius percepisse: neq; verbum de Messia mittendo ad illos, habere firmū, & stabile, cum ipsum Messiam missum agnoscere nollent. Proindeq; subdit: *Quia quē misit ille, huic vos non creditis.* Est enim Christus Verbum, & vox Dei; ipse est expressa imago eius, & species; denique ipse est viua lex, & legis impletio. Qui ergo Christum non audit, vocem Dei non audit: qui non videt Christum, non videt speciem Dei. Qui Christum non habet per fidem habitantem, legem non habet, nec illam potest implere: nec promissionem de Messia mittendo possidet. Verum vt Christus tria pro se produxit testimonia, ita Christiano triplex testimonium est necessarium, vt tanto respondeat nomini. Primum quidē ab hominibus, de quo Domin[9]: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona. Secundum, à proprijs operibus: nam sic vult Petrus, vt vocationem, & electionem nostram certam faciamus per opera bona. Tertium, à Deo, hoc est, à bona conscientia, in qua loquitur Deus, & de qua ait Paulus: *Gloria nostra hæc est, testimoniū conscientiæ nostræ*: quod vnum priora testimonia confirmat.

Altera sententia.

Deut. 18.

Exod. 19. & seq.

Coloss. 1. Heb. 1.

Christi proprium. Christum non audire, nec videre, quid.

Matt. 5.

2. Cor. 1.

Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Producit tertium & solidum Scripturarum testimonium, quod etiam Dei est, & maius illo Ioannis. Verbū illud, *Scrutamini*, tam Græcis, quam Latinis ambiguum est: & potest esse præsentis Indicatiui, & item Imperatiui. Cyrillus tertium illum Imperatiui reijcit, & indicatiuè contendit accipiendum, in hunc sensum: Vos quidem Scripturas scrutamini, putantes in illis vitam inuenire: sed quæ vobis etiam ex hoc vtilitas, cùm in illis de me testimonia deprehendentes, nolitis tamen ad me venire, vt vitam habeatis: & tantum illis vacatis, vt contradicere veritati possitis? In hūc modum ille exponit. Cæterum Chrysost. Imperatiuè accipit, dicens: Christum hoc verbo mittere Iudæos ad diligēter perscrutandas Scripturas, & non tantum ad superficie tenus legendas. Atque hæc expositio suauior videtur: Nam cum prius duo testimonia Patris produxisset; nempe operum, & vocis in baptismo, iam tertium producit magis firmum, ac validum: non tamen magis verum, de quo Petrus dixit: *Et habemus firmiorem Propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes*, & reliq. vbi propheticum testimonium, & voci de cœlo delapsæ, & signo ipsi Transfigurationis præferre videtur, Nā Scriptura antiquitate, & omnium acceptatione, maximum sibi autoritatis, & firmitatis pondus comparauerat: quam autoritatem necdum signa Christi eo tempore apud Iudæos assecuta erant; nunc autem signa Christi cum in Canonicis libris sint recepta, parem cum illis autoritatem habēt.

Cyril. lib. 3. in Ioa c. 4. & 2. 1. sensus.

Secundus, & melior ac suauior Chrysost. 40. in Ioan.

Matth. 3. Ioan. 1. & seq.

Pet. 1.

Scripturarum confirmat, quam signo testimonium Signa … pare Scripturis autoritatem habeant.

Expendit autem Chrysostomus verbū perscrutandi, his verbis: *Propterea Christus Iudæos ad Scripturarum non simplicem & nudam lectionem, sed ad inuestigationem perquam diligentem relegauit. Non dixit, Legite Scripturas, sed, scrutamini, Diuina enim summa indigent diligentia: in vmbra enim & obscurè maioribus illorum non abs re Deus locutus est. Idcirco effodere profundius iubet, vt quæ alte delitescunt, inuenire possimus.* Sic ille. Vnde beati dicuntur, qui scrutantur testimonia eius; in toto corde exquirūt eum: & in Actis laudantur Thessalonicenses credentes, quod scrutarentur Scripturas: si hæc, quæ ab Apostolis erant prædicata, ita se haberent, vt prædicabantur: & scrutantes, ad fidelem perscrutationem, non autem ad curiosam, siue immoderatā adhortatur, qua quisq; non cōtentus necessarijs, difficilia, & quæ vltra propriam capacitatem sunt, discutere nititur, & illas proprio ingenio metiri: nam tales scrutatores reprimit Spiritus S. cum ait: *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris.* Et iterum: *Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.* Quærere autem Christum in Scripturis, neq; curiosum est, neq; inutile; sed maximè necessarium & salutare. Nō quidem proprio ingenio, sed fide & desiderio agnoscendæ veritatis.

Expendit Chrysost. … Iudæi Scripturas quomodo legere … beantur … in Scripturis.

Psal. 118. Act. 17.

Qui scrut… Deo non probentur.

Eccl. 3.

… Scripturis … quatenus … sit vtile, ac necessarium.

Expende autē quod ait: *Scrutamini Scripturas*: non libros Talmudicos, aut Cabalisticos,

Libri Talmud… a quibus

[Rabbinis con... scripti. eorum ...tas, & le...]

sticos, quos Ioannes Reuchlinus & quidam alij, curiosi magis, quam solidi nostri seculi Scriptores, siue tractatores, nobis commẽdarunt: nec enim huiusmodi libri Scripturarũ nomine veniũt; neq; eo tempore, quo Christus loquebatur, scripti erant, sed post Christum à Rabbinis quibusdam excæcatis, & veri Messiæ luce destitutis conscripti sunt; nec in eis Iudæi vitam æternam, sed mortem præsentaneam habẽt: neq; arcana illa Cabalistica, quæ tantopere commendant, plus veritati Christianæ, quàm mendacio Iudæorum fauẽt, cum ad vtramque trahi possint: neq; denique vllam aliã Cabalam, id est, scientiam interpretandi Scripturas veteres, præstantiorem, aut certiorẽ agnouerunt, quam Euangelicam doctrinã & Apostolicã cũ Ecclesiæ viua traditione:

Cabala quid. Optima, & præstantissima veraque illa sit ad intelligendã Scripturarum Cabala.

extra hanc qui contendat Moysen & Prophetas interpretari, profectò nihil ꝓficiet, vt constat ex Rabbinis, qui multa volumina ediderunt in Veteris Testamenti libros. Hac ergo sententia, *Scrutamini Scripturas,* docemur omnes alias præ istis non tanti facere Scripturas; quia in istis tantum vita æterna continetur. Putabant enim Iudęi tũc temporis in sacris literis promitti sibi vitam æternam, & non solum regnum temporale; nam Scripturæ aliter non haberi vitam ęternam, quàm promittendo: quanquam Iudæi illas detorquendo, & praue interpretando putabant se quidem vitam habere, sed non habebant.

[Scripturæ] quo modo vitã habeant æternã.

Et ait, illas perhibere de Christo testimonium: & cum locũ aliquem non signet Dominꝰ, intelligimus earum argumentum, siue scopum eo tẽdere; vt vel verbis prophetando, vel gestis & operibus pręfigurando, vel vmbris & cæremonijs delineando, de Christo egregium reddant testimonium, modo eas perscrutentur, & in profundum illarũ sensum penetretur, & non tantũ literæ cortex attendatur; nam in earũ medulla cõtinetur Christus, & vita æterna. Et vide sapientiã Christi: mittit Iudæos ad Scripturas, nullã Sacrarum literarum refutans, nullam mendosam, falsam, aut suspectã dicens: quemadmodũ Hæretici faciũt & Mahometani, qui Scripturas deprauatas contendunt. Et ait: *Non vultis venire ad me, vt vitã habeatis.* Non dicit, Non potestis, aut nescitis, sed, non vultis; vt inexcusabiles reddatur. Et ad me, inquit, qui sum autor vitæ æternæ, & qui solus possum vobis eam donare. Emphasim suam habet, quod ait, No vultis venire; cum tamen ad vos venerim, vt vobis vitam donarem.

Scripturæ quo tendant.

Hæretici ac Mahometani de Scripturis quid sentiant. Iudæi vnde inexcusabiles.

¶*Claritatem* (siue gloriam) *ab hominibus non accipio.* Multa hactenus produxerat testimonia, vt honorẽ debitum Filio, sicut Patri, in fide sibi habenda euinceret: iã ostendit, sibi eiusmodi honorẽ (qui in Fide consistit) propter seipsum nõ ambire. Nam vt nox est, quæ claritatem accipit à cãdelis accensis, dies autẽ Sole perspicuus & illustratus illis non eget: ita Iesus claritate diuina conspicuus, laudibus, aut gloria hominum nequaquam indiget. Quod verò hunc honorem debitum illi non reddant, ostẽdit, illud proficisci non ex defectu suo, aut ex inopia idoneorum testium, sed ex defectu charitatis eorum. Claritatem ergo ab hominibus nõ accipio, id est, nullam propter me quæro gloriam ab hominibus, vt vobis videtur, sed habeo testimoniũ Patris gloriosum, & operum, & Scripturarum Sacrarum testificationẽ: sed vos ita video dispositos, vt quãtumuis efficacia Dei de me testimonia, non sint apud vos autoritatem suam habitura, aut fidem factura.

Quare Christus gloriam ab hominibus non acciperet.

Cur gloriam Christo Iudæi non darent.

Sed cognoui vos, inquit, *quia dilectionem Dei non habetis in vobis.* Defectus enim charitatis ad Deũ, causa est vestræ tarditatis ad omne bonũ: qui autem nõ diligit, manet in morte. Nam vbi ignis charitatis est in corde, fieri nequit, quin foras flãma erũpat in verbis, & operibus. Et ca. 8. *Si Deus Pater vester esset; diligeretis vtique me, ego enim ex Deo processi, & veni.* Et obserua, quod Christus omnes agnoscit, nõ solum quales extra, sed etiam quales intus existant: ideo eius iudicium nemo fallere potest.

Iudæorum ad omne bonum vnde tarditas prouenirct.

1. Ioan. 3.
Effectus charitatis.
Ioan. 8.

Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Ostendit Dominus illos carere charitate; & nihil in se esse, quod causari possint homines, quo minus illum excipiãt. Quod vtinam omnibus Ecclesiæ ministris, & verbi concionatoribus contingeret. In nomine Patris venit, qui se ab illo missum fuisse & eius gloriam quęrere, argumentis, & miraculis idoneis comprobauit. Suo nomine venit, qui missus à Deo non est, nec Dei negotium agit, nec gloriã eius, aut proximorum salutem, sed proprium commodum, vel vtilitatem quærit. Etsi autem hoc verbum de Antichristo accipi soleat, cuius est aduentus secundum operationem Satanę, in omni virtute, & signis, & prodigijs mẽdacibus, & in omni seductione iniquitatis ijs qui pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperunt vt salui fierẽt. Potest tamẽ intelligi de quocunq; suo nomine Messiæ dignitatem vsurpanti: quemadmodum fuit Barchozibas primus sub Tito, & Vespasiano (de quo Iosephus libr. 2. De bello Iudaico cap. 12.) occisus à Iudæis quod nõ vaticinaretur futura: & alter Barchozibas

Christi à nobis iudicium cur nequeat eludi.

Nomine Patris quis veniat.

Quis veniat nomine suo.

2. Thess. 2.
Barchozibę duo tempore Iudæorum pseudochristi extiterunt.

Iosephus Iud.

Petrus Galatinus.

sub Hadriano Imperatore in Bitter ciuitate occisus à milite, de quo ex libris Talmudicis producit testimonia Petrus Galatinus lib. 4. c. 21. Et vtraque obsidio, tam Ierusalem à Tito, quàm Bitter ab Hadriano, tribus annis cum dimidio peracta est: vbi multæ Iudæorum myriades extinctæ sunt. Nam cum vidissent tempus Messiæ impletum, verumque Messiam refutassent, falsos in suam perditionem acceptare nō formidarunt: quia promittebant gloriam, & diuitias, & felicitatem huius mundi. Vnde & Barchozibas, Filius mēdacij interpretatur, quemadmodum in passione, Christo reiecto, & condemnato, latronem Barrabam sibi poposcerant.

Barchozibas quid sonet. Matt. 27.

Quæ duo vitia Iudæos à fide Christi impedierunt ac retardarunt.

Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis; & gloriā quæ à solo Deo est, non quæritis? Iudaicæ perfidiæ causam docuerat extitisse defectum charitatis Dei, iam aliam causam adiungit, nempe ambitionem, & gloriæ cupiditatem, quæ homines longè à Christo stare facit, qui eiusmodi rem discipulis nec promittebat, nec dabat: vnde timebant se cōtemnendos, si Christo credidissent. Et Pharisæos præsertim videtur Domin⁹ his verbis perstringere, de quibus est illud à Domino dictum: *Omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus* Et capite 12. huius eiusdem Euāgelistę habetur: *Ex Principibus multi crediderunt in eum; sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è Synagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei.* Asserit ergo, non bene inter se conuenire, nec in vna sede morari, ambitionem, & Fidem: siquidem Fides euacuat hominem, ambitio inflat: Fides omnia propter Deum relinquit, ambitio sibi soli bene cupit, & omnia sibi adscribit. Gloria aūt, quæ à solo Deo prouenit, est testimonium bonæ conscientiæ, quæ omnia præsentia contemnit, & ad futura aspirat. Fideles igitur, si vere fideles sint, in hoc vno speculo se agnoscant, an videlicet gloriam, quā solus Deus tribuere potest, corde ambiant, & bonorum operum studio quærāt: nam inde facile se ipsos agnoscent.

Supra 23. Ioan. 12.

Ambitio & fides cur neque simul consistere.

2. Cor. 1. Veri fideles vnde perspici ac dignosci valeant.

Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud Patrem: est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis. Declarat Dominus supplicium imminens illis, qui Christo non credentes, nō solum Filium nō honorabant, sed nec Patrem. Imo etiam Iudæos percutit, qui ex zelo legis Moysi, quam putabant violari sanādo languidos in Sabbato, hinc punitionem illorum ab accusatione describit. Significat ergo, non solū Patrem iniuria affectum ex eo quod nō honorarent Filium, sed etiam ipsum Moysen, pro quo zelabant, & cuius præceptū de violato Sabbato contemptū obijciebant Domino Iesu, accusatorem eorum futurum. Ait igitur, Non est quod à me accusatore timendum sit vobis apud Patrē: cum ipse Moyses nō accusabit; sed iam accuset lacessitus iniuria à vobis, quod eius præcepta, & promissa, & minas contemnitis. Est autem, Moysen accusare Iudæos, nihil aliud, quam legem eius punitione dignos ostendere in eo quod nollet credere in Iesum. Porro non accusaturum asserit, vsitato loquendi more significans non opus fore sua accusatione, aut se non primū accusaturū Iudæos: significat etiam sibi non cōpetere accusationem, quod iudex esset cōstitutus omnium à Patre, vt superius dixit. Et ait de Moyse: *In quo vos speratis.* Hoc est: credebant quidem Moysi in genere vera esse quæ scripsit, sperabantque se posse cōsequi illa, quæ Moyses pronuntiarat; sed nō credebant in singulari hunc esse Iesum à Moyse prædictū, neq; promissiones in eo factas peculiariter præstādas, de quibus ait Paulus: *Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est.* Simili errore in Iesu sperant Hæretici, & Scripturas passim versant, in quibus putant se certissimam habere vitam æternam. Sed cum verba Iesu, & testimonia deprauent atque peruertant, suisq; somnijs atq; deprauatis dogmatis inficiant, profectò continget illis quod Iudæis, qui cum de Messia gloriarentur, atq; illis missum nō agnouerint, extra promissiones, & prærogatiuas Messiæ inuenti sunt. Simili ratione Hæretici dum Iesum iactant, dum Euangelio gloriantur, dum Apostolicam Pauli doctrinā efferunt; à Christo extorres sunt, ab Euangelio exhæredati, à recta Pauli intelligentia alieni. Vna enim vera clauis inueniendi verum Iesum, verum Euangeliū, & Paulum intelligendi, est Ecclesię Christi viua traditio. Græcè de præterito dicitur, *In quo vos sperastis,* hoc est, Moses, in quo olim sperastis, nunc vos accusat: causa verò accusationis est, quia iam amplius in Mose non sperabant, nec credebant; amiserant enim spem, & fidem in illum, postquam credere in Iesum noluerunt.

Quid sit Moysen accusare Iudæos, & cur Christus non accusaturus Iudæos credatur apud Patrem.

Deut. 18.

2. Cor. 1.

Hæretici & Iudæi frustra, & sine fundamento sperantes.

Iudæos ...

Iudæorum pœnas Christo non credentium.

Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. Ex quibus aperte ostenditur, quod credere Moysi, inferat necessario credere in Iesum: & hæc est iniuria, quam inferunt Moysi, ob quā sit eos accusaturus, eo videlicet quod Iesum nō credant. Et probat consequentiam conditionalis; quia subdit: *De me enim ille scripsit.* Ridiculum autem est quod quidam exponunt: *De me enim ille scripsit.* Scilicet in libro Deuteronomij: quasi nullus esset alius locus præter illum: cum ipse

Quæ de Iesu ... in ...

Vbi scripserit de Christo Moyses ... Caietan. Deut. 18.

Gen. 3. Gal. 3. Gen. 49.

ipse sit semen mulieris conterens caput serpentis, & semen Abrahæ, vt Paulus exponit: & tempus aduentus eius expresserit Iacob, cùm dixit; *Non auferretur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius,* & reliqua; cum etiã sit agnus Dei tollens peccatum mundi, vt Ioannes Baptista declarauit, & cuius ossa non esse confringenda, Ioãnes Euangelista ostendit; alludens ad agni sanguinem, quo educti sunt de Ægypto; & ipse sit serpens exaltatus in deserto, vt explicuit Dominus Nicodemo: innumeri denique sint loci, in quibus si perscrutemur Scripturas, & non tantum cortice tenus legamus, in ijs de Iesu mentionem fieri, dubium nobis esse nõ debet. Et ita, quod dictum est, *De me enim ille scripsit*, posset non minus vetè, quam aptè exponi: id est; Ego sum subiectum librorum Moysi, & de me non tantum apertè locutus est, vt prædicto in libro Deuteron. sed etiam spiritaliter in vmbris, sacrificijs, expiationibus, cæremonijs, sanguinibus, præceptis, & alijs legis ritibus, atque institutis, quę vnum Iesum intellectum habentibus spirant, & ad eum ducunt, tanquam pædagogus ad Christum. Hinc Theophylactus: *Vbi autem scripsit de eo? Etenim dictum hoc: Prophetam suscitabit vobis Dominus; de Christo erat, & alia multa tam in verbis, quam in signis, & symbolis; vt miraculũ rubi. Nam & ignis quidem deitas, rubus autem spinosus, peccatrix natura: quam suscepit ignis deitas, & incombustam seruauit luce fulgidam, & suos quidem radios illi communicauit; imperfectiones autem illius in se non suscepit.* Sic ille.

Ioan. 1. Ioan. 19. Exod. 12. Num. 21. Ioan. 3. Gal. 3. Theophyl. Deut. 18. Exod. 3. Ignis rubi quid significarit.

Si autem illius literis non creditis; quomodo verbis meis credetis? Arguit à maiori ad min⁹ negatiuè: nam si Moysi, quẽ vos tãti facitis, & cuius scripta sectari profitemini, nõ creditis; multò minùs mihi credetis, quem nec magni penditis, nec meæ doctrinę sectatores esse vultis, & quẽ maximè vobis in lege instructis, propter ipsum Moysen credere oportebat. Comparat ergo se cum Moyse, & scripta Moysi cum verbis suis. Secus est de Gentibus, quæ propter Moysen, vtpote ignotũ ipsis, non compellebantur credere in Iesum, sed propter signa, tractumq; internum, atq; legis cum ratione conueniẽtiam, conformitatemque Iesum amplexæ sunt, & propter Iesum ipsum Moysen.

Iudæi non solum Christo, sed Mosi quidẽ restiterunt.

Tria igitur credẽdi impedimẽta Iudęos habere declarauit. Primum, defectum charitatis Dei. Secũdum, ambitionẽ, siue gloriæ propriæ amorem. Tertium, incredulitatẽ ad literas Moysi conscriptas. Vnde mirum non est, quod verbis Iesu nõ crediderint: firmius .n. esse solet quod literis mandatur, quam quod verbis. Et si legẽ Moysi scriptam tenentes, & quotidie legentes, paruifacitis tamen, & transgredimini: quomodo verbis, quæ vix semel audistis, & negligenter, bene affecti eritis: Rursus, si literas Moysi, quę quasi elementa sunt doctrinæ meæ, & prima principia, nõ suscipitis, & legem, quæ ad me ducit, spernitis: quonam pacto ad altiora hæc mea peruenire poteritis? Vt ergo prius de Ioanne, quem admirari videbantur, conuicti sunt quod eũ despicerent: ita & nunc de Moyse, cui credere sibi videbantur, ostendit quod ei essent increduli, sicut alias putabant se esse filios Abrahæ: quod Dominus illis abstulit, dicendo: *Si filij Abrahæ estis; opera Abrahæ facite.* Et ita semper in caput illorum retorquet, quæcunq; pro ipsis facere videbantur, vt vel conuicti, vel confusi, tandem resipiscerent, & Fidem amplecterentur. Sed surdis sane canebat fabulam.

Impedimenta quæ à tria Iudæos à credẽdo retardarint. Firmius esse solet quod literis mãdatur quam quod verbis. Ioan. 8. Surdis canere fabulam.

Studeamus igitur, vt tanta testimoniorum omni acceptione dignorũ plenitudine erecti atq; animati, Iesum, vnicum vitæ autorem, & mundi assertorem amplectamur, omnique cultu, honore ac veneratione dignum existimemus, & eodem prorsus cultu, quo Patrẽ ipsum honorificem⁹: vt si testimonia Iudæis producta non profecerunt, saltẽ in nobis fructus dignos edant, & vitam æternam cõsequi mereamur propter pretiosa & eminentissima merita Domini nostri Iesu Christi, quem cum Patre & Spiritu sancto omnes creaturæ colunt, & venerantur, in seculis sempiternis. Amen.

TRACTATVS XIV.

De disceptatione Domini cum Pharisæis, contendentibus Sabbatum violatum à discipulis eius, quod in eo vellerent spicas ad edendum. Et habetur Matth. 12. Marc. 2. & Lucæ 6.

CVm à tribus Euangelistis hæc disputatio scripta sit, proponemus verba Euangelistæ Matthæi, quibus adiungemus, si quid fuerit noui ex alijs adijciendum. Sic ergo habet Matthæus: *In illo tempore abijt Iesus per sata, Sabbato: discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare:* his addit Lucas: *Confricantes manibus:* Pharisæi censebant illicitum cõfricare spicas Sabbato, quoniam species erat præparationis cibi: præparare enim cibos, vetitum erat in Sabbato: sicut nec licitum erat accendere ignem, nec colligere manna.

Vnde Pharisæi putauerint, Apostolos in Sabbato spicas vellendo peccasse.

Exod.

Exod. 16. Marcus vero iuxta literam nostram apponit adverbium *iterũ*: quod cùm non sit apud Græcos, non significat Dominum secundo transisse per sata; sed referri debet ad calumniam Pharisæorum: nam cùm apud Matcũ præcedant aliquot Pharisæorum calumniæ, significatur aliam fecisse qui alia occasione Domino obiectam. Primo loco quod Matthæus ait, *In illo tempore*: non puto esse continuationem historiæ ad immediatè præcedentia: sed perinde est, in illo tempore, ac si dixisset, quodam tempore. Glossa tamen ordinaria, & Beatus Augustinus docent, quod narrata prędicatione cum miraculis vnius anni ante quæstionem Ioannis factam, trãsit ad ea quæ facta sunt in alio anno, nempe post mortem Ioannis: & ita, quę sequuntur ab hoc locò, facta sunt in secundo anno prædicationis Christi, Ioanne iam extincto. Quod mihi cum ratione coniunctum esse videtur: maximè si secundum Pascha à baptismo Christi sit ille dies festus, de quo Ioannes loquitur, cum languidum ad piscinam curatum esse à Domino docet: vt alias libro sexto late comprobauimus.

Quid est ad illud, In illo tẽpore Iesum abiisse per sata. Gloß. Ord. August. lib. 2. de consen. Euang. c. 34. & 4. Aliter sensus, qui est prædicatorũ autorũ

Ioan. 5.

Vocat autem sata, siue segetes, hoc est, agros seminatos frumentis, vt Euthymius exponit. Vellebant autẽ spicas, & fricabant manibus; esurientes nõ fame aliqua miraculo inducta, sed naturali, in cõspectu Pharisæorum: quemadmodũ Dauid naturali fame oppressus fuit, quando panẽ sanctum propositionis comedit: poterantque fatuem illam sustinere, aut quia Iudæi illiberales erant, & parum misericordes, vt cum apud Marcum Dominus omnes circumspiciens an aliquis eorum ad cœnam inuitaret, rediit in Bethaniam; aut quia interdum exibat de loco, fine cibo, vt Marcus ait; aut quia interdum in campum prodibat cum populo, & diu prædicabat, ex quo panibus sine cibis destituebantur, discipuli autem cum CHRISTO loculos portabant, vt supplerent necessitates illorum.

Quid sata. Euthym. in Matt. c. 10. Apostoli spicas quare vellebant. 1. Reg. 21.

Mar. 1. Iudæorum immisericordia.

Marc. 6.

Et aduerte quod discipuli ambulabant vt vellerent spicas, non autem vt iter facerent; accusarentur enim alioqui, quòd cõtra legem, Sabbati, iter lõgius instituerent. Quanquam autem discipuli non haberent in animo id facere, vt legem, cui erant subiecti, violarent (nam id proculdubio peccatũ est) Dominus tamen intendebat, vt extrinsece Sabbatum violando, haberet occasionem docendi, & rigorem illum in obseruantia Sabbati à Iudæis exactum tollendi; quò paulatim, & suauiter religio sabbati cessaret, de medioq; omnino tolleretur. Considera etiam quo tempore illud gestum sit. Ait enim textus, in Sabbato, Græci codices habent, in Sabbatis ἐν τοῖς σάββασιν (nam Græcè & tertiæ est declinationis Σάββατον, & quintæ Σάββατι, Σάββατος) quæ lectio confirmatur ex Matco, qui e.g. in plurali Sabbatis, & hoc loco Pharisæi obiiciunt: Ecce, discipuli tui faciunt, quod nõ licet eis facere Sabbatis. Hilarius etiã similiter legit & interpretatur: vnde colligit diem aliquam fuisse, in quo duæ festiuitates concurrerent, siue festũ aliquod solenne, erat quod pluribus diebus festiuis cõstatet; vt erat festum Paschæ, vel Tabernaculorum. B. Lucas hanc eandem texens historiam, sic scribit: *Factum est autem in Sabbato secundo primo.* Quo verbo expressit quale esset hoc sabbatum: etsi codex Syriacus habeat tantum in sabbato. Sed cum hoc verbum secundoprimum, siue δευτεροπρώτῳ, nõ minus sit obscurum, quàm quod alii Euangelistæ dicunt Sabbatis: hinc factum est, vt varia & diuersa à Patribus adferantur. Illud constat certè B. Hieronymum difficultatem & obscuritatem in hoc verbo offendisse: quia ita scribit in epistola ad Nepotianum, De vita clericorum: *Præceptor quondam (inquit) meus Gregorius Nazianzenus, rogatus à me, vt exponeret quid sibi vellet in Luca Sabbatum δευτερόπρωτον, eleganter lusit, Docebo te, inquiens, super hac re in Ecclesia: in qua mihi omni populo acclamante, cogeris inuitus scire quod nescis: aut certè si solus tacueris, solus ab omnibus stultitiæ condemnaberis.* Hæc Hieronymus, nec tamen explicat, quomodo exposuerit Gregorius præceptor. Vel significare voluit Gregorius se nescire docto Hieronymo satisfacere, bene autem plebeculæ: vnde & Hieronymus ibidem subdit: *Nihil tam facilè, quam vilem plebeculam, & indoctam concionem, linguæ volubilitate decipere, quæ quicquid non intelligit, plus miratur.* Sic Hieronymus.

Marc. 2.

Hilar. can. 12. in Matth.

Luc. 6.

De Sabbato secũdoprimo suis diffensum.

B. Hieron. ad Nepotia. to. 1.

Plebeculæ ingenium.

Quidam igitur existimant, sabbatum secundoprimum dici, quod in eo præter commune sabbatum & ordinarium, aliud incideret festum: quemadmodũ dicimus, hoc est bis pulchrum, ita sabbatum secundo, siue bis primum, quod dies esset præclarissimus; vt cum apud nos dies Natalis incidit in diem Dominicum, & sicut cum ait Ioannes, *Erat enim magnus dies ille Sabbati.* Sed profectò vocabulum illud vix id significat, & potius aliquod sabbatum consequens alterum explicat. Vnde Theophyl. explicans Lucæ 6. hanc vocem, scribit: *Iudæi omne festum Sabbatum nominabant, Sabbatum enim quies dicitur. Sæpe igitur occurrebat festum in Parasceue, & vocabant Parasceuen Sabbatum propter festum; deinde quod propriè est* Sabba-

Sabbati die licet facere olim nõ licebat. Cur Sabbatum violari à discipulis dominus patiebatur.

Prima opinio, sed inepta.

Ioan. 19

Theophyl. in Lucam.

Sabbatum, nominabāt secundoprimum, eo quod sequatur festum & Sabbatum quod præcesserat.

Secunda. Chryſoſt. hom. 40. in Matth.

Chryſoſtomus in Matthæum interpretatur Sabbatum ſecundoprimum. Quando feſtum duplex erat, tam Sabbati Domini, quam ſolenniratis alterius ſuccedentis. Ille ſic ſentit: hoc eſt, feſtiuitas prima, quæ proxime Sabbatum ſecuta fuiſſet. Neqne hæc ſententia Chryſoſtomi diſtat ab illa Theophylacti: niſi quod Chryſoſtomus vult præcedere diem Sabbati, & immediate ſubſequi aliā feſtiuitatem: contra Theophylactus, vult præcedere feſtiuitatem aliquam, & illam proxime conſequi diem Sabbati: & ita ferè in idem recidit.

Tertia. Ambroſ.

Porrò Ambroſius in Pſalmum 47. & in Lucæ 6. caput, Sabbatum ſecundoprimum intelligit diem Dominicam noſtram, quā præceſſit vetus Sabbatum. Dicitur ſecundum tempore, primum vero dignitate, & prædeſtinatione Dei: quod in illa, præclariora Deus geſſerit, & gerat: audi verba Ambroſij in Pſalmum prædictum: *Vbi enim Dominica dies cœpit præcellere, qua Dominus resurrexit, Sabbatum quod primum erat, secundum haberi cœpit à primo: prima enim requies cessauit, secunda successit.*

Quarta.

Non deſunt qui intelligant per hoc Sabbatum, diem Pentecoſtes: eo quod commune & ordinarium Sabbatum ſimpliciter dicebatur, dies Paſchatis Sabbatum primoprimum; Pentecoſtes verò Sabbatum ſecundoprimum.

Quinta opin.

Sed cum hæc dicantur, & non probentur, non videntur aliquid ſolidi, qui hæc ſentiunt ſtatuere. Dicā igitur quid mihi magis probetur, & præmittendum, quòd cùm ab Euangeliſtis ſit ſermo de feſto aliquo conſtante pluribus diebus, Sabbata dicebantur more Iudæorum, & Sabbata in plurali vocant Matthæus, & Marcus. Et perpende, quod eo tempore ſegetes produxiſſent ſpicas, quæ manibus confricari poſſent, & manducari.

Sabbatum ſecundoprimū de quibus feſtis intelligi non poſſit.

Primo ergo ex his colligimus, non fuiſſe aliquod feſtum ſimplex vno die tantum conſtans; vt feſtum Neomeniȩ, vel Pentecoſtes, vel ſimilium. Deinde excluditur feſtum Scenopegiæ, ſiue Tabernaculorum & Encæniorum, quia etſi cōſtarent ſeptem diebus, incurrebant tamen in mēſem Septembrem & Nouembrem, quando iam ſegetes in agris non ſunt. Cogimur igitur neceſſario intelligere de feſto Paſchatis, quod, ſicut feſtum Tabernaculorum & Encæniorum, ſeptem diebus conſtabat, & prætereà nullum aliud. Eo etiam tempore Paſcha, quod ſolet incidere in finē Martij, aut in principio Aprilis, ſegetes in agris ſunt, & in terra illa calidiori, & ad fructus edendos celeriori, ſegetes ſi ſpicas producant, mirum nō eſt; vt tradit Euthymius.

Euthym. c.14 in Lucam. Leuit. 23.

Vnde vel Deus, ipſe inſtituerat, vt primo die Azymorum manipulum ſpicarum, tanquam primitias meſſis eorum, ad Sacerdotē deferrent, & vt eleuarent coram Domino, & ſanctificarent illum: quod vbi factū eſſet, vt teſtatur Ioſephus in Antiquitatibus ſuis, licitū erat publicas ac priuatas meſſes demetere.

Ioſeph. libr. 3. Antiq. c. 13. Quod fuerit Sabbatum ſecundoprimū.

Erat igitur Sabbatum ſecundoprimū vel ſecunda dies Azymorum, in qua manipulus offerebatur, & quæ ſecunda erat à prima præcedenti Paſcharis, & quæ in libro Leuitici dicitur dies altera Sabbati, & à quo enumerandæ erant hebdomadæ ſeptē dierum, & die illas conſequenti erat feſtum Pentecoſtes.

Leuit. 23. Deut. 16.

Altera ſolutio. Leuit. 23. Euthym. loco prædicto. Sabbatū ſimpliciter omne feſtum vocent Hebræi.

Vel ſanè, vt alij volunt, ſeptima dies à Paſchate, quæ eadem religione erat veneranda, ac ſanctificanda, atque prima, Sabbatum ſecundoprimum dicitur. Quam ſententiam Euthymius his verbis proſequitur. Scribit enim in Lucam: *Sabbatum*, inquit, *simpliciter omne festum vocant Hebræi propter requiem. Nunc autem dicit festum Azymorum. Hoc itaque Sabbatum vocatur secundoprimum, tanquam secundum quidem à Pascha, primum vero ab Azymis. Post festum enim Paschæ festum Azymorum peragebant, quod primus erat septem dierum quibus vescebantur azymis.* Ita Euthymius.

Leont. Epiſc. in Luc. 6. c. Epiphan. Hæreſ 51. Ioſephus loco prædicto.

Huius ſententiæ eſt Leontius in Lucam: addens; illo tempore Paſchæ ſpicas impleri, & tertia die manipulus ſpicarum offerebatur. Sic ille ſenſit, ſecutus ſententiam Epiphanij, & Ioſephi, qui tertio die à Paſchate putabant præcipi oblationem manipuli: cum tamē fuerit ſecūda die à Paſchate, ſiue primo die Azymorum, ſi recte rationem ſubducamus. Nam ſi Hebræam literam cōſulas, vbi bis dicitur, *Altero die Sabbati*, profertur mimachatath aſabbath, nempe in craſtinum Sabbati, hoc eſt, primum diem Azymorum, & Septuaginta habēt τῇ ἐπαύριον τῆς πρώτης τῶν Σαββάτων, id eſt, *in crastinum prima Sabbatorū*. Et quod dicitur Ioſue 5. *Et fecerunt Phase quartadecima die mensis ad vesperum in campestribus Iericho, & comederunt de frugibus Terræ die altero*: idem verbum habetur & in Hebrȩis, & apud Septuaginta: hinc Suidas in verbo Sabbatū δευτεροπρώτῳ. *Sabbatū*, inquit, *qui secundus erat Paschatis dies & primus Azymorū*.

Iruroz quus.

Illam eandem ſequitur Iruroz quuz Dominicanȩ familiȩ Doctor, qui Euangelicā Chriſti hiſtoriam ex quatuor in vnum corpus compilauit; docens rectè dici ſeptimum diem à primo die Azymorum, id eſt, ſecundum à primo. Et quoniam in omnibus diebus Azymorum præter primum, & vltimum, licebat vellere ſpicas, & alia opera agere, quia non erant venera-

tionis

tionis tantæ: ideo dicendum est in eorum altero, quod hic dicitur, Apostolis contigiſſe. Prima enim dies azymorum, secundum Euthymium, est secundū Sabbatū ab illo primo Paschatis; septima vero dies rectè dicitur secundoprimū, quia erat eadem veneratione sanctificanda, atq; prima. Hāc etiam sententiā confirmat Epiphanius cōtra Alogianos. Exponēs enim quid sit Sabbatum secundoprimum, ait: *Factum est in Sabbato secundoprimo, vt ostendat Sabbatum primum esse, quod ab initio decretum est, ac dictum à Domino in mundi creatione, quod per circuitum ab eo tempore vsque huc iuxta septem dies reuoluitur, hoc scilicet primum esse; secundum vero Sabbatum, quod decretum est à lege. Dicit enim lex: Accipies tibi ouiculam anniculam immaculatam, masculam (qua sane erat imago Saluatoris) à decima die mensis, & erit seruata vsq; ad decimam quartam, & mactabitis ipsam vespere decima quarta die, & erit tibi Sabbatum dies sancta, & edetis azyma septem dies, & septima die facies sanctum Sabbatum diem sanctam. Et videtur, quod secundum appellatur Sabbatum post Sabbatum, eiusmodi sancta prosabbati dies in Sabbatum sanctificata siue Dominica fuerit, siue secunda, siue tertia occurrerit. In septem vero dies rursus reuolutum secundoprimum vocatur; vt ostendat hinc, quod non solum Ioannes de circuitu dierum anni duorum, & trium festorum Pascha indicauit, sed etiam Lucas, & alij.* Hactenus ille, indicans septimam diē Paschę esse Sabbatum secundoprimum: quæ rationi magis congrua videtur sententia, quam etiam sequitur Caietanus, & Ioannes Gagneus, & Cornelius Iansenius in sua cōcordia Euangelica, & alij plerique. Et ita δευτερόπρωτον, perinde est ac si dicatur, alterum primum: nam dies septima pari erat, imo maiori ratione venerabilis atque prima.

Sabbatum secundoprimū de primo die Azymorum non posse intelligi.

Epiphan. Hære. 51. in Alog.

Exod. 12. Ouicula annicula immaculata quid significabat.

Sabbatum secundoprimū cur dicatur, secundum Epiphan.

Caietan. *Ioā. Gagneus.* *Cornelius Iansenius.* *Leuit. 23.*

Vnum habet scrupulum hæc opinio minimè dissimulandum, quod Sabbatum secundoprimum non esset Sabbatū propriè dictum, hoc est, septima hebdomadæ dies: at interdictum non erat alijs Sabbatis parare necessaria ad vescendum prçterquam in Sabbatis proprie dictis, ita vt succendere ignem illis non liceret in tabernaculis suis, vt est Exod. 35. in alijs vero etiā in die primo Azymorum licebat, vt habes Exod. 12. Non est ergo verisimile, Pharisæos id criminatos in Christi discipulis, quod omnes sciebant apertè in lege permitti. Nec Christus hac defensione vsus est contra Pharisæos calumniatores.

Sabbatum itē secundoprimū septimum diem minimè significare.

Dicendum igitur aliter esse videt̃ fuisse diem verum, & proprium Sabbari, qui simul cum aliquo alio die azymorum cōcurrebat, vt locum habeat criminatio Pharisæorum: quoniam à reditu ex Babylonia ex traditione sapientum institutum, vt dies Paschæ nō præcederet immediatè, vel cōsequeretur diem Sabbati: idcirco non poterat Sabbatum secundoprimum incidere in primam diem, vel in vltimam, hoc est, septimam Azymorum. Quare iste dies Sabbati secundoprimi incidisse videtur in aliquo die Azymorum, exclusis primo, & septimo: & hoc videtur consentaneum sententiæ Chrysostomi, & Hilarij. Primo ergo illarum dierum non vsquequaque solennium, Sabbatum secundoprimum dicebatur à celeberrimo illo, & maximo Sabbato: & primum illud Sabbatum sequentium dierum. Et ita qui secunda die ambulat in Sabbatis, ambulat iuxta Matthæum, & Marcum, & iuxta Lucam Sabbato secūdoprimo. Qui etiam paulo post subiungit: Factum est autem & in alio Sabbato, scilicet immediatè sequente Sabbatum secundoprimum, aut de quodam ex alijs, qui nō proximè sequebantur, sed intra illos septem dies.

Quæ dies illa fuerit Sabbati secundoprimi.

Deinde aduerte, ex hoc loco deduci Pascha quoddam, vt ait Epiphan. in præsentem locum, & illud quidem distinctum ab illo Ioan. 2. quia nondum cœperat Dominus prædicare: & ab illo eiusdem Ioan. ca. 6. quod fuit proximū miraculo multiplicationis panum: quia tūc Dominus erat in Galilæa, nō in Iudęa; at in signo ad Probaticam manifestè erat Iesus Ierosolymis. Et cùm historia hæc nō possit ad illa Paschata accommodari, necessario statuendum est, illud Festum, quo languidū sanauit ad Piscinam, quod narrat Ioānes, fuisse festū Paschę, vt alias diximus: & ꝓpterea hęc disputatio de Sabbato violato in septima die Paschæ, meritò subsequitur disputationē alterius violationis Sabbati per languidum sanatum ad Piscinam, & portantem grabatum. Meritò etiam colligimus, quatuor Paschata fluxisse à prædicatione Christi ad mortem eius, qui in vltimo Paschate mortuus est, & tres annos, & paulo plus prædicationi impendit. Et hactenus de hac quæstione dictum sit.

Epiphan.

Quo festo d[...] Paralyticum ad probaticā Chr[...] tus sanauit. Ioan. 5.

A Christi p[ræ]dicatione v[sque] ad eius mort[em] quot Sabba[ta] fluxerint.

Sequitur in textu: *Pharisæi autem videntes dixerunt ei, Ecce, discipuli tui faciunt, quod non licet eis facere Sabbatis.* Hic locus, atque alij aperiunt, quomodo Pharisęi, quasi vehemēter insti, & sancti, Christū comitabātur inter reliquam turbam: non quidē vt ab eo quicquam discerent, sed vt obseruarent eius dicta, & facta, haberent q; quod carperent, tanquam diuinæ legis zelatores. Eorum tamen exprobratio maximū fructum nobis attulit, quoniam ei⁹ occasione didicimus

Pharisæi ca[...] Christi dicta, [ve]rum facta cal[umni]andi libido.

Pharisæorum Domini ex[...]

[Re]probatio de Sabbato violato quid nobis contulerit.

cimus quid sit sentiẽdum de obseruatione non solùm Sabbati, sed etiam aliarum legũ politicarum, vel cæremoniarum. Detegitur etiam hypocritarum vitium, qui maximorum suorum peccatorum obliti, semper inueniunt in altero quòd calumnientur, & reprehendãt. Non ergo reprehendunt quod die Sabbati iter faciant, quia, vt diximus, non instituebant iter. Neq; rursus reprehẽdunt, quòd alienas segetes inuadunt quasi fures: quia nihil præter legem faciebant. Nam in Deuteronomio scribitur id licuisse: *Si intraueris*, inquit, *segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres: falce autem non metes.* Cùm igitur nihil horum arguere possent, conuertunt se ad cæremoniam legis violatam de Sabbato, quasi dicerent; Condonare tibi possumus vt edas cum peccatoribus, & vt Pharisaicas constitutiones non obserues, at tolerari nequit, vt lex Diuina per te violetur. Nam diei Sabbati obseruatio ab omni opere seruili, Diuina institutione ordinata est.

Hypocritarum vitium quod nam sit.

Deut. 23.

Luc 15.

Leuit 23.

Vbi aduertendum est, Lucam describere Pharisæos collocutos cũ discipulis; *Quid facitis*, inquit, *quod non licet in Sabbatis?* Apud Matthæum autem & Marcum alloquuntur Iesum contra discipulos, dicunt enim: *Ecce discipuli tui faciunt, quòd non licet eis facere Sabbatis.* Sed hæc discrepantia facilè conciliatur, si dicamus, quosdam ex illis discipulos reprehendisse, vt ait Lucas; bonam tamen eorum partem cum Iesu collocutã, & quasi ei exprobrasse delictũ discipulorum, quanquàm non directè, sed vt permittens obliquè argueretur. (Præpositus namque vidẽs suos subditos delinquere, nec prohibens, peccati non est expers) timebãt enim cum eo rectà cõgredi, & quia ipse non vellebat spicas, sibi durior, alijs blandior: vel priùs egerunt cum discipulis, deinde cum magistro, & Domino Iesu.

Luc 6.

Pharisæine Christo dixerint, an discipulis quod cõtra legem vellerent spicas in Sabbato.

Præpositus culpæ subditorum quando minime sit expers.

At ille dixit eis, Non legistis quid fecerit Dauid, quando esuriit, & qui cum eo erant: Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis Sacerdotibus? Cùm Apostoli essent rudes, & ignari, & non tantùm ipsi, sed & Dominus peteretur, pro se, & suis respondit, eorumq; calumniam duobus exemplis refellit, legemque Sabbati exponit. Et cùm orta esset controuersia ex Scripturis, quibus ipsi credebant, & in quibus gloriabantur, Dominus respondit non signo aliquo edito, ne ita aliquo modo designaretur quod rectè, & secundùm legem accusarent, Deus tamen se cùm illis dispensare signo ostenderet; quare solis Scripturis eos reuincere voluit, vt maior esset eorum confusio, ideò notat eos de Scripturarum ignorantia, vel non recto intellectu, cùm ait: *Non legistis;* & iterum: *Aut non legistis, & si sciretis quid est misericordiam volo, &c.* Primum igitur exemplum desumit ex Dauide Propheta, & Rege, cui nusquam aduersari vellent sanctissimi illi Pharisæi; quasi diceret, Sancti non solent contra legem Dei agere: nota est vobis historia de Dauide, qui cum paucis comitat' esset seruis, & fugeret Saulem persecutorem suum, diuertit ad vrbem Nobe, in qua habitabat summus Sacerdos nomine Achimelech, & cùm esuriret, postulauit à Sacerdote panes: cumque Sacerdos respondisset, se non habere panes laicos ad manum, sed tantùm panes propositionis, id est, Hebræa phrasi propositos ante Propitiatorium: *Si mundi sunt*, inquit, *pueri, maximè à mulieribus, manducent.* Et respondit Dauid Sacerdoti, & dixit ei: *Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri, & nudius tertius, quando egrediebamur, & fuerunt vasa puerorum sancta: porrò via hæc polluta est, sed & ipsa sanctificabitur in vasis.* Significat: Scimus quidem, non licere in lege laicis mãducare panes Propositionis, sed quia fame cogimur, & mundi sumus, & mundis omnia sunt munda; ideo licebit nobis ex eiusmodi panibus vesci. Et tunc tradidit eis sacerdos panem sanctum, de quo edere non poterant prçter Sacerdotes, vt iubetur in libro Leuitici, qui panes singulis Sabbatis renouabantur, & in mensa proponebantur ante faciem Domini: vnde & Panes facierum Hebraicè dicuntur, quoniam corã facie Domini; id est; Sancto sanctorum ponebantur: non autẽ quod haberent duas facies: Decocti instrumento aliquo ferreo, nec poterant coqui extra clibanum. Proponebantur autem ob honorem Domini, vt res pretiosa, & ob gratiarum actionem de cibo, & vt eum perseueranter largiatur. Erantq; duodecim: quòd duodecim essent tribus æquales, quç offerebãt, ne æmularentur, vt magis spectãtes ad Deum hi, quàm illi: ob quam caussam principum oblatio æqualis fuit, vt in Numeris, & primogenitorum, vt in Exodo habetur, nimirum dimidium sicli pro anima cuiusque. Erant autem hi panes in mensa sita ad partem Aquilonarem: quia tabernaculũ significat mundũ; & in parte Aquilonare, in qua nos sumus; fruges sunt, sicut in parte Meridionali positum erat candelabrum: designans planetas septẽ. Erant autem duo ordines panum, vt seni, & seni essent repositi: non tantùm ob pulchritudinem, & conseruationem ipsorum, sed etiam quia mensa longior erat, quàm latior, non tamen vt

1. Reg. 21.

Leuit. 8 & 24.

Num 28.

Pharisæis cum signo Dominus possit, cur solis scripturis respondeat.

Ignaros Christus Pharisæos calumniatores de Sabbati violatione quo primum exemplo confutet.

1. Reg. 21. & seq.

Quid panes propositionis ad literam.

Verborum Dauidis ad Achimelec Sacerdotem explicatio.

Tit. 1.

Leuit. 8. & 24.

Cur isti panes vocẽtur panes propositionis, vel facierum: quo instrumẽto, & vbi coquerentur.

Quare isti panes proponebantur coram Domino, & cur tantum erant duodecim.

Num 7.

Exod. 39.

Iidem cur ponebantur ad mensam, quæ erat ad latus Aquilonare tabernaculi.

Cur seni, & seni essent repositi hi panes, id est, in duobus ordinibus, vel lineis.

omnes vna linea capere posset, quia debebat esse mensa longior, neque vnus alteri superponebatur, alioqui contraherent panes mucorē, & parùm occuparent. Et quia semper debebant manere, oportebat mutari, non quidē post plures quàm septem dies, quia non essent apti cibo: non antea, quia vices ministerij Sacerdotum durabant per septem dies, vt traditur in libro Paralipomenon primo, & vt in Sabbato cultui dicato fieret eorum oblatio. Ac licèt panes sancti non formarentur nisi à Sacerdote, nam videntes arcam nudam, moriebantur, vt est in libro Numerorum, & Regum; ita cùm panes isti Propositionis essent sanctissimi, qui eos facere auderent laici, perirent. Tamen farinam dabant laici, cùm pro illis essent, vt est in libro Paralipomenon primo. Sacerdos porrò cum eos tolleret, comedebat eos: quia Deus erat pars eorum, id est, diuina sacrificia, Deoq; oblata, vt in Iosue libro perscribitur.

Cur isti panes propositionis manebant per septem dies coram Domino.
2 Par. 24.
Quid quod illos soli consiciebant Sacerdotes, non alij.
Num 4 & 1 Reg. 6.
Leuit 24.
1. Paral. 9.
Panes sanctos qui solus et à comedebat.
Psalm 15.
Iosu 13.

Circa cibos autem aduerte: Quosdam fuisse Iudæis licitos, vt communes; Quosdā verò omnibus mundis tantùm, vt pars hostiæ pacificæ offerenti mundo licita erat; Quosdam verò non nisi Sacerdotibus, & illis quidem mundis, atque ijs, qui de eorum familia erāt, vt habes in libro Leuitici; Quosdam prætereà Sacerdotibus, & masculis eorū filijs mundis, quia Sacerdotes generatione fiebant, & habebantur: nō enim habebant characterem in ordinatione, ante quam ordinationem, siue consecrationem, Domino non ministrabant: & tales erant panes Propositionis quorū vsus in Sacerdotum, & masculorum filiorum cibum cedebat; Quosdam denique extitisse legimus, quos Sacerdotib⁹ tantùm sacro in loco edere licebat, vt erat pars hostię sacrificij pro peccato, de qua scribitur in Leuitico. Tota autem sanctitas, maior vel minor, quæ erat in cibis istis, ex sola voluntate legislatoris pendebat. In extrema porrò necessitate etiam immundis dedisset Achimelech: quia misericordia, quæ est iuris naturæ, præferenda est purè positiuis de Dei cultu: Quæsiuit tamen à Dauide si mundi essent: quia maior causa mouens (licèt non maior potestas) requiritur ad dispensandū in lege positiua de immūditia, & esu sacerdotum, quàm in altero tantùm, alioqui interrogassent de maiori fame. Nec introiuit Dauid in Sancta tabernaculi, sed tantùm in atrium, seu domū, in qua erat situm tabernaculum, vt habes in libro Iosue: in quem locum licebat laicis ingredi, quia ibi erat Doeg Princeps pastorum Saul.

Qui cibi Iudæis licitis essent, qui non.
Deut 12. 14 & 16.
Leuit. 10.
Exod 29.
Leuit. 8.
Leuit. 6 & 10.
An hosce panes sanctos sacerdos Achimelech Dauidi, ac pueris eius, etiam immundis, in extrema necessitate constitutis dedisset.
Quo intrauit Dauid cū pueris suis, vt panes propositionis acciperet.
Iosu 18.
1. Reg 21.

Hic expendendum est, hanc historiam Dauidis contigisse in die festo Calēdarum, vt habes 1. lib. Reg. 20. Deinde tantùm legi in libris Regnm, quòd Sacerdos dederit panem ipsi Dauid soli; nihil verò loquitur de pueris, qui secum erant. Sed credi debet Dauidem panem acceptum cum pueris suis communicasse, vt hic declarat Dominus, ne quis dicat Prophetæ, & Regi id licuisse, non alijs. Quanquàm quia textus habet: *Quare tu solus, & nullus est tecum?* nullos comites habuisse videatur, quia solus venit ad Ionathan, & solus venit ad Achimelech, & solus tandem venit ad Regem Achis: & quod quæsiuit Achimelech, Si mūdi essent pueri à mulieribus: hoc est, quia Dauid putabatur habere comites in hunc, & in illum locum condictos. Idcircò dicēdum est, Dauidem ostendisse se habere comites secum, pro quibus panem sanctum accepit, & id satis esse ad propositū Saluatoris: quia Dauid non dubitauit postulare pro seruis suis, nec Sacerdos pro illis panem postulatum porrigere.

Quo tempore accidit hæc Dauidis historia.
Super 20.
An Sacerdos iste Achimelech panes sanctum dederit soli Dauidi, an etiam pueris eius.

Tertiò aduerte, Marcum cap. 2. scribere hoc factum sub Abiathar Principe Sacerdotum; cùm tamen historia libri Regum referat accidisse sub Sacerdote Achimelech: pro quo malè legitur in quibusdā Græcis, Abimelech, vt legit Theophylactus, & ex Latinis Beda. Sed facilè hic nodus soluitur, si dicamus, vt quidam volunt. i. Theophylactus, atque Euthymius, binominem fuisse, vt Achimelech fuerit nomen proprium, Abiathar verò cognomen ex progenitoribus. Videntur enim hæc duo nomina Abiathar, & Achimelech, communia fuisse patri, & filio: quia 2. Reg. 8. & 1. Paralip. 15. & 18. dicuntur in diebus Dauid fuisse Principes Sacerdotum Sadoch, filius Achitober, & Achimelech, filius Abiathar: vbi p Abimelech nō potest accipi nepos Achimelech, qui occisus fuit à Saul: nam huius Achimelech, filius Abiathar, scilicet fuit cum Sadoch omnibus diebus Dauidis etiā vsque ad Salomonem summus sacerdos: à Salomone autem eiectus fuit Abiathar, & priuatus summo sacerdotio, & datum Sadoch, vt habetur 3. Reg. 2. Hinc qui 2. Reg. 8. & 1. Paralip. 18. dicitur Achimelech, is est qui in 1. Reg. 21. dicitur Abiathar, & qui dicitur Abiathar, is est qui in 1. Reg. 22. & 30. dicitur Achimelech: nā qui dicuntur Principes Sacerdotū in dieb⁹ Dauidis Sadoch, & Abiathar 1. Paralip. 15. alibi vocantur Sadoch, & Achimelech filius Abiathar. Aut sanè, vt alij tradunt, Achimelech erat simplex sacerdos, Abiathar verò Princeps sacerdotum, cui ille ministrabat. Dicitur autem Abiathar princeps Sacerdotum, quia

Sub quo principe Sacerdotum eadem historia contigerit.
Theophyl. in Marcum.
Beda ibid. tom 5.
Theoph in Marcum.
Euthym.
1 Reg 22.
Secundo soluitur.
Theoph vbi supr.

successit patri in principatu: vel si pater non fuit princeps Sacerdotum, posteà Dauid instituit filium eius summum Sacerdotem, sicut dicitur: *Iesse genuit Dauid Regem*, qui scil. posteà fuit Rex.

Matth. 1.

Sola igitur necessitate excusat Dominus Apostolos edentes non prohibitum quidē cibum, sed communem, prohibito tamen tempore illum sibi parantes. Si ergo fames, & necessitas Dauidem, & socios excusauit, absoluat & discipulos à crimine legis violatæ fames, & necessitas: nam in lege non minus præcipitur, vt laici non vescantur panibus Propositionis, quàm vt sancta religione obseruetur sabbatum. Leges enim institutæ sunt non ad perniciem hominum, sed ad salutem, idcircò cessare debent, vbi maior vrget necessitas: & sæpè fit vt lex legi cedere cogatur, nempè minor maiori: id quod Dominus apud Ioannem, cùm de Circumcisione, & Sabbato collationem facit, indicat. Et hic summè obseruandum est, in quem finem videlicet humanæ leges, & promulgandæ, & interpretandæ sunt, nimirum vt charitati non sint aduersæ: nam vt rectè dixit Bernardus: *Quod pro charitate institutum est, contra charitatem militare non debet.*

Exod. 29. & Leuit. 8. & 24. & Num. 18.

legum finis.

... leges quan... ... ...

...am. 7.

...humanæ le... quem... ...endæ, & in...rpretandæ, ... Ber... ...nar. lib. de ...recepto & ...dispensatio...

Virtus igitur argumenti huius nascitur ex comparatione quæ fit à maiori: nam si vrgente fame, contra mandatum legis panes solis sacerdotibus concessos edit Dauid cū pueris suis, in quo facto Dauidis ipsum etiam summum Pontificem legis vtiq; non ignarum habuit consentientem, & cooperantem, nec à nobis in hac parte reprehenditur; cur non eadem necessitas famis apud vos excuset meos discipulos, qui rem multò leuiorem faciunt?

...obur, & vis ...gumenta ...nis Christi ...exemplo ...audis in ...ne mitebu...

Aut non legistis in lege quia Sabbatis Sacerdotes in templo Sabbatum violant, & sine crimine sunt? Alterum producit exemplum ex sacris literis. Ne enim posset dici, Dauidem peccasse in vnico illo actu permisso; inducit quotidianos actus Sacerdotib. à Deo præceptos in sacrificando, & alijs cæremonijs, & lustrationibus peragendis. Si ergo sanctitas templi excusat Sacerdotes exercētes opera ex sua natura seruilia, & quæ secundùm materiam violant templum, dum pecudes iugulant, dum detrahunt pellē, dum secant, dum construunt struem lignorum, dum incendūt, dum coquunt: quàtò magis Christo dāte Apostolis licentiam, vt in sabbato vellāt spicas, excusandi sunt? De quo subdit: *Dico autem vobis quia templo maior est hic.* Hoc per occupationem dictum videtur, quo anteuerteret id quod obijci poterat, sacerdotes quidem illos quia ea faciant

...um. 28. ...ecundà exe... ...um Domini ... lege defum... ...pro lici... vellicatione ...carum.

...ux opera ...acerdotes in ...abbato faciē..., nihil pec...bant.

Sabbatis, ideò vacare crimine; quia quæ faciant, pertineant ad vsum templi. Ad hoc tanquàm obiectum, respōdet illos, qui deceptas spicas comedentes refellere conabantur, sibi ministrare, qui maior sit ipso templo, & tantò maior, quantò res vincit figuram, & corpus vmbram. Particula *Hic*, non est pronomen, sed aduerbiū: sicut paulò pòst dicet: *Et ecce plus quàm Ionas hic*: Et, *Ecce plusquam Salomon hic.* Græcè enim legitur ὧδε. Manifestum igitur est, præceptum illud de requie Sabbati, nō omne opus excludere, sed tantummodò seruile, nequaquā verò de illis, quibus per charitatem, vel colitur Deus, vel succurritur hominis saluti: quod qui non cōsiderant, in superstitiones incidunt fœdas, & perniciosas. Qualis fuit illius Iudæi, de quo scribit Raphaël Volateranus, qui tempore Henrici III. Regis apud Teuskeurum in cloacam delapsus Sabbato, ob diei religionem noluit extrahi eo die. At Comes eius loci nec in sequenti die permisit ob Dominicæ diei reuerentiam. Vnde ille antequam extraheretur, extinctus est.

Gen. 2. Exod. 20. Sabbati præceptum quod opus tantummodo prohibebat.

Raphael Volatera. lib. 3. Geogra.

Iudæi cuiusdā stoti reli... gione Sabbatum colentis, ridiculus, miserandus tamen euentus.

Si autem sciretis quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium; nunquam condemnassetis innocentes. Tertium testimonium ex Scripturis producit, ex quo eandem sententiam colligit, in hunc videlicet modum. Si propter sacrificium sacerdotes Sabbatum soluunt, & culpa vacant; multò magis propter misericordiam culpa vacare debent ij, qui fame adacti spicas decerpunt vt edant, cùm Oseæ testimonio Deus misericordiam præferat sacrificio. Vel; si vos Pharisæi intelligeretis quanto sit misericordia sacrificio præstantior, commiseraremini hos pauperes, qui fame vrgente spicas in sabbato vellunt. Quia enim odiosius videbatur quod dixerat: *Templo maior est hic*, sermonem ad veniam mutauit, vt ait Euthymius, sed cum increpatione. Nam rursum illis ignorātiam improperat Scripturarum (quēadmodum in reliquis duobus exemplis fecerat) dicens; Si sciretis quid significet Prophetæ dictum, quo misericordiam præponit Deus sacrificio, miseri vtique fuissetis adeò esurientium, vt immaturum ederēt triticum: nec eis indignati fuissetis, cùm culpa vacarent, etsi non ob aliud, at saltem propter famem. De hoc autem loco Oseæ quoniam Matth. 9. cùm de vocatione eius ageretur, multa diximus, non est quid hic illa repetamus. Sed hoc tantùm notandum est, Dominum vno & eodem testimonio se defendisse, & à conuiuio quod manducaret cum publicanis, & peccatoribus: nunc eodem tuetur suos discipulos vellentes spicas in sabba-

Ose. 6. & Matt. 9.

Tertium exemplum, seu testimonium pro innocentia vellentium spicas discipulorum in Sabbato.

Ibid.

Euthym. in Matt. c. 4.

Lib. 4.

ſabbato. Sed hic pro opere miſericordiæ corporalis; illic verò pro opere miſericordiæ ſpiritalis.

Et concludens diſputationem, ſubiungit: *Dominus enim eſt Filius hominis, etiam Sabbati.* Quo verbo, & innocentiam diſcipulorum probat, quos non potuit obligare præceptum de ſabbato obſeruãdo, dum ipſius ſabbati Domino miniſtrabant: ſuam etiam

Chriſtus quare Sabbati Dominus.

diuinitatem inſinuat, cùm non poſſit alius ſibi vindicare dominium ſabbati præter illum qui Sabbatum inſtituit, & hominibus eius obſeruantiam mandauit. Is aũt, Deus verus eſt: itaq; me Domino præſente, ac tolerante, vos fruſtrà meos condemnaſtis. Et nota regulam pulchrã: quòd vbi Princeps videt factum in legem, & tolerat, lex ſuum amittit vigorem.

Lex quando ſuum vigorem amittit.

Et aduerte, Dominum duabus ſententijs poſtremis corroborare quæ dixit: priori quidem, quæ eſt apud ſolum Marcum, reddit rationem eius quod dixerat, nempè ob neceſſitatem nõ eſſe ſeruandam legem, quia videlicet Sabbatum propter hominem factum eſt, non homo propter ſabbatum, ob cuius proinde neceſſitatem, vel magnam vtilitatem lex ſabbati ceſſare debebat.

Sabbatum eſſe factum propter hominẽ vnde conſtet.

Quòd autem Sabbatum propter hominem ſit inſtitutum, colligitur ex eius inſtitutione Exod.20. Deut.5. Exod.31. vt corpus quieſceret, nec perpetuis laboribus frãgeretur; aut auaritiæ totus deſeruiret, & vt Dei beneficia, ſiue in creatione, ſiue in redemptione à ſeruitute corporis, mente recolens ſanctificaretur. Secunda verò ſentẽtia declarat cur diſcipulis permiſerit Dominus Sabbati violationem, vt ſacerdotibus permiſit Dominus violationem ſabbati ob ſanctitatem templi: quod ſine nota cauſæ, aut illationis dictum eſt à Luca: *Et dicebat, ait: illis, Quia Dominus eſt Filius hominis, etiam Sabbati*: vbi, *Quia*, accipitur, vt moris eſt, pro, Quòd.

Luc. 6.

Matthæus autem exponit, vt cauſam probantem præcedentia: Dominus enim eſt Filius hominis etiã Sabbati. Marcus verò ponit eandem ſentẽtiam inferendo eam ex ſuperioribus verbis; itaque ait, Dominus eſt Filius hominis etiam Sabbati. Sed Matthæus omiſit illud, ex quo infertur à Marco, ideò non poſuit illam inferendo, ſed enim coniunctione cauſali ad probandã innocentiam diſcipulorum, ad quam confirmandam intulit eam Marcus ex præcedenti ſententia. ¶ Quidam verò hoc loco per Filium hominis non Chriſtum peculiariter, ſed quemlibet filium Adæ intelligunt: iuxta quem ſenſum Chryſoſtomus putat apud Marcũ eſſe ſcriptum, cùm hanc eandem hiſtoriam narrat: *Sabbatum propter hominem factum eſt; non autem homo propter Sabbatum.*

Quid Filius hominis Dominus Sabbati. Primus ſẽſus. *Chryſoſt. ho. 40. in Matt. tom. 2.*

Id eſt; Quiuis homo eſt maioris valoris Sabbato, quod eſt propter hominẽ: ideo potiùs homini, quàm cærimonijs cultus proſpiciendum. Ac ſubdit: *Itaq; Dominus eſt Filius hominis etiam Sabbati.* Sed præſtat vt cum Theophylacto, & Euthymio intelligamus Chriſtum vti Deum, Dominum eſſe, & conditorem ſabbati. atque ob hoc ipſum ſabbatum condidiſſe ad vtilitatem generis humani, vt, vbi neceſſitas poſtulauerit, ſabbati religio cedat vtilitati humanæ: & ſabbatum, quemadmodum oẽs alij dies, homini ſeruiat, non autem contra, vt vtilitas hominis cedat religioni ſabbati.

Alter ſenſus, & quidem probabilior. *Theophyl. Euthym. in Matth.*

Quod ad mores attinet, ita Beda ediſſerit hanc hiſtoriam: *Per ſata ambulant cum Domino qui diuinis obtemperare ſtudentes imperijs. ſolerter eloquia ſacra meditari delectantur. Eſuriunt in ſatis, cùm in eiſdem ſacris eloquijs quæ legẽdo pertranſeunt, panem vitæ inuenire deſiderant. Hoc eſt, ad illa curant verba peruenire, quibus ampliorem in ſe ſui conditoris amorem incendant. Et hoc in Sabbatis, cùm ſopita mente à turbulentis cogitationibus vacare gaudent, & videre quàm ſuauis eſt Dominus, quamq; beatus vir qui ſperat in eo. Vellunt ſpicas quæ fortè occurrunt, & tamdiu verſant manibus, contritasq; purgant, donec ad eſcam perueniant; cùm teſtimonia Scripturarum, ad quæ legentes perueniunt, Meditando aſſumunt, & tamdiu ſcrutatione ſedula diſcutiunt, donec in eis medullam dilectionis, quæ latere videbatur, inuenientes extrahant. Verùm hæc mentium refectio ſtultis quidem Sabbati defenſoribus diſplicet, ſed à Domino Sabbati probatur.* Hæc ille.

Beda in Marcum. c. 5.

Moralis huius hiſtoriæ ſenſus à Beda traditus.

Pſalm. 33. Ibid.

Chriſtum igitur, atque eius doctrinam ſanctam, & firmam conſectemur, legeſque vniuerſas ad Dei honorem, & proximi ſalutem interpretemur: nec quicquam ſit in legem aliquam peccatum, quod cæremoniæ alicuius cauſæ omiſſæ, aut neglectæ, noſtro præiudicio damnemus, cùm plerumque charitas doceat illam omittere, quæ, vt dixit Apoſtolus, finis eſt omnis præcepti. In omni enim quæſtione de lege, ratio, & finis legis venit ponderandus. Charitatem ergo, quæ finis eſt omnium legum diuinarum, & humanarum, amplectamur, illi indiuulsè hæreamus, ab illa nos diuelli non patiamur, per quam vnam ſingulariter apprehendimus, & promeremur Chriſtum Dominum Ieſum Filium Dei, & legislatorem ſapientiſſimum, qui cum Patre, & Spiritu ſancto ſempiterna fruitur gloria, honore, ac imperio in ſecula ſeculorum,

Amen.

1. Tim. 1.

Charitas finis omnium legum, Diuinarum, & humanarum.

TRACTATVS XV.

De disceptatione Domini cũ Pharisæis post curatum dæmoniacum, cæcum, & mutum: de quo Matth. 12. Marc. 3. Luc. 11. *Iesus autem sciẽs cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas, vel domus diuisa contra se, non stabit: & si Satanas Satanam eycit, aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius? &c.*

Ordo, ac series huius narrationis.

TEXTVM B. Matthæi, vt soliti sumus, declarabimus, addentes ex Marco, & Luca, quæ Matthæo defuerint. Ad huius disceptationis intellectum, præmittendum est, has Domini rationes, quibus contra Pharisæos agit, consecutas fuisse eorum calumniam & murmurationem. Nam cũ nominus dæmonium à quodã cæco, & muto expulisset, atq; illi integritatẽ sensuum restituisset, visum est id signum admiratione dignum, & in eo illum turbæ quasi Messiã agnoscentes dixerunt: *Nunquid hic est filius Dauid?* Pharisæi, & Scribæ inuidia deprauati hæc audientes, iniquo animo tulerunt, & vt tanti miraculi gloriam denigrarent, dixerunt: *Hic non eycit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.* Ad hanc tantam blasphemiam, & calumniam Dominus multis rationibus respondet: quas Marcus parabolas vocat, ait enim: *Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis, Quomodo potest Satanas Satanam eycere?* Pugnabat enim Dominus rationibus ex vulgaribus exemplis, vt sensibilibus similitudinibus adductis, quo rem magis dilucidam, & perspicuam redderet, & Pharisæorum, & Scribarum mala mens, & malus animus etiam apud populum detegeretur, & denique eorum autoritas concideret apud omnes, & interiret. Vnde tractatus iste poterat in libro Parabolarum apponi, poterat etiam in libro miraculorum collocari: cùm tantùm rationes contineat, quibus comprobat, se ope, siue adminiculo dæmonum signa non edere: nobis tamen magis placuit, vt inter disceptationes Domini hæc verba exponeremus atq; interpretaremur.

Pharisæorum, & Scribarum calumniæ ope rum Christi vnde oriebantur.

Marc. 3.

Quibus eos exemplis & similitudinibus, Christus conuincebat, & quare.

Sed ante omnia Matthæus, & Lucas præmittunt: *Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis.* Vbi cùm superiùs narrasset illos dixisse, Iesum in Beelzebub eycere dæmonia: quid opus fuit videre cogitationes eorum? Dicendum est, vel eos tacitè illa mussiasse, & in aurem populi, vel secretò in cordib⁹ dixisse, vel cogitasse plus hæc publicando scandalizare, & populo posse hæc suadere, quod alibi apud Matthæum in simili calumnia non fecerunt, quòd non intenderent illa turbæ suadere, vel si palàm oblocuti sunt, vt ad eum calumniæ peruenerint, diuino suo spiritu cognouisse, quo animo detraherent, odio scilicet, & inuidia. Sæpè enim accidit, vt per ignorantiam vel inscitiam præposterè iudicent homines, alij verò occultum, & reconditum virus non fouent, sed affectu quodam, aut temeritate feruntur præcipites. Isti autem malitiosè, & contra conscientiam loquebantur; ideò primum statuitur, Dominum eorum corda cognouisse, & ipsorum conscientiæ testem fuisse; vt ita fortiora sint argumenta, & rationes quibus cum illis agit.

Quid est, quod eorũ dictum in Beelzebub eum eycere dæmonia, nõ ad verba, sed cogitationes

Christus respondit.

Matth. 9.

Pharisæorum & Scribarum odium, & liuor in Christum.

Atq; hac cognitione, & scrutatione cordium, ostendit se verum Deum esse, quo dicitur: *Scrutans corda, & renes Deus*, vel talem Deum sibi reuelantem, & familiarem habuisse, adeò vt nõ egeat ope dæmonum, qui Dei fauorem habeat. Signa etiam subscribebant suæ diuinitati, & sanctitati apud populum, qui non ignorabat arreptitios nescire corda aliorum, nec solitos esse tam miti, & mansueto animo respondere, vt Dominus, cùm omnia ob timorem agerent. Erat autem insignis blasphemia dicere: *In Beelzebub eijcit dæmones*, siue vt Marcus ait: *Beelzebub habet*, id est, arreptitius est, & virtute, opeque spiritus cuiusdam familiaris, ac domestici id præstat. Ideo nolite eum crędere Messiam ob miracula, ob odium enim Iesu, etsi existimarent omne bonum suum in Messia situm esse, malebãt quòd non veniret, quia quòd ipse Iesus esset. Odium enim in caussa erat, vt primò denigrarent Iesum colore quodam: vt cùm dicebant: *Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus.* Et cùm remitteret peccata, aliqua pietatis specie dicebant: *Ecce hic blasphemat*, posteà etiam sine colore, vt modò dando Beelzebub opera Dei. Nesciebant etiam detrahere, quia dicebant quòd Satanæ virtute exibant, dæmoniaq; colebant: cùm dicendum esset, eũ occulto pacto cum dæmonibus inito agere. Vrebantur autem inuidia, quòd tãto honore à plebe exciperetur, & tãtum fructum in illis ederet: quem [illegible]abãt impedire, dicendo: *Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis?* Et cùm putaretur missus à Deo, illi obijciebant: *Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit.* Et cùm existimaretur Messias, de illo dicebant:

Psalm. 7.

Christi humanarum cogitationum cognitio argumẽtum deitatis.

Cur illi infelices Christum calumniarentur in Beelzebub quòd dæmones eijceret.

Matt. 11.

Matt 9.

Mira illorum imperitia, variæ calumniæ & in Christũ maledict., detractionesque.

Ioan. 7.

Ioan. 9.

Ioan. 7. *Scrutare Scripturas & vide quia à Galilæa Propheta non surgit*. Nec hæc tamen omnia satis erant, vt populum à Fide impedirent, quin etiam volebant eum occidere, quare dicebant: Ioan. 11. *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eũ.* Post mortem adhibuerunt custodes: Matth. 27. Actor. 5. prohibuerunt Apostolis ne loquerentur in nomine eius, sed non præualuerunt, vt dixit Gamaliel. Nunc ergo dixerunt: *Hic non eijcit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum:* Ob inuidiam videlicet, & in vindictam Christi eos reprehendentis, & vt se meliores, & sanctiores ostenderent.

Vidimus calumniam hactenꝰ, audiamus nunc Domini responsa. Prima ratio est: *Omne regnum diuisum contra se, desolabitur*. In qua per tria exempla, tanquàm per gradus quosdam descendens, ostẽdit quàm sit absurda, & ab omni ratione aliena illorum calumnia. Firmissimum quiddam in rebus humanis videtur esse regnum, proximum ciuitas, hinc domus; & tamen nihil horum tam firmum est, quòd non statim euertere queant intestinæ discordiæ, & seditiones. Luc. 11. Quod hoc loco ait Lucas: *Et domus supra domum cadet*, Græcè ἐπὶ οἶκον πίπτει, præpositio illa ἐπὶ ponitur pro contra; sicut & in præcedenti sententia: *Omne regnum in se ipsum diuisum*, vbi *In*, & Græcè ἐπὶ, eodem modo accipitur. Ita etiam apud Marcum interpretandum, quod dicitur: Marc. 3. *Et si domus super* (pro contra) *semetipsam dispertiatur*. Neque verò (vt ad sensum explicandum redeamus) sunt tam hebeti, tamque stupido ingenio dæmones, vt ignorent idem euenturum esse regno suo, si ipsi inter se dissideant & tumultuentur, vt vnus alium ex homine, quem fortè occupauit, eijciat. Quod verò dæmones tam stupidi nõ sint, vel hinc licet coniectare, quod nihil maiori conatu in his quæ ad nos pertinent (quos capitaliter oderunt) machinantur, quàm vt dissidia inter nos, & contentiones excitent.

Prima ratio Christi ad probandum nõ iure Beelzebub eijcere se dæmonia. Discordiæ quanta vis.

Dæmonũ calliditas ex versutia vnde perspici possit, vel maximè.

Est igitur hic syllogismus verus: Omne regnum in se diuisum, vel ciuitas secum dissidens, vel domus contentionibus, & dissidijs agitata, diu stare non potest: sed si Satanas Satanam eijcit de corpore, dæmonum regnum est diuisum, & secũ dissidet: ergo regnum dæmonum euertendum erit, & à seipso destruetur: cùm tamẽ regnum diaboli Scripturæ per Messiam tradant destruendum. Maior huius syllogismi propositio, prouerbialis est sententia, atque illi Sallustianæ similis: Sallust. in Iugurtha. *Concordia res paruæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur*. Atque eius veritatem exempla Romanorum comprobant. Nam postquàm Romana Respublica sub Sylla & Mario, Cæsare & Pompeio, M. Antonio, atque Augusto dissidere, & tumultuari non cessauit, cœpit tendere in interitum.

Dicordia quãtum malum

Fit, & bonum concordia.

Nulla fides (ait ille) regni socijs; omnisq́; potestas
Impatiens consortis erit.

Lucan. lib. 1 ferè in principio

Et vt quidam Poëta Christianus cecinit:

Non capit vna duos maiestas regia fratres.
Fraterno rubuit sanguine Roma recens.

Docuit hoc experientia ciuitatis Ierosolymæ euersæ, & contra seipsam tribus extitalibus sectis diuisæ: quarum capita extiterũt, Simon, Ioannes, & Eleazarus. Lege Ioseph. Ioseph. lib. 1. de bello Iudaico, in principio. Dissidio duorum Imperatorum Constantinopolitanorũ via aperta est Imperio Turcico, & labefactationi Imperij Romani. Cauda equina Sertorij in singulos pilos diuisa, & postea tota vnita: & fasces virgarum Siluri Regis soluti, & post coniuncti: & Fluuius Euphrates vnitus, & in trecentos alueos à Cyro diuisus in capienda Babylone, ostendunt quantum malum sit discordia, & quãtum bonum concordia. Hæresis etiam Arriana cùm coniuncta, & vnita fuit, firma erat: vbi in tot capita diuisa est, cœpit infirmari. Ita etiam hæresis Donatistarum in Africa, teste August. vbi in Maximianistas, & B. Aug. ser. de verb. Domini, tom 10 Circumcelliones, & alios dissipata est, concidere cœpit: sicut etiam de Lutherana hæresi, quæ in tot sectas dissecta est, & dispersa, idem est sperandum. Nam in vniuersum rectè scripsit Hilar. lib. 6. de Trinit. Hilar. li. 6. de Trinitat. Diuisio hæreticorum, victoria est Ecclesiæ.

Quæ enim hæreses per dissidium seditionesq; ruinae concinerunt.

Minor verò prædicti syllogismi infringi potest. Quia sæpè Satanas illudit suis præstigijs, quò superstitionibus illaqueet mentes hominũ, & se vinci simulat: & de Apollonio Tyaneo mago constat inter alia miracula, quòd dæmonia expelleret de obsessis: ac proinde si vnus alterum eijceret, non euerteretur regnũ eius. Dicendũ est, Christum aperto marte diabolum aggredi cœpisse, & nullo cõmercio illi fuisse confœderatum: deinde Christum de corpore & anima pellere dæmones, vt restabatur obsessorum ad Fidẽ conuersio, & sanctæ vitæ conuersatio. Ex quo patet, quòd nõ virtute Satanæ dæmones expelleret. Qui etsi possit à corpore expellere alium dæmonem virtute inferiorẽ, vt docet B. Thom. non tamen facit etiã in magia mendaci, & si facit, hoc est vt magis triumphet, & regnet, videlicet vt exeundo de corpore vnius ad obedientiam alterius, plurium animas sibi credentium decipiat. Sed hoc non est vi expellere, sed spontè exire. Quod egregiè docuit August.

Satanicæ illusiones quotidianæ.

B. Tho. 1. p. q. ... art. 10. tom. 8.

An vnus dæmon possit expellere alium

virtute inferiorem, & quatenus.

libr.83.quæst.q.79. *Quod autem dicit Dominus: Non potest Satan Satanam excludere, ne fortè quisquam vtens nominibus aliquarum infirmarum potestatum, cum dæmonium excluserit, falsam putet esse istam Domini sententiam, aut hoc modo intelligat dictum, quia etiam si Satan corpori, aut corporis sensibus parcit, ideò parcit, vt ipsius hominis voluntati per impietatis errorem triumpho maiore dominetur. Hoc autem modo non exit Satanas, sed potiùs in intima ingreditur, vt in eo sic operetur, quemadmodum dicit Apostolus: secundum principem potestatis aeris huius, qui nunc operatur in filios diffidentiæ.* Hæc ille. Prætereà neque Dominus hac vna ratione voluit per omnia Iudæis satisfacere, vt nihil sibi in contrarium posset obijci: vnde & alias subiungit rationes, quibus ostendit se nihil habere cómune cum Satana, imò plane ab illo dissidere, vt non possit dici inter illum, & dęmones quos expellebat, esse aliquam collusionem.

Doctrina Christi dæmonibus est omnino contraria.

Quòd si etiá admittamus, Christum tantummodò de corpore eijcere spiritus: cùm tamen hoc faceret ad confirmationem doctrinæ Euangelicæ, quæ tota militat contra dæmones; si dæmon Christo opitularetur in edendis signis, diabolus contra seipsum faceret, & regnum suum destrueret, atq; illud Christi confirmaret.

Cur Angeli boni hominibus obesse, & mali itidem prodesse non possint.

Prætereà vt nequeunt spiritus cœlestes, à bonitate naturali mutari in contrariam malitiam, vt noceant hominibus, nam in hoc sibi essent diuersi & contrarij: ita mali spiritus nequeũt mutata malitia eò conuerti, vt incipiant mortalibus benè velle, aut benè facere; nã ita à se ipsis discreparent.

Quod in malis dæmonibus regnum, & ordo inueniatur.
Iob 41.
Ioan. 14.
Matth. 25.
Apoc. 21.

Proinde considerandum est, in dæmonibus ordinem, & regnum inueniri. Nam dicitur dæmon, Rex super vniuersos filios superbiæ, Princeps huius mundi, & in Matthęo ac Apocalypsi diabolus vocatur, & angeli eius. Est igitur in illis ordo tùm ex parte naturæ, & qua superiora inferioribus vim communicant, & illa in finem deducunt: & vt homo dominatur brutis, ita dęmon superior inferiori: tùm ex parte Dei dantis potestatem ad nocendum.

Quot modis ordo in eisdē insit.
Rom. 13.

Ergo ordinata est illa potestas: quia, vt Apostol⁹ ait, quæ sunt, à Deo ordinata sunt: tùm ratione iniquitatis: nam vt magis noceant qui ingenio pręualent, pręsunt alijs ad tentandum, eosque docent, ac puniunt inuitè agentes, cùm viribus illis sint inferiores, quemadmodum, & animæ nostræ: nec tamen propterea recedunt ab obedientia, vt possint nocere. Inter dęmones ergo est regnum, quia vni subditi sunt ad vnum aliquem finem. Ex hominibus autem atq; eis non fit vnũ regnum, quia non conueniunt in fine: dæmones tamen tyránicè regnant super homines, quatenus eis nocent. Atq; de hoc regno Iudæis tantùm noto loquitur Christus: regnum antē hoc ipso, quòd est bellum inter ipsos regnicolas, definit esse regnum.

Inter spiritus malignos ordinem esse, non quidem beatitudinis, sed solùm potestatis nocendi.
Dæmonibus minori potestate præditis tormenta non minui.
Inter damnatos homines nullus cur sit ordo, aut prælatio.

Non est etiam ordo beatitudinis in illis, sed potestatis nocendi, q̃ si de medio tolleretur, nollent inuicē subijci præ superbia: quia à quo quis superatus est, eius & seruus est, vt à Lucifero omnes dęmones superantur: volunt quidem sibi inuicē subijci, nolunt autem subijci Deo, quia non nocerēt: & potestas maioribus concessa super alios non imminuit, vel adimit illis maiora tormenta, quia maius & grauius peccarēt. Inter damnatos autē homines non est prælatio, seu dominium, quia est eadem species: nec nobis viuentibus nocent, eò quòd nõ sunt fortiores: nec inuidēt nobis, ob naturam: vnde damnatus diues dicebat: *Ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.*

An vnus dæmon aliũ eijciat de loco vel corpore obsessi.

Dæmon verò quia fortior viribus est, potest aliũ eijcere de loco, & impedire ab actione, & torquere illum, sicut & animã, per vires naturales fortiores; sed non eijcit de loco, vel corpore alterum: non quidem ob amorem dæmonis, cum quo in specie, vel cognatione, vt damnati homines, non conuenit, sed ne pereat eorum regnum. Si enim eijceret: vel hoc esset in gratiam hominis, & hoc dici nequit, quia viatoribus inuidet, eosque odit, etiam damnatos: vel ob odium dęmonis, qui torquet, & hoc nequaquã, tū, quia plus odit homines à se magis specie differentes, & eis miseris non inuidet, vel hoc facit, vt ipse torqueat; quod dici etiam non pōt, quia possunt simul torquere, alioqui destrueretur regnum; & satis est illi quòd homo torqueatur, licèt ipse mallet per se torquere.

Marc. 3.
Expenditur talis consequētia Saluatoris: etsi Satanas consurrexit in semetipsum, dispertitus est, & non poterit stare, sed finē habet.

Iam consequentiã propositæ argumentationis discutiamus. *Etsi Satanas* (inquit Marcus) *consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & non poterit stare, sed finem habet.* Dicimus consequētiam bonam esse. Quia vt nulla res machinatur in suiipsi⁹ destructionem, ita nec dęmones sagacissimi, sui regni excidiũ moliuntur: quod finē quidē habere debet, vt ait Marcus, sed per Messiã eius demolitorē: ita tamen erat destruēdum regnum satanę in homines vsq; ad iudicium, vt exponit Hieron. *Quomodò ergo stabit regnum eius,* quod scilicet ipse firmare quærit, & ei conatu stabilire studet, vt Theoph. vnde docens, & Iudęi se ad regnũ Dei, & non dæmonis spectare contendebant. Nam quod dicitur: *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras*: intellige, extra potestatem, & principatum: potest tamen tentare, vt fecit

Theophylact.
Ioan. 12.

Gen. 3. *Ioan. 14.*

cùm Adam tentauit, in quem nullum habebat principatum, sicut illud: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam scilicet potestatis.

Et si ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij vestri in quo eijciunt? ideò ipsi, iudices vestri erunt.

Secunda ratio Christi contra Pharisæos, quod in Beelzebub dæmonia nequaquam eijceret.

Hæc est secunda ratio, siue argumentum à cõparato, quo probat se nõ præsidio Beelzebub eijcere dæmonia. Quòd Hieron. his explicat verbis: *Filios Iudæorum, vel exorcistas gentis illius ex more significat, vel Apostolos ex eorum stirpe generatos. Si exorcistas, qui ad inuocationem Dei eijciebant dæmones, coarctat interrogatione prudenti, vt confiteantur Spiritus sancti esse opus. Quod si expulsio dæmonum, inquit, in filijs vestris Deo, non dæmonibus deputatur; quare in me idem opus non eandem habeat caussam? Ergo ipsi iudices vestri, non potestate, sed comparatione, dum illi expulsionem dæmonum Deo assignant, vos Beelzebub principi dæmoniorum. Sin autem de Apostolis dictum est, quod & magis intelligere debemus* (quia certò sciebat se in nomine Iesu illa expellere) *ipsi erunt iudices eorum, quia sedebunt in duodecim solijs iudicantes duodecim tribus Israel.* Hactenus ille. Et vocat filios vestros, vt idem non imponant illis, & alliciantur ad similia facienda. Atque hæc est expositio Patrum Græcorum. Quasi diceret; iniquum est, & plenum acceptione personarum, in eadem caussa nõ idẽ prorsus pronuntiari iudicium: quomodò in me damnatis, quod in filijs vestris laudatis? non hoc ex ignorantia, sed ex malignitate animi, & inuidia procedit. Si enim illi in virtute dæmonis pellunt malos spiritus; essent à vobis vituperandi. De his exorcistis qui fuerunt apud Iudæos ex institutione Salomonis, habes Actor. 19. septem filios Sceuę cuiusdam principis Sacerdotum, habes etiam Iosephum lib. 8. Antiquitatum, cap. 2. loquentem de ratione expellẽdi dæmonia, quam instituit Salomon. Solent autem homines dæmones pellere in Beelzebub, quando, vel maleficium soluunt maleficio, vel quando tentationes dæmonis, vel obscœna delectatione carnis, vel grata mundi musica expellũt, vel quando illicitos & vsurarios contractus consultò coloribus quibusdam exornãt, vel quando ambitiosus, vt ascẽdat ad aliquem gradum altiorem, hypocritam agit, aut quando quis reddit malum pro malo. Sed istæ omnes ęiectiones verę non sunt, sed falso confictę, & in virtute dæmonis.

Hieronym. in Matth. 10. & Quinam erãt filij Iudęorum eijcientes dæmonia.

Alter sensus.

Matth. 19. & Luc. 22.

Quando solent homines dæmones pellere in Beelzebub per peram tamen.

Si autem ego in Spiritu Dei eijcio dæmonia: igitur peruenit in vos regnum Dei. Tertium est argumentum, vel potiùs pars præcedentis. Nam postquam ostẽdit absurdum esse dicere, aliquem eijcere dæmones per principem dæmoniorum, reliquum erat vt faterentur virtute Dei fieri. Ex quo infert, iam adesse Messiam illũ Regem à Deo vnctũ, qui victo diabolo, atque in vincula coniecto, regnum à Deo esset vindicaturus, iuxta Prophetarũ oracula. Ne verò inciuiliùs, aut arrogãtius de se dicere videretur apud illos, qui parati erant omnia calumniari, quantumuis benè dicta, nõ dixit; Igitur ego sum Messias, sed per enallagen personæ & metonymiam nominis, Ergo peruenit ad vos regnum Dei, vt quod ipse ciuiliter tacuit, illi ex connexo facilè possent intelligere: ita temperatè sermone modestiæ, vt tamen ille non fraudaret eius rei doctrinã, cuius cognitio necessaria erat ad salutẽ. Loquitur igitur non de regno, quo Deus regnat in cœlo, & in terra, sed de illo quod promissum est in hoc modo per Messiam reuelãdum, & administrandũ, de quo Moyses dixit: *Ipse conteret caput tuum:* & Zacharias in eius persona; Spiritum immundum auferam de terra.

Tertia ratio Christi pro suo in virtute signorum in Dei Spiritu factorum, nõ diaboli.

Christi modestia plane admirabilis.

Quod regnũ Dei, vt Christus affirmat, peruenerat ad Pharisæos, ipso in Spiritu Dei eijciente dæmonia.

Gen. 3. *Zachar. 13*

Per regnum Dei intelligunt Hieron. & Chrysostomus Christum, siue doctrinam Euangelicã, de qua, Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructũ eius: vel, quod idem est, regnum illud cœlorũ, quod iam appropinquare prædicarunt, tùm Ioannes, tum Christus. Et cùm præcedenti ratione probasset se non eijcere dæmonia in virtute Beelzebub, iam ista amplius probat, quòd spiritus Dei virtute eijceret, per quẽ confitebantur exorcistas Iudaicos eijcere. Ex qua conclusione infert & aliam contrariam cõclusioni, quam volebant Pharisæi statuere. Nam asserẽtes, Dominum in virtute dæmonis pellere spiritus, volebant regnum dæmonis statuere, & confirmare: cõtra verò Dominus, eo quod probat in Spiritu Dei eijcere se dæmonia, infert per se diaboli regnum euerti, & regnum Christi adferri.

Altera interpretatio. *Hieronym. in Matthæum Chrys. hom. 42 in Matt tom. 2.*

Matth. 3. Infra 4.

Rudis planè, & inepta Scribarum, & Pharisæorum argutatio.

Quòd si rursus quęras, quomodò ex eo inferat Dominus venisse iam regnum Dei inter Iudæos, cũ & ante Christum exorcistæ Iudęorũ eiecissent dæmonia in spiritu, siue in digito Dei? Dicendũ ex eo rectè inferri aduentũ regni Dei, quod passim, tam multos eijceret dæmones, quo ostendebatur insolita ratione regnũ Satanæ destrui. Adhæc corporalis dęmonũ eiectio eo tendebat, vt intelligerent Iudæi ipsum Messiã aduenisse, qui ex animis, & mẽtibus hominum eijceret dæmonia, vt ablato peccato, & incredulitate Deus iam regnaret per fidem, & sanctæ vitæ mores in eis.

Obiectio.

Corporalis dęmonum expulsio, quod significabat.

Et quòd hic dicitur, In Spiritu Dei, Lucas, inquit, in digito Dei, alludens ad illud,

Luc. 11.

quod

Exod. 8. Spiritus sanctus quare digitus Dei appellatur.

quòd Magi Pharaonis nō valētes ciniphes producere, dixerunt: *Digitus Dei est hic.* Est ergo Spiritus sanctus digitus Dei: quemadmodùm Christus dicitur manus, & dextera, & brachium. Nam digitus in substantia cōuenit cum manu, & brachio, siue corpore, & digitus procedit ex corpore, siue brachio per manum, vt manus ex brachio, vel corpore: ita Spiritus sanctus consubstātialis est Patri, & Filio, & ex Patre per Filium procedit, vt Filius ex solo Patre. Et vt facilè digito pellimus quæ nobis facessunt negotium; ita Spiritu sancto pellitur spiritus malignus, & quasi clauo clauus truditur.

Deus quando perfectè in nobis regnet.

Elicimus ex hac ratione, tunc perfectè Deum regnare in nobis, quando ex nobis digito Dei dæmon pellitur. Quando enim dæmon corpus cruciās, & vires nostras debilitans expellitur, in Patre, cui potentia attribuitur, exire cogitur: quando verò ignorantiam Dei, & rerum salutarium quasi tenebras spirituales à nobis Deus pellit, in Filio, cui sapientia adscribitur, dæmon ex nobis eijcitur. Cùm verò peccatū, siue malitiam Deus adimit, non nisi in Spiritu sancto, siue digito Dei, qui bonitas, & charitas est, eijcitur: & tunc verè Deus regnat in nobis per Spiritum suum. Nam qui Spiritum Christi non habet, hic non est eius.

Diuinarum proprietates attributionarum.

Rom. 8.

Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet? Hāc rationem latius persequitur Lucas, dicens: *Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa eius arma auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.* Hoc est quartum argumentum ab omnibus Euangelistis positum, quo Dominus agit in Pharisæos. Quòd si velis forma dialectica disponere, hic est ordo. Nemo potest intrare in domum potentis munitam, & vasa illius diripere, nisi prius vicerit potentem; Atqui ego, vt videtis, ingressus in hūc mūdum, quem diabolus vti dominus possidebat, per Spiritum Dei tyrāno illo eiecto vasa illius diripio; ergo peruenit ad vos regnum Dei, & ego sum Rex ille vobis à Deo promissus. Atque hac ratione ostendit, quòd nullum habet cum Satana commercium, sed quod potiùs vt hostis, & debellator Satanæ cum eo agit. Et benè Matthæus continuando subiungit: *Aut quomodo potest, &c.* perinde ac si dixisset, Alioqui nisi sic esset, vt dixi, posset.

Luc. 11.

Quarta ratio Christi contra Pharisæos suspicantes pera dæmonis tribuētes.

Matth. 12.

Verba, *Auferet, & distribuet,* Græcè de præsenti sunt, & vetusta exemplaria Latina sic habent. Non enim vaticinatur quod futurum est, sed quod fieri solet, proponit. Dæmon dicitur mundi princeps & tyrannus, teſistens Christo Domino: qui quoniam potentior est, & superior, ligat eum, & tunc vasa eius diripit, quæ non nisi coactus dimittit ille. Et significat, homines frustra liberationem sperare, donec violento conflictu subactus sit Satanas. Vasa vocat, arreptitios, siue idololatras. Ligauit autem dæmonem Dominus passione, & morte sua, ne tātùm noceret, imò quasi nihil compateret, sed soluendus est tempore Antichristi, vt plus noceat quàm antea.

Ioan. 12 & 14.

Vasa fortis armati, id est dæmonis, quæ sint.

Apoc. 20.

Possumus autem hunc locum sic absoluere: Fortis est dæmon, non est enim super terram potestas quæ comparetur ei, qui factus est, vt nullum timeret. Et rectè à fortitudine denominatur, non à sapientia quam perdidit: non ab amore, vel decore, & pulchritudine, qua omninò nudatus est: solùm superest illi fortitudo ignorantiæ, malitiæque admixta, & ligata ad nutum Dei: quemadmodum ensis vim habet scindendi, sed repositus in vagina non secat. Censetur verò armatus potiùs offendentibus, quàm defendentibus armis, quia nihil potest eum lædere. Arma verò sunt, mendacia, errores, calumniæ, peccata, rabies, inuidia, odium, & interdum quo plus decipiat, apparet Angelus lucis, & adducit Scripturas, & rationes. Atrium eius, est hic mundus; Domus verò eius, vel aër est iste caliginosus, vel infernus locus: & atrio custodito, erat in pacifica possessione. Fortior autem superueniens, est CHRISTVS, virtus Dei, & sapientia, & vincens malitiam. Vicit autem illum in deserto tribus testimonijs Scripturarum, quasi tribus ictibus eum confodiens: & ita verbo, tactu, nutu, per se, vel per suos Apostolos eum de corporibus expellebat. Abstulit eius arma; quatenus eius technas, fraudes, & mendacia detexit, & vitia ad quæ impellit, igni gehennę digna ostendit, vt à quouis discipulo eius possint calcari.

Iob 41.

Cur Satan fortis potius, quā sapiens, aut aliter cognominetur.

Quæ sint dæmonis arma.

2. Cor. 11.

Atriū dæmonis quale sit.

1 Cor. 1.

Sap. 7

Matth. 4.

Vbi, quando & quonā modo dæmonem fortē fortior superueniens vicerit Christus.

Dæmoni arma quando sint per Christum ablata.

Christi ingressus in domum fortis quis ille.

Ingressus Christi in domum dæmonis, siue in regnum diaboli, etsi communiter intelligatur de ingressu Christi per Incarnationem, rectius tamen accipimus eius manifestationem per prædicationem, & miracula: nam tunc primum cœpit dæmonem alligare, & potestatem eius comprimere. Et quod tūc se alligasse diabolū, & arma illius distribuisse indicat, prudenter intellige iam tunc cœptum fieri: quod posteà perfectius per Crucem, & mortem suam, perque Apostolorum signa, & prædicationem fecit. Spolia verò distribuit, siue vasa eius; quādo homines, siue corpore arre-

Spolia dæmonis, ac vasa eius Christus qua ratione distribuerit.

arreptitios, siue anima per peccata eius suggestione admissa cruciatos liberauit, & renouauit, vt tanquam pretiosa spolia Christi bello parta, partim Patri suo, ac Deo obtulit, & assignauit, partim in ministerium eorum qui salutem consequuntur, Ecclesiæ distribuit, quatenus oues suas ei pascendas commisit.

Ioan. 21.

Sequitur quinta ratio: *Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit.* Hæc ratio breuis, & efficax, ad duo respicere videtur: partim enim pertinet ad refutationem blasphemiæ illorum, quod vi Satanæ dæmones expelleret, vt Hieronymus, Græciq; interpretantur. Est autem in hoc sensu syllogismus in hunc modum conflandus: Qui non est mecum, cõtra me est: &, qui non congregat mecum, spargit: Diabolus, siue Beelzebub non est mecum, neque colligit mecum: ergo diabolus contra me est, & non pro me, vel mihi confœderatus. Minor propositio ex factis vtriusque comprobatur; ego enim salutem adfero hominibus, ille perniciem machinatur: Ego congrego homines in vnã Ecclesiam, ad vnũ Dei cultum, ille distribuit in varias sectas, & varia idololatriæ genera: Ego adhortor ad virtutes, ille ad vitia: Ego voco ad regnũ cœlorum, ille captat quos detrahat secũ ad inferos. Incredibile ergo est illũ mihi esse auxilio in eijciẽdo ex hominibus suos satellites dæmones. Partim verò hic locus respicit Iudæos iuxta eã interpretationem, quã magis probat Chrysostomus in hunc locum: cuius hęc sunt verba: *Quamuis mea quidem sententia Iudæos hic occultius denotasse videatur. Qui enim aduersus ipsum insurgebant, & quæ ipse congregasset, dispergere conabantur, cum diabolo constituti sunt: quod significauit dicens: Omne, inquit, peccatum, & blasphemia dimittetur hominibus; blasphemia verò Spiritus non dimittetur.* Hęc ille. Est ergo sensus: Qui non est mecum, id est, Qui non pariter se liberari per me à dæmone, cũ hoste & meo aduersario manet. Et qui non congregat mecum, hoc est, sectatores sub me, vt sunt capita sectarum, id est, pollentes natura, vel arte, quos alij sequuntur, vt Pharisęi, & Scribę, qui cũ Christo colligere debebant: ideò vestrum erat mihi adesse, manumque porrigere in erigendo regno Dei. Nã quisquis nõ adiuuat, & nõ fit cooperator meᵘ, vel adintor in sua, & aliorum salute procurãda, quodammodò sese mihi opponit, & hostibus sociatur. Cum Christo colligunt viri Dei ministri, cum sua doctrina demersos colligunt & congregant in horreũ Dei, Filios Patris dispersos, vt apud Matthęum, & Ioannẽ dicitur, metaphora à messis tẽpore sumpta, vbi omnes accurrunt, & colligũt messem metuentes tempestatem. Satan verò rapit de corde quod seminatum est; & rapit, & dispergit oues ab ouili Christi, quod est Ecclesia. Porrò Christus medium non relinquit inter hęc duo: Aut colligere cum Christo, aut dispergere cum Satana. Vnde meritò damnãtur, qui in bello Ecclesiæ ab Hæreticis inflicto, indifferentes, & vt sic dicã, neutrales haberi cupiunt, & qui in duobus sellis sedere vellũt, catholicam & hæreticã doctrinam ruentes. Cuiᵘ rei gratia meritò damnatus fuit Erasmus à Iacobo Latomo Louaniensi Doctore, eò quòd medius & neutralis haberi voluit inter Lutheranos & Catholicos. Sensus enim est: Tempore quo opus est, vt me quis cõfiteatur, & non facit, contra me est: & qui nõ colligit tempore quo est colligendum, ille cum Satana dispergit.

Ratio quinta signa Christi in digito Dei, non in Beelzebub facta demonstrans. *Hieronym. in Matth. tom. 9 mitto. Græci autores.*

Chrys. hom 42. in Matt. tom. 2.

Quid est dicere: Qui non est mecũ, contra me est.

Quando cum Christo colligant veri Dei ministri. *Matth. 3. Ioan. 4. & 12.*

Marc 4. Ioan. 10.

In eos, qui Hæreticis simul & Catholicis partes volunt tueri.

Quod verò dicitur in alio loco: *Qui non est aduersum vos, pro vobis est*: intellige de tempore quo nõ est necessaria confessio. Et qui tacet, consentire videtur, quando illi aliquid, quod eum tangat, dicitur: in alus verò silere, non est consensus, vel dissensus. Vel etsi medium non sit inter esse Dei, vel esse dęmonis; secùs tamẽ de hominibus est dicendum. Ideò dixit; *Qui non est aduersum vos, pro vobis est.* Et Iulius Cæsar sæpe dicere solebat: *Qui contra me non est, mecum est.* Satis ergo Dominus his rationibᵘ comprobauit se non edere signa in virtute dæmonis, neque Christum fuisse maleficum: solẽt enim malefici omnia nocendi studio operari. Christus autẽ Iudæis hostibus benefaciebat, & vidẽs ciuitatem Ierusalem, fleuit super illam, & pro ea passus est. Deinde malefici vtuntur annulis, charactẽribus, & similibus; quorũ ne nomina quidẽ in Euãgelus inuenire possumus. Tertiò, si magiam docuisset suos Apostolos, & discipulos Dominus, Euangeliũ exprimeret; quos tamẽ nihil aliud docuit, quàm in nomine suo Iesu signa edere. Quartò, quomodo miraculis arte magica factis doctrinã confirmasset, q̃ tota artes magicas destruit, & libros eorum comburit, vt constat in Actis, & eorum autorem, & principẽ Satanam detestatur, ac destruit, ac eius professores præcipuos, vt Simonẽ Magum, ac Elymam? Quintò, nõ solẽt magi tam sanctè viuere, nec tam felicem exitum mortis habere; qualem tamen describunt Euangelistæ de Dño nostro Iesu Christo. Si quis vero plura, & grauiora argumẽta, ad comprobandã Christi sanctitatem, & alienã ab artibus magicis in edendis signis, legat q̃ libro sexto in principio docuimus, vbi latiùs de his disseruimus.

Erasmus Lutheranorum & Catholicorum defensoris nomen affectans.

Illud Domini verbum Qui non est aduersum vos, pro vobis est, vt verum sit. *Luc. 19.*

Quod Domini nus Apostolos minimè docuerit artes magicas, multis ostenditur.

Marc. vlt.

Act. 19.

Supra 8.

Infra 17.

Quia

Spiritus maligni voces inter se an habeant.

Quia verò hoc loco maligni spiritus dicuntur dæmonia, Saranæ, Beelzebub, aduerte, quòd cum nomen ad vocãdum impositum sit, vt signum rei: spiritus maligni voces inter se non habent, quibus distinguantur: sed nos eis nomina imponimus, quemadmodum canibus, & alijs brutis animantibus. Diabolus igitur quandoque est nomẽ Luciferi, vt est apud Matthæum, & in Apocalypsi, vbi vocatur *Diabolus*, & Angeli eius. Sicut cùm dicitur: *Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum*: Quandoque verò quemuis spiritum malignum significat; vt cùm Paulus ait, *Nolite locum dare diabolo*: & Petrus, *Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.* Ita etiam Satanas quandoque Principem dæmoniorum significat, vt cùm Dominus inquit, *Vade Satana; scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis.* Quandoque sumitur pro quouis dæmone, vt cùm ait, *Si Satanas Satanam eijcit*; quandoq; pro dæmonum vniuersitate, vt cùm dicit; *Si Satanas aduersus se diuisus est.* Belial, apostatam, vel recedentem significat: & quandoq; est nomen omnibus commune: quandoque tantùm pro Principe dæmoniorum capitur. Sicut Leuiathan, de quo scriptum est; *Ipse est Rex super vniuersos filios superbiæ*: & interpretatur, additamẽtum eorum, siue luctus eorum, quia adiũgit se nobis ad deuorandum nos: vt Leuiathan deuorat pisces, quod est materia luctus. Lucifer, nomen est stellæ, quæ Venus dicitur, & ita vocatur Nabuchodonosor apud Esaiam; qui de cœlo regiæ potestatis cecidit, & humanitatem in bouem fœnum comedentem conuersam amisit. Atque hoc nomine, ob insignem pulchritudinem, & gratiam, in qua conditus fuit, primus Angelus dicitur Lucifer: & nos metaphoricè superbum, Luciferum appellamus, quemadmodum Christus Iudam vocauit diabolum, cùm dixit apud Ioannem: *Vnus ex vobis diabolus est.* Beel verò à Beli patris Nini statua, in qua dæmon colebatur, sumitur: & cœpit tunc idololatria, & inde Baal Moabitarum, & Beel, & Baalim Sidoniorum, & Beelphegor, quia in monte Phegor, hoc est, Deus tentiginis, siue Priapi, & Beelzebub; Zebub enim dicitur minister quidam idoli huius in abigendis muscis. Dicunt autem hunc, Principem dæmoniorum, in quo Christus omnia dæmonia possit expellere: quia de nullo tãtam famam audierant, atq; de hoc, qui erat in terra Philisthũm in ciuitate Accaron. Eratq; fortè is, qui à Græcis dicitur Apollo: qui, quoniam sapientiam in respõdendo ostẽdebat, plus Ioue colebatur, etiam si habeteτur summæ potentiæ. Omnes enim dij Gentium, dæmonia. Horum igitur commercia, & societatem fugiamus, quibus à principio in baptismo renũciauimus, illorumq; opera & voluntates pręstare recusem*, quin potius si Christi sumus, illis bellum indicemus, eisque tùm in nobis, tùm in alijs aduersemur. Nam in pace cum illis contrahenda perditio nostra, atque damnatio sita est; in bello verò cum illis gerendo salus nostra, felicitas, vitaq; ipsa æterna, adiuuante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto pari honore, gloria & imperio potitur, per omnia secula, Amen.

Matth. 15. Apoc 12. Sap. 2. Ephes. 4. 1. Petr. 5. Matth. 4.
Satanas, quid significat.
Belial quid sonet.
Iob. 41.
Leuiathan & Lucifer, quid sit.
Esa. 14. Daniel. 4.
Dæmon Lucifer cur dictus.
Ioan. 6.
Beel vnde; ortus idololatriæ; mons Phegor, & Zebub quid sibi velint.
Cur Beelzebub Princeps dæmoniorum vocetur.
4. Reg. 1.
Quis Apollo Græcis, eiusque quanta religio.
Psal. 95.

TRACTATVS XVI.

De eadẽ Domini discept. cum Pharisæis, in illa verba: *Ideò dico vobis: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neq; in hoc seculo, neque in futuro*, & reliq.

De peccato in Spiritum sanctum disseritur.

VT rectiùs de peccato in Spiritum sanctum philosophari possimus, in quo interpretando multas & graues molestias atque angustias magnum Ecclesiæ lumen Augustinus passus est, vt ipse testatur serm. de verb. Domini, vbi de peccato agit contra Spiritum sanctum, vnde & de ea re loqui apud populum verebatur, quòd existimaret omnium quę sunt in Scriptura difficillimam quæstionem; quod etiam tot veteres Patres de ea re interrogati, & peculiares tractatus conscribentes abundè testantur.

Aug serm. 11. de verb. Domin. tom. 10.
De hoc articulo quid senserit, ac dixerit S. Augustinus

In primis præmittenda esse duximus verba Domini apud Marcum: nam illa inuicem cum istis collata lucem adferent disputationi propositæ. Ait igitur Dominus apud Marcum: *Amen dico vobis, quoniam omnia dimittẽtur filijs hominum peccata, & blasphemiæ, quibus blasphemauerũt: Qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, nõ habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti* (siue, vt Græcè dicitur, æterni iudicij, siue æternę damnationis) *quoniam dicebant, Spiritum immundum habet.*

Marc. 3.

Secundò præmittendũ est, aliquos existimasse, peccatũ quoduis lethale post baptismũ admissum, vel quamcunq; Christi negationem, vel apostasiã à Fide, esse peccatum

Nouati, ac similiũ de peccato in Spiritum sanctum opinio.
Matth. 10.

catum in Spiritum sanctum. Et huius sententiæ fuit Nouatus hæreticus, nixus prauę intelligentiæ illius loci: *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus; confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est. Qui autem negauerit me coram hominibus; negabo & ego eum coram Patre meo qui in cælis est.* Sed si hoc verum esset, Pharisæi non peccassent in Spiritum sanctum, cùm nõdum essent baptizati, & Christiani vbi semel peccauissent, nulla esset ipsis spes resipiscentię; contra totam Scripturam. Errabat etiam in intelligentia illius loci: quoniam hic dicitur: *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus*, siue ante, siue post baptismum; nullam enim Dominus distinctionem fecit; & ita omnibus peccatoribus, secũdùm Nouatum negaretur venia, nõ minùs peccantibus contra Filium, quàm contra Spiritum sanctum. Ad hæc si ex illis verbis: *Omnis qui confitebitur me coram hominibus*, nõ colligit Nouatus pœnitentem impeccabilem esse: cur ex negante colligit irreparabilem ruinam? quia magis debent esse certa verba, quæ pollicẽtur misericordiam, quã quæ pœnam comminantur.

Non esse illud quamlibet negationẽ Christi, seu defectionem a fide, multis ostenditur.
II. argum.

Tertium.

Cùm ergo Scripturæ iram & indignationem peccatis interminãtur, sobriè sunt intelligendæ: si videlicet non rescindantur per pœnitentiam, vt explicat Dominus apud Ieremiam, & Ezechielem. Quẽadmodum quando promittunt misericordiam, & beatitudinẽ benefactis, intellige si in eis ad vitæ vsque terminum perseueretur. Sed Nouatus deceptus est exaggerando locos, qui condemnationem sonãt; non expendendo illa, quæ misericordiam. Vnde Ambrosius lib. de Pœnitentia, quia non dixit, Omnis qui me negauerit; sicut *Omnis qui me confessus fuerit*, ait: *Gratiam promittit omnibus, non omnibus minatur iniuriam*: (legendum puto ruinam) *quod est miserationis, exaggerat; quod vltionis, extenuat*. Basilius quodam loco, ex illis verbis colligit etiam eum, qui negauerit, posse reparari: quia diuinam bonitatem non decet, vt mala seruet, & bona reprobet: & plus imputet ad pœnam vnam linguæ negationem extortam, quàm multas posteà spontaneas verbo & opere sui nominis confessiones. Hic tamen considera, Athanasium in tractatu de huius loci intellectu, hunc eundem errorem tribuere Origeni atque Theognosto (à quibus fortasse hausit suum errorem Nouatus: qui illis fuit posterior) dicebant enim recurrentes ad peccata post baptismum, remissionem non consequi, quemadmodùm Apostolus dixit ad Hebræos: *Impossibile est enim, eos, qui semel sunt illuminati*, & reliqua, sed non vna & eadem via rationem huius rei reddebant. Nam Origenes ita explicabat: *Deus*, inquit, *Pater in omnia penetrat, & omnia continet, animata, inanimata, rationalia, irrationalia: Filij autem potestas in sola rationalia sese extendit, quatenus sunt, inter quæ rationalia Ethnici sunt qui blasphemant, nondum recepta Fide. Spiritus autem sanctus in solos eos se explicat, qui sui participes facti sunt, baptismatis gratia. Cùm igitur blasphemia Ethnici peccant, in Filium peccant, quoniam ille in illis est, possunt tamen veniam consequi. Cùm verò baptizati, in quos collatum est donum regenerationis, peccant, istiusmodi iniquitas in Spiritum sanctum sese extendit: quoniam cum Spiritu sancto continerentur, delictum faciunt, ac proinde incondonabilem esse illorum culpam.* Hæc ille ferè. Theognostus verò hanc rationem addit: *Qui primos & secundos fines transgressus est, minori pœna dignus videri possit: Qui autem tertios fines contempserit, venia excluditur.* Primos autem & secundos terminos transmitti existimat, cùm quis contra parentem & filium obloquitur: Fines autem tertios constituit in initiatione per Baptisma, & in Spiritus sancti participatu.

Scripturę peccantibus pœnã quatenus cõminentur æternam, seu iustis vitam pollicentur æternam.
Ierem. 18.
Ezech. 18.

Ambr. libr. 1. de pœnit. c. 2. tom. 3.

Basil. ho. 17.

Athan. in illud Euãgelij: Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, &c.
Vnde accepe rit errorem hunc suum Nouatus.
Hebr. 4.

Origenis, Theognosti & Nouati de hoc peccato opinio eadẽ, sed probatio diuersa.

Sed Athanasius meritò hæc impugnat. Quia cum Filius sit in Patre, & Pater in Filio, à quibus minimè abstrahitur Spiritus sanctus, vbicunque est vnus, est alter: & qui in vnam personam peccat, in totam Trinitatem peccat. Indiuisa siquidem est illa sancta, perfecta, & beata Trinitas. Adhęc cùm non tantùm in nomine Spiritus sancti, sed etiã in nomine Patris, & Filij baptizemur: non minus in Patrem & Filium, quàm in Spiritum sanctũ peccaretur. Præterea cum Dominus ad Pharisæos hæc verba faceret, qui lauacrum Christi non acceperãt, sed & baptismo Ioãnis derogauerant; quomodò nondum initiatos diceret peccare in Spiritum sanctum? Locum verò Pauli ad Hebr. interpretatur de non iterando baptismo: quemadmodùm Hebræis mos erat pluries se baptizare. Ideò eos ad pœnitẽtiam hortatur: & vnam esse renouationem per baptisma, & nõ secundam, ostendit. Sicut & in alia epistola dicit: *Vna fides, vnum baptisma.* Neque dixit, rem impossibilem esse pœnitentiam; sed, impossibile esse per viam pœnitentiæ quempiam iterato baptismate renouari. Estq; inter Pœnitentiam & Baptisma non leue discrimen. Quem enim pęnitet, is desinit quidem peccare, sed tamen retinet vulnerum cicatrices: qui autem baptizatur, tùm veterem hominem exuit, cũ supernè renouatur, quasi de integro regeneratus spiritus gratia. Hęc Athanasius in

Hebr. 6.
Iudæi frequẽter se baptizare consueuerant.

Ephes. 4.
Inter Pœnitentiam, & Baptisma quantum intersit.

illos

illos; quæ doctissima, & verissima sunt.

Deinde præmittendum, alios sensisse, extremam impœnitentiam (quæ sola videtur non posse remitti) esse peccatum in Spiritum sanctum: quod & peccatum ad mortem à Ioanne dicitur. Alij rursus, obstinationem in peccato, in quo quis deliberat nunquam pœnitere, esse tradunt; Alij, desperationem de Diuina misericordia; Alij delictum ex malitia, non ex ignorantia, vel infirmitate: quod Scholastici, & præsertim B. Thomas, in sex species diuidunt, nempè Præsumptionem, Desperationem; Obstinationem, Impœnitentiam, veritatis agnitæ Impugnationem & fraternæ gratiæ Inuidentiam: Quia omnia hæc bonitati Spiritus S. aduersantur, Alij verò, vt Richardus de S. Victore, odium Dei esse hoc peccatum in Spiritum sanctum, explicant. Augustinus verò lib. De vnico baptismo tradit, contemnentes veritatem, peccare in Spiritum S. & in li. Enchiridion reum prodit esse peccati in Spiritum sanctum, qui in obstinatione diem claudit extremum: & de peccatore claudente vitam sine fide, idē docet in lib. Retractationum, & de verbis Dom. necnon & lib. Sermonis Domini in Monte, inuidiæ facib. fraternitatem impugnare, ait esse peccatum ad mortem, & peccatum in Spiritum S. & libr. de Fide ad Petrum, in Spiritum S. peccatore eos ait, qui desperant de indulgentia peccatorum, vel qui sine meritis de misericordia Dei præsumunt.

Sed certè etsi hæc vera sint, & in Spiritum S. delicta hæc interpretari possimus quod in genere charitati, & bonitati Spiritus S. aduersentur: tamen hoc loco Dominus de certa quadam specie peccati loquebatur. Distinguit enim inter peccatum in Filium hominis, & peccatum in Spiritum sanctum: & tamen peccatum admittere quis valeat in Filium hominis ex malitia, atque in eo potest quis discedere, & obdurati perinde atque ille qui peccat in Spiritum S. Imò verisimile est nonnullos ex illis, qui eum voracem, & vini potatorem vocanerunt, & quibus ipse dixit, *Moriemini in peccatis vestris*, in illo extinctos fuisse. Deinde ab huiusmodi, quæ dicuntur peccata in Spiritum S. (nisi in eis vita finiatur) plerumque homines resipiscunt; & propterea non videtur quo modo non remittatur nec in hoc seculo, nec in futuro. Hinc Augustinus rectè dixit: *Neq, verisimile est tot homines committere hoc peccatum in Spiritum S. quot sunt qui moriuntur in peccatis absque pœnitentia.*

Quamobrem dicendum videtur, Christum Dominum ad literam vocasse blasphemiam in Spiritum sanctum, vocem illam, qua signa digiti Dei expellentis dæmones, quę apertè arguebant digitum Dei, siue Spiritum sanctum, scienter & malignè tribuebant spiritui maligno: quod tùm ex textu ipso, tùm ex Patribus declaratur. Ex textu quidem, quia dixerat: *Si ergo in Spiritu Dei eycio dæmonia; igitur peruenit in vos regnum Dei.* Et Marcus subdit, quare rei essent æterni delicti, siue peccati in Spiritum sanctum: *Quoniam*, inquit, *dicebant, spiritum immundum habet.* Ex quo constat peccatum hoc in verbo maledico consistere: & ad illa verba supplendum est: In quo dicunt: eijcere dæmones: nam alioqui simpliciter dictum, videri posset potius esse blasphemiam in Filium, quàm in Spiritum sanctum. Quoniam ergo Pharisæi Dominum Iesum dicebant Spiritum immundum habere, & in illo eijcere dæmonia, cum tamen illis oppositum constaret; propterea rectè dicuntur blasphemasse, attribuentes quæ Dei sunt, dæmoni eius hosti capitali, à quo se in infinitum distare ostendebat Dominus Iesus, non solùm in vita sancta, & irreprehensa, sed etiam in doctrina ipsis dæmonibus contraria. Idem etiam confirmabat signis, & discipulis, & ipsorum à dæmonio liberatorum honesta, & sancta conuersatione, vt vndique tot testimonijs veritatis obruti, non possent contra veritatem cognitam & conscientiam loqui. Deinde idem probatur ex eo quòd distinguit peccatum inter illud quod se [illegible]ium hominis, & id quod in Spiritum sanctum committitur: vt peccatum illud in Filium hominis videatur habere aliquem excusationis prætextum, vt cum dicebant; *Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus.* Et rursus, *Vnde huic sapientia hæc, & virtutes? Nonne hic est fabri filius? Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* Et; *Si Filius Dei es, descende de cruce.* Ad hæc enim peccata, tanquam in Filium hominis delinquentes, dissimulabat Dominus, ferebatque illos & dicebat: *Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis:* at postquam perspicua & manifesta diuinitatis opera, quæ quidem Spiritus est, & sanctus, iuxta illud: *Spiritus est Deus*: & acclamationem Seraphim, dicentium: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum*, dæmoni adscribebant, & Deum diabolum, siue diabolum Deum faciebant contra omnem conscientiam; non fuerunt amplius tolerandi, sed terribilem in illos sententiam pronuntianit ob

ac postremæ acceptione dignissima.

I. argum.

Marc. 3.

Dæmonibus Christus repugnabat simpliciter.

II. argum.

Matth. 11. Ioan. 7. Matth. 27.

Luc. 19.

Ioan. 4.

Esa. 6.

sabbato. Sed hic pro opere misericordiæ corporalis; illic verò pro opere misericordiæ spiritalis.

Et concludens disputationem, subiongit: *Dominus enim est Filius hominis, etiam Sabbati.* Quo verbo, & innocentiam discipulorum probat, quos non potuit obligare præceptum de sabbato obseruãdo, dum ipsius sabbati Domino ministrabant: suam etiam diuinitatem insinuat, cùm non possit alius sibi vindicare dominium sabbati præter illum qui Sabbatum instituit, & hominibus eius obseruantiam mandauit. Is aũt, Deus verus est: itaq; me Domino præsente, ac tolerante, vos frustrà meos condemnastis. Et nota regulam pulchrã: quòd vbi Princeps videt factum in legem, & tolerat, lex suum amittit vigorem. Et aduerte, Dominum duabus sententijs postremis corroborare quæ dixit: priori quidem, quæ est apud solum Marcum, reddit rationem eius quod dixerat, nempè ob necessitatem nõ esse seruandam legem, quia videlicet Sabbatum propter hominem factum est, non homo propter sabbatum, ob cuius proinde necessitatem, vel magnam vtilitatem lex sabbati cessare debebat.

Christus quare Sabbati Dominus.

Lex quando suum vigorem amittit.

Quòd autem Sabbatum propter hominem sit institutum, colligitur ex eius institutione Exod. 20. Deut. 5. Exod. 31. vt corpus quiesceret, nec perpetuis laboribus fatigaretur; aut auaritiæ totus deseruiret, & vt Dei beneficia, siue in creatione, siue in redemptione à seruitute corporis, mente recolens sanctificaretur. Secunda verò sententia declarat cur discipulis permiserit Dominus Sabbati violationem, vt sacerdotibus permisit Dominus violationem sabbati ob sanctitatem templi: quod sine nota causæ, aut illationis dictum est à Luca: *Et dicebat, ait: illis, Quia Dominus est Filius hominis, etiam Sabbati*: vbi, *Quia*, accipitur, vt mons est, pro, Quòd. Matthæus autem exponit, vt causam probantem præcedentia: Dominus enim est Filius hominis etiã Sabbati. Marcus verò ponit eandem sententiam inferendo eam ex superioribus verbis; itaque ait, Dominus est Filius hominis etiam Sabbati. Sed Matthęus omisit illud, ex quo infertur à Marco, ideò non posuit illam inferendo, sed cum coniunctione causali ad probandã innocentiam discipulorum, ad quam confirmandam intulit eam Marcus ex præcedenti sententia. ¶ Quidam verò hoc loco per Filium hominis non Christum peculiariter, sed quemlibet filium Adæ intelligunt: iuxta quem sensum Chrysostomus putat apud Marcũ esse scriptum, cùm hanc eandem historiam narrat: *Sabbatum propter hominem factum est; non autem homo propter Sabbatum.* Id est; Quiuis homo est maioris valoris Sabbato, quod est propter hominẽ: ideo potiùs homini, quàm cærimonijs cultus prospiciendum. Ac subdit: *Itaq; Dominus est Filius hominis etiam Sabbati.* Sed præstat vt cum Theophylacto, & Euthymio intelligamus Christum vti Deum, Dominum esse, & conditorem sabbati. atque ob hoc ipsum sabbatum condidisse ad vtilitatem generis humani, vt, vbi necessitas postulauerit, sabbati religio cedat vtilitati humanæ: & sabbatum, quemadmodum oẽs alij dies, homini seruiat, non autem contra, vt vtilitas hominis cedat religioni sabbati.

Sabbatum esse factum propter hominẽ vnde constet.

Luc. 6.

Quid Filius hominis Dominus Sabbati.

Primus sẽsus. Chrysost. ho. 40. in Matt. tom. 2.

Alter sensus, & quidem probabilior. Theophyl. Euthym. c. 20 in Matth.

Quod ad mores attinet, ita Beda edisserit hanc historiam: *Per sata ambulant cum Domino qui diuinis obtemperare studentes imperijs, solerter eloquia sacra meditari delectantur. Esuriunt in satis, cùm in eisdem sacris eloquijs quæ legẽdo pertransfeunt, panem vitæ inuenire desiderant, Hoc est, ad illa curant verba peruenire, quibus am pliorem in se sui conditoris amorem incendant. Et hoc in Sabbatis, cùm sopita mente à turbulentis cogitationibus vacare gaudent, & videre quàm suauis est Dominus, quamq; beatus vir qui sperat in eo. Vellunt spicas quæ forte occurrunt, & tamdiu versant manibus, contritasq; purgant, donec ad esum perueniant; cùm testimonia Scripturarum, ad quæ legentes perueniunt, Meditando assumunt, & tamdiu scrutatione sedula discutiunt, donec in eis medullam dilectionis, quæ latere videbatur, inueniendo extrahant. Verùm hæc mentium refectio stultis quidem Sabbati defensoribus displicet, sed à Domino Sabbati probatur.* Hæc ille.

Beda in Marcum, to. 5.

Moralis huius historiæ sen sus à Beda traditus.

Psalm. 33. Ibid.

Christum igitur, atque eius doctrinam sanctam, & firmam confiteamur, legesque vniuersas ad Dei honorem, & proximi salutem interpretemur: nec quicquam sit in legem aliquam peccatum, quod cæremoniæ alicuius causæ omissæ, aut neglectæ, nostro præiudicio damnemus, cùm plerumque charitas doceat illam omittere, quæ, vt dixit Apostolus, finis est omnis præcepti. In omni enim quæstione de lege, ratio, & finis legis venit ponderandus. Charitatem ergo, quæ finis est omnium legum diuinarum, & humanarum, amplectamur, illi indiuulsè hæreamus, ab illa nos diuelli non patiamur, per quam vnam singulariter apprehendimus, & promeremur Christum Dominum Iesum Filium Dei, & legislatorem sapientissimum, qui cum Patre, & Spiritu sancto sempiterna fruitur gloria, honore, ac imperio in secula seculorum, Amen.

1. Tim. 1.

Charitas finis omnium legum, Diuinarum, & humanarum.

TRACTA-

TRACTATVS XV.

De disceptatione Domini cū Pharisæis post curatum dæmoniacum, cæcum, & mutum: de quo Matth. 12. Marc. 3. Luc. 11. *Iesus autem sciēs cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas, vel domus diuisa contra se, non stabit: & si Satanas Satanam eijcit, aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius? &c.*

Ordo, ac series huius narrationis.

TExtvm B. Matthæi, vt soliti sumus, declarabimus, addentes ex Marco, & Luca, quæ Matthæo defuerint. Ad huius disceptationis intellectum, præmittendum est, has Domini rationes, quibus contra Pharisæos agit, consecutas fuisse eorum calumniam & murmurationem. Nam cū nominus dæmonium à quodā cæco, & muto expulisset, atq; illi integritatē sensuum restituisset, visum est id signum admiratione dignum, & in eo illum turbæ quasi Messiā agnoscentes dixerunt: *Nunquid hic est filius Dauid?* Pharisæi, & Scribæ inuidia deprauati hæc audientes, iniquo animo tulerunt, & vt tanti miraculi gloriam denigrarent, dixerunt: *Hic non eijcit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.* Ad hanc tantam blasphemiam, & calumniam Dominus multis rationibus respondet: quas Marcus parabolas vocat, ait enim: *Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis, Quomodo potest Satanas Satanam eijcere?* Pugnabat enim Dominus rationibus ex vulgaribus exemplis, vt sensibilibus similitudinibus adductis, quo rem magis dilucidam, & perspicuam redderet, & Pharisæorum, & Scribarum mala mens, & malus animus etiam apud populum detegeretur, & denique eorum autoritas concideret apud omnes, & interiret. Vnde tractatus iste poterat in libro Parabolarum apponi, poterat etiam in libro miraculorum collocari: cùm tantùm rationes contineat, quibus comprobat, se ope, siue adminiculo dæmonum signa non edere: nobis tamen magis placuit, vt inter disceptationes Domini hæc verba exponeremus atq; interpretaremur.

Pharisæorum, & Scribarum calumniæ operum Christi vnde oriebantur.

Marc. 3.

Quibus eos exemplis & similitudinibus, Christus conuincebat, & quare.

Sed ante omnia Matthæus, & Lucas præmittunt: *Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis.* Vbi cùm superiùs narrasset illos dixisse, Iesum in Beelzebub eijcere dæmonia: quid opus fuit videre cogitationes eorum? Dicendum est, vel eos tacitè illa mussitasse, & in aurem populi, vel secretò in cordib' dixisse, vel cogitasse plus hæc publicando scandalizare, & populo posse hæc suadere, quod alibi apud Matthæum in simili calumnia non fecerunt, quòd non intenderent illa turbæ suadere, vel si palàm oblocuti sunt, vt ad eum calumniæ peruenerint, diuino suo spiritu cognouisse, quo animo detraherent, odio scilicet, & inuidia. Sæpè enim accidit, vt per ignorantiam vel inscitiam præposterè indicent homines, alij verò occultum, & reconditum virus non fouent, sed affectu quodam, aut temeritate feruntur præcipites. Isti autem malitiosè, & contra conscientiam loquebantur; ideò primum statuitur, Dominum eorum corda cognouisse, & ipsorum conscientiæ testem fuisse; vt ita fortiora sint argumenta, & rationes quibus cum illis agit.

Quid est, quod eorū dictū, cum in Beelzebub eum eijcere dæmoniū, nō ad verba, sed cogitationes

Christus respondit.

Matth. 9.

Pharisæorum & Scribarum odium, & liuor in Christum.

Atq; hac cognitione, & scrutatione cordium, ostendit se verum Deum esse, quo dicitur: *Scrutans corda, & renes Deus*, vel talem Deum sibi reuelantem, & familiarem habuisse, adeò vt nō egeat ope dæmonum, qui Dei fauorem habeat. Signa etiam subscribebant suæ diuinitati, & sanctitati apud populum, qui non ignorabat arreptitios nescire corda aliorum, nec solitos esse tam miti, & mansueto animo respondere, vt Dominus, cùm omnia ob timorem agerent. Erat autem insignis blasphemia dicere: *In Beelzebub eijcit dæmones*, siue vt Marcus ait: *Beelzebub habet*, id est, arreptitius est, & virtute, opeque spiritus cuiusdam familiaris, ac domestici id præstat. Ideo nolite eum credere Messiam ob miracula, ob odium enim Iesu, etsi existimarent omne bonum suum in Messia situm esse, malebāt quòd non veniret, quia quòd ipse Iesus esset. Odium enim in caussa erat, vt primò denigrarent Iesum colore quodam: vt cùm dicebant: *Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus.* Et cùm remitteret peccata, aliqua pietatis specie dicebant: *Ecce hic blasphemat*, posteà etiam sine colore, vt modò dando Beelzebub opera Dei. Nesciebant etiam detrahere, quia dicebant quòd Satanæ virtute exibant, dæmoniaq; colebant: cùm dicendum esset, eū occulto pacto cum dæmonibus inito agere. Vtebantur autem inuidia, quòd tāto honore à plebe exciperetur, & tātum fructum in illis ederet: quem tentabāt impedire, dicendo: *Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis?* Et cùm putaretur missus à Deo, illi obijciebant: *Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit.* Et cùm existimaretur Messias, de illo dicebant:

Psalm. 7.

Christi humanarum cogitationum cognitoris argumētum deitatis.

Cur illi infelices Christum calumniarentur in Beelzebub quod dæmones eijceret.

Matt. 11.

Matt. 9.

Mira illorum impietas, variæ calumniæ & in Christū maledict., detractionesque.

Ioan. 7.

Ioan. 9.

Ioan. 7.

Scrutare Scripturas & vide quia à Galilæa Propheta non surgit. Nec hæc tamen omnia satis erant, vt populum à Fide impedirent, quin etiam volebant eum occidere, quare dicebant: *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eũ.*

Ioan. 11.

Matth 27.
Actor. 5.

Post mortem adhibuerunt custodes: prohibuerunt Apostolis ne loquerentur in nomine eius, sed non præualuerunt, vt dixit Gamaliel. Nunc ergo dixerunt: *Hic non eijcit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum:* Ob inuidiam videlicet, & in vindictam Christi eos reprehendentis, & vt se meliores, & sanctiores ostenderent.

Prima ratio Christi ad probandum nõ in Beelzebub eijcere se dæmonia.
Discordiæ quanta vis.

Vidimus calumniam hacten⁹, audiamus nunc Domini responsa. Prima ratio est: *Omne regnum diuisum contra se, desolabitur.* In qua per tria exempla, tanquàm per gradus quosdam descendens, ostẽdit quàm sit absurda, & ab omni ratione aliena illorum calumnia. Firmissimum quiddam in rebus humanis videtur esse regnum, proximum ciuitas, hinc domus; & tamen nihil horum tam firmum est, quòd non statim euertere queant intestinæ discordiæ, & seditiones.

Luc. 11.

Quod hoc loco ait Lucas: *Et domus supra domum cadet,* Græcè οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει, præpositio illa ἐπὶ, ponitur pro contra; sicut & in præcedenti sententia: *Omne regnum in se ipsum diuisum,* vbi *In,* & Græcè ἐπὶ, eodem modo accipitur. Ita etiam apud Marcum interpretandum, quod dicitur: *Et si domus super* (pro contra) *semetipsam dispertiatur.*

Marc. 3.

Neque verò (vt ad sensum explicandum redeamus) sunt tam hebeti, tamque stupido ingenio dæmones, vt ignorent idem euenturum esse regno suo, si ipsi inter se dissideant & tumultuentur, vt vnus alium ex homine, quem fortè occupauit, eijciat.

Dæmonũ calliditas ac versutia vnde perspici possit, vel maximè.

Quod verò dæmones tam stupidi nõ sint, vel hinc licet coniectare, quod nihil maiori conatu in his quæ ad nos pertinent (quos capitaliter oderunt) machinantur, quàm vt dissidia inter nos, & contentiones excitent.

Est igitur hic syllogismus verus: Omne regnum in se diuisum, vel ciuitas secum dissidens, vel domus contentionibus, & dissidijs agitata, diu stare non potest: sed si Satanas Satanam eijcit de corpore, dæmonum regnum est diuisum, & secũ dissidet: ergo regnum dæmonum euertendum erit, & à seipso destrueretur: cùm tamẽ regnum diaboli Scripturæ per Messiam tradant destruendum. Maior huius syllogismi propositio, prouerbialis est sententia, atque illi Sallustianæ similis: *Concordia res paruæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur.* Atque eius veritatem exempla Romanorum comprobant. Nam postquàm Romana Respublica sub Sylla & Mario, Cæsare & Pompeio, M. Antonio, atque Augusto dissidere, & tumultuari non cessauit, cœpit tendere in interitum.

Sallust. in Iugurtha.
Discordia quàntum malum sit, & bonum concordia.

Nulla fides (ait ille) regni socijs; omnisq; potestas
Impatiens consortis erit.

Lucan. libr. 1. fere in principio

Et vt quidam Poëta Christianus cecinit:

Non capit vna duos maiestas regia fratres.
Fraterno rubuit sanguine Roma recens.

Docuit hoc experientia ciuitatis Ierosolymæ euersæ, & contra seipsam tribus exitialibus sectis diuisæ: quarum capita extiterũt, Simon, Ioannes, & Eleazarus. Lege Ioseph. lib. 1. de bello Iudaico, in principio.

Ioseph.
Quænam hæreses per discordiam pau latim resfrixerint, atque conciderint.

Dissidio duorum Imperatorum Constãtinopolitanorũ via aperta est Imperio Turcico, & labefactationi Imperij Romani. Cauda equina Sertorij in singulos pilos diuisa, & posteà tota vnita: & fasces virgarum Siluri Regis soluti, & post coniuncti: & Fluuius Euphrates vnitus, & in trecentos alueos à Cyro diuisus in capienda Babylone, ostendunt quantum malum sit discordia, & quãtum bonum concordia. Hæresis etiam Arriana cùm coniuncta, & vnita fuit, firma erat: vbi in tot capita diuisa est, cępit infirmari. Ita etiam hæresis Donatistarum in Africa, teste August. vbi in Maximianistas, & Circumcelliones, & alios dissipata est, concidere cœpit: sicut etiam de Lutherana hæresi, quæ in tot sectas dissecta est, & dispersa, idem est sperandum. Nam in vniuersum rectè scripsit Hilar. libr. de Trinit. Diuisio hæreticorum, victoria est Ecclesiæ.

B. Aug. ser. 9. de verb. Domini, tom 10.

Hilar. li. 6. de Trinitat.

Minor verò prædicti syllogismi infringi potest. Quia sępè Satanas illudit suis pręstigijs, quò superstitionibus illaqueet mentes hominũ, & se vinci simulat: & de Apollonio Tyaneo mago constat inter alia spectacula, quòd dæmonia expelleret de obsessis: ac proinde si vnus alterum eijceret, non euerteretur regnũ eius.

Satanicæ illusiones quo tẽdant.

Dicendũ est, Christum aperto marte diabolum aggredi cœpisse, & nullo cõmercio illi fuisse confœderatum: deinde Christum de corpore & anima pellere dęmones, vt restabatur obsessorum ad Fidẽ conuersio, & sanctæ vitæ conuersatio. Ex quo patet, quòd nõ virtute Satanæ dæmones expelleret. Qui etsi possit à corpore expellere alium dęmonem virtute inferiorẽ, vt docet B. Thom. non tamen facit etiã in magia mendaci, & si facit, hoc est vt magis triumphet, & regnet, videlicet vt exeundo de corpore vnius ad obedientiam alterius, plurium animas sibi credentium decipiat. Sed hoc non est vi expellere, sed spontè exire. Quod egregiè docuit August.

B. Tho. q[…] lib. 3 art. 10. tom 6.

An vnus dæmon possit expellere alium

lib. 83.

virtute inferiorem, & quatenus.

libr.83.quæst.q.79. *Quod autem dicit Dominus: Non potest Satan Satanam excludere, ne fortè quisquam vtens nominibus aliquarum infirmarum potestatum, cum demonium excluserit, falsam putet esse istam Domini sententiam, aut hoc modo intelligat dictum, quia etiam si Satan corpori, aut corporis sensibus parcit, ideò parcit, vt ipsius hominis voluntati per impietatis errorem triumpho maiore dominetur. Hoc autem modo non exit Satanas, sed potiùs in intima ingreditur, vt in eo sic operetur, quemadmodum dicit Apostolus: secundum principem potestatis aeris huius, qui nunc operatur in filios diffidentiæ.* Hæc ille. Prætereà neque Dominus hac vna ratione voluit per omnia Iudæis satisfacere, vt nihil sibi in contrarium posset obijci: vnde & alias subiongit rationes, quibus ostendit se nihil habere cōmune cum Satana, imò plane ab illo dissidere, vt non possit dici inter illum, & dęmones quos expellebat, esse aliquam collusionem. Quòd si etiā admittamus, Christum tantummodò de corpore eijcere spiritus: cùm tamen hoc faceret ad confirmationem doctrinæ Euangelicæ, quæ tota militat contra dæmones; si dæmon Christo opitularetur in edendis signis, diabolus contra seipsum faceret, & regnum suum destrueret, atq; illud Christi confirmaret. Prætereà vt nequeunt spiritus cœlestes, à bonitate naturali mutari in contrariam malitiam, vt noceant hominibus, nam in hoc sibi essent diuersi & contrarij: ita mali spiritus nequeūt mutata malitia eò conuerti, vt incipiant mortalibus benè velle, aut benè facere; nā ita à se ipsis discreparent. Proinde considerandum est, in dæmonibus ordinem, & regnum inueniri. Nam dicitur dæmon, Rex super vniuersos filios superbiæ, Princeps huius mundi, & in Mattheo ac Apocalypsi diabolus vocatur, & angeli eius. Est igitur in illis ordo tùm ex parte naturæ, & quia superiora inferioribus vim communicant, & illa in finem deducunt: & vt homo dominatur brutis, ita dęmon superior inferiori: tùm ex parte Dei dantis potestatem ad nocendum. Ergo ordinata est illa potestas: quia, vt Apostol[us] ait, quæ sunt, à Deo ordinata sunt: tùm ratione iniquitatis: nam vt magis noceant qui ingenio pręualent, pręsunt alijs ad tentandum, eosque docent, ac puniunt inuitè agentes, cùm viribus illis sint inferiores, quemadmodum, & animæ nostræ: nec tamen propterea recedunt ab obedientia, vt possint nocere. Inter dęmones ergo est regnum, quia vni subditi sunt ad vnum aliquem finem. Ex hominibus autem atq; eis non fit vnū regnum, quia non conueniunt in fine: dæmones tamen tyrānicè regnant super homines, quatenus eis nocent. Atq; de hoc regno Iudæis tantùm noto loquitur Christus: regnum autē hoc ipso, quòd est bellum inter ipsos regnicolas, definit esse regnum.

Doctrina Christi dæmonibus est omninò contraria.

Cur Angeli boni hominibus obesse, & mali ijsdem prodesse non possint.

Quod in malis dæmonibus regnum, & ordo inueniatur

Iob 41.

Ioan 14.

Matth.25.

Apoc. 21.

Quot modis ordo in eistē insit.

Rom. 13.

Non est etiam ordo beatitudinis in illis, sed potestatis nocendi, q̄ si de medio tolleretur, nollent inuicē subijci præ superbia: quia à quo quis superatus est, eius & seruus est, vt à Lucifero omnes dęmones superantur: nolunt quidem sibi inuicē subijci, nolunt autem subijci Deo, quia non nocerēt: & potestas maioribus concessa super alios non imminuit, vel adimit illis maiora tormenta, quia maius & grauius peccarēt. Inter damnatos autē homines non est prælatio, seu dominium, quia est eadem species: nec nobis viuentibus nocent, eò quòd nō sunt fortiores: nec inuidēt nobis, ob naturam: vnde damnatus diues dicebat: *Ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.*

Inter spiritus malignos ordinem esse, non quidem beatitudinis, sed solùm potestatis nocendi. Dæmonibus minori potestate præditis tormenta non minui. Inter damnatos homines nullus cur sit ordo, aut prælatio.

Dæmon verò quia fortior viribus est, potest aliū eijcere de loco, & impedire ab actione, & torquere illum, sicut & animā, per vires naturales fortiores; sed non eijcit de loco, vel corpore alterum: non quidem ob amorem dæmonis, cum quo in specie, vel cognatione, vt damnati homines, non conuenit, sed ne pereat eorum regnum. Si enim eijceret: vel hoc esset in gratiam hominis, & hoc dici nequit, quia viatoribus inuidet, eosque odit, etiam damnatos: vel ob odium dęmonis, qui torquet, & hoc nequaquā, sit, quia plus odit homines à se magis specie differentes, & eis miseris non inuidet, vel hoc facit, vt ipse torqueat; quod dici etiam non pōt, quia possunt simul torquere, alioqui destrueretur regnum; & satis est illi quòd homo torqueatur, licèt ipse mallet per se torquere.

An vnus dæmon aliū eijciat de loco vel corpore obsessi.

Iam consequentiā propositæ argumentationis discutiamus. *Etsi Satanas* (inquit Marcus) *consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & non poterit stare, sed finem habet.* Dicimus consequētiam bonam esse. Quia vt nulla res machinatur in suiipsi[us] destructionem, ita nec dęmones sagacissimi, sui regni excidiū moliuntur: quod finē quidē habere debet, vt ait Marcus, sed per Messiā eius demolitorē: ita tamen erat destruēdum regnum satanę in homines vsq; ad iudicium, vt exponit Hieron. *Quomodò ergo stabit regnum eius,* quod scilicet ipse firmare quærit, & ei conatu stabilire studet, vt Theoph. vnde docens, & Iudęi se ad regnū Dei, & non dæmonis spectare contendebant. Nam quod dicitur: *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras:* intellige, extra potestatem, & principatum: potest tamen tentare, vt fecit

Marc. 3. Expenditur illis consequētia Saluatoris etsi Satanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & non poterit stare, sed finē habet.

Theophylact.

Ioan. 12.

Gen. 5.
Ioan. 14.

cùm Adam tẽtauit, in quem nullum habebat principatum, sicut illud: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam scilicet potestatis.

Et si ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij vestri in quo eijciunt? ideò ipsi, iudices vestri erunt.

Secunda ratio Christi contra Pharisæos, quod in Beelzebub dæmonia non quaquam eijceret.
Hieronym. in Matth. 10.9
Quinam erãt filij Iudæorum eijcientes dæmonia.

Hæc est secunda ratio, siue argumentum à cõparato, quo probat se nõ præsidio Beelzebub eijcere dæmonia. Quod Hieron. his explicat verbis: *Filios Iudæorum, vel exorcistas gentis illius ex more significat, vel Apostolos ex eorum stirpe generatos. Si exorcistas, qui ad inuocationem Dei eijciebant dæmones, coarctat interrogatione prudenti, vt confiteantur Spiritus sancti esse opus. Quod si expulsio dæmonum, inquit, in filijs vestris Deo, non dæmonibus deputatur; quare in me idem opus non eandem habeat caussam? Ergo ipsi iudices vestri, non potestate, sed comparatione, dum illi expulsionem dæmonum Deo aßignant, vos Beelzebub principi dæmoniorum. Sin autem de Apostolis dictum est, quod & magis intelligere debemus* (quia certò sciebat se in nomine Iesu illa expellere) *ipsi erunt iudices eorum, quia sedebunt in duodecim solijs iudicantes duodecim tribus Israel.* Hactenus ille.

Alter sensus.
Matth. 19. & Luc. 22.

Et vocat filios vestros, vt idem non imponant illis, & alliciantur ad similia facienda. Atque hæc est expositio Patrum Græcorum. Quasi diceret; iniquum est, & plenum acceptione personarum, in eadem caussa nõ idẽ prorsus pronuntiari iudicium: quomodò in me damnatis, quod in filijs vestris laudatis? non hoc ex ignorantia, sed ex malignitate animi, & inuidia procedit. Si enim illi in virtute dæmonis pellunt malos spiritus, essent à vobis vituperandi. De his exorcistis qui fuerunt apud Iudæos ex institutione Salomonis, habes Actor. 19. septem filios Sceuę cuiusdam principis Sacerdotum, habes etiam Iosephum lib. 8. Antiquitatum, cap. 2. loquentem de ratione expellẽdi dæmonia, quam instituit Salomon.

Quando soleant homines, dæmones pellere in Beelzebub perperam tamẽn.

Solent autem homines dæmones pellere in Beelzebub, quando, vel maleficium soluunt maleficio, vel quando tentationes dæmonis, vel obscœna delectatione carnis, vel grata mundi musica expellũt, vel quando illicitos & vsurarios contractus consultò coloribus quibusdam exornãt, vel quando ambitiosus, vt ascẽdat ad aliquem gradum altiorem, hypocritam agit, aut quando quis reddit malum pro malo. Sed istæ omnes ęiectiones verę non sunt, sed falso confictę, & in virtute dæmonis.

Tertia ratio Christi pro suorũ virtute signorum in Dei Spiritu factorum, non diaboli.

Si autem ego in Spiritu Dei eijcio dæmonia: igitur peruenit in vos regnum Dei. Tertium est argumentum, vel potiùs pars præcedentis. Nam postquam ostẽdit absurdum esse dicere, aliquem eijcere dæmones per principem dæmoniorum, reliquum erat vt faterentur virtute Dei fieri. Ex quo infert, iam adesse Messiam illũ Regem à Deo vnctũ, qui victo diabolo, atque in vincula coniecto, regnum à Deo esset vindicaturus, iuxta Prophetarũ oracula.

Christi modestia planè admirabilis.

Ne verò inciuiliùs, aut arrogãtius de se dicere videretur apud illos, qui parati erant omnia calumniari, quantumuis benè dicta, nõ dixit; Igitur ego sum Messias, sed per enallagen personæ & metonymiam nominis, Ergo peruenit ad vos regnum Dei, vt quod ipse ciuiliter tacuit, illi ex connexu facilè possent intelligere: ita temperatè sermone modestiæ, vt tamen ille non fraudaret eius rei doctrinã, cuius cognitio necessaria erat ad salutẽ.

Quod regnũ Dei, vt Christus affirmat, perueneret ad Pharisæos, ipso in Spiritu Dei eijciente dæmonia.

Loquitur igitur non de regno, quo Deus regnat in cœlo, & in terra, sed de illo quod promissum est in hoc modo per Messiam reuelãdum, & administrandũ, de quo Moyses dixit: *Ipse conteret caput tuum:* & Zacharias in eius persona; Spiritum immundum auferam de terra.

Gen. 5.
Zachar. 13

Altera interpretatio.
Hieronym in Matthæum
Chrys hom. 42 in Matt. tom. 2.

Per regnum Dei intelligunt Hieron. & Chrysostomus Christum, siue doctrinam Euangelicã, de qua, Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructũ eius: vel, quod idem est, regnum illud cœlorũ, quod iam appropinquare prædicarunt, tùm Ioannes, tum Christus. Et cùm præcedenti ratione probasset se non eijcere dæmonia in virtute Beelzebub, iam ista amplius probat, quòd spiritus Dei virtute eijceret, per quẽ confitebantur exorcistas Iudaicos eijcere.

Matth 5.
Infra 4.

Ex qua conclusione infert & aliam contrariam cõclusioni, quam volebant Pharisæi statuere Nam allegãtes, Dominum in virtute dæmonis pellere spiritus, volebant regnum dæmonis statuere, & confirmare: cõtra verò Dominus, eo quod probat in Spiritu Dei eijcere se dæmonia, infert per se diaboli regnum euerti, & regnum Christi adferri.

Rudis planè, & inepta Scribarum, & Pharisæorum argutatio.

Obiectio.

Quòd si rursus quęras, quomodò ex eo inferat Dominus venisse iam regnum Dei inter Iudæos, cũ & ante Christum exorcistæ Iudęorũ eiecissent dæmonia in spiritu, siue in digito Dei? Dicendũ ex eo rectè inferri aduentũ regni Dei, quod passim, tam multos eijceret dæmones, quo ostendebatur insolita ratione regnũ Satanæ destrui. Adhæc corporalis dęmonũ eiectio eo tendebat, vt intelligerent Iudæi ipsum Messiã aduenisse, qui ex animis, & mẽtibus hominum eijceret dæmonia, vt ablato peccato, & incredulitate Deus iam regnaret per fidem, & sanctæ vitæ mores in eis.

Corporalis dęmonum expulsio, quid significabat.

Et quòd hic dicitur, In Spiritu Dei, Lucas, inquit, in digito Dei, alludens ad illud,

Luc. 11.

quod

Exod. 8. quòd Magi Pharaonis nō valētes ciniphes producere, dixerunt: *Digitus Dei est hic.* Est ergo Spiritus sanctus digitus Dei: quemadmodùm Christus dicitur manus, & dextera, & brachium. Nam digitus in substantia cōuenit cum manu, & brachio, siue corpore, & digitus procedit ex corpore, siue brachio per manum, vt manus ex brachio, vel corpore: ita Spiritus sanctus consubstātialis est Patri, & Filio, & ex Patre per Filium procedit, vt Filius ex solo Patre. Et vt facilè digito pellimus quæ nobis facessunt negotium; ita Spiritu sancto pellitur spiritus malignus, & quasi clauo clauus truditur.

Spiritus sanctus quare digitus Dei appellatur.

Elicimus ex hac ratione, tunc perfectè Deum regnare in nobis, quando ex nobis digito Dei dæmon pellitur. Quando enim dæmon corpus cruciās, & vires nostras debilitans expellitur, in Patre, cui potentia attribuitur, exire cogitur: quando verò ignorantiam Dei, & rerum salutarium quasi tenebras spirituales à nobis Deus pellit, in Filio, cui sapientia adscribitur, dæmon ex nobis eijcitur. Cùm verò peccatū, siue malitiam Deus adimit, non nisi in Spiritu sancto, siue digito Dei, qui bonitas, & charitas est, eijcitur: & tunc verè Deus regnat in nobis per Spiritum suum. Nam qui Spiritum Christi non habet, hic non est eius.

Deus quando perfectè in nobis regnet.

Diuinarum proprietates personarum.

Rom. 8.

Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiat? Hāc rationem latius persequitur Lucas, dicens: *Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa eius arma auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.* Hoc est quartum argumentum ab omnibus Euangelistis positum, quo Dominus agit in Pharisæos. Quòd si velis forma dialecticа disponere, hic est ordo. Nemo potest intrare in domum potentis munitam, & vasa illius diripere, nisi prius vicerit potentem; Atqui ego, vt videtis, ingressus in hūc mūdum, quem diabolus vt dominus possidebat, per Spiritum Dei tyrāno illo eiecto vasa illius diripio; ergo peruenit ad vos regnum Dei, & ego sum Rex ille vobis à Deo promissus. Atque hac ratione ostendit, quòd nullum habet cum Satana commercium, sed quod potiùs vt hostis, & debellator Satanæ cum eo agit. Et benè Matthæus continuando subiungit: *Aut quomodo potest, &c.* perinde ac si dixisset, Aloqui nisi sic esset, vt dixi, posset.

Luc. 11.

Quarta ratio Christi contra Pharisæos sua opera dæmonis tribuētes.

Matth. 12.

Verba, *Auferet, & distribuet,* Græcè de præsenti sunt, & vetusta exemplaria Latina sic habent. Non enim vaticinatur quod futurum est, sed quod fieri solet, proponit. Dæmon dicitur mundi princeps & tyrannus, resistens Christo Domino: qui quoniam potentior est, & superior, ligat eum, & tunc vasa eius diripit, quæ non nisi coactus dimittit ille. Et significat, homines frustra liberationem sperare, donec violento conflictu subactus sit Satanas. Vasa vocat, arreptitios, siue idololatras. Ligauit autem dæmonem Dominus passione, & morte sua, ne tātùm noceret, imò quasi nihil compareret, sed soluendus est tempore Antichristi, vt plus noceat quàm antea.

Ioa. 12 & 14.

Vasa fortis armati, id est dæmonis, quæ sint.

Apoc. 20.

Possumus autem hunc locum sic absoluere: Fortis est dæmon, non est enim super terram potestas quæ comparetur ei, qui factus est, vt nullum timeret. Et rectè à fortitudine denominatur, non à sapientia quam perdidit: non ab amore, vel decore, & pulchritudine, qua omninò nudatus est: solùm superest illi fortitudo ignorantiæ, malitiæque admixta, & ligata ad nutum Dei: quemadmodum ensis vim habet scindendi, sed repositus in vagina non secat. Censetur verò armatus potiùs offendentibus, quàm defendentibus armis, quia nihil potest eum lædere. Arma verò sunt, mendacia, errores, calumniæ, peccata, rabies, inuidia, odium, & interdum quo plus decipiat, apparet Angelus lucis, & adducit Scripturas, & rationes. Atrium eius, est hic mundus; Domus verò eius, vel aër est iste caliginosus, vel infernus locus: & atrio custodito, erat in pacifica possessione. Fortior autem superueniens, est CHRISTVS, virtus Dei, & sapientia, & vincens malitiam. Vicit autem illum in deserto tribus testimonijs Scripturarum, quisi tribus ictibus eum confodiens: & ita verbo, tactu, nutu, per se, vel per suos Apostolos eum de corporibus expellebat. Abstulit eius arma; quatenus eius technas, fraudes, & mendacia detexit, & vitia ad quæ impellit, igni gehennę digna ostendit, vt à quouis discipulo eius possint calcari.

Iob 41.

Cur Satan fortis potius, quā sapiens, aut aliter cognominetur.

Quæ sint dæmonis arma.

2. Cor. 11.

Atriū dæmonis quale sit.

1 Cor. 1. Sap. 7 Matth. 4. Vbi, quando & quonā modo dæmonem fortè fortior superueniens vicerit Christus.

Dæmoni arma quando sint per Christum ablata.

Ingressus Christi in domum dæmonis, siue in regnum diaboli, etsi communiter intelligatur de ingressu Christi per Incarnationem, rectius tamen accipimus eius manifestationem per prædicationem, & miracula: nam tunc primum cœpit dæmonem alligare, & potestatem eius comprimere. Et quod tūc se alligasse diabolū, & arma illius distribuisse indicat, prudenter intellige iam tunc cœptum fieri: quod postea perfectius per Crucem, & mortem suam, perque Apostolorum signa, & prædicationem fecit. Spolia verò distribuit, sine vasa eius; quādo homines, siue corpore

Christi ingressus in domum fortis quis ille.

Spolia dæmonis, ac vasa eius Christus qua ratione distribuerit.

arre-

arreptitios, siue anima per peccata eius suggestione admissa cruciatos liberauit, & renouauit, vt tanquam pretiosa spolia Christi bello parta, partim Patri suo, ac Deo obtulit, & assignauit, partim in ministerium eorum qui salutem consequuntur, Ecclesię distribuit, quatenus oues suas ei pasceodas commisit.

Ioan. 21.

Ratio quinta signa Christi in digito Dei, non in Beelzebub facta demonstrans

Hieronym. in Matth. tom. 9 initio.

Graeci autores.

Sequitur quinta ratio: *Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit.* Hæc ratio breuis, & efficax, ad duo respicere videtur: partim enim pertinet ad refutationem blasphemiæ illorum, quod vi Satanæ dæmones expelleret, vt Hieroymus, Græciq; ioterpretantur. Est autem in hoc sensu syllogismus in hunc modum conflandus: Qui non est mecum, cōtra me est: &, qui non congregat mecum, spargit: Diabolus, siue Beelzebub non est mecum, neque colligit mecum: ergo diabolus contra me est, & non pro me, vel mihi consœderatus. Minor propositio ex factis vtriusque comprobatur; ego enim salutem adfero hominibus, ille perniciem machinatur: Ego congrego homines in vnā Ecclesiam, ad vnū Dei cultum, ille distribuit in varias sectas, & varia idololatriæ geoera: Ego adhortor ad virtutes, ille ad vitia: Ego voco ad regnū cœlorum, ille captat quos detrahat secū ad inferos. Incredibile ergo est illū mihi esse auxilio io eijciēdo ex hominibus suos satellites dęmooes. Partim verò hic locus respicit Iudæos iuxta eā interpretationem, quā magis probat Chrysostomus in hunc locum: cuius hęc sunt verba: *Quamuis mea quidem sententia Iudaeos hic occultius denotasse videatur. Qui enim aduersus ipsum inuigilabant, & quæ ipse congregasset, dispergere conabantur, cum diabolo constituti sunt: quod significauit dicens: Omne, inquit, peccatum, & blasphemia dimittetur hominibus; blasphemia verò Spiritus non dimittetur.* Hęc ille. Est ergo sensus: Qui noo est mecum, id est, Qui non patitur se liberari per me à dæmone, cū hoste & meo aduersario manet. Et qui noo congregat mecum, hoc est, sectatores sub me, vt sunt capita sectarum, id est, pollentes natura, vel arte, quos alij sequuntur, vt Pharisęi, & Scribę, qui cū Christo colligere debebant: ideò vestrum erat mihi adesse, manumque porrigere io erigendo regno Dei. Nā quisquis nō adiuuat, & nō fit cooperator me⁹, vel adiutor in sua, & aliorum salute procurāda, quodammodò sese mihi opponit, & hostibus sociatur. Cum Christo colligunt viri Dei ministri, cum sua doctrina demessos colligunt & congregant in horreū Dei, Filios Patris dispersos, vt apud Matthęum, & Ioannē dicitur, metaphora à messis tēpore sumpta, vbi omnes accurrunt, & colligūt messem metuentes tempestatem. Satan verò rapit de corde quod seminatum est; & rapit, & dispergit oues ab ouili Christi, quod est Ecclesia. Porrò Christus medium non relinquit inter hęc duo: Aut colligere cum Christo, aut dispergere cum Satana. Vnde meritò damnātur, qui in bello Ecclesiæ ab Hæreticis inflicto, indifferentes, & vt sic dicā, neutrales haberi cupiunt, & qui in duobus sellis sedere vellūt, catholicam & hæreticā doctrinam tuentes. Cui⁹ rei gratia meritò damnatus fuit Erasmus à Iacobo Latomo Louaniensi Doctore, eò quòd medius & neutralis haberi voluit inter Lutheranos & Catholicos. Sensus enim est: Tempore quo opus est, vt me quis cōfiteatur, & non facit, contra me est: & qui nō colligit tempore quo est colligendum, ille cum Satana dispergit.

Chrys. hom 42 in Matt. tom. 2.

Quid est dicere: Qui non est mecū, contra me est.

Quando cum Christo colligant veri Dei ministri.

Matth. 3.

Ioan. 4. & 11.

Marc 4.

Ioan. 10.

In eos, qui Hæreticas simul & Catholicas partes volunt tueri.

Quod verò dicitur io alio loco: *Qui non est aduersum vos, pro vobis est:* intellige de tempore quo nō est necessaria confessio. Et qui tacet, consentire videtur, quando illi aliquid, quod eum tangat, dicitur: in aliis verò silere, noo est consensus, vel dissensus. Vel etsi medium oon sit inter esse Dei, vel esse dęmonis; secùs tamē de hominibus est dicendum. Ideò dixit; *Qui non est aduersum vos, pro vobis est.* Et Iulius Cæsar sæpe dicere solebat: *Qui contra me non est, mecum est.* Satis ergo Domious his rationib⁹ comprobauit se non edere signa in virtute dæmonis, neque Christum fuisse maleficum: solēt enim malefici omnia nocendi studio operari. Christus autē Iudæis hostibus benefaciebat, & vidēs ciuitatem Ierusalem, fleuit super illam, & pro ea passus est. Deinde malefici vtuntur annulis, characteribus, & similibus; quorū ne nomina quidē in Euāgelus inuenire possumus. Tertiò, si magiam docuisset suos Apostolos, & discipulos Dominus, Euangeliū exprimeret; quos tamē nihil aliud docuit, quàm in nomine suo Iesu signa edere. Quartò, quomodo miraculis arte magica factis doctrinā confirmasset, q̄ tota artes magicas destruit, & libros eorum combutit, vt constat io Actis, & eorum autorem, & principē Satanam detestatur, ac destruit, ac eius professores præcipuos, vt Simonē Magum, ac Elymam? Quintò, nō solēt magi tam sanctè viuere, nec tam felicem exitum mortis habere; qualem tamen describunt Euangelistæ de Dn̄o nostro Iesu Christo. Si quis vero plura, & grauiora argumēta, ad comprobandā Christi sanctitatem, & alienā ab artibus magicis in edendis signis, legat q̄ libro sexto in principio docuimus, vbi latiùs de his disseruimus.

Erasmus Lutheranorum & Catholicorum defensoris nomen affectauit.

Illud Domini verbum Qui non est aduersum vos, pro vobis est, vt verum sit.

Luc. 19.

Quod Dominus Apostolos minimè docuerit artes magicas, multis ostenditur.

Marc. vlt.

Actor. 19.

Supra 8.

Infra 13.

Quia

Spiritus maligni voces inter se an habeant.

Quia verò hoc loco maligni spiritus dicuntur dæmonia, Satanæ, Beelzebub, aduerte, quòd eum nomen ad vocãdum impositum sit, vt signum rei: spiritus maligni voces inter se non habent, quibus distinguantur: sed nos eis nomina imponimus, quemadmodum canibus, & alijs brutis animantibus. Diabolus igitur quandoque est nomẽ Luciferi, vt est apud Matthæum, & in Apocalypsi, vbi vocatur *Diabolus*, & Angeli eius. Sicut cùm dicitur: *Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum*: Quandoque verò quemuis spiritum malignum significat; vt cùm Paulus ait, *Nolite locum da re diabolo*: & Petrus, *Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret*. Ita etiam Satanas quandoque Principem dæmoniorum significat, vt cùm Dominus inquit, *Vade Satana; scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis*. Quandoque sumitur pro quouis dæmone, vt cùm ait, *Si Satanas Satanam ejcit*; quandoq; pro dæmonum vniuersitate, vt cùm dicit; *Si Satanas aduersus se diuisus est*. Belial, apostatam, vel recedentem significat: & quandoq; est nomen omnibus commune: quandoque tantùm pro Principe dæmoniorum capitur. Sicut Leuiathan, de quo scriptum est; *Ipse est Rex super vniuersos filios superbiæ*: & interpretatur, additamẽtum eorum, siue Inctus eorum, quia adiũgit se nobis ad deuorandum nos: vt Leuiathan deuorat pisces, quod est materia luctus. Lucifer, nomen est stellæ, quæ Venus dicitur, & ita vocatur Nabuchodonosor apud Esaiam; qui de cœlo regiæ potestatis cecidit, & humanitatem in bouem fœnum comedentem conuersam amisit. Atque hoc nomine, ob insignem pulchritudinem, & gratiam, in qua conditus fuit, primus Angelus dicitur Lucifer: & nos metaphoricè superbum, Luciferum appellamus, quemadmodum Christus Iudam vocauit diabolum, cùm dixit apud Ioannem: *Vnus ex vobis diabolus est*. Beel verò à Beli patris Nini statua, in qua dæmon colebatur, sumitur: & cœpit tunc idololatria, & inde Baal Moabitarum, & Beel, & Baalim Sidoniorum, & Beelphegor, quia in monte Phegor, hoc est, Deus tentiginis, siue Priapi, & Beelzebub; Zebub enim dicitur minister quidam idoli huius in abigendis muscis. Dicunt autem hunc, Principem dæmoniorum, in quo Christus omnia dæmonia posse expellere: quia de nullo tãtam famam audierant, atq; de hoc, qui erat in terra Philisthiim in ciuitate Accaron. Etatq; fortè is, qui à Græcis dicitur Apollo: qui, quoniam sapientiam in respõdendo ostẽdebat, plus Ioue colebatur, etiam si haberetur summæ potentiæ. Omnes enim dij Gentium, dæmonia. Horum igitur commercia, & societatem fugiamus, quibus à principio in baptismo renũciauimus, illorumq; opera & voluntates præstare recusem*, quin potius si Christi sumus, illis bellum indicemus, eisque tùm in nobis, tùm in alijs aduersemur. Nam in pace cum illis contrahenda perditio nostra, atque damnatio sita est; in bello verò cum illis gerendo salus nostra, felicitas, vitaq; ipsa æterna, adiuuante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto pari honore, gloria & imperio potitur, per omnia secula, Amen.

Matth. 4. Apoc. 12. Sap. 2. Ephes. 4. 1. Petr. 5. Matth. 4. Satanas, tria significat. Belial quid sonet. Iob. 41. Leuiathan & Lucifer, quid vocẽt. Esa. 14. Daniel 4. Dæmon Lucifer cur dictus. Ioan. 6. Beel vnde; ortus idololatriæ; mons Phegor, & Zebub quid sibi velint. Cur Beelzebub Princeps dæmoniorum vocetur. 4. Reg. 1. Quis Apollo Græcis, eius quæ religio. Psal. 95.

TRACTATVS XVI.

De eadẽ Domini discept. cum Pharisæis, in illa verba: *Ideò dico vobis: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autem blasphemiæ non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neq; in hoc seculo, neque in futuro*, & reliq.

VT rectiùs de peccato in Spiritum sanctum philosophari possimus, in quo interpretando multas & graues molestias atque angustias magnum Ecclesiæ lumen Augustinus passus est, vt ipse testatur serm. de verb. Domini, vbi de peccato agit contra Spiritum sanctum, vnde & de ea re loqui apud populum verebatur, quòd existimaret omnium quæ sunt in Scriptura difficillimam quæstionem; quod etiam tot veteres Patres de ea re interrogati, & peculiares tractatus conscribentes abundè testantur.

De peccato in Spiritum sanctum difficultas. Aug. serm. 11. de verb. Domini. tom. 10. De hoc articulo quid senserit, ac dixerit B. Augustinus

In primis præmittenda esse duximus verba Domini apud Marcum: nam illa inuicem cum istis collata lucem adferent disputationi propositæ. Ait igitur Dominus apud Marcum: *Amen dico vobis, quoniam omnia dimittẽtur filijs hominum peccata, & blasphemiæ, quibus blasphemauerũt: Qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, nõ habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti* (siue, vt Græcè dicitur, æterni iudicij, siue æternæ damnationis) *quoniam dicebant, Spiritum immundum habet*. Marc. 3.

Secundò præmittendũ est, aliquos existimasse, peccatũ quoduis lethale post baptismũ admissum, vel quamcunq; Christi negationem, vel apostasiã à Fide, esse peccatum

Nouati, ac similiū de peccato in Spiritum sanctum opinio.
Matth. 10.

catum in Spiritum sanctum. Et huius sententiæ fuit Nouatus hæreticus; nixus prauç intelligentiæ illius loci: *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus; confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est. Qui autem negauerit me coram hominibus; negabo & ego eum coram Patre meo qui in cælis est.* Sed si hoc verum esset, Pharisæi non peccassent in Spiritum sanctum, cùm nōdum essent baptizati, & Christiani vbi semel peccauissent, nulla esset ipsis spes resipiscentię; contra totam Scripturam. Errabat etiam in intelligentia illius loci: quoniam hic dicitur: *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus*, siue ante, siue post baptismum; nullam enim Dominus distinctionem fecit; & ita omnibus peccatoribus, secūdùm Nouatum negaretur venia, nō minùs peccantibus contra Filium, quàm contra Spiritum sanctum.

Non esse illud quamlibet negationē Christi, seu defectionem à fide, multis ostenditur.
Argum.

Tertium.

Ad hæc si ex illis verbis: *Omnis qui confitebitur me coram hominibus*, nō colligit Nouatus pœnitentem impeccabilem esse: cur ex negante colligit irreparabilem ruinam? quia magis debent esse certa verba, quæ pollicētur misericordiam, quā quæ pœnam comminantur.

Scripturę peccantibus pęnā quatenus cōminentur æternam; seu iustis vitam polliceantur æternam.
Ierem. 18.
Ezech. 18.

Cùm ergo Scripturæ iram & indignationem peccatis interminātur, sobriè sunt intelligendæ: si videlicet non rescindantur per pœnitentiam, vt explicat Dominus apud Ieremiam, & Ezechielem. Quēadmodum quando promittunt misericordiam, & beatitudinē benefactis, intellige si in eis ad vitæ vsque terminum perseueretur. Sed Nouatus deceptus est exaggerando locos, qui condemnationem sonāt; non expendendo illa, quæ misericordiam.

Ambr. lib. 1. de pœnit. c. 2. tom. 3.

Vnde Ambrosius lib. de Pœnitentia, quia non dixit, Omnis qui me negauerit; sicut *Omnis qui me confessus fuerit*, ait: *Gratiam promittit omnibus, non omnibus minatur iniuriam:* (legendum puto ruinam) *quod est miserationis, exaggerat; quod vltionis, extenuat.*

Basil. ho. 37.

Basilius quodam loco, ex illis verbis colligit etiam eum, qui negauerit, posse reparari: quia diuinam bonitatem non decet, vt mala seruet, & bona reprobet: & plus imputet ad pœnam vnam linguæ negationem extortam, quàm multas posteà spontaneas verbo & opere sui nominis confessiones.

Athan. in illud Euāgelij: Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, &c.
Vnde acceperit errorem hunc suum Nouatus.

Hic tamen considera, Athanasium in tractatu de huius loci intellectu, hunc eundem errorem tribuere Origeni atque Theognosto (à quibus fortasse hausit suum errorem Nouatus: qui illis fuit posterior) dicebant enim recurrentes ad peccata post baptismum, remissionem non consequi, quemadmodùm Apostolus dixit ad Hebræos:

Hebr. 4.

Impossibile est enim, eos, qui semel sunt illuminati, & reliqua, sed non vna & eadem via rationem huius rei reddebant.

Origenis, Theognosti & Nouati de hoc peccato opinio eadē, sed probatio diuersa.

Nam Origenes ita explicabat: *Deus*, inquit, *Pater in omnia penetrat, & omnia continet, animata, inanimata, rationalia, irrationalia: Filij autem potestas in sola rationalia sese extendit, quatenus sunt, inter quæ rationalia Ethnici sunt qui blasphemant, nondum recepta Fide. Spiritus autem sanctus in solos eos se explicat, qui sui participes facti sunt, baptismatis gratia. Cùm igitur blasphemia Ethnici peccant, in Filium peccant, quoniam ille in illis est, possunt tamen veniam consequi. Cùm verò baptizati, in quos collatum est donum regenerationis, peccant, istiusmodi iniquitas in Spiritum sanctum sese extendit: quoniam cum Spiritu sancto conuersentur, delictum faciunt, ac proinde incondonabilem esse illorum culpam.* Hæc ille ferè. Theognostus verò hanc rationem addit: *Qui primos & secundos fines transgressus est, minori pœna dignus videri possit: Qui autem tertios fines contempserit, venia excluditur.* Primos autem & secundos terminos transmitti existimat, cùm quis contra parentem & filium obloquitur: Fines autem tertios constituit in initiatione per Baptisma, & in Spiritus sancti participatu.

Sed Athanasius meritò hæc impugnat. Quia cum Filius sit in Patre, & Pater in Filio, à quibus minimè abstrahitur Spiritus sanctus, vbicunque est vnus, est alter: & qui in vnam personam peccat, in totam Trinitatem peccat. Indiuisa siquidem est illa sancta, perfecta, & beata Trinitas. Adhęc cùm non tantùm in nomine Spiritus sancti, sed etiā in nomine Patris, & Filij baptizemur: non minus in Patrem & Filium, quàm in Spiritum sanctū peccaretur. Præterea cùm Dominus ad Pharisæos hæc verba faceret, qui lauacrum Christi non acceperāt, sed & baptismo Ioānis derogauerant; quomodò noudum initiatos diceret peccare in Spiritum sanctum? Locum verò Pauli ad Hebr. interpretatur de non iterando baptismo: quemadmodùm Hebræis mos erat pluries se baptizare.

Hebr. 6.
Iudæi frequēter se baptizare consueuerant.

Ideò eos ad pœnitētiam hortatur: & vnam esse renouationem per baptisma, & nō secundam, ostendit. Sicut & in alia epistola dicit: *Vna fides, vnum baptisma.*

Ephes. 4.
Inter Pęnitentiam, & Baptisma quantum intersit.

Neque dixit, rem impossibilem esse pœnitentiam; sed, impossibile esse per viam pœnitentiæ quempiam iterato baptismate renouari. Estq; inter Pœnitentiam & Baptisma non leue discrimen. Quem enim pęnitet, is desinit quidem peccare, sed tamen retinet vulnerum cicatrices: qui autem baptizatur, tùm veterem hominem exuit, cū supernè renouatur, quasi de integro regenerat⁹ spiritus gratia. Hęc Athanasius in

illos; quæ doctissima, & verissima sunt.

Quod nam sit peccatum in Spiritu S. I. opinio.

Deinde præmittendum, alios sensisse, extremam impœnitentiam (quæ sola videtur non posse remitti) esse peccatum in Spiritum sanctum: quod & peccatum ad mortem à Ioanne dicitur. Alij rursus, obstinationem in peccato, in quo quis deliberat nunquam pœnitere, esse tradunt; Alij, desperationem de Diuina misericordia; Alij delictum ex malitia, non ex ignorantia, vel infirmitate: quod Scholastici, & præsertim B. Thomas, in sex species diuidunt, nempè Præsumptionem. Desperationem; Obstinationem, Impœnitentiam, veritatis agnitæ Impugnationem & fraternæ gratiæ Inuidentiam: Quia omnia hæc bonitati Spiritus S. aduersantur, Alij verò, vt Richardus de S. Victore, odium Dei esse hoc peccatum in Spiritum sanctum, explicant. Augustinus verò lib. De vnico baptismo tradit, contemnentes veritatem, peccare in Spiritum S. & in li. Enchiridion reum prodit esse peccati in Spiritum sanctum, qui in obstinatione diem claudit extremum: & de peccatore claudente vitam sine fide, idẽ docet in lib. Retractationum, & de verbis Dom. necnon & lib. Sermonis Domini in Monte, inuidiæ facib. fraternitatem impugnare, ait esse peccatum ad mortem, & peccatum in Spiritum S. & libr. de Fide ad Petrum, in Spiritum S. peccatore eos ait, qui desperant de indulgentia peccatorum, vel qui sine meritis de misericordia Dei præsumunt.

1. Ioan. 5. II. III & IV. Peccatum ex malitia quotuplex secundum Scholasticos. Quinta. Ricar. de S. Victo. Sexta. Augu. tom. 3. Idem in Enchirid. ca. 83. to. 3. sub init. VII opinio Idem li. 1. Retract. c. 11 1. t. initio Idem serm. 11. de verb. Domini. tom 10. Idem lib. 1. de serm. Dom. in mont. tom 4. propè finem. VIII. opinio Idem Aug. li. de Fide ad Petrum ca 3. tom. 3.

Prædicti omnes sensus duplicitet improbantur. Matt. 12.

Sed certè etsi hæc vera sint, & in Spiritum S. delicta hæc interpretari possimus quod in genere charitati, & bonitati Spiritus S. aduersentur: tamen hoc loco Dominus de certa quadam specie peccati loquebatur. Distinguit enim inter peccatum in Filium hominis, & peccatum in Spiritum sanctum: & tamen peccatum admittere quis valeat in Filium hominis ex malitia, atque in eo potest quis discedere, & obdurari perinde atque ille qui peccat in Spiritum S. Imò verisimile est nonnullos ex illis, qui eum vocacem, & vini potatorem vocauerunt, & quibus ipse dixit, *Moriemini in peccatis vestris*, in illo extinctos fuisse. Deinde ab huiusmodi, quæ dicuntur peccata in Spiritum S. (nisi in eis vita finiatur) plerumque homines resipiscunt; & propterea non videtur quo modo non remittatur nec in hoc seculo, nec in futuro. Hinc Augustinus rectè dixit: *Neq; verisimile est tot homines committere hoc peccatum in Spiritum S. quot sunt qui moriuntur in peccatis absque pœnitentia.*

Ioan. 8. August. IX. opinio.

Quamobrem dicendum videtur, Christum Dominum ad literam vocasse blasphemiam in Spiritum sanctum, vocem illam, qua signa digiti Dei expellentis dæmones, quę apertè arguebant digitum Dei, siue Spiritum sanctum, scienter & malignè tribuebant spiritui maligno: quod tùm ex textu ipso, tùm ex Patribus declaratur. Ex textu quidem, quia dixerat: *Si ergo in Spiritu Dei eijcio dæmonia, igitur peruenit in vos regnum Dei.* Et Marcus subdit, quare rei essent æterni delicti, siue peccati in Spiritum sanctum: *Quoniam*, inquit, *dicebant, spiritum immundum habet.* Ex quo constat peccatum hoc in verbo maledico consistere: & ad illa verba supplendum est: In quo dicunt eijcere dæmones: nam alioqui simpliciter dictum, videri posset potius esse blasphemiam in Filium, quàm in Spiritum sanctum. Quoniam ergo Pharisæi Dominum Iesum dicebant Spiritum immundum habere, & in illo eijcere dæmonia, cum tamen illis oppositum constaret; propterea rectè dicuntur blasphemasse, attribuentes quæ Dei sunt, dæmoni eius hosti capitali, à quo se in infinitum distare ostendebat Dominus Iesus, non solùm in vita sancta, & irreprehensa, sed etiam in doctrina ipsis dæmonibus contraria. Idem etiam confirmabat signis, & discipulis, & ipsorum à dæmonio liberatorum honesta, & sancta conuersatione, vt vndique tot testimonijs veritatis obruti, non possent contra veritatem cognitam & conscientiam loqui. Deinde idem probatur ex eo quòd distinguit peccatum inter illud quod se [illegible]ium hominis, & id quod in Spiritum sanctum committitur: vt peccatum illud in Filium hominis videatur habere aliquem excusationis prætextum, vt cum dicebant; *Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus.* Et rursus, *Vnde huic sapientia hæc, & virtutes? Nonne hic est fabri filius? Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* Et; *Si Filius Dei es, descende de cruce.* Ad hæc enim peccata, tanquam in Filium hominis delinquentes, dissimulabat Dominus, ferebatque illos & dicebat: *Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis:* at postquam perspicua & manifesta diuinitatis opera, quæ quidem Spiritus est, & sanctus, iuxta illud: *Spiritus est Deus:* & acclamationem Seraphim, dicentium: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum*, dæmoni adscribebant, & Deum diabolum, siue diabolum Deum faciebant contra omnem conscientiam; non fuerunt amplius tolerandi, sed terribilem in illos sententiam pronuntiauit ob

ac postremæ acceptione dignissima. I. argum. Marc. 3. Dæmonibus Christus repugnabat simpliciter. II. argum. Matth. 11. Ioan. 7. Matth. 27. Luc. 19. Ioan. 4. Esa. 6.

Athanasius loco prædicto.

Athanasij in eos, qui mundi ordinem atque prouidentiam Beelzebuli tribuebant, imprecatio.

tam impudentem blasphemiam: quam tectè Athanasius in eos qui mundi creationem diabolo tribuebant iaculatur his verbis: *Idem erat, & paris audaciæ, si videntes mundi ordinem & prouidentiam erga mundum, dixissent rerum naturam à Beelzebulo conditam esse, ac proinde Solem obedientem diabolo in ortus suos prodire, & per diabolum astra in cælum circumagi. Nam quemadmodum ista sunt Dei, ita & illa erant opera Patris. Quandoquidem si illa Beelzebulis fuisset, necessariò & ista Beelzebulis fuerint. Et vbi nam illis illud Geneseos, In principio creauit Deus cælum, & terram? Cæterum nihil est quod mireris istiusmodi, quum & patres eorum eiusdem sententiæ fuerint. Siquidem in eremo nuper admodum egressi ex Ægypto, in vitulum quem finxêre, Dei in se collata beneficia retulerunt, dicentes, Hi sunt dij tui Israel qui te ex Ægypto eduxerunt. Propter istam igitur blasphemiam, & eorum qui talia tunc ausi fuêre, multi sublati sunt. Quum ita denuntiet Dominus, dicens, Quacunque die visitabo inducam super eos peccata ipsorum. Nam quamdiu & illi ob aquam, & panem murmurabunt, ferebat eos, non aliter quam nutrix alumnum suum. Vbi autem magis insanierũt, & (vt psallit contra eos spiritus) mutauerunt gloriam eius in simulacrum vituli comedentes fœnum, iam deinde vt incondonabili crimine perpetrato, flagellati sunt ob vitulum quẽ fecit illis Aaron: vt ait Scriptura. Eadem hic perpetrantes Pharisæi, tale responsum à Domino acceperunt, quale Beelzebub ab ipsis excogitatus, & iam habet & olim habuit, scilicet, vt cum eo simul in igne ipsi præparato, absumantur.* Hæc Athan. & eleganter, & doctè.

Gen. 1.

Quorum se filios proderent illi infelices.

Exod. 32.

Amos 8.

Exod. 17.
Exod. 16.
Psal. 105.

Exod. 32.

III. argum. pro vltima sententia ex testimonijs patrũ.

Basi. in regul. breui interrog. 273. t. 2.

Spiritum S. qui blasphemẽt, secundũ Basil.

Tertiò hæc comprobantur testimonijs Patrum. Nam in primis Beatus Basilius in Regulis breuioribus: *Quid est*, inquit, *quod faciens aliquis, blasphemat in Spiritum sanctum? Responsio. Ex ea blasphemia, quam Pharisæi tunc vsurparunt, de quibus etiam lata est huiuscemodi sententia, perspicuum est, eum etiam nunc blasphemare Spiritum sanctum, hoc est, detrahere Spiritui sancto, quicunque effectus & fructus Spiritus sancti, aduersario ipsius attribuit: quod peccatum incurrimus plerique nostrum, qui securi periculi temerè strenuum sæpenumero appellamus ambitiosum; & ei qui iusta indignatione per zelum moueatur, & eam re indicans, iracundiæ calumniam impingimus, & ad eundem modum alia iniquis adducti suspicionibus, ementitis nominibus de aliquo dicimus.*

Hilar. can. 12. in Matt.

Hilarius in Matthæum: *Cum cætera dicta gestaq; liberali venia relaxentur, caret misericordia, si Deus negetur in Christo: & in quo sine venia peccatur beneuolentiam iterata admonitionis impendit. Omninò peccata cuiuscunque generis remittenda blasphemiam in Spiritum sanctum non remittendam. Quid enim tam extra veniam est, quàm in Christo negare quòd Deus sit, & consistentem in eo paterni Spiritus substantiam adimere: cum in Spiritu Dei opus omne consummet, & ipse sit regnum cælorum, & in eo Deus sit mundum reconcilians sibi?* Hieronymus in hunc locum, allatis verbis ex Marco, ait: *Ergo quicunque opera Saluatoris Beelzebub Principi dæmoniorum deputarit, & dixerit Filium Dei habere spiritum immundum; huic nullo tempore blasphemia remittetur. Vel ita locus iste intelligendus est. Qui verbum dixerit contra Filium hominis scandalizatus carne mea, & me hominem tantum arbitrans, quod filius sim fabri, & fratres habeam Iacobum, & Ioseph, & Iudam. & homo vorator, & vini potator sim; talis opinio absque blasphemia, quanquam culpa non careat, erroris tamen habet veniam propter corporis vilitatem. Qui autem manifestè intelligens opera Dei, cum de virtute negare non possit, eadem stimulatus inuidia calumniatur, & Christum Deiq; Verbum, & opera Spiritus S. dicit esse Beelzebub; isti non dimittetur neque in præsenti sæculo, neque in futuro.* Idem Hieronymus ad Marcellam ait, in tormentis compulsos negantes, in Spiritum S. non delinquere, sicut nec Petrus negans: *Manifestum est*, inquit, *peccatum in Spiritum sanctum: ideò non posse dimitti, quòd habeat blasphemiam; vt eum videas in virtutibus Deum, Beelzebub calumnieris in factis.* Et subiungit: *Aliud est tormentis cedere, & se Christianum negare; aliud Christum diabolum dicere: sicut tibi ipsa Scriptura atque contextus lecta attentius poterunt demonstrare.* Chrysostomus in Matthæum: *Quicunque dixerit sermonem aduersus Filium hominis, dimittetur ei: quicunq; autem aduersus Spiritum sanctum dixerit, minimè. Quare sic? quoniam cum Spiritus tam vobis notus esse debeat, rem claram atq; manifestam oppugnatis. Nam si me ignoratis, ignorare tamen non potestis expulsionem dæmonum, curationesq; hominum mirificas spiritus sancti esse operationes. Non ergo mihi, sed spiritui sancto contumelias exaggerare conamini; quapropter nisi pœnitentiam agatis, nec in præsenti vita, nec in futura punitionem effugietis. Vniuersorum enim hominum alij & hic, & ibi supplicia dabunt; alij in præsenti solummodo vita, alij in futura tantùm; alij nec in præsenti, nec in futura; vt illi ipsi, de quibus nunc agitur. Nam & hic ipsos vltus est, quoniam intolerabilia passi sunt, vrbe ipsorum vi à Romanis expugnata, ibi autem acerbissima eos expectant tormenta, vt Gomorrhæ ac Sodomorum ciues alijq; complures.* Similia ferè Theophylactus, & Euthymius. Damasus Papa in epistola ad Aurelium Episcopum Carthaginensem: *Blasphemare Spiritum, ait, sanctum nõ incongruè videntur, qui contra Sanctos Canones Patrum, qui sancti Spiritus instinctu dictati sunt, libenter aliquid, aut proteruè agunt, aut loqui præsumunt,*

2. Cor. 5.

Hieron. in Matth. 10. 9.

Matt. 19.

Sup. 11.

Idem epist. De blasphe. in Spir. S. 1. 5.

Matt. 26.

Chrys. hom. 42 in Matt. to. 2.

Theophyl. & Euthym. in Matth.

Damasus Papa.

Hæretici vt Spiritũ S. blasphement.

aut facere volentibus sponte consentiunt. Hęc ille, innuens Hæreticos propriè peccare in Spiritum sanctum, qui veritatem notam impugnant, & Ecclesiam docent per spiritum Satanæ tradidisse præcepta de ieiunijs, de cœlibatu Sacerdotum, de votis & monachatu, & de ceremonijs Ecclesiasticis obseruandis: quod est manifestè opera Dei tribuere spiritui immundo, & peccatum inexpiabile.

Hic verò notanda sunt quatuor. Primũ, cur hoc peccatum dicatur in Spiritum sanctum. Secundùm, cur dicatur blasphemia. Tertium, cur nec in hoc seculo, nec in futuro sit remittendum. Quartum, an idem iudicium sit ferendum de alijs peccati in Spiritum sanctum speciebus. Ad primum, dicendum, quædam esse peccata in personam Spiritus sancti, qualis erat blasphemia Macedonij, qui Spiritum sanctum creaturam esse asserebat, & Filij seruum, siue minorem. Sic etiam peccarunt Græci in personam Spiritus sancti, affirmantes ex Patre tantùm, & non ex Filio procedere, quemadmodùm blasphemia Arrij, dogmatizantis Filium non esse Patri consubstantialẽ, propriè & rectà militabat in personam Filij. Alia verò peccata sunt, quæ in attributum ipsius Spiritus S. id est, charitatem, & bonitatem eius, quæ illi attribuitur, tendunt. Atque ita superiùs enarrauimus sex illas species peccati in Spiritum sanctum, inter quas illam potissimum speciem attingit hoc loco Dominus: Quando veritas nota impugnatur, & quæ Dei sunt, dæmoni tribuuntur: itaque Spiritum sanctum hoc loco, diuinitatem, quæ tribus personis communis est, intelligit, à qua prodeunt omnia miracula: vt ante Euthymium, doctè Athanasius in prædicto libro annotauit. Ponitur autem nomen Spiritus sancti, & non diuinitatis, quia illud opponitur spiritui immundo, cuius virtute dicebant Dominum eijcere dæmones. Tùm etiam quia instificatio, & sanctificatio Spiritui sancto attribuitur; & miraculorum operatio quæ ad sanctificationem, & conuersationem nostram fiunt; ideò qui illa adscribit cacodæmoni, in Spiritum sanctum peccat. Si tamen ex malitia fiat: secus, si ex ignorantia. Vnde Bernardus, blasphemum Paulum fuisse tradit; non tamen in Spiritum sanctum. Verba Athanasij superius pducti sunt hæc: *Non enim ob hoc quod comparationem faceret de blasphemia sui, vel Spiritus sancti, quasi maior sit ille, ac proinde grauioris sit sceleris blasphemia in illum, hoc locutus est; absit. Nam & antea docuerat omnia quæ Pater habet, ea Filij esse, & quod non Spiritus daret Filium, sed quod Filius Spiritum discipulis præberet, & per discipulos illis, qui in ipsum crederent. Non inquam, ita de ea caussa locutus est Dominus; sed quod ambæ blasphemiæ in ipsum caderent; vsque inter se collatis, altera minor, altera maior esset; Pharisæi enim sunt, qui in vtroq; genere blasphemiæ peccant. Siquidem & illi humanitatem eius intuentes, in hæc conuitia proruperunt: Vnde huic sapientia? Et, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Et Patris opera speculantes, non solùm eius Diuinitatem inficiati sunt; sed loco Deitatis dixerunt, Beelzebulem in eo esse, Beelzebulq; esse opera quæ faceret. Atq; ideò ambobus istis contra ipsum dictis, altero tamen ob humanitatem corporis sui, minoris blasphemiæ; altero verò ob deitatem, grauioris, de grauiori pœna indeprecabilem pronuntiauit.* Et infrà: *Atque ita se in Spiritu eijcere dæmonia locutus est: non quasi Spiritu sancto minor esset, aut quasi spiritus ea in eo operaretur; sed vt ostenderet se, cùm esset Verbum Dei, omnia per Spiritum facere; & doceret auditores suos, quod in quantum opera Spiritus Beelzebuli imputarent, in tantum eos blasphemare in Spiritum sanctum, istorum operum choragum. Nam per hæc verba ostendit, ipsos non per ignorantiam, sed sponte se in hanc ineluctabilem blasphemiam infigere, nec pudore vllo duci, cum scirent istiusmodi opera Dei esse, eaq; vt amentes Beelzebuli adscriberent, affirmantes ea per spiritum immundum fieri.* Hactenus ille.

Cur hoc peccatum dicatur esse in Spiritũ sanctum.

Macedonij, Græcorum, & Arrij, in Spiritum S. blasphemiæ.

Sex peccati species in Spiritu S. & quæ potissimum à Domino hic attingatur.

Quid Spiritus S. hoc loco significet.

Athanas. loco citato.

Bern. serm. 2. in conuersione B. Pauli.

Matth. 12.

Duplex Pharisæorum blasphemia.

Ioan. 8.

Matt. 8.

Alteri dubitationi respondemus, Dominum rectè dixisse apud Matthæum, *Omne peccatum & blasphemiam*; vt distinguat inter ea, quæ facto, & verbo committuntur. Est autem blasphemia, cùm illud, quod Dei est proprium, tribuitur creaturæ, & maximè si tribuatur creaturæ damnatæ: (nam horrendissima est blasphemia, cum opera Dei, immundo spiritui, & igni æterno adiudicato tribuuntur) vel cùm id, quod Deo conuenit, illi negatur, vt potentia, sapientia, iustitia, misericordia, & similia. Vel rursus cùm id, quod imperfectum est, & creaturæ tantum proprium Deo adscribitur; vt qui dicit, illum posse peccare, posse mentiri, aut posse mori.

Cur hoc peccatum dicatur blasphemia: & quid sit blasphemia.

Tres blasphemiæ species, quibus offenditur Deus.

Cùm igitur hæ tres sint blasphemiæ species quibus diuinus honor & fama, quantum ad nos spectat, offenditur, & diminuitur: de prima specie blasphemiæ hoc loco locutus est, nimirum cum sublimia, & celsissima Dei opera diabolo adscribuntur. Et dicitur spiritus blasphemiæ, desiderium blasphemandi ex malitia, siue voluntaria blasphemia in Christum Deum cognitum: vel potius Spiritus blasphemia, nam Spiritus Græcè est gignendi & blasphemia nominandi casus; vt blasphemia sit in Spiritum.

Qua de specie blasphemiæ hic Dominus loquatur.

Spiritus blasphemię quis nam sit.

[margin: Cur hoc peccatum in Spiritum S. dicatur non remitti in hoc seculo, neque in futuro, sed modo...]

Ad tertiam quæstionem, cur videlicet hoc peccatum non remittatur, neque in hoc seculo, neque in futuro, quidam respondent, hanc comminationem intelligendam sub conditione, scilicet nisi pœnitentiam agant: quemadmodum interpretatur Dominus apud Ioannem illa verba: *Moriemini in peccatis vestris,* intelligenda esse sub conditione: *Nisi,* inquit, *credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro*: & apud Ieremiam cum loquitur aduersum gentem, & eius regnum, vt illud eradicet, & disperdat, accipienda esse; nisi pœnitentiam egerit de peccato suo. Amphilochius etiam ita legit: *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus pœnitentibus; spiritus autem blasphemia non remittetur.* Et ponderat sæpe verbum, *Pœnitentibus*; vt ita eliciamus, peccatum in Spiritum sanctum secundùm eum esse ἀμετανόητον. hoc est, impœnitentiã. Quæ expositio huic loco non quadrat: nam quodcunque peccatum, de quo quis non agit pœnitentiam, nec hic, nec in futuro remittitur. Theophylactus intelligit blasphemiam in Filium hominis remittendam dici, quia remittitur hominibus sine pœnitentia: blasphemiam verò Spiritus non remittendam, quia non remittitur sine pœnitentia: quæ expositio aut falsa est, aut intelligenda de pœnitentia seueriori, quæ necessaria est ad expianda grauiora peccata. B. Chrysostomus in Matthæum, dupliciter soluit. Primum quod tales hic supplicium non euadent, neque in futuro. Quæ sententia dubia est: quia multi sunt, de quibus Iob ait: *Tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto* (siue vt Hebraicè habetur, absq; affectione) *ad inferna descendunt*: quemadmodum etiam ille diues Epulo Euangelicus. Etsi ergo verum sit quandoq; tales diuina iudicia experiri, vt ostendat de multis tyrannis & Hæreticis, & præsertim de Iuliano Apostata, & de Arrio Hæresiarcha, & Nestorio, multi tamẽ impijssimi viri, & veritatis agnitæ impugnatores in pace & tranquillitate hinc discedunt.

[margin: Ierem. 18. Luca 6.]
[margin: Amphyloch. lib. De pœnitentia.]
[margin: III. Theoph.]
[margin: Chrys. hom. 42. in Matt. IV. solutio. B. Chrysost.]
[margin: Iob 21. Iobis illud dictum in puncto ad inferna descendunt,]
[margin: Hebraicè quid sonet. Luc. 16.]
[margin: IV. eiusdem probabilior.]

Deinde Chrysostomus adfert aliam solutionem, quæ melior est, & præstantior: nempè difficillimè & rarissimè his peccata remitti, quia huiusmodi delictum minus est venia dignum, quàm reliqua omnia. Nam alia peccata habent vel ignorantiam, vel infirmitatem, vnde condonari possint: at quæ ex malitia, & de studiosa voluntate impugnandi veritatem, & dona Dei respuendi, & dæmoni illa tribuendi procedunt, non habent vnde remittantur (licet Deus plerumque remittat) sed rarissime, & nunquam fortè in Hæresiarchis, qui pugnant contra veritatem cognitam, vt aliquando quodam loco dixit Lutherus; impellente fortassis Spiritu sancto, vt in seipsum diceret. Nam vt inter morbos is dicitur incurabilis, qui peccat in principijs vitæ, vel viam obstruit medicinis salutaribus ad vitam: ita inter peccata omnia peccatum in Spiritum sanctum censetur inexpiabile, quia aduersatur principio iustificationis, sed dispositionibus ad habendam remissionem peccatorum institutis; nihilque in se habet, vnde Diuinam clementiam ad miserandum inflectat: quemadmodum delicta ex ignorantia, infirmitate, siue subreptione admissa, de quibus Dauid; *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris*; & alio in loco: *Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea,* Adhæc quomodo assequetur misericordiam, qui ipsi misericordiæ iniurius existit, & qui ipsi Spiritui sancto, per quem datur remissio, iniuriam faciet? & qui filium abnegat, vt ait Athanasius quibus deprecari potest, vt propitiatorem, & vitam inueniat? Hinc in Scripturis impossibilia dicuntur, quæ difficilè fiunt: & Philosophus in Metaphysicis impossibile vocat, quod vix fieri queat: & in Ethicis intemperatum vocat impœnitentem, quòd difficilè pœniteat, non quod omninò pœnitere nequeat. Et impossibilia vulgò vocantur, quę creditu, vel factu sunt difficillima. Vnde Apostolus, qui dixerat: *Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, &c. & prolapsi sunt: rursus renouari ad pœnitentiam*: ne lector simpliciter impossibile existimaret, subdit: *Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora, & viciniora saluti, tametsi ita loquimur.* Atq; expositio maximè bonitati Dei, & æquitati est consona. Tum quia nulli Deus absolutè reuelauit suam damnationem, vt Doctores tradunt: quia esset irritamentum ad desperationem. Tùm quia aliqui sic blasphemantes, consecuti videntur misericordiam, propter precationem Christi in Cruce, vt tradit Chrysostomus: & aliqui ex illis ex ignorantia delinquebant, vt dixit Petrus: *Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis: sicut & Principes vestri*: quib. idem Petrus Apostolorum Princeps indiscriminatim remissionẽ peccatorum per baptismum pœnitentiæ pollicetur, iuxta illud: *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum in remissionẽ peccatorũ in nomine Iesu Christi in remissionẽ peccatorum vestrorũ.* Tùm quia Dominus non dixit Blasphemia Spiritus est irremissibilis; sed, *Non remittetur*, non asserens impossibilitatem;

[margin: Dictum Lutheri.]
[margin: Peccatum in Spiritum S. cur dicatur inexpiabile.]
[margin: Peccata quæ facile apud Deum sunt expiabilia.]
[margin: Psal. 24. Psal. 6.]
[margin: Per quem datur remissio peccatorum.]
[margin: Athan. libro de communi essentia Patris & Fil. & Spiritus S.]
[margin: Quæ fere impossibilia habeantur & Scripturæ, & communi more loquendi.]
[margin: Arist. lib. 5. Metaphys. & Ethic. 7.]
[margin: Heb. 6.]
[margin: Cui vnquam nemini Deus suam potestatem intentã.]
[margin: Luc. 23.]
[margin: Chrysost. loco prædicto.]
[margin: Act. 3.]
[margin: Supr. 2.]

Rom. 1. litatem; sed euentum, vt plurimum tale delictum non consequitur remissio ob eius enormitatem, per quod homines tradnntur in reprobum sensum. Tùm denique, quia Ecclesia pro ijs, qui eiusmodi peccati sunt obnoxij, orare consueuit: quod non fieret, si peccatum non esset omnino ad mortem, & deploratum, & absque vlla facultate resipiscendi. ¶ Ad quartum: idem omninò sentiendum de alijs peccati in Spiritum S. speciebus, si ex malitia, & ob apertam veritatem admittantur: quoniam suo modo non remittuntur, neque in hoc seculo, nec in futuro. Et hactenus de hac quæstione dictum sit.

An eadem ratio sit de alijs peccati in Spiritum S. speciebus.

Ex ijs autem verbis: *Non remittetur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro:* in primis refellitur error Origenis, dicentis, Omnes peccatores aliquando in futuro seculo veniam consecuturos. Deinde confutatur error negantium statum purgatorii post hanc vitam. Et aliud elicimus dogma, nempè, quædam peccata esse, quæ possint hic, & in alia vita remitti. Nam alioqui vanum, ac superfluum videtur, ponere illud verbum, *in futuro,* præsertim in Euangelio, & verbo abbreuiato, si nullum in futuro remitteretur: sicut verbum id, in præsenti seculo, si nullum hic, peccatum remitteretur. Quod & Patrum, ac veterum Doctorum sententiæ confirmant. Nam ita Augustinus ponderat hunc textum lib. De ciuitate Dei, & libr. contra Iulianum, atque alijs in locis; Gregor. item in libro Dialogorum, & Beda super Marcum, Bernardus quoque super Cantica, Petrus Clunicen. Bernardo ipsi æqualis in epistola contra Petrobrusianos, & Rabanus lib. de institutionib. Clericorum, denique Anselmus in priorem epistolam ad Corin. quorum testimonia, ne prolixiores simus, non producimus.

Hic Marci locus: Non remittetur ei neque in hoc seculo, neq; in futuro, tria nobis documenta suppeditat. Orige. Esa. 10. Rom. 9 Eadem opinio antiquoru Patrum dictis cōprobatur.

Aug li. 21. de ciu. Dei. cap. 24. tom 5. Idē li 6. cōtra Iul. c. 5. to. 7. Greg li 4 dial. c. 39. to 2. Bed super Marc. c. 3. t. 5. Bern. ser 66. super Cātica. Petrus Clun. Raban. lib 2. De instit clerīc c. 4. Anselm in c. 1. prior. ad Cor. part. 2.

Nec bene soluitur hoc argumentum, dicendo quod consequentia mala est, quæ ex negatiua colligitur. Etsi enim non sit collectio formalis, ratione tamen materiæ, & communis phrasis loquendi optimè colligit. Valet enim ex vsu sermonis: Romanus Pontifex non parcet homicidæ, Bononiæ, aut Romæ: ergo potest remittere Bononiæ, & Romæ. Nam illa negatiua propositio virtute continet hanc affirmatiuam: Pontifex potest parcere & Bononiæ, & Romæ. ¶ Alij autem se putant euadere, si dicant, his verbis Dominum voluisse incutere timorem peccantibus in Spiritum S. Sed certè terror falsitate, aut mendacio non incutitur.

Variæ soluendi rationes proponuntur, ac refelluntur in quæstione proposita. I. Solutio.

II. Solutio.

Tertiò alij dicunt, esse tropum Hebræum, quo significatur aliquid nunquam remittendum: quia & in futuro, & in hoc seculo poterat dimitti. Quemadmodùm Paulus ad Ephes. docet, Deum constituisse Christum super omnem principatum, & potestatem, & omne nomen quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro. Sicut ergo si nulla esset potestas, vel nomen in alio seculo, super quod Christus constituatur, frustra dixisset Apostolus, sed etiam in futuro: ita si nullum peccatum alibi remitteretur, frustra dixisset Dominus non remitti peccatum in Spiritum S. in futuro seculo.

Tertia. Ephes. 1.

Quartò, alij euadunt, allegando verba Marci, qui ait, quòd Spiritus blasphemiæ non remittetur in æternum, sed reus erit æterni delicti: vnde colligunt idem esse: neque in hoc seculo, neq; in futuro, ac dicere, nec in æternum. Ex quo non licet colligere: ergo aliquod peccatum in futuro remittetur. Respondeo: hæc dictam veritatem infringere non posse: quòd vt solidè confirmem, talem formo rationem. Nam aut Christus Dominus dixit ipsa verba quę habet Matthęus, aut illa per compendium, quæ continet Marcus, aut vtraque. Si, vt Matthæus habet, pronuntiauit: efficaciter colligimus, aliquod peccatum remitti in futuro seculo. Sin verò, vt Marcus refert, qui, vtpote posterior, Matthæi Euangelium compilauit, & abbreuiauit, vt quidam sentiunt; tunc sequitur, quòd cùm Matthæus, Spiritu sancto dirigente, apertius & latius scripserit, sententiam compendiosam, & obscuram Domini apud Marcum interpretatus est, declarans illud verbum: *Non remittetur in æternum,* intelligendum esse, hoc est; *neque in hoc seculo, neque in futuro.* Si verò vtraq; dixit (quod impossibile non est) hoc modo: Qui blasphemauerit in Spiritum sanctum, non remittetur in æternum, neque in hoc seculo, neq; in futuro: tunc verba illa, neque in hoc seculo, nec in futuro, declaratio quędam, & expositio essent verbi illius, in æternum. Non est autem probabile Christum dixisse: Non remittetur in æternum in hoc seculo, nec in æternum in futuro: quia præsens seculum æternitatem non habet anteriorem, nec posteriorem: quòd si etiam sic dixisset, adhuc sequeretur posteà remitti: nisi frustrà asseramus pronuntiari, nec in æternum in futuro.

Quarta. Marc. 3.

Adhæc, ex solis verbis Marci, etiamsi non essent verba Matthæi, liceret colligere purgatorium. Ex eo enim, quod asserit esse delictum æternum, seu dignum ętęrno iudicio, sine cōdemnatione, vt habet Græca litera, satis innuitur esse aliquod pecca-

Eadem Marci sententia vel ipsi Luthero extorsit purgatorij veritatem.

Veritatis quanta vis.

tum dignum transitorio, & temporario iudicio, etiam post hanc vitam. Quomodocunque ergo conetur quis euadere hunc locum, magis inuoluitur: tam potens est veritas. Vnde vel Martinus Lutherus in disputatione Lipsiensi confessus est veritatem purgatorij ex hoc loco educi.

Quid illud: Aut facite arborem bonã & fructum eius bonum, &c.

Aug. to. 10.

Sequitur in textu: *Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Siquidem ex fructu arbor agnoscitur.* Refert August. serm. 12. de verb. Domini ad Pharisæos dicta hæc verba, vt indicet bona eos loqui, & facere debere, si modò boni sunt: contra malos habendos, si pergerent malos fructus edere. Et ait, illud, *Facite arborem bonam*, præceptum esse; facere verò arborem malam non esse præceptum, sed monitionem vt caueatur: qui sensus durior paullò esse videtur. Sed præstat sequi B. Hieronymum, qui pulchrè absoluit hunc locum, his verbis:

Altera sententia congruentior.

Hier. in cap. Mat. 12. to. 9.

Constringit eos syllogismo, quem Græci vocant ἄφυκτον, nos ineuitabilem possumus appellare; qui interrogatos hinc inde concludit, & vtroq; cornu premit. Si, inquit, diabolus malus est, bona opera facere non potest. Si autem bona sunt, quæ facta cernitis; sequitur vt non sit diabolus qui ea facit. Neq; enim fieri potest, vt ex malo bonum, aut ex bono oriatur malum. Hæc ille. Quòd autem ait, facite; idem valet ac si diceret, concedite. Et arbor bona, Deus est natura, & voluntate: dæmon, mala est voluntate, sed bona natura. Fructus bonus, opera sunt Christi bona, & dæmoni impossibilia. Cognoscitur autem arbor ex fructu: quod non esset, si posset esse mala, & fructus bonus: vel contrà bona & fructus eius malus.

Ἄφυκτον Græcè quid.

Arbor bona quæ sit, quæ mala. Fructus bonus quinam.

Pharisæi cur dicti à Christo progenies viperarum. Matt. 3. & Ioan. 8.

Vnde subdit: *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur.* Quasi diceret Dominus, Non mirum est, si huiusmodi conuitia iactatis: nam cum mali sitis, & progenies viperarum, similes eis in veneno inuidiæ, vel filij dæmonis (quippe isti de genere gloriabantur) non potestis bona loqui. Et vt iudex iactat in eos contumeliosa verba in pœnam, non in vindictam: quia poterat eos occidere. Vel, filij viperarum dæmonum, non mirum me, quàm vos odio prosequentium. *Quomodo*, inquit, *potestis bona loqui, cum sitis mali?* Simile est huic illud Ieremiæ: *Si mutare potest AEthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, &c.* quib. verbis non magis impossibilitas, quàm difficultas indicatur. ¶ *Siquidē ex abundātia cordis os loquitur.* Hæc sententia eadem est cum ea, quam Dominus apud Matthæum alibi dixit: *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes,* & quæ sequuntur.

Ierem. 13.

Matth. 15.

Hanc autem sententiam secat in duas partes: Quia sicut aliæ cogitationes bonæ, & aliæ malæ, sic & verba. Proptereà subiungit: *Bonus homo de bono thesauro profert bona: & malus homo de malo thesauro profert mala.* Thesaurum vocat, cor occultum, ex quo quasi ex aceruo cogitationum promuntur bona, vel mala: quod si bonum est, bona loquitur semper; si autem malum, vt plurimum mala: nam vel desinit mala loqui, ne impurus habeatur; vel si bona loquitur, plerumque vt decipiat, vt vt bonum nomen habeat apud homines, non propter Deum loquitur. Et vide, cor bonum thesaurum esse, in quo delitescit Deus, & ex quo pretiosa opera, & vitam æternam promerentia prodeunt: de quo: *Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit.* Mali autem, thesaurum malum habent, hoc est diabolum in corde, quo sibi indies thesaurizant iram in die iræ. Ponderāda est hæc sententia, quia vt poeta quidā dixit: *Lasciua est nobis pagina, vita proba est.* Sed certè ex abundantia cordis os loquitur, Id etiam ex insatiabilē maledicēdi libidinem, qua ad miraculum refertus fuit Lutherus expendi oportet; vt intelligas ex quo fonte tanta debacchandi in Ecclesiam, illamque crimina odi, & atrocibus iniurijs calumniandi licentia prodierit.

Thesaurus cordis cor occultum est.

Cor bonum thesaurus est latibulum Dei, operumque origo bonarum.

Prou. 4. Cordis mali thesaurus quis ille. Rom 2. Martial li. 1. epigr. 4.

Maledicendi morbo Lutherus quantopere laborauerit.

Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum: quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Quia Dominus dixerat de blasphemia Spiritus, ne putaret peccata magna tantum esse fugienda; subiungit doctrinam de fugiendo verbo otioso. Nam vt verbo bono homo iustificatur, & verbo malo condemnatur; ita ex otiosis discutitur, & examinatur iudicio. Beatus Chrysostomus exponit, verbum otiosum esse calumniosum, & mendax, & quasi vacuum veritatis, quodque nulla de re profertur. Sed probabilius Hieronymus distinguit inter otiosum, & criminosum, ait enim: *Otiosum verbum est, quod sine vtilitate & loquentis dicitur, & audientis: si omissis serijs, de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Ceterùm qui scurrilia replicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliquid profert turpitudinis, hic non otiosi verbi, sed criminosi tenebitur reus.* Basilius in reg. breuiorib. scribit: *In vniuersum, omne verbum quod ad propositum in Domini rsum non facit, otiosum est: & adeò magnum est huiusmodi verbi periculum, vt licet genere ipso de numero bonorum sit quod dicatur; tamen nisi ad ædificationem fidei dirigatur, nequaquam proptereà quod bonum sit, liber sit à periculo qui illud locutus sit: quippe qui videlicet ex eo, quod ad ædificationem illud* non ac-

De verbo otioso disseritur. Quodnam sit verbum otiosum.

I. opinio. Chrys hom. 43. in Matt. sub. init. to. 2.

II. opinio. magis probabilis. Hieron. in Mat. to 9.

III opinio. Basil in reg. breuior. inter. 23. to 2. ante med.

Quàm magnum sit otioſi verbi periculum teste Basil.

Ephes. 4.

non accommodauerit, contristasse noscitur Spiritum sanctum Dei. Hec enim apertè docuit Apostolus, cum dixit, Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et subiecit illud: Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis. Sic ille. Est ergo in his Domini verbis argumentum à minori ad maius: nam si omnis sermo inutilis ad districtum iudicij examen est vocandus, quanto magis blasphemiæ, & maledicæ in Deum voces?

Qualis debeat sermo ex ore nostro procedere secundū Apostolum.

Verbi otiosi qualis ratio reddi valeat.

Quod si vrgeas, quomodo verbi otiosi, id est, ratione carentis, possit reddi ratio? Dicendum est, quia de eo homines examinabuntur, & ratio exigetur: quam qui reddere non poterit, condemnationem accipiet, iuxta illud Apostoli, *Vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo*: id est, à Deo exigetur ratio dictorum, & factorum. Rursus si instes; Verbum otiosum dicitur omne vanum verbum: quomodo ergo de verbo otioso exigetur ratio in nouissimo iudicij die, quo tantum punientur delicta mortifera æterna damnatione? Dicendum est, hunc locum intelligi de particulari vnius cuiusque iudicio, quod fit in morte. Vel si retineamus hæc delicta illo nouissimo die, intellige damnatos etiam puniendos in æternum pro leuioribus delictis quæ admiserunt, quia non solum impia, & peruersa verba, sed etiā otiosa eos cruciabunt; & leuiora peccata iustorum, & electorum apparebit iustè in illis fuisse vel pœnitentia, vel purgatorio punita.

Rom. 14.

Cum in nouissimi iudicij die mortifera sint tantum delicta punienda, cur etiā de verbo otioso reddenda ratio sit.

Otiosum verbum quale peccatum sit. Iustis, & iniustis hinc migrantib. de verbo otioso vt reddenda ratio sit.

Non ergo loquitur de verbo blasphemię, aut de verbo pernicioso, aut detrahente, neque de turpi, aut sub obscœno: nam hæc per se mala sunt, sed de verbo otioso: quod nimirum est, quando sine ratione, aut vtilitate, aut necessitate effunditur. Estque semper veniale ex genere suo, reddeturq; ratio de eo in iudicio particulari, etiam à discedentibus in charitate: in iudicio autem vniuersali reddetur ratio de eo ab omnibus discedentibus in mortifero delicto, & secundum quosdam nunquam remittetur, quia nulla erit eius pœnitentia. Gregorius in Moralib. vocat otiosum verbum omne illud, quod caret, aut ratione iustæ necessitatis, aut intentione piæ vtilitatis. Cum igitur in lubrico versetur lingua nostra, & tam procliues simus ad verba profundenda, & linguam nemo domare possit, vt dixit frater Domini: diligenter Dei Dei gratiam, & spiritum ambiamus, vt tantam feram intra cancellos rationis retinere possimus, ne quenquam mordeat, aut veno infamiæ denigret. Cumq; huic vni domandæ omnes incumbere oporteat; præcipue tamen hoc ad viros Religiosos spectat qui cum multa, & grauia peccata seculum fugientes declinauerint, adhuc tamen linguam suam moderari nesciunt. Quos illa sententia fratris Domini & Apostoli rectè admonitos velim: *Si quis putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Et planè cor hominis vanum ostendit.* Et quoniam Religiosi perfectionem profitentur, ne pigeat illos tam sancto exercitio frænandæ linguæ vacare: quia vt idem Apostolus testatur: *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir*: quam perfectionem vtinam serio, & ardenter expetamus, vt illam impetremus à Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto sempiterna concedatur laus, gloria, principatusque in secula seculorum, Amen.

IV. Opinio. *Greg. li. 7. Moral. c. 25. to. 1. & li. de cura pastor. Admonit. 15. tom. 2 prope init.*

Iac. 3.

Linguam coercere debeāt qui maxime.

Iac. 1.

Infra 3.

TRACTATVS XVII.

De disceptatione Domini cū Pharisæis signa de cœlo petentib. Matt. 12. & Luc. 11. *Tunc responderunt ei quidam de Scribis, & Pharisæis, dicentes, Magister, volumus à te signū videre. Qui respondens, ait illis, Generatio mala, & adultera signū quærit, & signum non dabitur ei, nisi signū Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.*

Quomodo hæc cohæreant cum præcedentibus.

EXplicabimus pro more nostro verba Matthæi, & si quid huic disceptationi ex Luca sit adijciendum, non prætermittemus. Hæc autem interrogatio, & Christi responsio iuxta ordinem historiæ cohærent cum immediatè præcedentibus: nam postquā Dominus respondit ad illam blasphemiam obiectam, quod in Beelzebub eijceret dæmonia, proximum fuit vt responderet ad alteram, de qua dixit Lucas, Et alij tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo: quam tentationem verisimile est illos confusos prioribus rationibus in vindictam excogitasse, atq; illi proposuisse, etiam si Lucas vtramque blasphemiam simul propositam enarret. Sed verisimilius est quod Matthæus describit, nimirum Dominum prius respondisse ad priorem calumniam, deinde eos secundam tentationem, adiecisse, atq; illi similiter respon-

diſſe. Et vt in priori capitoſa interrogatione, ita in hac de ijs triumphum agit.

Quando accidit hæc tentatio Phariſæorum.

Ait igitur Matthæus: *Tunc reſponderunt quidam de Scribis, & Phariſæis.* Illo aduerbio Tunc, proponit tempus huius tentationis, id eſt, poſtquã liberauerat obſeſſum à dæmonio, & ſurdo reſtituerat auditum, & muto loquelam, & cæco viſum: & in vno miraculo quatuor ſigna apparebãt. Quod vero ait: *Reſponderunt*, intellige large, vt quãdoque vſurpari ſolet pro eo quod eſt dixerunt, etiam ſi nulla præcedat interrogatio. Peccabantq; petẽdo ſignum ſuperfluum, cum tot cernerent, tamque manifeſta, & quia petebant vt Chriſtum confunderent: quemadmodum Achaz nõ acceptando ſignum, Deo præcipiente, ne honorificaretur, peccauit. Deſignantur autẽ fuiſſe Scribæ, & Phariſæi, id eſt, docti, & religioſi, penes quos erat doctrinę miniſterium, & ſanctæ vitæ exemplum. Addit Lucas hanc interrogationem factam turbis concurrentibus, ſiue, vt Gręce dicitur, cõglobatis, quia doctrinam hanc de non petendis ſignis, tanquam vtiliſſimam, voluit Dominus omnibus eſſe communicatam, & turbam in aliorum capitibus addiſcere Deum non eſſe tentandum, quod horrendum eſt delictum: *Magiſter*, inquiunt, *volumus à te ſignum videre*: Molliter loquuntur, vt magis decipiant, ſecundum illud: *Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula*: & Poëta:

Cur Dominũ iſti tentauerunt.

Eſa. 7.

Scribæ, & Phariſæi quales homines eſſent.

Luc. 11.

Dicta interrogatio cui facta ſit turbis concurrentibus conglobatiſve.

Phariſæorum hypocriſis.

Pſal. 54.

Fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.

Magiſtrum ergo vocant, cuius nolunt eſſe diſcipuli. Siquidem cæco nato dixerunt: *Tu diſcipulus illius ſis: nos autem Moyſi diſcipuli ſumus.* Sed eius, qui verè eſt diſcipul⁹ Chriſti, non eſt dicere, volumus, vel volo, ſed: *Fiat voluntas tua*, nec eius eſt petere ſigna, nec magiſtri eſt ea dare, ſed docere veritatem. Inſigniſq; eſt inſipientiæ, ſigna præferre rationi, & veritati, propter quam mortui ſunt tot martyres, totque admiranda ſigna edita. ¶ Nos, inquiunt, eruditi, & docti in lege, non plebeij, aut idiotæ, aliquod te, & nobis dignum ſignum videre cupimus. Quo verbo denotatur curioſitas, vt olim Herodis ſignum aliquod à Ieſu fieri videre cupientis: non autẽ ob fidem concipiendam, vel confirmandam. Bene etiã dicunt, videre: quia quæ hactenus fecerat, vidẽtes non viderant: verè enim nihil vident, qui ſenſib. tantum, ſine ratione, & fide illa vidẽt: & tolerabilior eſſet petitio, ſi ad fidem alendam illa poſtularent. Quanquam hęc, incongrua, inutilis, atque inepta fuiſſet poſtulatio, quandoquidem ſigna fidem non præſtant: quia multi, qui viderunt ea, non

Ioan. 9.

Vere diſcipuli Chriſti vox.

Matt. 6.

Quorundam inſignis ſtultitia.

Luc. 23.

Verè qui nihil videant.

Signa fidem non præſtant, ſ. d[...]gunt.

crediderunt: multi etiam qui nõ viderunt, credunt, & latro in cruce ſine ſignis credidit, & Samaritana ad fontem, & Dominus ſimpliciter dixit: *Neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.* Petere præterea ſigna ad credendum, eſt, nolle mutuare Deo ſine pignore, vt Iudæus conſueuit, etiam ſi non petentibus, ſed ſimpliciter credentibus detur pignus, & arrha ſpiritus: vt teſtatur Apoſtolus. Petebant autem ſignum non quodcunque, ſed vt Lucas ait, de cœlo, vt Moyſes obtinuit manna de cœlo: Ioſue ſtare fecit Solem & Lunam: Samuel tẽpore ſereno fecit deſcendere grandinem, pluuiam, & tempeſtatem: Eſaias Propheta obtulit Regi Achaz, vt peteret ſibi ſignum à Domino Deo ſuo, ſiue in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra, quod proculdubio in cœlo ſignificabat: Helias fecit ignem deſcendere de cœlo. Ezechias fecit vmbram Solis retrocedere per decem lineas in horologio Achaz. Sed & ſtultum hoc eſt pro libidine ſua petere ſigna, videlicet violationem, peruerſionemque ordinis rerum naturalium, quod eſt tẽtare Deum de improuidentia. Deinde omne verum ſignum de cœlo eſt, quia omnem vim agentis creati ſuperat, & infinitam Creatoris virtutem poſcit. Ad hæc ſigna in Sole, igne, & nubibus, non minus calumnijs expoſita ſunt, quam alia: poſſunt enim occultis aeris tribui impreſſionibus, aut adſcribi Angelis malis, aut bonis, qui cœlorum poſſunt impedire motum. vnde vox illa: *Et clarificaui, & iterum clarificabo*, de cœlo deſcendens, dicta eſt à quibuſdam eſſe tonitruum. Præterea ſine ratione petebant, cum Moyſen ſine ſignis cœli, paucisque in terra miraculis, id eſt, tribus, receperint. Rurſus Niniuitæ Ionam ſine ſignis acceptarunt, ſicut Iudæi alios Prophetas. Contra pſeudoprophetæ cum ſignis apparuerunt, vt illi, de quibus apud Matth. Dominus ait: *Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Et Antichriſtus veniet in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus: & Simon Magus ſigna falſa edebat, & ita nonnulli alij. Amplius ſigna Meſſiæ in primo ſuo aduentu prædicta ſunt quod eſſent futura in terra, & non in cœlo: vnde Eſaias dixit: *Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum.* Rurſus cum olim Deus eſſet in cœlo, congruum erat, vt tãquam cœlorũ habitator ſigna ederet: ex quo autem cœpit eſſe in terra, & cũ homine, qui terra eſt, coniunctus fuit, quod

Luc. 23.

Ioan. 4.

Luc. 16.

Petere ſigna ad credendũ quod ſit.

Phariſæi quale ſignum a Domino poſtularent.

Exod 16.

Ioſue. 10.

1 Reg. 12.

Eſa 7.

4. Reg 1.

Iſa. 38.

Stulte admodum illos ſigna petiiſſe de cœlo.

Ioan. 12.

Ion. 3.

Matth. 7.

2. Theſſ. 2.

Eſa. 35.

eſt ſi-

Signorũ omnium maximum quod nam sit.

est signorum omnium maximum, decebat vt & signa fierent in terra, & in vtilitatem hominum terrigenarum. Cæterum signa, quæ tantum potestatem indicabant, & vtilitatem minime adferebant hominibus,

Qcũ signa raro faceret Dominus noster, quæ sæpius.

raro faciebat Dominus : vt ambulare super aquas, arefacere ficulneam, inmittere dæmones in porcos, transfigurari in monte: at quæ simul cum potestate amorem indicabant erga nos, frequenter edebat. Signa item in cœlo propria sunt secundi aduentus Christi in gloria, de quo dicitur: *Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis*. Et Apostolus: *Reuelatur enim ira Dei de cœlo*, & Psaltes: *Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius*. Postremo certum signum malitiæ est nõ satiari signis ad credendum, quæ vt diximus, non dant fidem, aut quasi nõ fuerint signa de cœlo apertio cœlorum in baptismo, & Ioannis cœlestis vox, & testimonium Patris, aut quasi vita Christi & doctrina cœlestem non se proderet & diuinam, signorumque aliorum testimonijs non indigere.

Ioan. 6.
Marc. 11.
Matt. 17.
Luc. 21.
Rom. 1.
Psal. 96.
Pharisæorum, Scribarumq; nequitia.
Matt. 3.

Qui respondens, dixit eis, Generatio mala, & adultera signũ quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Annotat D. Chrysost. Iesum Dominum tacere solitum in iniurijs sibi illatis, vt cum dicebant: *Dæmoniũ habet, & insanit: quid eum auditis?* Et rursus: *Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* Cum vero laudaretur, acriter se laudantes redarguebat, vt hic facit, quia Christus, & laudationibus, & vituperationibus nostris superior erat. Vt hinc nos discamus, qui delectamur laudibus, & vituperijs perturbamur, & hæc æquanimiter tolerare, & illas magno, & excelso animo contemnere: tantumq; Dei commendationem cõmunem bonis, atque eius extremam confusionem, quæ malorum erit in iudicio, magni facere, ac curare, atque interim bonæ conscientiæ nostræ quæramus testimonium, atque eius reprehensionem perhorrescamus, de qua dilectus ait: *Si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, & nouit omnia.* Docet igitur scutum quo excipiendæ sunt iniuriæ, id est, patiẽtiam: & scutum, quo excipiendæ sunt adulationes, & blandi sermones, nempe verbum asperum, quo repellatur adulator.

Christi nos io opprobrijs & contumelijs sibi illatis patientia, in laudibus vero quid doceat impatientia.
Chrys ho. 44. in Matt.
Ioan. 10.
Ioan. 8.
Ioan. 3.
Quonam tel excipiẽdi sint, tum detractorij, tum adulatorij sermones.

Dominus igitur vocat illos generationem malam, siue vt Græce dicitur, πονηρὰν, id est, prauam, siue curuam, seu vt Luc. ait, nequam, quæ non vult corrigi, & quæ se iactat patrem habere Deum, & Abrahæ filiam, & Moysi disciplinam: cum tamen, & à Deo, & ab Abraham, & à Moyse longe degenerauerint. Generatio enim significat, habentes vnum genus vitæ, vel in bonum, iuxta illud, Generatio rectorum benedicetur, vel in malum, secundum id, generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo Spiritus eius. Adulteram vocat, nõ carne, quia non decebat tam graué magistrum talis verbi acerbitas, & acrimonia, maximè quia non est culpa vlla ipsius degeneris, quia esset corroborare opinioné illorum, qui in sanguinis nobilitate magná religionis partẽ sitam esse putãt, sed spiritu adultera, quę à patrum fide, obedientia, & cæteris virtutibus degenerabat, & quia vt adultera fingebat se suũ spõsum Christũ cui erat despõsata, diligere, vt isti, qui verbis mollibus dicebant: *Volumus à te signũ videre*, verè autem amabat adulterum, hoc est, dæmonem, siue peccatum. Nam Iudæi apparebant quidem Dei cultores, verè autem erant diaboli sectatores, & alumni. Adultera etiam non tantum intellectu deprauato, sed etiam quæ non credit aduentum viri sui Christi, nec soluitur ab adulteri amplexibus, donec videat signum aduentus viri sui, quem metuit.

Pharisæi, & Scribæ cur generat o praua nominentur.
Ioan. 8.
Generatio quid.
Psal. 111.
Psal. 77.
Quare adultera, & quomodo.
Alia ratione adultera Iudæorum generatio.

Et signum non dabitur ei, Ideo exnenda est voluntas propria, quia signum nõ datur ad malorum hominum voluntatem, & libidinẽ. Non exaudiuit ergo Dominus Iudæos: tum quia malo animo petebant, neque signis erant cõuertendi, tum quia nunquam satiabantur signis, tum quod signum de cœlo non faciebat communiter, quia volebat seipsum superare faciendo signa vtilia hominibus, ob quos fiebant, & maxime illa, quę ostendebant Dei potestatem sine curiositate: qualia erant illa, quæ expressit apud Marcum: *Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, super ægros manus imponent, & bene habebunt.* Signa etiam de cœlo, ob ignorãtiam nostram, qua, quæ naturalia sunt miracula, & contra, quæ miracula sunt, naturalia putarem⁹, nõ minus, vt diximus, refutari poterant. Et cum Dominus venisset ad saluandum, bonumque nostrũ sit potius in ordine cœlorum, quam in illorum permutatione: Christus in cœlo signa non edebat. In veteri autem Testamento, cum nondum esset ostensa Dei benignitas ad homines, raro signa circa homines operabatur Deus. Vnde dixit Domin⁹ apud Lucam: *Multæ viduæ erant in diebus Heliæ in Israel, quando clausum est cœlum annis tribus, & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierẽ viduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Heliseo Propheta,*

Cur Pharisæis signum petentibus D. illud non concessit.
Quæ signa Dominus libenter faciebat.
Marc. vlt.
Quare Christus de cœlo signa non faceret.
Olim Deus cur signa raro ederet humano generi vtilia
Luc. 4.
3. Reg. 17.

4. Reg. 5.
Si quando in cœlo signa Christus edebat, cur id faceret.

pheta, & nemo eorũ mundatus est nisi Naamã Syrus. In cœlo tñ aliquando operabatur, vt potentem se indicaret. Expediebat aũt nobis ostẽdere, Christum habere potestatem in terra, postquam iam Deus erat in terra.

Ioan. 9.
Infra 11.
Luc. 23.

Subdit: *Nisi signum Ionæ Prophetæ.* Hic dubium occurrit nõ dissimulãdum: quia post hęc verba Christus illuminauit cœcum natum, suscitauit Lazarum, obscurauit Solem in morte sua: quomodo igitur verum est, & signum nõ dabitur ei, &c. cum tot alia dederit? Respondent quidam, Dominum etsi signa multa post hæc verba ediderit, non ea dedisse generationi malæ, quia non propter illos signa fecit, sed ad aliorum vtilitatem. Vel signum non dabitur ei, scil. quale petunt è cœlo, sed è terra. Sed exceptio illa: *Nisi signũ Ionæ Prophetæ*, illi intelligentiæ obstare videtur. Nam cum id, quod excipitur, cõprehendi debeat sub eo, à quo fit exceptio, significari videretur signum Ionæ factum ad generationis malæ vtilitatem, ob quam non sint edita alia signa, aut signum Ionæ fuisse signum quale petebant Pharisæi, nempe de cœlo. Posteriori sensui etiam obest, quod Dominus post hæc alia dederit signa de cœlo, vt illam vocem de cœlo: *& clarificaui, & iterum clarificabo*, de qua dixit Dominus: *Non propter me hæc vox venit, sed propter vos:* addidit ascensionem suam, & aduentum Spiritus S. *Factus est*, inquit, *repentè de cœlo sonus, tãquam aduenientis spiritus vehementis.* Quæ quidem signa Iesum verum esse Messiam sunt contestata.

Quomodo verum sit Domini verbum: & signum non dabitur ei, &c. cũ paulo post cœci nati, Lazari suscitati, solisque obscurati patrauerit signa.
Solutio prima & quid incommodi habeat.
Exceptionis natura.
Secunda, etiã incommoda.
Ioan. 12.
Ibidem.
Luc. vlt. & Act. 1.
Infra 2.

Tertia, magis probabilis.
Ioan. 5.

Dicẽdum ergo, dictionem exclusiuam, *Nisi*, accipiendam pro aduersatiua sed, vt supetius hoc libro in illa verba: *Non potest Filius facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem*, accipiendam esse admonuimus, & vt ad Gal. 2. sumi debet in illa sententia: *Scientes quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi.* Vt ita accipiendo, sensus horum verborum sit, non dabitur eis signum petentib. quale petunt, sed aliquando dabitur signum longe diuersum ab eo quod petunt, nõ quidem è cœlo, sed è profundo terræ. Vel si, *Nisi*, exceptiua sit particula, sensus esset Domini aspicientis ad Ioan. 2. vbi dixit: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*: in hunc modum huic generationi petenti signa, aliud non dabitur, quam quod olim illi dandum cõstitui, nempe resurrectionis in Iona præfiguratum. Quod potest intelligi datum dupliciter. Primo quidem, quia Iudæi quærebant signa pro voluntate sua, fingentes quod crederent in eum, & Dominus noluit dare ad eorum volũtatem, nisi tantum signum Ionæ Prophetæ, vel id quod per ipsum signum est designatum: quia enim Iudæi desiderabant Christi mortem, hoc eis datum est ad eorum arbitrium, quod videlicet sit in sepulchro tribus diebus, & noctibus, vt Ionas fuit in ventre ceti. Cætera vero signa, quæ edita sunt Christo viuente, magis fuerunt contra eorum voluntatem, & fomenta inuidiæ, & odij. Quasi diceret, Petunt à me signa, vt periculum faciant mearum virium, & potẽtiæ, & tamen signum illis erit, vt videant me infirmum, & inter duos latrones animam agentem, & sepultum: ex quo scandalizari, atq; adeo indurari, & excæcari mereantur, ita vt minus me agnoscant, vt eorum iniquitas, & curiositas merentur. Dicebant enim Iudæi: *Si est verus Filius Dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum, & non morietur. Si autem moriatur, sciemus quia verè est seductor, & impostor, & pseudopropheta.* Hoc ergo erit signum ad voluntatem vestram, quod calumniari abunde poteritis, vt optatis, non valentes ferre scandalum crucis. Atque ita in verbis ex comparatione Ionæ non apposuit verba gloriæ, & triumphi, id est, resurrectionis, sed tantum quæ infirmitatis sunt, & ignominiæ. Fauet autem huic sensui, quod dicitur: *Viri Niniuitæ surgent in iudicio:* quibus verbis ostendit, Iudæos non profecisse in signo per Ionam denotato, id est, in morte sua.

Quarta.
Iona signum Iudæis Dominus dedit dupliciter.
Vnde Iudæi se magis obcæcauerint, inde saucientq; contra Castellum.
Matt. 26.
Sap. 2.
1. Cor. 1.

Altera solutio est, vt dicamus Iesum petentibus signa de cœlo, dedisse signum Ionæ de terra, & in Scripturis cõtentum, quę superiores, & certiores signis sunt, iuxta illud: *Et habemus firmiorem Propheticum sermonem:* & illud Domini: *Si Moysen, & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.* Fuit autem signum Ionæ, quod sicut Deus vt parceret Niniuitis, non pepercit ipsi Ionæ, ita erit Filius hominis generationi isti. Atque hoc explicauit Lucas hanc candem narrans historiam, ait enim: *Signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit & Filius hominis generationi isti.* Atqui neuter Euangelistarum integre refert signũ Ionæ. sed Lucas, quod attinet ad officium, Matthæus, quantum ad mortẽ, & resurrectionem. Modus quo Ionas fuit signum diuinæ legationis eius ad Niniuitas, constat ex factis, & verbis eius. Factis quidem, quia mirabiliter in ventre ceti tribus diebus existens eiectus est viuus, & incolumis ad salutem Niniuæ. Verba autem in prædicatione ipsius apparuerunt non sine fructu. Putauit ergo Deus expedire proprio Filio suo non parcere, sed pro nobis illum tradere, vt ille moriatur pro gente, & vt Filios

Alter sensus.
Scripturarum firmitas quanta.
2. Pet. 1.
Luc. 16.
Ioan. 2.
Luc. 11.
Modus quo Ionas fuit signum diuinæ legationis, vnde constet.
Rom. 8.

Dei,

Ioan. 11.
Euthym. cap. 42. in Luc.

Dei qui erant dispersi, congreget in vnum. Illa autem verba Luc. interpretans Euthy. in hunc modum habet: *Quemadmodum ille fuit signum apud Niniuitas, hoc est res nunquam audita, quod supernaturaliter è ventre ceti tertio die liberaretur, ita hic erit signum apud generationem infidelium Iudæorum siue res inaudita, quod supernaturaliter è ventre terræ tertio die resurrexerit. Sed Niniuitæ sane crediderunt auditæ nouitati, ac obedierunt his quæ Ionas prædicauit: hi vero non crediderunt, nec obedierunt: ideo quoq; illi condemnabunt istos sicuti paulo post manifestabitur.* Hactenus ille.

Christi signũ à mortuis resurgentis rationibus admirabile.

Signum autem illud Christi, duplici ratione admirabile extitit. Nempe, & quod Deus moriatur, & quod homo propria virtute à mortuis resurgat. Estque signum potentiæ, quia in eo fortem armatũ, & custodientem atrium suum, tanquam fortior alligauit, vt & probabilem occasionem scandali Iudæorum in cruce, & morte sua penitus resecaret, & incredulitatem resurrectionis refelleret. Est & signum sapientiæ vincẽtis malitiam, atq; adeo bonitatis Dei, de quo Dñs dixit: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret.* Est & signũ idoneum, & accommodatum, ad rectam, & legitimam reddendam generationem prauã & adulteram. Quia traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: mortuusq; facit filios gratiæ, & adoptionis, suscitatus vero filios gloriæ, & immortalitatis. Et ita visis signis cœli, & tenebris factis super vniuersam terram, terræmotu, petris scissis, monumentis apertis, & mortuis excitatis cognouerunt eum: & turba, quæ venerat ad spectaculum, reuersa est percutiens pectora sua: & tunc crediderunt Christũ omnia posse. Quemadmodum alias futurum dixerat: *Quum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum:* id est, agnoscere poteritis me Messiam, & Deum potentem, & vera vobis prædixisse, ex eo quod omnes in me credent. Et cum Iudæi apud Ioannem interrogassent, Quod signum ostendis nobis quia hæc facis? id est, potestatis tuæ, & autoritatis, qua hæc ausus es facere? Respondit Iesus, & dixit eis: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Id est, tunc cognoscetis potestatem meam, & fide excipietis illam. Qui aũt credere noluerint, erit Christus signũ maximæ obstinationis eorum, & signum corruituræ Ierusalem intra quadraginta annos: vt subuersionem Niniue intra quadraginta dies Propheta comminatus est. Etsi igitur alia multa signa ante mortem Christus ediderit, illa tamen sine signo mortis, & resurrectionis non valebant, neque nobis ad salutem efficacia erant, sine illorũ singularium, & excellentissimorum signorum fide.

Matt. 12.
Ioan. 3.
Rom. 4.
Fructus mortis, & resurrectionis Christi.
Matt. 27.
Luc 23.
Ioan 8.
Quid illud Christi ad Iudæos. Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.
Ioan. 2.
Quale Christus erit signũ incredulis, atque obstinatis.
Luc 21.
Ion. 3.

Quo tendit Christus his verbis. Et signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ.

Allusit ergo, & quasi tacitè indicauit Christus quid Pharisæi, ac Scribæ moliantur, quodq; non sint cessaturi à malitia, donec eum in crucem egerint, & in mortem: at vbi resurrexerit, reipsa declarabit qualis sit, & quid de se sit sentiẽdum. Cui impossibile nihil fuit, qui nec à morte, nec ab inferno teneri potuit. Et cum nostri seculi Iudæi bonam partem miraculorum Christi in Euangelio perscriptam credant, non tamen adduci possunt vllis rationibus sibi vt persuadeant Christum sua potestate à mortuis surrexisse: & veteres illi Iudæi, qui Christo bellum indicebant, nullum magis signum occultari, & perpetua obliuione sepeliri curauerunt, etiam redempto à custodibus magna pecunia mendacio, atque gloriosam Christi ex mortuis resurrectionem. Stulte enim putarunt posse dolis detineri, qui non potuit inferno, vel sepultura. Hæc autem secunda solutio quia amplior est, & continet priorem sensum, & in eo magis amor Christi salutem Pharisæorum interrogantium sitiens ostenditur, priori merito præferenda videtur.

Iudæi recentiores qui signum Christi nulla ratione adduci possint vt credant, omnique ratione illud obscurare contendant.
Matt. vlt.
Iudæorum insignis stultitia.

Hoc signum mortis, & resurrectionis prædicans Petrus, vt in Actis refertur, conuertit primo tria millia, deinde quinque millia. Christiana quoq; generatio, & quæuis anima peccatrix praua est, & adultera, quæ frangit Fidem Christo datam in baptismo, & signum quærit dicendo: Si sentirem vocem de cœlo vocantem me, vel si mortuus ad me de inferno veniret, vel si daret signa cœli, hoc est, gustus, & consolationes spiritus, vel de terra, hoc est, bona temporalia, honores, opes, magistratus, & similia, ego sane illi fidem præstarem, & pœnitentiam agerem. Sed profecto huic signum non datur nisi signum Ionæ Prophetæ, hoc est, mors, & resurrectio Christi, quem enim tanta Dei bonitas, tantaq; Christi patientia, charitas, & humilitas nõ emollit, nullum signum emolliret, ac permoueret. Nam quemadmodum princeps si seruum ob grauissima scelera in carcerẽ coniectum, ad mortemque damnatum videns, charissimo suo filio diceret, Fili mi, habeo seruum in carcere, mortiq; adiudicatum, quem tamẽ saluum, & incolumem habere vellẽ, vis ne mihi gratificandi causa, ferre pro eo, quæ ille meretur supplicia? quod si Filius annuat, & in carcerem ingressus illum liberet, & se pro eo compedibus vinciendum, & catenis exponat, & paulo post pro eo sustineat ignitos forcipes

Act. 2.
Act. 4.
Aduersus quorundam signa, & miraculorum patefactiones minime necessarias, salutis gratia poscentium, curiositatem.

Scita atque elegans comparatio ab amore diuino satis superque nobis declarato.

sibi

sibi adhiberi, & tormẽtum crucis, ac ignominiosæ mortis, an posset maius signum amoris Rex ad seruum indicare? Quod si seruus liberatus, & hæres factus, Regi diceret: Domine da mihi aliquod signum quo agnoscam amorem erga me tuum, & quod velis me hæredem constituere, Nonne iure indignaretur dominus, & diceret, improperando, non peperci filio meo charissimo propter te, sed illum permisi crucifigi pro te redimendo, & adhuc dubitas infelix? magnam profectò sibi iniuriam irrogari dominus cẽseret. Sed maiorem nos Deo inferre non valemus, quam post mortem filij sui pro nobis mancipijs redimendis, & à gehennæ supplicijs liberandis, & ad cœlestem hæreditatem euehendis, si increduli adhuc beneuolentiæ erga nos suæ signa petamus.

Deo quæ maxima inferatur iniuria.

Quoties ergo tẽtamur, vt signa expectemus à Deo nobis exhiberi, ad crucem Domini Iesu confugiamus, vt ibi potestatem saluandi nos, & sapientiam, atq; voluntatem quasi in libro quodã aureis literis conscripto legamus. Dicet fortasse aliquis, si audirem vocem de cœlo delapsam ad me, & qualem audiuit Paulus, fortassis tedirem ad bonam frugem. Huic respondet Chrysost. homilia de conuersione B. Pauli ferè his verbis: Quare ergo, inquit, non alij etiam, qui audierunt eam vocem, conuersi sunt? nam eam auditam fuisse à circumstantibus, testatur Scriptura. Multi etiã vocem in baptismo editam, hic est Filius meus dilectus audierunt, nec tamen cuiusquã conuersio legitur. Ergo sponte venit Paulus ad Christum, & non per vim. Tu ergo, vel credis Paulum vocatum de cœlo, vel non credis. Siquidem: crede etiam te simul cum eo ad Christum vocatum: quod si non credis, vtpote in sacris literis positum: nec si centies de cœlo vocem allatam audires, crederes. Inquies. Nonne signa facta sunt ab initio? Maximè, sed non minus pro ijs qui videtunt, quam pro te, qui non vides: quemadmodum ad teneras plantas fulciendas, & ad fornices siue opera concamerata, ligna fortia tanquam sustentacula, & præsicia admouemus: quæ vbi coaluerint, auferuntur: ita fides, dum nouella erat, & tenera, his præsidijs indiguit: sed vbi planta in magnitudinẽ suam excreuit, & ventorum flatus non timet, & vbi concamerata deficcata sunt, & solidiora facta, eiusmodi fulcimenta subtrahimus: ad hunc, inquam modum fides iam aucta, & fortissima reddita, signis amplius non eget vllis.

Quum tentamur vt signa quæramus, quid agendũ.

Chrys. hom. 9. de ferendis reprehensionib. & conuersione Pauli.
Act. 9.
Matth. 3.

Aduersus dicentem, O si me Deus, Pauli instar, è cœlo vocaret, ad Deum conuerterer sane, atque sanarer.

Signa cur facta fuerint ab initio in Ecclesia, non modo.

Christianæ fidei robur, ac firmitas.

Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Non est ignota hæc historia ipsius Ionæ Prophetia, certè constat illud maximum fuisse charitatis argumentum, quo cũ nauis tota periclitaretur, ipse, se sponte obrulit in mare projciendum, vt aliorum salus constaret. Quod lõge maiori charitate expressit Dominus: quia sponte se pro salute mundi morti tradidit. Deinde illud admiratione dignum, quod Ionas in ventre ceti per triduum vixerit, & viuus reuomitus sit à pisce in aridam, etiam si inter omnia animantia pisces citissimè digerant quæ deuorant, & comedunt. Sed maius, quod Dei Filius verè in cruce mortuus, morte deuorari non potuerit, sed illum tanquam cibum durum (erat enim Christus petra) mors euomuerit & non aliter atque potio sumpta ad vomitum prouocandum Christum cum alijs sanctis Patribus euomuit. Quod si cui incredibile videatur, Ionam in ventre ceti per triduum viuere potuisse, audiat Hieronymum in cap. 2. Ionæ: *Nec ignoro*, inquit, *quosdam fore, quibus incredibile videatur tribus diebus ac noctibus, in vtero ceti, in quo naufragia digerebantur, hominem potuisse seruari, qui vtique, aut fideles erunt, aut infideles: Si fideles: multo credere maiora cogentur. Quomodo tres pueri missi in caminum æstuantis incendij, in tantum illæsi fuerint, vt ne vestimenta quidem eorum odor ignis attigerit. Quomodo recesserit mare, & ad instar murorum hinc inde rigidum steterit, vt praberet viam populo transeunti. Quomodo humana ratione, aucta fame Leonum rabies prædam suam timens aspexerit, nec tetigerit, & multa huiuscemodi. Sin autem infideles erunt, legant quindecim libros Nasonis metamorphoseos, & omnem Græcam Latinam historiam, ibique cernent, vel Daphnen in laurum, vel Phaetontis sorores in populos arbores fuisse conuersas, quomodo Iupiter eorum sublimissimus Deus, sit mutatus in cygnum, in auro fluxerit, in tauro rapuerit & cætera, & in quibus ipsa turpitudo fabularum diuinitatis denegat sanctitatem: illis credunt, & dicunt Deo cuncta possibilia. Et cum turpibus credant, potentiaq; Dei vniuersa defendant, eandem virtutem non tribuunt & honestis.* Hæc ille.

Ionæ & Christi sex comparationes.
Ion. 1.
Infra 2.
Secunda.
1. Cor. 10.
Hieron. in. 6.
Ionæ in ventre ceti per triduum vita multis exemplis credibilis à Hieron. ostenditur.
Dan. 3.
Exod. 14.
Dan. 6.
Impudicæ deorum metamorphoses a Gentibus creditæ.
Matt. 19.

Theophylactus in Ionam scribens, sic habet: *Deuoratur ergo à ceto Ionas, tresq; dies, ac totidem noctes in eo permanet vates: quæ res omnem excedere fidem audientibus videtur, maximè ijs, qui ex Græcorum scholis sapienteq; doctrina, Ad hanc historiam accedant. Quos equidem non satis demirari possum, qui fiat quod hæc non intelligant, cum suis ipsorum alijs capiantur. Apud ipsos enim nonnihil tale de Hercule narratur, nempe quod & ipse à ballena deuoratus, incolumis remanserit, nisi quod tantummodo depilatus*

Theophyl. in c. Ion. 2.
Theophyl. in eodem demõstratio, ab Herculis consimili exemplo.

redie-

rediret, idq; ob ingentem, & internam belluæ caliditatem. Aut igitur nostra suscipiant, aut sua reijciant. Atqui cum non oporteat à Græcorum fabularum putredine, nostræ veritatis soliditatem commendare; cogitandum primum Deo volente, & præcipiente nihil non fieri posse; Deinde hic considerandæ sunt, quæ circa in vtero materno fœtum miranda contingant; vbi fœtus naturali quidem innatat humiditati, estq; veluti absorptus & obrutus prægnantis aluo, viuit, tamen, & conseruatur, Deo, humanum ingenij captum excedente, nutu, & consilio. Neque enim vlla humana ratio ista percipere potest, credit tamen vt quæ vbiq; conspiciantur, ita sese habere, resq; ipsa rata sint, & indubitata. Hactenus Theophylact. Adhæc, vt Ionas, teste Iosepho à ceto eiectus fuit in aridam in ponto Euxino, terra Gentilium longè dissita ab Ioppe, vbi nauem conscenderat, vt inde commodè posset pedestri itinere peruenire in Niniue metropolin Assyriæ: ita mors euomuit Christum, qui per Apostolos suos ad Gentes docendas, & Euangelio conuertendas missus est. Quòd verò Lycophron tragœdus in Herculis tragœdia tradit, Herculem cum rediret ex Colchide cum Argonautis, inuento vellere aureo tempestatem passum, & in mare proiectum, à pisce deuoratum fuisse, & post triduum saluum in mare proiectum; arbitror eum illud ex traditione Ionæ in ponto Euxino euomito à pisce, accepisse, & in Herculis personam transtulisse: cum nauigatio Argonautarum in ponto Euxino fuerit.

Ceti in materno aluo modus vitæ admirabilis.

Tertia Ionæ, & Christi comparatio.

Ioseph libr 9. Antiq ca. 11.

Lycophron tragœdus quod de Hercule tradit à pisce deuorato, in terramque viuo projecto, vnde acceperit.

Quo in loco Ionas à pisce sit eiectus in aridam.

Christi in sepulchro triduo commorationis mysterium.

Tribus autem diebus, & noctibus fuit Ionas in ceto, & Christus à morte deuoratus, vt vera mors eius probaretur, & Trinitas peccatis nostris offensa placaretur, & restituatur violata eius imago in nobis, nempè Fides, Spes, & Charitas pro omnibus hominibus trium legum, Naturæ, Moysi, & Christi: in omni statu, incipientium, proficientium, & perfectorum. Quomodò autem hi tres dies, & tres noctes veniant enumerandæ, multis magnis viris olim, & nūc etiā negocium facessere non cessauit. Nam cùm Christus hora nona diei Parasceues emiserit Spiritum; & in aurora diei Dominicæ surrexerit: quod per quadraginta horarū spatium, vt diligenter supputat B. August. tres dies artificiales, de quibus hic est sermo, per figuram synecdoches effluxerint, difficile non est tres dies colligere. Nam vna est integra dies Sabbati, & per synecdochen habes trium horarum spatium ex Parasceue, & mediam horam, aut alterā ex die Dominico: at quomodò tres noctes effluxerunt artificiales, valde dubium est, & anceps: cùm duæ tantùm noctes Veneris; & Sabbati inueniantur. Quidam ex recentioribus existimant, Hebraismum esse dicere, tribus diebus, ac tribus noctibus, ac dicere tribus diebus, quod mihi verisimile nō fit. Nam si illud verum esset, superfluè, & per battologiam adderetur, noctibus: & Scriptura cum præter dies supputat noctes, ob aliquam peculiarem caussam id facit: vt cùm iustum ait meditari in lege Dei die, ac nocte, & Christum ieiunasse quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & cùm dicitur: *Pluam super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* poterat enim quis cogitare satis esse ad salutem, si tantùm die instus meditaretur legem Dei, etiamsi nocte nō meditaretur, & Christum ieiunasse 40. diebus, tametsi noctibus solueret ieiuniū, more Iudæorum, & Deum pluisse per 40. dies, interpolatis tamen, & demptis noctibus. Propterea hæc solutio non satis rationi consona videtur.

Triduì illius supputatio.

Matth 27.
Matth. 28.

Aug. lib. 3. de consen. Euange. c. 24. to. 4.

Prima opinio, minus solida, & probabilis.

Psalm 1.
Matth 4.
Genes. 7.

Quidam ex antiquis, vt Greg. Nissenus, & Ambros. intelligunt tertiam noctem in illa ecclipsi cōputandam, & quam Leo ser. de Passione, vocat extraordinariā noctem. Sed non probat hanc sententiam B. Hieronym. in Ionam, Aug. etiam lib. de consen. Euang. eandē impugnat: de qua re nos alio loco copiosius. Tertia sentētia est eiusdem Gregorij Nisseni, quem sequuntur Rupertus Tuitiensis, & Faber Stapulensis, horum trium dierum, & noctiū exordium sumendum à vespere diei Iouis, qua tradidit suum corpus edendum discipulis, vel ab ea hora, qua cœpit pauere, & tædere, & obtulit se morti, & dixit: *Et iam non sum in mundo & hi in mundo sunt, & ego ad te venio.* Et hos dies terminandos die Dominica sub vesperam, quando amplius apparuit. Verum hæc sententia sua inconuenientia habet, & minus probabilis videtur.

Secunda opinio & inepta.

Greg. Nissen. orat 1. de Resurrect. Ambros. libr. 1. de interpellatio. Dauid. cap. 5. tom. 4.

Leo ser 2. de Pass circa med.

Hieronym in cap 2. Iona.

Aug lib 3 de consens. Euangel. ca. 24.

Tertia sententia.

Gregor. ibid. Rupert. Tui. Faber. Stapulen.

Matth. 26.
Marc. 14.
Ioan. 17.

Quartò, quidam dicunt: cùm tempus trium dierum, & trium noctium, contineat spatium 72. horarum, quarum Christus vix 40. expleuit, à morte sua ad resurrectionē: vnam diem artificialem volunt esse quæ in Æquinoctio, quod tunc erat, perficitur 12. horis in nostro hemisphœrio: & quæ totidem horis in opposito hemisphœrio effluxit secundùm istos, nox est artificialis, ita vt si hanc rationem computandi seruemus, tres dies artificiales in nostro hemisphœrio, quæ concurrunt cum totidem noctib. artificialibus in alio hemisphœrio, conficerent prædictam summam trium dierum, & trium noctiū: vt hac ratione constet Christum Redemptorem nostrum, Saluatorem extitisse nō tantùm nostri hemisphœrij, sed etiam alterius, & totius orbis. Sed hæc meditatio

Quarta opinio.

Absurda huius opinionis quàm plurima.

ditatio noua est, & fundamento sacrarum literarum destituta: & cum omnes Christi actiones omnibus hominibus qui sub vtroque hemisphærio viuunt, voluerit esse salutares, sicut reuera sunt, euinceret, Christum non 33. sed 66. annos exegisse, & puerum Iesum disputationem 12. annorum, euinceret fuisse 24. quod videtur absurdum. Nō etiam viderut tradi certa ratio, cur magis in his tribus diebus, & noctibus tribus sit duplicandum tempus propter vtrumq; hemisphœrium; quam in alijs Christi actionibus.

Luc 12.

Dicendum est igitur, rationem triū noctium, & trium dierum constare, vel per figuram synecdoches, vt docent Hieronymus, & Augustinus: in hunc videlicet modum; vt quoniam Iudæi dies festos à vespera in vesperam celebrabant, prima dies sit nox præcedens diem Veneris cum ipsamet die, quæ per synecdochen est vna dies, & nox: secunda dies sit nox consequens diem Veneris cum tota die Sabbati: tertia nox sit illa, quæ consequitur Sabbatum, quæ cum parua portione diei Dominicæ, in qua surrexit Dominus, est tertia dies, & tertia nox. Nec enim, vt pulchrè ait Hieronymus in Ionā, si quis ab hora nona egressus sit de mãsione, & alterius diei hora tertia ad mansionem alteram peruenerit, & dixero eum bidui iter fecisse; statim veniam reprehendendus mendacij, quia ille qui ambulauit, non omnes horas vtriusque diei, sed quandam partem in itinere consumpserit. Sic ille ferè. Adhæc Euthymius in Matthæū scribens, cùm tractat quomodò tam citò die tertia surrexerit, hæc loquitur: *Nam quod citius, inquit, quàm sit constitutum efficitur, potentia est: quod autem tardius, imbecillitatis: Etenim Rex quoq; qui ad certum diem beneficium quibusdam conferre promisit, si ante statutum diem beneficium eis conferat, non solùm promissum complesset, sed & aliam gratiam velocitatis addidit.* Talia Euthy. & doctè, & elegãter asseruit. Sed ante hos omnes Leo Mag. ser. de Resurre. eleganter ait: *Vnde ne turbatos discipulorum animos longa mæstitudo cruciaret, denunciatam tridui moram tam mira celeritate breuiauit, vt dum ad integrum secundum diem, pars primi nouissima, & pars tertij prima concurrit, & aliquantum temporis spatio decederet* (alij legunt *decideret*) *& nihil dierum numero deperiret.* Hæc ille. Aliud præterea est dicere; Feci hæc trib. diebus; aliud, Feci hoc in tribus diebus integris. Nam ad primum satis est, fuisse triū dierum partes aliquas.

Quinta, & vltima. Hieronymus. August locus præcitatus. Leuit. 23.

Hierony. in c. Ionæ. 2 aptissimum exemplum pro tri dui Christi supputatione.

Euthy in cap. 28. Matthæi, seu c 90 in illud & ecce terra motus. Euthymij exemplum aliorum.

Tertium.

Quòd si quis velit aliter soluere, illud præmittat oportet, more Romano dies à medietate noctis incipere, & in medio noctis subsequentis desinere: vt habetur in Iure, tam Ciuili, quàm Canonico. Atque hanc computandi rationem sequuntur Astrologi: quòd certior sit, & minus fallax, quàm quæ à principio noctis incipit, & terminatur in finem diei, vel à principio diei in finem vsq; noctis sequentis. Hanc rationē si subduxeris, apertè inuenies tres dies, & tres noctes. Non tamē sine synecdoche: nam ab hora nona ad mediam noctem Veneris habes manifestè diem, & noctē, hoc est, tres horas diei, & sex noctis, deinde à media nocte Veneris, ad mediam noctem Sabbati, habes diem & noctem artificiales integras; à media nocte verò Sabbati vsque ad Auroram Dominicæ habes sex horas noctis, & portionē aliquam lucis, siue diei, vt possit dici tertia nox, & dies. Et ita habes apertius tres noctes, quam tres dies: nam tres dies non potes conficere nisi in quindecim, vel sexdecim horis; ad tres verò noctes efficiendas, habes 24. horas; atq; ita facilius est ex 24. horis noctis efficere tres noctes per synecdochen, quàm ex sexdecim horis diei efficere tres dies.

Alia soluendi ratio non inepta.

L. More Romano ff de ferijs, & in c. consuluisti, de offi. iudicis de legat. Romanus mos computandi dies, & noctes, commodus, & ab Astrologis seruatus.

Quòd si quis obijciat, hūc modum supputandi ignotum fuisse Hebræis, & præceptum esse eis: *A Vespera, inquit, vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra.* Respōdemus, Hebræos illam rationem computandi in Sabbatis, siue dieb. festiuis seruasse; in alijs verò negotijs profanis, vt in locationibus, censibus, indicijs, alium morem fuisse supputandi à media nocte in mediā noctem: maximè cum tunc subditi essent Romanis, & eorum legibus, quod ad externam politiam attinet, viuerent. Quòd sanè nec impossibile, neque absurdum videtur.

Leuit. 23. Hebræi illud mandatum: à vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra, vti custodiunt.

Porrò quod ait: *Erit in corde terræ*: nō tam de sepulchro, in quo per 36. horas mansit corpus eius, vt docet Beda; quam de Limbo Patrum, in quo mãsit anima per 40. horas, est accipiendū, vt exponit Tertullianus. Exeo enim, quòd cor in medio animalis est sitū, propterea rectè significat medium cuiusuis rei. Sic enim dicimus, cor pomi, cor templi, cor ciuitatis, id est, medium. Ita medium terræ, infernus est locus: nam hac ratione dicitur Tyrus in corde maris sita, à Propheta. Christus etiam magis est anima, quàm corpus, etiamsi vtrumq; diuini Verbi hypostasi sustentetur, & aliquo modo etiam possit applicari sepulturæ. Quia sicut in corde animalis fiūt animales operationes, vt viuificatio per spiritus, calefactio, & motio: ita in illa parte terræ, quæ nō longè est à superficie, & in qua condunrur corpora ob Solis calorē, & humorem aeris, & aquæ receptus maximè fi unt transmutationes, & corru-

Verbum id, In corde, explicatur. Bed in Matthaum, c. 12. Tertull. lib. de anima cap 30.

Ezech 28.

corruptiones, vt ibi citò corpora repoſita corrumpantur: vt ex ſepulchro illæſum, & viuum redierit corpus, quod mortuum acceperat.

Fructus huius diſputationis. *Pſalm 54.*

Cum igitur tanta ſit Dei potentia in ſeruandis ſuis: omni nos ſtudio contendere oportet, vt illi per fidem viuam adhæreamus, & noſtros cogitatus in eum confidenter iactemus; quia ipſi eſt cura de nobis: & quod in Christi corpore cernimus factum, vt poſt triduum incolume, & ſaluum, omnique gloria, & pulchritudine veſtitum reſtituit, ita de noſtris idem omnino futurum ſuo tẽpore certiſſimè ſtatuamus: hoc ipſum Deo nobis promittente, & in ſeipſo ſpectãdum, & ſperandum oſtendente Filio eius Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto omni venerationis cultu eſt proſequendus in omnem æternitatẽ, Amen. *1. Pet. 5.*

TRACTATVS XVIII.

De eadem diſceptatione Domini cum Phariſæis, in illa verba: *Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce pluſquam Ionas hic Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, &c.*

HÆc proculdubio connectenda erant Tractatui præcedenti; ſed ne æquo longior prodiret, coacti ſumus illa, quæ in eo dicenda videbantur, diſtribuere in præcedentem, & præſentem tractatum; addentes nonnulla ex beato Luca. Illud in primis leue eſt, quòd cùm duo hic exempla ad inuitandum ad pœnitentiam producantur, primum quidem Niniuitarum, ſecundùm verò Reginæ Auſtri: Lucas, inuerſo ordine, primum fecerit mẽtionem Reginæ Auſtri, deinde verò Niniuitarum. Et magis rationi conſonus videtur ordo à Matthæo ſeruatus: quia præceſſerat ſermo in vtroque Euangeliſta de Iona Propheta. Et ſecundum myſterium, datum ſignum fuit Ionæ Iudæis infidelibus qui Chriſto ſuſcitato non profecerunt: Gentilitas verò in Regina Auſtri deſignata, ad Chriſti fidem amplectendam ſponte accurrit; & propterea Lucas, qui ad Gentes ſcripſit, præpouit Reginam Sabæ Niniuitis. Facit autẽ hoc loco Chriſtus nobiſcum, quod magiſter interdum cum diſcipulis ſuis agere conſueuit. Commendat enim puerum octo annorum, qui plus vno anno in literis profecerit, quàm alij grãdiores in multis, vt ita ad æmulãdum eos prouocet. Non ſecus Dominus fecit celebrans Niniuitas, homines Gentiles, & illos Iudæis proponens imitandos.

Cuius ordo ſeruatus in hac diſputatione, Matthæi, an Lucæ.

Regina Auſtri quorũ typus.

Quemadmodum cũ Phariſæis Chriſtus [illegible] videatur ſignũ de cœlo petentibus.

Ac vide quàm pulchrè connectat reſurrectionem cum iudicio. Nam reſurrectionem generalem, iudicium confeſtim vniuerſale conſequetur; ideò ait Niniuitas ſurrecturos in iudicium. Etſi autem dicatur à Dauide: Nõ reſurgunt impij in iudicio neque peccatores in concilio iuſtorum: dicendum eſt tamen, Niniuitas, de quibus hic eſt ſermo, qui crediderunt Domino, & placarunt eum, non fuiſſe impios, aut ſi impij reſurgent, non tamen in iudicium examinationis, & diſcuſſionis; ſed benè condemnationis. Qui enim non credit, iam iudicatus eſt. Vel ſermo Dauidis eſt, quòd impij non reſurgũt in iudicio iuſtorum, de quo idem Dauid, declarãdo priorem clauſulam, ſubdit: Neq; peccatores in concilio iuſtorum.

Horum ordo cum præcedẽtibus à Chriſto ſeruatus. *Pſalm. 1.*

Si impij non reſurgent in iudicio, Niniuitæ quomodo reſurgent? *Ioan. 3.*

Et condemnabunt generationem iſtam. Non quidem ſententia, & poteſtate: ſed comparatione, & exemplo. Dicere enim ſolemus, hunc, aut illũ in futuro iudicio nos cõdemnaturum: non quaſi ille futurus ſit iudex (ſiquidem omnium iudex vnus erit Chriſtus) ſed quòd illius operatio noſtris collata; cõfundet nos. Sic dicitur in libr. Sap. *Condemnat autem iuſtus mortuus viuos impios, & iuuentus celeris conſummata longam vitam iniuſti.* Et Ezechiel: *Iuſtificaſti ſorores tuas.* Imò etiam Ethnici ab hac loquendi ratione non abhorrent, ait enim Cicero in Piſonem: *Quid enim refert, an conſcientia tuorum ſcelerum oppreſſus, nihil ad Senatum auſus ſis ſcribere, an amici tui tabulas abdiderint, ijdemq; ſilentio ſuo temeritatem atque audaciam tuam condemnarint? id eſt facto hoc reum te oſtenderint temeritatis.*

Quale Niniuitæ iudicium exercebunt.

Sap 4.

Ezech. 16.

Tullius oratione 38. in L. Piſonem.

Hoc autem dixit Dominus, ne quis putet tam fructuoſum eſſe ſignum ſuum Iudæis: quàm fuit ſignũ Ionæ Niniuitis. Nam illi egerunt pœnitentiam in prædicatione Ionæ ſimpliciſſima, ac comminatoria: *Adhuc*, inquit, *quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuitæ in Dominum: & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem. Et peruenit verbum ad Regem Niniue, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere.*

Quorſum hæc de Niniuitis in iudicio ſurgentibus ad condemnandum Iudæos. *Ionæ 3.*

Et ecce pluſquam Ionas hic. Aduerbium eſt illud hic, quemadmodum inferius: *Et ecce pluſquam Salomon hic.* Mira eſt autem Chriſti Domini humilitas cum ſeruis ſe componentis. Et vt ait Hieronymus, Ionas ſecundùm Septuaginta Interpretes, triduo prædicauit, Ego tanto tempore. Illa Aſſyrijs genti incredulæ, ego Iudæis populo Dei.

Chriſti Domini humilitas. *Hieronym. in Matthæum.* Chriſti cum Iona comparatio.

Ille peregrinis, ego ciuibus. Ille voce locutus est simplici, nihil signorum faciens, ego tanta faciens signa, Beelzebub calumniam sustineo. Plus ergo est Iona hic; id est, in præsentiarum inter vos. Vel, vt Euthymus scribit: *Ionas seruus erat; Christus verò Dominus: Ille è ceto egressus est, iste ab inferno: Ille inuitus prædicauit, iste sponte: Ille peregrinus erat, iste cognatus secundùm carnem: Ille subuersionem prædicauit, iste regnum cœlorum; Ille nullum fecit signum, iste innumera: De illo nullus dixit, de isto omnes Prophetæ. Præterea Niniuita barbari erant, Iudæi diuinis enutriti Scripturis. Et illi quidem nihil à Iona audierunt, præter id tantùm: Adhuc tres dies, & Niniue subuertetur, & statim ei crediderunt; isti verò variam à Christo, ac profundissimam audierant doctrinam, nec ei crediderunt.* Sic Euthymius. Quòd si hæc dicta sunt Iudæis: quid de nobis cogitandum est, qui per Christũ regenerati sumus, & à pueris audiuimus hanc pœnitentiæ cãtilenam, ad quos tot missi prędicatores animas quęrentes, tot Angeli ad bonum excitatores, & ipse tandem venit ad cor, & pulsat, & ait: *Aperi mihi soror mea sponsa*: Et: *Reuertere, reuertere Sunamitis*. Tu tamen in iocunditate peccati perseueras, diuinis vocibus obsurdescis, ad diuina beneficia indormiscis, ad eius flagella dissimulas, & monitiones prædicatorum contemnis.

Euthy. ca. 23. in Matthæũ

Rom. 3.

Quæ, quanta que beneficia Christus ingratis Christianis exprobraturus sit, nisi resipiscãt

Cant. 5.
Cant. 6.

Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam; quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plusquam Salomon hic. Maius proponit exemplum, & admirabilius; vt videatur Dominus more oratoris orationem suam amplificare atq; exaggerare. Siquidem hęc Austri Regina fœmina erat, Niniuitę verò viri: Ad Salomonem venit mulier longè; ad Niniuitas profectus est Ionas: Regina venit, vt audiret sapientiam Salomonis, illos pro vita seruanda pœnituit. ¶ *Et ecce plusquam Salomon hic*. Siquidem ille homo erat, & peccator, & Rex Ierusalem, & insignis in sapientia rerum naturalium; hic verò, Deus, & homo innocẽtissimus, & Rex vniuersi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. Et sicut hic plusquã Salomon, ita vos minus quàm Regina: Illa namq; fœmina è longinquo venit, & cum muneribus, & ad Salomonem sola fama notum, vos verò viri, Sacerdotes, & Scribæ Scripturis eruditi, & propè existentes ad dantẽ vobis præmia cœlestia, & à Moyse, & Prophetis promissum, & miraculis, & doctrina probatum, venire negligitis. Illa admirata est, & laudauit alienigenam Regem de sapientia; vos damnatis Prophetam ex gente vestra natum, & in nomine Domini loquentem. A-

Christi artificiũ in arguenda Iudæorum perfidia, insectandaque.

3. Reg. 10 & 2. Paral. 9.

Ioan. 3.

Iudæorum cum Austri Regina contentio.

gamus ergo pœnitentiam, ne deteriores simus Niniuitis, audiamus Christum, ne ab Austri Regina damnemur. Caueant fideles ne vincãtur ab ijs, quos Infideles vocamus. Caueant Ecclesiastici licentiosè agentes, à laicis sanctè viuentibus superari. Caueant viti, ne in religione, pietate, abstinentia, & precatione à fœminis excedãtur. Caueant docti, ne ab idiotis, & simplicibus in agenda pœnitentia, & verbo Dei cum fructu audiendo antecellantur. *Surgunt enim indocti, & cœlum rapiunt; & nos cum nostris sine corde, ecce vbi voluatmur in carne, & sanguine?* inquit Augustinus. Cum tamen scriptum sit: *Cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.*

Coloss. 2.
Deut. 18.
Ne à Niniuitis, Regina ve Austri Iudæorum instar damnemur, quid agendum.

August. lib. 8. confess. cap. 8. inità to tom. 1.
Luc. 12.

Illud superest quæstionis, vt quæ fuerit hæc Regina Austri, paucis aperiamus. Constat autem ex libris Regum, ac Paralipomenon, hanc dictam esse Reginam Saba, quam Iosephus vocat Ægypti, & Aethiopiæ Reginam, & vocatam fuisse Nicaulen: atq; post Salomonem, neminem Regem Ægypti amplius vocatum fuisse Pharaonem. Additur ex eodem Iosepho: *Ad vltimum compulsi* (scilicet Aethiopes) *in Saba Reginam eius gentis, quam postea Cambyses Persarum Rex de sororis suæ nomine Meroen appellauit, obsidione sunt cuncti.* Hæc ille, vt agnoscas locum, vnde esset ista Regina Saba. Ait etiam Strabo lib. Geographiæ: *Est autem maxima Aethiopiæ regia vrbs Meroe eiusdem nominis cum insula.* Idem Mœrinos tradit regi solitos per fœminas, vt olim Scythæ, & Assyrij habent suam Semiramidem. Et Plinius refert in Aethiopiæ regno fœminam regnare Candacem, quod multis iam annis nomen ad Reginas transijt. Sic ille ferè. Sed hæc sentẽtia Iosephi non videtur certa multis de causis. Primum, quia si illa fuisset Ægypti, & Aethiopiæ Regina, fuisset vel mater suæ vxoris filiæ Pharaonis, quam ipse Salomon duxerat, vel soror eius: quorum neutrum tacuisset Scriptura. Nam vt est in tertio Regum lib. Rex Salomon adamauit filiam Pharaonis, eamq; in vxorem habuit. Deinde si erat Rex aliquis Ægypti, quomodo ista erat Regina? nam videtur significare istam ita fuisse Reginam, vt per se regnaret sine viro. Adhæc non esset verum, quòd venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis; nam constat Ægyptum proximam esse Palæstinæ. Præterea munera allata aromatum, & auri infiniti nimis, & gemmarum pretiosarum testantur venisse de Arabia, quia talia constat nõ esse in Aethiopia, aut in Ægypto, sed magis in Arabia Felici, vnde illa venit. Quod confirmatur ex eo quòd Madianitæ Arabes soliti

Quæ fuerit Regina Austri quæ venit, vt audiret sapientiã Salomonis.
3. Reg. 10 & 2. Paral. 9.
Ioseph lib. 8. Antiq. cap. 6.
Idem libr. 2. Antiq. cap. 5. ante med. aliquãto. Strabo li. 17 Geographiæ.
Idem lib. 16.
Plin. lib. 6. ca. 19.

Iosephi, Reginam Austri, Ægypti, atque Aethiopię Reginam facientis, opinio multis refellitur.
3. Reg. 11.
Supra eo.

Genes. 37.

bes soliti erant proficisci in Ægyptum ad vendenda aromata, vt habes in libro Geneseos. Inter alia etiam Iosephus eodem libro narrat Reginam hāc attulisse plantam quandam balsami pretiosissimam, *Cuius,* inquit Iosephus, *hodie ferax est nostra regio.*

Ioseph. loco supra citato.
Balsamus tantum vbi nascatur.

Sed certè planta balsami, nec in Aethiopia, nec in Ægypto nascebatur, nisi ex quo allata fuit Salomoni. Nam vt Plinius ait, Balsamum vni terrarum Iudææ concessum est. *Fastidio*, inquit, *balsamum alibi nasci natura, quam in Syria voluit ferè.* Sic ille. Adde quod tertio Regum libro, ac secundo Paralipomenon dicitur Regina שבא Scheba, per literam ש, quæ Sabæa est in Arabia Felici, iuxtaque mare protenditur, & talis Sabæa non est in Ægypto, vel in Aethiopia; etiam sit Sabæa alia, sed literis, & elementis distincta, nempè סבא per literam Samech. Et has distinctas esse regiones, testatur Genesis liber, & Dauid, qui ait: *Reges Arabum, & Saba dona adducent*: vbi Hebræa litera habet מלכי שבא וסבא Malche Scheba, Vscba: Vnde Hieronymus libro de Hebraicis quæstionibus Sabæam Arabiæ notat Sabam scribi cum Schin, ex qua venerunt tres Magi ad Christum; alterum verò Sabba filium Chus, scribi cum Samech.

Plin. lib. 16. ca. 32.
3. Reg. 11. & 2. Paral. 9.
Duplex Sabæa re, & nomine diuersa.
Genes. 10
Psalm. 71.
Hierony. to. 3. Matth. 2.

Cum igitur duplex sit Sabæa, altera in Arabia Felici, altera in Aethiopia: ista Regina Saba regnabat apud Sabæos, qui sunt in Arabia Felici, vt ipsa munera allata testantur, & longitudo: nam distat per 606. leucas Gallicas à Hierusalem; est etiam sub eodem ferè merediano, aut non longè, sita Saba, sub quo est Iudæa, secūdum Geographos: ideò fit vt ratione Iudeæ Saba sit Meridionalis; & propterea dicatur Regina Austri: & dicitur venisse à finibus terræ, quia vltra eam, non est nisi Oceanus. Postremo falsum est quod ait Iosephus, Reges Ægypti à tempore Salomonis, non vocatos amplius Pharaones. Nam quarto libro Regū fit mentio Regis Pharaonis sub Ezechia: *Sic est*, inquit, *Pharao Rex Aegypti omnibus qui confidunt in se*: in eodem libro fit mentio Nechao Regis Ægypti, & apud Ezechielem dicitur, *Ecce ego ad te Pharao Rex Aegypti draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum.* Confirmantur hæc omnia; quia Reges Magi, qui venerunt ad adorandum Christum, & offerendum ei munera, ex ipsa Arabia Felici profecti sunt, & in Regiam illius Reginæ successit Gaspar vnus ex illis, qui Christum adorarunt, vt nonnulli tradunt: inde etiam attulerunt aurum, thus, & myrrham, quę similia sunt ijs, quæ obtulerat Regina Austri Salomoni; præsertim cùm prædictū esset à Propheta: *Et dabitur ei de auro Arabiæ: & adorabunt eum,* & quę sequuntur. Elicimus, hanc Reginam Arabici Sinus, typum extitisse Magorum Regum, qui venerunt ad Christum adorādi gratia. Hanc sentētiam tradit Nicephorus Callistus in historia Ecclesiastica, sic dicens: *Indi autem Sabæi primùm, deinde etiam Homeritæ sunt appellati. Nationem eam ex Abraham & Cetura prognatam; regionemque eam, quam Græci magnam & Felicem Arabiam nominant, esse, extremumq; Oceanum fines eius pertingere dicunt: cuius metropolis & primaria vrbs est Saba. Vnde ad Salomonem, fama obtinet, aduenisse Reginam illam Austri. Gens ipsa circumciditur, ac Solis, Lunæ, cæterisq; regionis incolis dæmonibus sacrificat.* Hæc Nicephorus. Hanc rationem secutus est Augustinus Eugubinus in annotationibus suis in Genesin. De his populis Poëta cecinit:

Altera opinio congruentior.
Sabæi populi vbi habitent.
Qua in Sabæa regnaret hæc Austri Regina.
Cur illa Regina Austri, e finibus terrę dicitur venisse.
4. Reg. 10.
4. Reg. 23.
Ezech. 29.
3. Reg. 10.
Psalm. 71.
Regina hæc Austri quorū typū gesserit.
Niceph. lib. 9. cap. 35.
Indi, Sabæi, Homeritæ, qui sint.
Plin. lib. 6. ca. 23.
Aug. Eugubi.
Virg. lib. 1. Aeneid.

India mittit Ebur, molles sua thura Sabæi.

Tantum vnum huic sententiæ opponi posset, quod in regione Aethiopiæ, quæ sub potentissimi Regis Presbyteri Ioannis ditione tenetur, fertur esse regnum quoddam Saba, ex quo Reginam Saba ortam, atq; ibi dominatam tradunt. Sed hæc traditio non est in Sacris literis; vt piaculum sit illam negare. Et vt olim certabant septem ciuitates de vendicanda sibi gloria patriæ Homeri, vnde illud distichon:

Dictæ opinioni incommodum, sed leue.

Septem vrbes certant de stirpe insignis Homeri,
Smyrna, Rhodos, Cholophon, Salamin, Chios, Argos, Athenæ:

Ita fortassis illa ciuitas Aethiopiæ eiusdem nominis, æmula fuit gloriæ imperij huius Reginę, quę venit ad Salomonem. Adhæc, etiamsi demus, Reginam Saba in Aethiopia regnasse, non tolleretur veritas, quin esset Regina in Arabia Felici, & in Saba eius metropoli habitaret. Nam cum Arabia Felix sit in faucibus ipsius Arabici sinus, à quo ad Aethiopiam nō est nisi breuis traiectus maris: fieri poterat, vt partem aliquam Aethiopię obtineret, cuius nō minùs esset Regina, quàm in Arabia. Quemadmodū Rex Catholicus, qui in Hispania, & magna parte Italiæ regnat, habet tamen quædam oppida in Africa suæ ditioni subiecta, etiamsi ad illa non sit accessus nisi per mare. Et hæc sint satis de Regina Saba: quæ mihi veritati ipsi propinquiora, quàm quæ tradit Iosephus, esse videntur: prudentium tamen lectorum esto iudicium.

Altera solutio.
Situs Arabiæ Felicis.
Exemplum.

Sequitur Dominus dicere: *Quum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem: & non inuenit. Tunc dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui.* Etsi hæc reuera sit parabola quædam, vt ex epiparabola siue conclusione colligitur; & idcir-

Maius parabolicæ doctrinæ de immundo spiritu exeunte ab homine, & ambulante per

Loca arida, & inaquosa, & reliq hoc loco explicandæ ratio.
Lib superiori, ad est 7.

& idcircò in libro Parabolarum tuisset recensenda; quia tamen à Domino dicta fuit ad calumniam Iudæorum depellendam; quemadmodum priores parabolas, quibus respondit ad illos, ita hanc, qua etiam illis satisfecit, à libro Parabolarum subtrahendam duximus, & huic libro Disputationũ inserendam. Leue illud est, & parui momenti, quòd apud Lucam cum alijs quinq; parabolicis rationibus proximè coniungitur, antequam Pharisæi petant signum de cœlo, & Dominus illis satisfaciat; hic verò proponitur post illam quæstionem. Fortassis vt intelligamus vtrique iniuriæ depellendæ accõmodatam esse, nempè priori illi, quòd in Beelzebub eijceret dæmonia; & posteriori, qua signum petunt de cœlo. Nam populus inhabitatus à dæmone indignus erat, cui signa de cœlo exhiberentur, nisi quis vellet illa exponere calumniæ: & quia à dæmone possidebantur, non debebant Christo obijcere quòd in Beelzebub eijceret dæmonia. De hac igitur considerandus est scopus, cortex eius atq; applicatio, vt soliti fuimus facere in explicandis parabolis: quamq́ue graue sit peccatum recidiuum, exaggerare.

Leuicula quorundã in hunc locum obseruatio, curiosa, & inutilis.

Lib 7.

De scopo huius parabolæ, variæ interpretationes.
Beda lib. 2. in Mattha. to 5.
Hierony. li. 2. in Mattha tom 9.

Ad primum igitur docet Beda in Matthæum, hanc parabolam eo tendere, vt ostendat differentiam suorum operum mũdorum ab operibus dęmonis pollutis. Hieronymus verò ex sententia quorundam refert intelligendam esse hanc parabolam de Niniuitis: quam ipse reprobat, quia non conuenit cum applicatione factà à Domino. Alij verò ad Christianos illam extendunt: Quod etsi aliquo modo verum sit; non tamen in sensu principali, aut literali. Statuendum igitur est, Dominum hoc loco agere de Iudæis; à quibus cùm olim pulsus esset dæmon, redijt tamen tẽpore Christi: & eo tendunt verba vltima applicationis parabolam: *Sic erit & generationi isti pessima*, vbi manifestè sermo est de Iudæis, quos prius vocauerat generationem prauam, & adulteram. Ciuiliterq́ue, atque eleganter docet, se non solùm ab immundi dæmonis commercio alienum, vt Iudæi obiectabãt, sed quod ipsi Iudæi septem malignis spiritibus, id est, vniuersis pleni essent. In cortice duplex potest esse metaphora: vel enim, vt scribunt Chrysostomus, Ambrosius, & Hieronymus, de homine semel à dæmone obsidente liberato loquitur, ad quem postea si contingat ob demerita sua reuerti, grauius, ei nocet; vel ad hominem alludit, qui tædio domus spurcæ, & inornatæ ab ea recedit; sed vbi mundata est & ornata, cum vicinis, & amicis ad eam redit, vt in ea cum

Iudæorum peruersitas.

Chrys. ho 43 in Matth. to 2.
Ambros in Lucam to 5
Hierony. li. 2. in Matthæũ tom 9

illis delectēt. Et vtraque metaphora seruire potest applicationi. In qua considera, quòd homo iste, à quo spiritus immundus exit, populus est Iudęorum: à quo diabolus exijt, quando sibi populum illum primùm per Patriarchas, deinde per circũcisionem, & legislationem segregauit in peculium ex omnibus gentibus: Egressus autem ab illo populo, & exclusus obambulabat loca deserta Gentium, aquis salutaribus Scripturarum, & donorũ Spiritus sancti vacuarum. Nam Christo venienti Gentilitas credidit, ac idcircò locum iam in eis non habuit dæmonium; quod videns se vndiq; exclusum, dixit: *Reuertar ad domũ meam, vnde exiui.* Hoc enim solẽt omnes belluæ facere, vt leones, vrsi, lupi, apes, & formicæ, vt redeant ad eadem lustra, vt dæmon ad Iudæos, quos dimiserat. Quod factum fuit, quando Christum non solùm non receperunt, sed occiderunt: nam tũc dæmon dominatus est eorum, nam inuenit domũ eorum vacantem hospite Christo, & mundatam scopis cęremoniarũ à cultu idololatriæ: vnde & erant sepulchra dealbata, quibus Christus dixit; *Nunc vos Pharisæi quod de foris est calicis, & catini mundatis.* Erat etiam ornata lege, sacrificijs, & cæremonijs. Eringressus diabolus habitat in eis, plenè eos possidendo: Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quęrentes statuere; iustitiæ Dei, id est, gratiæ, & Euangelio, noluerunt subijci. Plena autem possessio significatur per sęptẽ spiritus nequiores se, id est, vniuersitatem dæmonum in Iudæis habitantium, & ad omnia peccata solicitantium, ne rursus ab eis expellatur. Atq; ita fiunt posteriora generationis huius peiora prioribus: quoniam longè peior horum conditio, & maior damnatio Christum blasphemantium in Synagogis suis, quàm olim essent in Ægypto possessi ante legis notitiam, & populus Iudaicus peius habet sub Romanis, quàm sub Ægyptijs, & Assyrijs, vt habet Chrysostomus.

Homo à quo spiritus immundus exit, quis ille.

Exod 19. & 1. Petr. 2.

Loca arida & inaquosa quęnam Dominus appellet.

Matth. 23.

Luc. 11.
Ea vt habeãt, & habitent spiritus immundi.
Rom. 10.

Per septem spiritus nequiores se, quid Dominus voluerit indicare.

Et concludens ait: *Sic erit & generationi huic pessimæ.* Significat: Lõgè peiora euenięt generationi Iudæorum, quàm omnibus prioribus generationibus. Nam gens illa habitata aliàs fuit à dæmone, & vexata multis calamitatibus, curata tamen est medico Moyse, & Prophetis: sed post resurrectionem Christi habitatur vsque in hodiernum diem ab vniuersis dęmonibus, & obstinata effecta est, & in sua perfidia cõtra Messiam perseuerans: quod est peius omnibus prioribus delictis. Illud dignũ est expositione, quod dicitur dæmon exiens ambulare per loca arida. Nam ariditas loci dæmonẽ, vtpotè incorporeũ, potest offendere? Deinde

Illud: & fiunt posteriora hominis illius peiora prioribus, quid significet.
Chryso. hom. 44. in Matthæ. à med. tom. 2.

Quomodo dæmon dicatur ambulare per loca arida.

quomodo dicitur inuenire domũ ſuam vacãtẽ, ſcopis mundatã, & ornatã? nũ ergo incorporei ſpiritus capiuntur huiuſmodi elegantijs & ornamẽtis? Dicendũ, quoſdã (inter quos eſt Hieronymus) per loca arida intelligere corda Gẽtilium ab omni humore ſalutarium aquarũ Spiritus ſancti deſtituta: & per domũ purgatã, & ornatã, intelligere Synagogã Iudæorũ, Dei, & Angelorũ præſidio vacãtem, & ſuperfluis Phariſæorũ obſeruationibus ornatã.

Hieron. hoc loco.

I. Senſus, minus aptus.

Verùm hæc expoſitio potius eſt parabolæ applicatio, & eius ſenſus intentus, quàm nuda exempli propoſiti narratio. Nã ſi ſic in primo ſenſu corticis eſſet explicanda parabola, non erat opus Matthæũ ſubiungere: Sic erit & generationi huic peſſimæ.

Secundus, itẽ incongruus.

Alij per loca arida intelligunt corda iuſtorũ, quæ exſiccata ſunt ab omni carnalis cõcupiſcentiæ humore: & per domũ vacãtem, ſcopis mundatã, & ornatã, conſcientiam hominis à bonis actibus vacantẽ per negligentiam purgatã à prioribus vitijs, & ſimulatis virtutibus ornatam. Sed hæc expoſitio rectè cõuenit ſenſui morali, quo ad Christianorum exhortationẽ hanc parabolam adaptamus: non tamen ſeruit primo Domini ſcopo, quo illam propter gentem Iudæorum potiſſimum dixit.

III. Senſus.

Dicendum ergo eſt, Dominum in his duabus locutionibus locutum de dæmone per figuram dictam *ἀνθρωποπαθείας*: nam arida loca deſerta ſunt, & ſqualida, & inepta vt habitẽtur ab hominibus: ſicut è cõtrario domus purgata, vacans & ornata allicit & prouocat hominẽ ad ſui inhabitationem. Quia ergo dæmon quãdo pellitur virtute Dei de corpore, non habet poteſtatẽ eundi quò velit, niſi quò tãtum permittitur; hinc apud Lucã rogabant Dominũ ne mitteret eos in abyſſum.

Luc. 8.

Etſi hanc facultatẽ concedat Deus, aſſignat eis locum, in quo maneant: vt cũ rogabant dæmones (vt ſcribit Marcus) ne ſe eijceret extra regionẽ illam.

Marc. 5.

Et quia eiecto dæmonio de corpore nõ datur ei poteſtas nocẽdi cõmuniter alteri homini vel in corpore, vel in animalibus, vel in plantis ad eum ſpectantibus, dicitur ambulare per loca arida, id eſt, vbi nihil eſt virens ꝙ homini prodeſſe poſſit.

Quid ſibi volunt loca arida & inaquoſa.

Nã vbi dæmones eiecti non poſſunt in perſona nocere, deſiderant ſaltẽ vel in rebus, & facultatib⁹ offendere, vt Iobi; vel in animalibus, vt porcis; vel in plantis: vt dicitur in Apocalypſi: *Nolite*, inquit, *nocere terræ & mari, neq; arboribus*.

Iob 1. Marc. 5. Apoc. 7.

Quando verò nulli rei ad nos ſpectanti nocere valent, dicuntur ambulare per loca arida & inaquoſa, ex quibus nulla prouenit vtilitas: nam dæmones ibi eſſe dicuntur, vbi operantur. Ideò apud Tobiam Raphael Archangelus apprehendit Aſmodeum dæmonem, & religauit illum in deſerto ſuperioris Ægypti.

Tob. 8.

Alter ſenſus.

Vel omnis locus videtur dæmoni aridus, & ſqualidus præ habitatione hominis: & vt magnus hoſpes nõ excipitur domi niſi alijs excluſis; ita dæmon, niſi Angelo excluſo, & Chriſto diſcedente à corde hominis.

Quid eſt quod dæmon quærit requiem, nec inuenit.

Quòd verò ait, dæmonem quærere requiem, & nõ inuenire: intellige de requie malæ ſuæ voluntatis, quia aliam requiem, quàm iſtam phantaſticam, non habet; ſicut cum quis iratus eſt, & nõ punit pro mala voluntate ſua, nõ poteſt quieſcere: ideo dicitur quærere requiem, & non inuenire.

Malus dæmon homini quatenus noceat.

Non poteſt autẽ nocere niſi à Deo permittatur: etiamſi ei nocere non præcipiatur. Quemadmodum Angelus bonus nemini nocere vult, niſi quando Deus id iubet: ita dæmon mala voluntate præditus offendere cupit: nec Dei præceptum ad hoc expectat, ſed ipſe potius petit, vt permiſſum ſit illi nocere, vel intrare in porcos, vel euertere Iobis facultates.

Iob. 1.

Ad hæc ſi Deus innueret dæmoni cui eſſet nocendum, non circuiret terram, & perambularet eam, nec vt Leo rugiens circuitet obambulans, indifferenter quærens ob inuidiam, cui in humana natura poſſet nocere.

1. Petr. 5.

Dæmon homini quando poteſt nocere.

Dicendum igitur eſt, quòd dæmon nouit illos, quibus poteſt nocere: quia Deus per Angelos, homines cuſtodit, quos noſtræ cuſtodiæ aſſignauit: vbi ergo hominẽ videt Dei auxilio, vel Angelo cuſtodiente deſtitutum, illũ inuadit & vexat, quia nouit ſibi permiſſum illũ petere; vt requiem habeat; cuius requies aliud non eſt, quam vexatio noſtra.

Quæ ſit eius requies, in quoque illa cernatur.

Et hinc apparet, quod inuenit domum vacantem, & hominẽ nullo Angelo cuſtodiri: nec ſi in Angelica cuſtodia deſtitutos habet plenũ dominium, ſed tantum, quantum Deus permittit; quia aliàs omnes occideret: coercetur autẽ dæmon, tum per Deum, tum per Angelum, ne plus noceat.

Fructus huius parabolæ.

Et hæc de parabola: cuius fructus eſt; vt nos Chriſtiani, à quibus ſemel dæmon expulſus eſt per baptiſmum, vel per abſolutionis Sacramentum, timeamus ne dæmon fortior & potentior in nos redeat: nam dæmoni plus ſapit vnus Chriſtianus, quàm decem Iudæi vel Pagani: vnde apud Prophetã dicitur: *Cibus eius electus*; & vt ait Iob, habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius.

Eſca dæmonis electæ quænam ſint.

Habacuc 1. Iob. 40.

Relabi, & continuare peccatum in animo, differunt.

Ad peccatum autem recidiuum vitandum præmittendum eſt in primis, aliud eſſe relabi, aliud continuare peccatum corde, etiamſi quis ab eo opere ceſſet ad tempus. Nam qui in Quadrageſima, vel infirmitate, à turpibus actionibus vacant, non ſine animo ad illas redeundi, vel nõ cum firmo

proposito abstinendi à mortifero delicto, vel restituendi aliena bona quæ possident, vel malas societates vitandi, vel vsurariam vitam relinquendi, vel fœminam, cum qua prius consuetudinem habuit, abigendi, vel falsa pondera, & mensuras iniquas frangendi, vel iracundiam & odium in fratrem deponẽdi, iniuriamque de corde remittendi; tales cum in eodem facinore reuoluantur, propriè relabi non dicuntur. Nec enim potest dici iterum cadere, qui à priori casu nunquã surrexit, sed perpetuè in eo iacuit: nec redire in carcerem qui nunquam inde egressus est. Nec possunt tales nisi periculose accedere ad Sacramẽtum. Nam sicut vrtica citò renascitur, cuius radix in terra dimittitur; & plaga malè sanata periculosius vrget, quàm ante: ita si malæ voluntatis radix in corde permaneat, peccatum semper manet. Aliud verò est recidere in peccatũ, etiam iam dimissum, quod tanquã circunstantia quædam aggrauans est: quia ingratus est de dono Dei accepto, & medico, qui tot suis expensis illum curauit. Non tamen redeunt peccata ipsa quod ad substantiam, vel reatum debitum illis peccatis attinet: quia Deus voluit priora delicta ita esse tecta, vt diuina iustitia illorũ pœnam æternam commutauerit in temporalem. Nec tantũ nocent peccata admissa stultè in peccata recidenti tanquã circumstantia aggrauans; sed etiam bona opera in statu gratiæ facta nõ omninò pereunt: etiamsi dicatur à Propheta: *Omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur:* quia ipso peccatore pœnitente reuiuiscunt, & ex misericordia Dei illa bona opera semper viuunt in acceptatione Diuina: & semper esset eis præmium vitæ æternæ reddendum, nisi suscipiens per nouam culpam esset indispositus. Vnde Iurisperiti dicere solent; alicui remanere ius, cui non competit actio propter aliquod impedimentũ: quo durante, cessat & actio; illo verò ablato, redit actio. Denique incidere in priora dimissa, non facit priora delicta redire; nisi quantũ ad circumstantiam aggrauãtem: quia difficilius impetratur venia à Principe pro secundo delicto homicidij, quàm pro primo; membrum eodẽ loco cõfractum ægrius sanatur; maiori cum difficultate expugnatur castrum ab hoste recuperatum, quàm prius: vix concipere potest spem regni cœlorum, qui vno tantũ die versus illud profectus, cum multis diebus in gehennam iter instituerit: & vbi primum furtum flagellis, secundum morte punitur: & quanquã quis vxori primum adulterantis iniuriam remittat pluries tamen illud delictum repetenti nequaquam parcet.

Relabi in peccata qui minime cẽseantur.

Non facile hisce ad Sacramentum confessionis esse, vel communionis accedendum.

Iisdem peccata recidiua quid noceant.

An noceant operibus bonis olim factis in gratia, nec ne.

Ezech. 18.

Iurisperitorũ dictum.

Quàm difficile iterum admissa delicta condonentur.

Quisque igitur nostrum illud ante oculos habeat, quod hic dicitur, Assumit septẽ alios spiritus secum, nequiores se, & intrantes habitant ibi. Illud etiam verbum Ieremiæ altè cordi infigat: *Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas?* Et illud Petri: *Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum cõuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato.* Contigit enim eis illud veri prouerbij: *Canis reuersus ad suum vomitum:* Et, *Sus lota in volutabro luti.*

In peccata relabentibus quam cauendum attente, & diligenter.

Ierem. 2.

2. Petr. 2.

Prouerb. 26.

Sequitur apud Lucam: *Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neq; sub modio sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totũ corpus tuum lucidum erit, &c.* Hæc omnia, quæ subiungit, latè exposita fuerunt in V. libro, cum in sermone Domini in Monte contineantur: reposita sunt tamẽ hoc loco à Domino; ad indicandum finem & fructum Euangelicæ doctrinæ. Nã cùm paulò ante dixisset se fore in signũ generationi illi, quemadmodum Ionas fuit in signũ Niniuitis, & subiunxisset effectum contrarium: quia illi pœnitẽtiam egerunt; isti autem, vt impœnitẽtes, ab illis condemnandi sunt: ne quis putaret, ipsum venisse in damnationem generationis illius; ideò hac similitudine lucernæ & super candelabrum Ecclesiæ positæ ostẽdit, se in salutem omnium venisse, vt agnoscant veritatem, nisi ipsi homines sponte velint lucem odisse, & sibi viam præcludere salutis. Hanc igitur lucernã doctrina, signis, & sanctis operibus lucentem fide amplectamur, eamque in cunctis nostris exercitijs siue spiritualibus, siue corporeis ante oculos habeamus, vt, quid nobis, & quomodo sit faciendum, in quem finem, intelligamus; & tenebras dæmonũ, & sensus nostri, & rationis nostræ infirmæ fugiamus, & ad æternã lucem perfruendam perueniamus, gratia & merito Domini nostri Iesu Christi, quẽ cum Patre & Spiritu sancto, vniuersi nos atque adeò omnis creatura, colere ac venerari debet, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Luc. 11.

Quorsum hæc de lucerna super candelabro ponenda à Domino quæ dicuntur, pertineant.

Finis Christi aduentus ad Iudæos.

Quomodo accendemus lucernam, & super candelabrum non sub modio ponemus.

TRACTATVS XIX.

De Disceptatione Domini cum Capharnaitis, in qua disserit de manducando pane cœlesti. Et habetur Ioan. 6. *Altera die, turba quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna, & quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abiissent. Alia verò superuene-*

runt

runt naues à Tiberiade, iuxta locum vbi manducauerunt panem, gratias agentes Deo, & reliq.

Hanc historiam de pane cœlesti solus enarrat Ioannes.

EVANGELISTA Antequam disceptationem istam die pane vino, qui de cœlo descendit, quam solus ipse, & nullus alius enarrat, auspicetur, prius nobis describit & tempus, & locum, & disceptantes ipsos, quæ omnia ad ⟨r⟩euidentiam, historiæque veritatem valent plurimum. Tem-

Quo tempore eadem, & loco contigerit.

pus igitur describitur fuisse altera die, siue postero die, vt Græcè habetur: intellige autem posterum diem à sigoo illo, quo Dominus quioque panibus satiauit tot hominum millia; vt ab illo pane miraculo edito, instituatur disputatio de pane cœlesti, sine Sacramentali, quo omnes in Ecclesia Dei pascimur. Locum verò declarat Euangelista fuisse ciuitatem Capharnaum, quam in patriam suam Dominus acceperat. Et vt vt inferius ait Ioannes, hæc disputatio noo in platea, aut extra portam; sed in ipsa Synagoga Capharnaum habita est. Disputatores verò describit, dicendo quia Turba quæ stabat trans mare, siue ad mate, & quæ voluit Christum tapere, & facere Regem, vt testatur Euthymius: nam cum illum non inuenissent, stabant in littore, cogitantes quid actum esset de eo; vidit quia nauicula alia nō erat ibi nisi vna, & quia non iotroisset cum discipulis suis Iesus in nauim.

Quibus cum Dominus disputauerit de pane cœlesti.

Euthym. c. 9. in Ioan.

Turbæ igitur pars illius, quæ satiata fuerat, hanc instituit cum Christo disputationem: & occasio sermonis fuit, quòd populus ille quærebat, & mirabatur cibū corporis, vnde stultitia non mediocri laborabat: cùm enim vidisset Christū aduersari tegno muodano, & ab eis confugisse; videretque Apostolos redijsse, & noctem appetere, cibumque deesse, adhuc tamen permanebat vsque in alterā diem. Ioterim Christus fugit ab eis, qoi tātum carnalia quærunt, & quorum Deus, venter est: & discipulos sequitur apud quos solos manet. Mirabatur enim illa turba, vbi nam Iesus esset, quia nec videtant eum cum discipulis nauem conscendisse: vnde côiectare poterant eum vel pedibus super mare ambulasse, aut à Spiritu Domini raptum fuisse: quemadmodum Habacuc ab Angelo, aut Helias à Spiritu Domini de loco in locum translatus. ¶ *Alia verò superuenerunt naues à Tiberiade, iuxta locum vbi manducauerant panem.* Hoc opus erat describi, ne quis cogitaret, quo modo turba traijcere potuit, cùm prius dixisset nullam aliam nanim affuisse præter eam, in qua Apostoli abietant in Capharnaum, & quæ ad littus, vnde soluerat redierat. Sub

Populi illius Iudaici stultitia.

A quibus fugiat Christus cum quibus verò maneat. *Philip. 3.*

Dan. 14.
4. Reg. 2.

dit, *iuxta locum vbi manducauerant panem gratias agentes Deo*. Græci codices in hoc loco va rij sunt: nam quidam illam particulam, *gratias agentes Deo*, non habent; quidam in genitiuo absolutè posito habent εὐχαριστήσαντος τοῦ κυρίου, hoc est, Cum gratias egisset Dominus: nam cū panes fregit Dominus, præcesserat gratiarum actio, vt ait Euthymius: alij verò Codices habēt, quemadmodū Latina lectio habet: nā cùm miraculo saturati fuissent proruperunt in gratiarum actionem; vel gratiarum actiooem vocat, illa verba quæ dixerunt, *Quia hic est verè Propheta, qui venturus erat in mundū*: nam agnitio erat beneficij Messiæ à Deo missi, & à se accepti: vnde & Regem eum facere meditati sunt.

Græcorū codicum hoc loco diuersitas.

Euthym. loco præcitato.

Quum ergo vidisset turba, quia Iesus non esset ibi, neq; discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum quærentes Iesum. Fructus prædicationis est, Iesum cognitum quærere: & quia omnis qui quærit, inuenit; propterea subditur: *Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi quando huc venisti?* Vbi notandum est, illam particulam *trans*, vt libro 6. diximus, non tantùm significare traiectum ex vna ripa in oppositam, sed etiam ex vna ripa, ad aliam eiusdem ripæ partem, quæ & itinere pedestri coosici poterat quāuis compēdiosiori, & commodiori via nauigando. Et ita eadem turba, quę erat in loco, vbi Christus satiauit turbam, dicitur hic fuisse trans mare. Et rursus cū veoerunt Capharnaū, dicuntur venisse trans mare; & tamen mōs ille, in quo illud miraculū fuit editū, situs erat in deserto Betsaidæ, à qno ad Capharnaū pedestre erat iter. Interrogant autē quando venisset, &, vt ait Enthymius, non interrogant quomodo venisset, vt tantùm signum discerent; neq; de regno dixetunt; sed his relictis cœperunt assentari, dicētes, *Quando huc venisti*, ignorans quod nos à te pēderemus? vel ex tēpore quo aduenisset putabant se assecuturos num Dominus pedes veoisset, an oauigio. Assentabantur antem dicendo Rabbi, vt mensam iterum eis apponeret; nam semel satiati, & ligurientes, cæteris omnibus iam cōsumptis, de secundarijs cogitabaot. Ita Euthymius. Non produnt consilium quod habuerant de eo constituendo Rege, quia tutum nō erat in ciuitate prodere. Cæterùm cùm hæc interrogatio vana esset, nihilq; fructus contioeret, & quia innnlem quæstionem silētium debet solnere: Christus respondit, non ad eorū mentē, quod indigni essent, & ne videtetur ostendere virtutem suā, cùm super mare ambulando veuisset, quā eriā ex discipulis agnoscere poterant; sed respōdet fructuosius eorū mēti, & facto, quo eū quęrebant;

Fructus prædicationis Christi.

Matth. 7.

Trans particula, duo significat in sacris literis.

Iudæorum assentatio, curiositas.

Euthym. eod. c. 9. in Ioan.

Inutilis quæstio silentio soluenda est.

Christi responsio ad Iudæos prudens.

bant;& quidem paulò asperius ob id qnod viderenr blanditijs sibi assentari, quo ostenderet se eorum nō capi blandirijs. Respondit itaque: *Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa; sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.* Dominns quia turbas eum quæreutes vt Regem facerent, fugerat, iam eis nihil de regno loquentibus se præsenrat: & qni prius eorum ventrem saturauerat, nunc tentat satiare mentem.

Christi humilitas, animaru zelus.

Et obiurgatiuncula quadam eorum assentationem reprehendit; vt eos excitet ad attentius tanram doctrinam excipiendam. Prlmò ergo illis obijcir, quòd eum quærerent propter ventrem & corpus, & non propter animam: quod Messias spiritualis missus ab eis agnitus non esset, sed rantùm carnalis, id est, à quo tantùm carnalia, & temporalia expectarent. Quòd Dominns pari nō debuit, sed ostendere se animarum iustificatorem, satiatoremque vt iustificati, & satiati, possint dicere cum Paulo: *Etsi cognouimus secundum carnem Christum; sed nunc iam nouimus*: Aliqui enim illorū sequebantur Christum ob signa, quibus corpus curabat; alij ob panes, qnib⁹ corpus satiabat, nō autem quatenus significabant spiritualem sanitatem, aut satietatē mentis. Propterea illos reprehendir quod se quærerent, non propter signa; sed quod de panib⁹ manducassent. Non vult Dominus Iesus, amicos socios mensæ, & qni non permanent in die tribulationis, vt ait Salomon. Hîc autem exurgit dubium: Quomodo dicit, nō quia signa vidistis: cum superius dicatur: *Sequebatur eum turba, quia videbant signa quæ faciebat?* Et iterum: *Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum, dicebant, Quia hic est verè Propheta qui venturus est in mundum.* Sed dupliciter potest hic nodus dissolui. Primùm, vt dicamus, illos nos vidisse signum oculis spiritus, siue oculis fidei; sed tantùm oculis carnalibus. Erant enim Domini signa ad id vnū à Deo ordinata, vt verus & spiritualis Messias ex illis agnosceretur, & crederetur: at illi ex signo colligebant eum Messiam carnalem, sine carni tātùm fauentem.

Iudæi ab Messia quid tantū expectarent rudes.

2. Cor. 5.

Quos socios Christus dedignetur, auersetutque.

Eccl 6.

Quàm verū sit Iudæos Christum (vt ipse ait) non ob signa quæ viderant, sed quia ex eius panibus manducauerant, sequi velle.

Secundò dici potest, illos quidē recens facto signo permoros fuisse, vt eum Messiam spiritualem agnoscereur; posteà verò eius rei obliuione capti, vt constat ex litera, non tam ob signa, quàm ob saturitatem ventris, eum quærebant: sperabant enim semper in posterum illum prospecturum de alimento, vi fecerat. Et tales sumus nos vsque in hodiernnm diem. Nam cum illum Dei Filium, & Messiam spiritualem agnoscamus: semper tamen ad eum accurrimus, temporaria, anr corporea bona postulantes. Docet hîc etiam Dominus, vt ne in beneficijs temporalibus, siue sanitatibus corporis sistamus; sed per illa, tanquā per gradus, ad dona spiritualia, ac diuina petenda cōscendamus: vt non semel alias diximus.

Altera solutio.

Similes qui Iudæis illis, videri possint.

A terrenis Christi beneficijs ad cœlestia, & spiritualia ascendendum nobis est.

Operamini non cibum qui perit, sed quia permanet in vitam æternum, quem Filius hominis dabit vobis. Hîc promittit per verbum de futuro, quòd dabit panem sanctum Eucharistiæ: & hortatur, vt illum operentur, id est, vt ad eum habendum se disponant, ac laborent: illum loquendi modū vsurpans, quo soliti sumus dicere: Mercenarius laborans, operatnr cibum suum; & sicut Dominus dixit, *Dignus est operarius cibo suo*, id est, labore suo illum promeretur: sic operarij missi sunt in vineam, vt operaretur sibi denariū. Proinde idem est operari, atque per opera promereri: & occasione capta saliar Dominus à cibo corporeo ad spiritualem, vt cū Samaritana ab aqua terrena ad cœlestem & spiritualem ascendit: docuitque Dominus pastores omnes, vt à corporalibus ad spiritualia auditores traducant, & à rebus inferioribus occasionem de spiritualibus disserendi prudenter quærant. Quòd verò ait, *Non cibum qui perit*, dubitationem porrigit. Videtur enim Dominus damnare ens, qui labores manuum suarum manducant, & omnes eos, qui ex artificio viuunt. Respondemus, Christum hoc verbo, nón damnasse laborantes manibus suis, qui faber à turba vocabatur; & Apostolus laborabat manibus suis, ne quem grauaret, erat enim scenofactoriæ artis: nec prohibet pro cibo corporis laborare: qui per se dixir, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*; & per Dauidem: *Labores manuum tuarum quia manducabis; beatus es, & bene tibi erit*; & per Paulum: *Si quis nō vult operari, nec manducet.* Christus ergo non prohibet ne laboremus propter panē qui perit, sed ne præcipuè ob finem satiandi ventris operemur; sed maximè ob finem gloriæ Dei, qui finis more olei supernatare debet cunctis alijs laborandi studijs & consilijs. Nam ille supremus finis tanquam insitum quid virtutem totius arboris ad se attrahit: ita ille omnium opera: vt iam qui sic laborat, nō propter cibum qui perit, sed propter cibum, qui permanet in vitam æternam, operetur. Vel sensus Domini est; *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet.* Id est, Si licitum est laborare propter cibum pereuntem; multò magis propter cibum permanentem. Et si anima præstantior est corpore; multo magis laborandum est propter cibum animæ, qui præstat vitam æternam, quàm propter cibum pereuntem, qui præsentem ad tempus vitam sustentat.

Quid est. Operamini nō cibum qui perit, sed qui permanet in vitā æternam.

Matth 10.

Matth. 20.

Ioan 4. & seq.

Psalm. 127.

Si cibus corporis non est nobis operandus; quorsum id: In sudore vultus tui vesceris pane tuo.

Marc. 6

2. Thess. 3.

Actor. 18.

Gen. 3.

Psalm. 127.

2. Thess. 3.

Præcipuus laborandi finis quis ille.

Altera solutio.

Est

Matth. 6.

Cur Dominus inquit.

Quem Filius hominis dabit vobis, & non potius Filius Dei.

Est ergo sensus: *Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius; & hæc omnia adijcientur vobis.* Quo verbo nõ prohibet Panem quærere corporeum, sed præcipuam curam adhibendam in cibo spiritus. Cùm autem potuisset dicere, Filius Dei dabit vobis, dixit: *Filius hominis*; vt ostendat Christi humanitatem quasi Diuinitatis instrumentum, ea, quæ salutis nostræ sunt, exequi. Adhæc in Humanitate sua nobis ea bona promeruit, & Humanitatem suam integram cum Diuinitate nobis in Eucharistia tanquam Panem vitæ porrigit: contra eos, qui putant in hoc textu nihil dici de Eucharistia, allegando illud, sed sine fructu; *Caro non prodest quicquam.* Dabit autem Filius hominis ad vitam operanti, & cum fide ad Sacramentum accedenti, & cum lactucis agrestibus pœnitentiæ eum sumenti. Etsi enim omnes præparationes adferamus ex parte nostra ad hunc cibũ percipiendum, adhuc tamen nobis dicendum est: *Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum*: vt agnoscamus illum panem potius dari, quàm reddi, vincit enim omnia merita nostra tanti beneficij magnitudo. Ostendit etiam hoc verbo se nõ venisse in mundum ad pascendum corpora, vt illi pasci quærebant, sed ad pascendas mentes & animos fidelium. *Hunc enim Pater signauit Deus.* Siue sigillauit, & pronomen *Hunc*, Græca litera demonstrat non ad cibum βρῶσιν qui fœminini generis est, sed ad Filium hominis esse referendum. Ideò sensus Ruperti Tuitiensis, quod Deus illum panem signauerit, siue ab alijs profanis cibis discreuerit atque distinxerit, ita vt qui illum nõ diiudicat, iudicium sibi manducet & bibat; stare nõ potest: etiamsi alioqui sensus sit verus, & Catholicus. Sed Filius est qui signatus dicitur: qui etiam signabit panem, quẽ dabit: & omnes comedẽtes signaturus est Spiritu promissionis sancto. Est ergo sensus, iuxta Chrysostomum, & Augustinum, Deum signasse siue sigillasse Filium hominis, notum nobis illũ faciens, & quasi sigillo suo, hoc est, testimonio suo atque miraculis demonstrans, illum singularem Filium Dei esse, & Filium hominis & per consequens idoneum, vt non tãtùm cibum corporis, sed etiam vt cibum animæ largiri valeat. Cyrillus hoc verbo explicat Patrem filio dedisse omnimodam identitatẽ. Nam vt sigilli figura in obsignatis rebus imprimitur: ita Filio hominis quodammodo impressus est Filius Dei, qui est figura eius, & character, iuxta illud Apostoli: *Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius*, siue vt Græcè habetur, character hypostasis eius. Augustinus tract. 25. in Ioann. *Quid est pater illum signauit? proprium quiddam illi dedit, nec cæteris comparetur hominibus. Ideò de illo dictum est: Vnxit te Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis: ergo signare, quid est? Exceptum habere, hoc est, præ participibus tuis.* Et paulò post; *Quid est signaret? Proprium aliquid mihi daret, quo non confunderet cum genere humano, sed per me liberaretur genus humanum.* Hucusque Augustinus. Potest etiam esse sensus, Christum propterea dici signatum; quia eum Deus signum nobis videndum atque spectandum pro salute nostra ab eo participanda ac deriuanda proposuit, velut Apostolus inquit: *Quem proposuit Deus propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius*: & alibi, *Aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum.* Et hoc signo dixerat Propheta: *In die illa radix Iesse qui stat in signum populorum* (tanquam serpens in Cruce exaltatus) *ipsum Gentes deprecabuntur.*

Quid est: Hunc enim Pater signauit Deus.

Ruperti Tuitiens. de pane cœlesti interpretatio minus congrua reijcitur.

Ephes. 1. Chrysost. ho. 43. in Ioan. tom 3. Aug. tract 25. in Ioan. tom 9.

Altera commodior.

Hebr. 1.

Augustin.

Tertius huius loci intellectus.

Rom. 3.

Hebr. 12.

Esai 11. Ioan 3. Num. 21.

Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus vt operemur opera Dei? Quia Iudæi credebant cibum hunc, quem promittebat, diuinum prorsus esse, rectè, & consequenter intellexerunt opera, quibus ille cibus acquirendus erat, oportere esse diuina. Quasi diceret; Proponis nobis cibum diuinum; hortaris vt illum operemur: opera ergo illa planè diuina fore necessum erit: sed cum nos homines simus, quid facere possumus vt diuina opera præstemus? Quod si hæc ex animo dixerunt; commendandi sunt atque laudandi: nihil enim sanctios & laudabilius homo facere potest, quàm vt semper diuinam inquirat voluntatem, teste Propheta: *Doce me*, inquit, *facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.* Ita etiam Samaritana Christo promittenti aquam viuam, *Domine*, inquit, *neq; in quo haurias habes, & puteus altus est; vnde ergo habes aquam viuam?* Et posteà, *Domine da mihi hanc aquam* Quidam tamẽ hæc tanquam irrisoriè, ac veluti ex contemptu quodam & fastidio dicta esse interpretantur, inter quos Cyrillus. Sed nobis prior sensus magis arridet; vt simpliciter, & ex bono animo dicta fuerint, vt ita digni fierent, quib⁹ Dominus tantum mysterium panis detegeret. Et opera Dei vocat, opera Deo grata; & idcircò non sine gratia eius facta.

Cur Iudæi Christo dixerint: Quid faciemus vt operemur opera Dei?

Summè gratũ Deo opus, & acceptum.

Psalm. 142.

Ioan. 4.

Altera sententia.

Cyrill. lib. 3. in Ioann. c. 30 tom. 2.

Respondit Iesus, & dixit eis, Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille. Id est, Maxima dispositio, seu opus, quo sumendus ad salutem hic cibus, fides est formata: qua qui me accipit, operatur cibum qui non perit. Et quærentibus de operibus, Iesus respondet de vno opere in singulari, significans vnũ esse opus veluti fontem & substantiam omnium bonorũ operum. Nam vt inquit Apostolus; *Omne quod non est ex fide, peccatum*

Opus Dei in Christum fides qualis sit.

Rom. 14.

est;

Hebr. 11.

Opus fidei, cur opus Dei dicatur.

Rom. 4.

2. Cor. 10.

est: Et credere oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Et vocat illud, opus Dei; non legis: siquidem ab Apostolo fides contra opera legis distinguitur; non contra opera fidei, cum ipsa sit actio non minus Dei, quàm nostra, & per eam offerimus intellectum Deo, captiuantes illum in obsequium Christi. Offerimus etiam voluntatē tendentem in Deum, per amorem, & confidentiam. Credere autem in eum, quem misit Deus, complectitur mysterium Trinitatis, & in ea Incarnationis; & proinde dignum est quod Deus respiciat, & quod tanto Pane remuneret.

Fides in Christum quæ duo in se mysteria complectitur.

Musculus hæreticus hoc loco quid mussitet.

Musculus arrodens hæc Domini verba, scripsit: *Quod si alicui Pharisæo proposità quæstio ista fuisset: Quid faciemus vt operemur opera Dei? longè alia responsione vsus fuisset: dixisset potius, Hoc est opus Dei, vt circumcidamini, vt purificemini, Sabbata custodiatis, & quæ alia sunt huiusmodi opera, faciatis. Aut si cui Papistæ eadem quæstio proponeretur, statim proponens audiret, hoc esset opus Dei, frequenter ieiunare, multū orare, Missas audire, aut id genus reliqua, quibus impuri homines se indies magis ac magis contaminarent.* Sic ille infelix, ex suo aliorum ingenia metiens. Quasi verò infidelem ad Fidem venientem, relicta Fide, id doceamus, quin potius ab accedente ad baptismum, Ecclesia petit primo loco fidem, deinde charitatis opus, quæ omnem legem includit. Certè Christus ab infidelibus ad se venientibus fidem exigebat; ab habentibus verò Apostolis fidem exigit, prætereà humilitatem, charitatem, patientiam, & legis totius obseruantiam, perseuerantiam. Et ab exigente, *Quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?* non respondit, Crede; sed, *serua mandata*; & maximum legis mandatum dixit esse dilectionem. Illud verò ridiculum est, quod ait, ieiunium, orationem, Missæ auditum homines contaminare: cum hæc opera sancta sint & de illis laudētur homines in Sacris literis: & Sacramenta recusare, vel contemnere opus sit inobedientis, & contumacis, & bellum Deo ipsi indicentis, qui alia via adipisci nititur vitam æternam, quàm præscripserit Dominus. Certè nullibi Christus aut Paulus soli fidei quicquam promisit: quæ etiam si montes transferat nihil prodest, si charitate sit destituta.

Ab ijs, qui in se non crederent, quid Christus exigebat; quid verò etiam ab Apostolis requirebat.

Matth. 19.

Quæ opera sancta immundus ille Musculus & peruersus homines aiebat cōtaminare.

1. Cor. 13.

Et hîc præter fidem exegit esum Sacramenti: *Nisi manducaueritis*, inquit, *carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*

Ioan. 6.

Deinde etiam hoc loco Beza asserit, nos paralogizare, quoniam ex eo elicimus fidē esse opus, & per consequens ex operibus iustificari; & ideò docet fidem impropriè dici opus. Sicut Paulus ad Romanos scribens, vocat legem fidei: *Quemadmodum*, inquit, *si quis medicum gratia sanitatis recuperandæ, accedat & offerat illi quantamcunque, velit pecuniam: Medicus verò respondeat; Omnis pecunia, quam à te peto, hæc est; vt mihi credas, & confidas tanquàm salutis tuæ sitientissimo. Si sic medicus respondeat, non confestim consequitur pecuniam esse confidentiam, vel fidem.* Sic ille. Sed vt apertius hæc falsa esse reuincamus, aduerte, fidem siue confidentiam, vt in Scripturis frequenter accipiuntur, manifestè suapte natura esse actiones quasdā, siue illas Deo siue homini accōmodemus, quemadmodum secundum suam substantiam cætera bona opera, quibus mandata Dei perficimus, sunt. Sed quod Paulus distinguat fidē ab operibus, vel legē fidei à lege operum, inde est, quòd Apostolus per opera, intelligit ea, quæ ex se meriti rationem habent, & illis aliquid iure debetur; fidem verò, intelligit actionem, quæ omni caret ex seipsa merito, Sed soli nititur diuinæ misericordiæ, & liberalitati; & ideò reputatur ad iustitiam, hoc est, Dei munere, & misericordia acceptatur à Deo, quasi opus esset verè iusti & iustificati, ac promerentis aliquid apud Deum: vt Apostolus aperte tradit ad Romanos. Non minus ergo opera fidei, quàm ipsa fides ad iustitiam, & meritū apud Deum propter Christū acceptantur: at propriè, iuxta Pauli doctrinam, opera non sunt, id est, merita ex natura sua vim promerendi habentia: & ita non sola fides; sed & opera ex illa prodeuntia, si ex gratia procedant, vim habent iustificandi, vt B. Iacobus frater Domini tradit. Opera verò, vel operū legem intelligit Apostolus, quæcunque sine fide fiunt, & existimantur ex se excluso Christo, & gratia eius, vim habere iustificandi, & promerendi vitā æternam. Nam tales olim erant Iudæi, & Pelagiani posteà extiterunt: contra quos Apostolus edisserit ad Romanos, & alijs locis, quos conuincit opus habere gratia Dei, & fide, quæ ex misericordia deputatur ad iustitiam, vt possint meritū apud Deum habere.

Quid hic rursus hæretica mente prædicans nuntiauit Beza.

Rom. 3.

Fides sine cōfidētia secundum se quidnam sit.

Elegans hic de fide, & operibus doctrina traditur.

Rom. 4.

Iacob. 2.

Rom. 3.

Infra 4.

Adhæc distingue inter opus Dei, vt hîc Dominus loquitur, & opus hominis, siue inter opera Dei, & opera hominum. Nā fides, & quæ ex ea oriuntur opera, Dei opera sunt, atque ex Spiritu Christi profecta; & ex Dei gratia, & misericordi pacto censentur ad meritum: opera verò hominum possunt valere, & promereri apud homines; tamen omni merito apud Deum carent. Et confirmatur hæc doctrina Augustini testimonio, qui libro De prædestinatione

Opera Dei, & opera hominum quid differant.

August. lib. de prædest.

Sancto-

Sanct. c. 7. 10. prope fin.

Sanctorum ita habet: *Sed forsitan dicunt; Ab operibus fidem distinguit Apostolus: gratiam verò nō ex operibus esse dicit, non autem dicit, quod non sit ex fide. Ita verò est: sed ipsam quoq; fidem opus Dei dicit esse Iesus: & hanc vt operemur, iubet. Dixerunt enim ad eum Iudæi: Quid faciemus vt operemur opera Dei? Respondit Iesus, Hoc est opus Dei, vt credamus in eum, quem misit ille. Sic ergo distinguit Apostolus ab operibus fidem, quemadmodum in duobus regnis Hebræorum distinguitur Iudas ab Israel, cum & ipse Iudas sit Israel. Ex fide autem ideò dicit iustificari hominem; quia ipsa prima datur, ex qua impetrentur cætera, quæ propriè opera nuncupantur, in quib⁹ iustè viuitur.* Hactenus Augustinus.

Ioan. 6.

Quemadmodo distinguat Apostolus ab operibus fidē. Cur Apostolus ex fide iustificari hominem, non ex operibus, dicat.

Sequitur Euangelista: *Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis signum, vt videamus, & credamus tibi? quid operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de cælo dedit eis manducare.* Videntur eruditi fuisse isti, qui cum Domino congrediebantur: nam & allegabāt sacras Scripturas, & nō sine ratione loquebantur. Quasi dicerent; Exigis vt tibi præstemus fidem tāquam summo duci, & Messiæ; opus ergo est, vt præstes maiora signa quàm Moyses: quod hactenus tamen non fecisti. Nam tu tātùm communes panes, & hordeaceos, & semel quidē dedisti; Moyses antè præstantiorem panem, vtpote manna de cœlo, & non ad horam, sed per spatium quadraginta annorum; & nō tam paruæ turbæ atque tu dedisti, sed vniuersis filijs Israel, qui excedebant summam sexcentorum ferè millium hominum, præter paruulos, & mulieres, & vulgus Ægypti promiscuum innumerabile. Et ita intendunt, quòd signa quæ hactenus fecerat, non erant idonea & sufficientia, nisi maius aliquod protulisset. Et ita exaggerant miraculum Moysi, vt extenuent miraculum Christi. Et manna, dicitur panis de cœlo; non quòd de cœlo descenderet; sed quòd in aëre ministerio Angelorum conderetur. De quo Psaltes: *Pluit illis manna ad manducandum: panem cœli dedit eis.* Est autem manna, vox Chaldæa, eo quod cum primū decidit de cœlo, dixit populus admiratus, Manhu, id est, Quid hoc? pro Mahu interiecta litera nun, euphoniæ gratia. Vel interpretatur Donum hoc, seu, donum est: nam מנה donare significat, vt videlicet populus rei nouæ & incognitæ nomen generale indiderit, vocans eam donum, scilicet Dei. Syriacè verò מננא Manno pronuntiatur, sed contractis punctis manna dicitur cum duplici nun.

Exod. 16.

Moysis cum Christo, Iudæorum contentio.

Supra c. 2.

Manna, panis de cœlo cur dicatur.

Psalm. 77.
Exod. 16.

Manna quid significet.

Altera etymologia.

Et rectè aiunt; *Vt videamus, & credamus:* Hoc est, vt videamus sign[um]; & credamus, ò viri. Vana ergo videtur etymologia Pagnini in Thesauro suo in verbo Manna, & Vatabli in Exod. 16. qui dicunt, Manna signare donū vel oblationem, à verbo מנה quia in voce Manna deficeret litera radicalis ה Melius ergo accipitur, vt sit verbum admirantis & dicentis: Quid hoc? & falso aiunt Hebraicè Man, non significare quid, sed Men: quia Man vox est & Hebræa, & Chaldæa, & ita Hieronymus intellexit. Quid hoc? & Septuaginta verterunt, Quid est hoc? & Chaldæa paraphrasis: nostræ etiam versioni congruit quod sequitur: *Ignorabant enim quid essent:* vnde Daniel 3. bis dicitur Man: *Si quis non prostratus adorauerit.* Et infra: *Quis est Deus qui eripiat vos de manu mea?* Et Psal. 60. *Misericordiam & veritatem eius quis requiret?* Iosephus quoque lib. 3. Antiquit. cap. 1. ait Manna vocem esse Hebræam; *Nam man in nostra,* inquit, *vernacula vox est percunctantis interrogans:* quare non est adiectio syllabica, vt putauit Caietanus, Exod. 16. & Iansenius in Euangelia. Quia verò cum ratione coniunctum erat quod dicebant; ideò Dominus respondit se maiora & præstantiora exhibere velle, vt posset eis obijcere: *Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit; peccatum non haberent.* Ideò aptè respondendo, subdit: *Amen amen dico vobis, Non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. Panis enim verus est qui de cælo descendit. & dat vitam mundo.* Minimè Dominus molestè tulit Moysen sibi præponi: nec obijcit illis quæ iustè dicere poterat maiora se edidisse miracula illis Moysi: nec quod Scriptura nusquam Moysi illud miraculum mannæ tribuat, vt ipsi indicabant, sed Deo: nec denique cōponit signū suum cum Moysi miraculo; sed illis omnibus omissis, salutis eorū magis quàm propriæ gloriæ auidus, aggreditur explicare tractatum de cibo illo, qui præstat vitam æternam. Et quia illi tanti faciebant vetus illud manna; Dominus contrà, illud extenuat, ac deprimit in comparatione panis, quem Pater suus mundo tunc offerret.

Sancti Pagnini, & Vatabli minus solida vocis manna interpretatio reijcitur.

Hieron.
Iosephus Iud.

Contra Caietanum, & Iansenium.

Ioan. 15.

Christi modestia Diuina, incomparabilis.

Sensus est ergo: Manna illud à Moyse datum, in quo vos gloriamini, non erat verè cœlestis, & diuinus panis Spiritus vestros nutriens, ac mentes pascens, nec dabat vitā toti mundo, sed paucis tantùm Iudæis, & ad tempus; Ego autem sum panis, qui non vitam temporariam, sed æternam tribuo mundo.

Quem panem Moyses de cœlo Iudæis dederit.

Quod ait, Moysen non dedisse panem de cœlo, dictioni panem præponitur articulus τὸν ἄρτον, vt constet quod non neget Moysen dedisse panem patribus eorum de cœlo: sed negat Moysen dedisse illū panem de cœlo, hoc est, insignem illum panē cœ-

Quem panem Moyses Iudæis de cœlo non dederit.

lestem, qui vitam æternam præbeat: nam de illo pane talem vitam dante erat sermo, dixerat enim: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.* Et reuera ille panis de cœlo non erat, sed ex aëre deplutus cadebat, vnde volucres aëreæ dicuntur volucres cœli: secus est de hoc pane, è vero cœlo supremo depluto.

Qualis Moysi panis præ Pane Christi quē Deus Pater mundo cœlitus donat.

Expende etiam duos ex opposito assignari panē dantes, alterum Moysen, alterum Patrem. Et Moyses quidem dedit manna, verum quidem; quod ad substantiam attinet, & corporeum panem: quod si conferatur cum Christo, non est panis verus, sed tantùm typicus, & figuratiuus: idcircò cum articulo est dictum τὸν ἀληθινόν. Verum enim hoc loco non opponitur falso, sed opponitur vmbratili, & figurato, vt etiam Augustinus interpretatur.

Aug. tract. 25 in Ioan. ante medium 10. 9. initio.

Quæ enim figuram alterius gerunt, præ illis quæ figurata sunt, non esse talia, aut vix esse dicuntur, vt illud: *Numquid de bobus cura est Deo?*

1. Cor 9. & Deut. 25.

Quandoque etiam participata præ eo quod per essentiam est tale, non esse censentur: vt cum Ioannes ait: *Non erat ille* (scilicet Præcursor) *lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera.*

Ioan 1.

Et alibi: *Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi solus Deus*; Et: *Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius*; cùm tamen Ioannes dicatur lucerna, & alij sint boni, & stellæ bonæ existāt. Vidit enim Deus cuncta quæ fecerat, & erāt valde bona.

Luc. 18. Iob. 25. Ioan 5. Gen. 1.

Christus verò panis est verus cum articulo, & descēdens de cœlo, quia figuratus, & adumbratus in illo manna. Et ille quidē ad tempus alere potuit; hic autem, vitam æternam præstat mundo. Et ille etiam de cœlo propriè non descendebat, sed ex aëre nō procul dissito, vbi congregantur nubes; hic autem panis verè de cœlo descendit.

Quæ propriè quæ verò impropriè descēdant.

Nam descendere actus voluntarius viti est, & animati, qui non competit inanimatis: quæ mouentur quidē, & cadunt deorsum, sed non propriè, vel verè descendunt. Et significat diuinā hypostasim Humanitati coniunctam, ad alimoniam, & pastum hominum.

Et quid panis veri de cœlo descensus significet.

Elegans temporum Enallage in verbo Dandi.

Et nota, prudens lector, quòd cum prius dixit Dominus de futuro: *Quem Filius hominis dabit vobis*, deinde de præterito subiunxisset: *Non Moyses dedit vobis panem de cœlo:* tertio iam loquitur de præsenti: *Pater meus dat vobis panem.* Si exactè hæc excutiamus, dedit quidē manna, dat verò de præsenti panem Verbi Incarnati Pater: dabit de Futuro Filius hominis in mysterio Eucharistiæ, de quo paulò ante: *Quem Filius hominis dabit vobis:* & de quo paulò post dicet cum eodem verbo de futuro: *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.*

Panis à Moyse dati è cœlo Iudæis, & panis Christi differentiæ.

Deinde expende differentiam vtriusque panis. Nā ille non erat de cœlo descendens sicut iste: ille non erat verus, sed figurans, & typicus, quemadmodum est iste. Ille non dedit nisi vitam temporalem, hic æternam: Ille Iudæis tantùm: hic toti mundo. Quod ergo dicitur. Panis enim verus est, qui de cœlo descendit, & dat vitā mundo: explicat duas conditiones panis veri, quibus distinguitur à manna, & à quouis alio corporeo pane.

Corruptus locus.

Et Græci codices, & Syriacus non habent, Panis enim verus est, sed; Panis enim Dei est, quam lectionē habent multa Latina exemplaria vetusta, & agnouit Augustinus.

Aug. tract. 25 in Ioan. qui & si habeat, Panis enim Deus est legendū est Dei, ... [illegible] *qualis*

Et est sensus; Panis ille, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo, non potest dici panis alterius quàm Dei, qui est in cœlo: nec potest dici terrenus, aut humanus, sed tātùm diuinus. Et hoc merito adductū est ad probandum quod præcessit, nempe solum Patrem dare nō panem de cœlo, & verum panem.

Triplex panis à Deo datus.

Habes præterea præter panem corporalem, quem ederunt in deserto multiplicatum à Domino, tres alios panes, nempe illum typicum dictum manna, & Christum incarnatū iam datum, & ipsum Christum in mysterio Eucharistiæ nōdum quidem tunc datum, sed dandum.

Quem panem Iudæi sibi semper dari à Christo expeterent.

Dixerunt ergo ad eum, Domine, semper da nobis panem hunc. Sensim eos Dominus ad intellectū panis spiritualis perducit. Et quamquam illi necdum perfectè intelligerent, tamen concupiscentia quadam tacti, & panem aliquem corporeum somniantes, qui à morte corporis præseruaret, dicunt: *Domine, semper da nobis panem hunc.* Ad quem modum Samaritana, & ipsa cogitabat quandā aquā corpoream, qua semel hausta omnino pelleretur sitis in æternum, cum inquit: *Domine, da mihi hanc aquam vt non sitiam, neq; veniam huc haurire.*

Ioan. 4.

Ita hic Iudæi dicunt; *Da nobis panem hunc*, quem dicis verum, & vitā æternam præstare. Tu ergo, qui nos pridem satiasti pane, neque pellente famem, neque tollente mortem, fortassis iam habes alium altiorem panem, qui nos satiet in æternum: ad quem obtinendum si preces nostræ valent quicquam, rogamus vt illum semper nobis largiaris. Et petunt hunc panem sibià Domino dari cum prius dixisset: *Pater meus dat vobis panem:* quia intellexerunt Patrem dare per Filium: præsertim cum prius de se dixerit: *Quem Filius hominis dabit vobis.*

Dixit autem eis Iesus: Ego sum Panis vitæ: qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet in æternum. Cum hactenus in tertia persona credendū in se esse, quem Pater Deus misit, modestè dixisset, iam in prima persona aperte se ipsum prodit, etsi non ignoraret quosdam derisuros, erant tamen qui-

Panis vitæ quid more Scripturæ.

dam cum fructu audituri. Et se, panem vitæ vocat phrasi Hebræa, id est, verè viuificantem, & vitam veram largientem, non quidem naturalem, aut sensibilem, aut rationalem, quam quisque in sui conditione accepit, sed vitam cœlestem, & diuinam, quæ hîc inchoatur per gratiam, & cõsummatur in gloria. Nam gloria, siue vita æterna, gratia est consummata; sicut gratia, gloria est, siue vita æterna inchoata. Huius autem vitæ autor est Christus, siue effector, quaten' Deus est; merens verò illam, in quantũ homo est, illius verò cõseruator atque amplificator Christus, vt Deus simul, & homo est; adde etiam exempla, & forma, vt magna ratione se panem vitæ nominauerit.

Rom. 6.

Quibus modis Christus panis sit vitæ.

Nec tamen hactenus in his verbis videtur loqui de Eucharistia, quanquam hæc verba proœmium quoddam sint ad illam. Nam etsi, cum sit Filius Dei, & Filius hominis, virtutem habet satiandi, pellendi famẽ, & sedandi sitim eorum, qui fide ad se accedunt: positus posteà in Eucharistia sub speciebus panis, & vini, eandem vim habebit ad eos omnes, qui eadem fide eum amplecti voluerint. Pondera etiam qua ratione Christus Iudæos à carnalibus, & corporeis cogitationibus auocat, & ad spiritualia, excelsa, dignaq; cogitatu erigit, dicendo: *Qui venit ad me, non esuriet*. Cum enim debuisset dicere: & qui manducat me, vt consequenter ad panem loqueretur, dixit: *qui venit, & qui credit*; vt abstrahat à cogitatione manducandi, & bibendi corporaliter, siue secundùm carnem, sed spiritualiter, & panem esse spiritualem, & similiter manducationẽ. Et cùm prius dixisset: *Qui venit ad me*, posteà subdit: *Qui credit in me*, vt explicet quid sit venire ad ipsum, nimirum credere in ipsum. Et cum tantùm dixerit se esse panem vitæ, non autem potum: declarat tamen se non tãtùm tollere famem, sed etiam sitim, vt intelligas quæ diuisa sunt in alimentis corporis, vnita esse in alimento spirituali. Est ergo credere, ipsum venire, & edere. Nec enim magnum est appetere bonum, nam dixerant; Semper da nobis panem hunc; sed illud magnum, & vtile, panem quærere, siue vt superius dixit, panem operari. Et ait de futuro: *Non esuriet*: quia agnito Christo, quiescit fames illo recepto per fidem, & amorem; & ait cum Sponsa: Inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam. Non ergo esuriet, id est, habebit intra se vnde edat: vt extra illi prodeundũ non sit. Sic enim dicimus de diuite; Ille non esurit, id est, habet vnde famem sedet. Alioquin beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Non ergo erit ad tormẽtum esuries, vel sitis, vt in his, qui non habent quòd manducent: quia in se ipsis habent iustitiam, & pacem, post quã ad Christum venerunt. Habet enim credens in Iesum à Patre nobis missum, panem vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potatur, vt quę duriora cibi erant, ac vix credibilia, mollescant aqua Spiritus sancti, & penetrabilia reddantur.

Christi Dei, & hominis eiusdem, & in eucharistia positi virtus & potentia.

Expenditur à Christo dictum: Qui venit ad me, nõ esuriet.

Ad Christum venire, quid sit.

Alimenti spiritualis proprium.

Magnum opus credentis in Christum vere quod.

Cant. 3.

Eius fames quando cessabitur.

Matth. 5.

Eccl. 15.

Declarat igitur se esse panem vitæ ab effectu, quia scilicet præstat non esurire, neque sitire vnquam: quasi dicat; Alius quicunque panis, non est panis vitæ absolutè, sed panis vitæ ad horam, quia non tollit famem, & sitim absolutè, sed pro tempore; Ego autem tollo in æternum. Quia reliqui cibi transeunt, & ad tempus durant, proptereà redit fames, & sitis; ipse autem solus est panis permanens, ideò pascit in æternũ, tollendo famem. Quia verò hęc fames plenissimè in gloria euacuabitur; proptereà de futuro dixit, non esuriet.

Christus vnde panis sit vitæ.

Et qui credit in me, non sitiet in æternum. Hoc verbo credendi, explicauit superius verbũ veniendi. Et quantum ad rem, in spiritualibus eadem est fames, & sitis; ac proinde eadem extinctio vtriusque. Non sitiet ergo in æternum, id est, sitim æternam non patietur, nec aliam sitim habebit nisi visionis meæ, & fruitionis. Nam qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient.

Fames, & sitis spiritualium.

Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & creditis. Tacitam soluit obiectionem: poterant enim dicere, quod poterat facto monstrare seipsum panem vitæ, & non verbis: Respõdet Dominus, Dixi vobis atque explicaui me esse panem vitæ, quia vidistis me in signis quæ edidi, & nõ creditis me esse quem signa indicant (sic enim de præsenti habent codices emendatiores, & Græca exemplaria, & Syriacum) id est, Saluatorem, & panẽ mundi: Quod verò non crederent, dixerat illis, Cùm venientibus ad se quęrẽdum obiecit: *Amen amen dico vobis, quæritis me, nõ quia vidistis signa, sed quia de panibus manducastis*: hoc enim est videre, & non credere. Volebat autem Dominus vt ex signis discerent eum Messiam esse: sed impediebat eos carnis infirmitas; quæ tamen, vt in ea patiens saluaret mundum, assumenda fuit. Viderunt etiam Iudæi, per inspirationem, quando dixerunt: *Hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum*. Sed tamen non crediderunt se per illum salutem æternam consecuturos. Ad humanam naturam defecerunt, & Regem eum constituere voluerunt: quod Iesus refugit, vt ad fidem maioris regni, & æterni adduceret. Non crediderunt etiam se illi,

Quid sit non sitire in æternum.

Eccl. 24.

Iudæorum incredulitas in Christum, & vnde prouenerit.

Cur ne Rex fieret, in montem fugerit Christus.

Quare turbæ Christum Regem facere voluerunt.

illi, sed opus facere voluerunt, quo eum sibi obligarent, eligendo scilicet eum sibi in Regem: neq; securos se fore putabant per Iesum, nisi eum Regem facerent, & ita ipsi eo duce pugnarent: nam in solo Iesu absq; comitatu, & armis, non putabant salutem esse sitam. Dixi ergo vobis quia vidistis me, & non credidistis: id est, propterea vos non satio; quia licet oculis corporeis, & me, & mea signa videatis; oculis tamen spiritus non videtis, cùm non credatis.

Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eijciam foras, Quia descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Declarat modum habendi hunc panem, & veniendi ad eum, dicendo neminem posse ad se venire proprio marte, vel propria virtute, sed opus esse dono, seu tractu Patris dantis, siue trahētis homines ad Filium. Quod & Paulus confirmat, cum ait: *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filij eius Iesu Christi Domini nostri.* Sed licèt sua interna inspiratione trahat, & ad Filium adducat; non tamen dat Filio nisi venientes, id est, spontè, & liberè dationi consentientes per fidem. Qui ergo sequuntur tractum Patris, dantur Filio à Patre, & ille seruat eos: quia sequitur: Et eum, qui venit ad me, non eijciam foras, vel vt Græca habent, non eijcio, scilicet à me, hoc est, non destituam mea cura, sed regam, pascam, & viuificabo. Verū si venit is ad Filium qui datur à Patre (vt obijcit Euthymius) culpa ergo carebit, qui non venit, vtpotè non datus à Patre. Sed Pater illos dat, in quibus præcedit bona voluntas: neque enim hæc per se facere potest vt credant, absente Dei adminiculo, neque illud auxilium, nisi præsens sit, & bona voluntas. Sic ille. Etsi ergo vos ipsos infidelitate possitis perdere, mea tamen culpa non erit, nec peribit quisquam eorum quos dat mihi Pater, quia ego vos non eijcio foras, sed seruo. Loquitur enim Dominus ad similitudinem acceptantis venientem ad se in domum suam: siquidem non acceptans venientem eijcit eum foras; admittens autem, retinet eum intus. Ego igitur venientē ad me, non eijciam foras, sed ero eius Rex, regam, & pascam eum, quoad vsq; restituā eum Patri: neque hic eijciam à familiaritate mea, neque posteà à regno cœlorum.

Panem vitæ Christum cuius beneficio quis consequi possit, ac debeat.

1 Corin. 1.

Euthy c. 9. in Ioan.

Quos tradit Filio Pater.

Eijcere quis quem censeatur.

Ac subdit: *Quia descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.* Illius ergo voluntas fuit, quòd ego in montem fugerim, ne Rex à vobis salutarer, quos mihi Pater non dabat, sed voluntas manducandi panem. Existimabant Iesum esse qui e[...] ad tempus, & non in æternum pasceret, & propter corporalem cibū quem viderant, eum sequebantur: æterni cibi potestatem nō credebant, & sic Patris ductum, & inspirationem non sequebantur. Qui idcirco noluit eos pasci corporeo cibo, sed miraculo procurato; vt inde ad æterni cibi fidem conscenderent. Ratiocinatur ergo Dominus in hunc modum: Veni è cœlo vt faciam voluntatem Patris mei: sed eius voluntas est, vt omne quod dedit mihi Pater, non perdam, vel perire non sinam, sed recipiam, & resuscitem illud in nouissima die: ergo omne quod datū à Patre venerit ad me, recipiam, & non abijciam.

Quam Christus venerit facere voluntatem patris.

Ex hoc loco Arriani argumentantur, Filium minorem Patre, quia Filius faciebat voluntatem Patris. Quibus respondet Athanasius libro de communi essentia Patris & Filij, & Spiritus sancti, dicens: *Si probro est Filio adimplere voluntatem Patris; probro quoque est Deo, & Patri adimplere voluntatem iusti, cum Dauid de eo loquatur: Voluntatem timentium se faciet; & deprecationes eorum exaudiet.* Hæc Athanasius. Non ergo venit facere voluntatem suam, siue propriam carnis suæ, sed voluntatem eius qui misit illum, hoc est, communem, quæ & Christi est, & Patris: quorum sicuti est vna diuinitas, ita est vna volūtas. ❡ Et ita hic locutus explicat duas esse voluntates in Christo, humanam scilicet, & diuinam. Et voluntas humana nuda secundùm naturam accepta non habet bonitatem inmutabilem, cum eiusdem sit naturæ cum ea quæ fuit in Adam ante peccatum, & hæc peccans desereretur à Deo, vt autem adhæret, & coniuncta est diuinæ voluntati, declinare non potest ad malum. Et quia hæc Filij voluntas, siue humana, siue diuina, non est à Patre seiuncta, vel diuersa; proptereà dictum est: *Non vt faciam voluntatem meam.* Non quod sit talis, sed potius quòd non sit, vt docet Gregorius Nazianzenus: *Et pleraq;,* inquit, *eius generis Scripturæ loca communiter dicuntur, non vt aliquid affirment, sed negent: de quorum numero est hoc; Non enim ex mensura dat Deus Spiritum. Nam cum Deus à Deo ad mensuram non æstimetur; neque spiritus datur vnquam mensura æstimatus. Tum hoc: Neque peccatum meum, neque iniquitas mea: hic enim sermo non quòd sit, sed quod non sit nec iniquitas, nec peccatum ostendit. Item illud; Non propter iustitias quas fecimus. Sentiunt enim nullas esse iustitias suas.* Hæc ille latiore sermone persequitur.

Huius Arrianæ cauillationis: Christus faciens voluntatem Patris, vt est ei æqualis? Magni illius Athanasij confutatio.

Magnus Athanas. tc. 2.

Psalm. 144.

Christus habuit duas voluntates.

Voluntas Christi humana peccare quatenus non posset.

Gregor. Nazian. lib. 4. Theologia.

Ioan. 3.

Psal. 14.

Tit. 3.

Hæc est enim voluntas eius, qui misit me Patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Explicat voluntatem paternam, tùm respectu eorum qui sibi dantur à Patre, deinde respectu da-

torum

tria à Christo facienda.

torum ad se venientium. Et in neutro genere dicitur: *Omne*, vt generalis sit sermo, & ostendat plenitudinem fidelium. Et quod ad primam attinet, declarat voluntatem Dei esse, vt quod pertinet ad spiritum, non perdat quequam eorum quos sibi Pater tradit, sed si quis perit, ipse sibi perditionis suæ est caussa, vel quia non venit ad Christum, vel quia postquam venit ad eum, recedit ab eo vel per apostasim à fide, vel per extinctionem charitatis, & mortiferum delictum. Tuti ergo sumus omnes, qui illius fidei committimur, quia ille reget, & pascet, & seruabit nos: deinde, & seruet quantum ad corpora. Quod si contingat, vt pro Christo sit moriendum (siquidem omnino quandoque moriendum est) non est quòd perditos nos putem*, quoniam ipsi, cui datum est ponere animam suam, & iterum illam sumere, & seipsum à mortuis excitare, suscitabit & nos in nouissimo die. Nihil ergo habent quod dubitent, aut hæsitent.

Heb. 11.

Ioan. 10.

Dubitantium de sua in bono perseuerantia consolatio.

1. Cor. 10.

Superest vnus scrupulus. Dubitare enim quisquam de se ipso poterit, num perseueraturus sit? Sed & hic scrupulus vincendus est fide tanti Regis, & nostræ salutis fidelissimi, qui non patietur nos tentari supra id, quod possumus, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere; & de quo idem Paulus testatur: *Qui cœpit opus in vobis bonum, perficiet vsq, in diem Christi Iesu*, & in alio loco: *Qui & confirmabit vos vsq, in finem, sine crimine, in die aduentus Domini nostri Iesu Christi*. Vt enim gloriosum est Aduocato vincere caussas suorum clientulorum, & Medico sanare infirmos, quos curandos suscepit, & pastori seruare oues suæ fidei creditas: ita honorificum est Domino Iesu suos seruare, & custodire, qui aduocatus est noster apud Patrem, & Medicus missus propter malè habentes, & Pastor ille bonus ponens animam suam pro ouibus suis.

Philip. 1.

1. Cor. 1.

Christi pro nobis apud Patrem aduocatio salutaris, atque illi per quam honorifica.

1. Ioan. 2.

Matth. 9.

Ioan. 10.

Deinde explicat voluntatem respectu venientium ad se, & sibi à Patre datorum, dicendo: *Hæc est enim voluntas Patris qui misit me, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die*. Declarat Dominus quid velit Pater ab his, qui ad Christum accedunt, nimirum vt videant Filium, & credant in eū. Et quia dicit: *Vt omnis qui videt Filium*, quod non potest intelligi nisi de visu spirituali, & nō de corporali, quem sequitur fides: nam priùs dicitur videre Filium, quam credere in eum, constat visionem Filij nihil aliud esse, quàm videre Filium credendum, vel ex euidentia signorum, vel ex testimonio Scripturarum, vel ex interno lumine & inspiratione. Atque ita Euthy. interpretatur:

Ab his, qui accedunt ad Christum, Deus quid requirat.

Videre Filium quid sit.

Euthy. ca. 9. in Ioan.

Omnis autem qui videt Filium, oculis videlicet fidei, vt quod sequitur, *Et credit in eum*, veluti explicatio quædam sit. ¶ *Et credit in eum*. Nam modus, & ratio credendi non aliunde oritur, quàm ex visione credibilium. Vt enim nos remotissimas, & Occidentales Indiæ partes, quas nunquam vidimus, credimus tamen, ob tot hominum testimonia quæ de illis perhibentur, quibus illas credibiles esse videmus: ita diuinis mysterijs fidem præstamus, non solum ob signa, & Scripturas sacras, sed maximè ob internum testimonium Spiritus S. illa in cordib. nostris confirmantis, & obsignantis. Credit autem in eum, qui se fide, & fiducia totum ei committit, & rationabili obsequio in eum tendit & hostes fide superat, & virtutum officia amplectitur. Et duplex præmium credendi proponit: alterum ad spiritum spectans, nempe habere vitam æternam, sc. inchoatam per fidem; alterum ad corpus pertinens, nempe resuscitari in nouissimo die, vt firmius discant, futuram esse resurrectionem ad fidei, quæ in ipsum est, repensionem, spiritualiumque certaminum, quæ hic tolerantur, retributionem: qua si non sunt fruituri in præsenti vita, at saltem in futura: ad quam vt perueniam*, præstet nobis hic Panis vitæ de cælo descendens Dominus Iesus, qui cum Patre, & Spiritu sancto, delicatissimū præbet vescendum panem diuinitatis beatis in sempiterna secula, Amen.

Modus vnde ratioque credendi oriatur.

In Iesum quis credat.

Duplex præmium credentis in Christū.

TRACTATVS XX.

De disceptatione Domini cum Capharnaitis de pane cælesti manducando, in illa verba: *Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset, Ego sum panis vitæ qui de cælo descendi: & dicebant, Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic, quia de cælo descendi? &c.*

DVPLICEM murmurationem Iudæorū in hoc capite legimus de duobus maximis, ac ineffabilib. mysterijs, quæ cum pro sua ruditate capere non possent, verbis Iesu offendebantur. Prima fuit, de mysterio Incarnationis Filij Dei, altera, de Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento. De priori ait: Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi*; & opponebāt ratiunculas humanas,

Iudæorū duplex murmuratio de Christo.

Iudæorum carnalium humanæ rationes vidals.

quibus à veritate capiendi impediebantur, dicendo: *Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem, & matrem?* Simili ratione Nicodemus non capiens renascentiam, dicebat: *Quomodò potest homo nasci, cùm sit senex? nunquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire, & renasci?* Et Samaritana non intelligens aquam viuam, & sensum consulens, aiebat: *Domine, neq; in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuā? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob?* & quæ sequuntur. Ita isti argumentis carnalib. ducti, viam fidei sibi præcludebant. Venerant isti ad Iesum, & dixerāt. *Hic est vere Propheta, qui venturus est in mundū:* sed nō crediderunt ei & recesserunt ab eo, & tamen pro Rege terreno eum habere voluerunt. Nunc ex his verbis Domini offenduntur, & longius etiā recedunt, & quo magis inuitātur ad credendum; eo amplius refugiunt ab eo. Iesus aūt rursus vt tractum Patris sequātur, inuitat, & à consideratione carnalium rerum, & consanguinitatis eos deterret, & ad tractionem Dei respicere eos iubet. Tùm q nemo aliter venire ad ipsum potest, tùm q ita prædictū erat. Quare sperare, credereq; debebat diuinam inspirationem esse, q̄ patiebantur, vt q̄ secundum promissionē Dei esset, qua dictum erat futurū esse, vt oēs à Deo docerentur. Hæc est summa responsionis Dñi.

Quod referunt Christum dixisse: *Ego sum panis viuus*, etiamsi Græcè nō habeatur Viu*, tamen satis Christus dixerat, cùm se panem vitæ vocauit: & panis viuus opponitur mānæ mortuo, sicut verus opponitur vmbratili, & figuratiuo. Ex eo verò q dicunt: *Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrē, & matrē*, intelligimus Iudæos q̄ essent carnales, nam spe pastus corporei adempta vertuntur ad murmur, & calumniam. Deinde agnoscimus ingenium carnis, & mundi huiuc. Nam in prędicatorib. Verbi Dei, & peculiari Spiritus dono dispensantib. doctrinam Euangelicā, & mira eruditione præditis; plerumq; ad progeniē, & sanguinē eorum discutiendum conuertimur, etsi ille minus excellēs, minusq; illustris existat, eòsestim damnamus, & docentē, & doctrinam quā tradunt: & nobis viā præcludim*, quo minus eorum doctrina, vel exēplo, pficiamus, tā ingeniosi sum*, vt nobis ipsis noceamus, & horum Iudæorū, qui cum Christo dissere bant, egregij euadamus imitatores.

Deinde ex hoc quidā colligūt: Iosephum eo tempore vixisse. Quod satis efficaciter non deducitur, sed mera coniectura: quia etiā tunc viuebat sanctissima Deipara Maria. Sed certè fieri potuit, vt illis esset notus, & quod paulò ante discessisset. Non intelligebant mysterium Incarnationis, ac proinde ignorabant Iesu diuinitatem, secundùm quam de cęlo descendit, hoc est, à Patre; nec etiam Humanitatem mirabili modo conceptam de Spiritu sancto, ratione cuius dicitur, secundus homo de cælo, cælestis. Sed nequaquam excusantur: qui ex signis debuerunt credere, eum esse Messiā, & ex Scripturis quoq; nosse poterant Messiæ diuinitatem. Dominus autem non pergit hęc mysteria eis declarare, & quomodò descenderit de cælo, q videret eos minus esse capaces tantæ veritatis intelligendæ; sed tantùm eos māsuetissimè monet, eosque placare contendit, ne diuino tractui, & vocationi obsistant.

Nolite, inquit, *murmurare in inuicem. Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum.* Ostendit se eorum cogitationes videre; & peccatum murmurandi contra Deum, grauissimum esse, illudque olim Deus seuerè in Patres animaduertisse. Rectèque ait: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum*, quasi dixerit: Nemo potest capere ista, quòd cum homo sim, de cælo descenderim simul, nisi à Deo tractus & illectus. Non traxit vos Pater, sed corporalis commodi auiditas: non trahit vos Pater, dum vos ad Ioseph, & matrem meam respicitis, atq; ita nō ad me, sed ad carnem meā venire contenditis. Nolite igitur, præter infitam salutis vestræ ignorantiam, & procliuitatem ad malum, addere peccatum murmurationis, quo tractum Patris, & inspirationem eius annuitatis, sine quo tamen trahente, siue per verba, siue per signa, siue per internam persuasionem, non potestis ad me edendum per fidem venire, qui tamen ad me tractum, resuscitabo in nouissimo die. Nec est sermo de potentia remota, quę inest natura in homine, vt possit per Dei donum, & gratiam diuina apprehendere, & consectari. Nam vt sæpè docet Aug. etsi credere, sit opus gratiæ, posse tamē credere naturę est. Sed est sermo de potentia quam vocant propinquam, per quam elicitur actus credendi, & veniendi ad Christum. Quia talis facultas ponit diuinos habitus Fidei, Spei, & Charitatis in homine, vel peculiarem Spiritus S. opem, sine qua homo simpliciter non potest ad ea quæ Christi sunt, vel credenda, vel speranda, vel amanda, & operanda assurgere.

Neque te conturbet verbum trahendi, quasi violentiam, aut coactionem significet; qa hic de eo tractu loquitur, qui libertatem non solùm non tollit, sed ponit: vnde eos qui trahūtur, ait venire, qui actus vltro, & sponte venientis, & sponte agentis,

& se

Marginalia (left): Iudæorum argumenta contra fidē, Diuinaque mysteria. — Ioan. 3. — Ioan. 4. — Mira Christi benignitas aduersus Iudæos, salutisq; eorum desiderium. — Esa. 54. Ierem. 31. — Iudæorum, carnis sc. ac mundi, ingenium. — Hos Capharnaitas Christo generis obscuritatē obijciētes quinā hodie imitentur. — Iosephum Virginis sponsum iudicissima tempore huius disputationis Christi cū Iudæis superstitem non fuisse.

Marginalia (right): Luc 1. 1. Cor. 15. — In Deum murmuratio quā grauis. Num. 21. 1. Cor. 10. — Vnde manifestum sit Iudæos scelere a Patre ad Christum tractos non fuisse. — Triplex patris tractus. — Cum dicitur, Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eū, de qua potentia sit sermo. Augustinus. — Quis ille tractus sit Patris.

& ſe mouentis. Quemadmodum in Canticis Sponſa ait: *Trahe me poſt te*: & ne putes aliquam violentiam, ſubdit: *Curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Et Chriſtus de ſe exaltando in cruce, ait: *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum*, Cuius tamen tractatui reſtiterunt Iudæi, qui Chriſto inſultabant, & amarulentis conuitijs pungebant. Quia trahi à Patre, eſt interna perſuaſione, & amoris ingentis detectione ad Chriſtum duci. Nec vis huius verbi ignota eſt Latinis autoribus: nam quidam dixit:

Cant. 1.
Ioan. 12.
Tractui Patris ad Chriſtum quam reſtiterint Iudæi.
Matt. 27.
Trahi à Patre, quid ſit.
Virg. Eclo. 2.
Cic. pro Archia Poeta.

Trahit ſua quemq; voluptas,

Et Cicer. *Trahimur omnes cupidine laudis.* Agnouerunt etiam Patres huius verbi ſignificatum: nam Cyrill. hoc loco ait: *Non enim, cum dicat, neminem poſſe ad ſe venire, niſi Pater traxerit eum, vi quadam cogi, trahiq; credentes putandum ſit, ſed monitione, doctrina, reuelatione ineffabiliter facta, vt ille ſolus nouit qui dignos cognouit. Vnde intulit: Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. Vbi enim auditus, diſciplina, doctrinaq; adeſt, ibi fides non vi, ſed perſuaſione oritur: patrocinio igitur Dei Patris, quod ex charitate dignis præſtatur, non vi fideles Chriſtum agnoſcunt. Non enim poſſumus ſecundum Eccleſiæ, veritatiſq; dogmata liberam poteſtatem hominis (quod liberum arbitrium appellamus) vllo modo negare. Ita, iuſti quidem præmijs propter iuſtitiam afficiuntur, qui verò male vixerunt, non iniuria puniuntur.* Et Auguſt. in hunc locum: *Porrò ſi Poetæ dicere licuit: Trahit ſua quemq; voluptas: non neceſſitas, ſed voluptas, non obligatio, ſed delectatio: quanto fortius nos dicere debemus trahi hominem ad Chriſtum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iuſtitia: delectatur ſempiterna vita, quod totum Chriſtus eſt?* Idem lib. contra duas epiſtolas Pelagian. *Trahitur, inquit, miris modis, vt velit ab illo, qui nouit intus in ipſis hominum cordibus operari, non vt homines quod fieri non poteſt nolentes credant, ſed vt volentes ex nolentibus fiant.* Denique Theophylactus ſecutus ſuum magiſtrum Chryſoſt. ſcribit: *Hoc autem dixit (nemo ſcilicet poteſt venire ad me) non vt libertatem tollat arbitrij, abſit, ſed vt oſtendat quod multa habet opus cooperatione à Deo is, qui crediturus eſt.* Et aliter: *Illos trahit Pater, qui habent voluntatis aptitudinem. Eos autem, qui ſeipſos non faciunt idoneos, nō trahit ad Fidem. Nam ſicut magnes non omnia, ſed ſolum ferrum attrahit, ita & Deus ad omnes quidem appropiat, eos autem qui magis idoneos, & familiaritatem erga ipſum præ ſe ferunt, trahit.* Hęc Patres illi doctiſſimi.

Cyrill. li. 4. in Ioan. c. 7. 10. 2
Vbi nam fides non vi, ſed perſuaſione oritur, teſte Cyrillo.
Aug. tract. 26. in Ioan. tom 9.
Idem li. 1. cōt. duas epiſt. Pelag. c. 19. in fi. tom. 7 inter med. & fin.
Theophyl. in Ioan.
Chryſ. ho. 44. in Ioan. to. 3 à med.
Quos trahat Deus Pater ad Chriſtum, quos minime Exemplum de magnete.

Non trahit ergo vt ſaxum, & lignum, ſed vt olim Herculem Gallicum fabulæ memorant attraxiſſe catenis ab ore eius pendentibus, & auriculis hominum infixis, id eſt, eius oratione perſuaſos, vt vltro ad eum accurrerent. Ita Orpheus, & Amphion feruntur quercus, & ſaxa traxiſſe, imo etiam feras, quia verbo, & orationis efficacia ad ciuilem vitam ſylueſtres, & efferatos homines reuocarunt.

Qualis videri poſſit tractus ille diuinus.

Falsò ergo olim Manichæi, & noſtra ætate Lutherani, ad eleuandum liberum arbitrium hunc locum adducunt. Obſerua illa duo verba Venire, & Trahere: primum oſtendit arbitrij noſtri in credendo libertatem: ſecundo ſignificatur gratuita Dei bonitas omnem noſtram voluntatem, & meritum præueniens, & gratiæ diuinæ efficacia, quæ ex nolentibus volentes efficit. Hac ergo ſententia non eripi nobis libertatem arbitrij, ex Patribus oſtenſum eſt. Vt ergo Chriſtum de cœlo veniſſe cognoſcamus, opus eſt Patre trahente, & reuelante, quia vt Dominus dixit Petro confitenti eum Filium Dei: *Caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cœlis eſt.* Qui ergo interrogauerit, nunquid Pater omnes trahat? Dicendum eſt, eiuſmodi homines prius diſcutere debere an poſtea nos, quos trahit, ſequamur, omnes. Et ſi quidem nos non ſequimur cuncti, conijcere poterimus non omnes alios trahi, ne ipſi maiori ſcelere intricentur, quos grauius proculdubio manet iudicium.

Manichæorū Lutheranorumque contra liberum hominis arbitrium ex hoc loco venenata doctrina.
Matt. 16.
An Pater omnes trahat?

Hic autem tractus etſi non minus ſit Filij, qui dixit: *Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum*, vel Spiritus ſancti, de cuius tractu dicitur: *Vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis*, quam ſit Patris: peculiariter tamen tribuitur Patri. Non ſolum quia CHRISTVS homo omnia referre ſolet ad Patrem, ſed etiam quia quæ poteſtatis ſunt, & autoritatis, per appropriationem quandam Patri tribuuntur, tanquam omnium bonorum primo fonti, ſecundum illud: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum*: Sicut quæ ſapientiæ, Filio, quæ benignitatis, Spiritui ſancto. Trahere autem, ſiue per ſigna, ſiue per internam perſuaſionem, poteſtatem ſonat: vt ergo Patri tribuitur, mittere Filium, ita etiam trahere, ſiue mittere homines ad Chriſtum.

Ioan. 12.
Act. 7.
Tractus credentium ad Chriſtum cur Patri tribuatur potius quā Filio, aut ſancto Spiritui.
Iacob. 1.

Eſt ſcriptum in Prophetis, erunt omnes docibiles Dei. Probat Scripturæ teſtimonio neceſſarium tractum paternum, & ſimul declarat quis ſit tractus paternus, nempe interna Dei doctrina, & perſuaſio. Sententia huius verbi non apud vnum aliquem Prophetam, ſed apud multos deſcripta eſt, apud quos crebro fit mētio de inſtructione, & eruditione diuina, ideo dixit in plurali:

Vnde nam Chriſtus hoc dictum: Erunt omnes docibiles Dei, mutuatus ſit, & quid ſignificet.

Esa. 54.

In Prophetis, maxime tamen hic locus habetur apud Esaiam, vbi legitur: *Ponam vniuersos filios tuos doctos à Domino.* Quasi diceret Dominus: hactenus per alios docui vos, at vero hisce extremis temporibus per me ipsum vos docturum polliceor. Quare igitur ipsum Deum in vobis loquẽtem repellitis, vt sensus vestros, rationemq́ue sequamini? pręsertim in his, quæ omnes scire debetis, neq; sensu, neq; ratione humana percipi possunt? Illos igitur ostendit aduersari, & refragari diuino lumini Patris mouẽtis, & trahentis. Quod ait, *Dociles Dei*, Græcè est per nomen, non per participium, nempe διδακτοὶ τοῦ θεοῦ id est, discipulos dociles, siue docibiles Dei: q; magis quadrat, quam participium, doctos, ad quę verba alludẽs Apostolus 1. Thess. 3. dixit composita voce ὑμεῖς γὰρ θεοδίδακτοί ἐστε, id est: *Ipsi vos adeo docti estis.* Sed hinc aliquot dubia emergunt. Primum est, an hoc in vniuersum veritatem habeat, omnes esse discipulos, siue docibiles Dei. Si enim Deus docet omnes, quare tam multi indocti, & ineruditi inueniuntur? Respondeo, Cyrill. hoc intelligere de dignis hominibus, quibus diuina fidei mysteria reuelantur. A quo nõ longè dissidet, quod ait Chrys. hunc sermonem dirigi ad omnes erudiri volentes, qui diuino lumine non destituuntur. Magister tamen omnibus proponitur ad docendum, & communicandum doctrinam suam. Aug. vero hunc locum explicans, inquit: *Omnes regni illius homines docibiles Dei erunt, non ab hominib. audient, & si ab hominibus audiunt, tamen quod intelligunt, intus datur, intus coruscat, intus reuelatur.* Hæc ille: qui sensus est magis genuinus: nõ enim in Isaia dicitur vniuersos docendos à Domino, sed: *Vniuersos*, inquit, *filios tuos ponam doctos à Domino*, vbi Propheta alloquitur fideliũ Ecclesiam. Ideo verbum: *Omnes*, etiam ad gentes spectat. Quasi diceret Dominus: Cauete, tãquam patres murmurantes in manna, deseramini à Deo, qui facile alium populum, quem doceat ea, quæ salutis sunt, habere poterit.

Si omnes dociles Dei sunt, denique docet omnes, cur tot indocti sunt, & imperiti?

Cyrill li. 4. in Ioan c. 7. 10. 2

Chrys. ho. 45. in Ioan 10. 3

Altera solutio

Aug. tract. 26. in Ioan.

Alterum dubium est: Si oẽs erunt docti à Deo per inspirationem, quid ergo Scripturis sacris opus est? Quas propterea quidam phanatici hęretici nostri seculi reijciebant, & ad antra se recipientes, expectabãt Dei voces, & inspirationes, quorum vnus, Otho Brunselphius vocatus, Carthusianæ familiæ apostata, eo dementiæ, & cæcitatis progressus est, vt in impiam vocem prorumperit, Scripturas sacras somnium esse phantasticum, & calabasticum, & soli inspirationi adhęrendum. Sed tantam insaniam recitasse, cõfutasse sit. Nam quia Satan transfigurat se in Angelum lucis, facilè nobis seductor ille imponeret, nisi Scripturis sacris præmuniti essemus, quibus Catholicam, & Apostolicam doctrinam, à falsa, & adulterina discernere possemus. Et Christus non nisi sacris Scripturis, dæmonis impressiones, atque conatus elusit, & Iudęos ad scrutandas Scripturas misit, & Paulus ad Scripturarum lectionem Timotheum, & in eo Episcopos omnes adhortatur. Nam cogitationes, & inspirationes Dei, & quid velit de nobis ipsis, Canonicis libr. consignauit, vt qui illas legit, non nisi voluntatem Dei, & inspirationem consulat, neque illas, sine diuinæ gratiæ opitulatione, quisquam valeat intelligere.

Quid Scripturis opus est homini, quem Pater, interno videlicet inspiratione, iam docilem effecit?

Othonis Brunselphij in sacras literas blasphemia.

2. Cor. 11.

Sacrarum Scripturarum necessitas.

Matt. 4.

Ioan. 5.

1. Tim. 3.

Tertium dubium existit: Si Deus per se ipsum homines docet, quid opus est prędicatoribus, aut doctorib⁹, cum Vnctio eius doceat nos de omnibus. Respondeo: Institutio ipsius Christi est Apostolatus, & ministerium verbi, sicut pastoratus, & doctoratus in hoc ipsum potissimum constitutus vt homines loco Dei doceant, & Euangelica mysteria annuncient. Quia suaue est, & cõsonum homini, per homines, à quibus accipit esse, & vitam, accipere etiam instructionem, & eruditionem. Sed quanquam homines officio suo docendi, non desint, opus tamen est Deo intus cor illustrante, atque intus docente, vt quæ verbo dicuntur per hominem, intus per fidem apprehendantur. Quemadmodum prædicante Paulo, aperuit cor Spiritus S. Lydiæ purpurariæ, vt intenderet his quæ dicebantur à Paulo. Hoc enim, quod homo præstare nõ potest, vt est intus illuminare, & fidem infundere, Deus per se ipsum præstat, quemadmodum in Sacramẽtis, minister quidem verbum & elementum adhibet, Deus autẽ per se ipsum effectum gratiæ operatur, animamq; sanctificat, quod minister nequit. Vnde Apostolus dixit: *Itaq; neq; qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus.* Plantationem intelligit, planam, & primam doctrinam, rigationem vero, baptismum, per quem aqua ministratur, augmentum vero præstat Spiritus sanctus, vt interpretatur autor explanationum in Paulum, Ambrosij nomine. Quia igitur Deus per ministrum suum verbum salutis proponit, & doctrinam Euangelicam dispensat, & per se ipsum vt à nobis fide capiatur, pręstat, rectè dicitur homines docere, & homines dicuntur dociles, siue discipuli Dei. Nam quemadmodum si lucerna vtatis ad aliam lucernam accendendam, non est lucerna, quæ accendit, sed ignis, qui est in illa: ita minister nõ est ex sua luce, vel ex

Quid item prędicatorib. aut magistris est opus, si à Deo homines edocentur.

1. Ioan 2.

Quamobrem Deus per se ipsum homines non doceat, sed per homines.

Act. 16.

1. Cor. 3.

Ambr. in 3. c. prioris epi. ad Cor. 10. 3.

Qua ratione Deus homines doceat, & homines dociles sint.

suo

suo igne alios accendit, sed igne atque luce, quæ ministro prius à Deo communicata fuit, vt tandem idem sit ignis, qui accendit vtramque lucernam, & priorem, & posteriorem.

Subdit: *Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est à Deo, hic vidit Patrem.* Declarat hoc verbo efficaciam tractus diuini cõsistere, ex parte Dei, in docendo, ex parte verò hominis, vt fructuosus sit tractus, opus esse audire, deinde etiam discere. Nã quemadmodum discipulus (vt humano, & vsitato modo nobis diuina describat) primum quidem audit à magistro, & audiendo discit; sed auditus, perceptio est eorum, quæ dicuntur; discere autem cõtinet in se, & credere, & proficere (oportet enim addiscentem credere præceptori suo, in quibus fidem exegerit) & quamuis credat, non tamen discit, nisi in his, quæ audiuit proficiat. Ad hunc modum inspirante Deo, & media inspiratione, docẽte quæ Fidei sunt, audit qui diuinã sentit inspirationem; discit verò, qui diuinæ eidem inspirationi consentit, eamque totam admittit, eique credendo, & obediendo, ac nulla in parte obsistendo, is, qui discit, venit ad Iesum, & intelligit Deum esse ex Deo, & Messiam à Deo promissum, id quod nulla ratio humana docere potest. Hoc dixit, quoniam hi audierunt à Patre, & discere noluerunt, confugientes ad humanas rationes. Hos quoque docuerat, & adduxerat ad Patrem, ita vt dicerent: Hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum: sed quia perstare noluerunt, eiecerunt se ipsos foras. Ne quis verò existimaret, Deum perinde docere, atque hominem, qui ei, quem docet, sub aspectum cadit; propterea subiungit: *Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is, qui est à Deo; hic vidit Patrem.* Quod dictum est, ne putarent Deum etiam sensibus agnoscendum, atque ita ab eo de Filio discendum: vt intelligant de interiori auditu ipsum loqui, iuxta illud Prophetæ: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Quocirca aliud est audire, aliud est videre. Addit hoc præterea, vt se inexcusabiles esse intelligant, neque illis profuturum, si ita dictum sint: Nos Patrem non vidimus, inspirationi, quia vnde esset nesciebamus, non consensimus. Nam cùm Deus à nemine vnquã sit visus, ita vt quamuis in hac, vel illa forma sanctis appareret, sine interna tamen inspiratione, & eruditione discerni à falsis, & illudentibus dijs minimè potuit: quia neque sensus, neque humana ratio inter Deum & Angelos, vel alias res discernere potest. Cumque sit dictum: *Erunt omnes docibiles Dei*, cumque item miracula ostendantur quæ ab illa vi descendunt, quæ ab hominibus propria ratione percipi nequeunt: quid contra inspirationem dicere quisquam poterit? Num illam à Deo non esse, sed à diabolo, iure dicet, quæ sit à Deo promissa, & miraculis comprobata? Num quod per seipsum facere promisit Deus, alios facere permittet? idque miraculis probari finet & sibi tribui, & se testem approbari eorum, quæ ipse non faciat? Cum ergo nulla ratio sit cur hæc inspiratio, alteri, quàm Deo tribuatur, magnaque ratio sit, cur Deo tãtùm tribuatur: qui audierit, & discere voluerit & ob id ad Iesum non venerit, iure condemnabitur: quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei.

Ac subdit: *Nisi is qui est à Deo, hic vidit Patrem.* Tantum Filius est ex Patre, & naturali facultate solus videt Deum Patrem, quemadmodum Pater videt se ipsum, verum Deum; Atque hac exceptione declarauit Christus se verum Deum, & ex Deo genitum. Nec excluditur Spiritus sanctus. Nam videre Deum, actus est ad essentiã spectans, cuius exclusio, siue exceptio adiuncta Patri, aut Filio, excludit quidem alias creaturas, non tamen alias personas. Vt cum dicitur solus Pater nosse Filium; vel solus Filius nosse Patrem: vel solus Pater immortalis, & inuisibilis, vel solus Pater verus Deus: nequaquam Spiritus sanctus excluditur, sed includitur potius, iuxta dictam Theologorum regulam.

Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. Dixit vnde habeat homo, vt ad se veniat, & in se credat: ostendit tamen quis sit fidei in se fructus. Iterumque monet his verbis Dominus, vt inspirationem sequantur, vel trahentem eos Patrem, & simul eos promissis allicit. Promittit enim vitam æternam credenti, id est, seipsum, qui vitæ æternæ est auctor, & qui se panem vitæ appellat, vt in æternum alat, & pascat. Et iterum se cum manna comparans, ait *Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est Panis de cœlo descendens; vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur.* Cùm hactenus egerit Dominus de manducatione spirituali sui per fidem in mysterio Humanitatis: iam agere incipit de eadem in mysterio Eucharistiæ. Et sicut cum Samaritana ex aqua corporea, transtulit sermonem ad aquam spiritualem: ita Dominus ex manna dato Patribus, de quo gloriabantur Iudæi, sermonem traducit ad Eucharistiam, dicens: *Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt.*

Assignat

Marginalia (left): Tractus diuini vis in quo cõsistat. — Discere à Deo duo includit. — Audiat qui à Deo, qui vero addiscat, & quæ. — Iudæi audientes à Patre, cur discere noluerint. *Ioan. 6.* — Deum Patrem cur Christus asserat visum ab eo, qui est à Deo. *Psalm. 84.* — Vnde inexcusabiles Iudæi, *Ioan. 1. 1. Ioan. 1. 1. Tim. 6.* — Diuinam ad visionem Patris, inspirationis necessitas.

Marginalia (right): *Ioan. 3.* — In Christo Patrem vidente tãtummodo, omnino Spiritum sanctum includi. — *Matth. 11. 1. Tit. 1. Ioan. 17.* — Fidei in Christum fructus. — Christi ad futuram de pane cœlesti disputationẽ insinuatio. *Ioan. 4.* — *Exod. 16.*

Componitur manna cum pane cœleſti.

Aſſignat differentiam inter eſum mannæ, & eſum panis à ſe dandi, hoc eſt, Euchariſtiæ: quòd illud non præſtiterit vitam, ad quam fouendā inſtitutum erat: nam multi ex his qui illud comederunt, perierunt in deſerto etiam morte violenta, non attingentes periodum ſuam naturalem, & ita manna non erat efficax ad fouendam vitam corpoream: at ſacer panis vitam æternam, ad quam cōferendam deſtinatus eſt, maximè præſtat. Poſſet aliquis contra hanc rationem Domini obijcere: etiam illos mori, qui ſancto pane Euchariſtiæ veſcuntur: quod ſic oſtendi poſſet. Nam, aut loquens de morte corporis, aut animæ: Si de morte corporis ſermo eſt: nec hic, nec ille panis mortem tollit, cùm vterque moriantur. Si autem ſermo ſit de morte animæ: diceret fortè Iudæus, quòd etiam ſuum māna conferebat gratiam, & adiuuabat vitam ſpiritus. Paganus autē dicere poſſet, quòd neuter panis vitam ſpiritus tueri, & fouere valeret. Reſpondeo; Paganus nō eſt arguendus Scripturis, ſed primò m eſt illi Chriſtus proponendus: quem vbi ſemel fide apprehenderit, facilè, & Sacramenta, & Scripturas recipiet. Iudæo verò reſpondendum eſt, illum credere debere quod ille cibus erat tantum corpori ſuſtinendo à Deo datus: alioqui non debebat in Terra promiſſionis ceſſare, vt ceſſauit; nec in deſerto promiſcue bonis, & malis donari debuit: quemadmodum & apud nos diuinus panis omnibus indifferenter non donatur. Supereſt igitur, vt mere corporeus eſſet cibus, nihil per ſe animæ, ſed tantùm corpori vitam ad tempus præſtans. At verò ſacroſanctus altaris panis cum non ordinetur ad vitam hanc corporis, ex defectu eius nō eſt quod moriatur homo: & hoc illi accidit quod homo moriatur, vel non moriatur, vel volens, aut inuitus, vel ſerius, aut tempeſtiuius occumbat. Inſtitutus eſt enim ad vitam ſpiritus, & hanc æternam præbet, cuius ſpiritus immortalis capax eſſe poteſt, ſi quis tamen illam vitam à ſe nouo ſcelere non abijciat. Ideò aperte in litera dicitur: *Hic eſt panis de cœlo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit*, nempè in Euchariſtia *non moriatur*, id eſt, à morte ſpiritus præſeruet: ad hoc enim de cœlo deſcendit, vt præſtet nobis vitam, & non moriamur. Nihil enim nos poteſt ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Qui verò ab eo ſeparatur, non ab alio ſeparatur, ſed à ſe videlicet nihil eſt, quod eum ſeparet à Chriſto, ſed ipſe ſeipſum ſeparat à DEO. Rectè autem ait, *Patres veſtri*, referentes ingenium veſtrum, & nauſeantes ſuper cibo illo leuiſſimo, vt vos de meo, & vt ait Aug. Murmuratorum patrum murmuratores filij. Mortui ſunt etiam quātum ad animam: ſecus patres veſtri ſpirituales, qui vt Sacramentum, & figuram veri cibi Chriſti, manna ſumebant. Et in hoc Dominus reſpondet Iudæis, dicentibus: Quid operaris tu pluſquam Moyſes, qui dedit manna? Reſpondit, inquam: Ecce quid ego maius operor. Quoniam manna ad alendum corpus datum nō tollebat mortem: iſte autem panis deſtinatus ad vitā ſpiritus, tollit ex ſe mortem, quia idoneus eſt tantam gratiam fructuosè illum comedenti porrigere, vt liberet ab omni peccato, & præſeruet à futuro, quo ſolo moritur ſpiritus.

Eucharistiæ cœleſtem panem, vt olim manna Iudæi manducantes cum moriantur, vt viuunt in æternum?

Qua ratione cum Pagano agendum ſit, vt conuertatur.

Quid ſit reſpondendum Iudæo, cœleſtis panis Euchariſtici veritatem negāti.

Panis Euchariſticus vitā vt præſtet æternam.

Rom. 8.

A quo ſeparetur quis à Chriſto.

Num. 21.

Aug. tract. 26 in Ioan.

Exod. 16

Quid operetur Chriſtus plus Moyſe panem de cœlo dante.

Et adiungit: *Ego ſum Panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Rurſus inculcat, & repetit, vt magis imprimat tantam, ac tam inſolitam, & nouam veritatē in cordibus Iudæorum, vt ita magis illos excitet ad credendum. Et cum prius dixerit ſe panem vitæ, id eſt, ſeruantem vitam aliorum in æternum, iam ſe viuum vocat, quia in ſe ipſo hic panis viuit, & vitam diuinitatis continet. Subdit: *Qui de cœlo deſcendi*. Nimirum quia cœleſtis eſt naturæ, & cœleſtes facit mādeucantes, quia in ſe conuertit eos. Et hinc patet differentia huius panis ad manna, quoniam ille cibus non tollebat mortem, ſed res mortua erat in ſe ipſa, & inanimis, & cadebat de cœlo aëreo, & de nubibus tanquam res nō viua. At Chriſtus ſe vocat panē tollentem mortem, & in ſeipſo viuum, & de cœlo tāquam rem viuam deſcendentem. Si quis, inquit, manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: vt non ſolum intelligas per hunc cibum propulſari mortem, ſed etiam cōferri æternam vitam ſpiritaliter manducanti, id eſt, ſibi adhærenti per fidem, & dilectionem. Cibus autem corporeus nequaquam dat vitam corpori, ſed tātùm conſeruat ad tempus; hic autē dat vitam, & ſeruat illam in æternum. Vnde qui talē edit panem, nō verè moritur, quia anima eius gratia DEI viuit; corpus autē eius habet ſpem æternæ vitæ: ſicut toties ſuperius pollicitus eſt.

Panis Chriſti cur viuus appelletur.

Mannæ altera, cum cœleſti pane Chriſto comparatio.

Corporei cibi defectus.

Ioan. 5.

Ioan. 6.

Dices; Nonne multi, qui manducant ex hoc pane, moriuntur vita ſpirituali per peccatum? Vtique, ſuo tamen vitio & voluntate mortē ſibi accerſentes: ſed ex vi, & potentia huius panis datur æterna vita omnibus nolentibus dono Dei abuti: & ex his, qui abutuntur, quidam recuperantur, vt Apoſtoli. Et hoc ipſo quod peccauerunt, argumentum eſt, eos non deſeri ab eo qui eos ſuſcepit regendos. Nam & ſic ſæpè regit, ſcil. permittens eos cadere, vt de filio

Vnde nōnulli cœleſtem Euchariſtiæ panem māducantes, mortem incurrant æternam.

prodigo,

Luc. 15. Matth. 26.

prodigo, & Petro, & Paulo videmus, ad hoc scilicet, vt firmius postea maneant. Si nūquam caderent, diceremus id ipsis euenisse, quia perseuerarunt, & nō quia custoditi sint à pastore, & cibo suo. Cum ergo tales peccant, & alieni sunt à regno Dei, nō tamen omnino mortui sunt; quod ad Dei bonam voluntatem attinet, quæ decreuit saluare: sed oppressa passionibus in eis est virtus: vt in grauibus infirmitatibus videmus, quas tamen Medicina, vel natura ipsa excutit. Sicut ergo olim in statu innocentiæ prospexit Deus de ligno vitæ, quo vita protogasti poterat in æternum nulla accedente morte; ita nunc in Ecclesia sua, quæ instar est cuiusdam spiritalis paradisi amœnissimi de vero vitæ cibo, & pane salutis prouidit Dominus Iesus, quo vitam spiritalem integram atque incolumem producere in æternum valeremus. Omnes homines æternitatem inquirimus, atque eam alibi, quàm in Christo inuenire haud possumus: in Christo nobis viuendum est, aut ad nihilum, vnde sumpti sumus, redeundū, aut certè in supplicijs æternis miserè viuendum. Cœlestem ergo panem hunc, dum tempus est, dumq; offertur, manducemus, vt cœlo digni esse mereamur: gratiam nobis impertiente Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre & Spiritu sancto, sempiterna diuinitas est, imperium, atque maiestas, Amen.

Qui iudicio Dei interdum cadant electi.

Genes. 2.

Ecclesia Dei qualis paradisus.

In Christo non victuri quò recidant.

TRACTATVS XXI.

De eadem Domini disceptatione cū Capharnaitis de pane vitæ edendo, in illa verba: *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Vbi nonnullis, & solidis quidem rationibus ex ipsorum verborum Christi contextu desumptis, euincitur de Eucharistiæ Sacramēto sermonem à Domino habitum fuisse; ac proinde ex magnificentissimis illis Iesu promissis veram, solidam ac realem Christi Domini præsentiam in Eucharistia apertissimè ostendi atque demonstrari.

Vnde Iudæi de Christo carnem suam ad vitam promittente murmurauerint.

AD Propositæ sententiæ intelligentiam plenius accipiendam, quædam præmittenda sont, quæ disputationi futuræ lucem in primis adferant, & veritati cōmodius percipiendæ viam præmuniant. Atque illud primo loco dicimus, Iudæos illis Domini verbis valde offensos fuisse atque scandalizatos, adeò vt subiungat Euangelista: *Litigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Intelligentes nimirum Domini verba carnalissimè, & litteralissimè: quemadmodum nostri seculi Hæretici Zuingliani, & Caluinistæ figuratissimè, & tropicissimè, vt sic dicam, exposuerunt: ideò vtrique magnas contentiones & tragœdias contra Dei Ecclesiam, & olim, & modo suscitarunt. At verò non defuerunt quidam ex nostris Catholicis, sicut etiam ex Hæreticis quam plurimi, qui hæc spiritualissimè intellexerunt, vsque adeò, vt omnem de Eucharistiæ Sacramento intellectum ex hoc loco eripere nobis contenderint, ad eundem prorsus lapidem impingentes.

Eorum alumni qui, successores.

Cæterū Ecclesia, Christi Domini sponsa, sensum carnalem ac ferinum abhorrens, & spiritualem cum primis amplectens, & Sacramentum corporis Domini non excludens; verum, germanum atque perfectum huius loci intellectum, sicut & legitimum vsum administrandæ, & suscipiendæ Eucharistiæ, sola assecuta est. Deinde, quoniam in præsenti, & futuris tractatibus non minùs subtiliter, quàm copiosè de manducatione spiritali, atq; Sacramentali disserendum est: statuere primum oportet, quid sit propriè spiritalis manducatio, & quid Sacramentalis: nisi enim hæc explicationis lucem prius accipiant, cæca planè, & tenebrosa erit; ac proinde molesta & inutilis omnis disputatio nostra.

Ecclesia verborum Christi de pane cœlesti optima interpres.

Est igitur spiritualis manducatio, illa propriè, quæ gratiam Christi, ac vitæ æternæ semen prius insitum fouet ac nutrit; nō autem quæ primùm accipit cœlestis vitę originem, & caussam, id est, Dei gratiam. Non enim propriè ille dicitur edere spiritaliter, qui primum particeps fit vnitatis Ecclesiæ, & in illam inseritur: siue id fiat in adultis per actum fidei viuæ in voto baptismi, siue in paruulis per baptismū sine actu fidei, non tamen sine eius habitu; quemadmodùm interdum quidam hæc inuicem implicantes, veritatem obnubilare, & obscurare solent.

Spiritualis quid sit manducatio.

Spiritualiter propriè non manducet quis.

Probatur igitur prædicta definitio manducationis spiritualis ex verbis Augustini. Sic enim ille doctissimus Pater sermone 11. de verbis Domini scribit: *Aliud est*, inquit, *nasci de spiritu, aliud pasci de spiritu: sicut aliud est nasci de carne, quod fit, cum parit mater; aliud pasci de carne, quod fit, cum lactat infantem, ad hoc conuersum; vt cum voluptate biberet, vnde natus est vt viueret: vt inde acciperet viuendi alimentum,*

Augustini de spiritali manducatione sententia quam conformis illa definitio.

sum, vnde accepit nascendi initium. Sic ille scitè, & eleganter. Nec enim propriè manducat quisquam nisi qui viuit: nec manducat spiritualiter, nisi qui prius vitam in se habuit spiritualem, qua manducãdi officium exercere valeat.

Explicatur eadem, magisque confirmatur de spirituali manducatione doctrina.

His ita positis, illa erit tantum propriè spiritualis manducatio, quæ gratiam Dei semel adeptam, quæque spiritualis vitæ est principium, ex internæ charitatis actu absque vllius Sacramenti non quidem voto, sed vera atque actuali perceptione alit atq; sustentat. Nam spiritualis actus manducandi, semper in se desiderium complectitur, vel expressum, vel tacitum, Christi Domini Sacramenta percipiendi, ea quæ sunt ab ipso magna rariooe instituta. Cùm igitur per Eucharistiam, donum Dei, quo pascimur, exhibetur, idq; à nobis non solo corpore, sed spiritu præcipuè participatur: erit vtiq; manducatio, & Sacramentalis propter externum specierum signum; & spiritualis propter internum gratiæ fructum.

Sacramentalis tantum Domini corporis quæ sit appellanda perceptio.

At verò illa manducatio, quæ solo corporis ministerio, absque spiritus fructu ac cooperatione, indignè & inutiliter exercetur, Sacramentalis tantum vocanda est. Etsi spiritalis aliquo modo dici queat; qooniam eo ritu externo, quo fuit à Spiritu sancto instituta, in sancto fidelium cœtu peragatur.

Quot modis Christi corpus dici possimus nos edere.

Tripliciter itaque edere dici possumus corpus Christi: vel solo Sacramento absq; gratiæ fructu; vel solo spiritu, nunquam tamen sine spiritus profectu: vel iam spiritu, quàm Sacramento, quod cum maiori, & vberiori fructu cõtingere solet. Atque idem prorsus discrimen seruandum est inter bibitionem merè spiritalem, & purè Sacracramentalem, & spiritalem simul, & Sacramentalem.

Literalis, seu historici sensus necessitas in Ecclesia Dei.

Tertio loco præmittimus, sensum historicum, siue literalem, quem Spiritus sanctus principaliter spectat, suas habere peculiares regulas, atq; certissima indicia, ex quibus in lucem eom eruere valemus: alioqui malè esset Ecclesiæ de Sacris libris prospectum, nisi eorum seorsum literalem, tum ad ædificãdos fideles, tum ad confutandos Hæreticos certis rationibus indagare, atq; inuenire possemus.

Historici, seu literalis loci alicuius intelligentia quinque ex capitibus potissimum accipi debet.

Solet igitur literalis alicuius loci intelligentia facilè apprehendi, & inueniri: aut à proprietate verborum, & genuina sermoois significatione, quæ semper præsumitur, nisi res ac ratio ipsa aliud vehemẽter persuadeat; aut à ratiooe dicti, si qua fortè reddita perspiciatur, quæ à Græcis αἰτιολογία dicitur, quæ de germano loquentis sensu audieotes, siue legentes illuminare coosueuit: aut tertio à totius rei, siue orationis, qua de agitur, structura, & circumstantijs, quæ ad percipiendam autoris mentem, & sensum ab eo primum excogitatum, auditores facilè commonefaciunt; aut quarto à similium, & dissimilium locorum Sacræ Scripturæ mutua collatiooe: nã vt quidam sapiens rectè definiuit, inciuile est, de dubio aliquo, ooo perspecta tota lege, proferre sententiam; aut deniq; ab vnanimi probatissimorum Patrum, veterumque Doctorum consensu, per quos Spiritus sanctus, ne nos omnes omni circumferamur vento doctrinæ in explicandis Sacris literis, loqui consueuit. De his enim canonibus, ad sensum literæ in Scripturis venandum, aliàs à nobis copiosè tractatum est.

Aetiologia quid.

Dictum sapientis.

Ephes. 4.

In prologomenis aliquot lib. 1.

Si ergo, non vna aliqua ex prædictis, sed vniuersis istis quinq; regulis ostendamus, in prædictis Domini verbis de pane sancto Eucharistiæ sermonem esse, procul dubio quod volumus, apertissimè euincemus; ac simul docebimus, Catholicum nõ sine insigni temeritatis nota, nec sine aliqua Catholicorum Patrum iniuria, nec hæreticum sine magna impudentia, aut obstinata malitia hunc germanum, & orthodoxum sensum deserere, aut repudiare posse. Libet enim mystica, & altissima huius capitis verba altius contemplari, quemadmodũ Doctor Nicolaus Sanderus Anglus, insigni doctrina, & magna ingeoij dexteritate cumulatus, proprio, & cumulatissimo tractatu ante nos præstitit.

Nicolaus Sanderus qualis nostri seculi scriptor.

Vt igitur, quod instat, & polliciti sumus, præstemus: primò à verborum Domini proprietate, siue propria sermonis significatione nobis exordiendũ est, à qua minimè nobis recedendũ est, nisi mens loqueotis, siue scribentis alia fuisse, vel ex ipsius rei absurditate, vel ex alijs manifestis indicijs constare possit.

1. locus argumentorum ad probandum vbi de panis cœlestis esu Dominus loquitur, de Eucharistia sermonem haberi.

Et Iurisprudentes tradunt, quorum est de verborum significatione (quoties de alicuius orationis, vel verbi vera interpretatione ambigitur) iudicare atq; statuere; & veteres Theologi, præclara Ecclesiæ Christi lumina, docent. Nam vt Augustinus noster egregiè tradidit: Quod perspicuè sonat, non est ad aliud referendum, quasi figuratè dictum sit: nisi flagitium, aut facinus aliquod præcipi videatur. Et ante eum Tertullianus: *Certè peruersissimum est*, inquit, *vt carnem nominantes, animam intelligamus; & animam significantes, carnem interpretemur. Omnia periclitabuntur aliter accipi, quàm sunt; & amittere quod sunt, dum aliter accipiuntur, si aliter quàm sunt, cognominantur. Fides nominum, salus est proprietatum.* Et post eum Basilius: *Ego verò*, inquit, *cùm fœnum audio, fœnum intelligo,*

L. non aliter lib. 3 De legatis.

Iurisperitorũ regula.

Aug. lib. 3. de doctr. Christia. ca. 10 & 11 tom. 3.

Tertull. libr. de carne Christi.

Fides nominum, salus est proprietatum: ait Tertul.

Basil. orat. 9. in Hexameron. tom. 1.

& stirpem,

Epiphan. Heres. 61.

& stirpem, & piscem; & bestiam, & autem, omnia vt dicta sunt, accipio. Et Epiphanius: *Nec verò omnia diuina verba opus habent allegoria, sed prout se habent, accipienda sunt: speculatione autem indigent atque sensu ad cognoscendum vniuscuiusque argumenti vim, & facultatem.* Hæc illi veteres, & eruditissimi patres.

In rebus sacris quæ propria censenda sit oratio.

Etsi autem in rebus diuinis, quæ omnem dicendi facultatem, & humanam superant intelligentiam, vix vlla ratio, aut sermonis forma penitus propria esse valeat: tamen quia aliter quam humano more apud homines dici atque agi non possunt: illa oratio in sacris rebus propria censenda est, quę ad familiarem, & vsitatam inter homines loquendi consuetudinem quam proximè accedit. Vt igitur ad propositum locum hæc accommodentur, aduerte, antequam Dominus dixisset, *Patres vestri manducauerunt manna in deserto; & mortui sunt*, se quidem pluries panem nominasse, nunquam tamen de sui manducatione quicquam locutum fuisse, tantùm dixisse in illum credere, & ad illum venire eos oportere; & ideò in toto illo sermone murmurauerunt de eius incarnatione, eo quòd dixisset, *Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi.* Postquam verò se de cœlis venisse cõfirmauit; & hortatus fuit vt à murmuratione abstinerent, addidit, se non solùm panem de cœlo, hoc est, Deum, & hominem esse; sed etiam se manducandum, nimirum in Eucharistiæ mysterio. Quemadmodum Nicodemo admiranti quomodo quis posset renasci denuo; adiunxit opus esse ex aqua & Spiritu sancto, siue intermedio Baptismi Sacramento regenerari; ac rursus illo de tali renascentia, quasi de re aliqua communi & terrena quodammodo dubitanti; adiecit adhuc maiora, & cœlestia, dicendo: *Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis?* Et, *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo Filius hominis, qui est in cœlo:* Ita hic cum prædixisset se panem vitæ, addidit carnem suam necessariò fore manducandam, & sanguinem suum potandum.

Ad quem vsq; locum de pane cœlesti incarnationis, non autem Eucharistiæ, Christi sese verba protendant.

Ioan 3.

Nomen dationis ad quid propriè pertineat.

Iam verò in illis verbis: *Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*, propria singulorum verborum examinemus significata. Ac datio quidem apud homines, rei corporeæ, quæ moueri potest, est exhibitio, quę de manu dantis, in manus accipientis transire soler. Item manducatio carnis, aut cibi cuiusque propriè, ac naturaliter oris, ac dentium fit exercitio; sicut & bibitio rei liquidæ est ore facta deglutitio. Adhæc cùm hoc verbum, Dabo, futuri sit temporis, quemadmodum cum de manna locutus est, per præteritum dixit: Non Moyses dedit vobis panem de cœlo; & cum de se incarnato loqueretur, verbo præsenti est vsus; *Pater meus dat vobis Panem de cœlo verum:* ita, cum de futuro pronunciat, *Panis quem ego dabo*, propria futuri temporis significatio seruãda est. Est enim promissorius Christi sermo, quo carnem sub specie panis, vel cibi dandam, & manducandam, æternę vitæ caussã, designat. Porrò huius promissionis exhibitio, ac datio, nullibi magis propriè videtur impleta, quàm cùm dixit Dominus Apostolis in cœna: *Accipite, & manducate: hoc est corpus meum:* Ibi enim & datio manibus facta est, & acceptio, & manducatio manibus, & ore discipulorum perfecta. In rebus autem maximis, antequam dentur, solita est præcedere, & naturaliter, & ex Christi instituto promissio. Nam maxima quæque, vt mortem, resurrectionem suam, & aduentum Spiritus sancti, pollicitus est: eo autem libentius de Eucharistia prædixit, ac promisit, quò magis inusitatũ, insolens atque inauditum discipulis videri poterat, Christi carnem, salutis æternæ gratia re ipsa in Sacramento edendam: atque ideò maximè fuit rationi consentaneum, illud prius fuisse prædictum atque promissum. Quare Chrysost. in Matthæum, quærit; qui factum sit, vt non turbarentur discipuli, cùm audirent Christum dicentem, *Accipite, & comedite: hoc est corpus meum: Quia*, inquit, *multa iam, & magna de hoc ante disseruit:* at vbinam, quæso, nisi Ioan. 6. Idem quoq; annotauit Cyrillus in Ioannem: Ne scilicet re noua, & inaudita discipulos in vltima cœna obstupefaceret.

Panis Eucharistici datio quando fuerit exhibita.

Matth. 26.

Eius prædicendæ, atq; promittendæ à Domino caussæ.

Chrys ho. 83. in Matth. tom. 2.

Cyril. lib 3. c. 37. in Ioan. tom. 2.

Si ergo verba Ioan. 6. ad Sacramentum proprijssimè referri possunt, nec id antè promissum fuisse vllo modo sit absurdum, quod ratio naturalis, & consuetudo Christi, & autoritas sapientissimorum hominũ in eam sententiam inclinant: profectò nulla grauis existit caussa, ob quam hic sensus, à proprietate verborum ductus, deserendus sit: hæc enim intelligentia, legitima est, literalis, atque cęteris, quæ adferuntur, pręstantior. Adde quod dixit, *Panis, quem ego dabo, caro mea est*: non ait, Carnem meam significat, aut carnis meæ similitudinem gerit; sed caro mea reipsa existit: quod idem est atque illud: *Accipite, & manducate: hoc est corpus meum.*

Contra significatiuos, similitudinariosve.

Matth. 26.

Quòd si interroges; Cur non inquit textus Græcus, & noster, corpus meum est, sicut in cœna dixit? Respondeo: Iustis de caussis factum ab æterna illa Dei sapientia. Tum vt vnum vocabulum, alterius sit in-

Quare Christus dixit: Panis quem ego dabo, caro mea est: non autem,

corpus meum est, vt in cœna.

terpretatio, quare Syrum Euangelium, vbi nos habemus Caro mea, in tota hac disputatione, habet פגרי id est, corpus meum.

In sacrosancto Eucharistiæ mysterio duo continentur.

Tum quia io hoc admirãdo mysterio duo cõtineotur; altetum est, corpus Christi verum, ac viuum, sed in cœna Domini passioni, & morti obnoxium, modo tamen impassibili, & immortali; post resurrectionem verò, & mortis, & passionis omnis expers, atque modo pariter incorruptibili, ac immortali; alterum verò est, repræsentatio, & anounciatio mortis Christi: *Hoc facito*, ait Dominus, *in meam commemorationem*. Propter primum igitur rectè appellatut corpus, quod viuum, animatum, firmum, ac fortè esse solet: complectitur eoim, non vnum membrũ, vt Apostolus ait, sed omnia, noo tantùm carnem, sed etiam ossa, & neruos, & musculos, & cartilaginem habet; ideò & fortia corpora dixit Poëta, & Paulus ait alia esse corpora cœlestia, alia terrestria, & Christum tradit reformaturum corpus humilitaris nostræ, configuratum corpori claritatis suæ: tale enim est corpus Christi in Eucharistia. Propter secundum autem significandum, id est, mortis infirmitatem declarandam, & in qua corpus ab anima fuit seiunctũ, & sacrificium peractum, rectè dicitur caro, quę respectu spiritus prompti, vocatur infirma: & Domious, vt air Paulus, crucifixus est ex infirmitate. Quare caro propriè dicitur esse mortuorum, & ex eo quòd careat anima, rectè dicta est caro: sicut carnifices vocantur, qui ex viua, mortuã carnem faciunt. Aptè igitur & fortitudo, & infirmiras vestimenti humani, quod induit Christus, io vocibus corporis, & carois repræsentantur. Hic autem frequentius vtitur nomine carnis, quia magis vsitatus, & familiaris sermo est, edi carnes, quam corpora; nam corpora potius edere (vtpotè animata, & ore alimentum trahentia suum) quàm edi dicuntur. Familiare etiam, sub panis forma porrigere carnes edendas, vt in artocreis, quæ carnes sub se continent, conditas atq; concisas: in quibus vt carnes distinctæ sunt à pane, ita in hoc venerabili mysterio humanitas distiocta est à speciebus, siue accidentibus panis.

1 Cor. 11.
Corporis partes.

Virgil 1. Æneid.
1. Cor. 15.

Philip 3.

Matth. 26

2 Cor 13.
Caro, & corpus differunt

Carnifices qui dicantur.

Cur hic carnis quam corporis frequentior mentio habeatur.

Expenditur Dominũ minime dixisse: Et panis quẽ ego dabo, ego ipse sum, sed Caro mea est.

Si rursus interrogges, cur oon dixit, Panis qnem ego dabo, ego ipse snm spootè dandus ad mortem pro mundi vita? Respondeo, Christum noo abhorruisse ab hac dicendi forma, cum inferiùs dixit; *Et qui manducat me, & ipse viuet propter me*. Hic autem tantum carnis mentionem fecit, quoniam sub specie panis ex virtute verborum nonnisi corpus, aut caro Christi continetur; sanguis autem, anima, atque diuinitas, ooonisi per oaturalem coniunctionem, sub specie vini autem ex vi verborum non est nisi sanguis, corpus verò, anima, atque diuinitas, nonoisi per dictam connexioné. Si enim daremus (id qnod fieri noo potest) diuinitatem separari à corpore Christi, iam diuinitas oon esset in Sacramento. Similiter etiam, si in triduo mortis Christi aliquis consecrasset, non fuisset ibi anima Christi; sed tale corpus, & talis sanguis, qualis erat in Cruce, seu in sepulchro. Adde, oõ omnia potuisse vno verbo exprimi, sed pro captu eorum, qui andiebant, diuina sapientia suum attemperabat sermonem: vnde paullatim io promissione sua progrediebatur, & thesauros io hoc mysterio delitescentes detegebat.

Altera eius dictionis ratio.

Adhæc considerandum, non posse habere locum illam interpretationem, qua quidam exponunt: Et panis qnem ego dabo: id est, qnem dedi, aut do. Nam facilè confutari poterit ex Græca litera, quæ bis repetit verbum Dabo: *Panis*, inquit, *quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita*. Et ex Græcis rectè Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius; & ex nostris B. Roffensis eiusmodi repetitionem ponderarunt. Et vbi Græca lectio Latinæ non aduersatur, oon est deserenda: & etiamsi non esset illa verbi repetitio, oecessariò supplenda erat, propter verbum Apostoli: *Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis; mortem Domini annunciabitis, donec veniat*. Cùm igitur illud: *Caro mea est. quam ego dabo pro mundi vita*, interpretationem illam præteriti, aut præsentis temporis, id est, dedi, vel do, capere non possit, id enim morte præstandum erat, quam noodum subierat: vt etiam Euthymius exponens illud verbum, indicat, *Quam ego dabo pro mundi vita: Dabo* (ait) *in mortem: hic enim crucifixionem præsignat: dicens autem, quam ego dabo, vltroneam esse significat huiusmodi passionem*. Sic ille. Cum inquam, illud, *Caro mea est, quam ego dabo, &c.* interpretationem illam præteriti, aut pręsentis capere non possit: ita illud primo loco dictum. *Et panis quem ego dabo*, necessariò pertinet ad tempus futurum. Vnde sequitur per vtramque dationem in futurum tale aliquid significari, quale hactenus factum non erat: ac priorem quidem, in cœna; posteriorem verò, in cruce compleuisse. At verbum illud Pro mundi vita, accommodari potest vtriq; dationi, & panis in cœna incruentè oblati, & carnis in Cruce cruentè sacrificatæ, & sensum verum porrigit. Eadem enim Christi caro, quæ sub specie carnis Deo immolata est in Cruce pro mũdi vita, hoc est,

Improbatur ea quorũdam explicatio. Panis quem ego dabo, id est, dedi, aut do.

Cyril. Theophyl. Euth. in Ioan. Roffen. art. 14. in Lutherum.

1. Cor. 11.

Panem Eucharisticum quando Christus dederit.
Euthymius cap. 9.

Duplex Christi datio completa.

pro ho-

pro hominum, qui sunt in mundo, vita, & salute comparanda; sub specie panis incruentè sacrificata, & à nobis per fidem manducata, æternam, quam cupimus, & petimus vitam, nutrit, & alit: vitam ergo, quam donat caro Christi in cruce; eandem seruat, & sustinet in Eucharistiæ mysterio.

B. Tho. lect. 6. in c. 6. Ioan. *Iom 16.* Fructus huius Sacramenti quantus sit. *Ose. 13.*

De fructu huius carnis sub specie panis exhibito, doctè philosophatur B. Thomas super hæc verba Ioannis, dicens: *Vtilitas autem huius Sacramenti magna, est vniuersalis. Magna quidem: quia efficit in nobis nunc vitam spiritualem, tandem æternam, vt dictum est. Nam (vt ex supradictis apparet) cum hoc Sacramentum sit Dominicæ passionis, continet in se Christum passum: vnde quicquid est effectus Dominicæ passionis, totus etiam est effectus huius Sacramenti.* (*1. Cor. 15.*) *Nihil enim aliud est hoc Sacramentum, quàm applicatio Dominicæ passionis ad nos. Non enim decebat Christum secũdum præsentiam suam esse semper nobiscum.* (*Hebr. 2.*) *Et ideo voluit hoc supplere per hoc Sacramentum. Vnde manifestum est, quòd destructio mortis, quam Christus moriendo destruxit; & reparatio vitæ, quam resurgendo effecit, & hoc est effectus huius Sacramenti: vniuersalis autem:* (Quàm latè pateat fructus huius Sacramenti.) *quia vita, quam confert, non solùm est vita vnius hominis, sed quantum in se est, totius mundi, ad quam sufficiens est mors Christi. 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & non pro nostris tantum, sed etiam totius mundi. Notandum autem est, quod aliter est in isto Sacramento, & aliter in alijs.* (Eucharistiæ à reliquis Sacramentis discrimen.) *Nam alia Sacramenta habent singulares effectus, sicut in Baptismo solus baptizatus suscipit gratiam, sed in immolatione huius Sacramenti est vniuersalis effectus: quia non solùm Sacerdos effectum consequitur, sed etiam illi, pro quibus orat, & Ecclesia tota, tam viuorum, quàm mortuorum. Cuius ratio est: quia continetur in ipso ipsa caussa vniuersalis omnium Sacramentorum: scilicet Christus. Nec tamen, si laicus sumat hoc Sacramentum, prodest alijs quantum est ex opere operato in quantum consideratur vt perceptio, quamuis ex intentione operantis & percipientis possit communicari omnibus ad quos dirigit suam intentionem.* (Laicus cõmunicans quatenus alijs prodesse possit.) *Ex quo patet, quòd laici sumentes Eucharistiam pro his qui sunt in Purgatorio, errant.* Hactenus B. Thomas. Cuius in verbis perspice considerari à B. Doctore fructum huius Sacramenti in quantum sacrificium est. Nam ea ratione vniuersalis est eius fructus: sicut ea ratione, qua Sacramentorum, peculiares in quolibet dignè sumente fructus operatur. Simul etiam perspice, Thomam eos meritò reprehendere, qui pro alijs asserunt se Christi corpori communicare; cùm ex opere operato nullus fructus queat in alios deriuari ex mera Sacramentorum perceptione, licet ex animi nostri intentione possimus alijs, tum viuentibus, tum mortuis suffragari, & bona nostra opera applicare.

(Panis Eucharisticus vitam, vt conferat æternam.)

Quòd igitur hic panis vitam conferat æternam: intelligendum est, si dignè, & cum spiritu ad eius esum accedamus. Nam alioqui si quis indignè accedat, iudicium sibi manducat, & bibit. Hinc Rupertus in hæc Ioannis verba: *Qui manducat hunc panem*, Vel *Qui manducat meam carnem, habet vitam æternam*. semper Dignè subaudiendum esse tradit. Et Glossa ordin. in idem: *Qui manducat meam carnem, habet vitam æternam.* Subdit, *Quærunt quidam quomodo fiat in vitam æternã, cum quidam ad mortem, vt dicit Apostolus? Si quis comedit in altari cum hac comestione de qua agit hic, scilicet, cum fide operante ex dilectione, hic comedit in vitam æternam: si quis verò aliter, in mortem.* Sic illa Glossa. (*1. Cor. 11 Rupert. lib. 6. in Ioan Gloss. ordin.*)

(Hæc verba: Et panis quẽ ego dabo, caro mea est, &c. de incarnatione Christi nequaquam accipienda. *Psalm 144*)

Ita igitur explicato hoc vero sensu, qui à proprietate verborum accipitur, & qui exhibitionem in cœna cum promissione cõformem tradit (est enim Dominus fidelis in omnibus verbis suis; & Sanctus in omnibus operibus suis) stultum est alios sensus somniare ad eludendam vim tanti Sacramenti, vt quidam faciunt. Non ergo loquitur de se dando per incarnationem, cùm ait; *Et panis quem ego dabo*: quia iam datus erat, iuxta illud: *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis*; (*Esa 9.*) & de quo superius dixerat; *Nõ Moyses dedit vobis Panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum*: dabat autem Pater se panem regnum cœlorum prædicantem, signa admiranda edẽtem, ac quotidie diuinitatis suæ diuitias depromentem.

Deinde non loquitur de passione, & morte sua, in qua dedit corpus, & sanguinem pro salute nostra, ita vt intelligatur excludi Sacramentum, quemadmodum accepit Caietanus. Cuius expositio in hæc verba talis est: *Postquam declarauit seipsum ratione sua deitatis panem viuum qui de cælo descendit, transit modò ad declarandum rursus seipsum etiam secundum humanam naturam assumptam esse panem vitæ, & incipit à morte, passioneq; sua, dicens esse similiter cibum mundi. Ita quod non solùm ipse Verbum est cibus, & vita mundi,* (Neque etiam (iuxta Caietanum) de passione, & morte accipi posse.) *sed etiam ipse crucifixus, mortuus, &c. est panis & vita mundi. Propterea enim hactenus seipsum dixit panem, modo autem cum coniunctione copulatiua, accumulando ait, & panis. Significanterque dicit dabo, & non dicit do: quoniam futura erat donatio eius. Simulq; petentibus da nobis hunc panem, declarat qualis est panis quem ipse dabit. Caro mea est. Desunt tres dictiones, scilicet, Quam ego dabo. Et sequitur, Pro mundi vita. Manifestissimè explicat panem hunc fore passionem, & mortem suam: dicendo quòd panis*

quem ego dabo, est caro mea: non mystica, non spiritualis; sed quam ego dabo pro mundi vita. constat enim quod in passione, & morte sua daturus erat carnem suam naturalem pro mundi vita. Hactenus ille.

Primum hoc dictum Caietani, Christus ante hæc verba: & panis quem ego dabo, &c. se pa- nem ratione Deitatis declarauerit in quo peccet.

In cuius expositione docti ac pij viri nonnulla desiderant. Et in primis quòd ante hæc verba Christus seipsum tantùm declarauerit ratione suæ deitatis panem viuum, certè non est vsquequaque verum: cùm etiam ratione suæ humanitatis idem expressisset, cum dixit, *Pater meus dat vobis panem de cœlo verum: Panis verus, seu Dei est, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo: Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi: Dixi vobis, quia & vidistis me, & non credidistis: Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt: Hic est Panis de cœlo descendens; vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur.* Nam quid est aliud panem viuum de cœlo descendere, quàm Verbum Dei carnem de Virgine accipere? Qui enim descendit, ipse est & qui ascendit supra omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Et quid est aliud, manducare panem qui de cœlo descēdit, quàm credere in Filium Dei incarnatum, & ita per humanam eius naturam pasci? aut quomodo cum manna quod ab aëre in terram descendebat, vt ab Israelitis ederetur, compararetur Christus nisi ratione Humanitatis, per quam descendit de cœlo, & in terris visus est, & cum hominibus conuersatus? Aut quis alius, quem Iudæi viderunt, & nō crediderunt, nisi Christi caro, quam non agnoscebant Verbo ipsi coniunctam esse? Ergo Christus ante illa verba: Et panis quē ego dabo, seipsum declarauerat panem esse, tam ex vnitæ carnis natura, quàm ratione deitatis; etsi hactenus de Sacramentali modò manducandi carnem suam nō egisset, sed modo agere inciperet.

Panem viuum de cœlo descē- dere, quid sit. *Ephes. 4.*

Exod. 16.

Baruch. 3.

Alterum dictum Caietani refellitur in dicta sententia.

Deinde subiungit Caietanus, Christum incipere à morte, passioneque sua; dum ait, quòd Iesus ipse crucifixus est panis, & vita mundi. Cui respondemus, Hoc quidem Christum dixisse, sed ab eo non incepisse. Nam priusquam hoc diceret, præmisit; *Et panis, quem ego dabo, caro mea est*: vbi de morte nihil adhuc est dictum, quanquam de illa mox subiungat, Quam ego dabo pro mundi vita, nam ita Græci habent codices, vt notat Caietanus. Licet ergo eadem sit Christi carnis substantia, quæ tum datur vt panis, id est, vt manducanda, tum pro mūdi vita, vt immolata in Cruce, & fide amplectenda; tamen datio est alia, atque alia. Et prior datio eius est, vt ad cibum pertinet; posterior verò illa, quæ pro mundi vita est: sicut etiam re ipsa Eucharistia ordine temporis, ante Christi mortem est instituta. Panis ergo, quem ego dabo, id est, cibus quem vobis porrigam; nihil est aliud, quàm ipsa caro mea, quam ego offeram Patri meo pro mundi vita. Aliud est autem dare hominibus, aliud dare Deo: hominibus siquidem à Christo dantur res prius consecratæ, & immolatæ; at Deo ipsi immolatio, & consecratio exhibetur ac daturi illis Sacramenta, huic soli sacrificia debentur. Panis ergo, quem ego dabo in Sacramento, caro mea est mystica, & spiritualis, quam ego dabo, non mysticè, seu sub velamento aliquo, sed palam, & in aperta hominis specie pro mundi vita, quod in cœna videmus completum. Nam Christus panem sanctum porrigens, Apostolis dixit: *Accipite & comedite: hoc est corpus meū: quod pro vobis datur*, vt ait Lucas: aliter ergo corpus suum dedit discipulis, dicens, *Accipite*, & aliter pro illis, & pro mundi vita, cùm illud Patri in Cruce obtulit. Tertiò considerat Caietanus, significanter dictum Dabo, & non do: quia futura erat eius donatio. Et posteà, *Panis, quem ego dabo, caro mea est*, non mystica, non spiritualis; sed quam ego dabo pro mundi vita. In cuius verbis admittimus ponderationem verbi illius de futuro Dabo: sed quando futura erat donatio, nō in cœna, sed in Cruce. Caro enim mea crucifixa, cibus est mundi. Verùm hæc interpretatio etsi in se vera sit, non est tamen propria huius loci. Quia ponderat significanter dici de futuro etiam in priori loco Dabo, & non do: & tamen cum ad rem ventum est, non explicat nobis prius illud Dabo: sed conuertit perinde, ac si dictum esset, panis quem ego do. Dicit enim, similiter humana Christi natura est cibus mundi, atque diuinitas. Sed cur non potiùs dixit, vt dicendum erat de futuro, erit? Videbat se totam veritatem non fuisse expressurum, si dixisset, Humana Christi natura, siue Christus crucifixus, & mortuus, erit panis, & vita mundi: æquè enim verum erat, quòd incarnatio, & mors Christi iam ab orbe condito fuit, atque etiamnum est, ac non solus erit panis, & vita mundi. At si explicatè agere voluisset, dixisset: Et panis, id est, cibus, quem ego dabo posthac aliter, quàm ante hac dederim, est caro mea, quā ego dabo pro mundi vita.

Matth 26. Luc. 22.

Tertium Caietani dictum refellitur.

Panem Eucharisticum in Cruce datum à Christo non fuisse.

Iam vrgendus esset, vbi exhibitus sit hic cibus, siue panis, qui tam signanter promissus est per verbum de futuro: vbi ergo Christus dedit hunc panem, vtrum in Cruce? Minimè: quia nec id dixit Christus, nec Caietanus. Esset enim sensus. Et panis, quem ego dabo in Cruce, est caro mea, quā

ego da-

ego dabo pro mundi vita. Et licet quando id fecerit, non certò perscribat; excludit tamen cœnam, sed non affirmat in Cruce. Licet necessariò id sit conijciendum: quia dixit, panem hunc fore passionem,& mortem suam. Posita verò illa expositione, quærendum cui fuit facta promissio illa prior dandi panis, Deo ne an hominibus? Si dixeris Deo: sensus esset, Panis quem ego offeram Deo, caro mea est,&c. Sed certè panis, per quem nutrimentum intelligitur, hominibus datur, non Deo, non enim solet Deo dari cibus. Deinde oblatio, quæ Deo soli facienda est, in posteriori membro significatur, dum ait: *Caro mea est, quam ego dabo,* id est, Deo Patri offeram pro mundi vita. Est enim verus sensus: Panis, seu cibus, quem ego vobis dabo, non est profanus, aut communis; sed sanctus. Est enim caro non alterius, sed mea, qui sum panis viuus: & illa quidem sacra non solùm quòd mea sit, sed prætereà etiam, quia per me offeretur Deo, non ad meam priuatam vtilitatem, sed pro mundi vita, in quo donum Christi longè excedere māna Hebræorum iudicatum est. Adhæc cùm eadem sit dationis ratio in his duobus locis, *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis.* Et, *Panis quem ego dabo, caro mea est,&c.* sicut constat Christum in priori loco de datione, quæ hominibus fit, loqui,& non de ea, quæ fit Deo: ergo in posteriori hominibus quoque promittit panem, qui sit pro mundi vita. Et confirmatur ex Iudæorum intellectu, qui putarunt Christum dicere: *Panis quem ego dabo vobis:* quia quæsierunt post hæc verba: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? quam eorum intelligentiam non solùm Dominus non reprehendit, sed potius constabiliuit, dicens: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis,* & quæ sequuntur. Ex quo apparet, Christum, cùm dixit, *Panis quem ego dabo,* cibum nobis, & non Deo sacrificiū promisisse. Cui sensui antiqui omnes Patres concorditer assentiuntur.

II. argum.

III. argum.

Modus cœlestis panis manducandi qualis à Christo promittitur.

Illo igitur sensu posito vt vero; iam quæritur, quomodò Christus promittit nobis cibum? Nam aut promittit daturum se nobis hunc cibum spiritaliter tantùm manducandum, aut tam in spiritu, quàm in Sacramento: quod secundum si concedatur, euicimus quia hoc ipsum est, quod quærebamus. Sin verò spiritaliter tantùm, iam quærimus cur ista donatio in futurum reijciatur, cùm spiritalis manducatio non minùs olim data sit ante incarnationem Christi, quàm etiam tunc dabatur, quum loquebatur: quandoquidem illum spiritalem cibum Christus vnà cum Patre suo semper donat. Quare ergo tam significanter dicitur de futuro, Quem ego dabo, & quem Filius hominis dabit vobis, si alio modo nō dabitur nobis, quàm antea fuerit datus? Si ergo ad spiritualem dationem referunt, superuacaneam faciunt Christi promissionem, quasi denuò tunc demum promittat, quod olim semper dedit; aut prorsus inexplicatum relinquunt, quando, aut vbi, aut quomodo illa prior datio præstabitur. Adhæc si de passione esset sermo, minimè eam vocasset panem, nam illic alimenti formam non habet; sed potius dixisset, suppresso nomine panis, Caro, quam ego dabo, salus est, aut pretium est pro mundi vita.

Quartò, non satis explicatum est à Caietano in hac expositione, quòd illa verba: *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita,* per illa alia exponantur: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis.* Nam cùm Christus duplicem dationem cōmemoret, alteram, qua nobis dabit carnem suam in cibum, alteram, qua dabit eandem pro mundi vita: cumque Iudæi non de illa posteriori, sed de priori, quæ in cibum fiet, interrogauerint, *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Et Christus de eadem responderit, *Nisi manducaueritis:* frustra profectò Caietanus laborat, vt hæc verba, *Nisi manducaueritis*, immediatè connectat cum illis, *Caro mea est quam ego dabo pro mundi vita;* cum ad priorē pertineant de pane edendo promissionem, de qua dixit: *Panis quem ego dabo.*

IIII. dictum Caietani impugnatur.

Iam alteram aliorum expositionem expendamus: ob id Dominus, vt aiunt, dixit se daturum carnem suam edendam; quia ipse secundùm humanam naturam ex voluntaria obedientia Patri quidem seipsum nouo modo in Cruce dedit; nobis verò nō nisi per fidem carnem suam tunc edendam dedit: hoc autem est illam veteri, & nō nouo modo edendam dare. Nouo modo carnem suam in Cruce nobis daturus erat, sicut tunc eam dabat, exponendo eam varijs miserijs & afflictionibus. Sicut enim iuxta illud Ioannis: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret; vt omnis qui credit in ipso, non pereat,&c.* Deus Pater dedit Filium suum, vt nasceretur in similitudine carnis peccati,& crucifigeretur, vnde ab Esaia filius nobis datus dicitur: ita & Christus rectè dicitur carnem suam edendam, & sanguinem bibendum dedisse, dum crucifixus est,& mortuus. Et paulò pòst: Vnde vbi ait, *Dabo carnem meam*, dicit se esse

Aliter sensus horum verborum: Et panis, quem ego dabo, caro mea est,&c.

Ioan 3.

Rom 8.

Esa. 9.

panem vitæ, sed & carnem esse cibum, & sanguinem potum: nomine carnis, & sanguinis, miseriam,& mortem suam,& non solùm humanam naturam significans. Ita illi exponunt.

Tria dicta intelligentia tria incommoda.

In quorum sensum noonnlla occurrunt. Primùm, quia non videtur quo nouo modo caro Christi nobis datur in Cruce. Etsi enim Patri oooo modo offeratur, tamen nobis noonisi per fidē etiam tunc data est. Modus autem edendi Christum crucifixū per fidem, nouus non est: cùm omnes Patriarchæ & Prophetæ, iam inde ab origine mundi carnem Christi illo modo comederint: quare ergo illa datio carnis suæ in futurum reijcitur? Deinde, si principium,&

II. incommod.

progressus orationis Christi rectè expendatur, apparebit, eum seorsim à Patre suo peculiarem quendam cibum nobis promisisse. Dixerat enim ab initio: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis.* Et mox Patris sui donum interponit, vt ad suum posteà recto ordine perueniret: *Pater*, inquit, *meus dat vobis panem de cœlo verum: Ego sum panis vitæ: Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet.* Et, *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Pater ergo dat Filium suum, qui est panis verus, mundo per incarnationem eius: idem dat nos Filio per fidem vivam in Christum, & propter illam dat nobis vitam æternam. Hęc omnia Pater, hoc est, tota Trinitas donat: sed Filius hominis iussit nos etiam operari panem,& cibum, quem ipse nobis daturus erat. Et eum tandem explicans, ait: *Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Hic alia ratio dandi quærenda est in Filio hominis, quàm in Patre. Nam & persona Filij, à Patris persona distinguitur. Et aliud tempus dandi, Filio, aliud Patri assignatur: quia Pater dat præsentem panem, Filius dabit de futuro: ergo in Filij donotalis qoærenda est interpretatio, qualis penitus io Patrem oō cadar. Nam si eodem vtraq; modo dona accipienda essent, nunquam adeò distinctè, ac variè in Scripturis ptoponerentur: at si panem Filij hominis, quem ipse dabit io Cruce, per fidem nobis edēdum exponamus, nihil peculiare in Filij dono inueniretur, de quo tam significanter de futuro diceretur, quòd illum dabit. Nam etsi ratio, quia Filius Patri per mortē suam dedit se in Cruce pro mundi vita, ipsi Christo valde sit peculiaris, ac propria: tamen ratio, qoa per fidem viuam velot crucifixus,& mortuus, nobis dat panem mortis suæ, non est illius personę, aut naturæ assumptæ propria, sed vnà cum Patre omni ratione commonis est: quocunque modo

Opus nostræ redemptionis per Crucem, & mortem, commune est toti Trinitati.

enim dat seipsum nobis Filius, dū in Cruce moritur, eodem prorsus & Pater dat Filiū nobis. Vterque enim dat nobis eum in cibum per fidem & charitatem. Quòd si, vt pat est, donū Filij à dono Patris distinguamus: ita interpretandum est donum Filij, vt aliqua ratione differat à dono Patris, quod in cœna Domini perspicuè cernitur. Ibi siquidem Filius hominis in qoantum homo est, & secundùm naturam assumptam Patre minor, per manus voitas personæ Verbi, quas Pater sic voitas non habet, cibum illum diuinū nobis largitus est. Quare verior est interpretatio, & literæ, ac verborum intelligentiæ magis consentanea; vt dicamus, Christum nobis promisisse Eucharistiam, quàm fidem, aut dilectionem mortis,& passioois suæ.

Beneficium proprium Christi in nos collatum.

Tertiò, si voluisset Dominus dicere: Panis quem ego dabo vobis in Cruce, est caro mea pro mundi vita; cū caro sua pro muodi vita, fuerit etiam data in Cruce: priorem certè donationem non aliter explicasset, quàm per eandem repetitam donationem: ac si dixisset; Panis quem ego dabo vobis io Cruce, est caro mea, quā ego dabo in Cruce pro mundi vita: Crucis verò nomen & ratio certissimè conuenit posteriori membro,& non priori, quo Christi caro danda in cibum promittitur. Nam cùm in verbis Christi duplex datio commemoratur, quarum posteriorem constat in Cruce impletam fuisse: putandum igitur est priorem dationem alibi quàm in Cruce ante illam cōpletam, vel post illam Crucis fuisse complendam: certè in cœna Dominnm illam compleuisse, satis eius indicant verba. Dedit enim panem benedictum, dicens, *Accipite*: dedit cibum, dicens, *Comedite*: dedit cibum, qui est caro sua, dicens, *Hoc est corpus meum*: dedit carnem suam pro mundi vita, dicens, *Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur*: Dedit corpus suum nouo modo, nimirum sub specie panis; vt non immeritò admonitio præcesserit illa: *Et panis quem ego dabo, caro mea est.* Etsi enim Dominus nominando panem, corporalem non intellexerit, sed verum illum panem, qui dat vitam mundo: ipsum tamen panis nomen non frustra interpositū est à Dei sapientia. Quis ergo tantillo zelo gloriæ Christi sit præditus, qui æquo animo ferat, ab illa promissione facta apud Ioānem, reijci Dominicam cœnam, cui tam mirificè, sanctificanter, & ad amussim respondeant, & facta, & dicta io præclara illa & magna cœna, instituta à Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu sancto, omni felicitate gaudet in sempiternum, Amen.

III. incommodum.

Matth. 26

Luc. 22.

TRACTATVS XXII.

De eadē disceptatione Domini cum Capharnaitis, in illa eadem promissionis Christi verba: *Et panis, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita.*

HActenus disputatū à nobis est, & firmis rationibus corroboratum, verba Domini apud Ioannem, si vocum proprietatem spectemus, & genuinam vocabulorum significationem, necessariò ad Eucharistiæ mysterium esse referenda, atque alias expositiones violentas esse ac detortas, locoque illi minimè cōuenire. Iam aliis quatuor viis à nobis superius propositis insistendum est, vt eandem expositionis lucem de venerabili corporis Domini Sacramento proferamus. Erat igitur secunda rectè interpretandi via illa, quæ desumitur ab ætiologia: vbi enim à propria verborum recedítur significatione, proximas partes tenet reddita dictorum ratio, si quæ fortè adhibita inueniatur. Hinc enim legimus libellū repudij Iudæis olim permissum fuisse: & ne inde colligi videretur diuortium aliquādo apud fideles permitti posse, Christus ratione permissionis veteris reddita, istam collectionem infirmam esse demonstrauit. Fuit enim libellus permissus, non quod ea res esset honesta, sed propter duritiam cordis Iudæorum: vt similem permissionem nemo debeat sperare, nisi quem similem duritiem sibi inesse fateatur: qui proculdubio in Christianorū numero haberi nō mereretur, ita hoc loco videnda est verborū Christi ratio. Nam qui post simplicem enuntiationē posteà id in medium adfert, quo aliquod verbū præcedens ad certam, & indubitatam significationē restringat, quique ipsum ꝗ profert, iuratus asseuerat, & qui sæpius idem repetit, & prioris dicti causam adfert, & qui per similitudinē quandā animi sui priora sensa declarat; ille vtique hæc omnia consulto fecisse censeri potest, & quod sua verba primò significabant, magis ac magis confirmata esse voluisse, meritò existimatur.

II. Locus argumentorum.

Deut. 24. Matth. 5. & 19. Iudæis cur permissus libellus repudij.

Cōsultò quis, quid ac serio fecisse, aut dixisse censeri debet.

Cùm ergo Dominus dixisset, *Panis quem ego dabo, caro mea est*, videretque Iudæos ea verba intellexisse de carne sua in cibum accipienda, adeò, vt de priori dicto nihil mutauerit sed iuratus dixerit, *Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Omnis autem controuersiæ finis, ad confirmationem, solet esse iuramentum. Adhæc ne cilla contentus, nomen carnis & manducationis sæpè inculcauit, forma verborum septies, aut octies paululū mutata: Vt huic meritò liceat accommodare, quod August. quādoque dixit: cum enim acriter contenderet, laborem, & operationē manuum, quā Apostolus toties repeteret, non aliter quam litera sonabat, intelligendam; *Non enim, ait, aut in vno loco, aut breuiter dictū est, vt possit cuiusuis astutissimi tergiuersatione in aliam traduci, peruersiq́; sententiam.* Ita idem hic posset dici, vbi rones repetitur manducatio carnis. Tertiò, illic causam subiunxit dicens; Caro enim mea, verè est cibus. Id est, Nemo miretur manducandam carnem meam, quæ verè cibus est: quod enim verè cibus est, verè manducatur; at caro Christi verè cib⁹ est, ergo verè apud homines manducatur, qui ex corpore, & spiritu cōstant; vt ita totus homo impleat manducationis officium. Hæc autē manducatio cum nonnisi in Eucharistiam cadat: fatendū est, carnem Christi, quæ sic hominibus promittitur, vt verè cibus existit, verè manducandā in Eucharistia, de qua promisit, Et panis quē ego dabo, caro mea est. De illius enim carnis, quæ ibi promittitur, manducatione, in posterioribus agit. Postremò similitudinem adiecit: *Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Quibus in verbis manducatio Christi describitur: vt qui ipsum manducat, sic viuere habeat propter ipsum quemadmodum ille missus à Patre, viuit propter Patrem; sed Christus in carne missus viuit propter Patrem; non quidē veluti participans vitam per fidei, spei, & charitatis donum, quæ à Patre extrinsecus aduenjunt; verùm velut participans vitā ex ipsa Patris sui substantia naturaliter præsenti, & corpore ipso carnem suam inhabitante: ergo etiam manducantes Christum viuere propter ipsum docemur: non tantum quia per fidē viuam participamus de illius carne extra nos agente, & ad Patris dexteram in cœlo collocata, sed etiam quatenus participamus de illius carne corporaliter in nobis manente, & nostra corpora vt templa sua inhabitante, dum dignè accipimus Eucharistiam. Tolle corporalem hanc Christi præsentiam in nobis, quæ per solam Eucharistiam efficitur, vt tradunt Patres, sed præsertim Hilarius, Cyrillus, atque Basilius, & Christi similitudo partium singularum proportionem omninò non seruat. Nam si nos Christum sola fide ac spiritu manducamus, ac sic propter illum viuimus: vtique inferret Arrianus, etiam Filium à Patre missum, non aliter quam fide, ac spiritu propter Patrem viuere. Quòd si Filius propter Patrem non

Rationes ab textu desumptæ pro illa sententia, quinque.

Hebr. 6.

II. Ratio.

August. lib. De oper. Monach. cap. 13. tom. 4.

1. Tim. 4.

III. Ratio.

IV. Ratio.

V. Ratio.

Christus vt viuit propter Patrem, & panem cœlestē mādùcantes, propter Christum viuant.

Hilar lib. 8. de Trinit. Cyrill. lib. 10. in Ioan. c. 13. tom 2. Basil. epist. 141. tom. vlt.

fide, sed substantia præsentem viuit: vtique & nos manducantes Christum non fide sola sed etiam per naturalem Filij substantiam: nó quod ille conuertatur in nos; sed nos in illum, qui fortior nobis est: vt aliquando dictum est ab August. Atque hactenus de priori illa ætiologia, in qua subiunctas rationes examinauimus, dictum sit.

Aug. lib. 7. confess. c. 10. tom. 1.

III. Locus argumentorum pro eadé sententia.

Iam tertio loco, à circumstantijs præsertim eorum, quæ præcedunt, cum collatione quadam ad ea, quæ cõsecuta sunt, quoniam magnam vim ad meotem loquentis declarandam habeot, argumenta petenda sunt: hunc enim interpretandi Scripturas canonem, tradidit nobis Augustinus. Primùm igitur aduerte, cap. illo 6. Ioanis Dominum quinque millia hominum pauisse; Deinde turbis eum consectantibus dixisse: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitā æternam, quem Filius hominis dabit vobis.* Sed partim ne putarent Christum aliquid sibi sumere, quò Deo interim detraheret; partim vt per doni paterni explicationem mentes eorum ad æquiori animo suum donum accipiendum præpararet, intermissa pauli sper eius cibi declaratione, quam ipse daturus erat; subiecit, non Moysen dedisse eis Panem de cœlo, sed Patrem suum dare illis panem de cœlo verum, qui de cœlo descendit, & dat vitã mundo. Et quisnam sit hic panis, declarat, dicens; *Ego sum Panis vitæ: qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet in æternum.* Et infrà: *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Ex quibus verbis elicimus primùm, non Moysen, sed Patrem dare panem verum. Deinde, Christũ in carne missum, esse hunc panem. Tertiò, eum qui credit in Christum, manducare hunc panem. Quartò, eum, qui sic manducat, in æternum viuere.

Aug. lib. 83. quæst. q. 69. tom. 4.

Corollaria quatuor ex textu Ioannis.

Ita ergo auditorum animis præparatis, redit Christus ad primum illud verbum, vnde cœperat, nempè: *Operamini non cibum qui perit, &c. quem Filius hominis dabit vobis:* nunc genus, & cibi nomen enuntians: *Et panis*, inquit, *quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita:* quæ verba mirificè quadrant cum superioribus: Dicebat superius, *Filius hominis dabit vobis;* hîc autem: *Ego dabo.* Ibi cibum; hîc panem, qui est caro sua. Ibi promittebatur cibus qui permaneret; Et hic dicitur: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo:* Ibi cibus dicebatur permanete in vitam æternam; & hic dicitur: *Qui manducat meam carnem, habet vitam æternam:* ibi turbæ iubebantur eum cibum operari; & hic iubentur eundē manducare, si nolint carere æterna vita. Vides igitur illa quatuor explicata esse à Christo:

Esti quę præcedũt Ioan. 6. cum ijs quæ sequuntur, collationes nonnullæ.

genus cibi, quod Filius dat, est caro sua: operatio huius cibi, est mãducatio: fructus eiusdem cibi, est manere in Christo: finis postremus, vitam æternam habere. Ex quibus in primis apparet, nó minus Filij, quam Patris donum quoddam esse: Patrem iam dare, Filium non quidem adhuc dare, sed se daturum promitteré. Pater dat mundo Filium suum in carne, & dat nobis fidem in Filium suum Incarnatum, vt per donum fidei ex illo manducemus, & in æternum viuamus; Filius verò in carne ambulans iterum promittit carnem suam in cibum, vt in illo maneamus, & ipse in nobis, atque vt hunc panem mãducantes, vitam æternam consequamur.

Sed quoniam Patris inter ac Filij donum permulta sunt similia, & quædam alia diuersa: primùm omnia illa verba Euangelica ante oculos lectori proponenda sunt; deinde illa secernenda, quæ vtrique, & Patri, & Filio sunt similia; postremo, quæ vtrique dissimilia, ac diuersa. Nam ex illis facilè eis satisfiet, qui propterea de spiritali tantùm manducatione in posteriori cap. 6. parte agi putant, quia totus præcedens sermo fuerit de actibus merè spiritalibus credendi, & amandi habitus: cùm tamē postea etiam de alijs actibus, vt manducandi, & bibendi, qui ad Sacramentum spectant, fiat mentio. Verba igitur Domini apud Ioannem de dono Patris æquè ac Filij, incipiunt ab illo loco: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis: hunc enim Pater, signauit Deus* (hoc est Trinitas) *Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus, vt operemur opera Dei? Respondit Iesus, & dixit eis, Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille,* & reliqua vsque ad illud: *Ego sum Panis viuus qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Verba verò, quæ ad donum Filij proprijssime pertinent, incipiunt ab eo loco: *Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Iudæi, &c.* vsque ad id: *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt.* Eatenus enim de dono Filij hominis Euangelista sermonem contexuit. Conueniunt porrò hæc duo dona in hoc: quòd cum Pater & Filius, quod ad naturam diuinam attinet, vnum sint, vterque dat nobis eundem panem vitæ, siue Verbum Incarnatum, licet Patri per attributionem soleat illa datio accommodari: vnde Dominus: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret;* & Apostolus: *Qui etiam proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Adhæc vtriusque donum appellatur,

Tertiæ huius probationis ordo.

Quibus verbis cap. 6. Ioannis de Patris, ac Filij dono promiscue sermo habeatur.

Vbi sermo de Filij dono sit sermo in eodem capite.

Ioan. 3.

Rom. 8.

latur, & hic panis, & Christus: de vtriusque dono per fidem ab vtroque donatum comeditur, & qui manducat vt debet, ex vtriusque dono resuscitatur, & in æternũ viuit: & res donata, hoc est, Christus, & digna eius manducatio ex vtriusque dono veteris mannæ figuram implent: vtraque manducatio spiritalis est: *Verba*, inquit Christus: *quæ ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt*: nec enim de corpore ad vitam animalem nutriendo, sed de spiritu ad æternam vitam pascendo hîc agitur.

Patris inter & Filij donum cœlestis scilicet panis, multiplex discrimê assignatur.

In his ergo omnib⁹ illa duo dona conueniunt; differunt porro in multis, atque illa expedit diligenter annotare: quoniam ex his verus horum verborum intellectus detegetur. Primum igitur discrimen in dantibus situm est. Cùm enim Pater Spiritus sit, ei nos spiritaliter tantùm pascere conuenit: & cum Filius carnem pro nobis assumpserit, & secundum eam sensibilia Sacramenta instituerit, ei conuenit, vt nõ solum spiritaliter vnà cum Patre nos pascat, sed etiam Sacramentaliter quoque pascendos promittat, maximè cum se non modò Filium, sed etiam Filium hominis pronuntiet: quo verbo indicauit se nobis daturum panem, vt homines hominib⁹ dare solent, hoc est, non tantùm spiritali, sed etiam Sacramentali, & corporeo modo.

Secundum discrimen.

Secundum discrimen, à tempore dandi pendet. De Patris enim dono dicitur de præsenti: *Pater meus dat*; de suo verò per futurum ait: *Et panis quem ego dabo*: Cur autem cum Pater iam nunc det panem suum, Filius tamen, qui dat eundem panem, quem Pater, etiam daturum se posthac affirmat; nisi quia posthac aliter dabit Filius panem suum quàm Pater, hoc est, tota Trinitas, vel eum dat de præsenti, vel eum ante dederat? Siquidem Trinitas ab initio mundi carnem Christi Filij hominis omnibus Patriarchis atque Prophetis spiritu participandam per fidem dederit. Cùm igitur Filius, non obstante illo suo, & Patris dono adhuc se daturum polliceatur, quod ante datum non erat, nec putandum sit quod frustra tam significanter dictum sit: *Quem Filius hominis dabit vobis*; Et, *Panis quem ego dabo*: proculdubio significare voluit non tantùm spiritali modo carnem suam daturum, vt hactenus data erat, sed prętereà iuxta aliquod Sacramentum: cuius Sacramenti naturam, vim, & potestatem licet Pater æquè, ac Filius operetur, tamen id propriè Filij donũ esse dicitur: tùm quia Filij ore, ac manibus fuit institutum, tùm quia in persona Christi ob mortem eius annuntiandam in hodiernum vsque diem consecratur.

Tertiũ discrimen.

Tertium discrimẽn in rei datæ diuersis appellationibus consistit. Nam Patris donum, Christus appellat panem de cœlo verum; Filij verò munus, carnem Christi, verè cibum, & sanguinem eius verè potum: plus autẽ significantis cuiusquam proprietatis per aduerbium hoc verè, quàm per verum nomen designatur. Neque idem est apud Apostolum, verè vidua, quod vera vidua. Nam vera vidua est fœmina quæ suo viro orbata est: at verè vidua non est, nisi illa, quæ, tùm viro, tùm cæteris mundi consolationibus destituta est. Quod igitur ad rem ipsam attinet, verius quidem non pascit Filius, quàm Pater: nam Pater quod summum est, panem scilicet viuum, qui de cœlo descendit, & dat vitá mundo per Incarnationem, totum videlicet Christum, tam Deum, quàm hominem, nobis donat: & tamen donum Christi appellatur verè cibus, quia propius accedit ad naturam cibi corporei, quàm donum, quod spiritali modo per fidem, & dilectionem accipitur.

1. Tit. 5. Aliud est verà vidua, aliud verè vidua.

Donũ Christi per quos erat dispensandũ.

Nam Filij donum, significatur per manus Christi, aut ministrorum eius dandum, & ore tenus à nobis accipiendum, vt cibi ratio postulat, & vt dari, & accipi inter homines consueuit. Plus ergo proprietatis corporeæ in filij dono, quod verè cibus est, insinuatur, licet plus interdum in ipso nomine veri scilicet panis, dignitatis apprehendatur. Sic enim significatur manna non verus panis fuisse, eo quod nõ tantam dignitatem obtinuerit, vt panis verus esset, cùm tamen verè panis fuisse non negetur. Quia vt dixit Moyses: Iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum: verè autem panis est, qui propriè ad vescendũ datur. Cùm verò caro Christi, quam se daturum promittit quantum ad nos verè cibus sit, nec tamen ita dicatur verè cibus, quasi verius, quod ad ipsius naturam attinet, nos pascat, quàm Patris donum, quod est omnino verus panis, quia id cogitare nefarium esset, sed quia verius accedit ad naturam cibi naturalis, cuius proprium est ore accipi, & in os immitti: idcircò secundum hanc corpoream cibi rationem donum Christi appellatur verè cibus. Adeò vt Chrysostomus hæc verba ponderans, dicat: *Quid autem signat: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus? Aut quod is est verus cibus qui saluat animam, aut vt os in prædictis confirmet, ne obscurum locutum in parabolis arbitrarentur.* Sic ille. Si autẽ Christi caro verè cibus est, & absq; parabola, ea est omnino comedẽda. Quod enim nõ parabolicè est cibus, vtique re ipsa, & ratione aliqua corporea cibus esse iudicatur. Nã Deus, ac diuina Christi natu-

Exod. 16. Chrysost. ho. 45. in Ioan. tom. 3.

ra, non

ra, non est cibus absque parabola. Quare Cyrillus ad Euoptium, diuinitatis inquit naturam minime edi, sed idcirco cibum dici, quia pascit animã nostram ad eam similitudinem, qua cib[9] pascit corpus nostrum. Ex cuius verbis elicitur, parabolicè dici illum panem, quem Pater dat, non autem illum, quem Filius donat: quæ tota differentia ab Eucharistia pendet, in qua Christus verè dat in cibum nostrum corpus suum in Sacramento, vt anima ex cibo intra se sumpto amplius nutriatur. Atque hæc est ratio, cur Christi donum toties dicatur caro, & sanguis: non quasi deitate sint vacua, spiritus enim est qui viuificat; caro nō prodest quicquam; sed quia per solam fidem, & charitatem donum Patris non datur, sed per Sacramenta, quæ sub sensum cadunt, quibus modis verè caro manducari, & sanguis bibi potest, etsi anima Christi atque diuinitas per naturalem vnionem edantur.

Cyrill. Anathematism. 11. tom. vlt.

Christi donũ cur toties caro, & sanguis appelletur.

Quartum discrimen est, quòd Patris donum, nobis tantùm; Filij verò, & nobis, & Deo pro nobis datur: *Pater, inquit, meus dat vobis panem de cælo verum.* Vbi nomine Patris intellige totam trinitatem, quæ vt nobis dat panem, ita pro nobis aliquid offerre, aut immolare nō potest: quia Deo nihil est sublimius, cui diuina Maiestas sacrum faciat, cùm tamen omne sacrificium maiori, ac sublimiori potestati debeatur. Cæterùm Filius hominis, qui per naturã humanam minor est Patre, ita carnem suam daturum se nobis promittit, vt interim promittat se eandem Deo daturum, hoc est, oblaturum, & immolaturum pro mundi vita: *Et panis*, ait, *quem ego dabo* (scilicet vobis) *caro mea est, quã ego dabo*, scilicet Deo in hostiam, pro mundi vita. Vbi bis promittit se daturum carnem suam, semel quidem nobis, & iterum Deo pro nobis. Cumque prioris intelligentia pendeat à sequenti datione: qui cupit intelligere quomodo prior complenda sit, animaduertat prius quo pacto posterior datio completa est. Christus enim non solo spiritu, sed per interpositam carnis suæ substantiam posteriorem impleuit dationem: dedit enim, id est, obtulit Deo carnem suam vsque ad mortem Crucis pro mundi vita: ergo promisit eandem carnem non solo spiritu, sed per interpositam ipsius rei substãtiam à nobis manducandam: quod alibi profectò, quàm in Eucharistiæ Sacramento non contingit. Nulla autem ratio patitur, vt priorem dationem à posteriori separemus; cum posterior ideò sit adiecta, vt priorem interpretetur, atque declaret. Panis inquit, quem ego dabo, caro mea est; quod quid est aliud,

Quartũ discrimen inter Patris donum, & Christi.

Christus bis dedit carnem suam.

quam, dicere; Ego dabo carnem meam in panem, seu mãducandam: at quænam hæc est caro? quam dabo, inquit, pro mundi vita: non tantum per fidem cordibus nostris infusam, sed reipsa in Cruce immolatam: ergo in eãdem carnis veritate, ac substantia prior datio accipienda est, in qua posterior completa.

Deinde aduerte; hostiam pacificam, & pro peccato (qualis fuit hostia Christi in Cruce) non solum spiritu, sed etiam corpore partim à Sacerdotibus, ac Leuiticis, partim ab offerentibus atque astantibus in lege manducari solitam: quare Elcana, postquam immolauerat Domino, & Annæ vxori suæ partem honorificam, & Phenennæ, & cunctis filijs, & filiabus partes dedit: ita Christus, qui propitiatio est pro peccatis nostris, & pacificauit per sanguinẽ Crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt, cùm dixit: *Panis quem ego dabo, caro mea est, &c.* significauit, carnem, quam daturus erat manducandam, esse ipsam eandem, quæ sacrificanda erat in cruce. Talem ergo Christus intellexit dationem, qualis de re sacrificata fieri solet: quæ nõ tantùm est spiritualis, sed etiam corporea, & Sacramentalis datio, & acceptio. Nam Sacramentum, à sacrificio non re ipsa, sed ratione sola differt. Agnus enim, & vitulus, qui sacrificium est, ea ratione qua offertur Deo super altare, idem ipse Sacramentum est, quatenus in epulo sacro à fidelibus manducatur. Vna enim pars adurebatur in altari, & altera coquebatur, vt ab his, quorum intererat, mãducaretur: vt traditur primo libro Regum. Quæ omnia cum Christus optimè nosset, dum promittit nobis carnem suam in cibum, & illam carnem quæ dabitur pro mundi vita: profectò nil aliud promisit, quàm eam carnem suam dandam in Sacramentum, quam dabit, & offeret Deo in sacrificium. Ob id enim in his verbis: *Quam ego dabo pro mundi vita*, meminit sacrificij, vt in prioribus illis, Panis quem ego dabo, caro mea est, memoria salutaris Sacramenti nobis repræsentaretur.

Hostia olim pacifica, & pro peccato quã figurabat, & à quibus manducabatur.

1. Reg. 1.

1. Ioan. 2.

Coloss. 1.

Sacramentũ à sacrificio quid differat.

1. Reg. 2.

Quintum discrimen sumitur ex diuersitate illorum, qui operantur, aut Patris, aut Filij donum. Nam de priori dicitur: *Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille.* Vbi fides in Filium Incarnatum, opus Dei, non nostrum dicitur: qui nisi trahamur à Patre ad Filium, credere in Filium nō possumus: At in Filij dono, etiam nostrum opus imperatur, ait enim: *Operamini cibum, quem Filius hominis dabit vobis.* Cur autem id ponitur, nisi quia per donum Patris multi, qui nondum crediderant, & propterea talem cibũ

Quintũ discrimen inter Patris, & Christi donum.

Ioan. 6.

opera-

operari non poterant, ad Christum in primis veniunt, cùm Filij Dei donum, hoc est, Eucharistiæ Sacramentum, ad solos fideles perueniat, quib⁹ semper integrum est (cum post acceptam fidē sint cooperatores gratiæ Dei, vt Apostolus ait) operari ex ea fidei gratia, quam à Patre, hoc est, à Sanctissima Trinitate, ante acceperunt. Sic ergo oportet interpretari donum Filij Dei, vt non intelligatur de alio cibo, quàm de eo, quem fideles operari possunt. Et sanè modus operandi, appellatur ab ipso Christo māducatio; māducant verò propriè fideles carnem Christi in Sacramento, se ad illam sanctè, & digne edendam præparantes. Iustificati enim prius per fidem ex dono Patris, possunt posteà operari cibum Filij hominis in Eucharistia, in qua dicitur: *Accipite, & comedite*. Id est, operamini cibum, quem ego porrigo, non tantum mente per fidem sed etiam corpore per Sacramenti susceptionem.

1. Cor. 15.

Vbi & quomodò fideles carnē Christi manducent.

Matth. 26.

Sextum discrimen.

Sextum discrimen colligitur ex diuersa auditorum opinione de Patris, ac Filij dono. Iudæi enim non reprehenduntur quasi non intellexerint verba Christi; sed quia non crediderunt ei: Sunt, inquit, quidam ex vobis, qui nō credunt. Cum ergo Christus ostendisset Patris opus esse, vt in eum crederent, nondum valde exhorruerunt; quinimò audientes, Patrem dare ipsis panem de cœlo verum, mox dixerunt, Domine, semper da nobis Panem hunc; ijdem verò post carnis Christi promissionem exhorrescentes, litigabant, ac dicebant: *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Ex quo planum redditur, eos nō in eo deceptos fuisse, quòd putauerint Christum carnem suam reipsa daturum vt ederetur, sed in eo, quod nolebant, aut credere eam rectè dari posse, aut expectare quomodo eam esset daturus: sine controuersia autem, nisi aliter quam per solam fidem ex ipsius Christi verbis carnem eius dandam iudicassent, non adeò illis durus sermo Christi visus fuisset. Nec enim litigabaut, cū prius in se credi postularet, etiamsi voci eius non obedirent: at nunc præterquam per fidem viuam alio modo non datur nobis Christi caro nisi in Sacramento. Christus ergo, qui Iudæorum intelligentiam comprobauit, quantum attinet ad veram suæ carnis manducationem, corporeo more illam fore complendam intellexit, licet non membratim, & per frusta, vt Iudæi putabant.

Quibus ex verbis Christi Capharnaitæ occasionem captarint de illo murmurandi.

Septimum discrimen.

Septimum discrimen situm est in diuersitate, quæ inuenitur inter venire ad Christum, & manere in Christo. Nam per donū Patris quod est fides, venitur ad Christum, ipso testante: Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: nec dubium etiam quin per idē donum in Christo aliquousque maneri possit ab illis præsertim, qui per ætatem recedere à Deo non possunt. Sed qui manducant carnem, & bibunt eius sanguinem, prout Filius Dei hoc loco intellexit, non propriè veniunt ad Christum, sed potius in Christo manent, & Christum in se ipsis manentem habent, qui Eucharistiæ proprius est effectus. Nunquam enim Eucharistia per se & principaliter dat primam gratiam, cum ad id non sit instituta, sed inuentam priorem auget: sicut & cibi proprium est, nō inchoare vitam, sed inchoatam nutrire. At ablata Eucharistia, nulla est causa, cur venire, Patris dono; manere autem, Filij muneri tribuatur: quia fidem vterque ex æquo præstat. At Spiritus sanctus in verbo Dei attribuit primū accessum ad Christum Patris dono, quia per fidem, quā Deus dat, venitur ad Christum. Idem quoque per mansionem in gratia Dei, filij dono attribuit: quia etsi per fidem absque Eucharistia manere in Christo aliquantisper possimus, non tamen semper id possumus: quia Deus voluit salutem nostram consummari per Christi carnem & sanguinem in Sacramento participatam. Nam vt sine cibi sumptione vita corporea paulatim deficit; ita spiritalis extinguitur vita absque cibo Eucharistiæ, quæ ad hoc propriè est instituta, vt maneamus in Christo; & perseueremus in eius gratia: quod Cyprianus, atque Ambrosius, nec non Cyrillus docuēre.

Eucharistiæ proprius effectus.

Spiritus sancti donum.

Eucharistia ad quid potissimū instituta.

Cyprian. ser. de oratione Dominica. Ambr. lib. 5. de Sacram. cap. 5. Cyrill. lib. 3 in Ioan. c. 37. tom. 2.

Octauum discrimen.

Octauum discrimen sumitur ex diuerso vitæ spiritalis medio, siue instrumento, quod per cibum aliter, & aliter præsentem efficitur. Etsi enim vterque in æternum viuat, siue quem Pater, siue quem Filius pascit: tamen alio eiusce rei adiumento hic quàm ille viuit. Nam modus viuendi ex dono Patris, est is, de quo dicitur: *Qui credit in me habet vitā æternam*: modus autē viuendi ex dono Filij, est propter carnem Christi viuere, quæ fidē nostram sua auget substantiali præsentia. Quare in Filij dono legimus: *Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me*. Quæ verba significant, ea ratione Filium in carne missum propter Patrem (qui præsentia suæ naturalis substantiæ carnem eius viuificat) viuere, sicut & nos manducantes Filium Dei, & corporea sua præsentia nos viuificantem, & vitā nobis præbentem propter illum viuimus. Per fidem igitur viuimus spiritaliter ex dono Patris, at Filium Dei manducantes, viuimus propter illum.

illum. Perinde atque is, qui cibum capit, propter illum viuit, ita vt cibus corporeus in illo ſit, qui propter cibum viuit. Sic Filius, quem manducamus, & propter quem viuimus, corporaliter nobis ineſſe inuenitur, quod rectè, aut propriè intelligi niſi de Eucharistiæ Sacramento non poteſt.

Nonũ diſcrimen doni Patris & Christi. *Exod. 16.* *Sap 16.*

Nonum diſcrimen accipitur ab eo, quod manna duobus modis aliter per Patrem, & aliter per Filij donum impletur. Cùm enim manna, & corporea eſca fuerit propter externam eius manducationem, & ſpiritalis, vel propter mirabilem eius affectionem, & ſuauitatem, quod vniuſcuiuſque voluntati deſeruiens, ad quod quiſque volebat, conuerteretur, vel propter internam eius ſignificationem, qua eos prouocabat, vt de Meſſia futuro cogitarent ſpiritualiter manducando: meritò illa figura dupliciter impletur: altero quidẽ modo tantum ſpiritali ex Patris dono, cùm reuera in Christum credimus, quem manna deſignabat, altero verò, & ſpirituali, & Sacramentali ex Filij dono, cùm in Christum credentes, ipſius etiam carnem in Sacramento edimus. Et prior quidẽ edendi ratio aliquanto eſt imperfectior, quod attinet ad modum, quia tam ſpiritualem, quàm corporalem eſcam ſolo ſpiritu nõ omnibus numeris adimplemus: poſterior perfectiſſimè figuram illam implet, dum carnẽ Filij hominis, in quem credimus in Sacramento accipimus. Atque hæc eſt cauſa, cur ad finem orationis eius, quæ tam de Patris, quàm de Filij dono habetur, mentio fiat mannæ: quod etiam Augustinus in Ioannem annotauit, quod videlicet de eadẽ quidem re cœleſti, ſed non eodem modo manducanda concluditur. Nam poſt Patris donum propoſitum, & explicatũ in comparatione mannæ (quod qui edebant, mortui ſunt) ſubdit: *Hic eſt panis de cœlo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur: Ego ſum Panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Deinde, poſtquam promiſiſſet daturum ſe panem, qui eſſet caro ſua, & illum cum manna iterum conferret, non amplius dixit, Si quis ex hoc pane manducauerit, vt ſupra, ſed dixit: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum:* at ex pane aliquis manducat, qui partem eius aliquam edit, & aliam intactam relinquit; manducat verò hunc panem, qui nullam eius partem, quæ nõ manducetur, poſt ſe relinquit. Ibi enim velut de maximo flumine vas aquæ plenum, quod ſitim extinguit, ad nos defertur: hîc flumen vniuerſum per noſtras ædes tranſit, vt de toto alueo liceat haurire. At manducantes per fidem abſque Sacramento, non niſi ex hoc pane, qui Christus eſt, edimus. Nec enim totus Christus ſic intra nos eſt, vt cibus intra manducantẽ accipitur, quo inde nutriamur; ſed gratia quædam viuificans à Christo in noſtra corda diffunditur. Sed in Filij dono totus panis, quantus Christus eſt, à nobis manducandus innuitur; quia Christi, & ſanguis, & anima, & diuinitas à nobis, vt cibus, ore accipiuntur, quod alibi, quam in Euchariſtia non contingit. Ibi autem ſic præſtantur, vt & hunc panem, qui eſt Christus, manducemus, & prætereà ex hoc pane: Panem quidem hunc, dum Euchariſtiam ore percipimus; ex hoc antẽ pane, dum gratiam ex Euchariſtia ſumpta accipimus.

Aug. tract. 11. in Ioan. 10. 9.

Aliud eſt ex pane manducare, aliud hunc panem manducare.

Decimum diſcrimen, & vltimum.

Decimum ac poſtremum diſcrimen ſit; à diuerſo reſponſo, quod murmurantibus datũ eſt. Nam cum vtrobique Iudæi murmurarent, nec in Patris dono per Filium explicato, nec minus in ipſius munere Filij cõquieſcerent: aliter tamen Christus hic, & aliter ibi murmurantibus reſpondit. Nam cum murmurarent de Filio hominis à Patre dato: Dominus nil aliud replicauit, quã ſe panem vitæ eſſe, & ad ſe venire poſſe neminem, niſi Pater attraxerit eum: tractus autem Patris totus ſpiritalis eſt, non enim corpora Pater, ſed corda ad Filium trahit, vt eum fide complectamur. Idcircò ex eo quod Filius in ſola Patris attractione orationem concludit, de ſola ſpiritali manducatione intelligimus egiſſe. Secus ſe res habet, cum de proprio dono murmurarunt. Non enim ſpiritale quid tantum attulit, qualis eſt attractio Patris, ſed prætereà corpoream quandam poteſtatem adduxit: *Hoc vos,* inquit, *ſcandalizat? Si ergo videritis Filium hominis aſcendentem vbi erat prius?* Agit enim de corporali aſcenſione, vt vel ipſo rei corporeæ exemplo demonſtraret, ſe etiam de corporali quadam manducatione verba feciſſe. Ac ſi dicat; Non ſit vobis mirum, quod carnem meam promitto vobis in cibum dandam: nam hæc ipſa caro quę videtur inepta vt mãducetur, adeò ſpiritalis eſt (vtpote à Spiritu ſancto formata, & diuini Verbi Spiritui ſecundum veritatem humanæ naturæ vnita) vt virtute inhabitantis Verbi aſcenſura ſit in cœlum, non ſecus, ac ſi Angelus foret, vel ſpiritus. Vt ergo aſcenſus in cœlũ, qui naturæ grauis, & corporeæ vires ſuperat, meæ tamen carnis, qui Deus ſum facultatem, ac vires nõ excedit: ita etſi caro hominis ex ſe nõ prodeſt quicquam, tamen caro mea Verbo vnita non prodeſt modò, ſed etiam viuificat, nã ſpiritus, id eſt, diuinitas mea, eſt, quæ viuificat, caro abſque diuinitate nõ prodeſt. Verba quæ ego

Tractus Patris ad Christum qualis ſit.

Luc. 2. & Matth. 2.

Carnis Christi virtus quanta.

Quid eſt: Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam.

Ioan. 6. locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt, sen spiritualia, & vitalia sunt: hoc est ita intelligi debuerunt, vt ab eo prolata, qui Deus cum sit, viuificare etiam spiritus humanos per carnem comestam potest. Nam ea caro, quæ etiam in cælum ascendet, vitam potest ijs præstare, qui dignè eam accipiunt.

Verba Christi vt spiritus & vita sint.

Discrimen Patris inter, & Filij donum, omnium epilogus.

Disputatio ergo Christi fuit de corporea quadam manducandi ratione. Quòd si de illa; quæ tantum fide fit, egisset ascensionis exemplum ad rem non ita pertinuisset. Interest igitur inter donum Patris, & Filij quod ibi res donata, quæ est Filius in carne missus, corporaliter quidem abest, sed per gratiam accipitur; hic autem præsens est in corpore nostro. Ibi manducatur ex ipso tantum; hîc & ipse, & ex ipso. Ibi fides tantum est instrumentum, quo manducatur; hîc & fides, & os nostrum concurrunt ad manducationem. Et vt in dono Patris opus est, vt credamus in eum quem ille misit, ita & in dono Filij & ipsi credentes iubemur operari cibum, quem ille dabit. Ibi venimus ad Filium; hic manducando carnem, manemus in Filio: ibi panis de cœlo verus proponitur, hic datur caro verè cibus: Ibi credimus in Filium, hic vna cum Filio manducamus carnem, & sanguinem eius bibimus: Ibi per fidem vitam æternam habemus: hic non modò viuimus per fidem, sed etiam propter Filium, quem manducamus, idque vt ille viuit propter Patrem, à quo mittitur.

Proprium Spiritus quid.

Denique spiritualem tantùm manducationem à Patre, qui spiritus tantum est, duntaxat per medium spirituale, quod est fides in Christum, & soli spiritui nostro (qui solus credere, & ex Christo manducare potest) exhiberi docuit, idque perpetuò, & sine vlla temporis dilatione, quia spiritalis operatio certis temporibus, aut locis non includitur. Contra vero Filius cum non sit tantum spiritus, sed etiam carnem assumpserit, nec donum suum statim offerat, sed in futurum differat, idque corporali nomine designauerit, carnem, & sanguinem Filij hominis appellans, nec solum in eam credere, & ex ea manducare iusserit: omnino cogimur interpretari hanc Filij promissionem non solum de spirituali; sed etiam de Sacramentali manducatione. Et hactenus de rationibus, & circumstantijs huius loci pentis.

Quartus locus argumentorū, vt probetur de pane cælesti manducando quod dicitur

Sequitur quarta via, de collatione horū verborum cum alijs Scripturæ locis, sed maximè cum his, quæ dicuntur, & fiunt in cęna Domini. Nam hęc cum illis composi- ta tantum sibi consentiunt atque conueniunt, vt ipsa sibi inuicem explicatio quædā, commentarius, atque interpretatio existāt, & non secus inter se connectuntur, quam promissio, & exhibitio illius, qui fidelis est in omnibus verbis suis, & qui dixit: *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Vt magnæ temeritatis existat, negate Christum in hoc loco de Sacramentali corporis, & sanguinis sui communicatione propriè egisse. Principio itaque tempus anni vtrobique persimile fuit. Nam cœna vesperi ante diem Pascbæ celebrabatur, & Ioann. 6. dicitur cum hoc signum fecit, & sequenti die cum Capharnaitis disputauit: *Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudæorum.* Atque Pascbate vno vt minimum hæc contigit disputatio, vsque ad illud, in quo Dominus vltimam cœnam exhibuit: quo ita discipuli Domini per annum integrum parati essent ad futuram Domini cœnam, & reducerent in memoriam per idem anni tempus præteritam de pane edendo disputationem. Deinde apud Ioannem promittit Dominus panem; & in cœna panem acceptum porrexit. Ibi Christus gratias egit, cum benedixit, & multiplicauit; hic etiam gratias agens benedixit. Ibi turbis distributus est panis; hic Iesus, & fregit, & dedit discumbentibus. Ibi grande miraculum operatus est in multiplicatione panum; sed hic maius, & in commutanda in corpus suum panis substantia, & in multiplicanda sui corporis vnitate. Quare fit, vt illa apud Ioannem panis acceptio, benedictio, & discumbentibus facta distributio, imago quædam putari potuerit eorum, quæ postea in cœna gerenda erant. Nam vt ex miraculo illo quinque panum Iesus occasionem sumpsit promittendi carnem suam in cibum, iuxta illud: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis*: sic in cœna ansam accepit ex azymo pane conficiendi corpus suum, & sub forma panis eundem porrigendi, vtrobique transiens à pane ad carnem. Tertiò, ibi verbo, sine prophetica oratione pollicitus est; hic reipsa veritatem promissam præstitit. Quartò, vt ibi Filius hominis est, qui & facit miraculum, & carnem suam promittit: sic in cœna idem Filius hominis; Desiderio, inquit, desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, & solus mysterium perfecit. Quinto, ibi ait de futuro Dabo, hic de præterito dedit: Ibi ait, Panis, non quem ego accipiam, sed quem ego dabo, caro mea est; hic alium accepit panem, alium dedit: accepit enim triticeum, & azymum dedit

de Eucharistia esse accipiendum.

Psal. 144. Matth. 24.

Cœna Dominicæ Matthæi 26. cum 6. cap. Ioannis cum sermo est de cælesti pane manducando, congruitates decem comparationesue.

Matth. 26. & seq.

Secunda congruitas.

Ibidem.

Tertia, & quarta congruitates.

Luc. 22.

Quinta.

Sexta, & Septima.

dedit verò nullum alium, nisi carnem suā. dicens; Hoc est corpus meum. Sextò ibi promittebatur in cibum illa caro, quam daturus erat pro mundi vita; hic porrigitur in cibum corpus, quod pro nobis datur. Septimò, ibi dicitur: *Caro mea verè est cibus: & sanguis meus verè est potus*: Hic autem: *Accipite, & comedite: hoc est corpus meum*; Et, *Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus.*

Matth. 26.

Octaua.

Octauo, vt apud Capharnaum inibis recedentibus, soli duodecim à Christo non recesserunt, sic in cœna, cæteris exclusis soli duodecim cum Iesu discubuerunt.

Nona.

Nonò, vt ibi dixit Apostolis: *Nunquid & vos vultis abire?* & Petrus respondit: *Domine ad quem ibimus?* sic post carnem Christi Apostolis dispensatam, Petrus in cœna negat se Dominum aliquando deserturum, & idem reliqui discipuli affirmarunt.

Decima.

Ioan. 13.

Decimò, vt apud Capharnaum dixit: *Vnus ex vobis diabolus est*: sic in cœna Domini narrat Ioannes, Satanam introisse in Iudam vnum ex duodecim. Cum igitur tot, ac tanta, & dicta, & facta inter se conspirent, vt nil propè aliud intersit, nisi quod in cœna præstatur, quod Ioan. 6. cap. aut rebus præfiguratum, aut verbis promissum erat: profectò ipsa vtriusque loci collatio apertè probat, ea quæ Ioann. dicto capite commemorantur, coniuncta esse cum cœnæ Dominicæ celebratione. Illa autem inter omnes maximè ad rem facit, quod Dominus ibidem apud Ioannem dixit: *Et panis quem ego dabo, caro mea est quam ego dabo pro mundi vita*: quod idem est atque illud, quod in cœna dixit: *Accipite, & comedite; hoc est corpus meum*: vbi facilè perspiciunt, pani vitæ promisso, manducationem panis viui exhibitam. Dationi acceptionem, carni corpus; Dationi carnis pro mundi vita, dationem corporis pro nobis respondere.

Eucharistiæ duplex exhibendæ ratio.

Duplex enim vtrobique est dandi ratio: altera in Sacramentum, quæ verbo prior nominatur; altera in sacrificium, quæ in præposito Christi vtroque in loco prior intelligitur. Vt ergo illa Domini verba in cœna prolata: *Accipite, & comedite, hoc est corpus meum*, sic interpretatus est Paulus: *Quotiescunque manducabitis panem hunc* (qui est corpus Christi) *& calicem bibetis: mortem Domini annuntiabitis, donec veniat* sic & verba illa Christi: *Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*, ita intelligenda sunt: Quotiescunque manducabitis panem, qui est caro mea; sacrificium meum pro mundi vita in Cruce peractum annuntiabitis: Hoc autem nemo ignorare potest in sola Eucharistia contingere, vbi caro quæ mortua pro nobis est, comeditur, mors Domini facto ipso recolitur, & annuntiatur. Et de hac collatione locorum satis sit.

Quintus locus argumentoru.

Accedit quinta ac postrema via, quæ à consensu veterum Patrum accipitur, qui omnes concordibus sententijs Dominum Ioan. 6. de Sacramento corporis sui locutum fuisse tradunt, & verba huius capitis cum cœna Dominica coniungunt, sed præcipuè Basil. hom. in Baptismum. vel tractat. 2. Chrysost. Cyril. & Augustin. in Ioannem scribētes, Ambrosius, Hierony. Tertul. atq; Cyprianus, Theodoritus, Isychius atq; Eusebius Emissenus, Haymo, & Beda, Paschasius, atq; alij innumeri, qui verba Ioannis interpretantur per illa cœnæ Dominicę. Inter quos vt vnum, aut alterum proferamus, prodeat Theophyl. qui in illa verba: *Et panis quem ego dabo*, ait: *Manifestè autem nobis hoc loco de mystica communione corporis sui dicit*. Et Euthymius in eadem verba. *Non autem dixit, Quem do, sed, Quem dabo: daturus namque erat in vltima cœna, quando sumptum panem, actis gratijs fregit dedítq; discipulis, & ait: Accipite, & comedite: Hoc est corpus meum.* Sic illi, imitantes Chrysostomum præceptorem suum, qui hæc verba citra vllā parabolam de mysterio Eucharistiæ tradidit intelligenda. Adde Rupertum Tuitiensem, qui in illa verba Ioannis ait: *Panis quem ego dabo, dicens. Accipite, & comedite, caro mea est*. Et Petrus Cluniacensis, disputans contra Petrobruisianos, & Henricianus: *Longè* (ait) *ante passionem commendatum dicit salutare Sacramentum in ijs verbis: Et panis quem ego dabo, caro mea est. Idque, vt si nomine corporis diuersa corpora cogitando vagaris audito nomine carnis ab innumera corporum multiplicitate reuoceris.* Adde quod Glossa, quam vocant interlineatem, in illud: *Quomodò potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum: Vsque modò*, inquit, *non fecit mentionem de sumptione Sacramenti altaris*. Quasi dicat, ex hoc loco incipit de illo agere. Et Lyranus illud: *Panis quem ego dabo. Postquam* (ait) *egit de pane spirituali, qui est verbum, hic consequenter ait de pane spirituali, qui est Sacramentum.* Sic illi, nec ero prolixior in illis producendis, quos sequenti tractatu vberius sumus adducturi: vbi diligens lector comperiet verum esse, Patres permultos verba Ioannis cum verbis cœnæ Dominicæ coniunxisse. Ex hac igitur tam longa disputatione, comprobatum satis atque cōfirmatum relinquitur, sacrosanctam Domini carnem & sanguinem reipsa substantialem, & præsentem exhiberi in venerabili Eucharistiæ Sacramento, quicquid hæretici superbia sua decepti, in Christum, & Ecclesiam blasphemi deblaterent, à quo tam perniti oso errore, vt

1. Cor 11. Aug. in Psal. 33 & 98 to 8. Ambr. lib. 4. de Sacram. tom 5. Hieron q 2. ad Hedibiam. tom 3. Tertul. de orat. Dominica. Cyprian ser. de cœna Domenica Theodor dialog. 1. tom 2 Isychius lib 6. in Leuiticum. Euseb Emisse. hom. 5. Paschasius. Hymo in 1. Cor 10 & 11. Beda in c 6. Ioan & in 1. Cor. 11. Paschasius li. de corpor & sang. Domini c. 14. Theophyl. Euthym. c. 9. in Ioan. Chrysost. ho. 45 in Ioan. Rupert lib. 6. in Ioan. Petrus Cluniac. Gloss interlin. Nicolà Lyra.

aliquando tandem resipiscant, & digni qui veritatem cernant, habeantur, imploranda est nobis, ac deprecanda Diuina misericordia per mediatorem Dei & hominum Filiũ eius Iesum Christum Dominum nostrum, cui cum Patre, & Spiritu sancto immortales debentur honores, ac laudes ab omni creatura æternis sæculis, Amen.

1. Tim. 2.

TRACTATVS XXIII.

De eadem disceptatione cum Capharnaitis de pane vitæ edendo, in illa verba: *Litigabant ergo Iudæi adinuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum: Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitam in vobis, &c.* Vbi permultæ rationes adducuntur, tum ex ipso Euangelico contextu, tum verò aliunde petitæ, ad probandum in hoc c. 6. Ioan. disputationem esse habitam de Sacramento Eucharistiæ.

Luc. 2.
Quibus perditionis, quibus vero salutis occasio sit Christi doctrina.
1. Cor. 1.

QVemadmodum Dominus IESVS Christus positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur, teste Simeone; ac proinde Iudæis fuit scandalum, & Gentibus stultitia, ipsis verò vocatis Iudæis, atq; Græcis, Dei virtus, & Dei sapientia extitit: ita sanè sacrosancta, & salutaria eius verba infirmos quidem, & pusillos offendebant, & ad murmurationem propter illorum imbecillitatem excitabant: nos verò iam fidei dono illustratos, mirificè recreant, confirmantq;, & ad perennes gratias tanto largitori agendas, vehementer alliciunt, & permouent: talia sunt hæc verba, quæ pre manibus exponenda habemus.

Primum scandalum Capharnaitarum a Christo sublatum.

Quæ vt melius intelligantur, præmittendum est, Dominum in superioribus se appellasse panem vitæ, ac de cœlo descendisse, ac mannę protulisse, nihil tamen de se manducando dixisse: propterea Iudæi non intelligentes mysterium diuinitatis eius, & Incarnationis, murmurarunt, dicentes; Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem, & matrem? Sed illa murmuratione sedata, rursus Dominus se panem viuum inculcauit, & manducandũ fore predixit, & manducantes nunquam morituros, sed in æternum victuros. Hic iam secundo offensi Iudæi cœperunt inter se decertare, rationes tantum humanas cõsulentes, & quę impossibilia sensui videbantur, impossibilia simpliciter iudicantes, quemadmodum fecit Nicodemus, fidem autem quam sępius in hac disputatione exegerat, non attendentes. Nam illa consulta agnouissent Verbi diuinitaté, & infinitam potentiam, & meminissent verbi Prophetæ: *Omnia quęcunque voluit Dominus fecit in cælo, & in terra in mari, & omnibus abyssis.* Quòd ergo dicitur: *Litigabant*, Græcè legitur ἐμάχοντο, id est, pugnabant, vel certabant: verum quia pugna hæc, & certamen verbis tantum peragebatur, rectè vertit noster interpres: *Litigabant.* Debebant autem Iudæi Christo dicenti, & signis dicta sua probanti, fidem habere, etiamsi modum edendi ignorarent: sicut viderant ex quinque panibus quinque millia hominum Dominum satiasse, modum autem, & rationem non capiebant. Deinde in verba illa incredulitatis plena proruperunt: *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* quæ certè ex parte in illis tolerabilia fuère, quoniam Iesu diuinitatem nondum agnoscebant: at in nostris Hæreticis, Sacramentarijs, & Hugonotijs (vel melius dicam, Hugonoctuis) qui diuinitatem Iesu, & verba eius admittunt, negare Christum, aut dedisse, aut potuisse nobis in pane sancto seipsum dare, intolerabile est prorsus, & plenum summæ arrogantiæ, ac impudentiæ. Arguantur enim; Qui fieri potest, vt tantus Christus sub tantilla loci portione queat existere, vt olim parentes eorum promissa in deserto mensa murmurabant, dicentes: *Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?* & iterum: *Nunquid, & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?* In quæ verba Haymo scribit. *Sic quidam in Ecclesia licet Christum pro nobis mortuum confiteantur, & baptismi aquam in remissionem peccatorum valere concedant: tamen de mensa, id est, refectione corporis Dominici dubitant, non credentes quod Deus possit eos corpore, & sanguine Filij sui in hoc deserto huius vitæ pascere.* Hæc ille: Audi iam Chrysost. super Ioann. *Quando subit quæstio quomodo aliquid fiat, simul subit & incredulitas. Ita & Nicodemus perturbatus est, inquiens; Quomodo potest homo in ventrem matris suæ iterato introire? Itidem & hi nunc, Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Nam si hoc inquiris, cur non idem in quinque panum miraculo dixisti, quomodo eos in tantum auxit? Quia tunc tantũ saturari curabant, non considerare miraculum.* Sed res ipsa tunc docuit, inquies. Ergo ex eo, & hæc credere oportuit ei facilia factu esse. Pro-

Alterum.

Ioan 3.

Psal. 134.
Gen. 1. & seq.

In Hugonotios atque Sacramentarios veram Christi præsentiam in Eucharistia impossibilè dogmatizantes.

Quorum illi persimiles.
Psal 77.

Haymo Episcopus Halberstaten.

Chrysost. ho. 5 in Ioan. à medio to. 5.

Ioan. 3.

præterea id prius fecit miraculum, vt per illud non essent amplius increduli his quæ postmodum diceret. Et Cyrillus item in Ioannem: *Animus malignus quæcunque non intelligit, statim tanquam friuola, falsaq; per arrogantiam eijcit, nulli cedens, nec aliquid supra ipsum esse existimans: quales Iudæos fuisse comperimus. Nam cum oporteret eos, qui diuinam virtutem Saluatoris, ac potestatem signorum miraculo perceperunt, sermonem eius libenter suscipere, & si qua difficilia videbantur, eorum solutionem quærere; contra omnino faciunt: Et quomodo potest hic carnem suam nobis dare? De Deo non sine magna impietate conclamant, nec in mentem venit nihil esse impossibile apud Deum. Nam cum animales essent (vt ait Paulus) spiritualia intelligere non poterant. Sed fatuitas quædam tam magnum sibi videtur mysterium; sed nos magnum quæso à peccatis aliorum profectum faciamus, & firmam fidem mysterijs adhibentes, nunquam in tam sublimibus rebus, illud quomodo, aut cogitemus, aut proferamus. Iudaicum enim hoc verbum est, & extremi iudicij caussa.* Et infra: *Si verè tu, ô Iudæe, quomodo, etiam nunc clamas; hāc tuam imperitiam ego quoque secutus, libenter quomodo ex Aegypto exiuisti, rogabo: quomodo in Serpentem Mosaica fuit virga conuersa? quomodo lepra manus affecta? vno momento temporis in pristinum statum restituta iterum fuit? quomodò in naturam sanguinis aqua transierunt? quomodò patres tui per media maria, vt per aridam effugerunt? quomodò per lignum amaritudo aquarum in dulcedinem recidit? quomodò è lapide fontes aquarum fluebant? quomodò stetit Iordanis? quomodò solo clamore inexpugnabilis Iericho cecidit? Innumerabilia sunt, in quibus si quomodò quæris, vniuersam euertere tibi Scripturam necesse erit, Prophetarum doctrinam, & ipsius Moysis scripta contemnentis.* Hactenus illi.

Cyril. lib. 4. in Ioan. c. 13 prope initium to. 1. sub init. Animi maligni quid proprium, teste Cyrillo.

Matth. 19. & Luc. 1.

1. Cor. 2.

Iudæorum incredulitatis Chrysostomiana confutatio, ex testimonijs Scripturarum.

Exod. 14. Supra 4. Ibidem. Infra 7. Infra 15. Infra 17. Iosu. 3. Infra 6.

Sed in hoc Capharnaitę errabant, quod hæc intra seipsos quærerent, & non ad Dominum accurrerent, vt ab eo dissolui nodum, & expediri peterent, vt fecit Nicodemus qui dixit: *Quomodo possunt hæc fieri?* Et Iesus ibi respondet de spiritu, & aqua: hic verò respondet, necesse esse vt manducent carnem hanc, si vitam velint, vt scilicet tanto magis quærerent ab ipso, vel saltem eius verbo confisi expectarent, vt viderent modum quem tunc ignorabant. Putabant ergo Christum loqui de carnali esu corporis sui; Christus verò tantum innuit, non autem declarat spiritualem manducationem esse debere. Quamobrem respondet: *Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem Filij hominis, &c.* Cum illud impossibile iudicarent, id non tantùm fieri posse, sed etiam interesse magnopere ad salutem ostendit. Magnoque, & perspicuo verborum pondere legem hanc pronuntiat: *Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*; vt intelligant in vitam æternam homini constare non posse, sine impletione huius legis. Estque sensus; Quia animal quodcunque sine cibo viuere non potest, hinc est, vt neque vos spiritaliter viuere possitis: sine spirituali esu, & potu, qui cibus, & potus sunt spirituales ad alendam, & fouendam in vobis vitam æternam. Et quod ait: *Non habebitis vitam in vobis*, non est sensus, non acquiretis, siue non comparabitis vobis vitam: quoniam ad vitam spiritualem comparandam non Eucharistiam, sed Sacramentum Baptismi, quod est lauacrum regenerationis, est institutum: at ad alendam vitam gratiæ, & fouendam, hoc altaris mysterium ordinatum, sicut & esus panis, & potus vini ad vitam corporis tuendam refertur tantùm. Est ergo sensus; Non habetis, id est; Quam habebitis, aliter tueri, & sustinere non poteritis. In vobis, inquit, quia etsi in se hic panis sit panis vitæ, & viuus, in vobis tamen nisi dignè, & fructuosè manducatus, vitam spiritus non tuebitur. His adiungit Dominus multa in hunc sensum, ad ostendendum carnem suam verum esse cibum, & sanguinem suum verè esse potum; & ad designandum diuinos, & sublimes fructus, qui ex esu, & potu huius carnis, & sanguinis eliciuntur. Adiecit prætereà, ex hoc sermone scandalizatos multos retrocessisse, & Apostolos tantùm firmos, & solidos perstitisse, etiamsi sermonem Domini non omninò caperent, credebant tamen eum vera, & seria loqui.

Ioan 3.

Diuinæ legis manducandi carnem Filij hominis, & sanguinem eius bibendi necessitas.

Illud. Non habebitis vitam in vobis, quo modo accipiendum. Baptisma ad quid institutū, ad quid verò Eucharistia.

Sed quoniam in huius sententiæ Domini intelligentia multum discrepant. Hæretici à Catholicis, & Catholici nonnihil etiam inter se dissentiunt, & in plures sensus distrahuntur: operæ pretium fore arbitratus sum, si paullò prolixius, & luculentius in hoc loco interpretando elaborauero: existimo enim diligentiam nostram, Catholicis, nec inutilem, nec iniocundam futuram? Hæreticis verò rem cum primis permolestam, & acerbam, cum videant suos peruersos sensus, quos huic literæ affingunt, apertè confodi, & iugulari. Multum enim refert intelligere, an in hoc Christus capitulo Eucharistiæ Sacramenti mentionem faciat, an secus, vt supra diximus. Quam ergo superioribus tractatibus diligentiam adhibuimus in explicanda priori sententia, nem-

Huiusce digressionis de pane cælesti manducando causa.

Digressionis prima pars.

pe illa: *Et panis quem ego dabo, caro mea est quam ego dabo pro mundi vita*: eandem & in hac generali, & posteriori sententia: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, &c.* Distinctè, & peculiariter præstabimus, etiamsi in genere nihil aliud efficiamus, quàm vt huius capitis permulta verba sine Eucharistiæ Sacramento rectè, & ad literam intelligi minimè posse ostendamus. Quod si comprobatum relinquamus, & admittamus, ex eo deducere licebit veram Christi Dei, & hominis præsentiam in Eucharistia.

Secunda pars. Deinde non vulgare, aut obscurum capiemus iudicium, non manere substantiam panis & vini post consecrationem: quia Dominus nil de signis Sacramentalibus perspicue permisit: etsi prædixit panem se daturum, non tamen communem, aut alium, quàm qui esset caro sua. Vnde nihil de pane manducando, aut calice bibendo prædixit, vt doceret cœnam suam non talem fore, quæ ex pane, & vino, sed quæ ex corpore, & sanguine suo constaret.

Tertia pars. Adhæc cùm promittatur nobis in cibum illa eadem caro quæ data est pro mundi vita, certè vt sacrificium, & non tantùm vt Sacramentum promittitur: spondetur enim quomodo caro semel cruente sacrificata, & semper in se virtutem sacrificij conseruans vbicunque per incruentam consecrationem sistatur: licebit etiam colligere modum communicandi, num sub altera, an sub specie vtraque sit participandum. Rursum num sub vtraque percipiens Sacramentum, maiorem accipiat fructum, quàm qui sub altera tantùm communicat. Quæ res grauissimi sunt momenti, & in controuersiam ab Hæreticis vocatæ, vt propterea perutilis, ac periocunda censenda sit eiusmodi tractatio.

Propositio eorum quæ in vniuersa hac disputatione tractãda sunt. Quæ vt cum luce & ordine tradamus, primùm ostendam, Dominum de Eucharistiæ Sacramento in hoc capite sermonem habuisse: secundò, verba ista: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem*, & reliqua, ad sumptionem vtriusque speciei non constringere, quemadmodum olim Bohemi contendebant, & ex Sacramentarijs nónulli nostro seculo vrgent. Postremò, argumenta quæ fiunt ad probandum nullam hoc loco mentionem fieri de Sacramento Eucharistiæ, diligenter dissoluentur.

Sexti capitis Ioannis partitio. Quod ad primum caput attinet, non est ignorandum, caput sextum Ioannis in tres partes principales distingui. Et in priori narrat signum Domini quod edidit, dum ex quinque panibus satiauit quinque millia hominum; quo signo agnitus est Propheta ille, qui venturus erat in mundum. In secunda parte, quæ incipit ab illis verbis: *Quæritis me, non quia vidistis signa sed quia manducâstis ex panibus, & saturati estis*; Et, *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam*; agit de pane diuinitatis qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. Quanquam quædam non ineptè, vel incommodè ad Eucharistiam valeant accommodari: certius tamen, & veritati magis consonum videtur, vt dicamus, Dominum nihil ad literam de Eucharistia in his duabus partibus disseruisse, quanquam principia quædam, & fundaměta iaciat, & veluti proœmium quoddam præmittat, ad opportunè, & commodè de illa loquendum. In tertia parte, quæ incipit ab illis verbis: *Ego sum Panis viuus, qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem egó dabo, caro mea est pro mundi vita, &c.* vsque ad finem capitis aggreditur tractatum de Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento, vt clarissimi Patres ex Græcis docent, Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius: ex Latinis verò omnes ferè insignes Doctores, vt Cyprianus, Hilarius, Augustinus, Rupertus Tuitiensis, S. Thomas, Nicolaus de Lyra, & B. Martyr Roffensis, & pleraque alij, quos operosum esset recensere.

In tertia parte cap. 6. Ioannis de Eucharistia à Domino sermonem habe-ri, multis rationibus ostěduntur. Quod igitur in hac signata, & postrema parte cap. sexti Ioannis sit sermo de Eucharistiæ Sacramento, præterea, quæ superioribus diximus tractatibus, nouis, ac multis, & quidem validis rationibus, tùm ex textu ipso, & serie verborum Domini, tùm aliunde petitis; quæ tamen vim magnam, & energiam habent, probari potest. Sumamus igitur dicendi initium à verborum Domini serie, & consequentia.

Prima ratio. Sitque prima ratio: Constat in illo capite sermonem haberi de quinque panibus, quos benedictione Dominus multiplicauit, & per Apostolos distribuit, & turbam satiauit, ita vt superauerint duodecim fragmentorum cophini, & populus acclamauerit: Hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum. Huic ante signo aptius, & melius coniungitur tractatio de manducando pane vitæ in Eucharistia, quàm de mãducatione purè spirituali passionis Christi per fidem; cum in speciebus Sacramenti vera manducatio interueniat, quemadmodum in pane Domini multiplicato euenit. In illa etiam præcessit benedictio Domini, quasi typus quidã illius Matth. 26.

benedictionis, qua vsus est in cœna, & modò vtitur per ora sacerdotum. Nam vt ipse Dominus est, qui baptizat per ministros; ita ipse est, qui conficit, & benedicit Eucharistiam per Sacerdotes; nam in eius persona dicit Sacerdos: Hoc est corpus meum. Deinde sicut panis ibi distributus fuit per Apostolos; ita sacrosanctæ Eucharistiæ distributio nonnisi per Sacerdotes, & Episcopos fuit. Adhæc sicut ibi turbam satiauit; ita hic Dominus miraculo existens in Eucharistia, dignè & rectè sumentes reficit, & implet. Adde, quòd ibi multi cophini superfuerunt, quibus alios possent Apostoli satiare; ita hic integer agnus sumitur, & vbi manducatus est à populo, integer perseuerat: vt dixit B. Andreas: & vt Ecclesia canit:

B. Andreæ Apostoli verba de Eucharistiæ Sacramento.

Sumit vnus, sumunt mille:
Quantum isti, tantum ille:
Nec sumptus consumitur.

Et vt ex cibo assumpto turba cognouit Iesum esse Prophetam, qui venturus erat in mundum: ita fideles agnoscunt Dominum in fractione panis, vt agnitus fuit ab euntibus in Emmaus.

Luc. vlt.

II. Ratio.

Secunda ratio sumitur ex sermone, quem præmisit de manna, quod secundum omnes Patres, & Apostolum in priori ad Corinthios, figura erat, non Christi in Cruce, sed Christi sub Sacramento Eucharistiæ. Nam vt ille panis nō sine admiratione hominum de cœlo descendebat, & omne delectamentum in se habebat, vt conuerteretur ad quod quisque vellet; & qui plus colligebat, vel minus, non propterea magis, vel minus habebat, atque illo cibo patres vsque ad ingressum Terræ promissæ sustentati sunt: quis ignorat, in his expressam fuisse imaginem, non quidem Christi patientis, sed Christi in Eucharistia collocati, qui verè de cœlo descendit, non tantum quantum ad Diuinitatem, sed etiam quantum ad Humanitatem de Spiritu sancto cōceptam? Hic panis omnium morborum spiritalium est medicina, & omniū desideriorum complementum, omniumque spiritualium deliciarum delectamentum; vt ad omnes vsus nostros, & necessitates supplendas, pro voluntate hominis conuertatur: neque qui maiorem hostiam, minoremve accipit, aut duabus, aut vna specie vtitur, propterea maiorem, aut minorem fructum accipiat. Denique hic cibus, vtilis est nobis peregrinantibus in hac vita, donec perueniamus ad Terram illam viuentium, vbi sine velo Dominus visus, manducatus & potatus, omnes Angelos, & Sanctos beat, & felicitate satiat.

1. Cor. 10.
Exod 16.
Sap. 18.
Exod. 16.
Iosu. 5.

Eucharistici panis veri mannæ virtutes.

Tertia ratio sumitur ex nomine panis toties, hoc est, quindecies replicari & reperiri: quod quidem nomen suauius reptæsentat nobis Eucharistiam, quam Corpus Christi in Cruce, præsertim cum ex Paulo, & Actis Apostolorum, vbi fit mentio de fractione panis, apertè colligamus, nomine panis Eucharistiam intelligi. Quemadmodum in prece Dominica cum petimus Panem nostrum quotidianum nobis dati, de sacro pane altaris sumendum esse, docent Cyprianus, Ambrosius, & Hieronymus, atque alij nonnulli.

III. Ratio.
1. Cor. 10. & Infra 11.
Actor. 2.
Matth. 6.
Cyprian. ser. de oratione Dominica.
Ambr. lib 5. de Sacram. c. 4. tom 4.
Hieron. in Matth. 26. cap tom. 9.
1. Cor. 11.

IV. Ratio.

Quarta ratio, ex vocibus cibi, & potus, & ex verbis manducandi, & bibendi deducitur: nam ad significandam solam Christi mortem, & passionem, non ita commodè, sed durè ac incommodè ponerentur; commodissimè autem ad Eucharistiam aptantur, in qua reipsa comedimus, & bibimus, & mortem Domini annuntiamus, donec veniat, atque eius fidem facto tali, ac tam insigni protestamur. Maximè cum Dominus dixerit, *Caro mea verè est cibus*, id est, Habet rationem alendi, & famem spiritualem pellendi. Et sanguis meus verè est potus, id est, habet rationem potandi, & extinguendi sitim. Atqui passio vel fides eius, vel spiritualis manducatio à Sacramento seiuncta, non verè, & propriè sed valde metaphoricè habet rationem cibi, & potus. Quocirca egregie Euthym. ponderans illud aduerbium, *Verè, verè*, inquit, *hoc dixit confirmans quod non ænigmaticè, vel parabolicè loqueretur.*

Quid est. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus verè est potus.
Euthym. in Ioan. cap 9.

V. Ratio.

Quinta ratio fit, à verbo futuri temporis, *Quem Filius hominis dabit*: &, *ego dabo.*

VI. Ratio.

Sexta, à verbo illo, Dabo, bis in eadem sententia posito, vt superiori tractatu ponderauimus, quæ non minus hic seruiunt, quàm ibi. Nam ex illa promissione, *Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*, pendet intelligentia illius præcepti, *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, &c.* quas rationes hic non repetimus, ne actum agere videamur.

VII. Ratio.

Septima ratio est: quia cum Iudæi obiecissent Christo: *Quod ergo tu facis signum, vt videamus, & credamus tibi? quid operaris? Patres nostri mãducauerunt manna in deserto.* Quibus verbis ostendunt se credidisse Moysi, quod tale, & tãtum signū ostenderit dando manna. Quibus Dominus respōdens, ait; *Patres vestri mãducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cælo descendens; vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Vbi petentibus signum sensibile, vt illi crederent,

proponit carnem suam sub specie panis: ergo signum à Christo exhibitum debet esse sensibile, & per consequens panis Sacramentalis, non manducatio purè spiritualis, aut fides, quæ insensibilis est, maximè cum corporis Christi, vel carnis eius præsentia nobis subtracta sit, secundum Hæreticos. Et vt illo signo mannæ patres agnouerunt, se Dei potentia, & virtute eductos de Ægypto transisse mare Rubrum, victoriam de inimicis reportasse, & sperabant se illo cibo vsuros, donec ingrederentur in Terram promissam: ita facit panis signum est manifestum, Christum nos suo sanguine de potestate Pharaonis, id est, dæmonis, redemisse, eiusque sanguine mare Rubricatum baptismi pertransijsse, vicisse nos hostes nostros; & sperare vitam illam immortalem, & æternam, sitam non solùm in anima, sed etiam in corpore per resurrectioné à mortuis excitando, cuius resurrectionis pignus est Eucharistia: vnde de edente hūc panem dicitur à Christo; Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Legalis mannæ euangelici item mannæ, scilicet Eucharistiæ symbolo.

VIII ratio. *Ioan 3.* Octaua ratio, à modo tradendi hoc præceptum est desumpta. Nam sicut Nicodemo ambigenti ex possibili renascentia ex spiritu, Christus respondit legem ferens, & necessariam esse indicans renascentiam per baptismum, & vsus est illa solita asseueratione geminandi. *Amen amen*, & illo aduerbio *nisi*, quod necessitatem indicat, & *Ibidem.* cominatus est: *Nisi quis*, inquit, *renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei*: ita hoc loco, vt pulchrè annota- *Euthym. loco præscripto.* uit Euthym. in hæc verba, de altero Sacramento, quod maius & admirabilius est, & de quo præcesserat dubitatio Iudæorum, & offensio, non tantùm possibile, sed & necessarium indicauit, in quo tradendo vsus est eisdem verbis autoritatis significantibus pondus; & comminatus est, non habebitis vitam in vobis. Adeò vt qui illud præceptum Baptismi, in quo quis ex aqua & Spiritu sancto regeneratur, admiserit, necessum sit, vt & hoc de manducanda carne, & bibendo Christi sanguine in Sacramento admittat: & qui hoc loco negauerit de Sacramento esse sermonem, neget & ibi, nempè Ioannis 3. de baptismo Dominū loqui.

IX. ratio. Nona ratio sumitur ab effectu, siue fructu huius Sacramenti, nempè manendi in Christo, & Christum in nobis manducantibus & bibentibus; viuendi deinde, & non moriendi: ait enim Dominus, *Nisi mãducaueritis, &c. non habebitis vitam in vobis.* Et rursus, *Qui manducat meam carnem, &c. in me manet, & ego in illo. Et qui manducat me, & ipse viuet propter me*: vbi manifestus est sermo de seruanda, & alenda vita; non autem de ea acquirenda, siue de integro comparanda. Quod etiam ipsa verba manducandi, & bibendi satis indicant: quia sunt actus viuentis, non mortui, aut certè illius qui non existit: nam tales eiusmodi actus habere est impossibile. Atque ita effectus perceptæ à nobis Sacrosanctæ Eucharistiæ (si mãducare & bibere est duntaxat credere) soli fidei tribuerentur; & idem fieret in adulto Sacramentum Baptismi suscipiente, quia ibi est fides Christi in cruce pro nobis carnem suam immolantis, & sanguinem suum fundentis, & in actu mergendi & emergendi significatur & repræsentatur mors Christi & resurrectio: quæ mihi prorsus sunt absurda, & à tanta sapientia, ac Dei filio aliena.

Qui propriè manducent, & bibant.

X. ratio. Decima ratio capitur, tùm ex lite Iudæorum, tùm ex scandalo discipulorum. Cùm enim prius Iudæi, antequā Christus loqueretur de Eucharistia, solū murmurauissent de hoc quod dixerat, Descédi de cœlo; postea verò Iudæi litigarunt, dicentes, Quo modo potest hic nobis carnem suā dare ad manducandum? intelligebant enim manducationem quandam ferinam. Et post eorum litigium & decertationem Dominus perseuerans in assertione sua, subiunxit; *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, discipuli verò perstantes in eorum sensu carnali, dixerunt, non quidem vt Iudæi, *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum*, nam videbant fortè aliquas particulas, fragmentave à carne Christi posse abscindi, & proponi ad edendum; sed dicebant, Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Quasi dicerent, Possibile hoc est, durum tamen, inhonestum, atq; belluinum; quod animus etiam audire horreat. Ergo tam discipuli, quàm Iudæi intellexerunt Dominum loqui de manducatione suæ carnis: quòd si nullo modo haberet locum, vel ferina manducatio, quam ipsi intelligebant, vel esus in Eucharistiæ mysterio, vt Christus volebat, & insinuabat: re profectò declarata, atq; à Domino explicata, facilè eorum scandalum, & offensio sedari potuisset. Poterat siquidem Dominus dicere; Nemo offendatur verbis meis: intelligo tantùm in fide, & spiritu sumendum esse corpus, & sanguinem meum: nihil à vobis meis verbis aliud exigo, quàm vt simpliciter in me credatis. Ergo tam Iudæi ipsi, atque discipuli, suis verbis, & facto retrocedendi, quàm Dominus ipse non sedans illorum scandalum, & eorum retrocessioni non occurrens; apertissimè demon-

Quid: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire.

demonstrant, sermonem de manducanda Christi carne, & bibendo eius sanguine, verum esse, & proprium, & citra metaphorā intelligendum.

XI. Ratio. Vndecima ratio accipitur ab illis verbis: *Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Vbi Dominus panem suum aliter edendum docet, atque manna: constat autem, manna in figura, & typo sumptum fuisse, & spiritaliter, per fidem saltem, à bonis manducatum fuisse: hic ergo non tantùm fide, & in figura, vt Hæretici volunt, sed reipsa in Sacramento edimus; aliàs boni Iudæi olim manducantes manna, nobiscū in edendo conuenirent, si panis noster tantùm figura est: quod tamen Dominus ipse negauit.

XII. ac postrema ratio. Ioan. 6. Duodecima & postrema ratio depromitur à verbis Petri: nam rogati Apostoli, an & ipsi vellent retrocedere, respondit Petrus, Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Nam cùm cibi sit vitam præbere, & diuini diuinam, & æterni æternam; intellexit Petrus, verba Domini de cibo diuino vitam æternam præbente esse accipienda, qualis est ille Eucharistię. Hinc August. in hæc ipsa verba ait: *Vitam enim æternam habes in administratione corporis, & sanguinis tui.* Chrysostomus etiam in eadem verba ait, Petrum illam Christi sententiam: *Qui manducat meam carnem, habet vitam æternam,* de resurrectione rectè intellexisse, de quo Dominus prædixerat, *Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Ex quibus deducimus, consulenti verba Euangelistæ, atq; illa diligenter examinanti, sermonem esse de venerando Eucharistiæ Sacramento.

Aug. tract. 27. in Ioan. tom 9. Chrys ho. 46 in Ioan. to. 3.

Aliæ rationes non à textu, sed præcipuè aliunde petitæ, sequuntur. Idem etiam probatur alijs fortissimis rationibus: non tam ex ipso contextu, quam aliunde desumptis. Quarum prima sit: A cōsensu Patrum, & Doctorum, qui ita verba Domini interpretantur, & de tali manducatione spiritali loquuntur, vt non excludat Sacramentum. Sacrorum librorum autoritas quāta sit. Sacrorum porrò librorum autoritas tanta est, vt non modo primum conscribi, sed neq; rectè declarari potuerint priuati alicuius hominis sensu, & opinione. Quare Deus pro sua immensa bonitate, dedit Ecclesiæ suæ Prophetas, Apostolos, & Euangelistas, qui Spiritu sancto præeunte sacros conscriberent codices; dedit idem pastores & Doctores, qui conscriptos ad nostram vtilitatem interpretarentur; vt non sine caussa exclamauerit Augustinus: *Quid temerariæ superbiæ plenius, quàm diuinorum Sacramentorum libros ab interpretibus suis nolle agnoscere?* Sic ille. Cùm ergo vnius alicuius loci multæ expositiones adducantur, ea cæteris meritò pręferenda est, in qua plures, & maiores ingenij & antiquitatis, & grauitatis Patres cōsentiūt. Producemus igitur Concilia generalia, Pontifices Romanos, Græcos Patres atque Latinos; vt ita traditionem perfectam habeamus. Nam si in primis Concilia generalia consulamus, occurrit tertia Synodus Oecumenica, siue Concilium Ephesinum primum, quod in epistola ad Nestorium, interpretatur illud verbum: *Nisi manducaueritis, &c.* Cùm enim Nestorius impiè duas fuisse personas in Christo doceret, vnam Dei, alteram hominis: eam hæresim ex eo confirmabat, quòd Dominus dixisset: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* Item, *Et qui manducat me, & ipse viuet propter me*: *Quid,* inquit Nestorius, *manducamus? carnem, an eius diuinitatem?* Vnde syllogizabat: *Diuinitas Christi non comeditur; caro autem Christi, & ipse Christus in Sacramento comeditur; Ergo alius est Christus Deus, qui non comeditur, & alius Christus homo, qui comeditur.* Sic enim Cyrillus ad Euoptium in oppositione ad anathematismum 11. sed Cyrillus cum Synodum Alexandriæ indixisset cum Episcopis Ægypti contra Nestorium, respondet ad hoc argumentum, non quidem negans apud Ioannem cap. 6. sermonem esse de Eucharistiæ Sacramento, aut de sola manducatione spiritali, quæ per fidem fit, Dominum tractasse, & quę diuinitas edi potest, sed admittens de sacrosancto corporis Christi in Eucharistia Sacramento esse sermonem. Responderunt per epistolam ad Nestorium, quæ habetur in Concilio Ephesino, ad hunc modum: Ad mysticas benedictiones accedim⁹, & sanctificamur, participes facti sancti corporis, & pretiosi sanguinis Christi, omnium nostrum redemptoris effecti: non vt communem carnem percipientes (quod absit) nec vt viri sanctificati, & Verbo coniuncti secundùm dignitatis vnitatem, aut sicut diuinam possidentis habitationem; sed verè viuificatricem, & ipsius Verbi propriam factam. Vita enim naturaliter, vt Deus existens, quia propriæ carni vnitus est, viuificatricem eam esse professus est. Et ideò quamuis dicat ad nos, *Amen amen dico vobis, Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem;* non tamen eam, vt hominis vnius ex nobis existimare debemus (quomodo enim iuxta naturam suam viuificatrix esse caro poterat hominis?) sed vt verè propriam eius factam, qui propter nos Filius hominis est factus & vocatus. Hæc ibi. In quorum verbis illud notandum est, quod cum Nestorius verba capitis

1 Cor 12. & Ephes. 4

Aug lib de vtilit. credē. ca. 12. tom. 6.

Cōcil. Ephesinū I siue III. Syno. Oecum. Nestorij duabus de Christi personis figmentū quàm leui palea fulciretur.

Cyril. Alexā. to. postremo.

sexti

sexti Ioannis ad Eucharistiam referret, tantùm abest, vt hoc in eo sancta Synodus reprehenderet, vt potius ipsa Syoodus, vltro confiteatur, illa verba: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, &c.* ad benedictiones mysticas spectare, quanquam nō eo sensu, quo Nestorius accipiebat.

Concil. II. Nicænum, siue 7. Synod. Oecumen.

Accedit secundum Nicæuum Concilium, siue VII. Synodus Occumenica. Act. 6. tom. 3. vbi probatur substantialis Christi, & vera præsentia in Eucharistia ex illis verbis: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis,* & reliqua. Eius hæc sunt verba: *Nemo vnquam sanctorum Apostolorum, qui tubæ sunt Spiritus sancti, aut gloriosorum Patrum nostrorum incruentum nostrum sacrificium in memoriam passionis Christi Domini Dei nostri, & totius suæ dispensationis facta imaginem corporis illius dixerit. Nam n qui accepit à Domino, sic non dicit aut confitetur, sed audiunt sic dicentem euangelicè: Nisi comederitis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non intrabitis in regnum cælorum. Et, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Et cùm accepisset panem, & gratias egisset, fregit, & dedit discipulis suis, & dixit, Accipite, edite: hoc est corpus meum.* Hactenus Synodus illa, rectè, & catholicè interpretans verba Ioannis, & illa cum verbis quæ Dominus protulit, vt promissionem cum exhibitione componens.

Apostoli, tubæ erant Spiritus sancti.

Matth. 26.

Synod. Tridētina.

Synodus Trideutina sess. 21. cap. 1. vbi tradit doctrinam de communione sub vtraque specie, comprobat, capitulum hoc Ioannis sextum de Eucharistia esse intelligendum, neque eo quenquam cogi ad cōmunionem sub vtraque specie: quia ibidem legitur: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum:* quibus verbis vel soli manducationi panis promittitur vita æterna. Etsi autem voluerit Synodus nominatim illo tempore decernere, quis esset maximè proprius & germanus verborum illorum Christi sensus apud Ioannem, propter varias sanctorum Patrum, & Doctorum interpretationes in vtramque partem allatas, nec tūc vacaret, omnia, quæ quoquomodo in quæstionem inciderent, definire: tamen id maximè constat, quod cum facillimus defensionis modus occurreret, negando sextum Ioannis caput ad Eucharistiam facere, non tamen ausam esse Synodum ea defensione vti, ne ab antiquorum Patrum, quos semper secuta est, cōsensu discedere videretur, Cabilonense Concilium cap. 46. probat ex illis verbis: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis:* non esse diu differendam Sacramentorum participationem. Verba eius hæc sunt: *In perceptione corporis, & sanguinis Domini magna discretio adhibenda est: cauendum est enim, ne si nimium in longum differatur, ad perniciem animæ pertineat, dicente Domino, Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Si verò indiscrete accipiatur, timendum est illud, quod ait Apostolus: Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit.* Hactenus de Concilijs dictum sit.

Cabilonen. Concil.

Si vero consulas Pontifices Romanos, quorum grauissima existit autoritas in Ecclesia Dei, in ijs, quæ ad credendum spectant, Primò occurrit Innocentius primus in epistola ad Episcopos Africanos in Concilio Mileuitano cōgregatos, vbi affirmat, ex illis eisdem verbis, *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis,* necessitatem communicandi pueros apertè deduci. Atque hæc epistola habetur tom. 2. operum Augustini epistola 93. Pro cuius verborum pleniori intelligentia aduerte ante omnia, olim Pelagianos impiè dixisse, baptizatos posse vitam æternam habere, etiamsi faterentur, eos in regnum cœlorum ingredi non posse propter Domini verba: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non potest introire in regnum Dei:* Stultè tamen putabant aliud esse regnum Dei, aliud vitam ęternam, cum Dominus apud Matthæum primum dicat, *Possidete paratum vobis regnum,* & paulò pòst, *Ibunt hi in supplicium æternum; iusti autem in vitam æternam.* Idem ergo regnum Dei est, & vita æterna. Cùm igitur Pelagiani sine baptismo velint infantes habere vitam: respōderunt Patres atq; obiecerunt, voluisse illos id infantibus tribuere, quod nemini datur, qui non particeps Eucharistię sit iure cōmunicationis, vel ꝑpriæ, vel alienæ propter illa verba, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. non habebitis vitā in vobis:* quæ propriè & principaliter de Eucharistia intelligi admittebant tam Catholici, quàm Pelagiani. Subdunt autē Patres cōtra illos, quod ad Eucharistiā nemo, nisi baptizatus, rite accedit: sicut nec olim ad esum agni paschalis nisi circumcisus, vt præcipitur in Exodo: Ergo baptismus necessarius est infantibus, vt vitam in se habeant. Cùm ergo de hac re Apostolicam sedē consultassent Carthaginensis & Mileuitani Concilij Patres, vt habetur epistol. 106. Augustini, Innocentius Primus ita respondit in hæc verba, vt illa recitat Augustinus ad Bonifacium: *Illud verò quod eos vestra fraternitas asserit prædicare paruulos æternæ vitæ præmijs, etiam sine baptismatis gratia posse donari: perfatuum est. Nisi enim manducauerint carnem filij hominis, & biberint eius sanguinē non habebunt vitam in semetipsis. Qui autem hanc eis sine regeneratione defendunt, videntur*

Ab autoritate Romanorum Pontificum. Innocent. I.

Pelagianorum de baptizatis dogma peruersum.

Ioan. 3.

Matth. 25.

Regnum cælorum, & vita æterna non differunt.

Exod. 12. & seq.

August. lib. 2. ad Bonifaciū cōt. duas epistol. Pelag. c. 4. tom. 7.

mihi

mihi ipsum baptismum velle cassare, quod in eos credimus nonnisi baptismate conferendum. Quam Innocentij sententiam Augustinus sæpè inculcat contra Pelagianos. Sic enim Patres illi, Innocentius, Augustinus, & Eusebius Emissenus, siue Ecclesia Catholica ratiocinabatur: *Hæc verba nisi manducaueritis carnem, &c. dicuntur propriissimè de Eucharistia*; quod Pelagiani non negabant. Deinde addebat: *Eucharistiam nonnisi soli baptizati rectè ac iure participant*, quod constabat ex vsu, & moribus Ecclesiæ; soli igitur baptizati possunt habere vitam.

Nec hic quæritur, an omnes baptizati mox Eucharistiam reipsa perciperent, nec ne: constat adultos eam accipere solitos, paruuli autem alicubi sumebant, sed id nunquam fuit lege aliqua vniuersali præscriptum, aut in Ecclesia receptum. Et omissa hac quæstione, quæ potius est facti, quàm iuris; illud perpende, Patres docere, neminem posse ritè Eucharistiam percipere, nisi prius fuerit baptizatus: qui verò non potest suo aliquo iure sumere, non potest habere vitam; quia nisi manducantibus carnem filij hominis non præstatur vita, vt Dominus suis verbis indicat. Cùm ergo paruuli baptizantur, suo modo manducant carnem Christi, & sanguinem bibunt, quia in illam societatem cooptantur, in qua ipsa caro Filij hominis re ipsa comeditur, & sanguis bibitur, ob æternæ vitæ præmia: & si non baptizantur, nullo modo sumunt Eucharistiam: non fide, quia credere adhuc per ætatem pueri non possunt, non Sacramento, quia nullum tale existit in Ecclesia, quod baptismū præcedat. Qui ergo sine baptismo volunt infantes habere vitam, volunt eos id habere, quod nemini datur qui non sit particeps Eucharistiæ. Huius totius ratiocinationis fundamentum est, quod illa verba dicuntur maximè, propriè & principaliter de Sacramento: quod si aufertur, vana est omnium Pōtificum, & sanctorum Patrum conclusio. Quòd si opposituū tueamur, & dicamus, Dominū de mystica Ecclesiæ vnitate, & cōmunione, nō de Eucharistia dixisse illa verba: *Nisi manducaueritis carnem, &c.* ijdem asserent, eos non habere vitam, nisi qui Ecclesiæ incorporantur suæ: sed ad istam vnitatem nemo ritè, nisi baptizatus accedit; Ergo baptismus est necessarius infantibus, vt vitam habeant in se. Hæc tertia propositio non erit vera: quia aliquis ritè accedet ad mysticam Ecclesiæ participationē, & societatē absque baptismo: ¶ illi qui olim ante institutum baptismum ad illam vnitatē accesserunt, & post Christi aduentum omnes, qui vel pro

Quomodo paruuli Eucharistiam percipiant, qui verò non sunt baptizati nullo modo.

His verbis contendentes, Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, &c de mystica Ecclesiæ vnitate, & communione sermonem haberi, non optimè ratiocinari.

Christo moriebantur, antequam possent baptizari, & vnitatis Ecclesiæ participes fieri, vel qui perfecta fide præditi vehementer baptismum, & alia Ecclesiæ Sacramenta desiderantes, destituti tamen occasione illa percipiendi decesserunt, qui tamen eiusdem vnitatis interim compotes erant, denique iam adultus ad Fidem vocatus, incipit vnitatem Ecclesiæ participare ante baptismum, licet perfectè non vniatur antequam baptizetur. Atque hæc est Augustini fides, & doctrina quæstione 2. ad Simplicianum, vbi habetur: *Incipit homo percipere gratiam, ex quo incipit Deo credere, vel interna, vel ex terna admonitione motus ad fidem. Sed interest quibus articulis temporum; vel celebratione Sacramentorum gratia plenior, & euidentior infundatur. Non enim Catechumeni non credunt, aut verò Cornelius non credebat Deo cum eleemosynas, & orationibus dignum se præberet, cui Angelus mitteretur: sed nullo modo ista operaretur, nisi antè credidisset. Nullo modo autem credidisset, nisi vel secreta per visa mentis, aut spiritus, vel manifestioribus per sensus corporis admonitionibus vocaretur. Sed in quibusdam tanta est gratia fidei, quanta nō sufficit ad obtinendum regnum cœlorum, sicut in Catechumenis, sicut in Cornelio, antequam Sacramentorum participatione incorporaretur Ecclesiæ. In quibusdam verò tanta est, vt iam Corpori Christi, & sancto Dei templo deputentur. Templum enim Dei sanctum est, inquit Apostolus, quod estis vos. Et ipse Dominus: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum. Fiunt ergo inchoationes quædam fidei conceptionibus similes, non tamen solum concipi, sed etiam nasci opus est, vt ad vitam perueniatur æternam. Nihil horum tamen sine gratia misericordia Dei, quia & opera & si qua sunt bona, consequuntur, vt dictum est, illam gratiam, non præcedunt.* Et alibi: *Nonnulli, in quit, & ante præceptum Baptismi Sacramentum cognouerunt eam* (scilicet voluntatem Dei, de qua loquitur ibi) *Nam & Cornelius Centurio voluntatem Dei vtique Apostolo Petro docente cognouit, & ipsum Spiritū sanctum manifestissimus coattestantibus signis antequam baptizaretur accepit: quanquam non ideò Sacramenta illa contempserit, sed multò certior baptizatus sit; vt etiam ipsa sacrosancta signacula, quorum res in eo processerat, ad perficiendam scientiam veritatis percipere nullo modo miraretur.* Ex quibus Augustini sententijs accipimus, rem Sacramentorum, id est, vnitatem, & societatem Ecclesiæ, interdum præcedere ipsa signacula, & Sacramenta: quanquam necesse sit eadem postea signacula recipere.

Aug. lib. 1. quæst. ad Simplic. to. 4.
Act. 10.

Cornelius Centurio vnde ad Fidem euocatus, teste Augustino.

1. Cor. 3.
Ioan. 3.

Aug. in lib. Expositionis epist. ad Rom. inchoata sub fin. tom. 4.

Augustini, & Innocentij opinionis explicatio.

Ergo mens Innocentij Primi, & Augustini de illis verbis: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis*, fuit, non modò infantes,

sed

sed prorsus neminem posse ad illam manducationem rite accedere, nisi sit baptizatus: dixit enim, quòd manducare carnem Filij hominis, & bibere eius sanguinem nisi baptizati vtcunque non possunt. Dixit etiam, ea verba non de Sacramento lauacri, sed de Sacramento sanctæ mensæ suæ, quo nemo nisi ritè baptizatus accedit esse accipienda. Et ne de solis infantibus illud dictum putes, audi quid in Ioanoem scribat: *Si dixerimus Catechumeno, Credis in Christo? respondet, credo, & signat se cruce Christi: portat in fronte, & non erubescit de cruce Domini sui. Ecce credit in nomine eius: interrogamus eum, Manducas carnem Filij hominis; & bibis sanguinem Filij hominis? Nescit quid dicimus, quia Iesus non se credidit ei.* Vides quàm rectè distinguat Augustinus inter credendi actum, & manducandi carnem Christi.

August. tract. in Ioan. to. 9.

Quibus non se credit Iesus, & quibus se credit, teste August. Ioan. 3.

Subdit Augustinus ibidem: Qui ergo renati sunt, noctis fuerunt, & diei sunt: tenebræ fuerunt, & lumen sunt. Iam credit se illis Iesus, & non nocte veniunt ad Iesum, sicut Nicodemus, nō in tenebris quærunt diem; tales enim iam etiam profitentur. Accessit ad illos Iesus, facit io illis salutem: quia ipse dixit, *Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam.* Et qnod signom Crucis habeot in fronte Catechumeni, iam de domo magna sunt, sed fiant ex seruis filij: non enim nihil sunt, qoia iam ad domum magnam pertinent. Quando autem manna manducauit populus Israel? cùm transisset mare Rubrum. Mare autem Rubrum quid significet; audi Apostolum: *Nolo autem vos ignorare fratres, quia omnes patres nostri sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt.* Et infrà: *Quò traiecit fratres mei? quo traiecit per baptismum Iesu, cuius figuram tunc gerebat Moyses, qui per mare trayciebat? Quo trayciebat? ad manna: Quod est manna? Ego sum, inquit, panis viuus, qui de cælo descendi, &c.* Vbi ter Augustinus confitetur, illa verba: *Nisi manducaueritis*, dixisse; vt ostendat Iesum se credere baptizatis; hoc est, eos ad carnem suam, & sanguinem sumendum admittere. Accedunt ergo multi ad vnitatem Ecclesiæ ante baptismum actu susceptum; sed ad Eucharistiam nemo prorsus nisi baptizatus accedit, adeò vt ne intueri quidem Eucharistiam Catechumenis licuerit. Et Eusebius Emissenus, qui sub idem tempus Augustini floruit, de Pascha edisserens, sic contra Pelagianos interpreratur illa verba; *Quid adhuc de hac duplici specie inquirere debeas, ipso Domino attestante cognosce: Nisi inquit, manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis sanguinem eius non habebitis vitam in vobis. Quod testimonium contra Pelagij blasphemias euidentissimum ac validissimum est, qui asserere arrepta impietate præsumit, non propter vitam, sed propter regnum cœlorum baptismum paruulis cōferendum. Sub his enim Dei verbis, quibus Euangelista pronuntiat, Non habebitis vitam in vobis, aperte intelligenda est omnis anima munere baptismi, non solum gloria carere, sed vita.* Hæc ille. Et hactenos de testimonio Innocentij Papæ sit dictum. Secundò occurrit Leo Magnus, qni quidem de ieiunio septimi mensis edisserens, confirmat veritatem Corporis Christi ex eodem loco: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis*, & nihil de hac re esse à communicante dubitandum. Gregorius Magnus dum iam porrigeret sacram Eucharistiam populo (vt in eius vita legitur) & quandam nobilem mulierem de veritate Corporis Christi dubitantem, visibili miraculo conuertisset; *Disce*, inquit, *vel modo contestanti credere: Panis quem ego dabo, caro mea est: & sanguis meus vere est potus.* Innocentius Tertius lib. De officio Missæ, ostendit veritatem Corporis Christi in Sacramento ex eisdem verbis, atque ex illis, *Caro mea verè est cibus. Ego*, inquit, *corde credo, & ore confiteor, quòd ipsum Dominum nostrum Iesum in hoc Sacramento manduco: fretus autoritate qua dicitur: Qui manducat carnem meam, viuet propter me.* Sic etiam Clemens Quintus De reliquijs, & veneratione Sanctorum cap. vnico interpretatur: vbi instituit solennitatem Corporis Christi religiosè à fidelibus obseruandam: & ex verbis Ioannis non solùm Christi præseotiam in Eocharistia; sed etiam dignè illam sumeotis froctus.

1. Tim. 3.

Exod. 16. Suprà 14.

1. Cor 10.

Iudæorum transitus maris Rubri ad manna mysterium ex codē Augustino.

Quid est, Christum se credere baptizatis.

Euseb. Emiss. ho. 5. Paschatis.

Leo Magnus serm. 6. de ieiunio septimi mensis.

Greg. Rom.

Innocent III lib 3. de offic. Missæ c. 7.

Clemens V.

Si verò Græcos Patres consulamus; innumeros inueniemus, qui sextum caput Ioannis vel explicant, vel allegant, vel in Hæreticos disputando de Sacramento exponunt Eucharistiæ; Quò eorum fides de hoc Sacramento, & intelligentia de verbis Ioannis facilè accipi queat, primus prodeat diuus Ignatius: qui in epistola ad Romanos desiderium percipiendi Sacramentum Eucharistiæ indicat, & alludens ad verba Ioannis, ait: *Meus enim amor crucifixus est, & non est in me: aqua autem alia viua manet in me intrinsecus mihi dicens: Veni ad Patrem, non comedam escam corruptionis, neque voluptates huius mundi desidero; Panem Dei volo, panem cælestem, panem vitæ, qui est caro Iesu Christi Filij Dei viui (qui natus est de nouissimo ex semine Dauid, & Abrahæ) & potum volo sanguinem eius, qui est dilectio incorruptibilis, & vita æterna.* Diooysius Areopagita in Ecclesiastica

Græci Patres.

D Ignatius epist 15.

Diony. Areopag c. 3 Eccle hierar par 3.

hierar-

hierarchia asserit, Ioannem Euangelium suum Sacramentorum traditione radicasse & confirmasse: at quæ sunt alia maiora Sacramenta Baptismi,& Eucharistia, de quib.3.& 6.capitibus agit? Irenæus in Valentinianos scribens,confirmat, Eucharistiam habere vim suscitandi, ex illis verbis *Qui manducat meam carnem, & bibit meũ sanguinem,habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die* Origenes in librum Numerorum: *Antea,inquit,in ænigmate fuit baptismus in Noe,& in mari,nunc autem in specie regeneratio est in aqua & Spiritu sancto. Tũc in ænigmate erat manna cibus, nunc autem in specie caro Verbi Dei est verus cibus;sicut & ipse dicit: Quia caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Basilius in Moralibus,docet necessitatem communicandi corporaliter ex dictis verbis: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis,&c.* Athanasius in tractatu in illud Euangelij: *Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis,* & reliqua explicat illa verba:*Spiritus est qui viuificat:caro non prodest quicquam.* Postquam enim dixit, vtramque blasphemiam in Filium hominis, & in Spiritum sanctum ad Christum pertinuisse subiungit: *Istiusmodi characterem etiam in Ioannis Euangelio vidi vbi de esu corporis disputans, ac propterea multos scandalizatos conspiciens,ita locutus est: Hoccine vos scandalizat? quid si igitur Filium hominis spectaueritis ascendentem vbi prius erat? Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicquam. Verba quæ ego locutus sum vobis spiritus sunt,& vita. Hinc enim de vtroque,carne & spiritu suo locutus est, & spiritum à carne discriminauit; vt non solùm in eo quod oculis apparebat,sed naturam quoque inuisibilem credentes, discerent ea quæ loqueretur non carnalia esse, sed spiritualia: quot enim hominibus corpus eius sufficisset ad cibum, vt vniuersi mundi alimonia fieret? Sed propterea ascensionis suæ in cœlum mentionem fecit,vt eos à corporali intellectu abstraheret,ac deinde carnem suam, de qua locutus erat cibum,è supernis cœlestem, & spiritualem alimoniam, & ab ipso donandam intelligerent. Quæ enim locutus sum vobis,inquit,Spiritus est, & vita. Quod perinde est,ac si diceret, Corpus meum quod ostenditur,& datur pro mundo, in cibum dabitur, vt spiritualiter vnicuiq; tribuatur,& fiat singulis tutamen præseruatioq; ad resurrectionem vitæ æternæ.* Hæc ille, optimè interpretans Domini verba,nunquam exclusò Sacramento. Idem in Synopsi diuinæ Scripturæ summam percurrens, vbi ad sextum caput Ioannis venit,hæc habet verba:*Discipuli nauigant Capharnaum: huc & Iesus venit, & turba,disserit illis de mysterijs.* Nihil apertius, & breuius dici poterat: nisi per mysteria aliud quippiã intelligas. quã illa quæ verè sunt, & communi consensu illa vnce à Patribus appellantur, Corporis & sanguinis Domini Sacramenta. Theophilus Alexand.lib. Paschali contra Origenem,in Manichæos dicentes creaturam corpoream malã esse,producit verba Domini: *Nisi manducaueritis,&c.* Chrysostomus in Ioannem, & alibi sæpius exponit de Sacramento, & in hæreticos disputat, redditq; rationem cur de mysterijs Christus ibidem egerit, eumq; parabolicè locutum fuisse negat,& omninò loca distinguit,vbi de spirituali tantùm, & vbi de Sacramẽtali manducatione disseratur. Cyrillus Alexandrinus in Commentarijs in Ioannem,& libro capitulorum in Theodoritũ,anathematismo. 11.multa dogmata probat ex hoc loco contra Nestorium, & Arrianos. Theodoritus in histor. Tripartita disputat contra Messalinos, dicentes diuinum cibum nihil nec prodesse,nec lædere,ex illis verbis: *Qui comedit carnem meã & bibit sanguinem meum, viuit in æternum.* Idẽ in Dialogo 1.de mysterijs edisserens, cum verbis cœnæ Dominicæ coniungit illa verba:*Et panis quẽ ego dabo,caro mea est,&c.* Eusebius Emissenus hom.de Pascha, pro vera Christi præsentia in Eucharistia comprobanda citat illa verba:*Caro mea, verè est cibus:& sanguis meus,verè est potus:* quemadmodum etiam Damascen. lib. 4. de fide Orthodoxa. Sanctus Ephrem lib.de die iudicij:*Cum manducamus,ait, corpus, & sanguinem bibimus,& ipse in nobis est, & nos in eo.* Isychius in Leuiticum, ista duo cõnectit: *Panis quem ego dabo, caro mea est:*& illud Apostoli:*Probet autem seipsum homo,& sic manducet.* Et Eusebius Emissenus hom.5.post Pascha: *Necessarium,inquit,erat vt vobis Sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret.* Et adiecit postea: *Vnde meritò cœlestis confirmat autoritas, quia caro mea verè est cibus,& sanguis meus verè est potus.* Proclus Constantinopolitanus Episcopus,in tractatu de traditione diuinæ liturgiæ, verba illa cœnæ Dominicæ, *Hoc est corpus meum*, interpretatur per illa: *Qui manducat meam carnem,*& reliqua. Palladius in historia Sanctorum Patrum, ex illis verbis: *Nisi manducaueritis* probat necessitatem communicandi. Olympiodorus in Ecclesiasten, allegat ex hoc capite pro Sacramento Eucharistiæ. Nonus paraphrastes Ioannis, versu heroico, ante mille annos, interpretatur verba Inanis:*Caro mea verè est cibus,& sanguis meus verè est potus,* Theophylactus in cap.6. Ioannis probat veram & substantialem Corporis Christi præsentiam ex illis verbis,

Margin notes (left): Iren. lib.4. in Valentin. anos. — Orig. hom. 7. in lib. Num. tom.1. Gen 7. 1.Cor.10. — Basil reg. 21. c.2.tom 2 — Athanas.to 1. Matth 12. — Quid est quod mirabili de cælesti pane manducando doctrina Christus ascensionis suæ subiecit exemplum — Idem in Synopsi lib 4.tom. postremo.

Margin notes (right): Theophyl. Alexand. lib.2. Pasch. — Chrys. ho. 44 in Ioan. & 45. & 46.tom 3 — Cyril. Alexã. lib 3 & 4 in Ioan per multa c. 10 4. Theodor. li 7. histo. Tripart c. 11. — Idem. — Euseb Emiss. hom.5.de Pascha. — Io. Damasc. 4. de fide Orthod c 14. S. Ephrem. li. de die iudicij — Isych.lib 6 in Leuit cap.22. 1 cor.11. Euseb Emiss — Proclus. — Matth 26. Pallad.c 58. historia Sanctorum Patrum. — Olympiodorus. — Nonnus Ioannis paraph. — Theophylact.

Panis quem ego dabo, caro mea est; & necessitatem communicandi, ex illis: *Nisi manducaueritis carnem, &c.* & fructum Eucharistiæ ex alijs verbis.

Euthym. c.9. in Ioan.

Euthymius verba Domini, *Et panis, quem ego dabo, caro mea est*, asserit esse completa, cùm Dominus dixit: *Hoc est corpus meum.*

Nicolaus Methonē Episco.

Nicolaus Methonensis Episcopus ante 330. annos, in oratione contra hæsitantes quòd corpus Christi sit in Eucharistia, probat eius existētiam, & fructus ex illius capitis verbis. Non dubito, alios multos esse ex Græcis Patribus, qui hanc expositionem quam nos tuemur, teneant.

Latini Patres. Tertullian. Matth. 6.

Accedo ad Latinos Patres. Inter quos Tertullianus antiquior, libro de orat. Dominica, illa verba, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, docet non de vsitato, & terrestri pane; sed de ipso Christo intelligenda: *Christus enim*, inquit, *panis noster est, quia vita Christus, & vita panis; Ego sum*, inquit, *panis vitæ.* Et paullò suprà: *Panis est sermo Dei viui qui descendit de cælis. Tum quod & corpus eius in pane censetur: Hoc est corpus meum.*

Cyprianus.

Cyprianus sermone de Cœna Domini pluries citat ex hoc capite pro Sacramento, & in oratione Dominica exponit illud: *Panē nostrum quotidianum* de Eucharistia, allegatis verbis illis: *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.*

Idem cap. 25. Ioan. 3.

Idem lib. 3. ad Quirinum, cùm illos duos locos citasset, *Nisi quis renatus, &c.* ad baptismum, ita hunc, *Nisi ederitis carnem Filij hominis*, ad Eucharistiam spectare contendit; quare frustra eum locum Ricardus & Caietanus aliò spectare detorquent.

Ricardus Caietan. Hilarius. Ioan. 1.

Hilarius libr. 8. de Trinitate in hunc modum scribit contra Arrianos agens: *Si enim verè Verbum caro factum est, & nos verè Verbum carnem cibo Dominico sumimus: quo modo non naturaliter manere in nobis existimandus est, qui & naturam carnis nostræ iam inseparabilem sibi homo natus assumpsit; & naturam carnis suæ ad naturam æternitatis sub Sacramento nobis communicandæ carnis admiscuit?*

Vnde naturaliter in nobis Christum manere, Hilarius demonstret.

Et infrà: *Ipse enim ait: Caro mea verè est esca, & sanguis meus verè est potus. Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. De veritate carnis & sanguinis non relictus est ambigendi locus: nunc enim & ipsius Domini professione, & fide nostra verè caro est, & verè sanguis est. Et hæc accepta atque hausta id efficiunt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit.*

Victorinus Martyr lib 4 de Trinitate.

Victorin. Martyr. lib. de Trinitate sic scribit. Deinde vitam esse, & æternam, sic testatur, sic docet: *Nisi acceperitis corpus hominis sicut panem vitæ, & biberitis sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui autem edet carnem eius, & bibet eius sanguinem, habet vitam æternam. Omne ergo quod Christus est, vita æterna est, vel spiritus, vel anima, vel caro. Horum enim omnium ipse λόγος est; λόγος autem principalis vita est; ergo etiam ea, quæ induit, vita est. Vnde & ista vitam æternam merebuntur per spiritum, quem Christus nobis dat, facta ista spiritualia. Ac ne quis crederet de Christo carnali (id est, sola carne eius) Christum de se ipso dicere, & non de toto se, qui est spiritus, anima, & caro; quid ait? Quid si videritis Filium hominis ascendentem? Quis est Filius hominis? Spiritus, anima, & caro. Hoc enim habuit; cùm ascendit.*

Arnob. in Psalm. 109.

Arnobius interpretatus illam Dauidis sententiam: *Tu es Sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedec*, adducendo verba huius capitis, ad Sacramentum refert.

Ambro. lib. 6. de Sacramēt. cap. 1. tom. 4.

Ambrosius lib. de Sacramentis, ex hoc capite citat pro Eucharistia: *Vera*, inquit, *est eius caro, quam accipimus, & verus eius sanguis, quem potamus.* Sic ille ferè.

Luc. 17.

Et tractans illud: *Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ*, ait: *Est etiam corpus, de quo dictum est: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Circa hoc corpus aquilæ sunt quæ aquilis circumuolant spiritalibus.*

Idem lib 6 in Luc. c 17. to. 3.

Idem paullò antè dixerat: *Est ergo cibus refectionis, id est, cibus sanguinis: sicut enim caro Domini verè est cibus, ita sanguis verè noster est potus.* Hæc ille, alludens ad hæc verba Ioannis: *Caro mea verè est cibus, &c.*

Idem lib. 4. de fide. c 5. tom. 2.

Idem alio loco declarans quomodo Filius viuit propter Patrem, cùm citasset illa verba: *Nisi manducaueritis carnem*, & illa, *Caro enim mea verè est cibus.* subdit: *Carnem audis, sanguinem audis, mortis Dominicæ Sacramenta cognoscis, & diuinitati calumniaris? Audi dicentem ipsum, quia spiritus carnem & ossa non habet. Nos autem quotiescunque Sacramenta sumimus, quæ per sacræ orationis mysterium in carnem transfigurantur, & sanguinem, mortem Domini annunciamus.*

Luc 24.

Hieron. in c. 1. epist. ad Ephes. tom. 3.

Hieronymus in epistolam ad Ephesios: *Dupliciter verò*, ait, *sanguis Christi, & caro intelligitur: vel spiritalis illa, atque diuina, de qua ipse dixit: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Et; Nisi manducaueritis carnem meam, & sanguinem meum biberitis, non habebitis vitam æternam: Vel caro, & sanguis, quæ crucifixa est, & qui militis effusus est lancea.* Hæc ille, cuius distinctio, sine Sacramento non potest intelligi.

Ioan. 19.

D. Hieronimi sententia explicatio.

Vt planè hæc sit diui Hieronymi sententia: Dupliciter intelligitur sanguis, & caro Christi: vel prout est in Eucharistia significans & nutriens vnitatem Ecclesiæ, vel prout erat, quando redemptionem eiusdem Ecclesiæ operabatur. Illum priorem intelligendi modum, per quem est in Eucharistia, spiritalem, & diuinum vocat, ac de eo dictum: *Caro mea verè est cibus.*

Alger. lib. 1. c 17.

Vnde & Algerius ante quingentos annos verba eiusdem Hieronymi exponens ait: *Non*, inquit, *hoc dixisse Hieronymus quantum ad duplicem substantiam credendus est, sed quantum ad*

duplicem substantiæ formam, quæ nunc in humana, nunc in panis vini intelligitur forma. Sic ille.

Hieron. to 2. Quo sensu Hieronymus hæc verba: Qui manducat meam carnem, &c. ad spiritalem referat vnionē fidelium. *1. Ioan. 4.*

Necobstant quæ ex secundo libro in Iouinianum producuntur, vbi ait: *Vis scire quomodo cum Christo vnum corpus efficiamur? Doceat te ipse, qui condidit: Qui comedit carnem meam, & bibit sanguinem meum, hic in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui comedit me, viuet propter me,* Et pòst: *In hoc intelligimus quod in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis.* Ex quibus apparet, Hieronymum illa verba Ioannis ad id protulisse, vt ostendat nos manere in Christo, & viuere propter illum, quia spiritu, non quia Sacramento vnimur; & ideò de spiritali tantùm loquitur manducatione. Respondemus, Hieronymum nil aliud ibi spectare, quàm spiritalem vnionem: sed hæc tam per baptismum inchoatur in paruulis, quā per fidem viuam in adultis; per Eucharistiam verò augetur.

Baptismi, & Eucharistiæ proprij effectus.

Cùm ergo duo apud Ioannem proponantur, promissio Sacramentis in illis verbis: *Et panis quem ego dabo, caro mea est,* & effectus eiusdem Sacramenti dignè sumpti, in illis verbis, *manet in me, & ego in eo:* Cùm inquam hæc duo ibi proponantur, quæ ratio cogit, vt Hieronymus alterum vrgens; ideò reliquum negate censeatur: ad rem enim suam faciebat, ostendere nos vnum fieri cum Christo per gratiam, qua manemus in illo; nō propterea tamen negauit de Eucharistia illic haberi sermonem.

Hierony. ad Hedibiam q. 2. tom 3.

Ad hæc Hieronymus ad Hedibiam coniungit verba Ioannis cum Dominica cœna, dicens: *Si ergo panis qui de cælo descendit, corpus est Domini: & vinum quod discipulis dedit, sanguis illius est, &c. Nec Moyses dedit vobis panem verum, sed Dominus Iesus: ipse conuiua, & conuiuium: ipse comedens, & qui comeditur,* ac reliqua.

Idem in Psal 109. tom. 9.

Idem exponens illud Psalmi: *Tu es Sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedec,* hoc ipsum apertè tradit.

August. to 9.

Augustinus tract. 26. & 27. in Ioannem latè exponit de Eucharistia totum hoc caput: licet in quibusdam opus habeat interprete.

Idem lib 1. c. 20. tom. 4.

Et idem libro De peccatorum meritis, & remissione. Et serm. 2. de verbis Apostoli; & de verbis Domini 46. libro etiam primo in Iulianum Pelagianum.

Idem tom 10. *Idem cap. 2. to. 4.* *Idem tom. 7.*

Idem lib. 6. Hypognosticon. Gaudentius Episcopus Brixiensis: cuius consecrationi interfuit B. Ambrosius.

Gaudentius Episc *Ambros. li 6. de Sacram c. 1. tom. 4.*

Ambrosius libro de Sacramentis: *Sicut verus, inquit, est Dei Filius Dominus noster Iesus Christus, non quemadmodū homines per gratiam, sed quasi Filius ex substantia Patris: ita vera caro, sicut ipse dixit, quam accipimus, & verus est potus. Sed fortè dicas quod dixerunt tunc temporis etiam discipuli Christi audientes dicentem: Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non manebit in me, nec habebit vitam æternam. Fortè dicas; Quomodò vera? qui similitudinem video, non video sanguinis veritatem. Primo omnium dixi tibi de sermone Christi, qui operatur vt possit mutare, & conuertere generalia instituta naturæ. Deinde vbi non tulerunt sermonem Christi discipuli eius, sed audientes quòd carnem suam daret manducare, & sanguinem suum daret bibendum, recedebant: solus tamen Petrus dixit, Verba vitæ æternæ habes, & ego à te quò recedam?*

Sermo Christi quam ... secundum Ambrosium

Idem tom. 4.

Idem sermone secundo Paschali ait: *Hoc est illud viaticum, quo in hac via vita alimur, ac nutrimur, donec ad ipsum perueniamus de hoc seculo recedentes: vnde dicebat, Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*

Sedulius in 10 Cor. c. prioris epis. ad Corint.

Sedulius in priorem epistolam ad Corinthios coniungit duo illa dicta: *Calix benedictionis, cui benedicimus:* Et, *Qui manducat meam carnem.*

Isido. De offic bapt c. 18.

Isidorus de officio bapt. Ea quæ ad institutionem Sacramenti pertinent, cum ijs, quæ cap. 6. Ioannis leguntur, variè permiscet.

Prosper Episc Aquitania *Exod. 16.*

Prosper, discipulus August. tract. de promiss. & tradit. cap. 39. ponderat, qnod Deus dedit populo panem mane, & vespere carnes: quia primò populus suscepit panem sanctum, qui de cœlo descendit; deinde carnem Christi in passione confectam, de qua ipse Dominus ait: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis.*

Petrus Rauē serm 67. *Matth 6.*

Petrus Rauennas, discipulus & ipse B. Augustini, sermone in orationem Dominicam, in illud: *Panem nostrum quotidianum,* idem testatur.

Primasius Episcop. *Apocal. 9.*

Primasius quoque discipulus Augustini, in verba illa Apocalypsis: *Et præceptum est illis* (scilicet scorpionibus) *ne læderent fœnum terræ, &c. nisi tantùm homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis:* illo locutionis genere vti voluit, quòd multis locis Scriptura diuina frequentat, quo dicit: *Qui edit carnem meam, & bibit meū sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Ac si diceret: Qui sic edent, vt edenda est: & sic bibent, vt bibendus est sanguis meus. Multi enim cùm hoc videantur accipere, in Deo non manent, nec Deus in ipsis: quoniam iudicium sibi manducant, & bibunt.

1. Corinth. 11. *Iunilius.*

Iunilius in Commentarijs super Genesim explicat de mysterio sui corporis & sanguinis dixisse Dominum: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, &c.*

Victo Episcopus Cuman. Patris substantia Filius est *Sapient. 16*

Victor Episcopus Cumanus, libro de fidei ratione ad Gensericum: *Patris substantiam Filium esse, propheticis iam olim designatum est oraculis dicente Salomone; Substantiam enim, & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas, quam in figura & imagine panis cœlestis populo Israel*

cælitus

cælitus apparet profluxisse: quia ipse Dominus in Euangelio exposuit, dicens: Non Moyses dedit vobis Panem de cælo: se vtique panem esse designans, cùm dixit, Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Ioannes Maxentius in Dialogis in Nestorium, inducit Nestorium disputantem ex illis verbis: Nisi manducaueritis carnem Filij hominis; neque dixisse carnem Dei, vel Filij Dei, ponens de Sacramento intelligi. Sed non intelligebat quòd ipsa caro Filij hominis, caro Dei sit: quomodo enim alias præstaret vitam æternam? Vualfridus Strabo lib. de rebus Ecclesiast. non esse din abstinendum à cōmunione Corporis Domini, ex illis verbis probat: Nisi manducaueritis carnem Filij hominis; & subdit: Cùm ipse Filius Dei dicat; Caro mea verè est cibus: & sanguis meus verè est potus: ita, intelligendum est eadem redemptionis nostræ mysteria, & vere esse corpus, & sanguinem Domini; vt illius vnitatis perfecta, quam cum capite nostro iam spe, postea re tenebimus, pignora credere debeamus, inde & Sacramenta à sanctificatione, vel secreta virtute dicuntur. Sanctus Chromatius, qui vixit ante annos mille, interpretans orationem Dominicam; & S. Fortunatus Episcopus Pictauiensis tractat. in orationem Dominicam, idem affirmāt. Paschasius lib. de corpore & sanguine Domini capit. 19. probat ex illis verbis: Caro mea verè est cibus: &, Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, veritatem corporis Christi in Sacramento Eucharistiæ. Quemadmodum Cassiodorus in Psalm. 129. idem ex illis verbis declarat: Nisi manducaueritis carnem filij hominis. Adhæc Petrus Damianus in dictum Apostoli: Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur: & Lanfrancus Cardinalis libr. de veritate Corporis Domini in Eucharistia cōtra Berengarium, & Algerius Cluniacensis libro de veritate Corporis Christi in Eucharistia, & Guimundus Episcopus Auersanus libr. 1. in Berengarium: omnes isti quatuor contemporanei floruerunt anno Domini M. D. & probant veritatem Corporis Christi contra primum huius hæresis suscitatorem, ex verbis Ioannis: Panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita: Nisi manducaueritis carnem Filij hominis. Et, Caro mea verè est cibus, & reliqua. Adelmanus Episcopus Brixiensis in epistola ad Berengarium: Patres, inquit, nostri audierunt Christum de se ipso in Euangelio prædicantem: Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Dabo, inquit, non dedi. Quando ergo cœpit dare? Quando pridie quam pateretur, accepit panem, & quæ sequuntur. Rupertus etiam Tuitiensis libr. de operib. Spiritus sancti, & in Commentarijs in Ioannem; ex cuius verbis egregiè

Io. Maxētius lib. 2. Dialog.
Error Ioannis Maxentij.
VValfr. Strabo lib. de reb. Eccle. cap. 17.
Sacramentorum nomen vnde.
S. Chromati⁹ in 6. c. Matt.
C. Fortunatus.
Paschasius.
Cassiodorus.
Petrus Damianus.
1. Cor. 6.
Lanfrancus Cardin.
Algerius Cluniacen.
Guimundus Episcop. Auersanus.
Adelmanus Epis. Brixien.
Rupert. Tuitien lib. 3. De oper. Spiritus sancti. & lib. 6 in Ioannem.

probat præsentiam Christi in hoc Sacramento. Bernar. in tertium versiculum 90. Psalmi, & Ricardus de Sancto Victore in explicatione quarundam difficultatū ad B. Bernardum, & Petrus Cluniacensis libr. in Petrobrusianos, & Henricianos, sui temporis Hæreticos, ait, ex illis verbis: Panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita; Et, Caro mea verè est cibus; &, Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, colligi veritatē Corporis Christi: nam & hi quatuor videntur eodem tempore vixisse. Bonauentura in quarto probat Corpus Christi secundùm veritatem in altari, ex eo: Caro mea verè est cibus: sed cibus, qui non exponitur ad cibādum, est cibus frustra: ergo si caro Christi non est cibus, frustra exponitur ad cibandum: sed non in se, scilicet visibiliter, ne generet horrorem, ergo est vera caro Christi sub Sacramento. Adde Ioannem Duns, qui Scotus dicitur, in quarto: Verum (inquit) ista, quod Corpus Christi realiter continetur sub specie panis & vini, fundata est Matth. 26. & Luc. 22. Hoc etiam manifestè patet ex alio loco Scripturæ, scilicet Ioann. 6. vbi est diffusa prædicatio de isto Sacramento. Vt interim omittam sanctum Thomam iam productum superius, Albertum Magnum, Hugonem Cardinalem, Dionysium Carthusianum, Nicolaum de Lyra, Simonem de Cassia in verba huius Euangelij, Nicolaum de Cusa in epistol. ad Bohemos, & in libris excitationum, Iudocum Chlichtoueum de Sacramēto in Oecolampadium. Accedit illis Santes Pagninus Lucensis in Isagoge ad sacras literas; Nicolaus Saoderus, & Ambrosius Catharinus peculiaribus tractatibus de hac ipsa re magna eruditione, & singulari pietate editis pro nostro sensu decertarunt. Denique Roffensis assertione 16. in Lutherum scripsit: In hoc non minus abs te dissentio quàm Cyrillus, Hilarius, Cyprianus, ac cæteri Patres existunt, qui non solum palam vsurpant huius capitis verba pro testimonio Eucharistiæ, sed etiam apertissimis rationibus id docent vsurpandum. Idem in Præfatione libri 5. in Oecolampadium docet ab illis verbis: Et panis quem ego dabo, inchoari tractatum de Eucharistia, quæ continet carnem Domini, & sanguinem, quemadmodum etiam B. Thom. in eūdem locum affirmat, his verbis: Quod dixit supra, Ego sum panis viuus, pertinet ad veritatem verbi. Hic verò quod subdit, pertinet ad communionem sui corporis, scilicet ad Eucharistiæ Sacramentum. Adijcit Roffensis, illustris Christi martyr nō dubitare se eum dicere desertum, & reiectum, atq; reprobatū à Deo, qui diutius contenderit, aut non esse veram Christi carnem,

Bernard.
Ricardus de S. Victore.
Petrus Cluniacensis.
Bonauent. in 4. dist. 11.
Scotus in 4. dist. 10.
S. Thomas.
Alber. Magn.
Hugo Cardinalis.
Dionys. Carthus.
Nicolaus de Lyra.
Simon de Cassia.
Nicolaus de Cusa epist. 7. ad Bohe.
Iudo Chlichtoueus.
Santes Pagninus lib. 10. Isagog.
Nicolaus Sanderus.
Ambrof. Catharinus.
Roffensis martyr.
Idem.
Idem. B. Thomas lect. vna 6 in 6. c. Iod. tom. 6.
Desertus quis, reiectus atque reprobatus à Deo, secundum Roffensem.

carnem, & sanguinem in Eucharistia, aut verba Ioannis in 6. capite ad eandem Eucharistiam nequaquã spectare. Ex quibus habes, perinde esse sententia Roffensis reprobatum eum, qui negat verba Ioan. 6. ad Eucharistiam ad literã non spectare, atque illum, qui simpliciter negat verã corporis Christi, ac realem præsentiam in Sacramẽto altaris. Quis ergo se audeat opponere tantæ testium Catholicorum nubi, etiamsi omnes aliæ rationes deficerent?

Ruardus Tapperus tom. 2. art. 15.

Ruardi Tapperi de sensu Chrisostomi & Cyrilli in verba Ioannis proposita, obiectio diluitur.

Quod verò Ruardus Tapperus asserit, Chrysostomum, ac Cyrillum, aliosq́ Patres scribentes in ca. 6. Ioannis, ideò præcipuè Sacramenti Eucharistiæ mentionem facere, quia ibi Domin⁹ disserit de re, quæ per Sacramentum significatur, nempè de societate, et participatione Passionis Christi & vnione cum ecclesia, quæ est mysticũ Christi corpus: penitus est perspiciẽdum. Nam respondemus, illos Patres de Sacramento ipso, velut de re à Domino intellecta clarissimè loqui, & non tantùm de re per Eucharistiam significata. Neque enim illi mentionem tantùm fecerunt Eucharistiæ, velut fortuitò, & ex occasione quadam in eius rei sermonẽ inciderint: sed ea mente & animo, vt putauerint quædam eius capitis verba germanam, & propriam intelligentiam non habere aliam, quàm vt Eucharistiæ Sacramentũ pollicitarentur. Ad quod apertè indicandum, illud vnum in primis spectare debemus, quas rationes illi Patres adferant suæ interpretationis: non eas quæ solum rem significatam per Eucharistiam spectant, sed illas, quæ ipsius Sacramenti essentiam attingunt.

Cur ad ea Christi verba Accipite, & comedite: hoc est corpus meum Apostoli non me exhorruerint.

Chrys ho. 83. in Matt. to. 2.

Chrysostomus in Matthæum quærit, qui factum sit, vt non turbarentur discipuli, cùm Christum audirent dicentẽ: *Accipite, & comedite: hoc est corpus meum: Quia*, inquit, *multa iam, & magna de hoc antè disseruit*. At vbi nam Christus multa, & magna disseruit de Sacramento corporis sui, nisi in Carphanao, & paulò pòst ipse quoque bibit ex eo, ne auditis his verbis dicerent, Quid igitur sanguinem bibimus, & carnẽ comedimus? ac ideò perturbarentur: nam & quando priùs de his verba facit, multi solummodò propter verba scandalũ passi sunt. ne igitur tunc id quoq; accideret, primus ipse hoc fecit, vt tranquillo animo ad communicationem mysteriorum induceret. Deinde in illa verba: *Et panis quem ego dabo*, quærit, cur hæc solis discipulis cõmunicata non sint, vti Matthæus cùm priuatim cum ipsis loqui testatur? Sed vbi testatur Matthæus, Christum priuatim loqui cum discipulis de carne sua in cibum data,

Idem ho. 45.

Matth. 26.

præterquam in vltima cœna? Idem explicans verba illa Ioannis: *Nisi manducaueritis*, ait, *Frequenter in mysterijs versatur, & omnino id fieri oportere demonstrat*. Et superius: *Hoc discipuli est, quæ magister asserit, non curiosius inuestigare, sed audire, & credere, & idoneum solutionis tempus expectare*. Cyrillus quoque in illa verba: *Nisi manducaueritis*, ita proponit, *Quomodò quidem carnem suam dabit ad manducandum, non docet: quia intelligere illi non potuerunt: quam magna verò bona, si cum fide mãducabunt, adipiscentur, id iterum atq; iterum aperit, vt æternæ desiderio vitæ ad Fidem compellantur, per quam etiam doceri facilius poterant*. Et infrà: *Sic credentibus discipulis fragmenta panis dedit, dicens, Accipite, & manducate; hoc est corpus meum, &c. Perspicu quia sine fide quærentibus, mysterij modum nequaquam explanauerit, credentibus autem etiam non quærentibus exposuit?* Sic ille. Vbi per manducationis modum declarat se intelligere ipsius Eucharistiæ institutionem. Cyrillus ergo, & Chrysostomus idcircò de Sacramẽto exponunt verba Domini, nõ quia Dominus de mystica vnione ibi disserat, sed quia verè credebant Dominum de Eucharistia propriè locutum.

Idem ho. 46. in Ioan to. 3.

Idem. ho 45.

Cyril lib 4. in Ioan c 14. tom. 2.

Ruardi altera obiectio diluitur.

Adijcit secundo Ruardus, ideò sanctos interpretando accommodasse verba Saluatoris ad esum, & potum Sacramẽtalem, quia in eorum Ecclesijs mos obtinebat, q́ sub vtraq; specie toti populo Sacramentũ administraretur, & quia hic modus manducandi carnem, sub Sacramento præsẽtem perfectius implet verba Christi in Sacramentali manducatione, & cum maiori fructu: idcircò moris fuit Patribus in homilijs ad populum scripturas accommodare pro captu, & ædificatione auditorum. Sed hic dicendi modus ponit hæc verba sexti capitis ad aliquẽ sensum nec germanum, nec literalem accommodari, quod falsũ est omnino, ac fragili nititur fundamento. Nam quis probabit vllum sensum literalem esse verborũ Domini, si hic non est? Quod si aliter quã Christus intellexit, accommodantur verba Domini ad Sacramentalem esum, idem quoq; indicium de ijsdẽ Patribus in verbis primi, secundi, aut tertij capitis apud Ioannem exponendis fieri poterit: mox enim Caluinus contendet, illa verba Domini: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto*, ad baptismi Sacramentum aliter quam Christus intellexit, veteres Patres accommodasse.

Tertia obiectio.

Ioan. 3.

Si dicas, ibi aquam esse nominatim: non euinces, nam & hic nominata sunt caro, sanguis, & panis, & verbum de futuro Dabo. Certè tempore Cypriani solũ Eucharistia

Tempore Cypriani Eucharistiam solum sub specie panis dari solitũ vnde pateat.

ristia sub specie panis dabatur, vt constat ex sermone 5. de lapsis. B. etiam Thom. & Albertus, qui nouerant sui seculi populũ sub vna tantùm specie cõmuuicare consul tius esse: nihilominus caput illud de Eucharistia propriè loqui interpretati sunt. Non ergo vtriusq; speciei cõsuetudo fuit, vt sextum caput ita explicaretur ab antiquis Patribus.

Quarta obiectio.

Quòd verò caro Christi perfectissimè iu Sacramento manducari, & verba Domini in sacramentali manducatione plenius impleri dicuntur: hoc totũ pro uobis est. Nam quid obstat quo minus ea interpretatio cuiusq; scripturę sit maximè propria, per quam & res, qua de agitur, perfectissimè fit, & verba, quæ illã præcipiunt, plenius implentur? Christus apud Ioannẽ permittit perfectissimã sui corporis manducationẽ, per quã non solum venitur ad ipsum, sed prætereà manetur iu ipso, vt eã, ex qua viuitur propter ipsum, quæque implet figuram mannæ perfectissimè, & ob quam viuet in æternum, & resuscitabitur in nouissimo die. Si ergo verba Christi ex confessione aduersariorum in Eucharistia plenius implentur, quàm alibi: ergo apud Ioannem de manducatione Christi in Eucharistia dissseritur.

Spiritualis Eucharistiæ manducationis effectus.

Quinta obiectio.

Demum addit Ruardus, Patres in homilijs accommodare scripturas pro auditorũ captu, & ædificatione ꝙ interdũ facere non negamus, quãdo nõ dedita opera, sed ob explicationem Euangelij per aliã occasionẽ id faciunt: at Chrysostomus, & alij hoc agebant in homilijs, vt literalem, & germanũ Christi, & Pauli sensum plebi exponerẽt, quo certè nullus Patrum magis accuratè verũ scripturæ, & literalem sensum explicauit. At Cyrillus non videtur ad populũ suas interpretationes tã frequenter proposuisse, & licet proposuerit, tamẽ literalẽ inprimis verborum Domini sensum quærit, ac sectatur. Sed certè multi sunt Patres, qui homilias, aut rarò, aut nunquã dictarunt, vt Athanasius, Paulus, Augustin. Theophylact. Euthym. Rupert. nec minoris ponderis sunt Basil. Hilar. Ambros. & Damascen. Hierouym. Theodorit. Sedul. qui etsi Euãgelium Ioannis nõ interpretarentur, tameu in disputatione, quam contra hæreticos instituerunt, eandem intelligentiam verborum Domini pro notissima, & catholica veritate habuerunt. Ex his verò qui homilias dictarũt, Cyprianus, Eusebius, & Leo sunt qui non solent à literali sensu ad allegoricum scripturas accommodare.

Qui patres raro, aut nũquã homilias dictauerint.

Qui verò ab historico ad allegoricum Scripturarum sensum in dictatis homilijs non facilè descendant.

Sit igitur hæc prima ratio à traditione sumpta, & conformi Doctorum consensu qui dati sunt nobis, ne circũferamur omni vento doctrinæ: quem numerum Patrum fortassis difficile esset, vel in vna Syuodo Oecumenica inuenire. Sic enim olim Augustinus disputans cõtra Pelagianos, cùm produxisset quorundam Catholicorũ Doctorum testimonia, eleganter dixit: *Si Episcopalis Synodus ex toto orbe congregaretur, mirum si tales possent illic facilè sedere tot, quia nec isti vno tempore fuerunt.* Pulchrum est illud, quod ibidem paullò superius ait Augustin. de veteribus Doctoribus: *Neq; nobis, neq; vobis irati sunt, neque nos, neq; vos miserati sunt. Quod inuenerunt in Ecclesia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt. Nondum vobiscũ apud istos iudices aliquid agebamus, & apud eos acta est caussa nostra.* Quæ sanè verba rectè nos aduersarijs obijcere iure valemus. Nã quod post motã litẽ dicitur, vel amicitiæ, vel inimicitiæ suspicioni obnoxium est.

Prima ratio ab Doctorum communi consensu.

Ephes. 4.

Aug. lib. 2. in Iulianum in fine, tom. 7.

Secunda ratio etiam firma est, ab vsu, & consuetudine Ecclesiæ Catholicæ, quæ in die solenni Corporis Christi Euangelium accipit ex cap. 6. Ioannis. Nam etsi quandoque Ecclesia vbi uon est Euangelium, vel lectio propria in officio Missæ, soleat lectionem aliquã alicui solennitati applicare non iuxta sensum literalem: vt facit in festo Assumptionis B. Mariæ, iu quo legit Euangelium de historia Marię & Marthæ: vbi tamen est lectio propria de aliquo mysterio loquens, uon illam prætermittit, sicut videmus in festo Natiuitatis Christi, Trãsfigurationis, Resurrectionis, Pentecostes, vel Trinitatis, Annuntiationis B. Virginis, Visitationis eius ad Elisabetham & Purificationis, & quorundam aliorum Apostolorum. Cùm ergo extra cõtrouersiam sit, tres priores Euangelistas ad literam loqui de institutione huius Sacramenti à Christo facta: Ecclesia sanè uon vsurparet verba cap. 6. Ioannis, si uon crederet, & à maioribus semper accepisset, hoc caput ad literam de illa esse intelligendum. Dixit enim eleganter Augustinus libro de Doctrina Christiana, interpretans verba illa Apostoli: *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus: eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnibus, vel penè omnis frequentat Ecclesia.* Ita si quæratur de interpretatione sexti capitis Ioannis, eligo in eius verbis hoc intelligere, quod omnis, vel penè omnis in die solennitatis Corporis Christi frequentat Ecclesia. Sic etiam pars quædam huius capitis legitur in Euangelio defunctorum: non solum quoniã illis hoc sacrificium sub ratione uon quidem

Secunda ratio ab vsu Ecclesiæ Catholicæ.

Luc. 10.

Aug. lib. 2. de doctri. Christ. ca. 8. tom. 3.

1. Tim. 2.

Sacraméti,sed hostiæ,siue oblationis, fructuosum existit, vt habet perpetua Ecclesiæ traditio: sed ob id maximè, quòd edéti hunc panem,& tanquã viaticũ,cùm quis decedit, accipienti, promittitur à Domino resurrectio ad vitam: quemadmodum in testimonijs superius allegatis peculiariter tradunt Irenæus,& Athanasius.

Tertia ratio. Tertia ratio sit: Quia etsi Ioannes quædam, quæ alij Euangelistæ enarrant, prætermittat, vtpote idoneè ab illis perscripta: profundiora tamen mysteria solet altius enarrare, vt de Incarnatione, Passione, Resurrectione, Ascensione,& pastoris Ecclesiæ institutione. Cùm ergo hoc tam magnum,& tam singulare mysterium existat: verisimile non fit ab eo fuisse silentio suppressum maximè cũ Paulus, qui nõ texuit historiam Euangelicã, de illo pertractet. *1.Cor.10. & 11.*

Quare Christus sua mysteria Apostolis de morte prædiceret. Imò, quo fortius sit argumentum, aduerte, quòd Dominus Iesus pro sua incõpatabili sapientia, ne incredibilia viderentur futura sua mysteria ipsis Apostolis in primis credéda,& ab ipsis prædicatione in alios euulganda, solitus erat ea longè ante prædicere, ne postea eorum nouitate, aut turbarentur, aut offenderentur, sed promptiori fide amplecterentur. Et hanc rationem secutus Deus voluit omnia Christi mysteria prius per Prophetas prædici, maximè Incarnationem,& mortem, ac resurrectionem. Ideò Dominus transfigurationem prædixit prius, quam demonstraret, passionem,& multas eius circumstantias, resurrectionem,& tempus eius, antequam resurgeret, ascensionem sæpius prænuntiauit priusquam ascenderet, prædicationem Euangelij per vniuersum orbem, *Matth. vlt.* tribulationes Ecclesiæ,& cum ea suam assistentiam. Promisit Aduentũ Spiritus sancti in Apostolos, ante mortem suam. Pro- *Supra 16.* misit claues regni cælorum Petro, ne cùm darentur illi rursus, admirarẽtur: hinc fre- *Ioan. 21.* quenter dicebat: *Hæc locutus sum vobis, vt cùm* *Ioan 14.* *venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.* Et ipsi postea recordabantur verborum, quæ dicebat illis Dominus Iesus, quando implebantur. Rursus: *Et nunc dixi vobis priusquã fiat, vt cùm factum fuerit, creda-* *Ioan. 16.* *tis.* Iterum: *Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque Synagogis facient vos.*

Cùm igitur Sacrosanctum Eucharistiæ mysterium tam longè à sensibus sit positum, & à ratione tam remotum, quã quoduis aliud mysterium Christianum: opus fuit, vt Christus suauiter procedens, Apostolos præmoneret, prædicando eis hoc Sacramentum à se instituendũ: quod nullibi reperietur factum, nisi cap. 6. Ioannis,

Hanc rationem agnouerunt Chrysostomus in Matthæum,& Cyrillus in Ioanné vt superius produximus. Vnde & Augustinus lib. 3. de Consensu Euangelistarum quærit, cur non fecerit Ioannes mentioné cœnæ Dominicæ: Responderetque: Quia (inquit) planè alibi multò vberius hinc Dominum locutum esse testatur, nimirũ Ioan. 6. *Chrys. ho 8p. in Matt 10 2 Aug lib. 3. de cons. Euang. c.1 tom 4* *Cur Ioannes cœnæ Dominicæ mentionem non fecit, teste Augustino.*

Quarta ratio. Quarta ratio sit: Quia hoc caput si de duplici dũtaxat incorporatione per fidem in Christum passum esset accipiendum, profectò præceptum hoc: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis,* cum illo in- *Ioan. 3.* ciderét: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto:* atqui hoc falsum est, nam aliud est nasci spiritualiter, aliud verò nutriri in vita accepta, vel vitam tueri: manducare ergo,& bibere carnem Christi, & sanguinem eius, quod est iam viuentis, aliud Sacramentum continet, quam illud renascétiæ, quod est nondum existentis, neque viuentis. Quinta ratio, quia cum in controuersijs Fidei Ecclesia & Patres vtantur hoc capite Ioannis intellecto de Eucharistia, non soleant autem illi cõtra hæreticos decertare nisi in sensu literali: sequitur, vel Patres illos turpissimè hallucinatos fuisse, si sensu mystico disputabant; aut hæreticos nostros (quod verisimilius existit) longè ab scopo aberrare, qui nolunt in eo capite mentioné de Sacraméto fieri. Quæ vt exéplis fiant dilucida, ecce Synodus Ephesina prima, & Cyrillus anathemate 11. in Nestorium cõtra Theodoritum, propterea reprehendũt Nestorium ponenté duas personas in Christo, quod si ibi esset persona humana, caro Christi non esset viuificatrix, sicut nec Verbo vnita. Ponit autè esse viuificatricem, ex illo loco: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Concilium Nicænum secundum probat veritatem corporis Christi, & substantialis eius præsentiæ in Eucharistia, ex verbis huius capitis; quemádmodum ex Græcis Origenes, Euseb. Emissen. Damasce. Theophylactus, Euthym.& Nicolaus Methonensis: ex Latinis verò acriter disputant ex hoc loco Cyprianus, Hilar. Leo Papa, Paschasius, Lanfrancus, Algerius Guimundus, Petrus Cluniacensis, Rupertus Tuitiensis in Berengarium, & in Petrobruisianos, & Henricianos hæreticos, ac Innocentius Tertius, Hilarius libr. 8. de Trinitate, & Cyrillus, probant verè Christum in nobis manere. Quia sicut Verbum caro factum est, ita in Eucharistia vera caro est, & verus cibus, iuxta illud: *Caro mea verè est cibus, &c.* Innocentius quoq; Primus, & Augustinus *Concil Ephesinum.* *Cyril. 10.* *Concil Nicænum.* *Veritatem corporis Christi in Eucharistia ex verbis Christi Ioan 6 prę allegatis, qui probent autores.* *Ioan 1.*

in locis

in locis prædictis, confundunt dogma Pelagianum, concedens salutem paruulis sine baptismo; probantes paruulis non solum baptismum necessarium, sed & Eucharistiam per corda, & ora gestantium suscipiendam. Theophilus Alexandrinus confirmat contra Origenem sequentem Manichæos, asserentes creaturam Dei corpoream esse malam, ex hoc loco, esum carnis, & potum sanguinis Christi habere vitam æternam. Theodoritus agens contra Messalianos, dicentes sanctum cibum, nec iuuare, nec lædere; eos reuincit verbis huius Euangelij, & ante hos omnes Irenæus lib. 4. cap. 34. probat, fideles ex huius sancti panis esu consecuturos immortalitatis alimoniam, & probat ex eo quod edentibus hunc panem promittitur resurrectio ad beatam vitam in nouissimo die. His autem omnibus armis, & similibus, quibus Catholici contra hæreticos decertarunt, Ecclesia spoliaretur, nisi intelligerentur de Sacramento Eucharistiæ.

Theop. Alex.

Theodorit. tom. 2

Sexta ratio.

Eucharistiæ Sacramenti virtus, & necessitas.

Sexta ratio fit: Quia si sacrosanctum Eucharistiæ mysteriũ rectè expendatur, adeò est ad salutem necessarium, vt eius virtute actu, vel voto accepti, omnia alia Sacramenta habeant suam efficaciam: sicut riuuli à fonte, & vmbræ à corpore, & figuræ à reipsa figurata. Necessarium enim est omni homini in Christo existenti, actu vel voto communicare Eucharistiæ: sicuti necessarium est nondum in CHRISTO ingresso baptizari, vel ei, qui iam ingressus est, sed in peccatum relapsus, pœnitentiæ Sacramentum. Cùm ergo ad salutem tam necessarium sit fideli communicare corpori, & sanguini Domini: si hoc Ioannis caput de illo non esset intelligendum, nullibi in Scripturis esset expressum illud sumendi mandatum. Nam illud, quod Dominus dixit in cœna: *Accipite, & comedite:* Et, *Bibite ex hoc omnes*; Et, *Hoc facite in meam commemorationem*; Sacerdotes tantùm obligat.

Matth 26. 1. Cor 11.

Eucharistiæ Sacramentum etiam paruulis necessariũ esse ex Patrũ consensu.

Quod autem hoc Sacràmentum etiam paruulis necessarium existat, docet Innocentius Primus in epistol. 93. Augustini ad Patres Concilij Mileuitani, cuius verba superiùs protulimus. Augustinus verò libro de peccatorum meritis, & remissione, ad Marcellinum, sic habet: *Auferatur ergo iam dubitatio, Dominum audiamus, non suspiciones, coniecturasq; mortalium: Dominum audiamus, inquam, non quidem hoc de Sacramento lauacri dicentem, sed de Sacramento sanctæ mensæ suæ, quò nemo rite nisi baptizatus accedit: nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. Quid vltra quærimus? Quid ad hoc respondere poterunt, nisi pertinacia pugnaces neruos aduersus constantiam perspicuæ veritatis intendant? An verò quisquam etiam hoc dicere audebit, quod ad paruulos hæc sententia non pertineat, possintque sine participatione corporis huius, & sanguinis in se habere vitam, quia non ait, Qui non manducauerit, sicut de baptismo, qui non renatus fuerit, sed ait, si non manducaueritis, velut eos alloquens, qui audire, & intelligere poterant, quod vtique non valerent paruuli.*

August lib 1. c. 20. tom. 7.

Contra Pelagianos.

Ioan. 3.

Paruuli qua ratione corpus Christi edant, & sanguinem bibant.

Sic Augustinus, docens etiam ad paruulos extendi cibum Eucharisticum, quanquam per seipsos non comedant, neque bibant. Sed vt credunt per corda, & ora gestantium, ita etiam manducant, & bibunt. Idem etiam tradit Basilius in moralibus, & Cyrillus in illa verba: *Nisi manducaueritis carnem, &c.* Chrysostomus libro de Sacerdotio. Rupertus verò Tuitiensis in illa eadem verba in commentarijs suis, ita ferè ait: *Illud quoque scire oportet, quod ob causas aliquas certas cum his duobus salutis nostræ necessarijs Sacramentis, scilicet Baptismo, & carne sua, sanguineque cibo, potuque venire oportuerit. In vtroque enim est repræsentatio mortis Domini, ait enim 1. Corinth. 11. Mortem Domini annuntiabitis. Et de Baptismo ad Roman. 6. Consepulti enim sumus per baptismum. Et ideò de his duobus ait Paulus: Omnes in mari, & nube baptizati sunt: & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & eundem potum spiritualem biberunt.* Et infrà ait: *Notandum verò quod cum superius dixerit: Hæc est voluntas Patris mei qui misit me, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die: hic eadem sub eadem distinctione, prius inquit habet vitam æternam, & deinde subiungit, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Videlicet ne quis existimet, se absque corporis, & sanguinis eius cibo, potuque visibili vitam vtramque, corporis, & animæ, sola fide recuperasse, & isto Sacramento non egere, hoc ipsum repetiuit, proculdubio contestans quod non verè credat, quisquis manducare, & bibere contemnit. Nam, quantumuis fidelis, & Catholicæ professionis homo sis; si manducare, & bibere recuses de hoc cibo, potuque visibili, eo ipso quod tibi hunc necessarium non esse præsumis, à societate membrorum Christi, quod est Ecclesia, te præcidis; neque rectè credis in eum, cuius in hoc cibo, potuque ab ipso tam diligenter commendato, derogas autoritati. Nonne primi parentes nostri, & prius intrinsecus inuisibiliter corrupti spiritu diaboli, contra creatorem suum intumuerunt, & deinde per serpentem suasi, visibili quoque cibo perierunt? Ita planè oportet pœnitentem hominem, vt prius inuisibili fide subiectus creatori,*

Basi in moralib reg. 21. c. 2. tom. 2.

Cyrill. libr. 4. in Ioan. c. 14. tom 2.

Chrysost li 3. de Sacerdotio, tom. 3.

Ruper. Tuitiens. li. 6. in Ioan.

Ioan. 6.

In Christum filium Dei verè quis non credat.

Gen 3.

Rom. 10.

An Sacramentum Eucharistiæ sit ad salutem necessarium.

corde credendo ad iustitiam ; & ore confitendo ad salutem.& deinde visibili quoque cibo, & potu vita æterna necessariam perficere iustificationem. Sic Rupertus. B. Thom. interrogans an hoc Sacramentum sit de necessitate salutis, respondens scribit : *Dictum est supra , quòd res alicuius Sacramenti haberi potest ante perceptionem Sacramenti , ex ipso voto Sacramenti percipiendi. Vnde ante perceptionem huius Sacramenti , potest homo habere salutem ex voto percipiendi hoc Sacramentum,sicut et ante baptismum ex voto baptismi. Est tamen differentia quantum ad duo.*

B Tho.3.par. q.37.art.3. tom.13.

Baptismus,& Eucharistia in duobus differunt,secundum Thomam.

Primò quidem , quia baptismum est principium spiritualis vitæ, & ianua Sacramentorum , Eucharistia verò , est quasi consummatio spiritualis vitæ,& omnium Sacramentorum finis (vt suprà dictum est) per sanctificationes enim omnium Sacramentorum , fit præparatio ad suscipiendam, vel consecrandam Eucharistiam. Et ideò perceptio baptismi est necessaria ad inchoandam spiritualem vitam ; perceptio autem Eucharistiæ est necessaria ad consummandam ipsam : non ad hoc quòd simpliciter habeatur , sed sufficit eam habere in voto , sicut & finis habetur in desiderio, & intentione.

Qu.68.art.2.

Alterum discrimen.

Alia differentia est : quia per baptismum ordinatur homo ad Eucharistiam , & ideò ex hoc ipso,quòd pueri baptizantur,ordinantur per Ecclesiam ad Eucharistiam , & sic sicut ex fide Ecclesiæ credunt , sic ex intentione Ecclesiæ desiderant Eucharistiam , & per consequens recipiunt rem ipsius. Sed ad baptismum non ordinantur per aliud præcedens Sacramentum , & ideò ante susceptionem baptismi non habent pueri aliquo modo baptismum in voto , sed soli adulti : vnde rem Sacramenti non possunt percipere , sine perceptione Sacramenti. Et ideò hoc Sacramentum in hoc modo est de necessitate salutis sicut baptismus.

An liceat omninò à communione cessare.

Idem q.80. art.11.

Idem alio loco quærens vtrum liceat omninoà communione cessare , respondet allegata sententia : *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis* , quòd omnes tenentur, saltem spiritualiter,manducare : quia hoc est Christo incorporari. Spiritualis autem manducatio includit votum , seu desiderium percipiendi hoc Sacramentum : vt suprà dictum est. Et ideò sine voto percipiendi hoc Sacramentum non potest homini esse salus. Frustrà autem esset votum, nisi impleretur quando opportunitas adesset. Et ideò manifestum est , quòd homo tenetur hoc Sacramentum suscipere: non solùm ex statuto Ecclesiæ,sed ex mandato Domini, dicentis Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* Idem postremò alibi docet , necessariam esse sumptionem Eucharistiæ etiam infantibus : votum autem pueri implendum esse suo tempore: secus est si nunquam perueniat ad vsum rationis.

Qu.73. art.3.

Idem q. 70. art.1.ad primum.

Septima ratio ab incómodis.

Septima ratio sit : Quia si hoc capur de Eucharistiæ spirituali sumptione in Sacramento non intelligeretur , nunquam in Euangelio explicatus esset nobis rectus Sacramenti huius vsus , vel fructus. Non quidem fructus , quia in alijs Euangelistis solum narratur , commemorationem fieri, & annuntiationem mortis Christi, qui fructus non est solus huius Sacramenti, sed etiam manere in Christo , & illum in nobis ; illo viuere, & nutriri , nunquam mori, vitam æternam , & pignus resurrectionis habere : quæ omnia apud caput sextum Ioannis solum explicantur. Vsus etiam rectus non alibi explicatur ; cùm tantum dicatur : *Comedite*, nec declaretur modus. Nam etsi Paulus dicat:Probet autem seipsum homo; & sic de pane illo edat;non tamen declarat quid sit illud salutiferum comedere , quod hic Dominus explicat, dicens esse manere in illo , vel venire ad illum, vt ipse ait in præsentia. Fides ergo viua,quæ mentem firmat, & roborat,illa est, qua Christum manducamus in hoc Sacramento ; Quatenus verò recreat,reficit, & sedat sitim spiritus , illa est , qua illum in Sacramento bibimus. Et excluditur omnis inutilis modus manducandi:qui est, vel ferinus , & qualem cogitabant Capharnaitæ,vel purè Sacramentalis,qualem adhibet indignè accedens ad Sacramentum, vel purè spiritualis sine Sacramento, qualem somniant hæretici.Et constituitur vtilis modus, nempe spiritualis in isto Sacramento sub vno,vel sub duabus speciebus , prout Ecclesia tradiderit.

Eucharistiæ fructus.

Matt. 26.

Fides viua quænam illa.

Inutiles Eucharistiam eo di manducandi.

Vtilis modus communicandi.

Octaua ratio à commodis quæ consequuntur eiusmodi intelligentiam.

Octaua ratio:Quia controuersia illa Bohemorum,& nunc Lutheranorum atq; Sacramentariorum de administrando calice laicis,nunquam , vel apertiùs , vel fortiùs, quàm hoc ipso c.6. Ioann. repellitur,vt declarauit Concilium Tridentinum : nullibi etiam fortiùs confirmatur dogma illud probatum in Concilio Constantin. & Basilien. totum Christum ita sub vna specie, atq; sub duabus contineri, quam in isto capite:rursus parem esse fructum gratiæ communicantis sub vna,atq; sub duabus, quantum attinet ad vim huius Sacramenti. Adhæc egregiè ex hoc loco probatur , quam sit vtilis, & fructuosa frequentatio huius Sacramenti,vt Concil. Cabilonen. superius citatum confirmat. Omnia igitur dogmata hæc,quę huius sexti capitis verbis comprobantur , magna ex parte debilitarentur,& nobis eriperétur arma ad decertandū contra

Triden. sess. 21.c.1.

Conc. Constantiense.

Conci. Cabilonen.c.46.

tra hæreticos, & ad statuenda, & confirmanda Ecclesiæ Catholicæ recepta Enchatistiæ dogmata.

Est hæc ratio nona: Quoniam ferè omnes Catholici autores, qui pauci, & noui sunt, ab eo tempore cœperunt nouam illam expositionem introducere, nempè de purè spirituali manducatione excludente Sacramentum, ex quo Bohemi illum locum pro vtraque specie sumenda vrgere cœperunt: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, & eò conati sunt, quanquam frustrà, trahere aliquos Patres veteres: quod fecerunt Armacanus, Thomas Waldensis in libr. de Sacramentis, & Æneas Pius, Gabriel Biel in Canonem Missę, Cardinalis Nicolaus Cussanus, & Gaspar Sagerus scribens in hæreticos, & Caiet. in tertiam partem D. Thom. & in Ioa. & Ruard. Tapper Decanus Lonaniensis, in explicatione articulorum facultatis Louaniēsis, & Ioan. Hessel. lib. de communione sub vnica specie, & Cornel. Iansen. in Ioann. & pauci prætereà alij. Nouitas ergo sensus illius, & causa nouitatis eius, quæ fuit, nescire se facilè expedire ab eo loco Ioannis, vt etiā testatur Clichtoueus lib. de Sacramento Enchatistiæ contra Oecolampadium; arguit sensum hunc non esse verum, & illum priorem amplectendum, maximè vbi non defuerit commoda atq; apta illius loci Ioannis expositio, atque argumenti hæreticorum dissolutio. Imò illi ipsi authores, qui illo sensu excludente Sacramētum vsi sunt, respondentes hæreticis posteà, & animaduertentes eam soluendi rationem non satis esse tutam, quòd antiqua Ecclesia aliter indicasset; ad aliam responsionem, quæ Sacramentum includit, confugerunt: vt Thom. Walden. vir doctus, & hæreticorum sui temporis egregius expugnator, qui lib. de Sacram. asserit, sub qualibet specie sumi carnem, & sanguinem. Et ad id producit testimonium Innocent. V. qui dictus est Petrus de Tarantasia, & ex Dominicanorum familia assumptus est ad Pontificatum, cuius in 4. distinct. 11. hæc sunt verba.

Armacan li. 9. c. 8 de quæstio Armenorum
Thom. Vualdensis.
Æneas Pius.
Gabriel Biel.
Nicol. Cussa. Card.
Gasparus Sagerus.
Caietan.
Ruard. Tapper.
Ioan. Hesselis.
Cornel. Iansen in Ioa.
Nouitatis huius opinionis causa.
Clichtoueus li. 1. c. 8.
Tho. Vuald. tom. 1. de Sacram. c. 92. & 94.
Innocen. V. alias Petrus de Tarantasia.

In Sacramentis, inquit, *est ratio signi, & ratio causæ. Significatio pertinet ad sapientiam, sed caussalitas ad gratiam: Quia igitur gratia omnibus communiter necessaria est, sed non sic sapientia, efficacia verò æqualis est sub vtraq; specie, sed non significantia, ideò omnibus traditur sub altera specie, in qua potest tradi cum reuerentia, & cautela maiori. A maioribus verò tantum, id est, presbyteris, vel ministris, sumitur sub vtraque specie. Ad obiectum autem, quòd in cibo sine potu non est refectio: dicendum, quòd sub vtraque specie est cibus & potus secundùm rem significatam; quamuis non secundùm speciem significantem. Et cum arguitur illud Euangelij: Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, &c. Dicendum quòd sub vtraque specie corpus manducatur, & sanguis bibitur in re, licèt non in expresso signo. Sed Græci, vt dicitur, instituti per Paulum, in vtraque omnes communicant. Dico (inquit) quamuis illi benefaciant: Latini tamen melius ratione prædicta.* Hactenus ille.

In Sacramētis duo sunt.

Similiter Ioannes Gerson de Communione Laicorum contra Hussitas vrgentes Ioannis verba, respondet Christum nihil ibi locutum de potu. Et tamen idem Gerson in libro, quem inscripsit, Monotesseron, sexto capiti Ioannis hanc apposuit inscriptionem, de prædicatione Enchatistiæ Ioann. 6. Simili ratione Nicolaus de Cussa cùm primum contendisset, illa verba: *Nisi manducaueritis*, de sola spiritali manducatione intelligi debere, sicut & illud: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit*, interpretabatur impleri in omnibus sanctis, tam Veteris, quàm Noui Testamenti: non posse de visibili baptismo, sed de renascentia inuisibili, & spiritali, quæ per fidem fit, accipi: posteà tamen hanc sententiam nouam cœpit ad antiquitatis consensum reuocare. Vnde epistola 7. de amplectenda vnitate, ad Bohemos scribens, obijcit sibi: *Sed si quis* (inquit) *dixerit; Nonne quidam hunc textum, Nisi manducaueritis, exponunt de esu Sacramentali: scilicet quod quamuis intelligatur de spiritali esu, tamen in hac Ecclesia constare debet Christianum sub signis Sacramentalibus confiteri Christum esse esum, & potum vitæ? Sic edens spiritualiter, quasi corde credens ad iustitiam, etiam tenetur ad esum Sacramentalem, quasi confessio oris fiat ad salutem, sicut etiam de baptismo fidelium dicitur.*

Ioan. Gerson.
Idem.
Marc. vlt.
Nicol. Cussa.
Rom. 10.

Tenetur igitur in voto esum Sacramentalem habere: aliquando ergo dicitur communicare, vt arguit sanctus Thomas: fatemur hoc sic se habere, sed non potest quis obligari ex voto ad impossibile: hoc dicit de laico, qui non potest accipere Euchatistiam aliter, quàm ab Ecclesia dispensetur; & idcircò ad vtramque speciem, si non datur, minimè arctatur.

Decima ratio, ad hoc facit, quòd recentiores omnes hæretici vnanimi consensu expositionem de manducatione purè spirituali excludente Sacramentum, libentissimè amplectuntur, consectanturque, vt Lutherus, Zuinglius, Brentius, & Oecolampadius, Caluinus, Beza, Petrus Martyr,

Decima ratio à sensu hæreticorum meritò suspecto.

atq;

atque alij innumeri. Cùm autem constet, illos malo spiritu duci in his, quæ ad hoc Sacramentum spectant; probabile maximè redditur, expositionem illam de falsitate suspectam nobis esse debere. Quod etiam hæreticis maximè fauet: quia illa dogmata, nempè veram Christi præsentiam in Eucharistiæ Sacramento, & panis substantiam & vini à Sacramento abijsse, & Eucharistiá esse verum Noui Testamenti sacrificium, & totum Christum sub qualibet specie contineri, & tantum fructum percipi sub vna, atq; sub duabus, quę ex hoc textu comprobantur, redduntur infirma, & inualida.

Vndecima ratio.

Vndecima ratio est: Quia nihil noui Dominus hic adferret, vel promitteret, & inutilem rem tam longis metaphoris innol ueret, si de illa manducatione potè spirituali loqueretur: cum omnia posset vno verbo absoluere, & sedare offensionem Iudæorum, & discipulorum, dicendo, Credite in me, & habebitis vitam; aliàs certa cōdemnatio vos manet: quod cùm non fecerit, qui omnia suauiter pro sua sapientia disponit, & salutem nostram ardentissimè sitit, proculdubio mens eius erat astringere nos ad esum sui ipsius in venerando mysterio Eucharistiæ.

Duodecima ratio, ac postrema.

Vtilis Scripturæ interpretandæ canon.

Duodecima ratio fit ac postrema, Quādoquidem in exponenda sacra Scriptura, vbi proprius sensus haberi potest, non est quærendus figuratus, siue metaphoricus: ita vbi haberi potest figuratus, & metaphoricus minus remotus à litera, & minus prōcul petitus, non est quærendus remotior, & magis tropicus. Cùm ergo à verbis panis & vini, cibi & potus, carnis, & sanguinis, famis, & sitis, satietatis cibi & potus, manducationis & bibitionis, remotior fit, alieniorq; ille sensus, qui tradit spiritualem mā ducationem per fidem tantùm sine Sacramento, quàm ille, qui manducationem spiritualem tradit in vsu Eucharistiæ, quia falsem sunt species panis, & vini corporales, quas sensibiliter edimus, & bibimus, & in eis re, vel voto acceptis, vel in quauis illatum omnia vberius, & spiritaliter faciamus: venit ergo hic sensus alteri magna cum ratione præferendus, ac proinde solus amplectēdus. Quæ omnia nobis disputata sint ad confusionem hæreticæ prauitatis, & ad confirmationem Catholicę fidei, & ad gloriam huius sanctissimi Panis, qui verè de cœlo descendit, & dat vitam mundo, Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu sancto perpetuò viuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

(∴)

TRACTAT. XXIV.

De disceptatione Domini cum Capharnaitis de Pane vitæ edendo, in illa eadem verba: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitā in vobis.* Quorum verborum Catholicus, & germanus sensus producitur, neque per illa arctari laicos ad communicandum sub vtraque specie, ostenditur.

Propria huius loci disputat.

Qvoniam in sequenti libro latè disserendum est, de venerabili, & Sacrosancto Eucharistiæ mysterio, in eoque luculenter ex hoc Ioannis capite confirmanda dogmata, quæ ab hæreticis sunt in controuersiam vocata; propterea hoc loco tantùm nobis est explicandus Ioannes, & sensus Catholicus Eucharistię stabiliendus; & ea quæ fiunt argumenta contra illum sensum, diluenda. Inter quæ potissimum, & vt hæreticis indissolubile videtur argumentum pro dispensanda laicis vtraque specie Sacramenti, quòd ex illis verbis deducitur: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, &c.* soluendum est. Nostrum igitur est, hoc tractatu perspicuè quam sit infirmū, ac debile hoc argumentum, ostendere; & verum, ac germanum illorum verborum sensum aperire.

Communio laicorum sub vtraque specie minimè iure diuino fuisse præceptam.

Sess. 8 Concil. Constantien. Basilien. Tridens. can. 1.

¶ In primis igitur statuendum est, communicationem sub duabus speciebus, laicis nullo modo diuino præcepto esse mandatam: quemadmodum in Concilijs Generalibus, Constantiensi, & Basiliensi, definitum est, & postremò in Synodo Tridentina Sessione 21. anathema pronuntiatum in omnes qui aliter sentirent: neq; de hoc pluribus hic agendum est, quia sequenti libro inuictè demonstrabitur.

Eundem ex c. 6 Ioan. ab hæreticis nonnisi falso, & impudenter affirmari.

Secundò statuendum, hæreticos nostri seculi non posse, sine magna, & aperta impudentia, hunc locum producere pro confirmanda laicorum communione sub vtraque specie. Nam, vt superiùs ostendimus, omnes illi magno consensu docent, nihil in hoc capite Dominum de Eucharistia locutum fuisse, sed tantùm de nuda fide, qua Christum pro nobis passum, & mortuum amplectimur, & manducamus. Si qui verò sunt ex hæreticis (quia nō semper sibi constant) vel etiam ex Catholicis, qui admittāt, sermonem esse in hoc capite de Sacramēto Eucharistiæ, & propterea vrgeant communionē laicorum sub vtraque

specie

Æneas Siluius lib. de Origine Bohemorum, cap. 35.

ſpecie participandam, vt olim fecerunt Bohemi, de quibus teſtatur Æneas Siluius, quòd deſtituti omnib⁹ alijs locis pro tuenda ſua opinione; quaſi pet illa parum aſſequerentur, quod vellent, huic vni, tāquam Achilli fortiſſimo & inuicto innitebantur, nempe: *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, &c.* Proptereà cōtra hos, qui olim fuerunt, & ſi qui etiamnum exiſtant, ſiue hæretici ſint ſiue Catholici, laborem hunc aſſumimus: vt etiam, illo poſito quod hæc verba de Sacramento intelligantur, non tamen adſtringant laicos ad vtramque ſpeciem participandam, vel Sacerdotes ad vtramque illis diſpenſandam, demonſtremus.

Propoſitæ Ioannis ſententiæ intelligentia qua tradēda ſit, & explicanda.

Tertiò prænotandum, nos in his verbis verum, & ſuauem ſenſum explicare velle: qui certè verus non erit, ſi cum ſententia ab Eccleſia definita, & pro Fide in Concilijs propoſita pugnet, & aduerſetur: quantumuis illi cortex literæ magis arrideat, & faueat, quàm ſenſui Eccleſiæ. Nec enim proptereà eſt ſenſus Scripturæ, qui non eſt ille, quem literæ cortex primò porrigit, cum multa falſa, & abſurda ſuperficies literæ continere videatur: quemadmodum in Canticis, & in alijs locis patet: ſed ille eſt verus ſenſus, quem Spiritus ſanctus autor Scripturæ, qui in Eccleſia proculdubio relictus eſt, potiſſimum voluit ſignificare; quanquam ſenſus hæreticorum ipſi textus cortici vicinior ſit, quàm ſenſus Eccleſiæ. Nam vt hæc aliquo exemplo illuſtremus, conſidera nonnullos hæreticos extitiſſe, qui dicerent nullo modo iuſiurandum licitum eſſe: quibus cortex verborum Domini, dicentis: *Ego autem dico vobis non iurare omnino*, magis applaudit, quam Catholicis, dicentibus illud quandoque licitum eſſe. Ad eundem modum Manichæi damnabant omnes Patres Veteris Teſtamenti: & ſuæ damnationi atteſtari, & fauere putabant verba Domini apud Ioannem: *Omnes quotquot venerunt, fures ſunt, & latrones:* quorum tamen ſententia damnata eſt, & ab omnibus damnaoda.

Verus ſenſus Scripturæ quis, & vbi reperiatur.

Matth. 5.

Ioan. 10.

Scripturæ ſenſus literalis ex duob. dependet.

Quartò præmittendum, quòd ſenſus literalis, de quo in præſenti diſputamus, quandoque eſt ille, quem Scripturæ verba propriè ſumpta ſignificant, quandoque verò ille, quē porrigunt vocabula metaphoricè ſumpta, ſi per tropum.

Senſus verus vero alteri ſenſui quid præſtet.

Neque hic tantùm aliquem ſenſum talem quærimus, qui in ſe verus ſit, quia huiuſmodi multi occurrunt: ſed inter veros quærimus illum, qui ſit germanior, ſuauiorque, atque ille ipſe quem præcipuè, dum Dominus hæc verba dixit, cogitabat. Quod proptereà à nobis dictum eſt; quia non omnia vera omni loco quadrant: neque omnia in omni loco Scripturæ dicuntur ab Spiritu ſancto, ſed quædam in vno loco, quædam in alio. Ideò in quibuſdam locis meritò quædam excluduntur, non tanquam falſa aut hæretica, ſed tanquam ea, quibus non ſit in illis ſententijs locus.

Huius ſententiæ Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, & reliq quatuor ſenſus proponuntur, ac diſcutiuntur.

His igitur poſitis, & tanquam veris, & omni acceptione dignis admiſſis, quatuor ſenſus huic ſententiæ tribui poſſunt. Primus, ferinus, vt cogitabant Capharnaitæ: alter eſt purè Sacramentalis, qui varius eſſe poteſt; tertius eſt purè ſpiritualis, qui excludit & Sacramentum, & votum eius; quartus verò, Sacramentalis ſimul, & ſpiritualis, ita vt neceſſarium ſit manducare ſpiritualiter, & Sacramentaliter, & bibere Sacramentaliter, & ſpiritualiter: nullusque iſtorum quatuor ad verba Chriſti intelligenda, & ad definitiones Eccleſiæ accommodari poteſt. Supereſt igitur quintus ſenſus de ſpirituali manducatione, & bibitione in Sacramento indiſtinctè, vel ſub vna, vel ſub duabus ſpeciebus, actu, vel voto accepto, prout Eccleſia porrexerit, & diſpenſauerit. Primus ſenſus, quem prædictæ ſententiæ à nobis ſumptæ porrigunt verba, eſt, quòd oportet manducare carnem Domini, eam dentibus dilaniando, & conterendo, atque in ſtomachum traijciendo: & ſanguinem eius bibere ferino more eum hauriendo vt Scythæ faciunt, & Anthropophagi; alioqui nobis non conſtaret vita. Hic autem ſenſus ex eo apertè ſignificatur per verba propriè accepta, quia manducare carnem, ſiue hœdinam, ſiue bouinam, ſiue arietinam, ſiue humanam, ſiue quamuis aliam: & bibere ſanguinem humanum, vt lepra laborantes quandoque facere ſolent, hoc ipſum quod dictum eſt, propriè ſignificat: hic autem ſenſus proptereà falſus eſſe conuincitur, quia eſt regula B. Auguſtini lib. 3. de doct. Chriſt. Quod vbi ſcripturis ſanctis verba propriè, & iuxta rationem Grammaticæ accepta, ſenſum alicuius rei inutilis, aut impoſſibilis, aut inhoneſtæ porrigunt, non eſt ille ſenſus literalis, & germanus illius loci, & quem præcipuè Spiritus ſanctus intendit: ſed tunc ad metaphoram, & figuram, ſiue figuratam locutionem eſt accurrendum, & per tropos locus explicandus. Quemadmodū Aug. de hoc ipſo loco teſtatur, cuius verba hæc ſunt: *Si præceptiua locutio eſt, aut flagitium aut facinus vetans, aut vtilitatem, aut beneficentiam*

Primus ſenſus, ferinus videlicet, & inhumanus.

B. Auguſt. formula lib. 3. de Doct. Chriſt. cap. 16. Scripturis interpretandis accommoda, tom. 3.

duplicem substantiæ formam, qua nunc in humana, nunc in panis vini intelligitur forma. Sic ille.

Hieron. to 2. Quo sensu Hieronymus hæc verba: Qui manducat meam carnem, &c. ad spiritalem referat vnionē fidelium.

1. Ioan. 4.

Nec obstant quæ ex secundo libro in Iouinianum producuntur, vbi ait: *Vis scire quomodo cum Christo vnum corpus efficiamur? Doceat te ipse, qui condidit: Qui comedit carnem meam, & bibit sanguinem meum, hic in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui comedit me, viuet propter me,* Et pòst: *In hoc intelligimus quod in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis.* Ex quibus apparet, Hieronymum illa verba Ioannis ad id protulisse, vt ostendat nos manere in Christo, & viuere propter illum, quia spiritu, non quia Sacramento vnimur; & ideò de spiritali tantùm loquitur manducatione. Respondemus, Hieronymum nil aliud ibi spectare, quàm spiritalem vnionem: sed hæc tam per baptismum inchoatur in paruulis, quā per fidem viuam in adultis; per Eucharistiam verò augetur. Cùm ergo duo apud Ioannem proponantur, promissio Sacramentis in illis verbis: *Et panis quem ego dabo, caro mea est,* & effectus eiusdem Sacramenti dignè sumpti, in illis verbis, *manet in me, & ego in eo*: Cùm inquam hæc duo ibi proponantur, quæ ratio cogit, vt Hieronymus alterum vrgens; ideò reliquum negare censeatur: ad rem enim suam faciebat, ostendere nos vnum fieri cum Christo per gratiam, qua manemus in illo; nō propterea tamen negauit de Eucharistia illic haberi sermonem. Ad hæc Hieronymus ad Hedibiam coniungit verba Ioannis cum Dominica cœna, dicens: *Si ergo panis qui de cœlo descendit, corpus est Domini: & vinum quod discipulis dedit, sanguis illius est, &c. Nec Moyses dedit vobis panem verum, sed Dominus Iesus: ipse conuiua, & conuiuium: ipse comedens, & qui comeditur,* ac reliqua. Idem exponens illud Psalmi: *Tu es Sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedec,* hoc ipsum apertè tradit. Augustinus tract. 26. & 27. in Ioannem latè exponit de Eucharistia totum hoc caput: licet in quibusdam opus habeat interprete. Et idem libro De peccatorum meritis, & remissione. Et serm. 2. de verbis Apostoli; & de verbis Domini 46. libro etiam primo in Iulianum Pelagianum. Idem lib. 6. Hypognosticon. Gaudentius Episcopus Brixiensis: cuius consecrationi interfuit B. Ambrosius. Ambrosius libro de Sacramentis: *Sicut verus,* inquit, *est Dei Filius Dominus noster Iesus Christus, non quemadmodū homines per gratiam, sed quasi Filius ex substantia Patris: ita vera caro, sicut ipse dixit, quam accipimus, & verus est potus. Sed fortè dicas quod dixerunt tunc temporis etiam discipuli Christi audientes dicentem: Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non manebit in me, nec habebit vitam æternam. Fortè dicas, Quomodò vera? qui similitudinem video, non video sanguinis veritatem. Primo omnium dixi tibi de sermone Christi, qui operatur vt possit mutare, & conuertere generalia instituta naturæ. Deinde vbi non tulerunt sermonem Christi discipuli eius, sed audientes quòd carnem suam daret manducare, & sanguinem suum daret bibendum, recedebant: solus tamen Petrus dixit, Verba vitæ æternæ habes, & ego à te quo recedam?* Idem sermone secundo Paschali ait: *Hoc est illud viaticum, quo in hac via vitæ alimur, ac nutrimur, donec ad ipsum perueniamus de hoc seculo recedentes: vnde dicebat, Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Sedulius in priorem epistolam ad Corinthios coniungit duo illa dicta: *Calix benedictionis, cui benedicimus*: Et, *Qui manducat meam carnem.* Isidorus de officio bapt. Ea quæ ad institutionem Sacramenti pertinent, cum ijs, quæ cap. 6. Ioannis leguntur, variè permiscet. Prosper, discipulus August. tract. de promiss. & tradit. cap. 39. ponderat, quod Deus dedit populo panem mane, & vespere carnes: quia primò populus suscepit panem sanctum, qui de cœlo descendit; deinde carnem Christi in passione confectam, de qua ipse Dominus ait: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis.* Petrus Rauennas, discipulus & ipse B. Augustini, sermone in orationem Dominicam, in illud: *Panem nostrum quotidianum*, idem testatur. Primasius quoque discipulus Augustini, in verba illa Apocalypsis: *Et præceptum est illis* (scilicet scorpionibus) *ne læderent fœnum terræ, &c. nisi tantùm homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis:* illo locutionis genere vti voluit, quòd multis locis Scriptura diuina frequentat, quo dicit: *Qui edit carnem meam, & bibit meū sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Ac si diceret: Qui sic edent, vt edenda est: & sic bibent, vt bibendus est sanguis meus. Multi enim cùm hoc videantur accipere, in Deo non manent, nec Deus in ipsis: quoniam iudicium sibi manducant, & bibunt. Iunilius in Commentarijs super Genesim explicat de mysterio sui corporis & sanguinis dixisse Dominum: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, &c.* Victor Episcopus Cumanus, libro de fidei ratione ad Gensericum: *Patris substantiam Filium esse, propheticis iam olim designatum est oraculis dicente Salomone: Substantiam enim, & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas, quam in figura & imagine panis cœlestis populo Israel*

cælitus

Baptismi, & Eucharistiæ proprij effectus.

Hierony. ad Hedibiam q. 2. tom 3.

Idem in Psal. 109. tom. 9.

August. to 9

Idem lib 1. c. 20. tom. 4.

Idem tom 10.

Idem cap. 2 to. 4.

Idem tom. 7.

Gaudentius Episc.

Ambros li 6. de Sacram. c. 1. tom. 4.

Sermo Christi quam potens & efficax sit, secundum Ambrosium

Idem tom. 3.

Sedulius in 10 & 11. c. prioris epis. ad Corint.

Isido. De offic bapt c. 18.

Prosper Episc Aquitanus.

Exod. 16.

Petrus Rauē serm 67.

Matth 6.

Primasius Episcop.

Apocal. 9.

1. Corinth. 11.

Iunilius.

Victo. Episcopus Cuman.

Patris substantia Filius est

Sapient. 16.

cælitus apparet profluxisse: *quia ipse Dominus in Euangelio exposuit, dicens: Non Moyses dedit vobis Panem de cœlo: se vtique panem esse designans, cùm dixit, Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi.* Ioannes Maxentius in Dialogis in Nestorium, inducit Nestorium disputantem ex illis verbis: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis*, neque dixisse carnem Dei, vel Filij Dei, ponens de Sacramento intelligi. Sed non intelligebat quòd ipsa caro Filij hominis, caro Dei sit: quomodo enim alias præstaret vitam æternam? Vvalfridus Strabo lib. de rebus Ecclesiast. non esse diu abstinendum à cõmunione Corporis Domini, ex illis verbis probat: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis*; & subdit: *Cùm ipse Filius Dei dicat; Caro mea verè est cibus: & sanguis meus vere est potus: ita, intelligendum est eadem redemptionis nostræ mysteria, & vere esse corpus, & sanguinem Domini; vt illius vnitatis perfectæ, quam cum capite nostro iam spe, postea re tenebimus, pignora credere debeamus, inde & Sacramenta à sanctificatione, vel secreta virtute dicuntur.* Sanctus Chromatius, qui vixit ante annos mille, interpretans orationem Dominicam; & S. Fortunatus Episcopus Pictauiensis tractat. in orationem Dominicam, idem affirmat. Paschasius lib. de corpore & sanguine Domini capit. 19. probat ex illis verbis: *Caro mea verè est cibus*: &, *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*, veritatem corporis Christi in Sacramento Eucharistiæ. Quemadmodum Cassiodorus in Psalm. 129. idem ex illis verbis declarat: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis*. Adhæc Petrus Damianus in dictum Apostoli: *Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur*: & Lanfrancus Cardinalis libr. de veritate Corporis Domini in Eucharistia cõtra Berengarium, & Algerius Cluniacensis libro de veritate Corporis Christi in Eucharistia, & Guimundus Episcopus Auersanus libr. 1. in Berengarium: omnes isti quatuor contemporanei floruerunt anno Domini M. D. & probant veritatem Corporis Christi contra primum huius hæresis suscitatorem, ex verbis Ioannis: *Panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita: Nisi manducaueritis carnem Filij hominis*. Et, *Caro mea verè est cibus*, & reliqua. Adelmanus Episcopus Brixiensis in epistola ad Berengarium: *Patres*, inquit, *nostri audierunt Christum de se ipso in Euangelio prædicantem: Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Dabo, inquit, non dedi. Quando ergo cœpit dare? Quando pridie quam pateretur, accepit panem*, & quæ sequuntur. Rupertus etiam Tuitiensis libr. de operib. Spiritus sancti, & in Commentarijs in Ioannem; ex cuius verbis egregiè probat præsentiam Christi in hoc Sacramento. Bernar. in tertium versiculum 90. Psalmi, & Ricardus de Sancto Victore in explicatione quarundam difficultatũ ad B. Bernardum, & Petrus Cluniacensis libr. in Petrobrusianos, & Henricianos, sui temporis Hæreticos, ait, ex illis verbis: *Panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita*; Et, *Caro mea vere est cibus*; &, *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis*, colligi veritatẽ Corporis Christi: nam & hi quatuor videntur eodem tempore vixisse. Bonauentura in quarto probat Corpus Christi secundùm veritatem in altari, ex eo: *Caro mea verè est cibus*: sed cibus, qui non exponitur ad cibãdum, est cibus frustra: ergo si caro Christi non est cibus, frustra exponitur ad cibandum: sed non in se, scilicet visibiliter, ne generet horrorem, ergo est vera caro Christi sub Sacramento. Adde Ioannem Duns, qui Scotus dicitur, in quarto: *Veritas (inquit) ista, quod Corpus Christi realiter contineatur sub specie panis & vini, fundata est Matth. 26. & Luc. 22.* Hoc etiam manifestè patet ex alio loco Scripturæ, scilicet Ioann. 6. vbi est diffusa prædicatio de isto Sacramento. Vt interim omittam sanctum Thomam iam productum superius, Albertum Magnum, Hugonem Cardinalem, Dionysium Carthusianum, Nicolaum de Lyra, Simonem de Cassia in verba huius Euangelij, Nicolaum de Cussa in episto. ad Bohemos, & in libris excitationum, Iudocum Chlichtoueum de Sacramẽto in Oecolampadium. Accedit illis Santes Pagninus Lucensis in Isagoge ad sacras literas; Nicolaus Sanderus, & Ambrosius Catharinus peculiaribus tractatibus de hac ipsa re magna eruditione, & singulari pietate editis pro nostro sensu decertarunt. Denique Roffensis assertione 16. in Lutherum scripsit: *In hoc non minus abs te dissentio quàm Cyrillus, Hilarius, Cyprianus, ac cæteri Patres existimãt, qui non solum palam vsurpant huius capitis verba pro testimonio Eucharistiæ, sed etiam apertissimis rationibus id docent vsurpandum.* Idem in Præfatione libri 5. in Oecolampadium docet ab illis verbis: *Et panis quem ego dabo*, inchoari tractatum de Eucharistia, quæ continet carnem Domini, & sanguinem, quemadmodum etiam B. Thom. in eũdem locum affirmat, his verbis: *Quod dixit supra, Ego sum panis viuus, pertinet ad veritatem verbi. Hic verò quod subdit, pertinet ad communionem sui corporis, scilicet ad Eucharistiæ Sacramentum.* Adijcit Roffensis, illustris Christi martyr nõ dubitare se eum dicere desertum, & reiectum, atq; reprobatũ à Deo, qui diutius contenderit, an non esse veram Christi carnem,

Marginal notes: Io. Maxentius lib. 1. Dialog. — Error Ioannis Maxentij. — VValf. Strabo lib. de reb. Eccle. cap. 17. — Sacramentorum nomen vnde. — S. Chromati in 6. c. Matt. — C. Fortunatus. — Paschasius. — Cassiodorus. — Petrus Damianus. 1. Cor. 6. — Lanfrancus Cardin. — Algerius Cluniacen. — Guimundus Episcop. Auersanus. — Adelmanus Epis. Brixien. — Rupert. Tuitien lib. 3. De oper. Spiritus sancti. & li. 6. in Ioannem. — Bernard. — Ricardus de S. Victore. — Petrus Cluniacensis. — Bonauent. in 4. dist. 11. — Scotus in 4. dist. 10. — S. Thomas. — Alber Magn. — Hugo Cardinalis — Dionys. Carthus. — Nicolaus de Lyra. — Simon de Cassia. — Nicolaus de Cussa epist. 7. ad Bohe — Iudo Chlichtoueus. — Santes Pagninus lib. 10. Isagoga. — Nicolaus Sanderus. — Ambros. Catharinus. — Roffensis martyr. — Idem. — Idem. B. Thomas lect. 6 in 6. c. Iod. tom. 6. — Desertus quis, reiectus atque reprobatus à Deo, secundum Roffensem.

carnem, & sanguinem in Eucharistia, aut verba Ioannis in 6. capite ad eandem Eucharistiam nequaquã spectare. Ex quibus habes, perinde esse sententia Roffensis reprobatum eum, qui negat verba Ioan. 6. ad Eucharistiam ad literã non spectare, atque illum, qui simpliciter negat verã corporis Christi, ac realem præsentiam in Sacramẽto altaris. Quis ergo se audeat opponere tantæ testium Catholicorum nubi, etiamsi omnes aliæ rationes deficerent?

Ruardus Tapperus tom. 2. art. 15.

Ruardi Tapperi de sensu Chrysostomi & Cyrilli in verba Ioannis propositis, obiectio diluitur.

Quod verò Ruardus Tapperus asserit, Chrysostomum, ac Cyrillum, aliosq; Patres scribentes in ca. 6. Ioanois, ideò præcipuè Sacramentu Eucharistiæ mentionem facere, quia ibi Domin⁹ disserit de re, quæ per Sacramentum significatur, nempè de societate, et participatione Passionis Christi & vnione cum ecclesia, quæ est mysticũ Christi corpus: penitus est perspiciẽdum. Nam respondemus, illos Patres de Sacramento ipso, velut de re à Domino intellecta clarissimè loqui, & non tantùm de re per Eucharistiam significata. Neque enim illi mentionem tantùm fecerunt Eucharistiæ, velut fortuitò, & ex occasione quadam in eius rei sermonẽ inciderint: sed ea mente & animo, vt putauerint quædam eius capitis verba germanam, & propriam intelligentiam non habere aliam, quàm vt Eucharistiæ Sacramentũ pollicitarentur. Ad quod apertè indicandum, illud vnum in primis spectare debemus, quas rationes illi Patres adferant suæ interpretationis: non eas quæ solum rem significatam per Eucharistiam spectant, sed illas, quæ ipsius Sacramenti efficaciam attingunt.

Cur ad ea Christi verba Accipite, & comedite: hoc est corpus meum Apostoli minime ex horruerint.

Chrys ho. 83. in Matt. to 2.

Chrysostomus in Matthæum quærit, qui factum sit, vt non turbarentur discipuli, cùm Christum audirent dicentẽ: *Accipite, & comedite: hoc est corpus meum: Quia*, inquit, *multa iam, & magna de hoc antè disseruit*. At vbinam Christus multa, & magna disseruit de Sacramento corporis sui, nisi in Carphanao, & paulò pòst ipse quoque bibit ex eo, ne auditis his verbis dicerent, Quid igitur sanguinem bibimus, & carnẽ comedimus? ac ideò perturbarentur: nam & quando priùs de his verba facit, multi solummodò propter verba scandalũ passi sunt. ne igitur tunc id quoq; accideret, primus ipse hoc fecit, vt tranquillo animo ad communicationem mysteriorum induceret. Deinde in illa verba: *Et panis quem ego dabo*, quærit, cur hæc solis discipulis cõmunicata non sint, vti Matthæus cùm priuatim cum ipsis loqui testatur? Sed vbi testatur Matthæus, Christum priuatim loqui cum discipulis de carne sua in cibum data,

Idem ho. 45.

Matth. 26.

præterquam in vltima cœna? Idem explicans verba illa Ioannis: *Nisi manducaueritis*, ait, *Frequenter in mysteriis versatur, & omnino id fieri oportere demonstrat.* Et superius: *Hoc discipuli est, quæ magister asserit, non curiosius inuestigare, sed audire, & credere, & idoneum solutionis tempus expectare.* Cyrillus quoque in illa verba: *Nisi manducaueritis*, ita proponit, *Quomodò quidem carnem suam dabit ad manducandum, non docet: quia intelligere illi non poterunt: quam magna verò bona, si cum fide mãducabunt, adipiscentur, id iterum atq; iterum aperit, vt æterna desiderio vitæ ad Fidem compellantur, per quam etiam doceri facilius poterant.* Et infrà: *Sic credentibus discipulis fragmenta panis dedit, dicens, Accipite, & manducate; hoc est corpus meum, &c. Perspicis quia sine fide quærentibus, mysterij modum nequaquam explanauerit, credentibus autem etiam non quærentibus exposuit?* Sic ille. Vbi per manducationis modum declarat se intelligere ipsius Eucharistiæ institutionem. Cyrillus ergo, & Chrysostomus idcircò de Sacramẽto exponunt verba Domini, nõ quia Dominus de mystica vnione ibi disserat, sed quia verè credebant Dominum de Eucharistia propriè locutum.

Idem ho. 46. in Ioan. to. 3.

Idem. ho 45.

Cyril lib 4. in Ioan c 14. tom. 2.

Ruardi altera obiectio diluitur.

Adijcit secundo Ruardus, ideò sanctos interpretando accommodasse verba Saluatoris ad esum, & potum Sacramẽtalem, quia in eorum Ecclesijs mos obtinebat, vt sub vtraq; specie toti populo Sacramentũ administraretur, & quia hic modus manducandi carnem, sub Sacramento præsẽtem perfectius implet verba Christi in Sacramentali manducatione, & cum maiori fructu: idcircò moris fuit Patribus in homilijs ad populum scripturas accommodate pro captu, & ædificatione auditorum. Sed hic dicendi modus ponit hæc verba sexti capitis ad aliquẽ sensum nec germanum, nec literalem accommodari, quod falsũ est omnino, ac fragili nititur fundamento. Nam quis probabit vllum sensum literalem esse verborũ Domini, si hic non est? Quod si aliter quã Christus intellexit, accommodantur verba Domini ad Sacramentalem esum, idem quoq; indicium de ijsdẽ Patribus in verbis primi, secundi, aut tertij capitis apud Ioannem exponendis fieri poterit: mox enim Caluinus contendet, illa verba Domini: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto*, ad baptismi Sacramentum aliter quam Christus intellexit, veteres Patres accommodasse.

Tertia obiectio.

Ioan. 3.

Si dicas, ibi aquam esse nominatim: non euinces, nam & hic nominata sunt caro, sanguis, & panis, & verbum de futuro Dabo. Certè tempore Cypriani solũ Eucharistia

Tempore Cypriani Eucharistiam solum sub specie panis dari solitum vnde patefiat.

ristia sub specie panis dabatur, vt constat ex sermone 5. de lapsis. B. etiam Thom. & Albertus, qui nouerant sui seculi populū sub vna tantùm specie cómunicare consultius esse: nihilominus caput illud de Eucharistia propriè loqui interpretati sunt. Non ergo vtriusq; speciei cōsuetudo fuit, vt sextum caput ita explicaretur ab antiquis Patribus.

Quarta obiectio.

Quòd verò caro Christi perfectissimè in Sacramento manducari, & verba Domini in sacramentali manducatione plenius impleri dicuntur: hoc totū pro nobis est. Nam quid obstat quo minus ea interpretatio cuiusq; scripturę sit maximè propria, per quam & res, qua de agitur, perfectissimè fit, & verba, quæ illā præcipiunt, plenius implentur? Christus apud Ioannē permittit perfectissimā sui corporis manducationē, per quā non solum venitur ad ipsum, sed prætereà manetur in ipso, vt eā, ex qua viuitur propter ipsum, quæque implet figuram mannæ perfectissimè, & ob quam viuet in æternum, & resuscitabitur in nouissimo die. Si ergo verba Christi ex confessione aduersariorum in Eucharistia plenius implentur, quàm alibi: ergo apud Ioannem de manducatione Christi in Eucharistia differitur.

Spiritualis Eucharistiæ manducationis effectus.

Quinta obiectio.

Demum addit Ruardus, Patres in homilijs accommodare scripturas pro auditorū captu, & ædificatione q; interdū facere non negamus, quādo nō dedita opera, sed ob explicationem Euangelij per aliā occasionē id faciunt: at Chrysostomus, & alij hoc agebant in homilijs, vt literalem, & germanū Christi, & Pauli sensum plebi exponerēt, quo certè nullus Patrum magis accuratè verū scripturæ, & literalem sensum explicauit. At Cyrillus non videtur ad populū suas interpretationes tā frequenter proposuisse, & licet proposuerit, tamē literalē in primis verborum Domini sensum quærit, ac sectatur. Sed certè multi sunt Patres, qui homilias, aut rarò, aut nunquā dictarunt, vt Athanasius, Paulus, Augustin. Theophylact. Euthym. Rupert. nec minoris ponderis sunt Basil. Hilar. Ambros. & Damascen. Hieronym. Theodorit. Sedul. qui etsi Euāgelium Ioannis nō interpretarentur, tamen in disputatione, quam contra hæreticos instituerunt, eandem intelligentiam verborum Domini pro notissima, & catholica veritate habuerunt. Ex his verò qui homilias dictarūt, Cyprianus, Eusebius, & Leo sunt qui non solent à literali sensu ad allegoricum scripturas accommodare.

Qui patres raro, aut nū[quam] homilias dictauerunt.

Qui verò ab historico ad allegoricum Scripturarum sensum in dictatis homil[i]js non facilè descendant.

Sit igitur hæc prima ratio à traditione sumpta, & conformi Doctorum consensu qui dati sunt nobis, ne circūferamur omni vento doctrinæ: quem numerum Patrum fortassis difficile esset, vel in vna Synodo Oecumenica inuenire. Sic enim olim Augustinus disputans cōtra Pelagianos, cùm produxisset quorundam Catholicorū Doctorum testimonia, eleganter dixit: *Si Episcopalis Synodus ex toto orbe congregaretur, mirum si tales possent illic facilè sedere tot, quia nec isti vno tempore fuerunt.* Pulchrum est illud, quod ibidem paullò superius ait Augustin. de veteribus Doctoribus: *Neq; nobis, neq; vobis irati sunt, neque nos, neq; vos miserati sunt. Quod inuenerunt in Ecclesia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt. Nondum vobiscū apud istos iudices aliquid agebamus, & apud eos acta est caussa nostra.* Quæ sanè verba rectè nos aduersarijs obijcere iure valemus. Nā quod post motā litē dicitur, vel amicitiæ, vel inimicitiæ suspicioni obnoxium est.

Prima ratio ab Doctorum communi consensu.

Ephes. 4.

Aug. lib. 2. in Iulianum in fine, tom. 7.

Secunda ratio etiam firma est, ab vsu, & consuetudine Ecclesiæ Catholicæ, quæ in die solenni Corporis Christi Euangelium accipit ex cap. 6. Ioannis. Nam etsi quandoque Ecclesia vbi non est Euangelium, vel lectio propria in officio Missæ, soleat lectionem aliquā alicui solennitati applicare non iuxta sensum literalem: vt facit in festo Assumptionis B. Mariæ, in quo legit Euangelium de historia Marię & Marthæ: vbi tamen est lectio propria de aliquo mysterio loquens, non illam prætermittit, sicut videmus in festo Natiuitatis Christi, Trāsfigurationis, Resurrectionis, Pentecostes, vel Trinitatis, Annuntiationis B. Virginis, Visitationis eius ad Elisabetham & Purificationis, & quorundam aliorum Apostolorum. Cùm ergo extra cōtrouersiam sit, tres priores Euangelistas ad literam loqui de institutione huius Sacramenti à Christo facta: Ecclesia sanè non vsurparet verba cap. 6. Ioannis, si non crederet, & à maioribus semper accepisset, hoc caput ad literam de illa esse intelligendum. Dixit enim eleganter Augustinus libro de Doctrina Christiana, interpretans verba illa Apostoli: *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus: eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnibus, vel penè omnis frequentat Ecclesia.* Ita si quæratur de interpretatione sexti capitis Ioannis, eligo in eius verbis hoc intelligere, quod omnis, vel penè omnis in die solennitatis Corporis Christi frequentat Ecclesia. Sic etiam pars quædam huius capitis legitur in Euangelio defunctorum: non solum quoniā illis hoc sacrificium sub ratione non quidem

Secunda ratio ab vsu Ecclesiæ Catholicæ.

Luc. 10.

Aug. lib. 2. de doctr. Christ. ca. 8. tom. 3.

1. Tim. 2.

Sacramēti,sed hostiæ,siue oblationis, fructuosum existit, vt habet perpetua Ecclesiæ traditio:sed ob id maximè, quòd edēti hunc panem,& tanquā viaticū,cùm quis decedit, accipienti, promittitur à Domino resurrectio ad vitam : quemadmodum in testimonijs superius allegatis peculiariter tradunt Irenæus,& Athanasius.

Tertia ratio. Tertia ratio sit: Quia etsi Ioannes quædam, quæ alij Euangelistæ enarrant, prætermittat, vtpote idoneè ab illis perscripta: profundiora tamen mysteria solet altius enarrare, vt de Incarnatione, Passione, Resurrectione, Ascensione,& pastoris Ecclesiæ institutione. Cùm ergo hoc tam magnum,& tam singulare mysterium existat: verisimile non fit ab eo fuisse silentio suppressum maximè cū Paulus, qui oō texuit historiam Euangelicā,de illo pertractet. 2.Cor.10. & 11.

Quare Christus sua mysteria Apostolis de more præ diceret. Imò, quo fortius sit argumentum, aduerte,quòd Dominus Iesus pro sua incōparabili sapientia,ne incredibilia viderentur futura sua mysteria ipsis Apostolis in primis credēda,& ab ipsis prædicatione in alios diuulganda,solitus erat ea longè ante prædicere,ne posteà eorum nouitate , aut turbarentur,aut offenderentur,sed promptiori fide amplecterentur. Et hanc rationem secutus Deus voluit omnia Christi mysteria prius per Prophetas prædici, maximè Incarnationem,& mortem,ac resurrectionem. Ideò Dominus transfigurationem prædixit prius, quam demonstraret,passionem,& multas eius circumstantias,resurrectionem,& tempus eius, antequam resurgeret,ascensionem sæpius prænuntiauit priusquam ascenderet,prædicationem Euangelij per vniuersum orbem, Matth. vlt. tribulationes Ecclesiæ,& cum ea suam assistentiam. Promisit Aduentū Spiritus sancti in Apostolos,ante mortem suam. Promisit claues regni cælorum Petro, ne cùm Supra 16. darentur illi rursus,admirarētur: hinc frequenter dicebat:*Hæc locutus sum vobis, vt cùm* Ioan. 21. *venerit hora , eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.* Et ipsi posteà recordabantur verborum, quæ dicebat illis Dominus Iesus, Ioan. 14. quando implebantur. Rursus: *Et nunc dixi vobis priusquā fiat,vt cùm factum fuerit, credatis.* Iterum:*Hæc locutus sum vobis , vt non scandalizemini. Absque Synagogis facient vos.* Ioan. 16.

Cùm igitur Sacrosanctum Eucharistiæ mysterium tam longè à sensibus sit positum;& à ratione tam remotum,quā quoduis aliud mysterium Christianum: opus fuit,vt Christus suauiter procedens, Apostolos præmoneret, prædicando eis hoc Sacramentum à se instituendū:quod nullibi reperietur factum,nisi cap. 6. Ioannis,

Hanc rationem agnouerunt Chrysostomus in Matthæum, & Cyrillus in Ioannē vt superius produximus. Vnde & Augustinus lib. 3. de Consensu Euangelistarum quærit,cur non fecerit Ioannes mentionē cœnæ Dominicæ : Responderetque: Quia (inquit) planè alibi multò vberius hinc Dominum locutum esse testatur, nimirū Ioan. 6. Quarta ratio sit: Quia hoc caput si de duplici dūtaxat incorporatione per fidem in Christum passum esset accipiendum, profectò præceptum hoc: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis*, cum illo incideret: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto:* atqui hoc falsum est, nam aliud est nasci spiritualiter, aliud verò nutriri in vita accepta, vel vitam tueri: manducate ergo, & bibere carnem Christi, & sanguinem eius, quod est iam viuentis, aliud Sacramentum continet, quam illud renascētiæ, quod est nondum existentis, neque viuentis. Quinta ratio, quia cum in controuersijs Fidei Ecclesia & Patres vtantur hoc capite Ioannis intellecto de Eucharistia, non soleant autem illi cōtra hæreticos decertare nisi in sensu literali : sequitur, vel Patres illos turpissimè hallucinatos fuisse, si sensu mystico disputabant ; aut hæreticos nostros (quod verisimilius existit) longè ab scopo aberrare, qui nolunt in eo capite meotionē de Sacramēto fieri. Quæ vt exēplis fiant dilucida, ecce Synodus Ephesina prima, & Cyrillus anathemate 11. in Nestorium cōtra Theodoritum, propter eā reprehendūt Nestorium ponentē duas personas in Christo , quod si ibi esset persona humana, caro Christi non esset viuificatrix, sicut nec Verbo vnita. Ponit autē esse viuificatricem, ex illo loco: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis , & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Concilium Nicænum secundum probat veritatem corporis Christi, & substantialis eius præsentiæ in Eucharistia , ex verbis huius capitis; quemadmodum ex Græcis Origenes, Euseb. Emissen. Damasce. Theophylactus, Euthym. & Nicolaus Methonensis: ex Latinis verò acriter disputant ex hoc loco Cyprianus, Hilar. Leo Papa, Paschasius, Lanfrancus, Algerius Guimundus, Petrus Cluniacensis, Rupertus Tuitiensis in Berengarium, & in Petrobruisianos, & Henricianos hæreticos , ac Innocentius Tertius, Hilarius libr. 8. de Trinitate, & Cyrillus , probant verè Christum in nobis manere. Quia sicut Verbum caro factum est, ita in Eucharistia vera caro est, & verus cibus, iuxta illud: *Caro mea verè est cibus, &c.* Innocentius quoq; Primus, & Augustinus in locis

Chrys. ho 49. in Matt. 10 2. Aug lib. 3. de cons. Euang. c 1 tom 4

Cur Ioannes cœnæ Dominicæ mentionem non fecit, teste Augustino.

Quarta ratio.

Ioan. 6.

Concil Ephesinum

Cyril. 10. vlt.

Concil Nicænum.

Veritatem corporis Christi in Eucharistia ex verbis Christi Ioan 6 prę allegatis, qui probent autores.

Ioan 6.

in locis prædictis, confundunt dogma Pelagianum, concedens salutem paruulis sine baptismo; probantes paruulis non solum baptismum necessarium, sed & Eucharistiam per corda, & ora gestantium suscipiendam.

Theop. Alex.

Theophilus Alexandrinus confirmat contra Origenem sequentem Manichæos, asserentes creaturam Dei corpoream esse malam, ex hoc loco, esum carnis, & potum sanguinis Christi habere vitam æternam.

Theodorit. tom.2

Theodoritus agens contra Messalianos, dicentes sanctum cibum, nec iuuare, nec lædere; eos reuincit verbis huius Euangelij, & ante hos omnes Irenæus lib.4.cap.34. probat, fideles ex huius sancti panis esu consecuturos immortalitatis alimoniam, & probat ex eo quod edentibus hunc panem promittitur resurrectio ad beatam vitam in nouissimo die. His autem omnibus armis, & similibus, quibus Catholici contra hæreticos decertarunt, Ecclesia spoliaretur, nisi intelligerentur de Sacramento Eucharistiæ.

Sexta ratio.

Eucharistiæ Sacramenti virtus, & necessitas.

Sexta ratio sit: Quia si sacrosanctum Eucharistiæ mysteriũ rectè expendatur, adeò est ad salutem necessarium, vt eius virtute actu, vel voto accepti, omnia alia Sacramenta habeant suam efficaciam: sicut riuuli à fonte, & vmbræ à corpore, & figuræ à reipsa figura[illegible]. Necessarium enim est omni homini in Christo existenti, actu vel voto communicare Eucharistiæ: sicuti necessarium est nondum in CHRISTO ingresso baptizari, vel ei, qui iam ingressus est, sed in peccatum relapsus, pœnitentiæ Sacramentum. Cùm ergo ad salutem tam necessarium sit fideli communicare corpori, & sanguini Domini: si hoc Ioannis caput de illo non esset intelligendum, nullibi in Scripturis esset expressum illud sumendi mandatum. Nam illud, quod Dominus dixit in cœna: *Accipite, & comedite*: Et, *Bibite ex hoc omnes*; Et, *Hoc facite in meam commemorationem*; Sacerdotes tantùm obligat.

Matth 26. 1.Cor 11.

Eucharistiæ Sacramentum etiam paruulis necessariũ esse ex Patrũ consensu.

August. lib 1. c.20. tom.7.

Quod autem hoc Sacràmentum etiam paruulis necessarium existat, docet Innocentius Primus in epistol. 93. Augustini ad Patres Concilij Mileuitani, cuius verba superiùs protulimus. Augustinus verò libro de peccatorum meritis, & remissione, ad Marcellinum, sic habet: *Auferatur ergo iam dubitatio, Dominum audiamus, non suspiciones, coniecturasq́; mortalium: Dominum audiamus, inquam, non quidem hoc de Sacramento lauacri dicentem, sed de Sacramento sanctæ mensæ suæ, quò nemo rite nisi baptizatus accedit: nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. Quid vltra quærimus? Quid ad hoc respondere poterunt, nisi pertinacia pugnaces neruos aduersus constantiam perspicuæ veritatis intendant? An verò quisquam etiam hoc dicere audebit, quod ad paruulos hæc sententia non pertineat, possintque sine participatione corporis huius, & sanguinis in se habere vitam, quia non ait, Qui non manducauerit, sicut de baptismo, qui non renatus fuerit, sed ait, si non manducaueritis, velut eos alloquens, qui audire, & intelligere poterant, quod vtique non valerent paruuli.*

Contra Pelagianos.

Ioan. 3.

Paruuli quà ratione corpus Christi edant, & sanguinem bibant.

Sic Augustinus, docens etiam ad paruulos extendi cibum Eucharisticum, quanquam per seipsos non comedant, neque bibant. Sed vt credunt per corda, & ora gestantium, ita etiam manducant, & bibunt. Idem etiam tradit Basilius in moralibus, & Cyrillus in illa verba: *Nisi manducaueritis carnem, &c.* Chrysostomus libro de Sacerdotio. Rupertus verò Tuitiensis in illa eadem verba in commentarijs suis, ita ferè ait: *Illud quoque scire oportet, quod ob causas aliquas certas cum his duobus salutis nostræ necessarijs Sacramentis, scilicet Baptismo, & carnis suæ, sanguinisque cibo, potuque venire oportuerit. In vtroque enim est repræsentatio mortis Domini, ait enim 1. Corinth. 11. Mortem Domini annuntiabitis. Et de Baptismo ad Roman. 6. Consepulti enim sumus per baptismum. Et ideò de his duobus ait Paulus: Omnes in mari, & nube baptizati sunt: & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & eundem potum spiritualem biberunt.* Et infrà ait: *Notandum verò quod cum superius dixerit: Hæc est voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die: hic itidem sub eadem distinctione: prius inquit habet vitam æternam, & deinde subiungit, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Videlicet ne quis existimet, se absque corporis, & sanguinis eius cibo, potuque visibili vitam vtramque, corporis, & animæ, sola fide recuperasse, & isto Sacramento non egere, hoc ipsum repetiuit, proculdubio contestans quod non verè credas, quisquis manducare, & bibere contemnis. Nam, quantumuis fidelis, & Catholicæ professionis homo sis, si manducare, & bibere recuses de hoc cibo, potuque visibili, eo ipso quod tibi hunc necessarium non esse præsumis, à societate membrorum Christi, quod est Ecclesia, te præcidis; neque rectè credis in eum, cuius in hoc cibo, potuque ab ipso tam diligenter commendato, derogas autoritati. Nonne primi parentes nostri, & prius intrinsecus inuisibiliter corrupti spiritu diaboli, contra creatorem suum intumuerunt, & deinde per serpentem suasi, visibili quoque cibo perierunt? Ita planè oportet pœnitentem hominem, vt prius inuisibili fide subiectis creatori,*

Basi. in moral. reg. 21. c. 2. tom. 2.

Cyrill. libr. 4. in Ioan. c. 14. tom 2.

Chrysost. li. 3. de Sacerdotio, tom 3.

Ruper. Tuitien. li. 6. in Ioan.

Ioan. 6.

In Christum filium Dei verè quis non credat.

Gen 3.

Rom. 10.

corde credendo ad iustitiam; & ore confitendo ad salutem, & deinde visibili quoque cibo, & potu vitæ æternæ necessariam perficere iustificationem. Sic Rupertus. B. Thom. interrogans an hoc Sacramentum sit de necessitate salutis, respondens scribit: *Dictum est supra, quòd res alicuius Sacramenti haberi potest ante perceptionem Sacramenti, ex ipso voto Sacramenti percipiendi. Vnde ante perceptionem huius Sacramenti, potest homo habere salutem ex voto percipiendi hoc Sacramentum, sicut et ante baptismum ex voto baptismi. Est tamen differentia quantum ad duo.*

An Sacramentum Eucharistiæ sit ad salutem necessarium.

B. Tho. 3. par. q. 73. art. 3. tom. 13.

Baptismus, & Eucharistia in duobus differunt, secundum Thomam.

Primò quidem, quia baptismus est principium spiritualis vitæ, & ianua Sacramentorum, Eucharistia verò, est quasi consummatio spiritualis vitæ, & omnium Sacramentorum finis (vt suprà dictum est) per sanctificationes enim omnium Sacramentorum, fit præparatio ad suscipiendam, vel consecrandam Eucharistiam. Et ideò perceptio baptismi est necessaria ad inchoandam spiritualem vitam; perceptio autem Eucharistiæ est necessaria ad consummandam ipsam: non ad hoc quòd simpliciter habeatur, sed sufficit eam habere in voto, sicut & finis habetur in desiderio, & intentione.

Qu. 63. art. 2.

Alia differentia est: quia per baptismum ordinatur homo ad Eucharistiam, & ideò ex hoc ipso, quòd pueri baptizantur, ordinantur per Ecclesiam ad Eucharistiam, & sic sicut ex fide Ecclesiæ credunt, sic ex intentione Ecclesiæ desiderant Eucharistiam, & per consequens recipiunt rem ipsius. Sed ad baptismum non ordinantur per aliud præcedens Sacramentum, & ideò ante susceptionem baptismi non habent pueri aliquo modo baptismum in voto, sed soli adulti: vnde rem Sacramenti non possunt percipere, sine perceptione Sacramenti. Et ideò hoc Sacramentum in hoc modo est de necessitate salutis sicut baptismus.

Alterum discrimen.

An liceat omninò à communione cessare.

Idem alio loco quærens vtrum liceat omninò à communione cessare, respondet allegata sententia: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis*, quòd omnes tenentur, saltem spiritualiter, manducare: quia hoc est Christo incorporari. Spiritualis autem manducatio includit votum, seu desiderium percipiendi hoc Sacramentum: vt suprà dictum est. Et ideò sine voto percipiendi hoc Sacramentum non potest homini esse salus. Frustrà autem esset votum, nisi impleretur quando opportunitas adesset. Et ideò manifestum est, quòd homo tenetur hoc Sacramentum suscipere: non solùm ex statuto Ecclesiæ, sed ex mandato Domini, dicentis Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* Idem postremò alibi docet, necessariam esse sumptionem Eucharistiæ etiam infantibus: votum autem pueri implendum esse suo tempore: secus est si nunquam perueniat ad vsum rationis.

Idem q. 80. art. 11.

Qu. 73. art. 3.

Idem q. 79. art. 1. ad primum.

Septima ratio sit: Quia si hoc caput de Eucharistiæ spirituali sumptione in Sacramento non intelligeretur, nunquam in Euangelio explicatus esset nobis rectus Sacramenti huius vsus, vel fructus. Non quidem fructus, quia in alijs Euangelistis solum narratur, commemorationem fieri, & annuntiationem mortis Christi, qui fructus non est solus huius Sacramenti, sed etiam manere in Christo, & illum in nobis; illo viuere, & nutriri, nunquam mori, vitam æternam, & pignus resurrectionis habere: quæ omnia apud caput sextum Ioannis solum explicantur. Vsus etiam rectus non alibi explicatur; cùm tantum dicatur: *Comedite*, nec declaretur modus. Nam etsi Paulus dicat: Probet autem seipsum homo; & sic de pane illo edat; non tamen declarat quid sit illud salutiferum comedere, quod hic Dominus explicat, dicens esse manere in illo, vel venire ad illum, vt ipse ait in præsentia. Fides ergo viua, quæ mentem firmat, & roborat, illa est, qua Christum manducamus in hoc Sacramento; Quatenus verò recreat, reficit, & sedat sitim spiritus, illa est, qua illum in Sacramento bibimus. Et excluditur omnis inutilis modus manducandi: qui est, vel ferinus, & qualem cogitabant Capharnaitæ, vel purè Sacramentalis, qualem adhibet indignè accedens ad Sacramentum, vel purè spiritualis sine Sacramento, qualem somniant hæretici. Et constituitur vtilis modus, nempe spiritualis in isto Sacramento sub vno, vel sub duabus speciebus, prout Ecclesia tradiderit.

Septima ratio ab incōmodis.

Eucharistiæ fructus.

Matt. 26.

Fides viua quænam illa.

Inutiles Eucharistiam edendi manducandi.

Vtilis modus communicandi.

Octaua ratio: Quia controuersia illa Bohemorum, & nunc Lutheranorum atq; Sacramentariorum de administrando calice laicis, nunquam, vel apertiùs, vel fortiùs, quàm hoc ipso c. 6. Ioann. repellitur, vt declarauit Concilium Tridentinum: nullibi etiam fortiùs confirmatur dogma illud probatum in Concilio Constantien. & Basilien. totum Christum ita sub vna specie, atq; sub duabus contineri, quam in isto capite: rursus parem esse fructum gratiæ communicantis sub vna, atq; sub duabus, quantum attinet ad vim huius Sacramenti. Adhæc egregiè ex hoc loco probatur, quam sit vtilis, & fructuosa frequentatio huius Sacramenti, vt Concil. Cabilonen. superius citatum confirmat. Omnia igitur dogmata hæc, quę huius sexti capitis verbis comprobantur, magna ex parte debilitarentur, & nobis eriperētur arma ad decertandū con-

Octaua ratio à commodis quæ consequuntur eiusmodi intelligentiam.

Triden. sess. 21. c. 1.

Conc. Constantiense.

Conci. Cabilonen. c. 46.

tra

tra hæreticos, & ad statuenda, & confirmanda Ecclesiæ Catholicæ recepta Eucharistiæ dogmata.

Est hæc ratio nona: Quoniam ferè omnes Catholici autores, qui pauci, & noui sunt, ab eo tempore cœperunt nouam illam expositionem introducere, nempè de purè spirituali manducatione excludente Sacramentum, ex quo Bohemi illum locum pro vtraque specie sumenda vrgere cœperunt: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, & eò conati sunt, quanquam frustrà, trahere aliquos Patres veteres: quod fecerunt Armacanus, Thomas Waldensis in libr. de Sacramentis, & Æneas Pius, Gabriel Biel in Canonem Missę, Cardinalis Nicolaus Cussanus, & Gaspar Sagerus scribens in hæreticos, & Caiet. in tertiam partem D. Thom. & in Ioa. & Ruard. Tapper Decanus Louaniensis, in explicatione articulorum facultatis Louaniẽsis, & Ioan. Hessel. lib. de communione sub vnica specie, & Cornel. Iansen. in Ioann. & pauci prætereà alij. Nouitas ergo sensus illius, & causa nouitatis eius, quæ fuit, nescire se facilè expedire ab eo loco Ioannis, vt etiã testatur Clichtoueus lib. de Sacramento Eucharistiæ contra Oecolampadium; arguit sensum hunc non esse verum, & illum priorem amplectendum, maximè vbi non defuerit commoda atq; apta illius loci Ioannis expositio, atque argumenti hæreticorum dissolutio. Imò illi ipsi authores, qui illo sensu excludenre Sacramẽtum vsi sunt, respondentes hæreticis posteà, & animaduertentes eam soluendi rationem non satis esse tutam, quòd antiqua Ecclesia aliter iudicasset; ad aliam responsionem, quæ Sacramentum includit, confugerunt: vt Thom. Walden. vir doctus, & hæreticorum sui temporis egregius expugnator, qui lib. de Sacram. asserit, sub qualibet specie sumi carnem, & sanguinem. Et ad id producit testimonium Innocent. V. qui dictus est Petrus de Tarantasia, & ex Dominicanorum familia assumptus est ad Pontificatum, cuius in 4. distinct. 11. hæc sunt verba.

In Sacramentis, inquit, *est ratio signi, & ratio causæ. Significatio pertinet ad sapientiam, sed caussalitas ad gratiam: Quia igitur gratia omnibus communiter necessaria est, sed non sic sapientia, efficacia verò aequalis est sub vtraq; specie, sed non significantia, ideò omnibus traditur sub altera specie, in qua potest tradi cum reuerentia, & cautela maiori. A maioribus verò tantum, id est, presbyteris, vel ministris, sumitur sub vtraque specie. Ad obiectum autem, quòd in cibo sine potu non est refectio: dicendum, quòd sub vtraque specie est cibus & potus secundum rem significatam; quamuis non secundùm speciem significantem. Et cum arguitur illud Euangelij: Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, &cat. Dicendum quòd sub vtraque specie corpus manducatur, & sanguis bibitur in re, licèt non in expresso signo. Sed Græci, vt dicitur, instituti per Paulum, in vtraque omnes communicant. Dico (inquit) quamuis illi benefaciant: Latini tamen melius ratione prædicta.* Hactenus ille.

Similiter Ioannes Gerson de Communione Laicorum contra Hussitas vrgentes Ioannis verba, respondet Christum nihil ibi locutum de potu. Et tamen idem Gerson in libro, quem inscripsit, Monotesseron, sexto capiti Ioannis hanc apposuit inscriptionem, de prædicatione Eucharistiæ Ioann. 6. Simili ratione Nicolaus de Cussa cùm primum contendisset, illa verba: *Nisi manducaueritis*, de sola spiritali manducatione intelligi debere, sicut & illud: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit*, interpretabatur impleri in omnibus sanctis, tàm Veteris, quàm Noui Testamenti: non posse de visibili baptismo, sed de renascentia inuisibili, & spiritali, quæ per fidem fit, accipi: posteà tamen hanc sententiam nouam cœpit ad antiquitatis consensum reuocare. Vnde epistola 7. de amplectenda vnitate, ad Bohemos scribens, obijcit sibi: *Sed si quis* (inquit) *dixerit; Nonne quidam hunc textum, Nisi manducaueritis, exponunt de esu Sacramentali: scilicet quod quamuis intelligatur de spiritali esu, tamen in hac Ecclesia constare debet Christianum sub signis Sacramentalibus confiteri Christum esse esum, & potum vitæ? Sic edens spiritualiter, quasi corde credens ad iustitiam, etiam tenetur ad esum Sacramentalem, quasi confessio oris fiat ad salutem. sicut etiam de baptismo fidelium dicitur.*

Tenetur igitur in voto esum Sacramentalem habere: aliquando ergo dicitur communicare, vt arguit sanctus Thomas: fatemur hoc sic se habere, sed non potest quis obligari ex voto ad impossibile: hoc dicit de laico, qui non potest accipere Eucharistiam aliter, quàm ab Ecclesia dispensetur; & idcircò ad vtramque speciem, si non datur, minimè arctatur.

Decima ratio, ad hoc facit, quòd recentiores omnes hæretici vnanimi consensu expositionem de manducatione purè spirituali excludente Sacramentum, libentissimè amplectuntur, consectanturque, vt Lutherus, Zuinglius, Brentius, & Oecolampadius, Caluinus, Beza, Petrus Martyr, atq;

Armacan li. 9. c. 8 de quæstio Armenorum.
Thom. Vualdensis.
Æneas Pius.
Gabriel Biel.
Nicol. Cussa. Card.
Gasparus Sagerus.
Caietan.
Ruard. Tapper.
Ioan. Hesselis.
Cornel. Iansen. in Ioa.
Nouitatis huius opinionis causa.
Clichtoueus li. 1. c. 6.
Tho. Vuald. tom. 1. de Sacram. c. 93. & 94.
Innocen. V. alias Petrus de Tarantasia.
In Sacramẽtis duo sunt.
Ioan. Gerson.
Idem.
Marc. vlt.
Nicol. Cussa.
Rom. 10.
Decima ratio à sensu hæreticorum meritò suspecto.

Æneas Siluius lib. de Origine Bohemorum, cap. 35.

ſpecie participandam, vt olim ſecerunt Bohemi, de quibus teſtatur Æoeas Siluius, quòd deſtituti omnib⁹ alijs locis pro tuenda ſua opinione; quaſi per illa parum aſſequerentur, quod velleot, huic vni, tãquam Achilli fortiſſimo & inuicto innitebantur, nempe: *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, &c.* Propterea cõtra hos, qui olim fueruot, & ſi qui etiamnum exiſtant, ſiue hæretici ſint ſiue Catholici, laborem hunc aſſumimus: vt etiam, illo poſito quod hæc verba de Sacramento intelligantur, non tamen adſtringant laicos ad vtramque ſpeciem participandam, vel Sacerdotes ad vtramqne illis diſpenſandam, demonſtremus.

Propoſitæ Ioannis ſententiæ intelligentia quæ tradẽda ſit, & explicanda.

Tertiò permittendum, nos in his verbis verom, & ſuauem ſenſum explicare velle: qui certè verus non erit, ſi cum ſententia ab Eccleſia definita, & pro Fide in Concilijs propoſita pugnet, & aduerſetur: quantumuis illi cortex literæ magis arrideat, & faueat, quàm ſenſui Eccleſiæ. Nec enim propterea eſt ſenſus Scripturæ, qui non eſt ille, quem literæ cortex primò porrigit, cum multa falſa, & abſurda ſuperficies literæ contioere videatur: quemadmodum in Canticis, & in alijs locis patet: ſed ille eſt verus ſeoſus, quem Spiritus ſanctus autor Scripturæ, qui in Eccleſia proculdubio relictus eſt, potiſſimum voluit ſignificare; quanquam ſeoſus hæreticorum ipſi textus cortici vicinior ſit, quàm ſenſus Eccleſiæ. Nam vt hæc aliquo exemplo illuſtrentur, conſidera nonnullos hæreticos extitiſſe, qui dicerent nullo modo iuſiurandum licitum eſſe: quibus cortex verborum Domini, diceotis: *Ego autem dico vobis non iurare omnino*, magis applaudit, quam Catholicis, diceoubus illud quandoque licitum eſſe. Ad eundem modum Manichæi damnabant omnes Patres Veteris Teſtamenti: & ſuæ damnationi atteſtari, & fauere putabant verba Domioi apud Ioannem: *Omnes quotquot venerunt, fures ſunt, & latrones*: quorum tamen ſententia damnata eſt, & ab omnibus damnaoda.

Verus ſenſus Scripturæ quis, & vbi reperiatur.

Matth. 5.

Ioan. 10.

Quartò præmittendum, quòd ſeoſus literalis, de quo in præſenti diſputamus, quandoque eſt ille, quem Scripturæ verba propriè ſumpta ſignificant, quandoque verò ille, quẽ porrigunt vocabula metaphoricè ſumpta, ſi per tropum.

Scripturæ ſenſus literalis ex duob. dependet.

Neque hic tantùm aliquem ſeoſum talem quærimus, qui io ſe verus ſit, quia huiuſmodi multi occurrunt: ſed inter veros quærimus illum, qui ſit germanior, ſuauiorque, atque ille ipſe quem præcipuè, dum Domious hæc verba dixit, cogitabat. Quod propterea à nobis dictum eſt; quia non omnia vera omni loco quadrant: neque omnia in omni loco Scripturæ dicuntur ab Spiritu ſancto, ſed quædam in vno loco, quædam io alio. Ideò in quibuſdam locis meritò quædam excluduntur, non tanquam falſa aut hæretica, ſed tanquam ea, quibus non ſit in illis ſententijs locus.

Senſus verus vero alteri ſenſui qui præſtet.

His igitur poſitis, & tanquam veris, & omni acceptione dignis admiſſis, quatuor ſenſus huic ſenteotiæ tribui poſſunt. Primus, ferinus, vt cogitabant Capharnaitæ: alter eſt purè Sacramentalis, qui varius eſſe poteſt; tertius eſt purè ſpiritualis, qui excludit & Sacramentum, & votum eius; quartus verò, Sacramentalis ſimul, & ſpiritualis, ita vt oeceſſarium ſit maoducare ſpiritualiter, & Sacramentaliter, & bibere Sacramentaliter, & ſpiritualiter: oullusqne iſtorum quatuor ad verba Chriſti intelligenda, & ad definitiones Eccleſiæ accommodari poteſt. Supereſt igitur quiotus ſenſus de ſpirituali manducatione, & bibitione in Sacramento indiſtinctè, vel ſub vna, vel ſub duabus ſpeciebus, actu, vel voto accepto, prout Eccleſia porrexerit, & diſpenſauerit. Primus ſenſus, qnem prædictæ ſententiæ à nobis ſumptæ porrigunt verba, eſt, quòd oportet manducare carnem Domini, eam deotibus dilaniando, & conterendo, atque io ſtomachum traijciendo: & ſanguioem eius bibere ferino more eum hauriendo vt Scythæ faciunt, & Anthropophagi; alioqui nobis oon conſtaret vita. Hic autem ſenſus ex eo apertè ſignificatur per verba propriè accepta, quia manducare carnem, ſiue hœdinam, ſiue bouinam, ſiue arietinam, ſiue humaoam, ſiue quamuis aliam: & bibere ſanguinem humanum, vt lepra laborantes quandoque facere ſolent, hocipſum quod dictum eſt, propriè ſignificat: hic autem ſenſus propterea falſus eſſe conuincitur, quia eſt regula B. Auguſtini libr. 3. de doct. Chriſt. Quod vbi ſcripturis ſanctis verba propriè, & iuxta ratiooem Grammaticæ accepta, ſenſum alicuius rei inutilis, aut impoſſibilis, aut ioboneſtæ porrigunt, oon eſt ille ſenſus literalis, & germanus illius loci, & quem præcipuè Spiritus ſanctus inteodit: ſed tunc ad metaphoram, & figuram, ſiue figuratam locutiooem eſt accurrendum, & per tropos locus explicandus. Quemadmodũ Aug. de hoc ipſo loco teſtatur, cuius verba hæc ſunt: *Si præceptiua locutio eſt, aut flagitium aut facinus vetans, aut vtilitatem, aut beneficen-*

Huius ſententiæ: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, & reliq. quatuor ſenſus proponuntur, ac diſcutiuntur.

Primus ſenſus, ferinus videlicet, & inhumanus.

B. Auguſt. formula lib 3 de Doct. Chriſt. cap. 16. Scripturis interpretandis accommoda, tom. 3.

tiam

tiam iubens, non est figurata. Si autem flagitium aut facinus videtur iubere, aut vtilitatem, aut beneficentiam vetare, figurata est. Hæc ille: Cui subscribit Gregorius in Epist. ad Leandrum Episcopum, quæ prologus est librorum moralium: *Nimirum,* inquit, *verba literæ dum collata sibi conuenire nequeunt, aliud in se aliquid quod quæratur, ostendunt, ac si quibusdam vocibus dicant: Dum nostra nos conspicitis superficie destrui: hoc in nobis quærite, quod ordinatum, sibiq; congruens apud nos valeat intus inueniri.* Hactenus ille.

Greg. Magn. cap. 4.

Sensum eiusmodi nullo modo inuentum esse à Christo.

Porrò omnia illa, quæ August. ait esse iuxta literam absurda, hic concurrunt. Primò enim Dominus hunc sensum à Capharnaitis acceptum, quasi inutilem reprobauit, dum dixit: *Caro non prodest quicquam: spiritus est qui viuificat. Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Carnalis igitur intellectus verborum Domini nihil prodest; & idcircò inutilis est talis manducatio, sic intellecta. Secundò, hæc manducatio inhonesta est, & horrida, imò sacrilega, & ad Anthropophagos, id est, voratores humanarum carnium spectans tantùm; quare indigna quæ, vel à prudente legislatore humano, nedum à Christo, qui infinita est, & æterno Dei sapientia, præciperetur. Ideò horrebant, & auersabantur eam Capharnaitæ, dicentes: *Quomodò potest hic nobis carnem suam dare ad mãducandum?* Imò Augustinò teste, horribilius est manducare carnem humanam, quàm hominem perimere: & humanum cruorem potare, quã fundere. Et tales meritò vocandi essent Sarcophagi, Sanguisugæ, Thyestæ, Capharnaitæ, &, quod horribilius est, Filij Dei carnifices, & laniones. Tertiò, hæc manducatio impossibilis est: tùm quod Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, ideò dentibus atteri non potest, qui impassibilis est, & immortalis: tùm quia si mortalis esset, vt erat in cœna, dum Sacramentum instituit, tamen vt est sub Sacramento, non potest pati, nam est in eo modo quodam inuisibili, & non quanto, siue extenso, sed potius modo Angelico, & substantiali: actio autem omnis per contactum fieri debet: vnde sicut Christus in Eucharistia tangi nequit, ita nec pati, vel frangi, vel comburi ab igne, vel inquinari luto, etiam si species tangantur, comburantur, & inquinentur; tùm demum quia impossibile erat, vnum Christum in propria specie manducatum Capharnaitis omnibus, ad quos loquebatur, nedum toti Ecclesiæ præsenti, & futuræ sufficere, vt quisque modicum quid acciperet. Hunc sensum de ferina manducatione reijcit Cyrill. comment. in Ioannem, his verbis: *Ex imperitia multi qui Christum sequebantur, verba ipsius non capientes, perturbabantur. Nam cùm audissent, Amen amen dico vobis, nisi comederitis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, ad immanes ferarum mores vocari se à Christo arbitrabantur, mittarięq; vt vellent crudas hominis carnes manducare, & sanguinem bibere: quæ vel auditu horribilia sunt. Nondum enim mysterij huius formam, & dispensationem pulcherrimam cognouerant.* Hæc ille.

Secundum argumentum.

Qui sint Anthropophagi

Aug. lib. 2. cont. aduersa. leg. & prophe. cap. 9

Humanas carnes edere, aut sanguinis potus humani, quàm ferirus, teste Augustino

Tertium argumentum.

Rom. 6.

Quemadmodũ in Eucharistia sit Christus.

Cyrill lib. 2. in Ioan. c. 22. tom. 2.

Capharnaitarum mira imperitia.

Quamobrem deserendus est hic sensus de ferina manducatione, & intelligẽdum, in verbis Domini subesse figuratam locutionem: vt citato loco affirmat Aug. Quæ metaphora multiplex esse potest: prima, vt per manducationem carnis intelligamus sumptionem corporis sub specie panis: & per potum sanguinis, sumptionem sanguinis sub specie vini: qui sensus propterea non proprius, sed metaphoricus dicitur. Nam licet species panis propriè edatur, & species vini propriè bibatur, caro tamen ipsa Christi in Sacramento existens etsi sumatur, non propriè manditur, nec conuertitur in substantiam sumentis; nec est modo quanto, & diuiso, vt possit propriè edi. Et idem suo modo dicendum de sanguine. Figurate ergo caro dicitur manducari, symbolo eius (hoc est, specie panis) propriè manducato: & figurate sanguis dicitur bibi, eius signo, nempe specie vini propriè epota.

His verbis: Nisi mãducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinem, &c. quæ insunt metaphoræ.

Hic autem sensus figuratus comedendi, bibendique, tripliciter contingere potest. Vel enim intelligimus quod Christus omnes fideles, & omni tempore ad percipiendum vtramque speciem astringere voluerit; vel omnes quidem, sed non omni tempore; vel omni quidem tempore, sed non omnes. Atque hi tres sensus, & à diuersis asserti, falsitatis cõuincuntur, & constare non possunt. Primus enim sensus ex eo conuincitur falsus, quòd inde eliceretur, communicare laicos sub vtraque specie, præcepto diuino esse institutum: cuius tamen oppositum ab Ecclesia Catholica in Concilijs generalibus est definitum, & vsu atque consuetudine Ecclesiæ vniuersalis reprobatum, & à principio Ecclesiæ vsque ad illud tempus semper in aliqua causa cõmunio sub altera specie licita, & fructuosa est habita: vt suo loco ostendemus.

Carnẽ Christi figuratè manducandi, & sanguinẽ eius bibendi triplex modus, ineptus tamẽ ille, & falsus.

Secundus sensus: quòd illis verbis obligat omnes fideles ad vtramque speciem, sed pro certa tantùm ætate Ecclesiæ existentes, qua transacta succedentes Christiani non

Secundus sensus Nicolai Cussani.

obli-

obligarentur ad illum sensum, sed ad aliũ; falsus est, & à veritate longe alienus. Hæc autem fuit sententia Cardinalis Nicolai de Cussa in epistola quadam ad Bohemos, in qua ait; quod sicut Ecclesia vno tempore potest vti vno ritu, & succedenti tempore illum tollere, & diuersum inducere, ita potest pro varijs temporibus varios sensus eidem Scripturæ porrigere. Quemadmodũ ait, verba Domini, in quibus fit mentio de renuntiatione bonorũ temporalium, uempè illa: *Nisi quis renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus*; in primitiua Ecclesia fuisse intellecta, & in praxim deducta vt præceptum; in succedenti verò Ecclesia tantum vt consilium: ita igitur scribit, quod in primitiua Ecclesia, verba Domini prędicta: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem*, & reliqua, intellecta, & probata sunt tanquam pręceptum sumendi vtramq; speciem, non tantùm Sacerdotes, sed etiam laicos astringens: in Ecclesia verò sequenti accepta sunt tanquam præceptum communicandi, siue sub vna, siue sub duabus. Verum hic sensus minus verus videtur: tum, quia falsum est, quod illa Domini verba vnquam intellecta fuerint tanquam præceptum omnes sub vtraque specie communicãdi adstringens, vt ostendetur libro sequenti: quia ab initio semper aliqui sub altera communicârunt, & nunquam saltem in aliquo euẽtu fuit habitum illicitum, etiam vbi cõmuniter laici vtramque speciẽ percipiebant. Tùm etiam, quia sine reuelatione non videtur quod Ecclesia nouerit voluntatem Dei esse, quodam tempore aliquẽ sensum Scripturæ accipi, & in praxim adduci, & quod pro alio tempore velit illum sensum Scripturæ abrogare. Cum igitur non constet, quod Ecclesia de hac re reuelationem habuerit, videtur gratis asseri illa sensus mutatio, & dari occasio pro libito veros & antiquos Scripturæ sensus abrogãdi, & nouellos introducẽdi: quod periculosum est, nam ex eo principio periret Scripturæ autoritas.

Nicol. Cusan.

Luc. 14.

Refellitur multiplici ratione.

Exemplum vero, quod adducit, ad rem non facit: nunquam enim in primitiua Ecclesia habitum est vt præceptum, quod quis debeat bonis temporalibus renuntiare; sed vt consilium. Quod quidem de cõuersis Gentibus ex Pauli epistolis constat euidenter: habebant enim bona, vnde, iuxta consilium Pauli tribuerent necessitatem patientibus. De conuersis etiam ex Iudæis; qui magis in vniuersum hoc Domini consilium ab initio sunt amplexi, idem ex verbis B. Petri ad Ananiam ostenditur, dicentis de pretio agri: *Nonne manens tibi manebat, & venundatum, in tua erat potestate?* Ex quibus constat, quod si non vouisset hanc agri venditionem, liberè, & absque peccato potuisset vel agrum, vel eius venditi pretium, hoc est, pecuniam retinere. Ideo falso Iulianus Apostata Christianis imponebat, nõ licere eis habere possessiones temporales; vt hoc prætextu bona illorum inuaderet, eaque vsurparet.

Bonorũ abdicationẽ præceptũ non fuisse in Ecclesia primitiua.
Ephes. 4.
1. Thes. 2. &
4.

Act. 5.

Iuliani Apostatæ calũnia.

Tertius sensus erat, illis verbis Dominũ omni quidem tempore obligasse, sed solos Sacerdotes. Et hoc modo sens' esset, quod nisi in Ecclesia essent aliqui, qui vtramque speciem sumerent, nõ essent Christiani vitam habituri; & proptereà Sacerdotes Missæ sacrificium facientes, sicut ad vtramque speciem conficiendam, ita ad vtramq; percipiendam Diuino iure tenentur. Hic sensus productus fuit à quibusdã Doctoribus in Gymnasio Salmanticensi, instructis atq; eruditis: & videtur esse desumptus ex verbis Innocentij V. alias dicti Petri de Tarantasia, cuius verba superius produxim'. Sed & hic aliqua incommoda patitur. Primò enim, secundum hãc sententiam, Christus ad Ecclesiam loqueretur; cũ tamen textus plane dicat, eũ hæc dixisse Iudæis Capharnaitis, vel, vt Ecclesia interpretatur, discipulis suis, & turbis Iudæorum: nã & discipuli retro abierunt, tanquã ad se etiam hũc sermonem dictum intelligentes. Non ergo ad Ecclesiam, iuxta literam, dictus est iste sermo. Et quanquã admitti possit, Dominum Ecclesiæ locutum in astãtibus tanquam in typis Ecclesiæ; oportet tamen ita ad Ecclesiam extendi hunc sermonem, vt impleatur in præsentibus. Non videtur autem aliquo pacto verum, quod nisi aliqui ex Capharnaitis sumerent vtramq; speciẽ, salui fieri non possent: potuissent namque omnes illi Christum fide suscipere, & laici permanere poterant, & communicantes tantum sub altera specie seruari. Deinde ex textu ipso videtur, quod impleta illa sententia Domini, salus illis, ad quos loquebatur, contingeret. Dicitur enim: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam*. Sed iuxta hunc sensum hoc stare nõ potest. Non enim ob id quod aliqui in Ecclesia vtramque speciem sumunt, omnes Christiani proptereà saluantur, cum ex ipsis sacerdotibus qui sub vtraque sumunt, multi damnentur: sicut etiam ex laicis plurimi damnantur. Tertiò, quia nec ipsis Sacerdotibus videtur necessitas indicta vtramque speciem percipiendi: quoniam interdum licite vnam speciem sumunt: vt cum ęgrotant, aut cum nõ conficientes

Tertius sensus quorundam.

Multis rationibus impugnatur eiusmodi sentẽtia.

Cur Capharnaitæ vnam tantum Eucharistiæ speciem sumẽtes, salui esse potuissent.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quibus caussis Sacerdos ad communicandum sub duplici specie minime arctetur.

ficientes communicant. Imò etiam aliquando accidere posset, vt per totam vitam à celebranda Missa abstinerét: vt si quis ad Sacerdotium promotus, aut oculis priuaretur, aut dextra illi amputaretur, aut aliqua alia caussa incidenti, facultate sacrificium celebrandi destitueretur; & ita ad legem communicandi sub duobus symbolis non arctaretur. Quarto, si hæc licentia tribuitur vniuersales sententias Scripturæ passim restringēdi ad paucos, imo paucissimos, multa Fidei Catholicæ dogmata abolerentur. Dici enim posset, non omnes cogi ad Baptismi legem, interpretando illam Domini sententiam: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c.* & dicendo ad paucos pertinere: & cum dicitur: *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis,* non omnes, sed quosdam tantum peccatores obligari ad pœnitētiam. Nec omnes ad humilitatem adstringerentur, ex illa sententia: *Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum*: neque rursus ad fidem suscipiendam, ex illa: *Nisi credideritis, non permanebitis, siue non intelligetis*: iterū. *Si non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro.*

Quarta ratio. Quæ Domini præcepta vim obligandi habeant. *Ioan. 3.* *Luc. 13.* *Matt. 18.* *Isai. 7.* *Ioan. 8.*

Ex quibus omnibus colligimus, hāc primam metaphoram, qua per manducationem carnis, & potū sanguinis, intelligimus perceptionem vtriusque speciei, locum in prædictis verbis non habere, quia siue extendatur ad oēs personas, & omne tempus vel ad omnes personas, & certum tempus, vel ad certas personas, & omne tempus habet inconuenientia iam dicta. Præter hoc etiam, quod cum nullā faciat mentionē de spiritali manducatione, & potu, videretur iuxta hunc sensum Dominus approbare, tā quam ad vitam æternam sufficientē, quāuis sumptionem Sacramentalem vtriusq; speciei: cum tamen multi, tam laici, quàm sacerdotes, vtramq; speciem in iudiciū sibi & interitum interdū accipiant. Alia secunda metaphora est, sed priori maximè vicina & coniuncta, qua per manducationem carnis, & potū sanguinis, intelligim⁹ sumptionem vtriusque speciei in Sacramento Eucharistię: intelligendo tamen per Sacramentum, vel vtranque, vel alterā speciem. Nam quod in vtrāq; sit manducatio, & potus metaphoricus, iam est probatum.

Sententiæ eiusdem confutatio confirmatur & alia ratione.

Quod vero in altera etiam, sic ostenditur. Primo ab explicatione nominis: quia hic per manducationem intelligimus, solā sumptionem: cōstat autem quod in altera tantum specie vtrumq; sumitur, nempe caro, & sanguis, quorum alterum ab altero suapte natura est inseparabile post Domini resurrectionem: etiam si antea, dum esset mortalis, corpus à sanguine fuerit in cruce separatū. Secundo etiā patet ex simili: quia idem nutrimentum potest dici cib⁹, & potus, quemadmodum buccella panis vino infusa, qua hausta simul edimus & bibim⁹. Pepo etiam ita comeditur, vt propter copiosum succum, sitim sedet, perinde atque potus: lac quoque cibus, ac potus est infantis, vnde in Scripturis dicitur edi, & bibi: ait enim Apostolus, *Lac vobis potum dedi, non escam.* rursus idem: *Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?* Nam vt sub eadem lactis specie quod solidum est, manducari dicitur, & quod liquidum, bibi: sic sub eadem panis specie tùm Christi solida caro manducari, tùm eiusdem liquidus sanguis bibi recte censebitur: præsertim si is, qui communicat, fidem & cogitationem ad sanguinem Domini sub specie panis præsentem ac delitescentem dirigat. Tertiò confirmatur hic sensus: quia idem est cibus & potus in spiritualibus: vnde Raphael dixit ad Tobiam: *Ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor.* Et Dominus: *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater, regnum; vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo.* Et alibi loquitur Scriptura: *Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient.* Quibus in locis cibus, & potus idem sunt, nempe beatitudo ipsa. Quartò confirmatur hic sensus. Quia si imperares alicui in hunc modum: Præcipio tibi, vt parum panis edas, & modicum vini bibas: si ille intingeret panem vino, & sic ederet, vel panis in vino liquefieret, & in fluidam, & liquidam materiam conuerteretur, & sic sumeretur, nonne ille morem gessisse domino suo præcipienti edere, & bibere, meritò iudicaretur? Et confirmatur iterū: quia Dominus non tam ad modos sumēdi, videlicet manducationem, quam ad ipsas res sumptas verba sua aptāda esse voluit. Nec enim ipsa manducatio, vel bibitio est, quæ animam edentis, & bibentis sanctificat, sed ipsa Christi caro, & sanguis; quæ si nobis, & stomacho nostro applicari possent, proculdubio sanctificarent: & ita in hunc fere modum Christi præcepto satisfacimus. Quinto, cum Christus se panem vitæ esse declarasset ratione deitatis, quæ non nisi per fidem viuā manducatur: mox adiecit se facturum, vt etiā caro sua nobis efficiatur panis vitæ, dicens: *Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Quæ propositio cum id totum in se cōtineat, quod postea per varias conclusiones explicatur: dicunt vtique, iuxta primam enuntiationē intelligi, vt siue dicamur postea māducare

In altera tantum specie carnem Christi manducari, & sanguinem bibi æque atque in vtraque, multis ostenditur.

Secundum argum. *Qui cibi etiā potus rationē habeant.* *1. Cor. 3.* *1. Cor. 9.* *Tertium arg.* *Tob. 12.* *Luc. 22.* *Eccl. 24.* *Quartum argum.* *Quintum arg.*

carnem,

carnem, siue bibere sanguinem, id de pane illo, qui caro Christi est in Sacramento edendo accipiatur, absque eo quod ad species panis & vini (quorum Dominus in illo capite non meminit) necessário referatur. Sic etiam manna, cuius ibi mentionem fecit, quod instar cibi erat omne delectamentum, & saporis suauitatem in se habens, ac propterea tam instar potus, quam cibi erat. Tamen id totum sub vnica specie, non sub duabus exhibuit speciebus. Ad hæc quod alibi dixit, manducare carnē, & bibere sanguinem suum, hoc alibi appellauit māducare seipsum dicens: *Et qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Christus verò totus mādncatur sub vna qualibet specie, quia non ampli⁹ diuiditur caro à sanguine, cùm nec amplius moriatur. Denique idem effectus apud Ioannem tribuitur soli manducationi huius panis, qui attribuitur māducationi & potioni simul; frustra ergo vrgetur manducatio carnis sub specie panis: & potio sanguinis sub specie vini.

Verum & hic sensus quanquam verus sit in se, quantum ad hoc quod sumēs vnā speciem, scilicet carnis sumit & sanguinē: & qui bibit sanguinem, sumat & carnem; cum Christus totus sit sub qualibet illarū) & à quibusdam Patribus assertus, vt à Beato Thoma super Ioannem, & alibi, & à Roffensi articulis in Lutherum, & ab Alfonso à Castro in libro de Hæresibus, & à Thoma Waldensi libr. de Sacramentis, & ab Ruardo Tapper in articulis explicandis facultatis Louaniensis: non tamen videtur spectari per illa verba Domini: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem*, nec explicari. Primo, quia hic sensus accipitur de Sacramentali māducatione puta; & in vna specie prętendit quod sit manducatio, & potus Sacramentalis, eo quod sub qualibet specie totus Christ⁹ cōtineatur. Sed hoc modo videretur sufficere ad salutem pura Sacramentalis manducatio: quod tamen est falsum. Nam sicut ferina sumptio non prodest quicquam, ita nec sola Sacramentalis: & non secus ista potest perfici in peccato, atque illa, quæ sub duabus fit speciebus. Vocamus autem manducationem, & bibitionem purè Sacramentalem, quæ ad Sacramentum tantum, nō autem ad rem, vel fructū Sacramenti pertingit: qua vsus est, vt multi tradunt, Iudas, dū horrendum illud & grauissimum prodendi Dominū scelus designaret; & qua vtuntur nonnulli fideles, qui in delictī mortiferi proposito persistentes, vt honori tamen suo consulant, in Paschate ad hanc sacram mensam accedere nō verentur, iudiciū sibi

manducātes, & bibentes, vt Apostolus inquit. Christus autem Dominus disertis verbis loquitur de manducatione, & bibitione tali, quæ gignat vitam æternam, & mansionem Christi in nobis, & nostri in Christo, & corporum resurrectionem præstat. Deinde improbatur iste sensus. Nam qui non manducat; non manducat carnem: & qui nō bibit; nō bibit sanguinē, licèt carnē & sanguinem sumat. Estq; hæc recta argumentatio, à genere ad speciem negatiuē: si enim nō est animal, ergo nec homo est. Nā quemadmodum qui caponis carnes distillaret, & succum illum distillatum sumeret, vt faciunt ex consilio medicorum infirmi illi & debiles, qui vel edere quicquam non valēt, vel qui in extremo vitę periculo versantur: licet enim talis sumeret caponis substantiā, non tamē diceretur caponis carnes manducare: & qui sanguinem iā coagulatū in ipsis carnibus, vel desiccatū, & coctum, vt contingit in Lucanicis, & farciminibus, sumeret, non diceretur bibere sanguinem. Ad hunc prorsus modum, qui manducat carnem Christi, sumit quidem sanguinem, non tamen eum bibit: & qui potat, de calice Domini; bibit quidem sanguinem; sed carnem etsi sumat, haud tamen illam edit: vt doctè & acutè docuit Innocentius III. lib. de officio Missæ, cuius hæc sunt verba: *Quamuis sub specie panis sanguis sumatur cū corpore, & sub specie vini corpus sumatur cum sanguine: tamen nec sanguis sub specie panis, nec corpus sub specie vini bibitur, & comeditur: quia sicut nec sanguis comeditur, nec corpus bibitur, ita neutrum sub specie panis bibitur, aut sub specie vini comeditur. Et si comestibile videtur, quod corpus bibendo, aut sanguis comedendo sumatur. Est ergo modus sumendi carnem, & sanguinem, quo neutrum manducatur, & bibitur.* Hæc ille. Ex cuius verbis notandum est in primis, Pontificem hunc, & Doctorem, sumptionem corporis & sanguinis superiorem facere ad manducationem carnis, vel potum sanguinis. Vbi enim est manducatio carnis, & potus, ibi est & sumptio. Sed non è contratio: quia sumptio est quasi genus ad manducationem, & potum, quę sunt veluti quędam sumptionis species. Quędam enim sunt, vt catapotium, & medicinales ex casia buccellæ, & pillulæ, quæ sumuntur, non tamen manducantur, vel bibuntur.

Deinde notandum quod dicit: *Quia sicut nec sanguis comeditur, nec corpus bibitur: ita neutrū sub specie panis bibitur, aut sub specie vini comeditur.* Quod certè ponderandū est, nō solū ob autoritatem dicentis, sed etiam ob dicti ipsius rationem. Validum est enim argumentum: Hoc non comeditur, ergo nō

Sapient. 16.
Sextum arg.
Rom. 6.
Septimum argum. & vlti mum.
Hæc sententia quid commodi habeat, quid incommodi.
D. Thom. super Ioan. 6. cap. & opusc. 58. c. 29. ... 8. Roffen. ar. 16. Alfonsus de Castro. Thom. Wal... ... lib. 2. ... Sacram. c. 92. ... 94. Ruardus Tapper.
Prima ratio contra illam
Manducatio purè Sacramentalis quæ.
1. Cor. 11.
Secunda ratio
Innocen. III. lib. 4. de offic. Missæ, c. 21.
Expenditur dictum Innocentij dupliciter.

comeditur sub hac, vel illa specie: quemadmodũ firmum est: Non est animal, ergo non est homo. Ita in materia subiecta valet consequentia: Non manducat, ergo non manducat carnem: non bibit, ergo non bibit sanguinem: loquẽdo semper de eâdem manducatione, & potu, nempe vel carnali, vel Sacramentali, vel Spirituali; & non æquiuocè loquendo, vel de vna ad alteram transeundo.

Tertia ratio.

Quid sit Sacramentum.

Tertiò in prędictum sensum est, quia cũ hic sit sermo de manducatione Sacramẽtali, & Sacramentum sit signum sensibile; mãducatio Sacramentalis, vel potus Sacramentalis, nõ est nisi ille tantum, qui habet suum signũ sensibile. Sed species panis non est signum sensibile potus Sacramentalis: nec species vini symbolum est sub sensum cadens manducationis Sacramẽtalis; cum species panis non bibatur, nec species vini comedatur; ergo sub altera non potest esse simul manducatio Sacramentalis, & potus item Sacramentalis: licet sit sumptio realis carnis & sanguinis, quia ad hoc sufficit altera species: nam quælibet species re ipsa, & propriè sumitur, & sub quauis illarum re ipsa est caro, & sanguis.

Prædictæ opinionis argumenta soluuntur.

Nec vrget quod in contrarium primo adductum est, per manducationẽ hic intelligi sumptionem. Quia non est commoda explicatio per manducare, intelligere sumere; cùm hoc sit superius ad illud, ita vt aliquid propriè sumatur, siue re ipsa, siue sacramentaliter; ꝙ tamen propriè nec manducatur, nec bibitur vtrouis modo. Quẽadmodum explicatio hominis bona nõ est si quis dicat, illum esse animal tantùm, non habens vllam differentiam speciei.

Secundum argum.

Secundò non valent, vt videntur, exempla adducta. Quamuis enim buccella vino intincta, & pepo sedent sitim, non tamen dicuntur potiones: multi enim cibi sunt qui humectant, ac idcirco sedant sitim, nec tamẽ dicuntur potiones. Nec .n. dicimur buccellam panis vino immersam bibere, nec etiã propriè bibimus pepones, vel malogranata, vel quæuis alia sitim extinguentia. Idem de lacte iudicium est. Etsi enim nutriat, & conuertatur in sanguinẽ, & sanguis in carnem; non tamẽ puer sugens purum lac, aut adultus sorbens lac, id dicitur comedere, sed potius bibere; licet cum admiscentur offæ panis, quæ intinctæ pane propriè cõedi censentur, dicamus interdum lac comedere: eo modo quo dicimus cõedere ius, cum offulas iure intinctas comedim⁹: qua etiam ratione possemus dici comedere vinum, quando panem vino madefactũ sumeremus: ꝙ tamen non ita admittit vsus. In quo sensu Propheta Esaias inuitat oẽs sitientes ad aquas venire, & inquit: *Properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac.* vbi ad comedẽdum aquas, vinum, & lac inuitamur. Quod ad literã posset accipi; vt illa tria pani infusa edi dicantur vel secundum spiritũ, quod gratia Noui Testam. non solum instar aquæ sedet ardorem sitis; sed etiam famem auferat, quæ fames & sitis vnũ & idem in spiritualibus sunt. Oua tamen si sub specie liquida sumantur, bibi, vel sorberi, & oua sorbilia vocantur: si tamen elixa, vel frixa, vel alio modo sub specie solida condita sumantur, dicuntur mãducari.

Esai. 55.

Tertium arg.

Tob. 12.

Tertiò, quod dici solet de cibo, potuq; in paradiso communi Domino, beatis, & Angelis, qualis erat ille Tobiæ: omnino extra rem est. Nã hic est quęstio de cibo & potu Sacramentali; quem ratio & autoritas Innocentij III. negat esse sub altera tantum specie: in cœlo autem est cibus & potus spiritualis, & inuisibilis, vt Angelus Raphael dixit. Et cum non sit nisi metaphoricè, & figuratè, & spiritualiter, sufficit, si eadẽ res spiritualis, nempe Deus mente beatorum apprehensus, faciat officia cibi, & pot⁹, hoc est, confirmet, & corroboret vt panis: recreet, & lætificet, vt solet vinum cor. Vt autem sit cibus & potus sensibilis, oportet vt sint duæ res, altera sicca, & solida, altera liquida, & fluida. Sic etiam vt sit cibus, ac potus sacramentalis, opus est vt sint duo symbola, alterũ quod vt panis species mãducetur; alterum quod vt species vini bibatur. Per ea igitur exempla, quæ spiritualia sunt, neqnaquam efficere possumus, vt in altera specie sit sacramentalis cibus, & sacramentalis potio: etiamsi, vt dicemus, in vna specie rectè sumpta sit etiam spiritualis cibus, & potus spiritualis. Hinc etiam deducimus, quod si in altera specie hic dum in via sumus, incidunt in vnum & idem cibus & potus spiritualis, absq; dubio in paradiso, vbi propter perfectionem magis vniuntur quæ hic dispersa sunt, idem & vnũ maximè erunt. Sed nihil hæc ad sacramentalem manducationem, & potum, de quibus est sermo. Omnes enim sciunt in paradiso non fuisse Sacramẽta; ac proinde extra chorum saltant, qui potum illum, ac cibum cœlestem adducunt ad istũ sacramẽtalem; vel adferunt autoritates quæ de illo loquuntur, & illis contendunt sententiam Innocentij resoluere.

Psal. 103.

Quartum argum.

Quod quarto loco adductũ est: Si quis præciperet, vt tantillum panis ederet, & tantillum vini degustaret, profectò non obediret qui vel panem in vinũ conuersum

sumeret; vel vinum sub specie solida panis gelatum, aut alio modo conuersum caperet: sed opus esset, vt distinctè rem solidam quæ mandi possit; & rem liquidā quæ potari posset, acciperet. Secus si diceret; Degustā patum panis, & vini: quia degustatio nō necessario quod degustat, trajcit in stomachum; ideo nec propriè ederet, nec biberet talis, qui sic degustaret.

Quintum arg. Quod quinto loco dicitur, non modos sumendi, sed res ipsas sub Sacramento cōtentas, sanctificationem operari: omnino falsum est. Nam Iudas proditor, & quicunque peccator Sacramentū accipiendo, nullum fructum percipit; & tamen Christum ipsum, & carnem eius, ac sanguinē accepit. Contra vero in Baptismo, etiamsi in aqua non sit Christus, vt sub speciebus panis & vini; regenerationem tamen, & sanctificationem in his, qui bene dispositi sunt, operatur. Non igitur ex ipsis rebus contentis, sed potius ex modo pendet sanctificatio. Vnde Dominus māducanti carnem, & bibenti sanguinem, promittit vitam æternā.

Ioan. 13. Vnde pendeat sanctificatio.

Quod vero adducitur ex prima illa enuntiatione, & promissione Domini: *Et panis quem ego dabo, caro mea est*, vbi nil de potu & ad eam referenda cætera quæ sequūtur, vt promissio sit vnius tantum speciei, vnde & disputationem absoluit: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum*: locum aliquem haberet, nisi Dominus augendo promissiones suas progressus fecisset. Primo enim de pane corporeo, quem multiplicauit, ascēdit ad manna, inde ad se panem per incarnationem iam datum, inde vero ad panem dandum, qui esset caro sua, inde ad carnē, & sanguinem, magis apetiens diuitias suarum promissionum, significauit in dono suo promisso contineri non tantum quod edi, sed etiam quod bibi posset.

Sextum argum. Exod. 16. Quod vero manna sub vna tantum specie porrigeretur, nihil refert, quia non est opus in typis, & figuris antiquis omnimodam reperiri ad rem figuratam similitudinem.

Septimū & postremum. Quod verò idem præmium polliceatur solum edenti, atq; edenti, & bibēti: potest quidē probare, vnius speciei sumptionem satis esse vtilem; sed nō tollit duplicis speciei vsum, quem perpetuò sacerdotes omnes celebrantes obseruant, & olim tota Ecclesia, & modo Græci etiamnum obseruant: quare nihil ex ijs solidum inuenitur, quod indicet, vsum tantum vnius speciei futurum in Ecclesia, scilicet sub specie māducationis, & non sub specie potionis. Et hactenus de ista secunda metaphora.

Tertius sensus, metaphora, in verbis. Tertia metaphora esset, qua per māducationem carnis, & potū sanguinis, intelligamus spiritualem manducationem, & potum, absque aliqua ad Sacramentum relatione. Atq; in hac manducatione, potuq; manducans est membrum viuum Christi in via existens: cibus, & potus, est ipsemet Christus, secluso tamen omni ad Eucharistiam respectu: actus autem manducationis, & potionis, actus est fidei viuæ, qua Christo incorporamur. Et hic actus idē & vnus, quatenus viatorem sustentat, & corroborat, dicitur manducatio, Christo māducantem vniens, iuxta illud: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo*: Is autem in Deo manet, qui in charitate manet, quę sine fide hic nō est. Eadem etiam fides charitate ornata, actus est bibēdi, quatenus delectat, & sitim spiritus sedat: quemadmodum Dominus dixit: *Qui venit ad me* (nempe per fidem) *non esuriet: & qui credit in me, non sitiet in æternum.* Vbi satis aperte declarat fidem esse cibum, dum ait per eam venientem non esurire: & potum esse, dum ait illam, sitim sedare. Perinde igitur erit iuxta hunc sensum: *Nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem*; ac si dixisset Dominus: Nisi fide viua, quæ cibus, & potus spiritualis est, mihi incorporati fueritis sine aliquo respectu ad Sacramentum, vita vestra non constabit.

Christi, de esu carnis, & potu sanguinis sui contenta.

1. Ioan. 4.

Ioan. 6.

Fides viua cibus qualis sit.

Ista autem exclusio respectus ad Sacramentum, seu abstractio ab illo, vt quidam loquuntur, duplicem sensum habere potest. Primum, quod ita Dominus velit nos incorporari sibi, vt prohibeat omnem cōiunctionem, & incorporationem, quæ fit per Eucharistiam. Et hic sensus non potest esse viri Catholici; esset enim prohibitio communionis, & destructio illius Sacramenti, quod institutum est vt Christo incorporemur. Alius sensus est: quod relatio ad Sacramentum excludatur, non tāquam huic pręcepto repugnans, sed tanquam inferior, & quasi species sub genere. Sicut dicimus animal abstrahere ab rationali, & irrationali: non quod repugnet ei esse rationale, vel irrationale; sed quod animal sit commune vtriq;, & neutrum exprimens in sua definitione. Est enim animal substātia animata sensibilis: quæ definitio non arcta tur ad rationale, vel irrationale, nec illa excludit, sed potius includit in sua ratione generali. Ita ergo duplex est incorporatio Christi, & ob id duplex māducatio, & potus spiritualis. Quędam quidem generalis, includens omnē rationem, & modū, quo quis olim potuit, vel potest modo in Nouo Testamento Christo incorporari, siue sine Sacramento, siue cum illo. Et hæc generalis

Esus carnis, & potus sanguinis Christi vel sine respectu ad Sacramentū, dupliciter accipi potest.

Eucharistia ad quid instituta.

Animal quid sit.

Duplex incorporatio Christi, & ob id duplex manducatio, & potus spiritualis.

generalis non est aliud, quàm fides viua, siue cum Sacramento, siue sine illo, siue explicita, siue implicita, siue de Christo futuro, siue præsenti, siue prætento. Est alia magis peculiaris, & particularis, quam ista, & hæc est fides, quam quis singulariter exercet circa Sacramentum Eucharistiæ, illud actu, vel voto suscipiendo: quæ priori non repugnat, sed est species sub ea contenta.

Tertia igitur metaphora per manducationem intelligit, incorporationé in Christo generalem, de qua aliqui Catholici, vt B. Augustinus in quibusdā locis, & Gaspar Sagerus, & Gabriel Biel super Canonem Missæ, & Caietanus in c. 6. Ioannis, ac Ruardus Tapperus Decanus Louaniensis, & Ioannes Hessels, & Cornelius Iansenius, istum locum explicant, & absoluunt.

B. August. Gasp. Sagerus Gabr. Biel. Caietan. Ruard. Tapp. Io. Hessels, de cōmunione sub vnica specie.

Tertiæ illius metaphoræ, sensusve confutatio.

Sed quāquam iste sensus in se verus existat, nam reuera illa incorporatio ad salutē fuit, & est necessaria: nō tamen videtur hęc veritas per hæc verba Domini explicari. Tum quia hic sensus militat contra torrētem veterum omnium Doctorum; tū quia repugnat illis omnibus rationibus, quibus ex verborum serie, & contextu probauimus sermonem esse in hoc capite de Sacramento Eucharistiæ; tum quia hic sensus nouus est, & ab vniuersis nostri seculi Hæreticis productus, ne eius capitis verbis, & sententijs eorum peruersa dogmata reprobentur, ac iugulentur. Tum denique quia magnæ tenebræ tanæ luci Euangelicæ offundereorur, dum à manducatione Christi spiritali in Sacramēto, ad manducationem quandam speculatiuam per fidem in Christum passum indignè hoc caput Ioannis traheretur.

Quartus sensus, sine metaphora.

Superest igitur quarta Metaphora, sensusve, quo explicamus sermonem esse de manducatione spirituali per viuam fidem, relatam ad Sacramentum actu, siue voto susceptum. Quod dupliciter cōtingere potest. Primò vt sit sensus de manducatione carnis Christi spirituali simul & Sacramentali sub specie panis, & de potatione sanguinis Christi spirituali simul & Sacramentali sub specie vini. Nam ita exponunt Albertus Magnus in caput 6. Ioannis, & sanctus Thomas Opusculo de Sacramento, vbi hęc verba interpretatur de Sacramentali, & spirituali manducatione simul, atque alij permulti. Atque hæc manducatio & bibitio fructuosa est, & vtilis.

Alb. Magnus. S. Thom opusc. 58. c. 20. & 8.

Ea metaphora quatenus possit admitti.

Verum hic sensus etsi pro ea parte, qua manducationem, & bibitionem spiritualem continet, verus sit; pro illa tamen, qua esum & potum Sacramentalem cōprehendit, falsus est, & contra communem Ecclesiæ consuetudinem prorsus militat; atque ex hoc sensu colligeretur præceptum, & necessitas communicandi laicos sub vtraq; specie, etiamsi cum fieret cum fide viua, vt præmittitur, fructuosa existeret, & salutaris eiusmodi communicatio.

V. sensus, verus ac propr.

Quare hic sensus omninò deserēdus est & alius solus qui in hac quarta metaphora continetur amplectendus; oimirum vt per hanc manducationem, & potum, intelligamus spiritalem manducationem, & bibitionem per fidem viuā, restrictam, & ordinatam ad Sacramentum Eucharistiæ, actu, siue voto perceptum, & indistinctè, siue sub vna, siue sub duab' speciebus ab Ecclesia dispensetur, & à populo participetur. Qui sensus vt magis intelligatur, explicandus est, atque illustrandus. Hæc siquidem spiritalis manducatio carnis Christi non quidem est sumere speciem panis. Primo, quia hæc Sacramentalis est manducatio, quemadmodum etiam spiritalis bibitio sanguinis Christi, non est sumere speciem vini: quia hæc etiam est Sacramentalis. Secundo, quia etiam dignè sumens Sacerdos calicem, sine dubio etiam spiritaliter manducat, quia corroboratur, & manet Christus in eo, & ipse in Christo: laicus quoque sumens dignè speciem panis, spiritaliter etiam bibit, quia per hoc delectatur in Domino: & sitis spiritus eius extinguitur. Igitur spiritalis manducatio huius Sacramenti est cum fide, quæ veritate confirmat ad hoc Sacramentum accedere, spiritualis vero bibitio est cum eadem fide, quę nos charitate recreat, & delectat Sacramētum hoc percipere, iuxta illud: *Vt educas panem de terra: Et vinum lætificet cor hominis; Vt exhilaret faciem in oleo: Et panis cor hominis confirmet.* Et quia vtrumque fit, siue à laico dignè communicante sub vtraque specie, vt olim mos erat; vel sub altera, vt nunc fit; siue à Sacerdote dignè etiam communicante sub vtraque specie, vt communiter facit, dum conficit, vel sub altera, vt in die Parasceues, cum celebrat, & quoties infirmus, vel sanus non celebrans communicat: sequitur quod tam Sacerdos, quam laicus, dignè accedens ad hoc Sacramentum, & prædicta fide viua ornatus, siue sub vna, siue sub vtraque, siue sub nulla specie communicet, vt quando concipit votum Sacramenti, & non potest habere; vel etiamsi possit, ob nauseam, & periculum vomitus, reuerenter à Sacramento adorato abstinet vniformiter, & vniuocè māducat carnem, & bibit sanguinem Domini in hoc Sacramento. Proinde Dominus omnibus citra omnē ambiguitatem, & æquiuocationem dixit:

Spiritalē mãducationē carnis, potumq; sanguinis Christi nequaquā in sumptione speciei panis vinive consistere.

In quo situs sit ille esus & potus spiritalis corporis, ac sanguinis Christi.

Psal. 103.

Quid ſit dicere, Niſi manducaueritis carnē Filij hominis,& biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitā in vobis.

dixit: *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem*, & quæ ſequuntur: Hoc eſt, Niſi ſpiritu fidei viuæ dictæ, cibātis, & potantis ſpiritum, Euchariſtiam ſumpſeritis; nō habebitis vitam in vobis. Quibus verbis ita intellectis plane apparet, nō præcipi ſumptionem Euchariſtiæ determinatè ſub altera, vel ſub vtraque ſpecie, ſed vtrouis modo id fiat ab Eccleſia: quod non fieret, ſi Dominus Ieſus vſus fuiſſet verbis alijs, nempe iſtis: Niſi manducaueritis carnem Filij hominis ſub ſpecie panis, & biberitis eius ſanguinem in calice, non habebitis vitam in vobis. Quia etiam qui fide accederet ad ſumptionē vnius ſpeciei, non impleret hoc præceptum, quia ſi illa ſpecies eſſet panis, violaſſet hoc præceptū de non bibendo de calice: ſi vero vini ſpecies, idem mādatum eſſet tranſgreſſus non manducando panem; atq; ita opus fuiſſet cum fide ſumere vtramque ſpeciem. Proinde Dominus conſulto omiſit illa verba panis, & calicis (quibus iuxta tres priores Euangeliſtas, & B. Paulum, Euchariſtia in duplici ſpecie ſignificatur) & tantum dixit, *Niſi manducaueritis carnem, & biberitis ſanguinem*: quod videret per illa neceſſitatem induci vtriuſque ſpeciei cum fide viua ſumendæ; per hæc autem, manducandi carnem, & bibendi ſanguinē, quæ nō ſpecies, ſed res ipſas contentas ſub ſpeciebus ſignificant, libertatem relinqui vtrouis modo faciendi, percipiendi alteram, vel vtramque, prout Spiritus ſanctus paſtoribus Eccleſiæ pro locis, & temporibus, & perſonis faciendum ſuggereret. Conſtat enim, Gręcam Eccleſiam, & Æthiopicam etiamnum ſub vtraq; ſpecie laicos communicare. Cōſtat etiam, Eccleſiam Latinam aliquando ſub vtraque, nunc ſub altera diſpenſare.

Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 10. & 11.

Cur Dominus his verbis, Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, panis & calicis voces minime vſurpauit. Eccleſiæ Æthiopicæ mos, Latinęq; vet.

Expenditur etiam non dictum: Niſi mā ducaueritis panem, & propinaueritis calicem, &c.

Nec dixit Dominus, Niſi manducaueritis panem, & propinaueritis calicem, non habebitis vitā in vobis: quia his verbis obligaſſet Sacerdotes ad diſpenſandū Sacramentum ſub vtraq; ſpecie. Cùm igitur tripliciter contingat ſpiritaliter manducare carnem, & bibere ſanguinē Chriſti, nimirū vel ſolo ſpiritu abſq; vlla ſpecie, vt quidam exponunt, vel ſub vtraque ſpecie digne, & fructuosè communicando, vel deniq; ſub altera tantum ſpecie ſpiritaliter, & per fidē accipiendo Euchariſtiam: omiſſis duobus prioribus modis, declaramus tertium modum aptum. & accommodatum eſſe ad interpretanda Domini verba, & modos omnes ſalutares, quibus vſa eſt Eccleſia in diſpenſanda Euchariſtia fidelibus cōprehendendos. Et profectò ſi abſq; vlla ſpecie cōceditur poſſe contingere ſpiritalem mānducationem, & potionem carnis, & ſanguinis Chriſti: multò magis ſub altera ſpecie, quęcunque illa ſit, venit aſſerendum.

Corporis Chriſti manducatio, & ſanguinis potio triplex.

Hunc autem ſenſum multa cōprobant, & in primis quæ præcedenti tractatu diſſeruimus, Dominum de Sacramento Euchariſtiæ in hoc capite loqui, & de manducatione relata ad Sacramentum ipſum, maximè ex quo cœpit dicere: *Panis quē ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.* Deinde idē colligitur ex Patribus citatis: qui hanc manducationem non ſine Euchariſtia intelligunt. Nam & Auguſtinus, quē in contrariam citant ſententiam, huic ſenſui fauet in multis locis, & inter alios lib. 3. De cōſenſu Euangeliſtar. reddit cauſam quare Ioānes de cęna Domini tractans, Euchariſtiæ mentionem non fecerit, ſicut alij tres fecerunt; Et ait: *Ioannes autem de corpore & ſanguine Domini hoc loco nihil dixit; ſed plane alibi multo vberius hunc Dominum locutum eſſe teſtatur.* Hæc ille, de ſexto capite Ioannis proculdubio intelligens, quia alibi non narrat Ioannes Chriſtum locutum de Euchariſtia. Tertio iuuat hunc ſenſum: quia ſicut ſi verba Scripturæ poſſunt propriè accipi, ſenſus, quem ita accepta porrigunt, præferendus eſt illi, quē porrigerent metaphoricè ſumpta: ita cum inter metaphoras gradus exiſtant, & quædam ipſi veritati lōgius, quædam vero propius ac vicinius petantur, ſenſus quem metaphora minus longe petita facit, anteponendus eſt illi, quē longius accerſita porrigeret. Sed ſic eſt, quod in hoc capite proprietas eſt de carnali, & ferina manducatione, quæ locum non habet, vt probatū eſt; metaphora autem explicans Euchariſtiam, vicinior ſit, quam illa, quæ continet manducationem purè ſpiritualem: quia in Euchariſtia etſi ſecundum ſe propriè non māducetur caro, nec bibatur ſanguis, in ſigno tamen, ſiue ſpecie, propriè manducatur, & bibitur: in ſpirituali autem nec in ſe, nec in ſigno; & ideo magis recedit à proprietate. Ob quā etiam rationē deduceretur, quod ſi non fuiſſent rationes fortiſſimæ, & in Fide certiſſimæ, quæ obſtarent; potius intelligere deberemus hunc locum de vtriuſque ſpeciei ſumptione, quoniam illa fuiſſet vicinior metaphora, quam aliæ tres prędictæ. Quartò idem oſtenditur: ſiquidem hic ſenſus alijs omnibus certo modo eſt vniuerſalior, ac generalior; ac proinde cęteris anteponendus. Vniuerſitas autem conſiſtit tam circa modos viatori cōuenientes, quam circa perſonas. Modus enim ad rem faciens duplex eſt, ſpiritualis, & Sacramentalis. Rurſus hic poſterior ſubdiuiditur: nam vel in vtraque ſpecie editur, vt à

Vt ille ſenſus verborum Domini, Niſi mānducaueritis, &c de ſpirituali videlicet mānducatione per fidem ſub vna tantum ſpecie multiplici ratione firmatur. Secunda ratio

Auguſt. lib. 3 de conſen. Euang. c. 1. 10. 4.

Tertia ratio.

Senſus metaphoricus alteri metaphorico quam præſtet.

Quarta ratio, à varijs cōmunicādi modis.

Sacerdotibus apud Latinos, vel in ea panis tantum; vt à nostris laicis, vel in ea vini tantum, vt esset, si in aliqua regione deesset panis: nam secundum Innocentium III. lib. De officio Missæ, posset cõfici, & sumi Eucharistia in sola specie vini; vel si aliquis tã grauiter infirmaretur, vt etsi posset aliquid liquidi accipere, nihil tamen solidi valeret traijcere, nam ille tunc sub specie vini tantum posset communicare, vbi esset vsus vtriusq; speciei. Hic ergo sensus omnes hos communicandi modos amplectitur, & ex omnibus cõflatur, dum asserit debere esse manducationem, & potũ spiritualem; sed in Sacramẽto; quoniam tam altera species quam vtraque Sacramentum est. Et licèt in altera tantum non sit cibus, & potus Sacramentalis, vel corporalis; est tamen spiritualis, si rectè & dignè sumatur. Deinde, ꝙ ad personas attinet, etsi non sit tam generalis, quam est ille de manducatione pure spirituali abstrahẽti à Sacramento, quia illa cõplectitur oẽs, tam paruulos, quam adultos qui vnquam in Dei gratia aut fuerunt, aut sunt, aut erunt: est tamẽ tã generalis, quàm status Noui Testamenti post Eucharistiæ institutionẽ requirat, & quam ipsius Christi de Eucharistia, & Christianis loquentis proposito cõueniat. Nam omnes tales cõplectitur, quatenus reficiuntur hoc Sacramẽto, vel re, vel voto proprio suscepto, vt adulti; vel voto per alios, vt paruuli. De quibus ita scribit Augustin. ad Vitalem Pelagianum: *Scimus etiam, inquit, paruulos secundum ea, quæ per corpus gesserunt, accepturos vel bonum, vel malum.* Et infra: *Vnde & ipsi, sicut dixi, si in illa parua ætate moriuntur, vtique secundum ea, quæ per corpus gesserunt, id est, tempore, quo in corpore fuerunt, quando per corda, & ora gestantium crediderunt, vel non crediderunt; quando baptizati, vel non baptizati sunt, quando carnem Christi manducauerunt, vel non manducauerunt, quando & sanguinem biberunt, vel non biberunt.* Sic ille, qui profectò de manducatione Sacramentali loquitur: non solum quia cũ Baptismi Sacramento illam cõiungit: sed etiam quia præmisit per corda & ora gestantium illam fieri: nõ haberet autem locum os gestantis in manducatione purè spirituali. Paruuli igitur necessitate tenentur manducandi Eucharistiã vt sæpe testatur Augustinus, maximè libro primo De peccatorũ meritis, & remissione supra citatus: vt ad illos contendit dictũ esse: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, &c.* Ita tamen ad manducandam carnẽ obligantur, vt intelligit Augustinus: non quidẽ vt per se, sed vt per alios sumere debeant. Vt enim Ecclesia eis fidem accõmodat vt regenerentur; ita etiam pro illis sumit Eucharistiam, vt reficiantur: sic. n. paruuli in vtero matris refici solent: vt pulchrè docet Augustinus ad Bonifacium scribens. Nec hoc in iniuriã baptismi cedit: qui tunc non satis esse videretur ad salutẽ paruulorũ sine Eucharistia: hoc enim non est contra baptismum, quia illi satis tribuimus mun⁹ suum, quod est regenerare: vltra regenerationem autẽ opus est infantibus in Christo recens natis refectione, seu alimento, cuius votum hoc ipso quod baptizantur, habẽt; & ob communionem Sanctorum, Eucharistia, quam alij percipiunt, reficiuntur. Ad quod opus nõ est alijs cæremonijs, per quas illis applicetur manducatio, quã quod Ecclesia, quæ illos quodãmodo in ventre gestat, per corda, & ora maiorum, & Sacerdotum, Eucharistiam pro illis sumit. Quinto probatur hęc sententia: Quoniam hic modus manducandi, vltra hoc quod continet omnem vtilẽ, & necessariam manducationem; excludit etiam omnem inutilem, nẽpe illam, quę carnalis existit, & sacrilega, ac propria Capharnaitarum; eam etiam, quæ est solum Sacramẽtalis, qua quis iudicium sibi manducat, & bibit, nõ diiudicans Corpus Domini; eã demum, quæ in via solum imaginaria esset, & qualẽ quis fingeret purẽ spiritualem, nimirum excludentem omnem similitudinẽ, & ænigma fidei: nam talis est manducatio Beatorũ, quam in via tantum concipere possumus; nõ autem experiri. Carnalis igitur mãducatio, & Sacramentalis tantum sine spiritu, satis excluditur per spiritalem cibum, & potum; quem necessarium hic sensus asserit: illa verò beatorũ excluditur per hoc quod dicitur, hũc spiritalem cibum, & potum in Sacramento esse percipiendum. Sextò denique, si in his verbis non haberetur respectus ad Sacramentum Eucharistiæ, nullibi in Nouo Testamẽto esset explicata necessitas Sacramẽti Eucharistiæ, dũ dicitur, sine illo non esse vitam: nullibi etiam fructus Eucharistiæ in eo qui dignè cõmunicat, magis explicatur, quam in hoc loco: nullibi fructuosa, & salutaris sumptio huius Sacramenti, apti⁹ exprimitur, vt ostensum fuit præcedenti tractatu: nullibi Eucharistię dignitas commodius explicatur, dum declaratur, quod sicut omne donũ spirituale à Deo per meritũ passionis Christi ad nos deriuatur, ita omnis spiritualis refectio ab hoc admirabili Sacramẽto in nos proficiscitur: adeo vt dici queat, non solum Christianos omnes, etiam paruulos per illud refici; sed etiam vniuersos fideles ante Christi incarnationẽ refectos fuisse: quia oẽs in figuris hoc Sacramen-

Innocen III. lib. 4. de offic. Missæ. ca. 12.

Postremi huiuscemodi cũ reliquis comparatio.

August. epist 107. tom. 2. 2. Cor. 5.

August. lib. 1. de pec. meri. & remiss. ca. 20. tom. 7.

Paruuli qua lege teneantur sumendi Eucharistiam.

August. epist. 23. ad Bonifa. e baptis. paruulorum t. 2.

Munus baptismi quodnam sit.

Quinta ratio triplicem excludens communicandi modum.

1. Cor. 11.

Sexta ratio ab incommodis, item & à commodis.

Sacramentum commemorabant;& sumebant, vt ex Pauli priori epistola ad Corinthios scripta deducitur, vbi ait; *Omnes eandē escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt: bibebant autem de spiritali consequente eos, petra; Petra autem erat Christus.* Ita enim exponit illum locum B.Augustinus. Ex quibus constare potest, omnes fideles, qui ante Christū extiterunt, implicitam fidem huius Sacramēti habuisse; quemadmodū Messiæ, & passionis eius fidem. Ex quo immensa quædam, & ineffabilis dignitas, & magnificētia huius Sacramenti nobis elucet; propter quam immortales gratias agere debemus Domino nostro Iesu Christo, quem cum Patre, & Spiritu Sancto meritò laudamus, atq; benedicimus per omne tempus. Amen.

1. Cor. 10.

B. August. tract. 26. in Ioan. tom. 9.

TRACTATVS XXV.

De eadem Domini cum Capharnaitis disceptatione: in quo omnia argumēta diluuntur eorum qui existimant cap 6. Ioannis nihil continere de Sacramento Eucharistia.

CONFIRMATVM & comprobatum reliquimus, Christum de Sacrosancto Eucharistię Sacramento sermonem ac disputationem cum Capharnaitis iniisse, atque pro tenuitate nostri intellectus declarauimus illorum verborum, Nisi manducaueritis, & reliqua, germanum, & peculiarem intellectum. Sed quoniam satis non est veritatem statuere atque explicare, nisi illam ab argumentis in contrariam partē quæ fiunt, tuearis ac defendas; propterea nobis incumbit, obiectiones, quæ vtramque veritatē duobus præcedentibus tractatibus definitam oppugnāt, accuratè diluere atque refellere. Obijciuntur igitur quædam ex ipso textu, deinde quædam ex Patribus, postremò ratiunculę nonnullæ; siue argumentationes à ratione desumptæ.

Duo catholico Doctori præstanda sūt.

Triplex argumentorum genus.

Primò igitur obijciunt ex textu, & serie Euangelij illud verbum: *Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille.* Vbi fidem in se exigit, non manducationem alicuius cibi. Sed, vt notauimus superius, nondum tunc erat sermo Domini de Eucharistia: & quāquā esset, facile soluitur: quia ipsa fides non est cibus, sed opus, quo præparamur ad cibū, & quē Dn̄s exigebat, cùm diceret: *Operamini non cibum qui perit.* Et licèt hæc verba sint fundamentum eorum omnium, quæ postea dicuntur: erat tamen super hoc fundamentum superædificandum, vt à fide Christi in se ipso, ascenderet ad fidem eiusdem sub Eucharistia: sicut alibi apud Ioannem à renascentia desuper vel denuò, ascendit ad illam, quæ fit ex aqua, & Spiritu Sancto.

Primum argumentum hæreticorum.

Ioan. 3.

Deinde obijciunt illud verbum: *Qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, nō sitiet in æternum.* Vbi quia loquitur de pręsenti, & nondum erat instituta Eucharistia, quæ in cœna instituta est, & explicantur actus interni credendi, & veniendi qui sufficiunt, non videtur quod de Eucharistia loquatur in hoc capitulo. Respondetur, verū esse, nihil hactenus Dominum dixisse de Eucharistia: & licet loqueretur de ea, non cōuinceret manducationem spiritualem excludentem Sacramentum, quia illa etiā exercetur, maximè in Sacramento. Nec quod aiunt, illam manducationē sufficere: quia concluderet Christū nec hic, nec alibi locutū fuisse de Eucharistia; & illam manducationem Sacramenti superfluam esse. Adhæc illud verbum, Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis, nō ppriè de cibo merè spiritali dicitur dabit, vel dabo (Spiritus.n. Dei non alligatur ad certas temporum circūstantias) cum Cyril. in Ioannem, ac Theoph. verbum Dabo, ad mysticam benedictionem, seu ad Eucharistiā referant. Deinde etsi actus veniendi ad Christū: & nō esuriendi, neq; sitiēdi, itemque credendi, & vitā æternā habēdi, merè sint spiritales, tamen interponitur promissio actus non solū merè spiritalis, sed etiam corporei, cū dicitur: *Et panis quem ego dabo, caro mea est.* Futura enim datio, quæ ab initio sermonis tam significanter exprimitur, & post repetitur, corporeo modo (licet ob finem spiritalem) futura significatur: ideo illa māducatio, quæ tali dationi, & promissioni respondet, nō sine aliquo actu corporis fiet. Præterea ob id est, quod cùm Christus prius diceretur verus panis; postea eius caro dicatur verus cibus; ibi viuitur credēdo, hic verò habetur vita non secus propter Christum, quam Christus propter Patrem. Cumque ad illum veniretur per donum fidei; in illo manetur per gratiam Eucharistiæ: ibi manducatur ex hoc pane, qui est Christus, hic vero manducatur ipse panis, quia totus intra nos recipitur. Ibi figura mannæ ostenditur impleri per fidem in Christum incarnatum, quatenus de cœlo pluebat; hic eadem figura impletur, quatenus edebatur.

Secundū arg.

Varia solutio.

Cyril. lib. 3. in Ioa. c. 28. t. 2. Theophyl.

Christus per fidem & panis est, & cibus per carnem suam.

Vel secundo loco figura mannæ impleri censetur tam in spiritu, quam in Sacramento:

Mannæ typus dupliciter.

impletur in Christo.

mento: vt Augustinus elegãter, & acutè notauit in Ioannem. Ibi Iudæi petunt panem de quo agebatur, sibi dari; hic litigant negantes Christũ posse dare panem, quẽ promittebat. Ibi murmurant, sed sedatur eorũ murmuratio; hic murmurant, & recedunt. Ibi opponitur murmuratibus spiritalis attractio Patris ad Filium, hic corporalis ascensus Filij ad Patrem. Ibi à Patre, qui Spiritus est, omnes actus verè spirituales profluunt: hic à Filio hominis, qui carnẽ assumpsit, actus etiam mixti, id est, corporales, & spiritales imperãtur. Ibi Deus operatur in hominibus; hic ipsi homines operari iubẽtur cibum, quem dabit Filius hominis. Fauet igitur textus mirificè propositę à nobis expositioni. Et quod dicitur, Christum inuitare ad præsentes epulas, non refert: quia satis erant præsentes. Nam Christus, cibus erat in Eucharistia collocandus, quia etiam citò instituturus erat Eucharistiam. Sicut alibi inuitat, cũ ait. *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat*: quod tamen dicebat de Spiritu à credentibus accipiẽdo in die Pentecostes, vt explicauit Euangelista.

August. tract. 25. in Ioa. c. 6. — Ioan. 6. Supra 4. — Obiectiuncula diluitur. — Ioan. 7.

Tertiò, vrgent illud verbum: *Pater meus dat vobis panem de cœlo verum*: vbi de præsenti ait Dat. Sed respõdetur ex Ruperto Tuitiensi: *Cum ait, Pater dat, loquitur de incarnatione: cùm verò ait, dabo, sermonem habet de Eucharistia*. Et ante eum Chrysostomus in Ioannem, exponens illa verba: *Ego sum panis vitæ: Neque enim* (inquit) *de corpore hoc dictum est, de quo circa finem inquit: Panis quem ego dabo caro mea est, sed adhuc de diuinitate*. Sic ille. Etsi hoc demus argumentanti, quòd loquitur de Eucharistia: quia tamen breui erat instituenda, poterat dicere, dat, eo quòd iam erat panis præsens, licet nondũ inclusus in Eucharistia, Propterea subdit: *Panis enim verus est, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo*. Et tamen, secundum argumentantes, non dedit vsque ad Crucem, quemadmodum alibi ait de ouibus, *Et ego vitam æternam do eis*, id est dabo breui post mortem meam.

Tertium arg. — Rupert. Tuitien. li. 6. in Ioan. — Chrysost. hom. 44. in Ioa. c. 6 — Ioan. 10.

Quartò, adducunt illud: *Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*: vbi videtur loqui de carne in Cruce danda. Nam in illa, & nõ in Eucharistia caro Christi data est pro mundi vita. Sed vt ex Theophylacto, & Cyrillo constat, bis dixit Dominus Dabo, semel de pane, scilicet Eucharistia, & iterũ de pane dãdo in Cruce: & præcessit illa istam, vt consonet res ipsa pollicitationi. Eucharistia etiam est pro mundi vita non minus, quàm ipsa passio Christi: quia vt passio vitam diuinam gratiæ confert, ita pro omnibus illis, qui per fidem viuunt, instituta est Eucharistia ad eam vitã alendam & tuendam.

Quartum arg. — Theoph. Cyrill. li. 4. in Ioan c 12. — Eucharistia quare non minus pro mundi vita sit, quã passio & mors Christi.

Quinto argumentantur ex illis verbis: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis*: quasi admittamus paralogismum, quod ex illa manducatione, & bibitione generali inferamus. Ergo iam est in Eucharistia; cùm à genere ad speciem affirmatiuè non valeat argumentum: ac si quis ex eo quod dicat, Dabo tibi carnes, inferat; ergo elixas, vel ergo assas. Sed soluitur hoc argumentum. Quia non dicitur reuera manducari caro, aut bibi sanguis, nisi in Eucharistia: & ex nullo Scripturæ loco id nobis valent ostẽdere. Ex præcedentibus etiam iam erat sermo Domini restrictus ad Eucharistiam: ex quo dixit, Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.

Quintum arg.

Sextò, ex eisdem verbis arguunt, necessarium, & præceptum esse omnibus, etiam laicis vsum vtriusque speciei. At hoc superiori tractatu luculenter est expeditum; sicut etiam illud aliud, quod ex eadem sententia adstringerent pueri ad vtriusq; vsum speciei, quod est error Græcorum, & item illud aliud, quod sequeretur ex eodẽ Domini dicto ad cõmunionem sub altera, vel sub duplici specie, redderetur baptismus minimè sufficiens ad salutem, vt syllogizat vel potius paralogizat Caietan. Sed & hoc quoque abunde solutum est. Cum enim obijciũt, firmiter credi, baptisma solũ absque alio Sacramento sufficere infantib. ad salutem, qui autẽ dicit hæc verba, *Nisi manducaueritis*, intelligi de Sacramentali, vel spiritali manducatione ipsius Sacramenti, nihil aliud dicit, quam baptisma non sufficere ad vitam spiritualẽ in nobis habendã; cum tamen Dominus dicat; *Quod natum est ex Spiritu, spiritus est*. Respondemus concedendo, baptismum solum sufficere infantibus ad vitam, nec arctari ad Eucharistiã, vel re ipsa, vel voto quopiam suo percipiẽdam, quo non obstante, cum adoleuerint, arctari verbis illis Domini ad illã accipiendam, & per illorum spiritalẽ manducationem etiam infantes, qui de eodem corpore sũt, & societate, suo modo, id est, per votũ & desideriũ Ecclesiæ suæ participes fiũt. Sic etiam docet August. sermone ad infantes, vt eum producit Beda in Commẽtarijs prioris epistolæ ad Corinthios: *Nulli est aliquatenus ambigendum, tunc vnumquemque fidelium corporis, sanguinisque Dominici participẽ fieri quando in baptismate membrum Christi efficitur: nec alienari ab illius panis, calicisque consortio, etiamsi antequam panem illum comedat, & calicem bibat, de hoc sæculo in vnitate corporis Christi constitutus abscedat*. Sacra-

Sextum arg. — Græcorũ error. — Caietani paralogismus. — Ioan. 3. — Pueris Sacramentũ Eucharistiæ non sit necessarium quando. — August. Beda in 1. Cor. c. 10. tom. 6.

menti

menti quippe illius participatione, ac beneficio non priuatur, quando ipse hoc quod illud Sacramentū significat, inuenit. Sic ille. Ex quibus habes, Augustinum sentire, infantes huic mandato, quo Eucharistiam percipere iubentur, satisfacere, dum per baptismum incorporantur, & membra illius Ecclesię fiunt, quę re ipsa Eucharistiam percipere consueuit; quare baptismus infantibus satis est. Quia cætera, quæ sunt necessaria, vt fidei confessio, & inuocatio nominis Dei, & dilectio Dei, & proximi, per eos supplentur: qui vt sunt eiusdem corporis mēbra, sic possunt fratri suo spiritali sua bona spiritalia communicare, vt participem illum reddant omnium eorum, qui timēt Deum, & custodiunt mandata eius. Est enim communio sanctorū in Ecclesia Dei. Vt enim dicitur: *Qui non crediderit condemnabitur.* Et tamen infantes nō credentes per se ipsos salui fiūt. Vt ergo illis prodest aliena fides, ita aliena Eucharistiæ perceptio prodest. Omnia enim fecisse iudicatur, cui ciuitatis Dei ius concessum est, & per quem non stetit, quo minus cætera omnia compleret.

Baptismi virtute pueros quanti, Augustino teste.

Mar. vlt.

Quod ergo Lutherani asserunt contra Patres, tanquam non recte interpretantes verba hæc Domini, paruulis Eucharistiam alicubi ob quædam Domini in illo capite verba, ministrasse: qua in re si semel ponamus eos errasse, adiungunt simul quoq; in eo, quod omninò caput hoc ad Eucharistię Sacramentum retulerint: Respondemus liberè cōcedendo Eucharistiā paruulis necessariam non esse: nec tamē propterea errarunt paruulis Eucharistiam dispēsando: quia multa consultò vitandi periculi causa fiunt, quæ necessario facienda non credebantur: nec ex eo quod caute fit, imitando necessitas alijs imponitur, cum legibus, nō exemplis sapientes indicare soleāt. Ex quo elicitur, nec eos aut iudicasse, Ecclesiam illis dare oportuisse, aut semper, & vbique eam paruulis dedisse; alioquin in hodiernum vsque diem illis data fuisset; quod vtique non fit. Quod ergo iudicauerint Patres non esse necessariam paruulis Eucharistiam, docet Augustinus in paulo ante allegatis verbis; vt intelligas ob securitatē potius, & cautionem, quam ob necessitatē paruulis aliquando dispensatam fuisse, adeo vt Rupertus in caput 6. Ioannis scribat in hæc verba: *Sane qui vel tenerrima colibentur infantia, priusquam ex hac luce migrant, quàm manducare, aut bibere possint; vel qui articulo temporis constringuntur, sicut nonnulli confessores, quos nec baptizari aqua persecutionis, & mortis instantia, permisit, non præiudicantur hac sententia veritatis. Nec enim iudicatur apud Deum non manducasse, nisi qui manducare noluit, qui non curauit, qui neglexit. De sensibus enim, & de voluntatibus iudicat Deus, quæ in infantibus edentulis mala esse non possunt, & in eiusmodi confessoribus cùm bona sint, non fraudantur effectu, quia manifestè* CHRISTI *communicant passionibus. Proinde nec paruulos, quos ætatis impotentia manducare vetat, qui mox vt baptizati fuerint, ab hac luce migrant, æternæ vitæ exortes arbitramur, nec præuentos à persecutore confessores pios, in sanguine suo baptizatos, corporis Christi communicasse, vel calicem Domini bibisse, quod ad vitam æternam proficiat, dubitamus.* Sic ille. Et Concilium Tridentinum perspicue testatur, pueris Eucharistiam ante vsum rationis non esse necessariam, nec omnino dari solere Eucharistiam. Patres ergo omnes, & Ecclesiæ praxis consentiunt in eo, quod in sexto capite Ioannis Eucharistiæ Sacramentum promittatur. Cum igitur ob aliam caussam olim à certis Patribus certis in locis data sit infantibus; ob aliam vero dixerint verba Ioannis referenda ad corporis CHRISTI mysterium, quia illud ad cautelam, ad tēpus; hoc tanquam ex mente Domini, & perpetuo sit expositum, & interpretatū: sequitur, vt certum & vniuersale amplectendū, illud vt incertum, & particulare factum de ferendum esse.

Legibus, non exemplis iudicare solent sapientes.

Rupert. in Ioan. lib. 6.

Quomodo excusantur paruuli, & morte præoccupati ab Eucharistię perceptione, teste Ruperto.

Sess. 21. cap. 3. & Can. 3.

Septimò: Non poterat Dominus (inquiunt) in illis verbis loqui de Eucharistia, cùm nondum esset instituta. Ait enim: *Caro mea, verè est cibus: & sanguis meus, verè est potus.* Et, *qui manducat meam carnem*, & reliqua. Vbi aperte de præsenti loqui videtur Dominus. Respōdemus, Dominum solitū dare præcepta, quæ non statim suam obligandi vim habeant. Vt de baptismo dixit Nicodemo: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei:* & tamen constat ab eo tempore vsque ad tempus Apostolorum, qui baptismum promulgarunt, multos obijsse, & seruatos fuisse ex fide, & circumcisione, si Iudæi erant, vel ex fide vnius Dei, si Gentiles. Ergo vt illud præceptum intelligi debuit post promulgationem, ita de Eucharistia, quā Dominus prędicauit non institutam, sed instituendam esse, cum dixit: *Et panis, quem ego dabo* (procul dubio in cœna instituendo Sacramentum) *caro mea est pro mundi vita.* Etsi ergo dixerit de præsenti: *Caro mea verè est cibus*; Et, *Qui manducat meam carnem*, prius tamen dixerat: *Panis quem ego dabo*; vt ex præcedentibus suppleri debeat subsequēs illa Christi oratio: *Caro mea*, de qua iam loquor, velut si adesset tēpus, quo eā sub pane manducandā dabo: *verè est cibus.* Et tempus

Septimū arg.

Christi Domini leges, & præcepta cōmuno haud semper obligabant.

Ioan 3.

Ante legem baptismi promulgatam, vna de Iudæis, vel Ethnicis salus contingebat.

Matt. 26.

præsens,

Dei proprium

præſens etiam futurum in ſe complectitur, præſertim cum is, cui omnia futura velut præſentia ſunt, ita de præſenti loquatur, vt prius futurum tempus ſignificãter expreſſerit: adhuc tempus ipſum Paſchæ, quo hęc diſputata ſunt per annum ante inducebat, & admonebat diſcipulos ea prędicare, quę anno ſequenti ſub idem tempus in cœna præſtiturus erat.

Neque verum eſt, Chriſtum his verbis obligaſſe ad Euchariſtiæ perceptionem niſi pro illo tẽpore, quo illa inſtituenda erat. Interim tamen dicimus, eos qui audiebant ipſum, ad fidẽ & expectationem cibi eius, de quo præmiſerat: *Et panis quem ego dabo*, fuiſſe inuitatos, cuius carnis dationem qui futuram non credebat per fidem non mãducabat, quia verbo Dei fidem non habebat: qui vero credebat Chriſtum quandoque carnem ſuam daturum, interim fides ei fuit loco Euchariſtiæ. Eſt enim fides, ſperandarum ſubſtantia rerũ, quæ in mente fidelis illa ſubſiſtere, & eſſe facit quæ in rerum natura nõ niſi cum Deus volet, exiſtent. Tales erant Apoſtoli credentes, qui dixerunt: *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes*, expectabant enim ipſius promiſſionem.

Carnem Chriſti ante inſtitutionem Euchariſtiæ non manducabat quis.
Heb. 11.
Fidei effectus.

Quare quod dicitur: *Niſi manducaueritis, &c.* hunc habet ſenſum genuinum: Niſi iã nunc aſſenſeritis mihi, vt indignè tũc edatis carnem meam, quando ego illam dedero, non habebitis vitam in vobis. Nam qui manducat carnem meam (nunc per fidem expectationemque doni mei; tunc autem, quando illam dabo re ipſa) habet vitam æternam. Et cum datio carnis Chriſti tam in cibum, quàm in mortem, ex æquo in futurum differatur, manducatio autem præſens poſtulatur, quæ ab illa datione pendẽt, neceſſario faciendum eſt, vt potius manducatio trahatur ad futurum tempus dationis, quam datio ad tẽpus manducationis, quia datio futura, res principalis eſt, à qua primum cœpta eſt diſputatio, & ad cuius confirmationem toties poſtea manducandæ carnis fit mentio.

Quid ſignificat propriè: Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, &c.

Octauum arg.

Octauo colligunt ex eodem loco: Quia Chriſtus loquebatur Capharnaitis præſentibus, qui cũ infideles eſſent, nõ erant præcepti Euchariſtiæ ſumendæ capaces, bene tamen credendi in eum, tanquã Meſſiam. Reſpondendum eſt: non tantum Capharnaitis præſentibus Dominum locutum, ſed etiam Apoſtolis, & diſcipulis, qui Eccleſiam repræſentabãt: ſatiſque dici poteſt eo tempore inſtitutam Euchariſtiam, quia decreto immobili mentis ſuæ ſtatuerat ſuo tempore tantum myſterium conficere, & conficiendum tradere. Et illos hortatur nõ vt increduli exiſtãt, ſed vt ſibi prius fidem comparent, vt digne poſſint ſumere, & cũ fructu, iuxta illud: *Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam*: nimirum, Præparate vos ad hunc cibũ, ſiue probate vos ipſos, antequam edatis: vt docet Apoſtolus.

1. Cor. 11.

Nonum argu.

Nono obiectãt illa verba: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo*: quam promiſſionem nõ aſſequimur per manducationẽ Sacramentalem, ſed per ſpiritualem ex fide. Reſpondetur, idem accidere edẽti ſpiritualiter ipſam Euchariſtiã: quæ ad hoc inſtituta eſt, vt edenti per fidem conferat vitam, & manſionem in Chriſto, & Chriſti in nobis. Decimo opponunt: *Si ergo videritis Filium hominis aſcendentem vbi erat prius?* Ex quo inferunt hæretici, quod ſi aſcenſurus erat in cęlum, non erat neceſſum manere Chriſtum nobiſcum in Euchariſtia. Sed hoc ideo dictum eſt; ne putarent carnem eius fruſtillatim mandendam, & dentibus conterendã, vt ipſi exiſtimabant. Quod Dominus negat; cum ſit in cœlum integra transferẽda: vt exponit Auguſtinus. Vel dicendum eſt: quod poſt myſterium Incarnationis, & Euchariſtiæ, addit tertium, Aſcenſionis, quo maxime oſtendit diuinitatem, ac potentiã ſuam Dominus; vt credãt ipſum hoc modo promiſiſſe ſe in cibum in Euchariſtia dando, præſtare facilè poſſe.

Decimum argum.
Quorſum id: Si ergo videritis Filiũ hominis aſcendentem, vbi erat prius.
Aug. tract. 27 in Ioan. to. 9.
Alter ſenſus.

Vndecimum argum.

Vndecimo, hic eſt inuictus hæreticorũ, vt ipſi putant, Achilles: *Caro non prodeſt quicquam: ſpiritus eſt qui viuificat. Verba quæ ego locutus ſum vobis ſpiritus, & vita ſunt*: Vbi apertè videtur excludere quamcunque carnis manducationem, & ſpiritualem, quæ per fidem dilectione operantem fit, ſtabilire. Reſponderi poteſt, illis verbis tantum excludi manducationem, vel ferinã, vel purè Sacramentalem non attingẽtem ad fructũ Sacramenti, non autem excludit ſpiritualem in Sacramento. Vnde Auguſtinus hoc loco ait: *Proinde ſic dictum eſt: Caro nõ prodeſt quicquam, quomodo dictum eſt: Scientia inflat. Iam ergo debemus odiſſe ſcientiam? Abſit. Et quid eſt, Scientia inflat? ſola, ſine charitate. Ideo adiunxit, charitas vero ædificat. Adde ergo ſcientiæ charitatem, & vtilis erit ſcientia, non per ſe, ſed per charitatem. Sic etiam nunc caro non prodeſt quicquam, ſed ſola caro. Accedat ſpiritus ad carnem, quomodo accedit charitas ad ſcientiam, & prodeſt plurimum: nam ſi caro nihil prodeſſet, Verbum caro non fieret, vt inhabitaret in nobis.* Ita Auguſtinus. Quanquam Diuus Chryſoſtomus Chriſtum aſſerat hoc loco vocare carnem, vt opponitur ſpiritui, id

Quid ſignificat Dominus his verbis: Spiritus eſt qui viuificat, caro nõ prodeſt quicquam.
Aug. ibid.
1. Cor. 8.
Illud Apoſtoli Scientia inflat, quid ſit Auguſtino.
Ioan. 1.
Chryſ. ho. 46. in Ioan. to. 3.

eſt, car-

Altera ſolutio.

eſt, carnalem ſenſum, & intelligentiam, quę non prodeſt, ſed ſpiritualis, quæ prodeſt, nempè in myſterio Euchariſtiæ, in quo non eſt locus oculis, aut ſenſibus, ſed tantum oculis fidei ſpiritualibus.

XII. Argum.

Duodecimo argumentantur: *Sunt quidam ex vobis, qui non credunt*; Ergo de manducatione per fidem loquitur. Reſpondemus, confitentes loqui de manducatione per fidem; ſed non de excludente Sacramentum, verum de illa, quæ coniunctá eſt cum eo: vt dictum eſt.

XIII. Argum.

Ioan. 6.

Explicatur id: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.

Clemens lib. Recognit.

Decimotertio adferunt illud: *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Et nos credimus, & cognouimus quia tu es Chriſtus filius Dei.* Vbi Chriſtus videtur exponere, totam diſputationem de edenda carne, & bibendo ſanguine, fidem eſſe. Reſponſio ſit, eſſe quidem ſermonem de fide Meſſiæ, ſed in hoc vt dictis eius crederetur, quibus ſe aſſerit panem de cœlo veniſſe, & in Euchariſtia manducandum. Vt enim Scriptura, & Petrus in libris recognitionum Clementis docet, tantum Chriſtus debebat laborare, vt agnoſceretur verus Meſſias, & ſummus Propheta, quo probato, poſteà dictis ſuis in omnibus credendum erat. Vnde Auguſtinus in hæc verba ſcribit: *Verba vitæ æternæ habes. Vitam enim æternam habes in miniſtratione corporis, & ſanguinis tui.* Et infra, explicans illud: *Quia tu es Chriſtus Filius Dei*, inquit, *Id eſt, quia ipſa vita æterna tu es, & non das in carne & ſanguine tuo niſi quod es.*

Auguſtin. ibidem.

XIV. Argum. & vltimum.

Vltimo obijciunt, quòd Ioannes debuiſſet poſteà narrare exhibitionem, & implementionem eorum, quæ hîc promiſit: quod nõ intelligitur: ergo non eſt ſermo de Euchariſtia. Reſpondeo, Ioannem ſcripſiſſe poſt alios Euangeliſtas, & ea, quæ ab alijs erant prætermiſſa, diligenter perſequi, vt hanc promiſſionem, quæ apud nullum alium legitur; exhibitionẽ autem, & impletionem huius promiſſionis, quia vidit ab alijs tribus eſſe narratam, ſilentio ſuppreſſit. Sicut è contrario promiſſionem Chriſti de dandis clauibus regni cœlorum Petro apud Matthæum deſcriptam ipſe Ioannes ſilẽtio, pręteriens, exhibitam tamen atque impletã ſcriptis commendauit. Scribit enim, Chriſtum dixiſſe Petro: *Paſce oues meas*, & Apoſtolis in die Reſurrectionis dictum eſſe: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Et hactenus ex Scripturis argumenta eorum produximus.

Matth. 16. & 18.

Ioan. 21.

Ioan. 20.

Hæreticorum ab autoritate Patrum proponuntur argumenta, atque ſoluuntur.

Deinde producunt argumenta ex Patribus antiquis. Et argumentantur negatiuè, dicentes; Nullum Concilium vel Patrem antiquum intellexiſſe hoc caput de Euchariſtia, ſed de ſpirituali manducatione Chriſti per fidem. Reſpondemus, eos, qui hoc argumento vtuntur, maniſeſtè oſtendere ſe parùm eſſe in lectione veterum Patrum verſatos, quos ferè ad vnum vſque allegauimus ſuperius. Vidiſſent enim tertiam Synodum, & ſeptimam ex hoc loco argumenta, ad firmanda dogmata Fidei ſumpſiſſe. Cognouiſſent etiam, quoties Patres vel decertando contra hæreticos, vel exponendo Scripturam ſacram ad populum, argumenta firma ex hoc capitulo accipiunt. Nã etſi interdum Patres in diſputationibus, vt hæreticis repugnent, ſoleant in alterum extremum vergere; populis tamen concionando non niſi certa, & indubitata ſolent proponere: Deo peculi[illegible]ter eos monente propter bonum pop[illegible]tum.

Tertia, & ſeptima Synodi.

II. argum.

Hieron. to. 2.

Secundò produc[illegible] Hieronymum libro in Iouinianum ſ[illegible]ndo, vbi, allegatis illis verbis: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo*, concludit, vnionem noſtram [illegible]m Deo eſſe, non in natura, ſed in gratia, & ſpiritu tantum. Dicimus, veriſſimum eſſe dictum Hieronymi: Verum hæc vnio noſtra per g[illegible] cum Deo, effectus eſt Euchariſtiæ dignè, & [illegible] fidem ſumptæ. Et Hieronymus non ſcribit illo loco, quod Ioannes agat de ſpirituali manducatione excludente Sacramentum, [illegible]um alibi, vt dictum eſt ſuperius, de Sacramento expoſuerit.

III. argum.

Baſil epiſt. 141. to vlt.

Ioan. 6.

Tertio loco decertant verbis B. Baſilij, qui epiſtola ad Cæſarienſes, vbi apologiam facit pro ſua ab illis diſceſſione, & de fide, ita loquitur: *Et primùm proponatur nobis illud: Ego viuo propter Patrem. Hoc enim vnum eſt ex iaculis, quæ ab impijs hominibus vſurpata in cælum mittuntur. Dictum autem hoc, iſto loco, vt arbitror, non de ſempiterna vita loquitur. (Nam quicquid aliunde vitam habet, per ſeipſum viuere, quẽadmodum & quod aliunde incaluit, ex ſeipſo calidum eſſe nequit. Chriſtus vero, ac Deus noſter dixit, Ego ſum vita) ſed de ea, quæ carnis eſt, & in hoc tempore orea, quam vixit propter Patrem. Nam ex illius conſilio in hac mortalium vita conuerſatus eſt: Et non dixit: Ego vixi propter Patrem, ſed, Ego viuo propter Patrem, apertè præſens tempus ſignificans. Poteſt autem & vitam dicere eam, quam ipſe Chriſtus etiamnum viuit, Verbum Dei habens in ſeipſo. Et quod hoc ipſum ſit, quod innuitur, ex eo quod ſubiungitur, ſciemus, vbi dixit, Et qui edit me, viuet propter me. Carnem namque ipſius edimus, ac ſanguinem bibimus, conſortes ipſius effecti, per Incarnationem, & ſenſibilem Verbi, ac ſapientiæ vitam. Carnem enim, ac ſanguinem, totam ſuam myſticam in carne conuerſationem vocauit, doctrinamq; illam, quæ ex vita ipſius, actuali, & naturali, & Theologica conſtat.*

Illud: Ego viuo propter Patrem, quid ſecundum Baſilium.

Ioan. 14.

constat, manifestauit, per quam nutritur anima, & ad cælestium rerum contemplationem intereà exercetur, & imbuitur. Hucusque Basilius. Quibus verbis innuitur, illum verba Ioannis de spirituali manducatione intellexisse. Sic enim argumentantur ex verbis Basilij: Si per carnem, & sanguinem doctrinam suam, & totum suum mysticum aduentum intellexit, cùm dixit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem*, hunc vtique intellexit: Qui credit doctrinæ meæ, & totum meum mysticum aduentũ suauiter in corde recondit, in me manet. Porro totus non manducatur, nisi quoties credimus in eum prædicantem, crucifixum, & sedentem à dextris Dei: ergo de illa manducatione agit, quæ fit per fidem. Cui argumento eruditè admodum, & luculenter respondet Nicolaus Sanderus tractatu suo peculiari de hoc

D. Sanderus eruditus nostri seculi scriptor.

loco Ioannis. Cuius præclaram doctrinam insequentes, dicimus in primis, quòd etsi Basilius id sentiret, quod ab aduersarijs obijcitur, non esset magnoperè curandum, si contra torrentem Patrum ita loqueretur: nunc autem secus se res habet. Quod vt melius capias, attende: Arriani coessentialem Patri Filium Dei esse negabant, & id volebant ex verbo Christi confirmare: *Ego viuo propter Patrem: Quicquid* (inquiunt) *viuit propter aliud, non est vita per se: quod autem non est vita per se, non est eiusdem substantiæ cum Deo Patre, quem per se vitam esse constat.* Sic illi.

Expenditur sensus Basilij de proposito loco Ioannis aduersus Arrianos.
Ioan. 6.

Quorum argumento duplex adhibet responsum Basilius: Primum, vt dicat Christum temporali quadã vita viuere cœpisse, quando Verbum caro factũ est, & præter ed æternã ante secula vitam habuisse apud Patrem. Quod ergo legamus, eum viuere propter Patrem: id putat non de ęterna, sed de temporali vita dictum esse. Vnde non ait Christus, vixi, sed *Viuo propter Patrem*.

Altera Basilij responsio.

Deinde adijcit Basilius: *Potest & vitam ducere eam, quam ipse Christus etiamnum viuit, Verbum Dei habens in seipso:* quo significat CHRISTVM viuere propter Patrem: quia Verbum Dei cum sit illud ipsum quod à Patre emanauit, Patris naturam & substantiã totã in seipso habuit: atq; ita Filius viuit propter Patrẽ: tum quia tẽporalem carnis vitã Patri, à quo est missus in mundum, acceptã fert, quod verum esset, etiamsi Pater extra ipsum esset; tum quia substantiam Patris in se præsentem habet, à qua viuificatur eius

Christi caro vnde vitam habeat.

caro: quę interpretatio priori adijcit aliquid. Nam illa id tantum docemur, quòd de illa vita Christi agatur, quam secundum carnem à Patre habet; posteriori verò etiam quòd propter Verbi præsentiam in se, vitam in carne habet. Et probat hoc ex verborum illorum Christi collatione: *Et qui mãducat me, & ipse viuet propter me.* Cùm ergo ea sit vitæ Christi ratio ad Patrem, quæ est vitæ nostræ ad Christum: melius intelligitur quo sensu Christus dicatur viuere propter Patrem, si alteram similitudinis partẽ agnouerimus: videlicet quo sensu manducantes Christum dicamur viuere propter ipsum. Incumbit ergo Basilio probare quòd Christum in nobis habeamus (vtiq; per manducationem carnis eius) sicuti & Christus Dei verbum in se habet; Deinde quod viuimus propter Christum, sicut & is viuit propter Patrem. De manducatione ita ait, carnem namq; ipsius edimus, ac sanguinem bibimus: Vt ergo caro, & sanguis corporaliter est in vobis, dum per Eucharistiam accipitur, sic Verbum Dei est in Christo corporaliter, dum is in carnem mittitur. Et ita prior similitudinis pars inter Christum & nos explicata est.

Quomodo propter Christum viuamus, secundum Basilium.

De secunda verò, quod propter Christũ viuamus, sequitur in Basilio: *Consortes*, inquit, *seu participes euadentes Verbi, ac Sapientiæ per Incarnationem, & sensibilem Verbi vitam* (sic enim, iuxta Græcam veritatem, vertendum est, vt etiam interpretatus est Godefridus Tilmanus Carthusianæ familiæ, &

F. Godefridus Tilmanus.

grauiter errarunt qui verterunt, Participes euadentes sensibilis vitæ.) Neque affirmat Basilius, sensibilis vitæ nos fieri participes, sed per sensibilem vitam Christi, nos ait euadere Verbi, ac Sapientiæ participes. Nam Incarnatio, & sensibilis vita Christi est modus, quo participes reddimur carnis eius. Tria ergo hîc sunt ordinem inuicem habẽtia. Primum est, Christus Incarnatus, & sensibilem vitam hic agens, Secundum, sanguinem suum potandum, & carnem suam edendam nobis in Sacramento dedisse; Tertiũ, ex hac comestione reddi nos Verbi ac Sapientiæ participes, vt ita viuamus propter Filiũ, quẽ in nobis habemus, sicut Christus viuit propter Patrem, cuius naturã in seipso habet. Ex ijs tribus primum & tertium concedunt Arriani: nam & Christũ Incarnatum, & nos per quandam comestionem illius viuere fatentur: sed quod Basilius significet, huius vitæ caussam in Sacramento collatam esse, id egregiè pernegant. A quibus primum quæro, an Basilius, quando Dominus ait se viuere propter Patrem, nõ doceat Christum illam vitam dicere, quam viuit Christus Verbũ Dei in se agens. Deinde quæro, an illud, In seipso, non intelligatur secundum id quod homo est, de hac enim vita Christũ loqui Basilius ante explicauit. Tertio quæro, quando Basilius ait, Christũ habere Verbũ Dei in seipso, an per

illud habere non intelligat plenitudinem diuinitatis corporaliter inhabitare in carne sua. Nam quod per solam participationem Christus habuisset vitam in seipso, id nunquam Arriani negarent: sed quod Christus Verbum Dei promanans ex naturali Patris essentia in seipso habuerit, id Arriani negabant, & Basilius credens affirmauit.

Arrianorum de Christo blasphemia.

Ex illo ergo: *Et qui manducat me, & ipse viuet propter me,* elicimus, quod & manducamus Christum, & quòd viuimus propter illum: ex quibus per modum similitudini Basilius probat, non modò quòd Christus viuit propter Patrem, sed quòd viuit Verbũ Dei in se habens. Illud autẽ, quod Christus Verbum Dei in se habeat per illam similitudinis partem, in qua nos dicimur propter Christum viuere, probat Basilius, nam illa respondet ei vitæ, quã viuit Christus in carne: restat ergo, vt probetur per aliam partẽ, qua nos dicimur manducare Christum, quod Christus Verbũ Dei in se habet. Nam hæc propositio nondum probata est ex illa similitudine, quæ à Basilio vrget hæc verba: Qui manducat, & cætera, nec vnquam ostenderunt Christum habere verbum Dei in seipso, hoc est, in carne, nisi intelligatur quòd ita manducemus Christum, vt eum etiam habeamus in nobis ipsis, hoc est, in corpore, ac non tantum in spiritu. Nam etsi Christum per fidem tantum manducare intelligamur: ex illis verbis nil aliud inferretur, quàm Christum Verbum Dei per fidẽ, aut spiritum, hoc est, non in ipsa Dei substãtia habere. Qui sensus longè abest à Basilij proposito, & nihil eorum, quæ proponit, probaret. Vult enim ostendere ex nostra manducatione quod Christus habet Verbũ Dei in seipso, & ita quod viuat quidẽ in carne propter Patrem; sed ita viuat, vt causa vitæ (quæ est Verbum Dei Deus ipse) in ipsa carne habitet. Idque probat: quia nos manducantes Christum, viuimus propter ipsum: non potest autem fieri vt per manducationem habeamus Christum in corpore nostro: atque ita vt vitam ex ipso substantialiter pręsente hauriamus, nisi Sacramentum Corporis Christi dignè sumamus. Ex quo apparet, Basilium illa verba attexuisse: *Et qui manducat me,* sine quibus nihil eorum, quæ proposuit, posset concludere, ob id enim probandum dixit: *Carnem ipsius edimus, ac sanguinem bibimus.* Quòd verò viuamus propter Christum, explicauit illis verbis, Participes euadẽtes Verbi, ac Sapientiæ per Incarnationem, & sensibilem vitã: hoc est, humana Christi natura vitam in se ipsa recipit: nõ veluti à Patre longè posito, sed veluti ab essentiali eius verbo pręsente, & viuificante ipsam naturam humanam. Nam vt is qui carnem Christi in Eucharistia dignè recipit, habet id in seipso, propter quod viuit: sic etiam humana Christi natura viuens propter Patrem ipsum, Patris Verbũ, & naturam vnde viuit, in seipso habet.

Quod ergo ait: *Carnem ipsius edimus, ac sanguinem bibimus, participes euadentes Verbi:* non sunt hęc duo pro eodem habenda, nec participatio est comestioni præferẽda, vel par facienda: quasi voluerit Basilius dicere: Quicunq; fit particeps Christi, is edit carnem Christi: quòd si dixisset, de spiritali tantum comestione loqueretur, in qua idem est, edere, & participem fieri, sed nunc potius contrarium docet, eum scilicet qui edit Christi carnem, victurum propter Christũ, seu participem futurum vitæ, quæ est in Verbo Dei. Nam spiritalis tantum manducatio, in eo differt à spirituali simul, & Sacramentali, quod illa, & participando mãducat, & manducando participat, ita vt vnum eorum alterum minimè præcedat, sed ambo idem signent, vel si differunt, participatio manducationem pręcedat. Nam quia primum ad fidem vocatur, is quidem participat donum fidei, sed in ea receptione fidei, & gratiæ Dei nondum manducat. Est enim manducatio actio viuentis. In Sacramentali verò, & spiritali manducatione ipsa manducatio semper præcedit nouam vitæ participationem, quæ per Sacramentum augetur. Cum ergo Christus, & Basilius de ea agant manducatione, in qua manducatio participationem semper præcedit, vt caussa effectum suum, necessariò vterque de manducatione sacramentali, & spiritali simul agit: quia in ea tantum manducatio præcedit participationem. Nam & Christus non prius vixit propter Patrem in carne, quam carnem haberet: sic & nos viuimus propter Christum, velut carnem eius comedentes, antequam verè comederimus Christi carnem. Quod verò Basil. ait: *Participes Verbi, ac Sapientia, euadentes per Incarnationem, & sensibilem Christi vitam:* non eo sensu dixit, quasi per solam Incarnationem, & sensibilem Christi vitam participes euadamus Verbi, alioqui nulla prorsus manducatio, vel spiritalis per fidem, vel Sacramentalis exigeretur, sed quod absque Incarnatione Verbi caro nulla fuisset, quam ederemus. Porrò absque sensibili vita eius nec passio, nec Sacramentorum vlla fuisset institutio. ¶ Quod ergo inferunt ex verbis Basilij: Si Christus per carnem, & sanguinem doctrinam cælestem, & totum suum mysticum aduentum intellexit, cùm dixit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem,*

Basilij sententiæ explicatio.

Spiritalis mãducatio in quo differat ab spiritali simul, & Sacramentali.

Christus quando primum cęperit viuere propter Patrẽ.

Alterum dictũ Basilij expenditur.

Hæreticorum ex Basilij dictis obiectio diluitur.

ſanguinem in me manet, igitur de manducatione agit, quæ per fidem eſt: non negamus. Nam manducatio, quæ fit per Sacramentũ, ſemper ex inſtitutione Chriſti per fidem etiam fit, vt dignè, & cum fructu percipiatur: cùm ergo fides in ſacramentali manducatione concurrat: non ex eo quod ſit per fidem, excluditur ſacramentalis mãducatio, nec enim per carnis & ſanguinis nomen toties repetitum hoc ſolum ſignat, vt caro ſua ſit velut quidam corporeus cibus ore tantũ vitę animalis nutriendi cauſa ſumptus; ſed intellexit per Eucbariſtiæ Sacramentum ſimul omnia à nobis eſſe manducanda, hoc eſt participanda, quæ vel fecit in carne, vel paſſus eſt. Is ergo dignè manducat carnem Chriſti, qui & omnia quæ geſſit, & omnia quæ prædicauit, quantum in ipſo eſt, ſuauiter cogitans, ac mente volutans, opereque imitans, in ea fide, & pietate Euchariſtiam percipit. Cùm ergo docet Baſilius, in carnis & ſanguinis nomine, tum facta, tum verba Chriſti comprehendi, non remouet Sacramenti intelligentiam, quam prius neceſſariò poſuit, ſed vſum rectè celebrandi Sacramenti prudenter adiunxit. Nam & alias cùm cœnæ Domini verba percurriſſet, & quæſiuiſſet à ſeipſo quid prodeſſent verba hæc, ſubiecit: Vt edentes, & bibentes, memores ſimus eius, qui pro nobis mortuus eſt, & reſurexit.

Qui dignè manducet Chriſti carnẽ.

Baſil lib. de Baptiſm. c. 2. tom. 1.

Et ne vllo modo quis negare valeat, Baſil. de Euchariſtia apud Ioannem loqui, perpende quid poſt doctrinam baptiſmi explicatam, de Euchariſtia tradat in prædicto loco: *Neceſſe*, inquit, *nos eſt deinceps nutriri alimento vitæ æternæ, quod ipſum rurſus idem vnigenitus Dei viui filius nobis tradidit: nunc quidem dicens, Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod progreditur per os Dei. Et quomodo hoc fiat docuit, vbi dixit: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me, Patris. Et iterum ſecundo, Amen, ad confirmandum, quæ inferebat, ac perſuadendum auditoribus adiecto, Amen amen*, inquit, *dico vobis, niſi manducaueritis carnem Filij hominis.* Et conſequenter cum permulta ex capit. ſexto recitaſſet, ſubiungit: *Et ad finem Euangeliorum ſcriptum eſt: Accepit igitur Ieſus panem, &c.* Hæc ille magnus Pater verba Ioann. 6. cum hiſtoria cœnæ Dominicæ coniungens, & illa verba propriè, ac verè ad Euchariſtiam referens.

Deut. 8. Matth. 4.

Ioan. 4.

IV. Argum. *Aug. tract. 25. 26. ac 27. in Ioan. to. 9.*

Quartò agunt autoritate B. Auguſtini qui interdum hæc verba de manducatione ſpirituali exponit; & ait, idem eſſe manducare, & bibere, quod communicare CHRISTI paſſionibus, ſiue inſerri, & coniungi corpori Chriſti myſtico. Sed vt hoc argumentum plenè diluamus, in primis præmittendum eſt, mentem Auguſtin. tam in commentarijs Ioannis, quàm in alijs locis, planam fuiſſe, & expreſſam, in hoc capite Chriſtum loqui de Sacramento altaris; Deinde verò adducemus quaſdam eius ſententias, quibus aduerſarij nituntur, oſtendemuſque eas huic veritati non aduerſari. Ad primum igitur Auguſt. libr. 3. de conſen. Euang. *Ioannes*; inquit, *de corpore, & ſanguine Domini hoc loco* (id eſt, cùm ad cœnæ hiſtoriam ventum eſſet) *nihil dixit, ſed planè alibi multè vberius hinc* (id eſt, de hac re) *Dominum locutum eſſe teſtatur.* Hæc ille. Si ergo vberius, quàm in cœna Dominus de corpore & ſanguine ſuo locutus eſt, nec id alibi, quàm apud Capharnaitas: ſequitur, ſextum caput Ioannis, ſecundum Auguſtini ſententiam, propriè ſpectare ad cœnam Domini. Idem ſuper Leuiticum ſcribit: *Cùm Dominus dicat, Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, &c. quid ſibi vult, quòd à ſanguine ſacrificiorum, quæ pro peccatis offerebantur, tantoperè populus prohibetur? ſi illis ſacrificijs vnum hoc ſacrificium ſignificabatur, in quo vera ſit remiſſio peccatorum, à cuius tamen ſacrificij ſanguine in alimentum ſumendo non ſolum nemo prohibetur, ſed ad bibendum potius omnes exhortantur.* Sic eo loco Auguſtino conferens noſtram Sacramentalem ſanguinis potationem illis verbis præceptam cum veterum factis, qui vt prohibebantur re ipſa potare, aut edere ſanguinem, ſic per fidem, & edere carnem Chriſti, & ſanguinem eius bibere neceſſariò debent. Idem libro decimo ſeptimo de Ciuitate Dei: *Panis*, inquit, *quem ego dedero, caro mea eſt pro ſeculi vita: ipſum eſt ſacrificium non ſecundum ordinem Aaron, ſed ſecundum ordinem Melchiſedec.* Et epiſtol. ad Innocentium Papam expreſsè tradit, quod Melchiſedec prolato Sacramento menſæ Dominicæ nouit æternum eius Sacerdotium figurare. Ex quibus habes illa verba: *Et panis quem ego dabo*, ad menſam Domini pertinere. Item libro in Creſconium Grammaticum: *Quid de ipſo corpore & ſanguine Domini, vnico ſacrificio pro ſalute noſtra, quamuis ipſe Dominus dicat, Niſi quis manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit in ſe vitam? Nonne idem Apoſtolus docet etiam hoc pernicioſum malè vtentibus fieri, ait enim, Quicunque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, & ſanguinis Domini?* Sic ibi. At ſi de ſpirituali tantùm manducatione, aut de re per Euchariſtiam ſignata apud Ioannem ſermo eſſet, nemo poſſet illa malè vti. Vnde ipſe libro primo de peccatorum me-

Aug lib 3 de conſen. Euág. c. 1. to. 4.

Idem in Leuit. 17. c. 57. tom. eod.

Deut. 12.

Idem lib. 17. de Ciuitat. Dei c 5 to 5. Idem epiſt 91. Gen. 14.

Idem lib. 1. in Creſcon. Grãmat. c. 25. to. 7

1. Cor. 11.

ritus, &

Idem lib.1 de pecc.mer & remiss c 20. eod tom. Dicti Augustini falsius quidam sensus excinditur.

ritis & remissione: *Dominum audiamus inquam, non quidem hoc de Sacramento lauacri dicentem, sed de Sacramento sanctæ mensæ suæ, quo nemo ritè nisi baptizatus accedit: Nisi manducaueritis carnem meam*, & reliqua. Nihil apertius, aut expressius dici potuit.

¶ Nec potest intelligi de re significata per Sacramentum, vt quidam contendunt, id est, de vnitate Ecclesiæ, vel corporis mystici consociatione: quia hæc per viuam fidem cum voto baptismi, & per martyrium illis confertur, quos Deus tanto voluit beneficio cumulare, etiamsi nondum baptizati sint. Deinde illa mystica vnitas, quæ ponitur per Eucharistiam significari, propriè ab Eucharistia pendere intelligitur. Eo ergo posito, quod Dominus de re propriè per Eucharistiam designata loquatur, etiam ponitur quod de ipsa loquatur Eucharistia: quælibet enim res cum sua propria nota necessariò cohæret, aliàs propria eius nota non esset. Accedunt adhæc multæ sententiæ Augustin. super Ioannem. Nam Tract. 26. in illa verba: *Patres vestri manducauerunt manna, & mortui sunt*, scribit: *Nam & nos hodie accepimus visibilem cibum. Sed aliud est Sacramentum, aliud est virtus Sacramenti. Quam multi de altari accipiunt, & moriuntur? vnde dicit Apostolus, Iudicium sibi manducat, & bibit. Nonne buccella Dominica venenum fuit Iudæ: Et tamen accepit, & cum accepit, in eum inimicus intrauit: non quia bonum accepit, sed quia bonum malè malus accepit. Videte ergo fratres, panem cœlestem spiritaliter manducate, innocentiam ad altare apportate.* Et paullò inferius super illo verbo: *Vt si quis manducauerit ex ipso, non moriatur*, inquit, *Sed quod pertinet ad virtutem Sacramenti, non quod pertinet ad visibile Sacramentum. Qui manducat intus non foris, qui manducat in corde, non qui premit dente.* Et infra: *Quomodo quidem edatur, & quisnam modus sit manducandi istum panem, ignoratis*: Quo hæc respiciunt, nisi ad modum cœnæ? Vbi post panem acceptum, & benedictum dicebatur: *Hoc est corpus meum*. Nam modum manducandi, qui per fidem est, iam sæpè in hoc eodem capite Christus dixerat, vt illum ignorare nulli possent: at modum cœnę etiam fideles discipuli adhuc ignorabant. Idem explanans illa verba: *Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo: Hoc est ergo*, ait, *manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere.* Ac per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet CHRISTVS, proculdubio nec manducat spiritualiter carnem eius, nec bibit eius sanguinem, licet carnaliter, & visibiliter premat dentibus Sacramentum corporis, & sanguinis Christi: sed magis tantæ rei Sacramentum ad iudicium sibi manducat, & bibit, quia immundus ausus est ad Christi accedere Sacramenta, quæ aliquis non dignè sumit, nisi qui mundus est: de quibus dicitur: *Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt.* Idem explicans illa verba: *Caro non prodest quicquam, Sed quomodo*, ait, *illi intellexerunt? carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo spiritu vegetatur. Proinde sic dictum est, Caro non prodest quicquam, quomodo dictum est, scientia inflat, &c.* Et in fine huius tractatus, & capitis, ait: *Hoc totum, quod Dominus de carne & de sanguine suo locutus est, & quod in eius distributionis gratia vitam nobis promisit æternam, & quod hinc voluit intelligi manducatores, & potatores carnis, & sanguinis sui, vt in illo maneant, & ipse in illis, & quod non intellexerunt qui non crediderunt, & quod spiritualia carnaliter sapiendo scandalizati sunt, & quod eis scandalizatis, & pereuntibus, consolatio* DOMINI *affuit discipulis qui remanserant, ad quos probandos interrogauit; Nunquid & vos vultis abire? Vt responsio permansionis eorum innotesceret & vobis, nam & ille nouerat, qui manebant. Hoc ergo totum ad hoc nobis valeat, dilectissimi; vt carnem* CHRISTI, *& sanguinem Christi non edamus tantum in Sacramento, quod & multi mali; sed vsque ad spiritus participationem manducemus, & bibamus, vt in Domini corpore tanquam membra maneamus, vt eius spiritu vegetemur, & non scandalizemur, etiamsi multi modò nobiscum manducant, & bibunt temporaliter Sacramenta, qui habebunt in fine æterna tormenta.* Pondera obsecro illa Patris doctissimi verba: *Carnem Christi, & sanguinem Christi non edamus tantum in Sacramento, quod & multi mali, sed vsque ad spiritus participationem*: vbi perspicuè Sacramentalem manducationem intra spiritualem includit. Adhæc serm. de verbis Domini interpretans illa verba: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: Non vtique intelligamus*, inquit, *eo modo credentem, quo & dæmones credunt, & contremiscunt, nec in eo numero baptizatos, in quo Simon Magus baptizari potuit, sed saluus esse non potuit. Sicut ergo cùm diceret: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, non omnes credentes, & baptizatos, sed quosdam intuebatur, in ea scilicet fide constitutos, quæ Apostolo distinguente per dilectionem operatur: ita, cùm dixit, Qui blasphemauerit in Spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum, non omnem, sed quẽdam in Spiritum sanctum intendebat rea-*

Idem Aug.

Aliud est Sacramentum, aliud virtus Sacramenti.

1.Cor.11.

Ioan.13.

In Iudam cur Satan intrauit.

Matth.26.

De consec distinct.2.c qui discordat.

Matth.5.

Idem tract. 27 in Ioan.

1.Cor. 8.

Idem ser. 11. de verb.Dom. tom 10.

Mar.vlt.

Iacob.2.

Actor. 8.

Gal.5.

Marc.3.

tum, quo quisqun fuerit obligatus, nulla vnquam remissione soluetur. Illud etiam quod ait: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in illo, quomodo intellecturi sumus? Nunquid etiam illos hic poteramus accipere, de quibus dicit Apostolus, quod iudicium sibi manducent, & bibant, cum ipsam carnem manducent, & ipsum sanguinem bibant? Nunquid & Iudas Magistri venditor, & traditor impius, quamuis primum ipsum manibus eius confectum Sacramentum carnis, & sanguinis eius cum caeteris discipulis, sicut apertius Lucas Euangelista declarat, manducaret, & biberet, mansit in Christo, aut Christus in eo? Multi denique qui vel corde ficto carnem illum manducant, & sanguinem bibunt, vel cum manducauerint, & biberint, apostatae fiunt, nunquid manent in Christo, aut Christus in eis? Sed profectò est quidam modus manducandi illam carnem, & bibendi illum sanguinem, quomodo qui manducauerit, & biberit, in Christo manet, & Christus in eo. Non ergo quocunque modo quisquis manducauerit carnem Christi, & biberit sanguinem Christi, manet in Christo, & in illo Christus, sed certo quodam modo, quem modum vtique ipse videbat, quando ista dicebat. Non potuit certè Augustinus vllis clarioribus verbis animi sui sensa aperire, & Ioannis verba rectius explicare de Sacramento Eucharistiae. Idem docet sermone de verbis Apostoli, cuius verba inferius citabuntur, & sermone de verbis Domini, & in Psalm. 98. edisseeens illud verbum: *Adorate scabellum pedum eius.* ait, *Tunc autem, quando hoc Dominus commendauit, de carne sua locutus erat, & dixerat: Nisi quis manducauerit carnem meam, non habebit in se vitam aeternam. Scandalizati sunt quidam discipuli eius, septuaginta fermè, & dixerunt, Durus est hic sermo, quis potest hoc intelligere? & recesserunt ab eo. & amplius cum eo non ambulauerunt. Durum illis visum est quod ait, Nisi quis manducauerit carnem meam, non habebit vitam aeternam. Acceperunt illud stultè, carnaliter illud cogitauerunt, & putauerunt, quod praecisurus esset Dominus particulas quasdam de corpore suo, & daturus illis, & dixerunt: Durus est hic sermo. Ipsi erant duri, non sermo. Etenim si duri non essent, sed mites essent, dicerent sibi, Non sine caussa dicit hoc, nisi quia est ibi aliquod Sacramentum latens, manerent cum eo lenes, non duri, & discerent ab illo quod, illis discedentibus, qui remanserunt, didicerunt. Nam cùm remansissent cum illo discipuli duodecim, illis recedentibus, suggesserunt illi tanquam dolentes illorum morte, quod scandalizati sunt in verbo eius, & recesserunt. Ille autem instruxit eos, & ait illis: Spiritus est qui viuificat: caro autem nihil prodest: Verba, quae locutus sum vobis spiritus est, & vita: spiritaliter intelligite quod locutus sum. Non hoc corpus, quod videtis, manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendaui, spiritaliter intellectum viuificabit vos: etsi necesse est illud visibiliter celebrari: oportet tamen inuisibiliter intelligi.* Haec ille, qui in omnibus his sententijs apertissimè docet, & CHRISTVM loqui in hoc capite de Eucharistia, & non loqui de sola sumptione Sacramentali, vel de carnali, siue secma, sed de spiritali in Eucharistia: vt clare videbitur ex solutione obiectionum. Quarum prima est: quod in illa verba: *Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille.* Tract. 25. in hunc modum scribit: *Hoc est ergo manducare cibum, non qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam. Vt quid paras dentes, & ventrem? Crede: & manducasti.* Sed profectò in his verbis August. non prohibet parare dentes, & vētrem: quia, vt ex locis citatis constat, hortatur ibi accedere ad altare, & dicit malos opprimere Eucharistiam, sed prohibet opinionem, qua quis existimaret, sine fide satis esse parare dentes, & ventrem, hoc est, solum Sacramentaliter sumere: & docet fructum manducationis ex fide haberi. Vltra hoc quod posset dici, in illo loco excludi etiam Sacramentalem māducationem, quia necdum Dominus loquebatur de Eucharistia.

1.Cor.11.

Non omnes Christum manducantes, in Christo manent, & Christus in illis.

Luc.22.

Idem serm. 2. de verb. Apostoli, & serm. 46 de verbis Dom.

Idem.

Capharnaitarum durities

Ioan. 6.

Quaedam ex Augustino, & alijs Patribus adversariorum obiectiones in contrarium diluuntur.

Secunda: Idem tractatu sequenti in illud: *Non hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus, &c.* ait Augustin. *Daturus ergo Dominus Spiritum sanctum, dixit se panem, qui de caelo descendit; hortans vt credamus in eum. Credere enim in eum, hoc est, manducare panem viuum. Qui credit in eum, manducat, inuisibiliter saginatur, quia & inuisibiliter renascitur.* Sic ille. Quibus sane verbis non tollit, quin in hoc capite loquatur de manducatione Eucharistiae; sed dicit, in illo loco Christum de illa non agere. Et verum est: quia tunc loquitur de fide in Christum Incarnatum, quasi prooemium futurae disputationis de Eucharistia. Tertia: idem in illa verba: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam: Hunc itaque, inquit, cibum, & potum, societatem vult intelligi corporis, & membrorum suorum, quod est sancta Ecclesia in praedestinatis, & vocatis, & iustificatis, & glorificatis sanctis, & fidelibus eius.* Et infra: *Huius rei Sacramentum, id est, vnitatis corporis, & sanguinis Christi, alicubi quotidiè, alicubi certis interuallis dierum in Dominica mensa praeparatur, & de mensa Dominica sumitur, quibusdam ad vitam*

Secunda obiectio. Idem tract. 26. in Ioan.

Tertia obiectio. Idem ibidem.

qui-

quibusdam ad exitium, quicunque eius particeps fuerit. Hactenus ille; qui videtur vocare manducare & bibere, seu cibum & potum, incorporationem in Ecclesia; & ita de spirituali tantùm sumptione per fidem loqui videtur. Respondeo; Quantum licet coniectare, August. in Eucharistia tria constituit: Primum, Sacramentū corporis Christi, id est, ipsas species, & hoc vocat cibum corporalem: Secundum, ponit carnem & sanguinem, siue ipsum Christum contentū & significatum. Tertium, ponit effectum, siue rem Sacramenti, hoc est, incorporationem, siue coniunctionem cum Ecclesia. Et quia hac nutritur anima nostra; illam vocat cibum spiritualem; & propterea dicit: Hūc itaque cibum, & potum societatē vult intelligi corporis, & membrorum suorum, quod est sancta Ecclesia, scilicet ipsam incorporationem cum ea: per quā non intendit excludere Sacramentalem sumptionē, imò potiùs eam includit, vt inferiùs ostendit; & per quam habetur prædicta incorporatio, si fide sumatur. Quarta: Aug. lib. 3. de doctr. Christ. expendens illa verba: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, &c.* quia videntur flagitium, vel facinus iubere; *Figura est,* inquit, *precipiens passioni Dominicæ communicandum, & suauiter atque vtiliter recondendum in memoria, quòd pro nobis caro eius crucifixa, & vulnerata sit.* Respondeo, quòd tam passioni Christi, quàm corpori eius, quod est Ecclesia (quæ pro eodem sumit Aug.) satis communicamus per Eucharistiam, & eandem etiam in memoria suauiter recondimus, iuxta illud: *Hoc facite in meā commemorationem,* & iterum: *Mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* Ad eundem modum intelligenda est sententia Augustini epistola ad Bonifacium: *Nulli est aliquatenus ambigendum, tunc vnumquemque fidelium corporis, & sanguinis Domini participem fieri, quando in baptismate nec alienari ab illius panis calicisq; consortio, etiamsi antequam panem illum comedat, & calicem bibat, de hoc seculo in vnitate corporis Christi constitutus abscedat.* Hæc ille: quæ similiter atque superiora exponenda sunt. Quanquam Rupertus Tuitiensis suis in caput Ioannis sextum commentarijs innuere videatur, beatum Augustinum aliquantulum durius locutum in hac re, explicando istam manducationem spiritualem per illud: *In me manet, & ego in illo:* tum confugiendo ad corpus Ecclesiæ, per quod videtur obscurare veritatem corporis Christi in Eucharistia: tum explicando manna, & aquam deserti, quasi eundem fructum fidelibus attulerit, atque Sacramentum Eucharistiæ, in quo eius fructum videtur obscurare. Sed præstat subijcere verba ipsius Ruperti: *Hoc,* inquit, *fundamento fidei non benè custodito, illam prædicationem Domini, dicentis: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo, quidam ita reciprocant: Qui manet in me, & ego in eo, hic manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum: in illo sensu præoccupati, quòd manere in vnitate fidei, hoc sit manducare carnem, & bibere sanguinem Christi, & adeò non sibi necessariam arbitrantur esse ad salutem corporalem Dominicæ mensæ communicationem. Sed quid si omnes hoc idem dicant, & omnes hoc idem sapiant? Nonne otiosa reputabitur illa traditio Domini, & ad nihilum redigetur, vt nusquam obseruetur modus ille manducandi, & bibendi, quem ipse ore suo prædocuit, sub ipso articulo sacrosanctæ passionis? Pereat igitur à corde Christiano hic sensus quem importat hæc inutilis reciprocatio. Hoc planè Christus non docuit, sed qui manducat, inquit, carnem meam, & bibit sanguinem meum, eo videlicet modo quo traditurus sum, corde credendo ad iustitiam, & ore manducando, ac bibendo ad salutem, hic in me manet, & ego in eo, ita vt iam non sint duo, sed vna caro. Manducare namque, & bibere, efficiens est: effectum autem, vt in me maneat, & ego in eo.* Hæc ille de primo dicto Augustini.

De secundo paullò antè dicit: *Proinde non ita simus incauti adulatores beati Augustini, vt cùm dicat ille, Sacramentum, & rem Sacramenti, vnitatem corporis Christi, quod est Ecclesia, rem dicens esse Sacramentum, panem autem Dominicum huius rei Sacramentum, statim acquiescamus eis, quod hanc distinctionem in patrocinium sui sensus arripiunt, dicentes, Sacramentum id esse sacræ rei monimentum, & hoc modo nullum faciamus locum Dominicæ diffinitioni, quam ita est locutus: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur.*

De tertio verò dicto paullò superiùs in illa verba: *Non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. Aduersus hanc,* inquit, *detestabilem præsumptionem, quamlibet paucis respondendum est. Primoque dicendum, Apostolum non eo sensu dixisse, quo isti accipiunt, Et omnes eandem escam spiritualem manducauerunt: & omnes eundem potum spiritualem biberunt, neque dictiunculam relatiuam, scilicet Eandem escam, vel eundem potum, ita posuisse, vt referri velit ad illam escam, illumque potum, de quo ipse Dominus: Hoc est, inquit, corpus meum: Hic est sanguis meus: sed eandem (inquit) escam manducauerunt, & eundem potum biberunt Dathan, & Abiron, quam Moyses,*

Tria sunt in Eucharistia secundum Augustinum.

Cur spiritalis cibus vocetur Eucharistia.

Quarta abiectio.

Idem lib. 3. de doctr. Christi. cap. 10. tom. 3.

Ephes. 1. & Coloss. 1.

Luc. 22.
1. Cor. 11.

Idem Aug ep. 23. tom 2.

Rupert Tuit. lib. 6. in Ioan.

Exod 16.

Infra 17.

Rom. 10.

Matth 19.

Sacramentum sacræ rei monimentum.

1. Cor 11.
Matth. 26.

1 Cor. 10.

Num 16.

...id illud A-postoli: Hęc o-mnia in figura facta sunt no-stri, secundū Rupertum.
...ed.

& Aaron, eandem vtique Chore, quam Chaleb, aut Iosue. Hoc enim intendit Apostolus ea lectione, vt solicitum reddat omnem hominem vt se arbitretur iam comprehendisse, quia consecutus est Sacramenta Fidei Christianæ. Nam hæc omnia, inquit, *in figura facta sunt nostri. Videlicet vt antiquis sciamus experimentis, quòd licèt omnes baptizati simus in eodem nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & omnes manducemus idem corpus, & sanguinem Christi; non tamen arbitrandum nobis sit, quòd æquè omnibus nobis beneplacitum sit Deo, quomodocunque viuamus, qualiacunque post baptismum operemur. Quia quemadmodum cùm omnes illi eisdem signis, eisdem (inquam) mali, quibus, & boni fuerint glorificati, in pluribus tamen eorum non beneplacitum est Deo, vt introduceret eos in terram repromissionis: sic nimirùm non complacebit ei, vt introducat nos in regnum Dei, si fuerimus concupiscentes malorum, quemadmodum & illi concupiuerunt: Si fornicati fuerimus, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt: Si tentauerimus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt: Si murmurauerimus, sicut quidam eorum murmurauerunt. Igitur textus Apostolicæ literæ nemini succurrit, volenti accipere sic eandem escam, vel eundem potum esse dictum, vt referat ad identitatem cibi & potus viuifici, quem sumimus in commemorationem Domini nostri Iesu Christi. Sed neque illud, quod escam, & potum spiritualem idem Apostolus dicit. Nam si aliter velis accipere escam, & potum spiritualem, quàm in figuram spiritualis contingentem, & idcircò non naturali rerum ordine, sed spirituali virtute prodeuntem: ipse Apostolus in eisdem literis te constringit quantumuis recalcitrantem.* Dicit enim paullò pòst: *Hæc autem omnia in figuris contingebant: proinde non magis illud manna panis iste verus erat, nec magis ille potus idem erat, quod iste vitalis potus, quem verè Christi sanguinem credimus, & confitemur, quàm illa petra Christus erat, petra vtique inanimata, & insensibilis, quam Moyses virga percussit.* Et infra in eosdem agens: *Alioquin si dicas, vel Apostolum dixisse intelligas, eandem escam illos in illis vmbris manducasse, quam & nos manducamus hoc tempore reuelatæ gratiæ; & dicas cum supradicta quorundam autoritate, manna illud, & hunc panem mensæ Christi, in signis diuersa, in re, quæ significatur, paria esse, & cætera, quæ supradicta sunt, ac proinde fatearis, hunc panem non magis quàm illud manna, corpus esse Christi, nec plus spiritualis habere virtutis: consequitur planè, vt dicas sacrificia agnorum, & arietum, nouo sacrificio panis & vini fuisse sanctiora, veteresque panes Propositionis digniores hoc pane, qui ponitur & sacratur in mensa Christi. Prædicta namque sacrificia longè sanctiora fuerunt, quàm illud manna, vel aqua illa, quæ de percussa fluxit petra, quippè cùm de sacrificijs, vel Propositionis panibus non nisi mundis, & Sacerdotibus, aut Leuitici generis hominibus edere liceret; illud autem manna indifferenter cunctis manducare, & illam aquam, vtpote nulla diuini nominis inuocatione sanctificatam, licèt spiritualem, id est, non naturali ordine, sed spirituali virtute productam, vel spiritualis potus significatiuam, iumentis æque, vt hominibus bibere, & canibus quoque lambere impunè licuerit.* Hactenus Rupertus, qui idem docet lib. de Spiritus sancti processione.

...n quibus (vt ...im Iudæis) ...on sit Deo ...eneplacitū, ...erram vt pro-...issam ingre-...atur.
...bidem.
...Num. 11.
...xod 32.
...Num. 21.
...sal 106.
...Num. 14.
...udit. 8.
Exod. 17. & Num. 20.
Mannę de cœlo cadentis, cum legalibus sacrificijs cōparatio Ruperti.
Exod. 29.
Leuit. 8.
Matth. 12.
Idem Rupert.

In cuius verbis inprimis ponderandum; illum directè agere contra quosdam, negantes veritatem corporis Christi, & asserentes non ibi plus esse, quàm in manna, vel aqua de petra, & hos vt hæreticos reprehendit, & in hos demonstrat manna, vel aquam illam nullam habere virtutem, ex mente Pauli, sed tantùm signa esse Sacramenti illam habentis: obliquè autem agit contra Augustinum, cui illi innitebantur. Qui quidem explicans illa verba Ioannis: *Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt;* Et, *Hic est panis, qui de cœlo descendit,* ita scribit: *Hunc panem significauit manna, hunc panem significauit Altare Dei. Sacramenta illa fuerunt, in signis diuersa sunt, sed in re, quæ significatur, paria sunt. Apostolum audi; Nolo enim vos,* inquit, *ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes per Moysen baptizati sunt in nube, & in mari. Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt. Spiritalem vtique eandem, nam corporalem alteram, quia illi manna, nos aliud; spiritalem verò, quam nos, sed patres nostri, non patres illorum, quibus nos similes sumus, non quibus illi similes fuerunt.* Et adiungit: *Et omnes eundem potum spiritalem biberunt. Aliud illi, aliud nos, sed specie visibili quidem, tamen hoc idem significante virtute spiritali. Quomodo enim eundem potum? Bibebant, inquit, de spiritali, sequente petra; petra autem erat Christus. Inde panis, inde potus. Petra Christus in signo, verus Christus in Verbo, & in carne.* Sic ille.

Ruperti dicta multi faciam expenduntur.
Aug. tract. 26 in Ioan.
1. Cor. 10.
Num. 9.
Exod. 13.
Exod. 14.
Exod. 16.
Illud Apostoli: Bibebant autem de spiritali consequente eos petra, &c quid August.

In quorum verborum sententia contradicit illi Rupertus: tùm in eo quod per id, Patres nostri omnes sub nube fuerunt, intelligit solùm bonos, cùm etiam illi, in quibus non fuit in Domino beneplacitum, veniant intelligendi, quàm in eo quòd per escam spiritualem, intelligit ipsum Christum, & nō potiùs manna, vel petram eius significatiuam, vt verè omnia in figura cōtingerent illis.

Sed ne quisquā inter hos Catholicos Patres quod ad rem attinet, existimet aliquā esse dissensionem, & vterque ab hæreticis

Augustini ac Ruperti sensus conciliantur.

dissen-

Signis, & Sacramentis veteris Testamenti quantum tribuant Lutherani.

dissentire monstretur; aduertendum hæreticos non plus tribuere gratiæ, signis, & Sacramentis Noui Testamenti, quàm Veteris; ideò verba Augustini in eum seorsum trahebant. Cuius tamen mens erat, quòd in illis signis antiquis dabatur quidem gratia; sed iuxta modum, & qualitatem fidei eorum, qui Sacramenta illa suscipiebant, & non aliquid plus ex pacto, & benignitate Dei, vel ex vi signorum: in Nouo autẽ Testamento asserit dari gratiam super illam, quæ dispositione fidei debetur ex vi Sacramenti, siue pacti Dei. Rupertus ergo negat in manna datam gratiam; sed ex vi Sacramenti, quã fatetur dari in Eucharistia; Augustinus verò concedit, in illis signis datam esse gratiam ex vi fidei, non ex vi ipsius Sacramenti. Cùm igitur Augustinus apertè tradat Ioannem Euangelistam nihil in ca. 13. de cęna Domini tradidisse, quia vberius alibi erat locutus, & nulla ferè clausula est in posteriori parte capitis sexti, quam non & in Ioannem, & alibi docuerit ad Eucharistiam pertinere, vt singulas expendenti constare potest: cùm prætereà doceat à nobis edi manna, de quo apud Ioannem agitur non nisi post baptismum, quod indubitatum est. Asserit prætereà, verba Ioannis pertinere ad sacrificium secundùm ordinẽ Melchisedech: testatur item verba sexti capitis ita dici de Eucharistia, vt eodem modo non dicantur de baptismo. Ostendit quoque, malè vti aliquem posse illo cibo, qui apud Ioannem commendatur: etsi de eo nõ sic loquatur, vt nos eo malè vtamur. Alibi confert verba sexti capitis, cum historia cœnę Domini, velut res omninò easdem: distinguit alio loco Sacramentum à virtute Sacramenti, quantum ad Sacramẽtum, de quo fit mentio apud Ioãnem. Negat auditores, qui Capharnai erãt, modum manducandi illum panem sciuisse, & tamẽ declarauerat illis modum se manducandi per fidem. Idem in Ioannem, scopum totius disputationis colligens, dicit: *Hoc totum quod Dominus de carne & sanguine suo locutus est, & in eius vobis distributionis gratia vitam promisit æternam*: & tamen quam distributionem Augustinus dicat præter sacramentalem non video, præsertim cùm ibidem adiungat (vt carnem Christi & sanguinem non edamus tantùm in Sacramẽto, sed vsque ad spiritus participationem manducemus & bibamus, vt in Domini corpore tãquam membra maneamus) Quis ergo post hac persuaderi poterit, Augustinum non intellexisse Ioannis verba de venerando Eucharistiæ mysterio.

Aug. lib. 3. de consen. Euãg. cap. 1. tom. 4.

Idem tract. 11 in Ioan.

Lib 17. de Ciuit. Dei, ca 5. tom 5.

Lib 1. de pecca mer. & remis. c. 20. to. 7

Lib 2 contr. Crescon. c. 25. tom 7.

In Psal. 33. & 98 tom 8.

Tract. 26. in Ioan.

Tract. 27. in Ioan.

Quarta obiectio.

Quartò, obijcitur Bernardus in expositione Psalm. 90. vbi citatis illis verbis: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, &c. Quid autem est*, inquit, *manducare eius carnem, & bibere eius sanguinem, nisi communicare passionibus eius, & eam conuersationem imitari, quam gessit in carne?* Respondetur, quod non loquitur de spirituali nuda manducatione, sed de fructuosa, & spirituali sumptione Eucharistiæ. quæ cùm dignè fit, facit hominem communicare passionibus Christi, & eius conuersationem imitari. Vnde subdit Bernardus: *Vnde & hoc designat illibatum illud Altaris Sacramentum, vbi Dominicum corpus accipimus*, & reliqua. Vbi apertis verbis Bernardus explicat se loqui de manducatione includente Sacramentũ. Non ergo valet ista consequentia: De spirituali manducatione interpretatus est Bernardus Ioannis verba: Ergo nõ possunt exponi de sacramentali. Nam nisi manducatio sacramentalis & spiritualis toto genere distent, nunquam illa cõsecutio bona erit, siquidem spiritualis & Sacramentalis simul coniungi possunt, & debent: nam alioquin cùm dixit Dominus: *Accipite, & comedite; hoc est corpus meum*, interpretandum esset, Communicate passionibus meis, & conuersationem meam imitamini, quam in carne egi. Idem Bernardus in vigilia Natiuitatis: *Quanta potes*, inquit, *deuotione suscipias panem illum, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. Dominicum videlicet corpus; & veterem vtrem corporis tui noua illa resurrectionis caro reficiat, ac sustineat.* Adde quoque sermone primo de Resurrectione scribit: *Venturo parastis hospitium, confitentes peccata cum gemitu, castigantes corpora, eleemosynæ intendentes; & ecce susceptum proditis inimicis, priores nequitias admittendo.* Et paullò pòst: *Irretiuit vos inimicus perplexis, vt ait Scriptura, neruis testiculorum, si hac conscientia Christi Sacramenta refugitis, nihil vobis commune cum Christo, non habebitis vitam in vobis. Ipsum audite, si indignè suscipitis, iudicium vobis manducatis, sanctum Domini non dijudicantes.* Hæc ille apertè verba Ioannis de Eucharistia explicans.

Bernar. serm. in Psal. 90.

Math. 26.

Idem serm. 1. in vig. Nati.

Idem.

Iob 40.

1. Cor. 11.

Quintò, adducitur B. Thomas, qui in quarto sententiarum negat vllum extare Diuinum pręceptũ de percipienda Eucharistia: quod etiam docent alij antiqui Scholastici, vt Alexander de Hales, & Albertus Magnus. Fuisset autem eorum modò error crassissimus; cùm hæc verba: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis*, apertum contineant communicandi Eucharistiæ præceptũ: ergo Thomas, & alij non intelligebant hæc verba de Sacramentali mãducatione, sed de purè spirituali. Dicendum, quòd

Quinta obiectio.

B. Thom. in 4. tom. 4.

Alexand. de Hales.

Albert. Magnus.

Tho. 3 p. q. 80. art. 11. to. 12.

etti

Idem tom. 16.

etsi olim Thomas iunior secutus aliorum Scholasticorum sententiam, sic senserit; tamen senior & maturior secutus est Scripturas, Sanctorum Patrum expositiones, & aliter opinatus est, & aliter scripsit in tertia parte: vbi perceptionem Eucharistiæ tradit esse Diuinum præceptum; allegato etiam textu Ioannis: *Nisi mãducaueritis*. Idem quoque B. Thomas tum in Ioannis verba, hoc est, in lectura 7. cap. 6. tum in Opusculo 58. de Sacramento Eucharistiæ, planè de Sacramento hæc verba intelligit. Idem quæstio. 75. probat ratione charitatis, cuius est proprium conuenire amicis, quòd per veritatem corporis & sanguinis nos sibi coniungit per hoc Sacramẽtum, de quo dixit: *Qui mãducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo*. Idem quæst. 76. tradit; quòd cùm Dominus dixit: *Caro mea verè est cibus*, caro ponitur ibi pro toto corpore: quia secundum consuetudinem humanam caro videtur esse magis manducationi accõmodata, prout scilicet homines carnibus animalium vescuntur cõmuniter; non autem ossibus, vel alijs huiusmodi. Idem quæst. 79. probat conferri gratiam in hoc Sacramento per illa verba: *Panis quẽ ego dabo, caro mea est pro mundi vita*. Et per illud: *Qui manducat me, viuet propter me*. Et infra confirmat per hoc Sacramentum seruati hominem à peccatis futuris, ex illo: *Hic est panis de cœlo descendens; Vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur*: quod cùm non possit intelligi de morte corporis; intelligendum est de præseruatione à morte spirituali, quod est peccatum. Sextò obijciunt recentiores quosdam Doctores; vt, Æneam Piũ in epistola quadam ad Bohemos, Thomã Waldensem, Gabrielem Bielem, Caietanum, & Gasparum Sagerum, Ruardũ Tapper, & Ioannem Hessels, Cornelium Iansenium, & alios; qui de manducatione purè spirituali, excluso Sacramento, hũc locum intellexerunt. Respondeo, id verum esse; sed illis opponimus veterum Patrum torrentem; opponimus & Catholicos tractatores, qui nostro seculo contra Hæreticos gloriosè decertarunt; vt, Nicolaum Cussanum; Roffensem Martyrem contra Lutherum, & Oecolampadiũ, Pigium, Eckium, Ambrosium Catharinum, Nicolaum Sanderum Anglum, Dominicum à Soto in 4. sententiarum. Præterea illi Doctores non tam moti sunt ratione, vel auctoritate, vel contextus suauitate; quàm difficultate soluendi argumentum Bohemorum, à quo vt se facilius expedirent, sicopinati sunt. Laudandusque est eorum zelus, etsi præferenda altera sententia, quæ, retento sensu de Eucharistia, leuius, & commodius argumentum dissoluit. Et hactenus ex Patribus.

Cap. 6. & 20. tom. 7. Idem q. 75. art. 1. Idem q. 76. art. 1. ad 1. Idem q. 79. art. 1. Art 6. in conclus. Sexta obiectio. Aeneo Pius epist. 7. Tho. VValdẽ. Gabriel Biel Caietanus Gaspar Sagerus. Ruardus Tap. Io Hessels. Cornel Iãsen Nicol Cussanus. Roffensis. Pigius. Eckius. Ambros. Cathari. Nicol. Sanderus. Dominicus de Soto. Altera solut.

Tertio loco producunt argumenta à ratione desumpta. Quorũ primum est: quia in illo capite nulla fit mentio de speciebus Eucharistiæ: non enim dicitur fractio, benedictio panis, & calix, & voces similes; ac ob id, vt colligunt Ruardus Tapper, & Caietanus, de Sacramento non est sermo. Respondemus, verum esse, non fieri mentionem huius vocis, species Sacramenti, vel species panis, & vini: quod quia nec alibi fit in Nouo Testamento, euinceretur hoc argumento, nullibi Christum tractasse de Eucharistia. Si autẽ per species intelligunt has voces, Panem & vinum; siue calicem, quantum attinet ad nomẽ vini, nullibi etiam in Nouo Testamento reperitur, benè autem calicis. Quod verò hic non fiat mentio calicis, non est sine mysterio. Noluit enim Dominus per id excludere mãducationem Sacramenti, sed tãtùm obligationem vniuersalem sumendi vtramq; speciem: quam rem iudicio Ecclesiæ reliquit, quæ varijs temporibus modò vtramque, modò alteram tantùm dispensauit. Si de nomine panis; est quidem hic sermo multus. Et sicut frequẽter alibi Eucharistia per id designatur, vt cùm dicitur fractio panis; ita etiam hic, cùm ait: *Et panis quem ego dabo*. Et, *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum*. In prædictionibus etiam, siue promissionibus, quæ de aliqua re fiunt, non est necesse, vt modus, & species declaretur: satis est ipsam rei substantiam verbis idoneis exprimi. Quando enim Christus promisit aduentum Spiritus sancti, non prædixit quòd fieret repentè de cœlo sonus, aut quòd apparerent dispertitæ linguæ, tanquam ignis. Adhæc cùm non semel dicat Dominus: *Ego resuscitabo eum in nouissimo die*, nunquid quia speciem & modum non expressit, ideò de vera corporum resurrectione non egit? Res ipsa prætereà docet, tantùm in illo sexto capite dictum esse, vt inde admoniti Patres, nullum alium sensum literalem tribuerint illis verbis præter illum de Eucharistiæ Sacramento. Quid quòd & panes quinque insigni miraculo benedicti, & turbis discumbentibus fracti, seu distributi fuerunt, & inde occasio sumpta de pane loquendi? De quo Chrysostomus in Ioannem, super id: *Et panis quem ego dabo*: *Propterea id prius fecit miraculum, vt per illud non essent amplius increduli hi, qua post modum diceret*. Sic ille. Itaque multiplicatio illa quinq; panum, velut præparatio quædam fuit ad ea, quæ postea Christus de carne sua manducanda

Aduersariorum rationibus respondetur. Ruard. Tapper art. 15. Caiet. 3 p. q. 80. art. 10. q. 1. Act. 2. Prædictionũ, promissionũ, quæ conditio. Ioan. 14. 15. & 16. Act. 2. Ioan. 6. Ibidem. Chrys. ho. 45. in Ioan. to 3

ducanda disseruit. Cum ergo ibi fiat mentio panis, gratiarum actionis, & distributionis, satis indicaur, quòd ille sermo Christi ad Eucharistiam spectet. Facit etiā mentionē mannæ, quod opponit pani à se dando, quod constat significare Christum sub Eucharistia, vt Paulus, & Patres exponunt. Et simile videtur argumentum cuiusdam, qui de ea re mecum disserebat: Paulus non declarauit verba Ioannis de Sacramento Eucharistiæ, sicut verba institutionis cœnæ Dominicæ; Ergo spiritaliter, & citra Sacramentum Eucharistiæ sunt intelligēda. Sed certè consequentia hęc nulla est. Nec enim Paulus agit ex professo interpretem omnium verborum Domini: itaque non valet: Non declarauit, ergo spiritaliter intelligūtur: multa enim non declarauit, quę tamen ad literam sunt intelligenda. Ad hæc, præposterum est quod dicitur, Paulum nō declarasse verba Ioannis: quia Ioannes in scribendo posterior multo fuit ipso Paulo; & ita potiùs è contrario, Ioannes debebat declarare verba Pauli.

1. Cor 10. 1. Cor. 11. Inepta cuiusdam ratiocinatio.

Secundò argumentantur: Quoniam effectus, qui tribuuntur manducationi, & bibitioni in hoc capite, qui sunt, nō mori, habere vitam æternam, manere Christum in nobis, & nos in Christo, & suscitari; tribuūtur ab eodem Ioanne ipsi vndæ fidei, dicitur enim: *Si non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro.* Et de secundo inquit: *Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret; vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam æternam.* De tertio habetur in epistola Catholica Ioannis: *Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus est Filius Dei, Deus in ipso manet, & ipse in Deo.* De quarto dixit Marthæ: *Ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.*

Secunda ratio. Ioan. 8. Ioan. 3. 1. Ioan. 4. Ioan. 11.

Sed hæc ratio si valida esset, euinceret, Baptismum & Eucharistiam vnum & idem esse Sacramentum; quia vtriq; datur idem effectus, nempè vita, & induere Christum, vel manere in Christo; imò idem essent fides & charitas, & obedientia mandatorum, quia tribuitur illis tribus idem effectus, nempe mansionis in Christo; & Christi in illis. Dicitur enim de charitate apud eundem Ioannem: *Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Et de obedientia mandatorum: *Qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo.* Ergo vt alio modo dat vitam Baptismus, quia regenerat, alio modo Eucharistia, quia alit, & sustinet vitam diuinam baptismo partā: ita alio modo fides, quatenus ostendit autorem vitæ Christum, & modum hauriendi ab eo vitam, nempè per charitatem, obseruantiam mandatorum Dei, & per Sacramentū, & maximè per hoc Sacramentum Sacramentorum, in quo autor vitę, & caro eius viuificatrix sumitur.

1. Ioan. 4. 1. Ioan. 3. Eucharistia est Sacramentum Sacramētorum.

Tertiò aiunt, Dominum apud Ioānem, ab aqua corporea paullatim erexisse Samaritanam ad aquam spiritualem gratiæ Dei, & fidei: ita hic à panibus corporeis, ad panē fidei spiritualem, & incorporeum. Respondemus, verum esse, Christum ad fidem in se ipsum incarnatum, humiles, & carnalia cogitantes Iudæorum mentes à principio erexisse: sed addimus, quòd ab hoc mysterio perduxit eos ad se manducādum sub Sacramento Eucharistiæ. Et eùm non caperent eius potentiam; ab hoc euexit ad mysterium Ascensionis, dicens illis: *Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi erat prius?* Ita etiam superiùs disputans cum Nicodemo de renascentia desuper, vel denoò, quam præ imbecillitate capere non poterat, Dominus perduxit ad renascentiam ex aqua & Spiritu sancto, quæ Baptismi est Sacramentum: ita hic à pane corporis ad sanctum Eucharistiæ panem, qui maximum est Sacramentum, ascendit.

Tertia ratio. Ioan. 4.

Quartò colligunt, prædictum sensum illis Domini verbis datum, fictum esse, & nouum: quia tantùm à Doctoribus ponitur spiritalis manducatio, vel Sacramentalis; hic verò ponitur tertium quid, nempè spiritualis in Sacramento. Sed certè sensus ille neque fictus est, neq; nouus; imò & verus, & antiquus. Vt enim Doctores omnes tradunt, quandam esse manducationem spiritualē tantùm, & quandam Sacramentalem tantùm; ita tertiam quādam ex vtraque conflatam ponunt, nempè spiritalem, & Sacramentalē simul, & hanc in hoc sensu vocamus spiritualem cibum, & potum in Sacramento: & iuxta Patrum doctrinā, inter quos est ipse Augustinus, qui sermone 2. de verbis Apostoli, ait: *Manduca vitam, bibe vitam, habebis vitam, & integra est vita. Tunc autem hoc erit, id est, vita vnicuiq; erit corpus, & sanguis Christi: si, quod in Sacramenta visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritaliter manducetur. spiritaliter bibatur. Audiuimus enim ipsum Dominum dicentem: Spiritus est qui viuificat; caro autem non prodest quicquam.* Cyprianus etiam serm. de cœna Domini, agens de Sacramento, ita habet: *Nobis itaque pro quibus sanguis Christi oblatus est in Cruce, & quos reconciliauit Deo, omnes excedens victimas hoc sacrificium singulare, ipse Christus pincerna porrexit hoc poculum, & docuit, vt non tantùm exte-*

Quarta ratio aduersariorum. Augustinus tom. 10. Cyprianus. Sanguinis Christi virtus.

rius hoc sanguine liniremur, sed & interius aspersione omnipotenti anima muniremur, & penetrans omnia tanti medicamenti virtus, quicquid esset intus ibi durum, effugaret, & renouaret, sanaretq; quicquid morbi carni vel spiritui veteris vita adhuserat corruptela. Et infra explicans hanc internam aspersionem, quam vltra exteriorem sanguinis linitionem dixit requiri, quod est dicere, vltra Sacramentum, sumptionem etiã requiri spiritualem, subdit: *Potus, & esus ad eandem pertinent rationem, quibus sicut corporea nutritur substantia, & viuit, & incolumis perseuerat; ita vita spiritus hoc proprio alimento nutritur: & quod est esca carni, hoc animæ est fides: quod cibus corpori, hoc Verbum spiritui, excellentiore virtute peragens æternaliter, quod agunt alimenta carnalia temporaliter, & finaliter.* Et ibidem ait: *Vt sciremus quod mansio nostra in ipso sit manducatio, & potus quasi quadam incorporatio, subiectis obsequijs, voluntatibus iunctis, affectibus vnitis. Esus igitur carnis huius quadam auiditas est, & quoddam desiderium manendi in ipso.* Hæc Cyprianus, qui præter Sacramentalem manducationem requirit spiritualem; & manducationem & potum ad eandem rem ait pertinere, nempè ad incorporationem cũ Christo in hoc Sacramento per fidẽ, & desiderium.

V. Ratio.

Quintò ratiocinantur, aientes, quòd de ea manducatione hic est sermo, quæ est necessaria ad vitam, vt Dominus testatur: sed sola spiritalis est necessaria ad vitam, quia baptizatus adultus in charitate existens, si desideret Eucharistiam, & nõ possit habere, ac mori contingat, sine ea saluus erit: ergo de spirituali manducatione est tantùm sensus. Pueri etiam sine illa saluantur: ergo simpliciter non est necessaria. Respondemus negando, Eucharistiam non esse necessariam ad vitam, actu, vel voto susceptã: atque ille adultus, qui moritur sine illa, voto iam eam susceperat, ac idcircò saluatur. Alioqui simili argumento concluderetur, non esse necessarium externum baptismũ, quia sine illo si quis crederet, & non posset illum habere, saluus fieret: vt accidit Theodosio, parenti Theodosij Imperatoris apud Carthaginem. Vt igitur ille necessarius est, vt fides actu eum suscipiat, vel eum desideret: ita dicendum est de Eucharistia; ac de alijs necessarijs Sacramentis, quæ quidem licèt exigant fidem, fides illa exigit illorum sumptionem, vel re ipsa, si fieri potest, vel voto, si non adest facultas, vt obediatur Deo præcipienti. Quòd pulchrè in Euangelio est adumbratum in muliere illa fluxu sanguinis laborante: quæ quidẽ etsi haberet fidem, voluit tamen tangere fimbriam, ad cuius contactum exijt

Hæmorrhoysæ in Christũ fidei cũ fimbriæ eius tactu mysterium. Matth. 9.

virtus Domini, vnde est curata. Et quamquàm Dominus commendauerit eius fidẽ, tribuens illi sanitatem, dum dixit: *Confide filia, fides tua te saluam fecit*: simul tamen commendauit tactum fimbriæ, quia fides, quã commendauit, vera proculdubiò fuit, & illa indicabat vtilem esse tactum. Sic enim dicebat fides huic mulieri; Si tetigeris tantùm vestimentum eius, salua eris. Ita ergo licèt in primis necessaria sit fides, vt Sacramenta prosint, opus est nihilominus fide illa Sacramẽta, quasi fimbrias Domini tangere, hoc est, actu, vel voto ea suscipere. Adulti ergo non diu manent in Christo, nisi Eucharistiam subinde accipiant. Hinc Cyprian⁹ sermone de oratione Dominica: *Timẽdum est*, inquit, *& orandum, ne dum quis abstemius separatur à Christi corpore; procul remaneat à salute, comminante ipso, & dicente: Nisi manducaueritis carnem, &c.* Et Chrysostomus in Ioannem, veritans, & exponens hæc verba, Christũ ait frequenter in mysterijs versari, & demonstrate omninò id fieri oportere (& post) quo scirent omninò necessarium esse, vt corpus comederent. Et Cyrillus item in Ioannem: *Sciant baptizati homines, & diuinæ gratiæ participes facti, si rarius in Ecclesiam proficiscantur, & longo temporum spatio propter simulatam religionem mysticè communicare Christo recusent, ab æterna se vita procul depellere.* Et Ambrosius lib. 5. de Sacramentis: *Medicina est*, inquit, *cœleste & venerabile Sacramentum, qui vulnus habet, medicinam requirit.* Sic illi.

Fides quid et iam nunc sit sequitur

Cyprianus.

Chrys. hom. 46 in Ioan. tom. 3.

Cyril. lib. 3 c. 37 in Ioan. tom. 7.

Ambr. lib. 5. de Sacra. c. 4. tom. 4.

Ad hæc quæro, quæ alia mãducatio præcipiatur adultis iam baptizatis, in illis verbis? Respondet Caietanus, quòd animæ adultorũ debent sustentari fide mortis Christi, velut cibo, & delectari in illa, velut potu. Quæro vnde hunc sensum elicit. Respondebit, ex illis verbis: *Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita*: quod in morte eius contigit. Ex quo? dum dicit, *Nisi manducaueritis carnem, &c.* intelligit nil aliud, nisi mortem meam per fidem & charitatẽ suauitèr & studiosè te colit. Sed ego negabo ista verba: *Nisi manducaueritis*, immediatè ad illa referri, *Caro mea est quam dabo pro mundi vita*; sed potius ad alia, *Panis quem ego dabo, caro mea est*. Vbi significat carnem suam in cibum dandam: vnde Iudæi quæsierunt: Quomodò potest hic nobis carnem suam dare ad manducãdum? quæ eadem dabitur pro mundi vita. Cùm ergo ibi duplex sit datio: altera in cibum, altera in mortem; illa nobis, hæc pro nobis: quia prior fit hominibus, posterior Deo: cũ ergo nihil statuatur de datione carnis in mortem, vt illa videlicet crucifixa, & mortua

Caietanus

vescamur, nam sic nobis data est: sequitur vt, de priori modo dandæ carnis sub specie panis sermo sit, in qua verè manducatur, & verè in ea, & per eam recolitur mors Domini, iuxta illud: *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.*

1. Cor. 11.

Quod verò argumentantur de pueris: plus satis in superioribus discussum est, & explicatum: vel illos hoc præcepto, quod tantùm adultis datur, non teneri, dicitur enim: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis*; Et rursus: *Qui manducat meam carnem*; quod de adultis, qui capaces esse possunt huius mandati, & actus per illud exacti, dictū esse videtur, vel pueris, illos ad Eucharistiam voto Ecclesiæ teneri; quod tamen suo tempore, hoc est, cùm adulti fuerint, & rationis capaces, perficere, atque explere debent, quemadmodum adultus cùm potest.

VI ratio aduersariorum.

Sextò obiectant, expositionem de manducatione purè spirituali, minus esse scrupulosam, & pauciora dubia continere, quā illam spiritalem in Sacramento, quæ videtur plena scrupulis; ergo illa isti præferenda est. Respondeo, illam expositionem de spirituali maiora dubia continere, quia tolleret sensum de Sacramento, & aduersaretur omnium Patrum traditioni, & consuetudini Ecclesiæ legentis illud Euangelium in solennitate corporis Christi: Quòd verò hæc expositio de spirituali manducatione in Sacramento, aliqua dubia cōtineat, non propterea explodenda est; alioqui reijciēdę essent magna ex parte expositiones Doctorum: quia nullus ita seriem literæ exponit, vt eius in explicatione nō possit occurrere aliquis scrupulus. Et satis est illos facilè adimi, & dubia resolui: sicut hic cumulatè (ni fallor) præstitimus.

Eorum intelligentia, seu sensus incommoda.

VII. ratio.

Septimò opponūt ex officina Caietani, quòd hic est sermo de Sacramento, & fructibus eius; sed in prædictis verbis: *Nisi manducaueritis carnem, &c.* non esse sermonem de manducatione Sacramentali. Respondeo, præposterum esse, & à ratione alienum, Dominum loqui de pane Sacramentali, qui est eius caro, cùm dixit: *Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Et quod immediatè subiungat: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c.* Et quòd non loquatur de illa carne sub pane Sacramentali posita, maximè quia postea redit ad panem, dicendo: *Qui manducat hunc panē, viuet in æternum.* Sicut enim cum loquitur de quinque panibus corporalibus, mādūcatio fuit vera, de qua dicitur: *Manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.* Et quando loquitur de manna typico, ait, quòd Patres manducauerūt manna; quod etiam de vera & propria manducatione est intelligendum: ita quando loquitur de Sacramentali pane dicendo: *Nisi manducaueritis*, & quæ sequūtur, de digna & fructuosa Sacramenti Eucharistiæ sumptione loquitur.

Luc. 9.

Postremò argumentantur. Quia verba illa: *Nisi mādūcaueritis*, vim habent præcepti; & secundùm Augustinum, intelligūtur de esu spirituali: ergo cùm præceptum non possit habere duos sensus literales, non poterit intelligi de manducatione Sacramentali. Respondeo, falsum esse, apud August. caput hoc intelligi de manducatione spirituali excludente Sacramentum: quia siue intelligat in illa sententia Domini necessarium esse cōmunicare Christi passionibus, siue incorporari corpori Christi mystico, vt solet interdum interpretari; nunquam tamē excluditur Sacramenti manducatio: quia suauius, efficaciusque perfructuosam venerabilis Eucharistiæ perceptionem incorporamur capiti, & corpori, quàm per nudam fidem, vel contemplationem. Et ita ipse nunquam reijcit Sacramenti mādūcationem; nisi illam, quæ fide & spiritu destituta est, qualis est ferina, siue carnalis, & purè Sacramētalis. Et ita vnicus est tantùm sensus, de digna & fide viua ornata manducatione, quam facimus in Sacramento. Quemadmodum quando præcipit baptizari, vel ieiunare, vel orare, nō intelligimus nudas illas actiones citra fidem & spiritum nam sic infructuosæ essent; sed illas, quæ fide viua, & cum spiritu fiunt: nec propterea duplicem continent sensum illa præcepta, sed vnicum tantùm de dignè suscipiendo baptismo, vel de fructuosè orando, vel ieiunando. Atque his solutionibus putamus argumentis, & rationibus aliter sentientiū, siue illi Hæretici sint, siue Catholici, abundè esse satisfactum; ad gloriam sacrosancti huius & omni religione, pietate, cultuque venerandi Sacramenti Eucharistiæ, in quo vno verus ipse Sacramentorum institutor, & innocentissimus agnus Dei tollens peccata mundi, & animorum nostrorum sanctificator, admirabili & sapientissimo modo continetur, Iesus Christus Dominus noster, cui cum Patre, & Spiritu sancto nullum non honorificentiæ genus ab omni creatura meritò deferatur, in æternis seculis,

VIII. & postrema ratio.

Aug. tract. 26. & 27. in Ioan. tom 9.

Ioan. 1.

Amen.

TRACTATVS XXVI.

De disceptatione Domini cum Capharnaitis, in illa verba: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo*, & reliqua.

De quibus disserendum hoc loco.

HActenus tribus præcedentibus tractatibus disputauimus, nō quidem omnia, quæ ad Sacramentum spectant, nam hoc nos præstituros promisimus sequenti libro, vbi etiam nonnulla dogmata fidei ex huius capitis verbis confirmabimus; hic tantum duo assequi voluimus: alterum est, Ioannem non posse catholicè, aut rectè intelligi, citra sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum; alterum eo posito quòd de Sacramento sit sermo, non posse ex eo efficaciter colligi, laicos adstringi ad vtramque speciem Sacramenti percipiendam. Iam ad verba textus explicanda redeundum est. Cùm igitur Dominus hactenus pollicitus sit panem, qui esset eius caro, & ad eius perceptionem, tanquam ad salutem, & vitam æternam necessariam, omnes obligauerit; incipit iam pretiosos fructus tantę manducationis proponere. Et primo loco duos proponit manducanti, & bibenti, nempè spiritualiter in Sacramento, vt declaratū est; habere vitam æternā, & suscitari in nouissimo die: in quibus ferè vniuersos fructus huius Sacramenti comprehendere videtur. Nam inprimis vita æterna haberi non test in hoc præsenti seculo, nisi per gratiam, quæ arrha est vitæ æternæ, & per quā modò viuimus vitam diuinam, & spiritualem, ac ob id tollit peccata, si quę sunt, quæ cum tali vita possint consistere, vt sunt leuia & minuta delicta; sine quibus vix à iusto etiam, & perfecto hæc vita traducitur. Seruat etiam à futuris delictis magnis, in quę quisque ex se incideret, nisi virtute huius cibi sustineretur. Atque hanc vitam denuò Sacramentum hoc non donat, quia non est institutum ad illam dandam, vt Sacramentum Baptismi, sed ad illam semel datam alendam, & tuendam; ideò esus huius cibi confert toti homini manducanti, conseruationem vitę spiritualis in spiritu & corpore.

Sacræ fructus Eucharistiæ duo quibus vniuersi reliqui continentur.

Arrha æternæ vitæ, quæ nam sit. Rom 6.

Eucharistiæ proprium munus.

Sed quoniam corpus, quod pars est hominis manducātis hunc cibum, corrumpi, ac interire necessum est; propterea subiungit suscitationē illius in nouissimo die, quo totus homo, qui dignè manducauit, æternam vitam possideat. Promittit ergo resurrectionem corporis, non autem spiritus: quia ad suscitandum spiritum aliud Sacramentum, nempè pœnitentiæ, institutum est; non hoc, quod ponit hominem Deo viuentem, & existentem in gratia, quemadmodum māducatio ponit hominem viuere. Cùm autem vita immortalis corpore suscitato omnibus, tam reprobis, quàm electis sit communis: non videtur Dominus hoc loco simpliciter suscitationē promittere, sed suscitationem ad vitam beatā, & in summa felicitate in æternum degendam, cùm immutatione illa, de qua ait Paulus: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*. Colligit ex hoc loco Iræneus contra Hæreticos, carnem nostrā ex communione vera carnis Christi immortalis in Sacramento perceptæ, nos immortalitatem quandam comparare, ait enim libro contra Valentin. *Quomodo dicunt carnem in corruptionem deuenire, & non percipere vitam, quæ à corpore Domini & sanguine alitur: ergo aut sententiam mutent, aut abstineant offerendo quæ prædicta sunt, &c.* Sic ille, probans ex veritate carnis Christi in Eucharistia existentis futuram aliquando carnis nostrę resurrectionem, sicut alij veteres Patres alia fidei dogmata ex hoc loco de Eucharistiæ Sacramento intellecto comprobant, sicut superius produximus.

Sacramentum pœnitentiæ, ad quid est institutum.

1. Cor. 15. B. Iren lib 4. c 35 sub fin.

Caro enim mea verè est cibus: & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Vt murmurationem Iudæorum reprimat, & extinguat, apertè affirmat, non ænigmaticè, aut parabolicè, vt inquit Chrysostomus, carnem suam verè esse cibum: quòd si verè cibus est, & potus est sanguis; mirum non est si mandauit carnem suam māducari, & sanguinem suum bibi. Quanquam autem hic dicatur sub qualibet specie esse manducationem, & bibitionem spiritualem: vnde vnus & idem effectus vtrique respondet, qui est manere Christum in nobis; & nos in illo: tamen, quia caro à nobis apprehenditur, vt res solida, & esui tantùm, non potioni accōmoda, ideò tantùm illi tribuit manducationem. Quia verò sanguis concipitur vt res liquida; & potioni apta est, non māducationi, propterea attribuit illi bibitionem. Quanquam esus, & potus spiritalis, qui est per fidem viuam, sub qualibet specie, vt diximus, aptissime fieri possit.

Christus cur non fuerit dicat verè esse cibum, secundum Chrysost. Chrysost. hom. 49 in Ioan. cap. 3.

Christus cum totus & integer in vtraque specie contineatur, quid est quod carnem, sanguini vero potionem.

Deinde aduerte, Dominū magis carnis, quam corporis voce vsum fuisse: quia vt

Cur Domi nus mag s carnis quàm corpo-

superiùs

ris vocem vsurpasse. *B. Tho q. 76. art. 1. ad 2.*

superiùs ex B. Thoma adduximus, mortis est vt homines vescantur carnibus; non autem ita cõsueuimus dicere quod vescimur corpore. Fit igitur mentio carnis, vt tradendę in refectionem, & pastum animarũ, cui magis quadrat nomen carnis, quàm corporis. Aspice etiam suauitatem diuinæ sapientiæ.

II. Ratio, à suauitate diuinæ sapientiæ.

Primo loco dixit se esse Panem viuum de cęlo descẽdentem; deinde promisit panem, qui esset eius caro: tertiò coniunxit illis sanguinem, dicendo: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem*, & quæ sequitur: & rursus: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem.* Quartò, carni, & sanguini adiunxit se totum, cum dixit: *Et qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Postremò qui cępit promittere panem, redit ad panem, & concludit disputationẽ dicendo: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Vt intelligas id quod copiose, & neruose est confirmatum, nempe sermonem esse de Sacramento Eucharistiæ: cuius Sacramenti opes atque thesauros detegit, dicendo primo, quod cõtinet carnem; deinde quod continet carnem, & sanguinem, postremò quòd se totum complectitur: cuius etiam opimos fructus & vtilitates paullatim aperit: nam ad fructus superius explicatos adiungit, manducantem in se manere, & ipsum in eo.

Diuinæ Eucharistiæ thesauri.

Quod antè ait carnem suam verè esse cibum, & sanguinem verè esse potũ; non ad id tẽpus, quo loquebatur, sed ad illud, quo instituenda erat Eucharistia, de quia, quasi iam pręsenti, & instituta loquitur, quemadmodum solent Prophetæ futura per præteritum pręcinere, referendum est. Nam cũ cibo & potu id quæramus, vt integro corpore, homoribusque temperatis viuere valeamus, vel vt minori, quàm fieri possit incõmodo, aut certè summo etiam cum cõmodo, aut voluptate viuamus: si hoc nullus cibus, nullusq; potus concedit, nec nisi ad tempus aliquid cõmodi præstare pòtest: si cibus alius detur, quo summa cum voluptate perpetui esse valeamus, ita vt nec à frigore, nec ab æstu, nec ab vlla aliã extranea, internaue re timeamus: nonne ille verus cibus habebitur, cæteri vero imaginem cibi habuisse existimabuntur? at talis est carò & sanguis Christi: idque etiam amplius addit, vt etiam copora nobis restituat, perpetuaque nobis, & pretiosiora conseruet. Ergo verus est cibus, & verus est potus, cuius cõparatione, vt de pane & carnibus dicere soliti sumus: Hi sunt veri cibi, cætera verò fructus, & bellaria, & oblectaméta quędã, non verè cibus. Ita caro Christi in Eucharistia, verè habet rationem cibi, & alimenti, præ qua neq; panes à se multiplicari in deserto, neque manna datum patribus, veram rationem cibi habet, sed imaginem potius, & figuram: quia non nutriebat nisi tantum corpus, & ad horam; iste autem cibus, implet, & satiat hominis spiritum inexplebilẽ, & non ad tempus, sed in perpetuum, & restituit corpus immortale, quod nullus cibus creatus præstare potest. Et ideò verè est cibus, vt propter illum fruendũ, & percipiendum vitam ipsam proliziorem optare debeamus: etiamsi illud dictum sit:

Quando primũ caro Christi verè cibus; & sanguis eius verè fuerit potus.

Caro Christi quam verè cibus sit, & sanguis eius potus.

Exod. 16. Ioan. 6.

Esse licet viuas, viuere non vt edas.

Adde etiam tantam sapiẽtiam, & benignitatem filij Dei in condiendo hoc cibo: quia illum nobis pręparauit sub consnetis, & nobis familiaribus, atque adeò charissimis speciebus panis & vini; ita vt nulla vnquam caro tam suaui, & pretioso modo fuerit cõdita; nec potio tam aptè, & eleganter accõmodata. Caro enim & sanguis, id est, tota nostra humanitas, vt magnes quidam est; diuinitas autem, vt ferrum magnetis, qua nos vt ferrum trahit. In lapide enim, id est, in homine illo, allata est nobis diuina virt⁹: si ei lapidi iungimur, iam diuina qua tracti sumus virtute continebimur, & tãdiu, quãdiu illa virtus valet, vigetque. At vis diuinã æterna est, in æternum igitur sine vicissitudinis mutatione permanebimus, nisi recedere sponte voluerimus. Huic etiam lapidi lunãti; licet corpus auferatur, idem nobis redibit spẽctabile ab eo, qui nos manducãtes resuscitare promisit in nouissimo die. Caro item Christi, & anima est sicut nubes; quia nimia diuinitatis lux temperatur, vt diuinitatem vtcunque videamus, quã, sublata nube, aut nullo modo; aut non æquẽ bene cerneremus. Et itẽ vt panis, in quo vis confirmandi delitescit: sicut igitur nisi materiam panis comedamus, non corroboramur, ita nisi in Christi carne vim diuinã p̃fectẽ non habemus. Si caro nostra Christi carni similis sit, iam & ipsa pro suo modulo capax diuinitatis erit. Præterea si Christi carnẽ nobis inseruerimus, cum ipse omnia in omnibus impleat; nos diuinitatis per eũ pleni erimus. Et vt olim caro Euę corrupta, corrupit spiritum, qui in typo est Adam; ita è contrario caro Christi sanctificata, sanctificat corpus & animam nostram.

III. Ratio.

Caro Christi & sanguis quibus rebus aptè comparetur.

Caro Christi nostræ vnita quid conferat.

Subdit: *In me manet, & ego in illo.* Reciprocatio huius sententiæ, quam facit August. meritò à Ruperto Tuitiensi improbata fuit superius. Non est enim sensus: Qui manet in me, & ego in illo; ille manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem: cùm potius Dominus dixerit, quod qui mandncat cum spiritu & fructu carnem Christi, & bibit

Huius loci, In me manet & ego in illo, ineptus sensus. *Rupert. Tuit.* Qui cum spiritu, & fructu edit carnem Christi, & bibit eius sanguinẽ, quid ille assequatur.

bibit eius ſanguinē, ille aſſequitur, vt Chriſtus maneat in eo, & ipſe in Chriſto. Quemadmodum edens cibum aliquem, in cibo manet, quatenus natura operatur per cibū ad vitam manu tenendam, & cibus in eo, quatenus cibus in menſa, vel in manibus non alit, niſi poſitus in viſceribus: ita, qui manducat panem Euchariſticum, vnus fit cum cibo manducato, cum tamen cibus maneat apud manducantem.

Simile.

Ac ſubdit: *Et ego in illo.* Per Spiritum quē ego impertio: ideò hoſpes eius fio. Et quia à Spiritu Chriſti ſunt actiones, Chriſtuſque viuit in eo, viuere per hunc cibum dicitur homo. Quod autem ipſe in nobis manducatus maneat, difficile non eſt: quod verò nos in eo, quē manducauimus, maneamus, noua res eſſe videtur, ac proinde contemplatione digna. Quia enim hic cibus prętet naturam aliorū ciborum, non eſt mortuus ſed viuus, & hypoſtaſin diuinam viuam cōtinet, meritò non ſolùm in nobis manducātibus per effectum Spiritus quem impertit, etiamſi ſpeciebus conſumptis deſinat eſſe, ſed etiam, quod maius eſt, nos in illo ſubſiſtimus, tanquam ædificium in fundamento. Et rectè ait: *In me manet*; Non in pane, aut carne & ſanguine, ſed in me: quia effectus mādurantis per Spiritum impertitum, oritur ad amandum Chriſtum Dei filium, & filium hominis, illumq; magis cognoſcendum. Poteſt etiam aliud aptè dici, non tantum nos Chriſtum manducare in Sacramento, & ita illum eſſe in nobis, ſed & nos manducari ab illo, quem manducamus; propterea in illo nos manere. Vt enim ſcribit Auguſt. Dominum dixiſſe: *Cibus ſum grandium. Creſce, & manducabis me: Nec tu me in te mutabis, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me.* Hinc Cyrillus in Ioannem: *Sicut parum (vt Paulus ait) fermenti totā maſſam fermentat, ſic paruula benedictio totum hominem in ſe ipſum attrahit, & ſua gratia replet; & hoc modo in nobis Chriſtus manet, & nos in Chriſto. Verè enim totum fermentum in totam maſſam pertranſit.* Sic magnus Cyrillus.

Chriſtus quomodo maneat in manducante carnem ſuā.

Manducantes carnem Chri vt maneant in illo.

Alter ſenſus: Chriſtum mā ducans, & ipſe manducatur ab illo.

Aug lib. 7. cōfeſſ c. 10. to. 1. ſub init.

Vox Dei ad Auguſtin.

Cyrill lib. 4 in Ioan. c. 17. to. 11. initio.

1. Cor 5.

Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, ipſe viuet propter me. Pergit Dominus declarare, vnde vita hominis ſpiritualis originem habeat, & quomodo in nos deriuetur, & in nobis cōſeruari queat. Siquidem in Deo eſt fons vitæ, vt ait Dauid: quem Chriſtus hic vocat Patrem viuētem: ipſe enim ſolus habet immortalitatem, teſte Apoſtolo. Hanc autem vitam perfectè impreſſit filio; vt ipſe nedum viuat, ſed etiam ipſa vita ſit, & vitā alijs præſtare queat. Et quia Euangeliſta videtur omiſiſſe particulam Ita, vel Sic, reſpondentem dictioni Sicut, obſcurior reddita eſt hæc oratio. Quidā enim ita diſtinguūt: *Sicut me miſit viuens Pater, ita & ego viuo propter Patrem*; vt ſit ibi punctus. Et eſt ſenſus: Sicut viuit Pater qui miſit me, ita & ego viuo propter Patrem: ac proinde qui manducat me, etiam ipſe viuit propter me. Sed rectior videtur diſtinctio aliorum, qui ſermonem ex duobus membris contexūt, quorum vtrunque duabus conſtat partib⁹, hoc modo: *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrē. ſic qui manducat me, viuet propter me.* Et ita *Et*, cum dicitur: *& qui manducat me*, accipitur more Hebræo pro, *ita*, vel *ſic*. Atque hanc rationem diſtinguendi ſequūtur Patres, Auguſtinus, Theophylactus, & Cyrillus. Caietanus verò annotat ſuppreſſam particulam *ita*, vel ſic, ab Euangeliſta, ad ſignificandum, quod non tam ſimilitudo, quam cauſſalitas per hæc verba intenditur. Poſſunt hæc verba de diuinitate, & & de humanitate intelligi, in hunc modum videlicet: Quemadmodum ego Deus, quatenus à Patre genitus ſum ab æterno, viuo, & per generationem accipio à Deo vitam, & quatenus homo etiam ſum propter eum viuo, quia ipſe dedit mihi diuinitatem, quæ vita eſt ſecundum illud: *Pater quod dedit mihi, maius omnibus eſt*: ita, qui manducat me, viuet propter me, quia me, qui vita ſum in quantùm Deus, & viuificator, ſeu carnem viuificatricem habēs vt homo, in ſe ſuſcipiet; & idcirco vitam æternam, & diuinam habebit. Et reuera, vt Cyrillus explicat, potius accipiendum eſt hoc de vita, quam acceperat ſecundum Humanitatem, quæ deitati erat coniuncta in perſonæ vnitatem, præter vitam quam corporalem habuit ab anima, & præter vitam diuinitatis. Ideò enim præmiſit: *Sicut miſit me viuens Pater*, & ſubdit: *Et ego viuo propter Patrem.* Vnde miſſio viuentis Patris cauſa eſt quare ipſe miſſus, hoc eſt, homo factus, viuat propter Patrem: ſicut in ſequenti particula manducationē ſui ſignificat eſſe cauſam cur quis viuat propter ipſum: etſi Auguſtin. illud: *Viuo propter Patrem*, intelligat de vita ſecundum humanitatem, hoc eſt de vita, quam habet humanitas Chriſti ab anima viuificante. Sed rectius Cyrillus de vita quā habuit ex conſortio Deitatis intelligit, eo quod propter hanc vitam Chriſtus homo factus, & caro Chriſti habet, quod viuificat: quia hic docere voluit vnde habeat, quod caro eius viuificare edentes poſſit.

Simile.

Pſal. 35.

Viuentem Patrem cur vocet Chriſtus.

1. Tim 6.

Chriſtus quā perfectè viuat.

Duplex huius ſententiæ diſtinctio: ſic miſit me viuēs pater, &c.

Aug. tract. 27 in Ioan. prope fin. to. 9.

Theophyl.

Cyril. lib. 4. in Ioan. c. 18. init. to. 1.

Caietan.

Ioan 10.

Duplex Chriſti vita.

Auguſt loco ſupra dicto.

Cyril. lib. 4. cap 18.

Gręci autem autores notant, quod dicitur, propter me, & Græcè διὰ ἐμέ. quod cum accuſatiuo cauſam finalem denotare ſolet, poni poſſe pro, per me, vt Hilar. lib. de Trinitate

Quid etiam: Sicut miſit, &c. & ego viuo propter Patrem, & qui

manducat me & ipse viuet propter me, secundum Hilar. Hilar. li. 8. de Trinita inter init. & med.

nitate proposita hac sententia explicat: eo quòd hoc loco Domin' significare voluerit, non ad quem finem, vel ipse, vel is, qui se manducat, viuat, sed à quo vel Dominus ipse, vt ille qui edit, vitá habeat. Hoc enim, & non prius ostendere ad propositum spectabat Domini scopum, nempè quòd caro Christi sit verè cibus, quòd illam edens habet vitam æternam, & manducando carnē, manet in Christo, & Christus in eo. Cōstat etiā ex his, cur Christus non dixerit solùm; Sicut misit me Pater; sed addidit *viuens*, vt significaret per se viuentem, & non ab alio vitam accipientem supremam caussam esse vitæ à qua per filium viuentem vita perueniret ad manducantes.

Erit ergo sensus: Sicut ego viuo per Patrem in me habitantem, ita qui manducat me, viuet per me in se hospitantem. Vtenim dixit præcedenti capite: *Sicut Pater dedit Filio habere vitam in semetipso, sic & Iesus dat se manducantibus, & habere vitam in semetipsis.* Vnde paullò ante ipse inquit: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. non habebitis vitam in vobis*, hoc est, Christum qui vita est, & à quo promanat omnis vita gratiæ & gloriæ. Illustremus hoc aliquo exemplo: sicut olea ster pingui oliuæ insitus, eodem succo vitali alitur, quo oliua, & potest dici oliuaster viuere: ita vos mihi insiti per manducationem spiritualem in Sacramento, eandem quam ego viuo vitam, viuetis, & per me vitam habere dicemini.

Ioan. 5. Quemadmodum Christus manducantibus se, dat habere vitam in semetipsis.

Simile. Rom. 11.

Christus panis est nobis duplicater.

Hic est panis qui de cœlo descendit. Repetit quòd de se incarnato dixerat superiùs, & de quo offensi fuerant Iudæi: & ostendit se non minus esse cœlestem panem in Eucharistia, quàm in humanitate assumpta. Quia ergo de cœlo descendit, cœlestis est panis naturæ, cœlestes & immortales facit manducantes, quoniam in se virtute sua cōuertit eos; terrena hæc, & quæ mundi sunt, affectu deserit, ad æterna verò & cœlestia suspirat; vt proinde mirabilis sit panis.

Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Hæc oratio defectiua est, & supplendum est: ita qui ederit ex hoc pane, morietur, vel quid simile. Et sequitur veluti aduersatiua: *Qui manducat hunc panem viuet in æternū.* Superius Dominus Iudæos, qui gloriabantur in manna dato Patribus, depresserat, comparando manna, & fructū eius ad seipsum incarnatum, & fructū vitæ æternæ, quem donat credenti; iterum nūc comparat manna ad seipsum, vt panis est vitæ in Sacramēto altaris delitescens: & ostendit māna illud antiquū longè minoris dignitatis, & fructus existere, quàm sit panis Eucharisticus. Ille siquidem de æthere

Manna cum Eucharistico pane comparatio. Exod. 16.

cadebat, hic de vero cœlo descēdit: ille formatus ministerio Angelorum, vt propterea dicat Propheta: *Panem Angelorum manducauit homo*; hic verò ab æterno ex Patre, non factus, nec creatus, sed de sua substantia progenitus. Ille mortuus cibus erat, quia nullam vitam continebat; hic vitam æternam verbi continet. Ille ad tempus sedabat famem, sed tamen qui eum edebant, non tantùm morte naturali, sed etiā violenta, & à Deo ipsis immissa interibant, iuxta illud: *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum; & ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit.* Hic autem tribuit non solùm non mori vnquam, sed etiam vitam diuinā, perpetuam & corporis in pulueres redacti refectionem; & ad beatam vitam renouationem: licet August. hæc verba, *Mortui sunt*, negatiuè exponat, sic dicens: *Quod ergo illi mortui sunt, ita vult intelligi, vt non viuant in æternum: nam temporaliter & hi profectò morientur, qui Christum manducant: sed viuunt in æternum, quia Christus est vita æterna.* Sic ille. Subiungit autē Dominus, disceptationem terminans *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Vbi Dominus à carne & sanguine contentis in hoc Sacramēto, ad speciem panis, quæ veluti carnis & sanguinis velamētum quoddā est sub sensum cadens retertitur, & illi eundē fructum tribuit, quē manducationi, & bibitioni: vt nemo ex his locis vrgere valeat necessitatem cōmunicandi sub vtraq; specie, vt alias suo loco dicemus. Quòd verò ait: *Viuet in æternum*; intellige si scilicet quis volet: nā si quis se sua sponte velit interimere, & gratiæ Dei deesse, cibo ipsi minimè est imputandum. Sed & Dominus est qui dabit velle & perficere pro sua voluntate. Dat etiam habere vitam in nobis, quam nemo sanæ mentis volens excutiet; gratior est enim, & amabilior rebus omnibus: nemo etiam inuitus amittet, quia illa fortior est vniuersis, nec sinit vim fieri nobis. Hic est enim fructus ligni vitæ, quod hoc tempore Deus in medio Ecclesiæ plantauit in omniū vsum, & salutem; ita vt omnis qui de illo gustauerit, vt Scriptura ait, verè viuat in æternum.

Quòd si obijcias, Apostolū Paulū affirmare, indignè manducantem, non vitā, sed iudicium sibi manducare, & bibere: dicendum est, non negare Apostolū dari vitam hoc pane; sed indignè manducātes obicem ponere ne accipiant vitam quam panis dat. Et subdit Apostolus: *Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt nō cum hoc mundo damnemur.* Tanta ergo est vis huius panis ad viuificandum, vt etiam ponentes obicē corripiat, vt viuificet. Si autem ipsi perstant, neque

Psalm. 77.

Ibidem. Sensus Augustini huius loci: Non sicut manducauerunt patres manna, & mortui sunt. B. Aug. tract. 26. in Ioan.

Quomodo Eucharistiæ factū panem percipiens, viuet in æternū.

Philip. 2.

Vita Christi fortitudo, robur: eadem vita qualis sit.

Ioan. 6.

1. Cor. 11. Quare Paul. dicat indignè manducantē, non vitam, sed iudicium sibi manducare, & bibere.

neque correpti obicem remouent; non est quod vita eis data nō sit; sed quòd ipsi eam accipere noluerūt, aut acceptam repulerūt. ¶ Dices; Cibus primorum parentū, dedit eis mortem etiam inuitis: hic ergo vel inuitis vita esset danda per hunc panem, qui nō minus est ad vitam, quàm lignum illud fuerit ad mortem. Respondeo; Malum & pœna inuitis infertur; beneficium autem inuitis non confertur: alioquin pœna, non esset pœna; & beneficium, non esset beneficium. Adhæc inuitis etiam confertur hæc vita, cùm flagellantur, vt eam accipiant, aut vt eam non repudient, sed sinant perficere in seipsis opus suum.

Cibus si veritus protoplastos vel inuitos occidit, quidni etiam Eucharisticus edentes vel inuitos viuificet.

Hic panis vt dicitur permanens in vitam æternam cùm eius plerique damnationis caussa existat.

Præterea oppones; Quomodo hic cibus dicitur permanere in vitam æternam? nam multi, qui illum comederūt, damnati sunt. Respondeo; Damnati sunt volentes spontè interire, & renuntiare vitæ acceptæ.

Hæc dixit in Synagoga, docens in Capharnaū. Locum describit, non tantùm vt certi sint fideles Dominum hæc verba dixisse, atque adeò securè in ipsis confidant, sed etiam vt Iudæis, & malis Christianis omnem excusationem adimat. Non enim in angulo aliquo, vel in occulto, sed in celebri & publico loco, in quem plures conuenire soliti erant, hæc dixit: atque eadem postea per Apostolos in omnem terrarū orbem promulgauit. Vera enim doctrina est, quæ publicè & manifestè proponitur. Et rectè Capharnaum interpretatur, Ager pœnitentiæ: nam illa præuia esse debet ad salutarem huius Sacramenti participationem, iuxta illud Apostoli: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* Et in typum huius pœnitentiæ, quę exigitur, pręcepit olim Dominus agnum Paschalem edi cum lactucis agrestibus, & Christus voluit pedes Apostolorum suorum lauare. *Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* Deterius videntur discipuli eius murmurare, quàm alij Iudæi, maioremque diffidentiam suam exprimere, quā illi: nam cum ij tantū quærerent quomodò id fieri posset: isti tamen planè sententiam pronuntiant, & Christi sermonem reprobant. Solet enim Christus cōtemptior esse apud suos, quàm apud extraneos: & in passione Iudęos, qui populus eius erant, crudeliores erga se expertus est, quàm Gentiles: & sacrę literę peius à Christianis, id est, Hæreticis, discerpūtur, quàm à Iudæis & Gentibus. Expende autem, non omnes discipulos fuisse qui obmurmurarent, sed multos. Sed nihil præiudicatur Apostolis per quorūdam incredulitatem. Hoc etiam ad nostram cōsolationem scri-

Publicè ferè cur Christus doceret.

Psalm.18.
Rom.10.
Vera doctrina quæ sit.
Capharnaum quid sonet.

1 Cor 11.
Eucharistiam percepturi, pœnitentia prius se debēt pręmunire.

Exod.12.
Ioan.13.

Vbi Christus contemptior solebat esse.

pium est: quandoque enim verū dicimus, quod quia non capitur ab audientibus, solet esse in scandalum eorū, sed sine vera caussa, aut legitima, vt notat hoc loco August.

August. tract. 27. in Ioan. tom.9.

Et dicebant, Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Abundat *Et*, quia nec est in Gręcis, nec apud August. in nōnullis codicibus & Rupertum, & legendum: *Quis poterit audire?* More puerorum nolentiū addiscere, & tamen libros suos incusantium. Ita isti discipuli faciebant: nec enim suam tarditatem agnoscunt, sed Domini sermonem inculpant, quasi panis, aut vini defectus sit, si palato febricitantis non placeat; aut Solis vitium, si lippis oculis gratus non existat. Sermonem durū vocant ad credendū, tanquā cibum difficilem ad edendū, durumq; ad digerendum. ¶ *Quis poterit eum audire?* id est, quę aures ferre valeant talem doctrinam? Durum vocant, insuauem, & asperū; cùm tamen esset mollissimi, & tenerrimi amoris mysterium. Sed phrenesis morbo laborantiū mos est omnia salutaria medicamenta spernere, & noxia ac perniciosa putare. Putabāt enim carnali sua imaginatione, quòd vt pecorum carnes concidantur, & manducantur, & vt laniare, & māducare carnes agni paschalis cōsueuerant, sic oporteret carnem Christi dilaniari, & manducari. Existimabant etiā bibēdum esse Christi sanguinem: quo modo nec animalis cuiusquam sanguinem gustare lex permittit. Vnde Poëta quidam describēs Pythagoræ dogma de abstinentia à carnibus, tanquam à re dura & horrenda, dixit:

August. ibid Rupert. lib. 7. in Ioan. prope init.

Quales Capharnaitæ.

Durū Christi sermonem Capharnaitæ cur dixerint.

Leuit. 17.
Gen.9.

Heu quantum scelus est in viscere viscera condi,
Congestoq; auidum pinguescere corpore corpus,
Alteriusq; animantem animantis viuere letho?

Ouid lib 15. Metamorph. ferè in init.

Deinde eorum rationi videbatur inhumanum, imò horrendū facinus, diuinæq; legi contrarium: quæ vetat carnes cū sanguine edi. Adhæc iudicabant hoc ipsum non valere ad vitam, sed illi potius aduersari, & repugnare. Item cogitabant, etiamsi aliquo modo fas esset sic illum concidi, & laniari, tamen illius corpus & sanguinē vix paucis posse sufficere, vt modicum quis acciperet, nedum toti mundo; & ideò verba Christi capere non poterant. Ad eum propè modū ratio nostra non potest cum eo, quod Christus in cœna dixit, conuenire, nempe: *Hoc est corpus meum.* Nam in primis cum articulo fidei de ascensione Dn̄i pugnare videtur, & cum illo verbo Domini: *Semper pauperes habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis.* Adhæc, impossibile rationi nostræ videtur vt tantus Christus, quantus est in cœlo, existat sub tā parua hostię quantitate, & quòd eodem tēpore in tot locis existat, & quòd

Secunda ratio duri Christi sermonis Capharnaitis de esu carnis suæ.
Leuit 3.
Deut.12.
Tertia ratio.

Quarta.

Matth.26.

Ibidem.
Quinta.

fracto

fracto Sacramento, Christus ipse cōtentus non frangatur, & quod totus contineatur sub qualibet particula, atque sub tota hostia. Adhæc, vt illa maximè possit, videtur tamen indecens, & inglorium esse Christo, vt corpus eius manducetur: Deinde neque necessarium, cùm satis sit verbo & fide eum manducari? Postremò indignum, vt Christi corpus manibus sceleratorum Sacerdotum contrectetur, & oribus, ac faucibus impiorum sumatur; ac proinde nostris Sacramentarijs durus videtur hic sermo Christi, & ipsi non possunt eum audire.

Sexta.

Sed profectò his omnibus non obstantibus, hęc est victoria, quæ vincit mūdum, & rationem, dæmones atque hæreticos, fides nostra, qua credimus Dominum cum omni asseueratione, & veritate promisisse: *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Certa etiam fide suscipimus illum ipsum Christum, qui fidelis est in omnibus verbis suis; & sanctus in omnibus operibus suis, & qui de se ipso dixit: *Calum, & terra transibunt; verba autem mea non præteribunt:* in cœna acceptū panem benedixisse, & benedictū, & fractum, Apostolis porrexisse, & cū omni asseueratione dixisse: *Accipite & comedite: Hoc est corpus meū.* Quod si in cœna nihil est aliud, nisi panis, & vinum, quæ in memoriam Christi accipi debent: satis erat dixisse illis: Accipite, & manducate, frangite panem; & hoc facite ad mei memoriam: nec opus fuisset illa verba superflua adiungere: *Hoc est corpus meū:* &, *Hic est sanguis meus;* quę non etant ad rem, nec deseruiebant, nisi vt orationem obscurarent, & exponentent auditores, aut lectores periculo credendi Christum delitescere sub speciebus panis, & vini; & illum ibi adorandi, vbi minimè esset. Sed absit vt tantam Deo impietatē impingamus, vt obstacula nobis proposuerit minus intelligendi verba sua, quibus nostra salus constabat. Qui tamen vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: qui & per seipsum apertissimè, ac planissimè locutus est, absq; vllo tropo, vel symbolo, & per Ecclesiam suam ab initio vsque in præsentem diem quid cōtineatur sub illis speciebus apertissimè declarauit: nobisque detexit quanta sit infirmitas atq; imbecillitas rationis nostræ ad apprehendēda diuina mysteria, nisi cœlitus adiuuetur. Quanta pręterea sit eius virtus, atque potentia, vt non sit apud illum impossibile omne verbum. Denique quanta sit eius gloria, bonitas, & charitas in hoc quod se nobis edendum, & bibendum sub speciebus panis, viniq; tradiderit; quātaque rursus sit nostra gloria, honorificentia atque vtilitas, vt dæmon præ inuidia rūpatur; & propterea hæreticos suscitauerit, qui nos in possessione tantæ, ac talis veritatis existentes conturbent, bellumq; nobis indicant, in quo illos non posse non succūbere, cū duce suo Satana, & alijs huius hęresis suscitatoribus, qui planè iam sunt extincti, & perpetua obliuione sepulti, certissimum, atq; exploratissimum habeamus, præstante nobis has illustres, & gloriosas victorias Imperatore nostro Iesu Christo, & Domino nostro, qui cum Patre & Spiritu sancto, panis est, & cibus beatorum omnium, à quibus etiam perpetuis laudibus celebratur, in secula seculorum, Amen.

Fidei victoria, & triumphus de hæreticis Christi in Eucharistia veritatem negantibus.

Psalm 144.

Matth. 24.

1. Tim. 2.

Luc. 1.

TRACTATVS XXVII.

De eadem disceptatione Domini cū Capharnaitis, in illa verba: *Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis, Hoc vos sandalizat? Si ergo videritis Filiūm hominis ascendentem vbi erat prius? Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicquam. Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt, &c.* vsque in finem capitis.

DVo sunt Fidei nostræ mysteria altissima. Primum est, Verbum in carne occultatum, de quo Ioannes: *Verbum caro factum est*, Secundum, Verbum caro factum, occultatum in Eucharistia. Et prius proposuit Domin' mysteriū Incarnationis, & modū, quo vtiliter per fidē suscipi deberet, simul etiam explicans fructū illud per fidem suscipientium. Verum Capharnaitæ nolebāt acceptare, & murmurabant de illo; quibus, posteà, murmuratione sedata, proposuit secundum mysterium: sicut dictum est fecisse cum Nicodemo, siue sicut Esaias fecit cum Achaz, cui nolenti petere aliquod commune signum, & simulatè dicenti: *Non petam, & nō tentabo Dominum:* Dominus maximum Incarnationis signū subiunxit: *Ecce, Virgo concipiet, & pariet filium, &c.* Et ita Dominus non acceptantibus signum Incarnationis, subiungit signū Eucharistiæ: cuius hactenus necessitatem, modum sumendi, & fructus explicauit.

Fidei nostra altissima mysteria, duo. *Ioan. 1.*

Esa. 7.

Cùm igitur Domino asseuerante hoc secundum mysterium, non obstante lite Iudęorum, discipulis visus fuisset sermo durus de Eucharistia; Dominus adiecit tertiū Ascensionis, de quo ait textus: *Sciens autem Iesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis, Hoc vos scandalizat? Si*

ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi erat prius? Primum ait: *Sciens Iesum apud semetipsum*, Deus enim qui omnia in se habet, in se omnia videt, quia à se etiam omnia prodeunt, nec aliunde accipit, neque vllo eget indice: Est enim discretor intentionum, & cogitationum cordis: ipse enim finxit sigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum, & licet ab æterno sciret qui essent discipulorum dociles, & qui non essent; tamen, pro exprimenda indignitatis magnitudine, quasi nunc primum perspecta, atque comperta illorum incredulitate, admirans, ait: *Hoc vos scandalizat?* Quasi diceret, Hoc quod dixi de me manducando, qui sum panis, qui de cœlo descendi, quod vel maximè vos consolari debuerat, cum hoc ingentem amorem meum in vos ostēdat: hoc vos, qui tanta vidistis, tanta audistis, qui discipulos vos profitemini meos, hoc vos, inquam, scandalizat, vt à proposito meo, & sequela mea excidatis? An non mirum est, panem alijs vitam præbentem, vobis mortem adducere: quod alijs panis est vitæ, vobis fiat panis offensionis? *Si ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi erat prius?* Abruptè loquitur, vt ostendat se non æquo animo ferre ipsorum scandalum. Aliquid igitur supplendum est, vt perficiatur oratio, nempe, quid dicturi estis? nisi quod prius descenderim de cœlo: terrestris enim per se non potest ascendere, benè descendere; vel, tunc intelligetis, quam malè nunc de me sentiatis. Atque ex his verbis colligimus aliquos illorum posteà fuisse conuersos, & interfuisse Domini Ascensioni, illumque vidisse ascendentem. Possunt autem hæc verba ad plures scopos spectare. Primus est, ad quem refert Augustinus; Dominum hoc dixisse ad excusandum eorum sensum carnalem, quo putabant carnem Christi in frusta, & particulas dilaniandam, & sic edendam: quod Dominus apertè negat, dum asserit, eam ad cœlum transferendam, & integram illam ad Dei dexteram collocandam. Ita etiam Euthymius intelligit Dominum significasse Ascensionem suam in cœlos confirmaturam sermonem suū de edenda carne sua. Chrysostomus verò arbitratur accipi hoc dictū quasi per ascensum suum confirmare voluerit, verè se dixisse, quòd è cœlo descēderit, iuxta illud. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo.

Christi scientia quam perfecta. Hebr. 4. Psal. 32.

Christus omnia cum sciret, cur inquit: Hoc vos scandalizat?

Huic sententiæ: Si ergo videritis Filium hominis ascēdentem vbi erat prius quid supplendum.

Actor. 1.

Aug tract. 27. in Ioan. tom. 9.

Eius varij sensus producuntur, & expenduntur.

Euthym. c. 9. in Ioan. Chrys. ho. 46.

Secundus.

Alius scopus est, vt Dominus hæc dixerit, ad incredulos conuincendos; quasi diceret; Si nunc, qui propè sum, & iuxta sensum vestrum habeo carnem meam, & sanguinem ad manum, vt illam dem vobis in cibum, & potum, & nihilominus scandalizamini: multo maiori scādalo corripiemini, quando videritis me ascendisse in cœlū, nec propterea minus asseuerari, & prædicari in Ecclesia mea, carnē meam, & sanguinem contineri in Eucharistia, in omnium fidelium membrorum meorum alimentum, & quod in ea edant carnem meam, & bibant sanguinem meum.

Tertius.

Tertius scopus, & fortassis magis ad rem, est; vt hæc verba eo accommodentur, vt illis probare vellet, non esse impossibile quod maneat in Eucharistia. Nam sicut Dominus in argumentum suæ potentiæ, solet resurrectionem suam à mortuis per se factam adferre, secundum illud: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud:* & alibi; *Signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ*, & Apostolus ait: *Qui prædestinatus est* (siue, vt Græci Patres exponunt, *declaratus est*) *Filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri:* ita etiam hoc loco sui ipsius euectionem in cœlum, tanquam signum diuinitatis, & inditæ suæ potentiæ adducit. Hinc Nathanaeli credenti quòd vidisset illum sub ficu, inquit: *Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis: maius his videbis.* Et explicans illa maiora, subdit: *Amodò videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra Filium hominis.* Quibus verbis assumptionis suæ mysterium voluit significare, sicut cum dixit: *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo Filius hominis, qui est in cælo.* Ita hic ait; Quando videritis virtutem meam, quam ex ascensione mea cognoscetis, cessabit fortè scandalum, & credetis, posse me edendum porrigere in Eucharistia. Quid ergo conturbat vos quod me dixerim panem, qui de cœlo descendi, cùm illuc sim ascensurus? eiusdem enim est ascensus, cuius est & descensus.

Ioan. 2.

Matth. 12. Rom. 1.

Ioan. 1.

Infra 3.

Quam ineptè colligant Sacramentarij ex eo quod Christus in cœlum ascendit, eius absentiam in Eucharistia.

Dissoluit igitur argumentum hæreticis nostri temporis familiare; dicunt enim Sacramentarij: Christus ascendit in cœlum, & sedet ad dexteram Patris: ergo non est in Eucharistia. Quibus respondet Dominus: *Si ergo videritis Filium hominis ascendentem*, id est, cùm ascendero in cœlum subducta vestris oculis humana forma, ex hoc certo agnosceris me omnipotenti virtute mea, tametsi ad dexteram Patris sedeam, in æternum posse corpus meum vobis porrigere in terris pro meo arbitratu, & modo mihi cognito. Nam si Sol hic spectabilis, qui mera creatura exitit, necdum deificata, quemadmodum corpus Christi post ascensionem, tamen vires suas, & proprietates toti terrarum orbi communicat,

Psalm. 18.

ita vt

Zach. 4.

ita vt non sit qui se abscondat à calore eius; & tamen in cœlo, vbi est, semper permanet, nullam suæ naturæ, vel virtutis diminutionem sentiens: quanto magis ego qui Solis sum conditor, & verus iustitiæ Sol, potero corpus meum Deitati coniunctum, mirabili modo vobis impertiri, ad animos & spiritus vestros illuminandos, & satiandos? Hunc sensum confirmat Theodorus quidam Melitinensis in Armenia minore Episcopus, qui in libro explanationum suarum in Euangelia, in hūc locum ita scripsit: *Si igitur,* inquit, *videretis Filium hominis, id est, me, qui videor vobis filius hominis propter carnem, ascendentem, humanitate scilicet post resurrectionem, vbi eram prius diuinitate, quid diceretis, scilicet tunc, ab ipsa veritate conuicti? Etenim si existimatis carnem meam non posse viuificare, quia non inest hoc in natura carnis; quomodò instar auis in cœlum ascendit? Hoc enim æquè impoßibile est carni terrenæ. Si enim supra naturam ascendet, quid obstet quo minus viuificet, quamuis non sit natura eius insitum viuificare? Qui enim quod terrenum est, facit cæleste, planè viuificum etiam reddit, licet innatum, insitumq; natura eius propriè sit inertire. Non polliceor verbis tantum ascensurum in cœlum, ne rursus dicatis illud. Quomodò? quinimò oculos vestros adhibeo testes verborum: vestra spectatio omnem contradicentem flectet, meque è cœlo descendisse, omniaq; facere posse planum faciet: Tametsi enim maximè descensus meus è cœlo homines latere videtur, & ob eam causam dubius, vel etiam incredibilis putatur ijs qui audiunt: attamen ascensus meus in cœlos post resurrectionem in conspectu discipulorum factus, omnem ambiguitatem dissoluet, & meum corpus viuificum esse demonstrabit. Non enim ipsis cernentibus ascendere in cœlos possem, nisi inde prius ad vos descendissem.* Et subdit: *Vides quomodò per ea quæ dixit, ea quæ illi occultabant, penitus patefecit, abducens eos ab ea opinione, qua Ioseph patrem eius putabant, & scandalum tollens? Non enim hæc dixit, quod scandalum augere vellet, sed potius tollere. Qui enim filium esse Ioseph existimaret, nunquam quæ dicebat, crederet: cui verò persuasum esset, eum è cœlo descendisse, & illuc ascensurum, huic facilius erat ea quæ dicebat, probare.* Sic Theodorus ille:

Theodor. Melitinen. extat in Vaticana Bibliotheca.

Act. 1.

Quòd verò dicitur: *Vbi erat prius*, non est sic intelligendum, quasi carnem è cœlo secum portauerit; sed vt ostendat vnitatem personę in se vno & Deo, & homine. Hic ergo, qui modò est Filius hominis, in cœlum redibit, vnde non filius hominis, sed purus Deus descenderat. Vt si quis diceret; Creator hominis cœlum creauit; id est, Qui creauit hominem, cęlum ante creauerat; qui tamen, cùm cœlum creabat, nondum erat hominis creator, qui sexto die conditus est.

Illud: Si ergo videritis Filiū hominis ascendentem vbi erat prius, quo sit accipiendū modo.

Gen. 1.
Ibid.

Deinde aduerte, triplici ratione posse asseri corpus Christi esse in loco. Primò quidem circumscriptè, vt scilicet locum occupet: quemadmodum cum in terra ambulabat, & discipulis post resurrectionem se exhibebat, & in iudicio omnibus se spectandum exhibebit: quomodo & nūc se potest exhibere vbicunque voluerit? Altero modo aliquid est in loco penetratiuè, vt sic loquar cum sacris Theologis: quod tantùm corporibus gloriosis, & dote subtilitatis ornatis conuenire dignoscitur. Nam potest vnum corpus aliud ita subintrare; vt non alium, sed illum eundem locum occupet, quem corpus penetratum habebat, non ita tamen, vt sit totum in toto, & totū in qualibet eius parte: qua ratione Christus salua integritate claustri virginei de matre sanctissima in lucē editus est, & in resurrectione assumpto corpore glorioso, è clauso monumenti lapide immortalis egressus est: ingressus itē est ad Apostolos, & egressus per ianuas clausas; ita vt nec lapis extēderetur, nec ianua, nec corpus ipsius constringeretur; denique ipse ascendens penetrauit cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt, & suscitatis corporibus post diem iudicij Christus cum omnibus membris suis gloriosa corpora habentibus cęlos iterū penetrabit:

Tribus modis Christi corpus concipitur in loco cōsistere.

Luc. 2.

Ioan. 20.

Iob 37.

Tertio modo aliquid dicitur esse in loco definitiuè, cum scilicet ita est in toto vno loco, vt etiā sit in singulis eius partibus: qua ratiōe affirmamus Angelos ita esse in loco, vt toti sint in toto loco, & toti in qualibet eius parte; anima etiam nostra ita est in toto humano corpore, vt simul etiam sit in singulis eius particulis. Hac ratione asserimus Christum esse in Sacramēto per transubstantiationem, vt totus scilicet in tota hostia, & in qualibet eius parte: ita vt si daremus mundum transubstantiari in Christū, Christus esset in toto mundo, vbi Deus est. Hallucinantur ergo Sacramentarij, & toto aberrāt cœlo, cogitantes corpus Christi in loco esse nō posse nisi naturali modo circumscribendo, & occupando, quod est omnino falsum, & est velle nostro sensu diuina metiri.

Angeli, Anima rationalis, & Christus in Eucharistia quomodo sint in loco.

Contra Sacramentarios, corpus Christi in loco nisi extenso negantes posse consistere.

Sequitur: *Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicquam.* Declarat Dñs causam erroris discipulorum inde oriri, quòd in rebus quæ supra naturam, & sensum sunt, sensus humanos, & rationem consulant, & nō aduertāt ad signa quæ supra naturam fuēt, quibus Christus illa comprobabat, ad quæ si quis aduertisset, credidisset, ac obtinuisset vtiq; dictorum Christi intelligentiam.

Vnde discipulorum de cibo carnis Christi omnis error pronenit.

Sensus

Quid significet. Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam?

Sensus horum verborum duplex potest existere, & vtroque reuincuntur Sacramentarij. Primus est, quod spiritus fidei ille est, qui vitam menti tribuit, & in verbis Dei viuam, & perfectam intelligentiam inuenire facit. Caro autem (non dixit, mea, quia

Ioan. 1.

Verbum caro factum multum prodest, & manducata illa cum spiritu confert vitam æternam, vt superiùs dixit) sed sensus, & intelligentia à carne proueniens, nihil prodest, sed obest potiùs; quia in verbis vitæ lucra mortis negotiatur. Quasi Dominus diceret; Scandalizamini, quia non vtimini spiritu fidei ad verba mea salutaria, & spiritualia capienda, & idcircò putatis promittere me carnem meam in frusta concidendam, & dentibus conterendam. Ac ideò subiungit: *Sunt quidam ex vobis qui non credunt*, & iterum: *Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.* Vt enim

Matth. 16.

in Petro rectè confitente, reuelationem Patris, seu, quod idem est, spiritum fidei, qui illam confessionem suggessit, & dictauit, laudauit, & carnem ab illo sensu exclusit, cùm dixit: *Caro & sanguis non reuelauit tibi*; ita in hoc falso sensu verborum Domini, quem conceperant Capharnaitæ, dixit adfuisse carnem, absuisse verò spiritum fidei. Hinc Chrysostomus in hæc verba:

Chrysost. ho. 46 in Ioan. tom. 9.

Quid igitur, caro non prodest quicquam? Non de ipsa carne dicit: absit; sed de his, qui carnaliter accipiunt quæ dicuntur. Quid autem est carnaliter intelligere?

Carnaliter intelligere quid.

Simpliciter vt res dicuntur, neque aliud quippiam excogitare. Non enim iudicanda sunt quæ videntur, sed mysteria omnia interioribus oculis consideranda, hoc est, spiritaliter: qui non manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, non habet vitam in semetipso. Quomodò nihil prodest caro; sine qua nemo potest viuere? Vide quòd ea particula, Caro non prodest quicquam; non de ipsa carne, sed de carnali auditione dicta est. Hæc ille doctè, quia caro quando opponitur spiritui, non tam substantiam ipsam carnis, & spiritus, quam proprietates, & virtutes vtriusque significat, iuxta illud:

Gal. 5.

Caro concupiscit aduersus spiritum; spiritus autem aduersus carnem. Et iterum:

Rom. 8.

Ibid.

Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: & infra: *Si secundùm carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Alter sensus

Secundus sensus.

est; Dominum illis verbis explicasse, verba sua spiritaliter esse intelligenda, hoc est, vt diximus, spiritualem manducationem per fidem, sed in Sacramento, actu, vel voto suscepto, ita vt excludat ferinam illam, vel purè Sacramētalem commestionem: quia caro Christi vtroque illorum modo manducata non prodest quicquam, non ex defectu carnis Christi, sed vitio ipsius sumentis. Opus est igitur spiritu fidei, vt à carne Christi manducata, quæ per se, cùm coniuncta Verbo Dei viuificatrix sit, vitā hauriamus. Et sic exponunt Augustinus, & Cyrillus: quorum prior scribens in Ioannem, inquit: *Caro non prodest quicquam; sed quomodo illi intellexerunt: Carnem quippe sic intellexerunt, quomodò in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, non quo modo spiritu vegetatur.*

August. tract. 27. in Ioan. tom. 9.

Et infra: *Caro, inquam, non prodest quicquam, sed sola caro: accedat spiritus ad carnem, quomodò accedit charitas ad scientiam, & prodest plurimum.* Cyrillus verò in eadem verba:

Cyril. lib. 4. c. 23 in Ioan. tom. 11.

Non imperitè, inquit, omnino viuificam carnem esse negatis. Nam si sola intelligitur, nihil prorsus viuificare potest, quippe quæ viuificante indigeat: quum verò Incarnationis mysterium laudabili cura scrutati fueritis, & inhabitantem in carne cognoueritis; quamuis nihil penitus caro per seipsam possit, viuificam tamen esse factam credetis, nisi etiam Spiritum sanctum non posse viuificare contendatis. Nam quoniam cum viuificante Verbo caro coniuncta est, tota est effecta viuifica. Et Infra:

Caro Christi Verbo vnita, qualis effecta sit, teste Cyrillo.

Quas ob res caro quidem cæterorum omnium quicquam verè non prodest, caro autem Christi, quia in ipsa vnigenitus Dei Filius habitat, sola viuificare potest. Spiritum verò seipsum appellat, quoniam Deus spiritus est: & vt ait Paulus, Dominus Spiritus est.

Ioan. 4.

2. Cor. 3.

Sic Cyrillus, vocans carnem, omnium aliorum animalium, & hominum; Spiritum verò Christi, carnem spiritu referiam. Caro etiam nō prodest quicquam ad me agnoscendum quis sim, potiùs

Caro Christi qua ratione nihil prodest.

illa impedit, cum putatis me ex Ioseph natum, & non ex Deo: Vnde subdit: *Verba quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt*: Significat, cum spirituales eritis, tunc intelligetis verba mea iuxta spiritum, & cognoscetis quod manducatio ferina, aut purè Sacramentalis, nihil confert ad vitam; sed spiritualis in Sacramento; ac tunc plenè poteritis iudicare: quia spiritualis iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.

1. Cor. 2.

Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis traditurus esset eum. Græcè legitur: *Qui essent non credentes in eum*: quæ lectio clarior videtur, & illam sequitur Euangelium Syriacum, & Vulgata editio correcta sic legit: multi enim erant ibi non credentes, & qui tunc quidē retro abierūt. Quod

Cui sola verba Christi spiritus sint, & vita.

si verba Domini, spiritus, & vita sunt; constat, eos, qui non credunt, fructuose edere non posse, & secundùm carnem intelligente, ei verò qui credit, & spiritaliter verba Domini apprehendit, & spiritaliter, hoc est, per fidem viuam manducat, & bibit in Sacramento, illa verba Domini spiritus sunt, & vita. Et quia cum aduersatiua dixit:

Sed sunt quidam, qui non credunt; declarat, propterea durum videri sermonem Domini, & illo scandalizari, quod infidelitate obdurabant corda sua: & non ideo nō credebant, quia nun intelligebant; sed ideò non intelligebant, quia nō credebant, cùm scriptum sit: *Nisi credideritis, non intelligetis.*

Esa. 7. iuxta LXX.

Iudas proditor quando non credebat in Iesum.

Matt. 10. Matt. 19.

Ac subdit inter hus non credentes, Iudam, qui eum traditurus erat: non quud aliquādo non crediderit; nam ab initio cùm vocatus esset à Domino, & cum signa ederet, proculdubio credebat, & illi erat sedes promissa inter duodecim, sicut & alijs, ad iudicandas duodecim tribus Israel: sed nūc non credebat, neque tamen Dominum relinquebat: atque idcircò, quantum in se erat, iam non credebat, cui se credere manēs fingebat: & rursus Indam Dominus, quamnis sciret eum malum, tamen tamdiu eum tolerar; vt discamus & nos malos tolerare.

Quid est quod Iudam & incredulum, & hypocritam Christus tolerabat.

Nota, quod Iesus nonit bypocritas, ne quis videlicet putet se tutum, & latere posse: & vt confidamus, ab hypocritis nihil nobis mali esse posse. Iesus enim pastor noster nouit eos: ipse sic agit, vt ipsimet se ipsos separent, ac diuidant ab Ecclesia. Qui verò sic perseuerant, velut Iudas, tandem & ipsi malo suo detegentur.

Et dicebat, Propterea dixi vobis quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo. Hic declarat verbum superius, quod dixit: *Nisi pater qui misit me, traxerit eum.* Idem est enim Patrem trahere; & Patrem fidem date.

Patrem quid trahere venientes ad Christū.

Quemadmodum antem ad id quod datur, liberi sumus, vt acceptemus, vel recusemus: ita ad tractum Patris, qui neminem cogit, qui liberum huminem in manu consilij sui reliquit, vt possit venire, si velit, & remanere, si nolit.

Ecclesi. 15.

Cnm ergo per se impossibile sit, vt quis in homine verum Deum agnoscat, & Christus rem hanc verbis inuoluat, ac tegat: nusquam aditus ad Christum pateret, nisi per Patrem suum. Et ita durè locutus videri potuit; sed ijs, quibus ob duritiam suam à Patre suo non est datum, ant si datum est, illum spernunt, & trahentem Patrem non sequuntur, quia sectari malebant suas ipsorum rationes, quam Dei inspirationem.

Quibus dura Christi verba videbantur tantummodo.

Iudas igitur aut non acceperat à Patre, aut non sequebatur tractū Patris, nec vt tantæ rei intellectum haberet, rogabat sibi dari, neque si datum erat, assentiebat. Et pundera aduerbium, propterea, ne scilicet malitia noua, & propria mereamini deseri à Deo: quia malitiam ex solo peccato originali contractam vincunt signa, & inspiratio Dei.

Malitiam ex solo peccato originali contractam, vincūt dona Dei.

Discipulorum a Christo retrocedentium indignitas.

Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant. Quibus neque verborum Christi emollitio, vel modificatio profuit, qua à carne ad spiritum illos trahebat, ac propterea subiunxerat: *Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.* Quod videtur dictum propter non credentes, ne videlicet qui iam acceperant à Deo, vt credere in Dominum Iesum possent, tardarentur eorum autoritate, si non crederent. Nam verisimile est, in tanta multitudine aliquos boc donum expectasse, neque præiudicium de Iesu fecisse, alios verò temere præiudicasse. Ne ergo, qui donum Dei habebant, non credentium temeritatem, aut dnbitationem sibi sequendam pntarent, ac non potius æterni Patris tractum: quod nobis quoque dictū est, ne aliorum infidelitatem miremur, scientes infideles, vel non posse aliter loqui, quoniam adhuc eis datum non est, vt fideles sint, vel quia dono Dei resistunt.

A Christo recedentes quomodo iuuandi.

Ideò ob eorum peccatum, vel cœcitatem, vel cunctationem, deficere gratiæ Dei non debemus, siqnidem einsmodi hominum error, ant malitia minimè nos excusabit: sed nos præcedamus, ne gratiam nostram amittamus: quo illi tanto libentius, & facilius veniant, quo nos præcessisse viderint. Quud verò postquam venerint, vel irrideant, vel scandalizentur: fit vt nos examinemur, & probemur, & maiori in laude simus apud Deum nostrum. Occasio etiam id nobis esse debet sequendi Deum nostrum, quo magis à pluribus deseritur. Mirum vero est multos ex eo Christi sermone offensos esse; ex quo alij summè consolantur: & si ex discipulis eius quidam deficiunt, quis non timeat, & expauescat? Nam si iustus qnidem vix saluatur: impius, & peccator vbi parebunt? & à Christo recedere, nihil est alind, quam ire retro, & perire.

1 Petr. 4.

A Christo recedere, quid.

Nemo enim versus cœlum procedere potest, nisi Christum habeat ducem: nec mirum quod pereat, & moriatur, qui vitam fugit. Quod si discipuli retrocedunt ad obscurum verbum magistri, nedum ad persecutionem pro verbo; ergo quod adhuc credamus, gratias agamus Deo, & vt perseueremus, oremus etiam ipsum, & hoc confidamus fore per ipsum. *Ex hoc*, inquit: id est, vt Euthymius interpretatur, & Græca litera porrigit, ab eo tempore, & retrorsum, intelligit Augustin. addit: *post Satanam*: vt de quibusdam viduis dicitur ab Apustolo, quę conuersæ sunt retro post Satanā.

Euthym. c. 9. in Ioan.

August. tract. 27 in Ioan. circa med.

Vel simplicius exponitur, desciuerunt ab eo, & non solito more eum sequebantur. Vnde subdit: *Et iam non cum illo ambulabant.* Retrocessunt ergo ad vitam priorem, ad quā reuersi sunt. Obserua hic,

1. Tim. 5.

Chri-

Qui merito gratia Dei spolientur.

Christum nihil locutum ad eos qui retrocedunt. Nam qui sponte, & scienter Christum contemnunt, meritò gratia Dei spoliantur. Nec laborat vt remaneant, ne videatur egere comitatu eorum, nec illis abeuntibus conuitiatur, ne suam gloriam magis quæsisse videatur, quam ipsorum salutē. Nec indignè tulit se ab illis contemni, vt discerent Apostoli non molestè ferre, si ab ipsorum doctrina aliqui deficerent. Nec denique Religiosi boni grauiter ferant, si quosdam viderint à religione per apostasiam discedere, sed potius curent precibus, & pijs sacrificijs, vt eos ad pristinam dignitatem, & statum reuocent: quemadmodū fecisse Dominum, & multos ex illis ad fidem reuocasse, qui ascensioni suæ adfuerunt, longè est probabilissimum.

Deficientes à Religione quomodo habendi sint.

Qui fuerint discipuli qui retrocesserint. Aug. in Psal. 90. paullo à medio to. 8. Epiphan. in hæresi 50. Hyppolytus Martyr in Synopsi. Proleg 27.

Qui fuerint autem isti discipuli qui recesserunt, textus non explicat. Aug. putat fuisse 70. Discipulos: inter quos erant Marcus, & Lucas, qui hoc sermone offensi retrocesserunt, vt testantur Epiphanius, & Hyppolytus Martyr, vt primo libro probauimus. Alij sunt, qui asserunt, eo tempore, quo hæc dixit, nondum Dominum vocasse septuaginta discipulos, nec ad prædicandum misisse. Et nomine discipulorum in Euangelio, non tantum veniunt Apostoli, & illi septuaginta, sed omnes quotquot in Christum credebant, atq; eius profitebantur doctrinam, & interdum etiam sequebantur.

Dixit ergo Iesus ad duodecim, Nunquid & vos vultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Et nos credimus, & cognouimus quia tu es Christus filius Dei. Cùm non obstante Domini responsione, & verborum suorum interpretatione, discipuli eius retro abijssent, non sine mysterio Dominus illos interrogauit: *Nunquid & vos vultis abire?* Indicans in primis, eis quoque liberum esse discedere. Sicut enim cum eis à Patre datum esset, vt ad ipsum accederent, licebat non venire; sic postquam venerunt, ad Christum, & ab eo recepti sunt, liberum erat discedere. Quia ergo illis integrum erat, vel abire, vel discedere, rectè ex his verbis Cyprianus colligit liberum arbitrium. Declarat etiam se veritatem tacere nolle, vel si cuncti discederent: non enim veritas ad salutem necessaria, ob hominum scandalum tacenda est. *Respondit ergo ei Simon Petrus, Domine ad quem ibimus?* Cum enim Dominus multa verba sublimia, & alta mysteria reuelasset, poterat quisque putare dedisse discipulis occasionem scandali; cum tamen defectum nō à verbis suis, sed ab imbecillitate discipulorum

Quorsum Christus Apostolis dixerit; Nunquid & vos vultis abire.

Cyprian. lib. 3. epist. 3. ante medium.

Quæ veritas ob hominum scandalum tacenda non est.

rum suorum, & Iudæorum, qui non credebant, prouenire ostenderit; idem modò facto confirmat, indicans credentes nōnullos eadem verba audiuisse: qui non solum non sunt scandalizati, sed magis verborum Christi amore inescati, vel maiori in Iesum fide corroborati, & confirmati. Hinc Petrus nomine omnium respondit: *Domine, ad quem ibimus?* Nimirum, secuti sumus te Regem, & Messiam: quem alium inueniemus præter te, qui verba vitæ æternæ habeat? Ideò tu es verus Saluator, qui non promittis temporalia, vel mundi huius bona, sed verba profers, vitam promittentia æternam omnibus, qui illa fide susceperint quod nec Philosophus, nec idolorum Sacerdos, nec Moyses facit. Ideò summa prudentia est eum audire, qui solus habet verba vitæ æternæ: quam nobis confert, in hac quidem vita in spe, quę maximè roboratur, & alitur Eucharistiæ Sacramento, in alia verò vita reipsa illam cum corporis resurrectione præstat.

Duodecim Apostolorum Christi in fide firmitas, atque constantia.

Ioan. 6.

Promissa Christi qualia sint.

Quam verè Christus dicatur habere verba vitæ æternæ.

Et ideò subdit: *Et nos credimus, & cognouimus*, Græcè est πεπιστεύκαμεν, id est, credidimus iamdiu. In Syriaco Euangelio de præsenti est vtrumque verbum: *Nosq; credimus, & scimus te te esse Messiam Filium Dei viuentis*, sed tamen bene habet etiam de præterito. Nam post fidem sequitur cognitio, & intellectus certo lumine videns res Fidei omnes credibiles secundum illud: *Si non credideritis, non intelligetis. Nisi enim*, inquit Cyrillus, *absque vlla dubitatione, fides ieceris fundamenta, non poteris paullatim cognitionem, quæ in Christo est, superædificare, ac ita in virum spiritualem euadere.* Sic ille. Vel cognouimus certissima animi persuasione per testimonium Ioannis, Patris, miraculorum, & Scripturarum, præter fidem.

Fides cognitionem parit.

Esa. 7. iuxta 70.

Cyril. lib. 4. c. 10 paullò ante medium, to. 1.

Quia tu es Christus Filius Dei. Nam particulam, viui, habet Græcus codex, & ita legit Cyprianus, & Augustinus. Et iuxta Matthæum idem Petrus Iesum Christum esse Filium Dei viui confessus est. Et cum articulis quatuor dictum, ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος id est; ille Christus, ille Filius illius Dei, & illius viuentis: quo epitheto Scriptura separat Deum verum ab idolis mortuis vnde Dauid: *Sitiuit anima mea ad Deum fórtem viuum*, & Iosue: *Scietis quod Dominus Deus viuens in medio vestri est.* Et solet Dominus iurare: *Viuo ego, dicit Dominus.* Agnouerunt ergo Apostoli, Christum esse Dei Filium ex Patris reuelatione, qua tantum mysterium agnouisse, Dominus Petro testatus est. Quòd si tu es Christ⁹, & Propheta ille summus, profectò à temetipso non loqueris, & idcircò quæcunque loqueris etiam de mā-

Vnde nam Apostoli cognouerint Christum esse Filium Dei. Ioan. 1 & seq. Matt. 3. & 17. Cypr. lib. 1. epist. 3. ante medium. August. tract. 27. in Ioan. a medio, tom. Matt. 16.

Cur dicatur Dominus viuens. Psalm. 41. Iosu. 3. Ezech. 10. & sæpè alias. Matth. 16.

ducanda

ducanda carne tua, & bibendo sanguine tuo, siue de quibuscunque alijs, verissima sunt, omniq; acceptione dignissima, & ab ipso summo, & vero Deo profecta. Verba vitæ æternæ Apostolis visa sunt, quæ alijs fuerant scandalum, quia non sensibus, & humanæ rationi magis, quàm diuinę inspirationi credebant. Et vide quid dicat: *Ad quem ibimus?* Qui enim verè credit, non habet quo vadat, quia scilicet Deus, à quo discederet, omnia in infinitum copijs diuitiarum, & bonitate superat. Qui enim paupertem Patrem habet, quamuis se ab illo diligi existimet; tamen quia multos alios videt Patre suo ditiores, discedit à Patre suo, & sequitur eos, in quibus non confidit, sed quos speret officio suo demereri posse, atq; ideò eos sibi beneficos reddere. Non sic est in Deo quo nullus opulentior, neq; nostri amantior. Si quis ergo tentatur de deserenda Fide, videat quid dicit Petrus, Domine, ad quem ibimus? Vade, & inquire aliam religionem, an melior sit quàm Christiana. Vade, vide an fingi possit melior, aut homine dignior. Certè nulla est religio, aut si est vlla, hæc est. Vtinam cum tentamur, & voluptate delicti deliniti, per quā ad peccandum sollicitamur, quasi defectionem à Deo meditātes, horum verborum memores essemus, Domine, ad quem ibimus? Id est, quomodò à te Domino deficiam, & ad vilissima amplectenda cōuertar? Quomodò à dignitate filij ad seruitutem capitalissimi tyranni inducar? à tantis delicijs, tantaq́ne luce, ad tenebras & amaritudines, quas secum trahit peccatum?

A Deo minimè recedendum cur sit.

Si quando de fide tētamur, quid agēdum cum Petro.

Luc. 6.

Respondit eu Iesus, Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est? Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariote: hic enim erat traditurus eum, cùm esset vnus ex duodecim. Tam honorificam Petri de se prædicationem Dominus non est admiratus, nec ob eam illum beatū prædicauit, vt fecit postea. Tum ne videretur eorum laudibus capi, postquam esset ab eis derelictus; tùm quia Petrus eorum nomen locutus erat, & hanc fidem omnibus tribuebat, quæ non omnibus conueniebat. Idcircò Dominus corripere volens Petri responsum, & ostendere non omnes credere qnod ille putauit eos credere, subiecit: *Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est?* & ob id non sine caussa interrogasse, num & ipsi vellent abire. Ponderat verbum illud, *Elegi*, Cyrillus: *Ego*, inquit, *vos vt bonos elegi, non ignorabam, sed cognoscebam, vt Deus corda vestra: sed rapuit vnum vestrum auaritia deceptum diabolus.* Sic ille, notans Iudam in electione bonum extitisse, vt Lyranus facit.

Christi humilitas, atque sapientia.
Matth. 16.

Apostolos Christus quales elegit, teste Cyrillo.
Cyril. lib. 4. cap 30. Ioan. 12.

Nicol. de Lyra.

Dubium porrò est, quomodo hic dicatur duodecim elegisse, cum inferius dicat non elegisse, dicens: *Non de omnibus dico, ego scio quos elegerim*: innuens se Iudam non elegisse: cuius oppositum hic dicitur. Sed hic sermo est de electione ad Apostolatum, ibi verò de electione ad regnum cœlorum, & vitam æternam. Vnde hic ponitur duodenarius numerus, non illic. Hoc ergo subiunxit Dominus Iesus, ne qui bonę fidei erant, deciperentur, vt sibi similes omnes putarent. Non enim remansisse corpore satis erat ei, qui mēte esset alienus. Item, vt is, qui aliena mente se esse cognosceret, cum latere se non posse intelligeret, à mala voluntate ad inspirationem rediret. Diabol⁹ enim, calumniator interpretatur. Iudas igitur verba Iesu calumniabatur, & tamen corpore remanebat, cùm mente recessisset: quia mammonæ seruire cœperat, & suis corporeis lucris consulebat, ex quibus ad proditionem vsque Domini sui interius proficiens progressus est. Vt in eum posset conuenire, quod hic Euangelista de alijs dixit, qui priùs mente quàm corpore ab Ecclesia discesserant, de quibus alibi inquit: *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum.* Hoc itē Iesus dicebat, vt quàm liberum ipsis esset discedere, agnoscerent, qnādo ne electione quidem sua tanta factum sit, quin qui voluerit ex eis discedere, potuerit: quamuis & à Patre sibi datus fuerit, & venerit, & ab ipso Iesu non modò susceptus, sed ad Apostolatum fuisset euectus. Nam electio ad Apostolatum esse potest sine electione ad vitam æternam; vt nos omnes cum metu, & tremore salutem nostrā operemur. Adhæc hoc idem Iesus dixit, ne sibi iniuriam factam Apostoli putarent, quòd interrogati sint, num & ipsi abire voluerint: quandoquidem homines etiam essent, & inter quos etiam esset calumniator, & murmurator, quasi Iesus non id pro omnibus, sed pro calumniatore illo dixerit, vt si vellet, discederet, quādo mente iam alienus erat. Et fortassis in Eucharistiæ mysterio à Domino nunc prædicato cœpit non credere: & in eodem posteà electus est sumpta buccella à Domino, dicēte: *Quod facis, fac citius*, vel post sumptum Sacramentum Eucharistiæ, vel illo, quod minimè credebat, nondum sumpto, vt quidam magni viri opinātur. Postremò, consilium fuit Christi Domini, multos ex his qui discesserunt, inspirationem olim securos ad eum venisse: ac nunc sensum, & rationem humanam consulentes recessisse, cū etiam inter sic electos calumniator inuentus sit. Vt non immeritò

Infra 15.
Cum 12. Apostolos Christus elegerit, vti Iudam innuit se minimè elegisse.

Quare Christus Iudam diabolum appellauit.
Secunda ratio

Diabolus quid.

1. Ioan. 2.

Tertia ratio.

Philip. 2.

Quarta ratio.

Iudas quando primū desierit esse bonus.

Ioan. 13.

Quinta ratio, ac postrema.

Apoſtolos interrogauerit, vtrum diſcedere vellent, quando tot diſcipuli tantam inſpirationem contēpſeruut, & inter duodecim ipſos diabolus vnus fuiſſet. Hinc diſcedere non inhoneſtè Iudas poterat, multos enim ſecutus fuiſſet: ſed tamen manendū duxit: vel lucrum ſecutus, quia fur erat, vel quod tā honoratus à Ieſu ei ubuerit, crediderítq; ſibi nou honeſtum eſſe illum relinquere.

Suprà 12. Iudas quare Iſcariotes: eius calumniæ de Chriſto.

Dicitur autem Iudas Simonis, ſcilicet filius, tam hic, quam ca. 13. Iſcariotes verò dictus erat à vico, vbi natus erat. Dicitur diabolus, & quidam volunt vertendum fuiſſe hanc vocem per Latinam, nempe calūniatorem, vel accuſatorem, quia Iudas Chriſti operum calumuiator erat, & delaturus ad principes Iudæorum tanquam mollem, & effœminatum, quod pretioſo vnguento ſe vngi à Maria permiſiſſet. Et vt habet Syriacum Euangelium, Dominus non vſus eſt verbo diaboli, ſed Satanæ, pro quo Ioannes vertit diabolum, imitatus 72. Interpretes, qui ſemper pro Satana diabolum tranſtulerunt: quia & aduerſarij, & calumniatoris ſignificationes valde ſunt vicinæ. Nec eſt veriſimile Dominum vocaſſe Iudam Satanam, vel diabolum eo modo quo Petro dixit: *Vade poſt me Satana*, id eſt, tu, qui in his quæ Dei ſunt, aduerſatis; ſed vt hæ voces per Antonomaſiam dæmoni hoſti humani generis conueniunt, vt nomine capitis vocauerit eius membrum. Vnde hoc loco Cyrill. *Diabolum verò, diaboli miniſtrum appellauit. Nam ſicut qui Domino coniungitur, vnus cum eo ſpiritus eſt: ſic contra quoque fieri non eſt negandum.* Et Gregor. *Ita quippe vnum corpus ſunt diabolus, & omnes iniqui, vt plerunq; nomine capitis cenſeatur corpus, & nomine corporis appelletur caput. Nam capitis nomine cenſetur corpus, cùm de peruerſo homine dicitur: Et vnus ex vobis diabolus eſt.* Hæc ille.

Matth 26.

Satanā Chriſtus Petrum aliter quam Iudam appellauit.

Supra 16.

Cyrill loco citato in fine.
1. Cor 6
Gregor lib. 13 Moral c. 17. tom. 1.

Cur nec omnino latere, nec penitus conſtare Apoſtolis debuerit Iudæ incredulitas.

Prædixit autem Dominus infidelitatem Iudæ, ſed in genere, dicendo, Vnus ex vobis, nō apertè manifeſtum reddens, ne impudentius contenderet: nec omnino eum latere voluit, ne licentius quicquam auderet, & eius conatus reprimere. Deinde omuibus alijs conſuluit. Eſt enim ingens imbecillium ſcandalum, ſi illi, qui videbantur electiſſimi, cadunt, & Chriſtum produnt: exiſtimantes, aut eum nugacem, à quo deficiunt ſanctiſſimi, vel impotenté, qui non poſſit acceptiſſimos ſibi retinere. Proiude prædicit, longè antè Iudam defecturum, vt fidem ſuam confirment, nec ob alterius defectionem, ſuſpectam habeant ſuam doctrinam. Igitur ſi tam procliue eſt naturæ noſtræ deprauatæ peccare, & à Chriſto cognito deficere nemo ſuperbiat, nemo criſtas erigat, nemo ſibi ipſi confidat: *Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus*; ait Sapiens. Nam ſi è tam ſancto choro Iudas cecidit, quis non contremiſcat, aut quis ſibi ſecuritaté polliceatur? Si naturalibus ramis Deus non pepercit; ne fortè, nec tibi parcat. Cum admiratione enim Euangeliſta ait: *Cum eſſet vnus ex duodecim*: id eſt, cum in culmine, & faſtigio Apoſtolico à Domino eſſet collocatus. Quare fidem in vnum Ieſum amplectamur, illi nos totos ex corde dedamus, eius verbis indubitatam fidem præſtemus, quia nihil eſt illi impoſſibile, qui omuia quæcunque voluit, fecit in cęlo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis; vt poſſit nobis æternam vitam conferre Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cum Patre & Spiritu ſancto, beata fuitur immortalitate per omnem æternitatem, Amen.

Caſus Iudæ miſerabilis quid nos doceat mortales.

Prou. 28.

Rom. 11.

Pſal 134.

TRACTATVS XXVIIII.

De diſceptatione Domini cum Phariſæis, eo quòd illotis manibus Apoſtoli panem manducarent, & habetur Matth. 15. & Marc. 8. *Tunc acceſſerunt ad eum ab Hieroſolymis Scribæ, & Phariſæi, dicentes: Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorū? non enim lauant manus ſuas, cùm panem mādúcant. Ipſe autem reſpondens, ait illis, Quare & vos trāſgredimini mandatū Dei propter traditionem veſtram?* & reliq.

QVoniam miraculū multiplicationis quinq; panum, quibus Dominus Ieſus turbam ſatiauit; inſtante proximo paſchali die peractum fuit, vt Ioānes teſtatur, & altero die poſt illud ſignum ſubſecuta eſt diſputatio illa Domiui cum Capharnaitis de pane vitæ dādo: iam quæ ſequitur diſputatio, veriſimile eſt eam ad tēpus tertij anni prædicationis Chriſti ſpectare. Quare non ſine ratione huic diſputationi præmittenda eſt prima ſententia c. 7. Ioan. quę habet: *Ambulabat Ieſus in Galilæa, non enim volebat in Iudæa ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere.* Hæc enim verba manifeſtè ſunt iungenda cum verbis poſtremis 6. ca. iam expoſitis. Dominus enim poſt illam diſputationem aliquandiu manſit in Galilæa, nec tamen aſcendit in Iudęam, etiamſi Ioannes nihil commemoret ab eo geſtum in Galilæa, quia ab alijs erant abunde enarrata. Idcircò neceſſariū eſt ante conſequentia Ioannis verba: *Erat autē in proximo dies feſtus Iu-*

Incipiunt diſputationes Domini quas habuit vltimo anno vitæ ſuę.

Vnde colligitur tempus huius diſputationis.

Ioan. 6.

Ibid.

stus Iudæorum Scenopegia, &c. & inter hæc, & illa explicare, quæ ab alijs Euangelistis post præcedētia, & dicta, & gesta in Galilęa narrantur. Matth. explicabimus, illi adijciētes, quę Marcus addit. Tempus huius cōflictus designat Euangelista per particulam, *Tunc*, quando nempe Christus fecit tot signa coram simplicibus, ita vt quotquot tangerēt Christum, salui fierent. Atq; illi, tùm magis more suo inuidia vtebantur, nec ad Iesum, vt ad Ioannem miserunt legationē, etiamsi famam eius esse celebrem intelligerēt. Dæmon enim ex bonis operibus sumit maiorem occasionem tentandi, & calumniandi: quod est dilucidum, & perspicuum in his, qui aut frequentandis Sacramentis, aut studio orandi seriò incumbunt. Obcæcantur enim oculi maleuolorum, ne videant vera bona, & aperiuntur vt videant secundū eos mala, licèt in se bona sint. Dicuntur autem accessisse ad Iesum, non vt salutem quærerent, sed vt illam perderēt, maleuolo prorsus, nō beneuolo animo, deniq; ea mente, qua Satanas, qui eorū pater erat, accessit ad tentandum. ¶ Erant autem qui accedebāt, Scribæ, & Pharisæi. Nihil enim magis aduersatur Deo, nihil magis nocet hominib⁹, nihil æquè delectat dæmones, atque inflata scientia, & sanctitas simulata. Nec erant isti vndecunq;, sed ab Hierosolymis, ciuitate Regni metropoli, vbi erant arrogantissimi, & ambitiosissimi, & pecuniæ cupidissimi. Etsi enim vbiq; sint mali, in magnis tamen, & opulentis ciuitatibus nocentiores, ac perniciosiores homines versari solēt. Ex quo patet, quòd loci sanctitas non sanctificabat eos, vitioq; suo eos nō reddebat Deo gratiores. Non enim elegit Deus propter locum, gentē; sed contrà, propter gentem, locum: vt habetur in lib. Macbabæorum. Et plures conuenerunt Pharisæi, vt multitudine fidem calumniæ astruerent.

Marc. 6.

Ioan. 1.

Dæmonis ingenium.

Inuidorum, ac maleuolorum conditio.

Scribæ, & Pharisæi cur nunc Iesum accesserint.

Matth. 4.

Ioan 8.

Duplex eorū insignis malitia.

2. Mach. 5.

Ita autem ordiuntur telam disputationis suæ: *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lauant manus, cum panem manducant.* Pro cuius loci intelligentia, citanda sunt verba Marci, qui clarius hanc historiam describit, dicens: *Et conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis, venientes ab Hierosolymis. Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est, non lotis, manducare panes, vituperauerunt. Pharisæi enim, & omnes Iudæi nisi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum: & à foro venientes, nisi baptizentur, non comedunt; & alia multa sunt quæ tradita sunt illis seruare baptismata calicum, & vrceorum, & æramentorum, & lectorum. Et interrogabant eum Pharisæi, & Scribæ, Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem? &c.* Ex quibus in primis habes, ad literam contigisse, vt Apostoli panes communibus manibus edētes, visi fuerint à Pharisæis, atque inde acceperint ansam calumniandi. Neque reprehendebant discipulos, quòd omninò non lauarent manus; sed quòd crebrò non lauarent iuxta traditionem seniorum, parati calumniari quicquid possent. Et cum graue aliquod delictum in transgredienda diuina lege aliqui sagaces nō inuenirent, ad reprehendēdam humani præcepti violationem conuertuntur. Sed vt hæc perfectiùs intelligantur, aduertendum est, triplicis generis traditiones extitisse apud Iudæos: aliæ quidem erāt ipsius Moysi, quas præcepto Domini promulgauit ad populum in cultu religionis continendum: de quibus Dominus in Leuitico, & libro Numerorum loquitur. Atque illæ quidem diuinæ erant, & à Deo præceptæ, & ad tempus vsque aduētus Messiæ, qui illas immutauit, institutæ. Vnde in Actis falsi testes accusarūt Stephanum, quòd dixisset, Iesum Nazarenum destructurum locum illum, & mutaturū traditiones quas tradidit illis Moyses: & de his hic non est sermo. Aliæ traditiones erant seniorum, qui potestatem quidem cōdendi leges habebant, vt ciuilius inter se viuerent Iudæi: poterantq; obligare omnes Iudæos, quia iudices eorum erāt, vt est in lib. Num. Atq; hæc traditio eorum erat, quam superioribus verbis expressit Marcus, de crebrò lauandis manibus dum comedunt, & de baptismis seu lauacris dum redeunt à foro, deq; lotionibus calicum, id est, poculorum, quibus ad bibendum vtebantur, & vrceorum Græcè ξεστῶν, quæ sunt lignea pocula & vasa, & Eras. interpretatur sic dicta, eo quod torno pollirentur. Alijs verò ξέστης id est, quod Latinis sextarius, eratq; ea vox à Latinis ad Græcos translata, vt testis est Galen. lib. de compositione medicamētorum primo; & capiebat mensuram duarum heminarum, vt Gregorius tradit Agricola.

Scribarum, & Pharisæorum nequitia.

Triplex genus traditionum Iudaicarum.

Act. 6.

Secundum genus.

Num. 11.

Vrcei Iudæis qui nam Erasmo.

Galen.

Georg. Agricola.

Sequitur: *Et æramentorum.* Id est, vasorū omnium, quæ ex ære fiunt, vt sunt lebetes, patellæ, & huiusmodi alia. *Et lectorum.* Græcè κλινῶν. Cum autem hęc vox κλίνη non tantùm lectum significet, vbi decubabant, sed etiam vbi decumbentes prandebant, ac cęnabant, similiter etiam & mensam significat: vnde & triclinium deriuatur. In quo significatu hic commodius accipitur: nec enim lectum, in quo dormituri accubabant, commodè abluere poterant, sed pocula, & vasa omnia, similiter & mensam, & scamna, quæ ad vsum sumendi cibi facta erant,

Triclinium vnde nomen acceperit.

Baptismata quæ vocet Marcus.

quod semel in hebdomada, in Germania tota diligenter obseruari vidi. Illud etiam aduerte, vocari à Marco baptismata: quæ vox plus significat quàm simplicem ablutionem, nimirum immersionem in aquam vt maiorem sanctitatem in eo venari viderentur. Quòd verò ait, *Crebro*, vt annotauit Euthym. Græcè legitur πυγμῇ, quod significat cubitaliter, siue à cubito vsq; ad extremos digitos. Est enim πυγὼν πυγόνος cubitus: vnde pygmęi, populi cubitalis proceritaris. Porrò hunc morem lauandi manus à cubito ad digitos vsq;, obseruant Turcæ in hodiernum diem. Πυγμὴ autem, significat pugnum, id est, manum complicatã, à verbo πτύσσω, id est, plico: & fortè olim legebatur, nõ πυγμῇ, sed πυκνῶς, vel πυκνὰ, vel πυκνῇ, quod significat crebrò, siue frequenter, vt vertit noster interpres. Moris igitur erat, vt in conuiuijs crebrò manus lauarent. Vnde, vt Ioannes refert, in nuptijs in Cana Galilææ hydriæ sex erant non longè à triclinio ad purificationem Iudæorum, vt frequentius lauarent. Ælius Lampridius in vita Imperatoris Heliogabali, insinuat, quòd ad singula fercula lauaret manus in conuiuio. Quidam Rabbinorum studiosus de his rebus in Deut. 8. obseruauit. *Ex centum benedictionum libro tradunt* (inquit) *manus primum abluendas, & tergendas, alioquin panis qui comeditur, immundus iudicatur: & mox fundenda est aqua tribus vicibus super manus. In prima fusione sunt digiti sursum leuandi, in posterioribus lauandi, sunt manus simul lauandæ, non vna post alteram. Denique, opus est, vt in ablutione manuum sinistra tanquam famula subseruiat dexteræ.* Hæc traditio docet illa. Et à traditione illa obseruari solita Pharisæi peculiari vocabulo vocantur βαπτισταί, vt tradit Iustinus Martyr in dialogo contra Tryphonem.

Euthym. c. 27 in Matth. iuxta finem.

Pygmæi vnde.

Ioan. 2.

Ælius Lamprid.

Munsteri obseruatio Rabbinica.

Iustin. Martyr tom. 2.

Sed profectò etsi ciuile sit, ac bonis moribus cõsonum, vt nemo manibus immundis, aut illotis ad mensam accedat; onerosa tamen erat hæc traditio, vt toties in mensa esset lauandum; quam propterea ab Apostolis neglectam esse Christus voluit, vt inde occasionem captaret illam destruendi. Habebant etiam aliam superstitionem admistam, & fortassis à doctrina Pharisæorũ inuectam. Quia enim in libro Leuitici dicitur, vt lauetur aqua omnis qui contraxerit immunditiam: & Esaias, *Lauamini*, inquit, *mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis*, docebant animam externa immũditia inquinari, atque externa lotione purificari: quod falsum erat dogma, & superstitione plenum: quia animam inter & corpus non est propriè contactus, vt per sordes externas, vel purificationem externam possit animus inquinari, aut purificari. Etsi autem lex indiceret mũditiam corpoream respectu ingressus in templum, in quo Deus habitare putabatur, & ob id ad reuerentiam Dei lustrabãtur, & expiabantur aqua & cinere vitulæ ruffæ, & in castris iubebat terra contegi immunditiã egestionis humanæ, non tam ne aerem inficerent, quàm ob reuerentiam Dei in tabernaculo inter eos habitantis, & ambulantis: tamen de lotione præmittenda manducationi nihil lex præscripsit, neq; denique vllam lotionem externam mandauit, quasi illa ex se animam mundaret. Neq; rursus immunditiæ legales peccata erant, quæ cum merito interdum contrahebantur: nam sepeliens mortuum ex charitate, vt Tobias faciebat, legalem & corporalẽ contrahebat immunditiam. Tertium genus traditionum, erat Pharisæorum, qui apertè suis traditionculis diuinis præceptis aduersabantur, vt erat hæc de honorandis parentibus interpretatio: quam Christus grauiter insectatur; & alia de iuramento facto in auro altaris, de qua narrat Matthæus: nam hæ traditiones, sicut & illæ secundi generis, ob superstitionem admistam, & earum onerosam præceptionem, verè traditiones hominum erãt, ab hominibus excogitatæ, lucri captandi, siue sanctitatis venandæ gratia.

Pharisæorum manus sæpe lauandi quam vana superstitio.

Leuit. 15. & seq.

Esa. 1.

Mira eorundem imperitia.

Lex quam purificationem præciperet, & munditiam.

Leuit. 16.

Deut. 23.

Pix quæ immunditiæ legales.

Tob. 2.

Tertium genus traditionum, pharisæorum videlicet, & impium.

Matth. 23.

His igitur vt certis, & firmis constitutis, statuẽdum est, discipulos in omissione obseruandæ huius traditionis non peccasse. Tùm quia intenti alijs rebus spiritualibus, & magis præcipuis, obliti erãt cæremoniæ, nam pro verbo Dei laborantes interdum vix tempus habebant comedendi. Deinde sciebant indifferens esse lauari, vel non lauari; vtpote instructi à Christo. Præterea Dominus induxerat obliuionem, vel si obliti non sunt, voluntatem negligendæ traditionis induxit, vt ansam arriperet reprehendendi Pharisæos; & traditionem, vt superstitiosam, & onerosam demoliendi: quemadmodum matrimonium Samsonis cum Dalida Philisthæa, voluit Dominus, vt quæreret occasiones Philisthęos puniendi, licèt parentes eius id ignorarent: vt libet Iudicum tradit. Vnde dicunt, *Quare discipuli tui*, à te scilicet id discentes.

Apostolos nullo peccato seniorum traditionem de lauandis sæpe manibus neglexisse.

Marc. 6.

Iud. 15.

Et grauiter isti peccabant: tum quia, vt peterent Christũ, si nõ in se, saltem in suis, vt cõtemptorem sanctarum traditionum, & vt incompositum, ac non arguentẽ discipulos suos aggrediebãtur. Deinde vt seminarẽt discordiam inter magistrum, & discipulos: nã de discipulis murmurabãt coram Christo; & magistro detrahebant corã discipulis; *Quare*, inquiunt, *cũ publicanis, & peccatori-*

Pharisæi quã grauiter, de neglecta discipulorum corporali munditia expostulãdo, peccarent.

Matth. 9.
Matth. 12.

Pontibus manducat Magister vester? Item quia de re, quæ peccatum non erat, redarguebant, vt aliàs quod vellerent ſpicas in Sabbato. Adhæc corripieodo eos, qui ſibi ſubditi nō erant, & exaggerando crimen: cùm enim aliqui tantùm ex diſcipulis omiſiſſent illam ceremoniam, vt ait Marcus, omnes tamen infinita oratiooe arguebant. Inſuper quia publicè, & nō ſecretè, & ex charitate, ſed ad confuſionem Chriſti, & diſcipulorum eius, calumniam ſtruebant: aliàs etiam reprehēdebant de omiſſione perfectionis, vt cùm dicebant: *Quare nos & Pharyſæi ieiunamus frequenter; diſcipuli autem tui nō ieiunant?* Et quia filij ſerpentis erant, qui olim primos parentes interrogauit: Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omoi ligno paradiſi? Ita hi ab interrogatiooe auſpicantur (De qua ait Athanaſius: *Hereticus interrogando ferit*) *Quare diſcipuli tui transgrediuntur traditiones ſeniorum?* Non dicunt, traditiones Moyſis, quas obſeruabant: neq; traditiones Phariſæorum, quia non obligabant omnes Iudæos; ſed ſeniorum, qui erant ſeptuaginta iudicantes à tempore Moyſi; qui Ieſum cōdemnarunt, teſtibus Matthæo, & Marco.

Matth. 9. Quàm verè Phariſæi erant filij ſerpentis diaboli.
Gen. 3.
Athanaſ.
Hæreticus interrogando ferit.
Numer. 11.
Matth. 27.
Marc. 15.

Licèt autem nō poſſent ſeniores aliquid à lege tollere, vel illi addere, tanquam eius partem: quia tamen lex non proſpexerat io rebus omnibus, poterant in quibuſdā controuerſijs ſententiam ferre, vt explicatur in Deuter. & leges municipales tradere: alioqui Chriſtus arguens Iudæos de venditione ouium, & boum in templo, non mala ex ſe, nec lege prohibita, argueret hoc, maximè quia populus deciperetur. Non eſt autem veriſimile, hos Scribas, & Phariſæos venille vt arguerent de hac re, quia leuis erat, & tunc tantùm ab eis viſa; ſed vt alia fortè peiora viderent: & iſti venerunt ab Hieruſalem, quæ diſtabat 36. leucis à Capharnaū, prope quam Dominus nūc erat: nam Hieroſolymitani Aoriſtites & Sacerdotes mittebant exploratores, qui eius & dicta, & facta obſeruarent. Qui autem veniebant ad Chriſtum, manebant duobus, vel trib. diebus, & poſt redibant, & alij illis ſubinde ſuccedebant; & ita nūquam deerant obſeruatores, ac turba, vt dicit Marcus: & legendū eſt, *traditionem veſtram*, ſic enim habet Marcus & Græci codices, & Syriacus, & de vna tantùm traditione violata ab Apoſtolis accuſabantur: & cōmunes manus vocat profanas & immundas: nam quia Iudæi quædam prohibebantur edere, & quædam cōcedebantur in cibum tanquam ſancta & ſacra, hinc per tranſſumptionem dixerunt commune quod profanum eſt, & immundum, & communes manus, ſunt immundę

Quid iuris, ac poteſtatis haberent ſeniores in lege.
Deut. 17.
Ioan. 2.
Capharnaum à Hieruſalem quantum diſtaret.
Marc. 7.

apud Marcum, & communicare pro coinquinare, vbi enim hic dicitur coinquinare, Græcè dicitur κοινῶ.

Ipſe autem reſpondens ait illis, Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Claoom clauo trudit, & falſam calumniam vera redargutione cōfutat. Reſpoode, ait Salomon, ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur. Interrogatunt illi Chriſtū: ioterrogat rurſus Chriſtus eos: & quantum, quæſo, diſcrimen inter quare eorum, & quare Chriſti? Boni & pij dicunt, Quare tranſgredimini legē Dei, vt vobis accerſatis ſeruitutem dæmoois, & ſuppliciom gehennæ? Rurſus impij & improbi obijciunt bonis, Cur vos ipſos ſtulto labore cōſumitis in ſeruanda lege Dei? Cur fraudatis genus veſtrum voluptate & carnis commodis, cum oeſciaris quid ſuperuētura pariat dies? Reſpondit igitur Dominus pro diſcipulis, inſtar paſtoris, qui ſe opponit lupo pro ouib. & inſtar gallinæ, quæ ſub alis ſuis tuetur pullos, & pro eis contra miluum rapacem pugnat. Diſcipuli enim neſciuiſſent prorſus reſpondere, & ſe ab illis tueri. Reſpondit etiam, quia ipſe ab eis petebatur, vt magiſter, ooo autem quaſi ipſe legem tuliſſet de nō abluēdis manibus: quoniam extaret illa lex, neque eſſet honeſta, & Chriſtus Dominus de medijs, & indifferentibus præter ſeptem Sacramenta, nullam omninò fertur tuliſſe legem.

Ad Phariſæos digna Chriſto reſponſio.
Prouer. 26.
Alia piorum, alia impiorum obiecta, querimonia.
Prouerb. 27
Boni paſtoris officium impletum à Chriſto.
Chriſtus quā tulerit legem tantummodo.

Videtur autem Chriſtus hoc loco crimē crimine compenſaſſe: quod reprobatum eſt. Si quis enim obijciat alteri adulterium, & audiat ab altero, Tu homicida es, oon propterea diluit adulterij crimen obiectū. Sed certè hoc Dominus non fecit; ſed reijcit accuſatores, vt iodignos, qui de minimis arguerent, qui magnis delictis pleni erant: vultq; priùs Dominus, vt quiſque trabem de proprio oculo eruat, quàm eijciat feſtucā de oculo fratris ſui. Deinde docet, traditionem ſuperſtitioſam eſſe, ideò Apoſtolos accuſationem oon mereri: & admittit factum; ſed ſoluit, dicendo bene eſſe factum, cùm ait: *Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Eſaias.* In primis igitur non reſpondet directè, benè, vel malè faciant; quia vel vituperaſſet Apoſtolos ſuos, vel traditionem, & conſuetudinem communem. Quemadmodum oeq; quando interrogatus fuit: In qua poteſtate hæc facis? reſpondit ſe eſſe Meſſiam; quia non crederent, & miracula plura edere nō debebat: nec negauit ſe eſſe Meſſiam, quod falſum fuiſſet. Ideò ſe interrogaotes interrogauit: *Baptiſmus, inquit, Ioannis vnde erat? è cœlo, an ex hominibus?* Sicut ergo ibi, ita hic reijcit Phariſæos, taoquam

Quam idonea Chriſti fuerit phariſæos confutandi ratio illa. Quare & vos tranſgredimini, &c.
Matth. 7.
Eſai. 29.
Matth. 21.

indignos, ac illegitimos accusatores, qui innocentes incusarent. Leue illud videri poterit, non tamen neligendum, Dominum apud Marcum priùs directè respondisse ad calumniam Pharisæorum ex testimonio Esaiæ, deinde reiecisse accusatores, tanquam minus idoneos: hic autem è cõtrario, priùs reprobat accusatores, deinde directè respõdet ad propositam quæstionem: quod magis videtur rationi & prudentiæ Christi cõsonare. Et licèt aliqua ratione immundum sit, manibus illotis edere, non tamen erat peccatum, vel veniale. Ideò Dominus non hoc dedit, quod esset immundũ, quia Pharisæi vt peccatum, & immunditiam mentis obijciebãt; & ita approbaretur superstitiosa traditio, denigraretur Christi nomen, exultarent aduersarij. Ob id, dicendo, *Quare & vos*, etsi videatur fateri discipulos errasse, tamen non est ita: sed sensus est; si hoc esset peccatum, leuissimum esset præ delicto vestro grauissimo: nã hæc lotio crebra manuum, ad ciuilem quãdam tantùm elegantiam, à maiorib. est instituta, quæ si prætermittatur, peccatum nõ est; at vos præceptũ Dei vestræ auaritiæ gratia transgredimini.

Quò tendat eiusmodi sententia: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram.

Nam Deus dixit, siue, vt Marcus habet, Moyses, *Honora patrem, & matrem. Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri, vel matri, Munus quodcunque est ex me, tibi proderit. Et non honorificabit patrem suum, aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram*. Producit crimen Pharisæorum atrocissimum, prætextu sanctitatis velatũ. Nam cum Deus verbo suo præceperit filijs honorem parentibus suis impendere; illi colore religionis ab huius præcepti obseruantia filios auocabant, in compẽdium tamen suum. Siquidem honor non tantùm consistit in interna, vel externa reuerentia parentum, & obedientia illis pręstanda; sed præcipuè in subsidio temporali, si contingat patrem egere, & filium posse illud præstare, impendendo, quod & Scripturis, & rationi est conforme. Nam cùm Apostolus præcipiat, *Viduas honora, quæ verè viduæ sunt*: & rursus cum decernit, *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur*: & Iesus filius Sirach: *Honora medicum propter necessitatem*: & Cicero ad Tyronem. *Curio præcepi, vt honos medico haberetur*. non tam de honore, qui in externa reuerentiæ exhibitione consistit; quàm de subuentione, & ope, ad vitam honestè traducendam intelligit. Ratio etiam docet, dedecus esse parentum, si esuriant, & mendicent; ideò qui parentibus succurrit, dedecus illud tollit, & meritò honorẽ præstare dicitur. Præterea vestis apud

Exod. 21. Deut. 5. Ephes. 6. Exod. 21. Leuit. 20. Prou. 20.

Pharisæorum in parentes impietas sacrilega.

Honor parentum præcipuus quis ille.

1. Tim. 5.

Ibidem.

Ecclesiast. 28.

Cicer.

Paulum, honor vocatur, nõ ob aliam caussam, nisi quia tollit nuditatẽ minus honestam: & bene vestitum maiori honore dignum putamus: ideò ait: *Quæ putamus ignobiliora mẽbra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus*. Erat etiam præceptum in Exodo: *Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur*: Quòd si verbo maledicere, tanto supplicio dignum est: quanto magis qui facto maledicit, nõ subueniendo, cùm potest, supplicio dignus erit? Est enim tam grande iure naturæ parentum in filios imperium, vt cum pater est in extrema necessitate, possit vẽdere filios, & filias: quia rem suam vendit: vt habes apud Iurisconsultos in Iure. Et in Prouerb. ait Spiritus sanctus: *Qui subtrahit aliquid à patre suo, vel à matre, & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicida est.*

Vestem Paulus honorem cur nominet.

1. Cor. 12.

Exod. 21.

Patris in filiũ ius quantum, imperiumque sit.

C de patrib. qui filios distraxerunt.

Prouerb. 28

Quantum autem ius sit, & imperium parentis in filium, paucis aperiam. Primò potest eum obligare sub conscientia in licitis, & honestis spectantibus ad gubernationẽ domus; ita vt parentibus non obediens, ad mortem lapidũ adiudicetur in Deuter. Deinde potest in necessitate extrema vendere filium, vt dictũ est. Adhæc licet parenti exhæredare insurgentem in se filium. Potest insuper bona lucro parta à filio, si eget, sibi vsurpare, quãdiu est sub eius potestate: quia filius quicquid est, patris est. Ideò lege tenetur quiuis diligere parentes suos: non tantũ quia Dei imago sunt, & parẽtes, à quibus habẽt quod sunt; sed etiã quia Christiani sunt, à quib. Christianã institutionem acceperũt.

Deut. 21.

Ecclesiast. 7.

Quòd verò ait Euangelium: *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, &c. non potest meus esse discipulus*: explicandum atque intelligendum est per illud: *Qui amat patrem, aut matrem plusquam me; non est me dignus*: Ideò etiamsi odio haberi possit eorum vitium, & impedimentum virtutis; non tamen ipsi. Vnde graue peccatum est eos in corde suo odisse, aut asperius illis loqui, aut toruè eos aspicere, aut signa maleuolentiæ ostendere, aut in honestis, & ad bonos mores pertinentibus non parere; aut optare eorum mortem, vt hæreditatem habeant, erubescere se illorum filios confiteri: in vrgenti, vel extrema calamitate positis, non succurrere: quemadmodum ciconię iuniores seniorib. alimẽta naturali instinctu præstant; & arbores, quæ se hyeme spoliant folijs, & fructibus, vt succurrant radici. Insignis fuit illa pietas filiæ grandioris, quæ ad matrẽ in carcerem cõiectam, & ad famem damnatam proprijs vberibus lactauit; ac proinde tanta charitate promeruit eius liberationem. Illustris, æternaque memoria digna fuit pietas Coriolani vrbem Romam

Odium parentum quale tãtum à Christo præcipitur

Luc. 14.

Matth. 10.

Filij in parentes qui delinquant.

A quibus degenerent impij illi & ingrati.

obsi-

obsidentis: quem à suo mentis proposito patria, & preces Senatorum, & supplicatio populi Rom. inflectere non potuit: sed vbi mater eius ventrem, & vbera, quibus gestatus & altus fuerat, indicauit, protinus ab obsidione destitit (vt externi tradunt historici) tribuens matri, quod cæteris omnibus negauerat. Peccant item filij, si cum hæredes extiterint bonorum paternorum, ea quæ nouerunt ex vsura parta, nō restituunt; aut si debita parentum defunctorum non soluunt; aut si legata ad opera pia, exequi nolunt, aut tardant; vel denique si parentibus in purgatorio existentibus precibus aut sacrificijs non suffragantur.

Coriolani in matrem pietas, reuerētia.

Quod verò ait: *Munus quodcunq; est ex me, tibi proderit*; vel, vt Marc. ait: *Corban* (quod est donum) *quodcunq; ex me, tibi profuerit: & vltra nō dimittitis eum quicquam facere patri suo, aut matri*; triplicem sensum hæc verba possunt habere. Primus est, vt legantur interrogatiuè, & per figurā reticentiæ supplendum est aliquid, vt velit significare, Munus quodcunque est ex me, tibi proderit? quasi dicat, nō potest prodesse, quia iam est Deo dicatum. Secundò, vt legantur assertiuè, vt legit Theophylactus. Corban, Deo oblatum & consecratum est, quicquid ego tibi debui dare, & ob id non potest tangi, vel in hos vsus cōuerti. Sic enim egregiè ille exponit. Qui sensus iuuatur ex eo quod Talmud modum vouendi dicit esse, Corban; Vel sacrificium, id est, Deo sacratū est, quicquid tibi debuerat prodesse. Dicitur enim Corban, quasi appropinquatum, à verbo קרב quod est, appropinquauit: quia vota, & sacrificia, per oblationem Deo appropinquabant. Tertius sensus est, qui in idem ferè recidit, sacrificium, & donum, quod Deo à me datum est, tibi, non minus quàm mihi, erit vtile: & ita vt subdit Christus, nō honorificabat filius parētem, & infert Dominus ex dictis: Irritum fecerunt mandatum Dei propter traditionem Pharisaicam qua suis compendijs cōsulebant, iuuentutem ad ita vouendū instruentes. Nam Scriba & Pharisæus poterat esse Sacerdos, vel certè cum Sacerdotibus tem inter se componebant, quòd ipsi sic docerent, si Sacerdotes eos ad patrem admitterent. In quem ferè modū peccatur grauissimè à nostris Sacerdotibus, siue religiosis, audiendis laicorū confessionib⁹ deputatis, qui persuadent pœnitētibus, quæ certo alicui Domino debētur, & omni iure, naturali, diuino, & humano, restituenda illi erant, si præcipiant celebrari tot Missas, vel instituant perpetuam quā vocant capellaniam in suo templo; abundè esse creditori coram Deo satisfactum.

Huius dicti Pharisaici: Munus quodcunque est ex me, tibi proderit: triplex interpretatio.

Theophylact. in Marc.

Corban quid

Quorundam Sacerdotum nostri temporis abusus minimè ferēdus.

Plerumque etiā parētes bona, quæ dispensanda erant in filiab⁹ honestè locandis prætextu erigendæ cappellæ, aut hospitalis domus non necessariæ instituendæ, filias per vim detrudūt in monasteria; vt hac ratione gloriosum sibi nomē acquirant, & comparent. Simpliciter enim verū est, ingratum esse Spiritui sancto quicquid ei obtuleris, neglecto eo, ad quod quisque lege tenetur. Quod nihil est aliud, quam offerre de rapina holocaustum; & facere ex quæstu pietatem: cùm tamen tempore necessitatis liceat edere vel panes propositionis, & calices sacros, atque cruces argenteas, pro captiuis redimendis meritò vendere, quia hæc propter illos sunt, non nos propter illa.

Deo oblatiōnes ingratæ quæ.

Bernard.

Esai. 61.

1. Tim. 6.

Matth. 12.

1. Reg. 21.

Expende etiam quod subiungit Marcus: *Relinquentes mandatum Dei, tenetis traditiones hominum; baptismata vrceorum, & calicum, & similia his facitis multa.* Ex quibus verbis accipimus, multas traditiones fuisse legi diuinæ repugnantes, etiamsi in Euangelio omnes minimè sint expressæ. ¶ *Hypocritæ, benè prophetauit de vobis Esaias.* Iam quæstioni respondet directè, asserēdo quod esset superstitio, ac sine vllo spiritu illa crebræ manuū lotionis traditio. Deinde detegit vltimum occultum maximum pro sui defensione: quod in iudicio licitum est contra accusatorem calumniosum facere, non extra, nisi sit publicum, vel prædicatori illud peccatū constet esse tale, quod scandalizet, & speretur correctio maiorum. Præterea etsi liceat tegere proprium peccatum; nō licet tamen appetere laudes hominū, aut haberi in numero sanctorū virorum, & excellentium, quia est mera hypocrisis: quemadmodum isti, qui externis lauacris, ieiunijs, & orationibus publicis: cum intus essent pleni hypocrisi & omni spurcitia, gloriam, & famam pietatis aucupari studebant.

Aliena vitia quando licitè patefiant.

Execrabilis Pharisæorum hypocrisis.

Matth. 23.

Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Citat potius Dominus sensum Esaiæ, quàm verba. Sed obijcies statim, An non bonum est labijs honorare Dominum, cùm scriptum sit: *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem?* ac rursus: *Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra*; &: *Melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.* Et: *In labijs meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui?* Respondeo, Placent quidem hæc externa, & labia nostra Deo, qui hominē externum, & internum condidit, & proinde omnia interna, externaque illi debentur: sed nō placent nostra labia externa, & cæremoniæ, si absit ab illis cor. Vnde Christus cor labijs opposuit, & Dominus dicitur respexisse primum ad Abel, hoc est, ad bonum cor eius,

Esai. 29.

An non bonū sit labijs externis Deum honorare?

Rom. 10.

Psalm. 95.

Psalm. 62.

Psalm. 118.

Gen. 4.

eius, & fidē, deindè ad munera eius. Deus enim non pascitur folijs, sed fructibus: nec contentus est nulla pelle animalis in sacrificium oblata, si nihil insit carnium.

An liceat Psalmos hymnosque nō intellectos in laudem Dei decantare.

Potest hic secundò quæri, an liceat Psalmos, hymnosque nō intellectos in laudem Dei decantare? ita enim hæreticus reprobat horas Canonicas, quia pauci sunt qui intelligant ex monachis, aut monialibus, aut ex assistentibus: ob quam causam Hæretici materna lingua Psalmos, & Hymnos decantant, putantes se in hoc magnum obsequium præstare Deo. Sed profectò, modo adsit bonus animus, & mens, etiamsi quis Psalmos non intelligat; Deo placet: vnde vel laudes puerorum ab ipsis minimè intellectas, quas Christo ingredienti in templum cecinerunt, commendauit Dominus producto testimonio Scripturæ: *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* (*Matth. 21.*; *Psalm. 8*) Olim etiam in veteri lege canebantur Psalmi Dauidis: & quanquam Hebræa lingua, (*Paral. 29.*) profectò minus quàm modò, ob mysteriorum magnitudinem, & nōdum Messia, eorum, & Scripturarum omnium legitimo interprete misso, intelligebantur: & tamen ille cultus à Dauide fuit introductus, & à Deo comprobatus. Adhæc quis est qui sensus Psalmorum absconditos, & planè humanæ menti imperscrutabiles, nisi Deus illos porrigat, etiamsi materna lingua recitentur, comprehendere valeat? Aut si non debeant ad illos concinendos admitti, nisi qui illos intelligunt, profectò rarissimi, aut fortè nullus aptus ad illos modulandos inuenientur. Quòd si modulantes non intelligunt, satis est Deum ipsum quid nos velimus in illorum modulatione, intelligere, nempè maiestatē Dei, & gloriam eius laudibus celebrare. Nā si Princeps supplicem libellū à rustico, siue idiota porrectum, & manu alicuius notarij confectum legit, & id quod petitur, si iustum est, concedit, tametsi porrigens legere nesciat: quāto magis magnus ille, & super omnem nostrum captū munificentior Deus votis nostris, ac postulatis annuit, etiamsi precationē Dominicam, aut Symbolum Apostolorum, aut hymnum aliquem, siue Psalmum, aut parum, aut nihil à nobis intellectum, offeramus?

Deum precātes, tametsi quid orent, nō intelligant, tamen exaudire, quo fiat exemplo perspicuum.

An qui precantur, licet postea mente distrahantur, precationis meritum & fructū amittant.

Dubitatur etiam, an hi, qui volunt orare, & vbi bono animo cœperint, statim per mentis euagationem distrahuntur, precationis meritum, & fructum amittant? Respondemus: Fructum quidem gustus, quo percipitur diuina bonitas, & in qua delectamur, omninò haberi non posse nisi ab eo, qui actu ipso in orando attentionē seruat; fructum verò meriti, siue impetrationis doni, non amitti, si ex fragilitate humana, & cum aliquo dolore nostro, & non ex deliberatione ab attentione excidamus. Est enim attentè orare Dei donum. Quemadmodum si quis è domo sua egrediatur, veniendi in templum ad sacrum, vel concionem audiendi gratia, si fortè per viam veniendo, mente à proposito fine diuagetur, profectò meritum non amittit suum: quia bonus ille finis præcōceptus omnes & singulos gressus sanctificat. Isti ergo, sicut & illi, de quibus in secundo dubio diximus, etsi longè cor à Deo habere videantur, propterea quod nō intelligunt quæ precantur, aut præ imbecillitate attentionem seruare nequeunt: tamē corde, & labijs Deum honorant, etsi secus esse nobis videatur.

Attentè orare, Dei donū est. Simile.

Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Ex his verbis prauè intellectis multa falsa, ac peruersa dogmata nouatores fouent ac probant, nullaque sententia est Euangelica, qua perinde abutantur atque ista. Vrbanus enim Rhegius libro in votariam monasticen hoc testimonio abutitur ad abrogandum monasticæ totius vitæ statum. Illyricus in apologia confession. Antuerpiens. ad purgatorium, Missæ sacrificium, Eucharistiæ adorationem, & cultum Sanctorum exterminandum, Brentius in hunc locum ad confessionem Ecclesiæ secretam de medio tollendam. Alij ad cœlibatum Sacerdotum demoliendum. Centuriatores ad quælibet opera bona verbo Dei minimè præcepta reijcienda. Kemnitius (In examine Concilij Tridentini cap. de Baptismo) ad omnem potestatem præpositis Ecclesiæ quo minus leges ferre possint, eripiendam. Cùm tamē Christus illo verbo hypocritas perstrinxerit, qui Dei præceptum de honorandis à liberis, parentibus sua doctrina negabant. Et ita illi ex Scripturis in Scripturas, & à Christi verbo in apertissima Christi verba manifestè pugnant, & vt moris est illis, extra chorum saltant. Sed sequenti tractatu, quæ sint traditiones, vel mandata hominū, latius aperiemus.

His Domini verbis ad Pharisæos: Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum: Hæretici quomodis abutātur.

Vrban. Rheg.

Illyricus.

Brentius.

Centuriatores Cent. 1. lib. 1. cap. 4.

Kemnitius.

Sensus eorum verborū proprius, atque legitimus.

Proprium Hæreticorū quid.

Interim perspice quod ait: *Sine causa*; Marcus habet, *in vanum*, hoc est, frustra, & sine fructu, quia huiusmodi labijs non placet, & sine vero præmio, quod causa esse solet cultus Dei. Nam qui per hypocrisin Deum colit, & vana gloria est contentus, frustra colit. Per doctrinas intellige, quæ Pharisæi tradebāt ad speculationem, & interpretationem Scripturarum pertinentia; Mandata verò, erant Seniorum præcepta ad praxim spectantia. Erant igitur doctrinæ, Pha-

Deum colat frustra qui.

Doctrinæ Pharisæorum quid, & mandata hominū.

næ, Pharisæorum; mandata verò, Seniorum. Et vtraque dicuntur hominum, id est, eorum, qui prudentiæ humanæ, ac diuinæ contraria nitebantur. Hinc Iudæi, qui tum Talmudistę, tum Cabalistæ vocantur, innumeros sensus Scripturę affingunt, leues, ridiculos, & ab omni prorsus ratione remotos: vt de serpente, quod pedibus, vt homo constaret, de lusu Dei cum pisce illo magno Leuiathan; de montibus super montes imponendis, & de reditu animarum in corpora, de carnali Messia, & aurea ac gemmata Ierusalem: quæ prorsus ostendunt, quantū sit ille populus Dei lumine destitutus, & tenebris densissimis errorum obsitus, ex quo Messiam promissum negauit, vt verè sit illud impletum: *Excæca cor populi huius & aures eius aggraua.*

Rabbinorum in scripturis deliramenta quædam.

Esa. 6. Matth.13 Ioan.12.

Si verba Euangelistarum Græca conferas cum editione Septuaginta Interpretū, videbis omnino esse conformia. Hebræa enim habent: *Et timuerunt me mandato hominum & doctrinis.* Quæ paraphrasticè reddiderunt Septuaginta: *Frustra colunt docentes præcepta hominum, & doctrinam.* Et Origenes interpretatur Dominum dixisse, populum Iudæorum solo ore appropinquare Deo, propterea quòd cor illorum ob incredulitatem erga Iesum procul esset à Domino: & nunc maximè abest, postquam abnegarunt Seruatorem. Non enim amplius docēt præcepta Dei. Iustinus in Tryphonem interpretatur Iudæos esse, qui sacros Scripturæ sensus peruertunt. Quòd verò illa verba de tēpore Messiæ dicta sint, ex principio c. 29. colliges, vbi agitatur de subuersione vrbis Ierosolymorum, quia post negatum Christum cœperunt illi mandata hominum, & doctrinas tradere, quia ibidem dicitur: *Excacati estis, & alios excæcastis*, quod est dicere, vt hic dixit Dominus: *Cæci sunt, & duces cæcorum.* Et Paulus citat illud: *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.*

Orig. in Mat. tom 2.

Iustin. Mart. tom. 2.

1. Cor. 1. Esa 13. Hier. in Esa. tom 5.

Quòd verò Hieronymus in Prophetæ locum ait Apostolum Matthæum, abusum hoc testimonio Esaię: intellige abusum, id est, rectè & præclarè vsum. Non enim diceret Matthęum, in quo loquitur Spiritus sanctus, impropriè vti vocibus Scripturæ. Et ita accipit Cicero verbum Abutendi, cum lumina sententiarum enumerat: *Ea*, inquit, *quibus tanquam abutimur, id est, per catechesin dicta, quæ inter sententiarum lumina numerantur.* Et hactenus de hoc Domini testimonio, quod ipse Dominus per se protulit, non Euangelista. Citat præterea Paulus ex illo cap. Esaię: *Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos vt non videant*; ad Iudęorum cęcitatem significandam. Et paulò pòst: *Et erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati: quē cùm dederint scienti literas, dicent: Lege istum; & respondebit: Non possum, signatus est enim.* Quod Patres veteres de Scripturarum libro interpretantur, cuius intelligentia à Iudæis est ablata, & data Christianis, iuxta illud: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.* Vt enim Apostolis aperuit sensum vt intelligerent Scripturas; ita Iudęis est clausus sensus & mens, vt nihil veri intelligant. Quare deprecemur Dominum, vti oculos mentis nostræ ab his carnalibus & terrenis euehat ad spiritualia, & æterna cogitanda, corque nostrum in ipso Deo nostro omnium bonorum fonte positum ac fixum habeamus, vt illum & labia nostra, & externa opera consectentur; quo toto homine interno, & externo diuinæ Maiestati famulatum obsequiumque pręstantes, in vtroque homine remuneremur & glorificemur, id nobis beneficij largiente Iesu Christo Domino nostro, cui cum Patre, & Spiritu sancto sempiterna est laus, atque felicitas, Amen.

Abuti, Bene etiam vti significat in scripturis.

Cicero.

Rom. 11.

Signatus liber apud Esaiam quis ille sit.

Matth. 21.

Luc. vlt.

TRACTATVS XXIX.

De eadem disceptatione Domini cum Scribis & Pharisæis, eo quod Apostoli illotis manibus panem manducarent, in illa verba: *Et conuocatis ad se turbis, dixit eis: Audite & intelligite; Non quod intrat in os, coinquinat hominem; sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem*, & quæ sequ.

QVoniam in superioribus illis verbis: *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me*, visus fuit Dominus reijcere omnem cultum, qui in cæremonijs externis, & obseruantijs exhibetur: & in alia sententia: *Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram*: videtur traditiones, & mandata Ecclesiastica reprobare: propterea consultum esse putauimus, vt initio huius tractatus aliquid de his duobus differamus. Non solùm vt Euangelicum textum nostris expositionibus dilucidum, & perspicuū reddamus, sed vt etiam Hæreticis, qui propter illa nobis bellum indixerunt, nos obsistentes opponamus.

Aduerte igitur, triplicem esse vsum, & rationem cæremoniarum. Prima est, vt cō gregemur in vnum populum, & simus, vt ait Propheta, vnius moris in domo: nam eiusmodi ritibus, & externis obseruantijs in

Contra Hæretic. differitur in cæremonias & ritus Ecclesiæ de bacchanales. Cæremoniarū vsus seu ratio triplex.

Psalm. 67. *1 Cor 14.* II. Ratio.

vnum populum coalescimus, de quo ait Apostolus: *Omnia honestè, & secundum ordinem fiant in vobis.* Altera est, ornatus & protectio diuini cultus: vt enim mulier tonsa, & arbor folijs destituta, turpis & fœda apparet; ita & religio nostra sine conuenientibus ceremonijs ac ritibus externam pulchritudinem non habet. De qua dictũ illud intelligi potest: *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circũdata varietate.*

Psal. 44. III. Ratio.

Tertia ratio, est doctrina, quæ à significatione accipitur eorũ, quæ fecit Dominus, vel quæ facit assiduè, vel quæ futura sunt, quorum memoria accenditur animus ad fidem, & ad gratiarum actiones, atque in hunc modum diuinæ in nobis charitatis nutritur ignis.

Ceremoniæ superstitiosæ quæ nam illæ, onerosæ item, atque superfluæ.

Hinc omnes ceremoniæ quę mendacium significant; superstitiosæ sunt & vanæ, vt sunt omnes illæ Iudæorum significantes futurum quod iam præteritũ est. Similiter quæcunq; sunt onerosæ, & superfluæ, quẽadmodum in arbore multa folia marcida, quæ fructus perdunt. Adhæc multitudo ceremoniarum reddita est nimia, & superflua, cum venit tempus maturitatis fructuum: folia enim si multa sint, obsistunt Solis caloribus, per quos maturescunt fructus: quales erant crebræ illæ lotiones, & baptismata frequẽtia, quæ crassos errores gignebant. Putabant enim in eis consistere verum, & integrum Dei cultum; quo errore verus Dei cultus obruebatur.

Ceremoniæ ad quid institutæ.

Colitur enim Deus vero corde per fidem, & charitatem: atque in huius veri cultus adminiculum adhibentur ceremoniæ, vt quia corpore, & animo constamus, vtroque Deum colamus. Quod si per externum solum fiat, corpus sine animo, præposterum est, & à Deo despicitur. Potest siquidem interior cultus sine externo valere apud Deum: externus autem absque interno vanitas est, atque derisio.

Ioan. 4.

Populi Iudaici labijs Deum honorantis cor, vt esset longe à Deo.

Nam Deus cum Spiritus sit, & veritas, in spiritu, & veritate vult coli. Et cõtra hunc corporeum cultum, fide, & spiritu destitutum, ait Dominus: *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me:* nempè in temporarijs, & carnalibus mundi bonis, & peccatis, & ijs, quæ non sunt. Et hæc dicta sunt in omnes ceremonias, etiam bonas & pias, atque à Deo præceptas. Nam vel ipse baptismus à Christo pręceptus, si sine spiritu, & ficto animo accipiatur, inutilis est: similiter & ipsa corporis Christi manducatio si fiat ab eo, qui non dijudicat corpus Domini, vel non discernit ab alijs cibis, siue ab eo qui non probat seipsum, antequam illum edat.

1. Cor. 11. Duplex seniorum peccatũ.

Actor. 15.

Debebant etiam cauere Seniores, ne pluribus mandatis & ceremonijs legem Moysi alioqui onerosam, graniorem redderent, & planè iugum importabile, vt vocauit beatus Petrus, redderent; & diligenter attendere, ne quis error, aut superstitio tales à se institutas ceremonias macularet, ne ex eis populus errores imbiberet. Sed in vtroque peccabant: nam alligabant onera grauia, & imponebant in humeros hominum; & errores irrepentes non reprimebant: & talis erat iste de crebris lotionibus & baptismatibus, quibus putabant animam à sordibus purificari; quam per immunditiam corporis credebant contaminari. Et hæc pauca satis sint hoc loco de ceremonijs.

Matth. 23.

Traditiones quam late pateant.

Quod ad traditiones attinet, intelligendum est in primis, vocem hanc generalem esse, & comprehendere omnem doctrinam reuelatam, siue à Deo in veteri Testamento: vnde Moysi traditiones, de quibus in Actis, quarum traditionum paternarum vocat se Apostolus æmulatoré; siue à Christo in nouo Instrumento, vnde Paulus ad Corinthios traditionem vocat, historiam cœnæ Dominicæ, quàm à Domino acceperat: *Ego enim,* inquit, *accepi à Domino, quod & tradidi vobis:* & infra resurrectionem appellat traditionem, & Iudas in Catholica sua epistola, vocat fidem nostram, pro qua decertamus, traditam: & Petrus in posteriori sua, Dei præcepta traditionem nominat, cùm ait: *Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ: quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato.*

Act. 6. *Gal. 1.* *1. Cor. 11.* *1. Cor. 15.* *2 Petr. 2.*

Non autem in præsenti disceptatione vtimur hac voce in hoc sensu: nam sic traditio est, quicquid nobis à Deo datum est ad credendum, vel agendum, siue scriptum sit, siue non scriptum in Canonicis libris. Interdum verò traditio capitur strictius, & specialius pro his, quæ nobis à maioribus nostris tradita sunt extra peculiare Scripturæ mandatum: siue ad fidem nostram protestandam valeant, siue ad ornamentum percipiendorum Sacramentorum spectent, siue ad Dei mandata, quæ in genere traduntur, determinationem, & expeditiorem obseruationem, siue denique ad populum Dei in ordine, & disciplina continendum faciant.

Ecclesiasticæ traditiones, quæ nam illæ.

Talesque traditiones sine scripto, voce viua de ore in os transfusa ad nos peruenerunt: cuiusmodi sunt Symbolum Apostolorum; signi Crucis in fronte impressio, ceremoniæ sanctæ, quibus Sacramenta exhibentur, præcepta Ecclesiæ, de ieiunijs, delectu ciborum cœlibatu, de festiuis diebus Sanctorum anniuersarijs colendis, de precandi ratione à Sacerdotibus, & religiosis viris seruanda, de ministris Ecclesiæ, decimis, & oblationibus alendis atque sustinendis, & de

huius-

Huiusmodi traditiones, & mandata hominū ab Hæreticis impiè nominantur. huiusmodi alijs innumeris. Hos igitur ritus atque præcepta, magna iniuria Hæreticus vocat traditiones, vel mandata hominum. Tum quia audire Ecclesiam in omnibus iubemur, si olim Sacerdotes etiam audiendi in controuersijs, & dubijs emergentibus, vt dicitur in Deuter. (Deut. 17.) cùm tamen in veteri Lege omnia expressa essent, & particulari definita: quanto magis apud nos, quibus non nisi remotè, & in genere tradita sunt tum credenda, tum agenda, neque peculiariter modus perscribitur: vt proinde Dominus ad Spiritum sanctum Ecclesiæ Doctorem & rectorem se destinauerit ac retulerit, & idcircò dixit: (Luc. 10.) *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit.*

II. argum. Deinde habemus firmum Pauli testimonium ora Hæreticorum omnium obturantis: (2. Thess. 2.) *State, inquit, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.*

III. argum. (Ioan. vlt.) Habemus item verba Domini, quibus potestatem tradit Apostolis, & in eis successoribus, pascendi, confirmandi, ligandi, atque soluendi: quæ potestas frustra esset data, nisi salutares leges possent condere, & (Luc. 22. Matth. 16. & 18.) mandata tradere, quibus Christianus populus erudiretur magis, & in officio contineretur. Nam si illorum officium tantum esset docere, quid opus erat pastores, & magistratus Ecclesiasticos instituere, quorum (Ecclesiastici magistratus officia.) præter verbi Dei ministerium, munus est, sanctionibus & præceptis populos constringere, errantes corrigere, innocentes liberare?

IV. Argum. & vltimum. Postremò, cum in Euangelio ad ieiunandum & orandum innitemur, ad baptismū, & ad cœnam Dominicam nonnisi in genere incitemur, ad Sacerdotes, si peccati conscientia tenemur, vt absolutionem obtineamus, mittamur: profectò ista omnia diuina præcepta, monitaque effectibus suis frustrarentur, nisi Ecclesia præscriberet, quando & quoties, ac quomodo sit ieiunandum: Quæ precationes, quoties, & quomodo Deo offerendæ: quando, & à quo & quibus ceremonijs baptismus sit suscipiendus: quoties in anno, & qua conscientia, quaque fide, & puritate ad mensam Dominicam sit accedendum: quis sit ille pastor, à quo sim absoluendus, & qua animi præparatione absolutione dignus ero, aut qua ratione indignus: profectò si quis hæc diligenter secum expendat, deprehendet, Hæreticos meros esse lupos, Dominici ouilis sanguini insidiantes, qui omnia illa præsidia, & adminicula, quibus lex Euangelica impleri potest, nobis succidunt; & Apostolorum traditiones, & Conciliorum generalium, atque Romanorum Pontificum, & aliorum sanctissimorum hominum præcepta, mandata hominum, & traditiones hominum impudenter appellare non verentur: quibus sublatis, lex ipsa Christi penitus tollitur, vel ad nudum nomen redigitur. (Hæretici quærè lupi. Matth. 7.) Vnde vel ipsi Hæretici, qui tanquam filij Belial, omne obedientiæ Ecclesiasticæ iugum excusserunt, cementes suas Ecclesias, aut potius hominum conuenticula, & conciliabula (nam tam honesto nomine nuncupari non merentur) non posse consistere solo, & nudo Dei verbo in Euangelica, vel Apostolica Scriptura explicato, sine præceptis, & traditionibus à superioribus ac maioribus ad populum in officio aliquo modo continendum institutis: (Eorum Ecclesiæ malignantium non sine traditionibus eorūdem subsistit.) multa præscripserunt de verbo Dei audiendo, de baptismo suscipiendo, de Dominica cœna administranda, de matrimonijs contrahendis. Nam de multis huiusmodi nonnulli extant, tum Lutheri, tum Caluini, tum aliorum libelli ad instructionem pastorum suorum ab eis editi: vt planè nihil aliud effecisse videantur, quam loco præceptorum, & traditionum Sanctorum Patrum, suas sanctiones inuexisse, sua præcepta ingessisse, & pro canonibus Sacris, quos igni impiè exusserunt, impios suos Canones, & sempiterno gehennæ igni dignos, instituere; & pro Pontifice Romano, quem priùs vt Vicarium Christi, & Petri successorem venerabantur, seipsos, tanquam capita, & pastores summos, intrudere.

Sed obijcies; Quid igitur est, quòd Dominus hoc loco traditiones hominum, & mandata reprobat? nunquid Ecclesiæ mādata? (Traditiones hominum quæ sint.) quæ secundo loco obseruare post diuina, amplioris est iustitiæ, vt exponit Caietanus: (Caietan.) quæ quoniam istis diuinis præferebantur, ob id asserit hoc loco à Domino reprobari. Sed certè, si verum amamus, non sic explicanda sunt præcepta hominum; quæ tam in Euangelio, quàm in Esaia simpliciter reprobantur: (Esa. 29) non tam quòd primo loco haberentur, quàm quòd reprobatione per se digna essent. Nam hæc mandata hominum in Scripturis dicuntur. Homo etenim in sacris literis, ferè in malam partē accipitur, & vt opponitur, & aduersatur Deo. (Homo in scripturis ferè malè sonat. Prou. 30.) Hinc Salomon ait: *Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum.* Et Apostolus: (Rom. 8.) *Sapientia carnis, inimica est Deo;* & apertius: (1. Cor. 3.) *Cum enim, inquit, sit inter vos zelus & contentio; nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Idem alibi ait: (Gal. 1.) *Modo enim hominibus suadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem,*

Christi seruus non essem. Vbi vides, hominem Deo opponi;& placentē hominibus, Christo non placere. Et subiungit: *Notum enim vobis facio fratres, Euangelium quod Euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem* (hoc est falsum, & fictum.) *Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi*. Hæc ille: qui tamen Christus homo erat, sicut cæteri Apostoli: sed ibi capit hominem, vt aduersatur spiritui Dei. Subiungo & illud Pauli testimonium, qui scribens ad Titum, sic ait: *Quam ob causam increpa illos durè, vt sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum aduersantium se à veritate*. Vbi vides declarari quæ sint mandata hominum, nempè illorum, qui auersantur veritatem. De quibus alio loco ait: *Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur*. Rursus per alium textum Apostoli ad Colloss. explico quæ sint hominū traditiones, inquit enim: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum*. Cernis traditiones hominū inanes esse & fallaces, & Christo aduersari? Habes igitur ex his postremis testimonijs explicatum quæ sint traditiones hominum & quæ mandata hominum. Vltimò adiungo verbum Domini ad Petrum dicentis: *Vade post me Satana, scandalum es mihi, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum*. Vbi Deo hominem, & humano sensui diuinum opponit. Tales erant traditiones Pharisæorum contra mandatum Dei, vt, de honore parentum, & traditio de crebra manuum lotione: quæ etsi ob inutilitatem suam, & onus esset reprobanda, habebat tamen errorem admixtum, quòd putarent ab illa corporis munditia, vel immunditia animam affici: quod Dominus execratur, & ita interpretatur traditiones, & mandata hominum Irenæus libr. aduersus hęreses, Tertullianus libro contra Iudęos, Cyprianus, & Basilius in Moralib, nèpè de illis institutionibus, quibus obseruandis à mandatis Dei receditur.

1. Cor. 15. — *Tit. 1.* — *2. Tim 4.* — *Coloss 2.* — *Matth. 16.* — Traditiones Pharisæor. — *Irenæ. lib. 4. c. 26 Tertullian. Cyprian lib. 1. epist. 6. & li. 2. epist. 3. Basil. in Moralib. regul 12. c. 21. 10. 2.*

At verò Ecclesiastica præcepta, siue ab Apostolis sint tradita, siue à Concilijs generalibus, & Romanis Pontificibus mandata, hominum præcepta dici nequeunt, sed potius diuina sunt: idque quatuor ostenditur rationibus. Primò, quia illi qui ea instituerunt, homines puri nō erant, & Spiritu Dei destituti; sed tales erant, quibus Christus dixit: *Qui vos audit, me audit*; & de quibus olim Deus mandauit, *Dijs non detrahes*, &, *Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes*, & qui dicere poterant: *Visum est Spiritui sancto, & nobis*. Deinde ob ea quæ præcipiebant: nam diuina mandata in genere perscripta in singulari definiebant, ac determinabant, vt præceptum confessionis, communionis, ieiunij, declarādo tempus, modum, ac quæ huiusmodi sunt. Tertiò, ob finem omnium præceptorum, & traditionum: quia finis illorum charitas erat iuxta illud Apostoli: *Finis præcepti, est charitas de corde puro*, & reliq. Quoniam igitur ex charitate ad charitatis præceptum seruandum instituuntur, diuina dici possunt: vnde præceptum Ecclesiæ quories charitati repugnaret, Ecclesiæ mēs non est, vt illa tunc obseruentur, ne quæ pro charitate instituta sunt, contrà charitatem militare videantur. Postremò diuina dicuntur, quòd homines illa obseruantes diuini fiant, propter obedientiam quam Deo in Ecclesia prçstant, & humilitatem, quam maioribus exhibent: nam hæc diuina sunt, & diuinos faciunt obseruantes. Vnde Apost. *Laudo vos fratres*, inquit, *quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis*. Et rursus, ne quis sperneret eius mandata, supra dixit: *Puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam, nimirum ad instituenda præcepta secundum Deum*. Hæc verò mandata qui contemnunt, non hominem spernunt, sed Christum per Ecclesiam loquentem, vt dicitur in priori ad Thessal. Et non audiens Ecclesiam; est habendus vt Ethnicus & Publicanus. Iubet etiam Dominus è cathedra docentes audire, eorum doctrinam, & præcepta seruare. Imò in genere dixit audiendos magistratus, & laicos, & legislatores: *Per me*, inquit, *Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt*; &: *Qui potestati resistunt: ipsi sibi damnationem acquirunt*. Non tam ergo respiciendum quis doceat, vel mandet, quam quæ sit autoritas & documenta illorum, & qualia mandata. Alia verò mandata sunt hominum, quia aut potestate præcipiendi destituuntur, vt Pharisæi, vel etiamsi potestate fungantur, humano sensu ducuntur, ea instituentes, quæ diuinis præceptis repugnant: & non ob charitatem, sed ad cupiditatem propriam, & auaritiam alendam: non quæ spirituales, & diuinos homines efficiant, sed vanos & superstitiosos, & externis istis confidentes. Atque hactenus de traditionibus dictum sit: iam ad textum redeundum.

Ecclesiastica præcepta, hominum præcepta non esse appellanda quatuor rationibus ostenditur. — *Luc. 10. Exod. 22. Psal. 81. Ioan. 10. Act. 15.* — *1. Tim. 1. 1. Cor. 11.* — *Supra 7.* Paul. ad quid Spiritum Dei habebat. — *Matth. 18. Infra 23.* — *Prou. 8. Rom. 13.* Mandata hominum quæ merito dicantur.

Ait igitur Euangelista: *Et conuocatis ad se turbis, dixit eis: audite & intelligite, Non quod intrat in os, coinquinat hominem; sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem*. Marcus addit: *Si quis habet aures audiendi, audiat*. Id est, Qui potest intelligat. Quod de difficilibus ad intelligendum solet Dominus dicere;

Marc. 7. Illud in quibus Dominus vsurpabat: Qui potest capere, capiat. *Matth. 19.*

cete; de difficilibus antè ad agendum, Qui potest capere, capiat. Relictis igitur Pharisæis, vt incurabilibus, ad turbam ad se conuocatam (nam discesserat, Christo loquente cum Pharisæis) docendum conuertitur, vt à falsis, & iniquis Pharisæorum præceptis sibi caueant. ¶ *Et ait illis, Audite & intelligite.* Marcus cum emphasi ait, *Audite me omnes, & intelligite:* quasi dicat, Me potius, quàm Pharisæos audite: & omnes, quia rei huius notitia vtilis est, & ad omnes meritò spectat. Olim Iudæi audiebant tantum, & obediebant, sed non intelligebant. ¶ *Non quod intrat in os, coinquinat hominem*, vel vt Marcus, Nihil est extra hominē introiens in eum, quod possit coinquinare spiritualiter, vt vos docent Pharisæi; & proinde arguunt discipulos meos; nam de vrbanitate, vel ciuilitate non falsò dicerent, etsi hoc nō mereretur redargutionem. Quanquam autem cibus lege vetitus, & sumptus, per se tunc non coinquinaret animam; quia non potest contingere, cum non communicent in materia, sed electio liberi arbitrij agentis contra legem: tamen, quod ad turbam attinet, modò in hoc sicut in illo peccarent, nō differet; propterea Christus hoc loco de cibis (non vetitis) in causa lotionis omissæ tantùm loquitur, id est, si essent immundæ manus. Ideò concludit disputationem, dicens: *Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.* Non ergo inquinatur per id, quod intrat in os, sed per id, quod exit ex ore: nempe per eam superbiam, & contumaciam, qua Deum præcipientem spernunt. Pro verbo coinquinandi, Marcus vtitur verbo communicandi: & sordidas manus vocat, communes: quòd certa, & vni Deo cognita ratione, aliquot cibis vesci illis interdictum erat: quos communes vocauerunt Iudæi, quasi cæteris Gentibus concessos, & vnis sibi vetitos.

Cibus qua ratione nō coinquinet animā.

Vt coinquinet animam quod exit de ore.

Iudæi cibos quos communes vocabant.

Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei, Scis quia Pharisæi audito verbo hoc, scandalizati sunt? At ille respondens, ait, Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cœlestis, eradicabitur. Sinite illos: cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Videtur hic accessus discipulorum ad Iesum, de quo Matthæus loquitur, esse ille, de quo ait Marcus: *Et cum introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam.* Quanquam verisimile sit, quod Apostoli per Petrum hoc interrogauerint, vt Matthæus refert. Non est autem verisimile, discipulos in publico loco Dominū adijsse, & admonuisse de scandalo Pharisæorum accepto, ob Christi reuerentiam, nec ob amorem, quem ad Pharisæos haberent; sed potius timore humano inducti metuebant eos in posterum magis offensos experiri. Ideò dicebant: *Scis* (ac proinde à reprehensione cessa) quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt? signa offensionis acceptæ, & indignationis indicando, iudicando videlicet Christum malum; vel indignati quod confusi essent ab eo. Sed non surrexerunt in Christum, vt subuersorem legis, quia eam seruabat, ac tuebatur, cum inquit, Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram: nec vt in euersorem traditionum, quas in peruersum sensum trahebant, vt de immunditia animæ dixit, non autem in eas, tanquam malas, vel tanquam ab ijs, qui nō habebant potestatem eas condendi, institutas; sed inquantum doctrinas ac traditiones hominum, videlicet à Pharisæis cum erroribus expositas, vel diuinis mandatis præpositas, & æquiparatas turbantur. Eorum tamen scandalum gloriam propriam quærentium, coram turbis confutari voluit: sed non tam ex dicti natura ortum erat quod verum erat, quàm ob eorum prauitatem, sed Christus illis respondit: *Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cœlestis, eradicabitur.* Sensus germanus huius sententiæ est iuxta Hilarium, & Chrysostomum: Falsa doctrina, siue de moribus sit, & homines inficiat, siue in speculatione sita sit, & homines insipientes reddat; eradicabitur, hoc est eradicari debet, & in ea eradicanda cura, & diligentia ponenda est, sicut cùm ait: *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt*, id est, perire debent. Et, *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur:* hoc est, excidi, & mitti in ignem meretur, non enim Dominus his sententijs quid sit futurum, vaticinatur, sed quid rei natura exposcat, declarat. Nam circa doctrinā multi inuenti sunt plantatores, vt Pharisæi, Sadducæi, & innumeri Philosophi, & hæretici, qui nullo nō tempore fuerunt: sed illorum dogmata, & sectæ, tanquam à Patre cœlesti nō plantatæ, eradicatæ sunt. Ideò ruit sensus Manichæi, interpretantis legem Moysi, plantationem fuisse à Patre cœlesti non plantatam. Quod falsum est: cùm Moyses merus minister Dei fuerit in lege ferenda; & multifariam, multisque modis idem Deus, qui locutus est patrib' in Prophetis, idem nouissimè locutus sit nobis in Filio. Quanquàm verum sit, illam legem plantatam fuisse ad tempus, donec veniret semen cui promiserat Deus, vt Apostolus ait. Ad tempus dico, in sensu illo literali, & intimo, quanquam in spiritu æterna sit lex Moysis.

Vbi discipuli & cur Christo dixerint, Pharisæos de eius dicto scandalizatos fuisse.

Pharisæi de Christo vt fuerint offensi.

Quid significet: Omnis plantatio, quā non plantauit Pater meus cœlestis, eradicabitur.

Hilar. can. 15. in Matth.

Chrysost. ho. 52. in Matth.

Matth. 26.

Matth. 7.

Quomodo plantationes ab ipso non plantatas, Pater cœlestis eradicauerit.

Contra Manichæum legem Veterem à Deo minimè plantatam, asserentem.

Hebr. 1.

Gal. 3.

Lex Moysi quatenus sit humana plantatio, non diuina, ideò eradicanda.

Iudæi verò quia vltra tempus à Deo præscriptum, legem suam extendi voluerunt, lex plantatio est humana; & propterea eradicata, & eradicanda. Etsi dici possit, quod Moyses in Synagoga homines quasi arbores plantauerit, quarum erat fructus bonos edere, nam de iustis dicitur Psal. 19. *Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri florebunt*, iusti enim plantantur ad vitam æternam à Deo: impij verò, vt Scribæ, & Pharisæi, ad ignẽ æternũ à se ipsis: sed illa plãtatio in eo quod non erat à Patre, sed à Moyse, qui legem dedit, & non spiritum, sua culpa eradicari potuit, quia fundamento, quod erat Christus, nõ innitebatur: vnde reprobata est illa plantatio, quia, vt absque spiritu existens à Patre non erat, etsi dicatur: *Ego te plantaui vineam electam, quomodò conuersa es in amaritudinem vitis alienæ?* Lex enim, per Moysen data est; sed spiritus, id est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Vnde Ecclesiam à Patre plantatam, nemo potest eradicare: quia portæ inferi nõ præualebunt aduersus eam. Quamuis verò timendum non sit, ne lex Euangelica reprobetur, quæ in æternum stat; quamquam reprobatum sit vetus Sacerdotium, & lex Moysi: possunt tamen quidam excidere à firmitate fidei, & propterea timere debent cum Apostolo, ne reprobi habeantur.

1. Cor. 3. — *Ierem. 2. iuxta 70.* — *Ioan. 1.* — *Ecclesia cur Christi eradicari nequeat.* — *Matth. 16.* — *Cuique fideli quid timendũ Apostoli exemplo.* — *1. Cor. 9.*

Vnde traditiones Apostolicæ, & Ecclesiasticæ robur, ac firmitatem suam semper habituræ sint.

Quia ergo omnis plantatio non à Patre facta, eradicatur, propterea traditio illa de delectu ciborũ, quasi per se, vel quasi illotis manibus cibus sumptus inquinet animam, non est à Deo, & ob id euellenda fuit radicitus: quæ verò traditiones ab Apostolis, vel à sanctis Patribus mandatæ sunt, quoniam ab Spiritu Dei inuentæ & per ministros suos in Ecclesiam inuectæ sunt, firmitatẽ suam obtinebunt. Hinc Apostolus dixit: *Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit*: reliquæ verò ab hominibus excogitatæ, tanquam adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt.

1. Cor. 3. — *Sap. 4.*

Scientiæ artes, ac disciplinæ ab hominibus adinuentæ, cur ne euellendæ, & extirpandæ. — *1. Cor. 13.*

Obijcies, omnes scientias hominum ingenio excogitatas, cùm à Deo nõ sint plantatæ, euellendas esse: nam vel Apostolus ait: *Siue Prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur*: quod tamen verum non videtur; quia, Destruetur, accipitur pro Cessabit: nam & Prophetiæ, quæ à Deo sunt, ibi narrantur euacuandæ. Propterea dicendũ, scientias eiusmodi non esse eradicandas. Nam etsi ab hominibus sint adinuentæ, Deus tamen illis indidit ingenium, & adiuuit, vt eas inuenirent. Vnde in Iobe scriptum legimus: *Quis posuit in visceribus hominis sapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam?* & Apostolus: *Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur; sempiterna quoq; eius virtus, & diuinitas.* Et paulò ante: *Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis; Deus enim illis reuelauit.* Itaque nulla est sapientia vera speculatiua, siue doctrina bona moralis, siue lex recta, & rationi consentanea, quam homo à Deo non acceperit, qui solus veritas, & bonitas est: & veritas à quocunque dicatur, ab Spiritu sancto est: *Per me*, inquit diuina Sapientia, *Reges Regnant, & legum conditores iusta decernunt.* Tales ergo traditiones ad honestum finem spectantes, vel leges omnes rationi consonæ, non sunt purè ab hominib⁹ inuentæ, sed à Deo ipso plantatæ; & ideo nequaquã eradicandæ: at verò quatenus scientiæ speculantes à veritate deficiunt, aut morales traditiones, & leges humanæ à recta ratione, & honesto deflectunt, eatenus hominum sunt, & proinde exterminandæ atque extirpandæ.

Iob. 38. — *Rom. 1.* — *Scientiæ, & artes vnde profectæ, quid conferant.* — *Prouerb. 8.* — *Quæ traditiones, vel leges humanæ minime sint extirpandæ & eradicandæ.*

Sinite illos: cæci sunt, & duces cæcorum. Quo verbo instruimus scandala ex malitia propria accepta (quæ passiua vocamus) à nobis minimè esse curanda, & citius scandalum nasci permittitur, quàm veritatem fidei, vel vitæ, vel iustitiæ relinqui. Dicuntur enim huiusmodi scandala (vt diximus) passiua, quæ alius ex bona vita, aut ex fide, & iustitia à me culta, ob propriam suam imbecillitatem accipit. Scandalum verò infirmorum, seu pusillorũ vitandum est: quemadmodum Christus præcepit, cùm dixit: *Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Suo etiam exemplo illud hic docuit: quia scandalũ Pharisæorum his verbis docuit non esse curandum: alias Christus non esset prædicatus, neque veritates Catholicæ contra hæreticos, qui scandalizabantur, definitæ. Turbam verò ad se vocauit, illamque instruxit, & erudiuit, ne scandalizaretur. Quod si interdum quidã sint minus veritatis capaces; tunc doctrina, aut actio, quæ scandalizat, si non est necessaria, aut valde opportuna, atque vtilis, danda est nonnihil imbecillitati infirmorum. Quod frequenter Paulus admonuit, cùm dixit: *Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neq; in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.* Si verò hoc scandalum maiores accipiant, & doctrina sit vtilis mittendi sunt: sunt enim insanabiles, quia cæci sunt, id est, nolunt videre, & intelligere quod eis inspirat Deus, & duces eorum similium, qui & ipsi diuinam inspirationem repellunt; quare ambo in foueam cadunt,

Quæ scandala nobis negligenda sint, quæ minime, sed cauenda diligenter. — *Matth. 18.* — *Christi charitas, & zelus animarum.* — *Rom. 14.* — *Cæci qui, & insanabiles Pharisæorum instar.*

cadunt, quæ illis parata est, qui Christum respuerint.

Respondens autem Petrus, dixit ei, Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit, Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur? Vsurpat verbum respondendi, etiamsi nulla interrogatio præcessit, vt sæpè aliàs Euangelistæ facere solent more Hebræo, pro verbo loqoendi, vt Marcus insinuat, ait enim: *Et cùm introisset in domum seorsum à turba, interrogabant eum discipuli eius de parabola:* nisi dicamus, Petrum pro suo feruore & correptione à Domino accepta, aliorum persona assumpta interrogasse, ac veluti respondisse, vt saltem sibi & Apostolis exponeret sententiam turbæ propositam. Quod Petrus Dominum interrogauerit expositionem parabolæ, nomine omnium Apostolorum fecit, vt dicit Marcus, qui hanc interrogationem Apostolis tribuit: hinc dixit: *Edissere nobis*, vnde non solus Petrus, sed simul cum alijs reprehenditur, cū inqoit: *Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis*, & quæ sequuntur. Quod verò dixerunt: *Edissere parabolam*, quamuis claram, & apertam sententiam, & nihil parabolicum habentem, quia tamen difficilis erat sibi, & obscura, nec illam capiebant, parabolam vocāt. In quo apparet Apostolorum ruditas, & simplicitas: quemadmodum nō mediocris esset inscitia, si quis nesciret discernere, Latina ne an materna lingua quis loquitur: vt hoc loco docet Episcopus Abulēsis, sed ante eum B. Hieronymus: *Quod apertè dictum fuerat, & patebat auditui, Apostolus Petrus per parabolam dictum putat, & in re manifesta mysticam quærit intelligentiam: corripiturq; à Domino quare parabolicè dictum putet, quod perspicuè locutus est. Ex quo animaduertimus vitiosum esse auditorem, qui aut obscura manifestè, aut manifestè dicta, obscurè velit intelligere.* Hæc ille, doctè, & eleganter, vocans vitiosum interpretem Scripturæ, qui propriè dictis putat inesse tropum, aut parabolam, aut quæ figuratè, ac parabolicè dicuntur, propriè contendit accipere. Vnde instruimur, vt qood absurdum in verbis Dei cernitur, non tale esse putemus, sed figuratum, siue tropicum, & parabolicum: vt docet Augustinus. Docemur deinde, vt verbum Dei non dijudicemus, sed interrogemus Christum, vt explicet: quemadmodum Christus fecit. Nam sicut Christus ad docendum, ita & ad explicandum, si quid durius dixisse videretur destinat⁹ est. Quāquam propter turbam non capientem, dixit apud Marcum: *Si quis habet aures audiendi, audiat*: non quòd parabolam dixisset,

Hebræi respondere, sæpè loqui significat.

Apostolorum ruditas, simplicitas.

Abulensis Episcop. q. 48. in Matthæū. Hieronym. in Matth. to. 9.

Vitiosus auditor quis.

Bonus quis Scripturæ interpres Augustino.

August. lib. 3. de Doctrin. Christ. c. 10. tom. 3.

quemadmodum dicta parabola seminantis fecit apud Locam, sed quòd obscurior esset auditoribus sermo. Ob quam causam Ioannes in Apocalypsi interdum subiungit: *Qui habet aures audiendi, audiat, quid spiritus dicat Ecclesijs.* Declarat autem Dominus verba sua, & increpans ait: *Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis, &c.* Quasi dicat; Hæc vos, tanto tempore in schola mea eruditos, latere minimè deberent. ¶ *Quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur?* Hoc est cibus per os ingressus, in ventrem, non in cor, vt illud inquinare possit, tendit. Ventrem accipit pro ventriculo, κοιλία Græcè pro stomacho sumitur apud Homerum, & Aristotelem in libris de historia animalium. Dicitur enim κοιλία ἄνω ἢ κάτω, id est, pro ventriculo superiori, & pro ventre inferiori. Cuius deinde cibi retenta aliqua parte in substātiam carnis, & alimenti maxima pars per secessum emittitur. Nonnullæ quæstiones hoc loco explicandæ sunt, vt hæc explicatio verborum Domini apertior atq; dilucidior reddatur. Quarum prima est, quomodo verum sit, ea quæ intrant in os, non coinquinare hominem? Respondeo, hominem accepit pro parte eius præcipua, quæ est anima: nam aliàs solo corpore inquinato, non dicitur homo inquinari, nā per hoc quòd homo non manducaret, & haberet manos sordidas, non putabant enim contaminari: secus si sordidis manibus ederet: ergò de immunditia, qua anima polluitur, sermo est; quasi anima, quæ intra corpus est, pollui possit intrantibus immunditijs ciborū, non autem exterius manētibus: Dominus autem contendit ostendere, quòd etiam cibi immundi intrantes nō possint animā polluere. Quod probat ex eo, quòd si polluerent, oporteret animam tangere, quia infectio fit per contactum: & tamen cibus animam nō tangit, quia vadit in ventrem, & in secessum emittitur. Et procedit argumentom ex principijs à Iudæis acceptis, animam nempe esse in corde: quòd verò in stomachum traijcitur, & inde in ventrem, indeq; in secessum, non tangit cor. Quod autem per cor intelligat animam, ex eo liquet, qoia subdit secundùm eorum principia: *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, &c.* Et tamen nemo dubitat, eiusmodi cogitationes ab anima procedere. Vnde & Marcus clariùs hoc edisserens, ait: *Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum communicare; quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in secessum emittitur, purgans omnes escas?* ac si voluit innuere, quòd si immun-

Luc. 8.

Apoc. 2. & 3.

Quid est ad literam, cibum in ventrem intrare.

Homer.

Arist. lib. 8. Animal. c. 21.

Quomodo quod intrat in os non coinquinat hominem.

Proprius locus animæ secundùm Iudæos.

dinæ coocretæ cibis valereot intrare cor, possent ioquinare hominem. Quare dicẽdum est, duo hic Dominum posuisse ex abundanti, nempe escas exire, deinde non intrare in cor: quia etiamsi starent opposita, id est, neque escas exire, & in cor intrare, anima non pollueretur, quia cibus non potest esse in ea, neqne eam tangere. Imò etiãsi cibus semel receptus semper ibi maneret, animam nũqnam tangeret, quæ purus spiritus est, sicut cibus purum corpus. Ideò opus oon fuit ista duo adducere, ad probandum quòd anima non polluebatur per immunditias corporeas, satisque erat Domino asserere, quòd nullns cib⁹ potest animam tangere: & tamẽ necessarium fuit, Dominum hæc duo etiam artificiosè proponere. Quia vt tradit Aristot. argnmentatio ad probandum debet ex eis proficisci, quæ vel simpliciter oota, & vera sunt, vel ex eis, quæ oota sunt respõdenti. Dominus igitur agẽs io Iudæos, qui ob tarditatẽ suã, existimabant animam in natura communicare cum corpore, ex doctrina fortassis Pharisæorum: nam Sadducæi negantes esse spiritum, vt in Actis scribitur, per hoc cõstituebant animam corpoream, quemadmodum illi ex Philosophis, qui asseruerũt animam esse aërem, vel sanguinem, vel cerebrum, atque io eam cogitationem venerant, vt putarent, animam similes qualitates recipere, atque corpus, ac proinde pollui per contactum rei immuodæ; duo illa, quæ Iudæi admittebant, dixit. Et primum respondet, quòd non erat idem locus animæ, & ciborum, cùm anima sit in corde, & tardiores pntarẽt esse cor, in qnod cibi minimè intrarent: quia cibos opinabantur in stomachum ire, & in ventrẽ. Deinde quòd cibi non manerent in ventre, sed emitterẽtur per secessũm: quia etsi cibus oon ingrediatur cor, si tamẽ semper maneret in corpore, putarent Iudæi aliquam ex eo corruptionem fieri, & exhalare malum aliquem odorem, qui peruenirct ad cor, quoq; anima pollneretnt, vnde quãdiu cibus esset in homine, opinarentur aliquid immuodi esse in eo: facta autẽ digestione, & egestione, eum mundum putabãt. Hinc Chrysost. in hunc locum scribit: *Cùm autem Dominus dicit: Omne quod in os intrat, in ventrem vadit; adhuc discipulis secundùm Iudaicam infirmitatem respondit: dicit enim quòd cibus non manet, sed egreditur: quamuis etiam si maneret, non faceret immundum. Sed nondum hoc audire poterant. Et propter hoc etiã Moyses tanto tempore dicit esse immundos, quanto cibus intus maneat. In vespere autem iubet lauari, & mundos esse, quasi tempus digestionis & egestionis dimetiens.* Hæc ille ferè.

Argumentatio efficax vnde pẽdeat, iuxta Philosopho.

Arist. lib. 1. post.

Act. 23.

Chrysost. ho. 1. in Matt. to. 2

Alterum dubiom est, quomodo dixit: *Omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur?* cùm multa de cibo sumpto retioeantur, quæ oon emittantur, aliàs quippe, nec nutritio, nec auctio, nec generatio fieret. Nã si quicquid sumitur, emittitur; nec susciperetur, vel frustra susciperetur: natura autẽ nihil facit frustra. Nec dici potest, Dominum loqui de sordibus comestis, & immunditijs, quæ totæ à natura reijciuntur. Quod tameo verum non est: nam quemadmodnm io omni cibo puro, ac delicato, est aliquid impurum, quod natura secernit, & expellit: ita nullus est cibus tam immundus, etiam in serpente, in qno non sit aliquid purum, & bonum, ac naturæ cooueniens. Nec id omne quod nobis est immundum ex aspectu, & opinione, continuò naturæ est immundum: cui nihil est aliud immundum, præter id quod est ineptum ad nutritionem. Vnde Dominos in vniuersum, & generaliter loquitnr: *Omne quod intrat in os:* & Marcus: *Omne extrinsecus introiens in hominem, siue mundum, siue immundum.* Hinc nonnulli ex Gentilibus, vt Porphyrius, & Iolianus Imperator, accusate ausi sunt Dominum Iesum, qnasi loquentem ex ignorantia naturalis Philosophiæ. Quapropter Hieronymus hoc loco scribit: *Ex hac sententia quidam calumniantur, quòd Dominus Physicæ disputationis ignarus, putet omnes cibos in ventrem ire, & in secessum dirigi, cùm statim infusa esca per artus, & venas, ac medullas, neruosq; fundantur. Vnde & multos, qui vitio stomachi perpetem sustineant vomitum, post cœnas, & prandia, statim euomere quod ingesserint, & tamen corpulentos esse: quia ad primum tactum liquidior cibus, & potus per membra fundantur. Sed istiusmodi homines dum volunt alterius imperitiam reprehendere; ostendunt suam. Quamuis enim tenuis humor, & liquens esca, tamen cùm in venis, & artubus concocta fuerit, & digesta per occultos meatus corporis, quos Græci πόρους vocant, ad inferiora dilabitur, & in secessum vadit.* Hæc ille. Cnius dictum sobriè est intelligendum. Cibus namque transmissus in stomachum quasdam habet partes fæculentas, & nutritioni ineptas, quæ in ventrem primò seceduot, & posteà per secessum emittuntur: cæteræ verò, quæ subtiliores sunt, traiectæ ad hepar, digeruotur: & quædam pars eorum trãsmittitur ad viam generatiuam pro semioaria materia, & sanguine menstruo, cæteræ verò fæculenriores partes emittuntur per vrinam. Ad hæc in venis, & artubus tertiò digeritur, & transit in membra, atque huius digestioois superflua emittnotur per poros, hoc est, per sudores, vel per aliã euaporatio-

Qui verũ sit: Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in secessum emittitur.

Natura nihil agit frustra.

Quæ sint immũda naturæ.

Porphyrij, & Iuliani Apostatæ in Christum conuitia.

B. Hieron. in Matth.

Eorundẽ conuitiantium imperitia.

Hieronymi dictũ de cibis in stomachũ transmissis caute intelligendum.

porationem, non tamen labitur per ſecretos meatus in ſeceſſum, vt cortex literæ Hieronymi videtur aſſerere.

Lyrani in Matthæum ſenſus reijcitur.

Lyranus exponens verbum Domini: *Omne quod in os intrat, in ventrem vadit*, & reliqua, ait: *Hoc eſt, aliquid de omni. Nihil eſt enim tam purum, in quo natura non aliquid ſeparet feculentum, quod expellat*. Sic ille ferè. Hic ſenſus non videtur cõſiſtere: quia etſi de quolibet cibo natura expellat id quod eſt ſibi inconueniens, nunquam tamen totum emittit. Deinde ſi poneretur aliquid remanere ſecundùm Iudæos, illud in membra conuerteretur, & aliquid intraret in cor, cùm conuerſio fiat intus ſuſcipiendo; cùm tamen Chriſtus aſſerat cibum non intrare in cor. Nec rurſus dici poteſt, totum expelli, eo quòd illud quod remanet in altera ſpecie, & non in propria remanet, quia etiã quod emittitur, in materia cum eo, quod ſumpſit conuenit, ſpecie tamen differt; & ita nihil ciborum expelleretur, contra Domini verbum. Propterea dicẽdum eſt, Dominum hic non ex veris ſimpliciter procedere, ſed ex his quæ vera videntur reſpondenti. Hebetes ſiquidem, ac tardi Iudæi, putabant eſcam ſuſceptam in ſubſtantiam corporis non conuerti, ſed factis quibuſdã in corpore tranſmutationibus, totã emitti, atq; expelli. Ideò dixit: *Omne extrinſecus introiens in hominem, non poteſt eum communicare: quia non intrat in cor eius, ſed in ventrem vadit, & in ſeceſſum exit, purgans omnes eſcas; nimirum euacuans omnes eſcas ſumptas, ac proinde nequeũt hominem coinquinare*. Si tamen Iudæi rectè de natura animæ ſentirent; ſatis fuiſſet Domino dicere, inter corporale, & ſpirituale non eſſe contactum, quare nec infectionem.

Nutritio quomodo fiat.

Verus ſenſus huius loci traditur.

Mar. 7.

Si quę intrant in os, non coinquinant hominem, quo Eccleſiaſticus ciborum delectus pertinet?

Tertium dubium exiſtit: Quomodo hæc quę Dominus dixit, in delectum ciborum non militant? nam hoc eſt cauillum hęreticorum, quod edere cibos in die ieiunij prohibitos, non coinquinat hominem, vel etiam pluries comedere, vt ita violent abſtinentiam pręceptam, & mandatum ab Eccleſia delectum ciborum. Reſponſio ſit hæc, quadruplicem inueniri ciborum delectum. Alterum quidem à Moyſe lege præſcriptum: vnde qui immundis in lege veſcebantur, vel illa tangebant, inquinabantur: quo de delectu agitur in Leuitico. Sed hic delectus ſublatus eſt à Chriſto cũ tota lege Moyſi: vnde vel poſt aſcẽſionem Petrus Apoſtolorum Princeps, cùm dictũ eſſet illi: *Occide, & manduca*, ſcilicet animalia propoſita, quæ immunda erant iuxta legem: *Abſit Domine*, inquit, *quia nunquam manducaui omne commune, & immundum*. Alter delectus ciborũ erat, quòd cibus ſumptus illotis, ac ſordidis manibus animam contaminaret: qui reprehenſus eſt hoc ſermone à Chriſto, vt ſuperſtitioſus, & vanus. Et ideò malè allegant hæretici hũc locum contra delectum Eccleſiæ, quæ nihil tale, vt illi Phariſæi, ſentit, vel docet. Tertius delectus, eſt Manichæorum, qui omnes cibos corporeos per ſe malos iudicabant: contra quem tota Scriptura reclamat, ac pugnat. Ait enim Moyſes: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*. & Paulus: *Omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur*. Rurſus: *Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus, nihil eſt mundum, ſed inquinata ſunt eorum, & mens & conſcientia*. Quartus eſt delectus ciborum, à Chriſto, & Paulo inſtitutus, & iure naturæ ſtabilitus, vt ꝑpter fratris ſcandalum vitandũ, à certis cibis abſtineamus; vel vt carnem maceremus, & Deo pro peccatis ſatisfaciamus, à quibuſdam delicatis, & ſucculentis eſcis nos contineamus, quando ratio dictaret illũ eſſe neceſſarium. Atque in hunc delectum non cadit vlla diſpenſatio: atque ſub hoc vltimo delectu, iure naturali, & Euangelico præſcripto continetur, tanquam ſpecies ſub genere, delectus ab Eccleſia præſcriptus carnium, ouorum, & lacticiniorum certis quibuſdã diebus, quibus potiſſimùm ad ieiunij legẽ adſtringimur. Et hic non loquimur de eo delectu ciborum, quem quiuis pro ſua volũtate & deuotione ſeruare ſolitus eſt: nec loquimur de illo, quem medici ſtudio ſanitatis comparandæ, aut conſeruandæ indicunt, vel de eo, quem paupertas quibuſdã indicit; ſed de illo, quem Eccleſia cunctis fidelibus præſcribit ſeruandum. Quæ non docet cibos natura ſua eſſe immundos, vt Manichæus, neque ſordidis manibus ſumptos inquinare animam, vt Phariſęi; neque quod lege Moyſi certi cibi, ratione ſignificationis ſint prohibiti; neq; quod cibi animam contaminent, quemadmodum Pythagoras ab eſu carnium, & etiam fabarum abhorrebat, & abſtinendum eſſe tradebat. Nulla talis eſt ratio Eccleſiæ in prohibẽda certa ſpecie ciborum; ſed eius animus eò tendit hac lege, vt carnem, omnium peccatorum fontem & fomitem, maceremus, caſtigemuſque, vt docet B. Auguſtin. contra Fauſtum Manichæum, vt Deum ingluuie noſtra & gula offenſum placemus, illique ſatisfaciamus, vt ita meritum obediẽtiæ comparemus: quemadmodum ob eam cauſſam tantùm interdixit certæ arboris eſum primis noſtris parentibus Deus in paradiſo. Poſtremò, vt ita omnes fideles in v-

Ciborum delectus quadruplex.

Leuit. 11. & ſeq.

Act. 10.

Secundus delectus.

Tertius delectus.

Gen. 1.

1. Tim. 4.

Tit. 1.

Quartus delectus.

Rom. 14.

De cibis variæ opiniones Philoſophorũ

Delectus ciborum Eccleſiaſtici cauſæ.

Aug. lib. 30. con. Fauſtum c. 5. tom. 6.

[illegible]

tum Dei populum vniantur,& delectum, atque ieiunia obseruantes mutuo sibi sint exemplo,& ædificationi.

Quod ergo hæretici argumentantur, cibos qui intrant per os in hominē, animam non contaminare; verum est ad sensum Christi, escas sua natura neque malas esse, neque sordidis manibus aut immundis vasis sumptas animam sordidare: peccant tamen grauissimè per id quod exit de ore eorum, id est, per eam superbiam, & cōtumaciam, qua Ecclesiam Dei spernunt: quemadmodum fructus ligni scientiæ boni & mali contra Dei obedientiam sumptus vitiosus atque impurus redditus est. Itaque si quis in contemptum Ecclesię, quolibet tēpore vescatur quibuslibet cibis, certè coinquinatur, non à cibis, sed ab inobediente corde sumente. Imò si nihil externum hominem inquinat, ergo nec cibus hominem sanctificat: nam vt Apostolus dixit: *Esca nos non commendat Deo.* & iterum: *Non est regnum Dei esca, & potus; sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto.* Cùm ergo isti vrgent hunc locum, quasi non liceat vitam æternam ingredi, nisi quis citra vllum delectum vescatur cibis, vehementer falluntur: si enim regnum Dei non est esca, & potus, non habēt hæretici caussam electionem ciborum reijciendi: Catholici verò habent, vt statuant ac definiant ad comprimendam carnem, & ædificationem aliorum, & pacem Ecclesiæ: quandoquidem omni tempore Deus ostendit se de certis cibis non edendis tulisse legem. Nam vel in paradiso legē tulit de fructu certæ arboris non edendo: in statu naturæ ante diluuiū, non manducabantur carnes: post diluuiū carnium vsus fuit, sed prohibitus esus carniū cum sanguine. In lege Mosayca, à multorum animalium carnibus, & piscibus abstinebant: & inter Iudæos qui sanctiores haberētur, à quibusdam alioqui licitis cibis, & potibus se continebant, vt Nazaræi, & Rechabitæ, qui vino abstinebant, vt habes in lib. Num. & apud Ieremiam. In Euangelio Ioannes commendatur de abstinentia omnium ciborū, præter locustas, & mel syluestre, & quod omnis potus inebriantis, id est vini, & siceræ, vsum non haberet: & Apostoli instituerunt in hūc modum: *Vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine & suffocato.* Religiones peculiares nonnullę, tam virorum, quàm mulierum, certam ciborum rationē præscriptam à maioribus, & propria quædam ieiunia sanctè, ac laudabiliter obseruant, vltra ea, quę in vniuersum Ecclesia omnibus fidelibus religiosè custodienda tradidit. Falsa ergo est vox hæretici, dicentis: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem:* quia ex gula & cibo Adæ omnes inquinati sumus: Esau propter lenticulam, primogenituram perdidit: filij Israël in deserto propter esum carniū puniti sunt. Et si quis sanguine, & suffocato vsus fuisset, quo tempore lex illa vigebat, contaminatus fuisset. Non quod isti omnes cibi ex se mali essent, & animam sordidarent, vel quòd sordidis manibus, vt crassissimi Pharisæi putabant, sumpti inquinarent: quod hoc loco maximè agit Dominus, vt ostendunt vltima verba Euangelij, vbi cōcludens ait: *Non lotis autem manibus manducare, hoc non coinquinat hominē;* sed quod ex superbia, & contumacia sumpti cōtra præceptū Dei, & Ecclesiæ assumerētur. Et de quæstione hac sit dictum satis.

Sicut autē Lutherani abutuntur illa Domini sententia: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem,* ad derogandum ciborum delectui, & ieiunijs ab Ecclesia præscriptis, ita Sacramentarij, & præsertim Oecolampadius, illam vsurpant ad probandū non esse corpus Domini in Sacramento altaris: ita syllogizans: *Quod intrat in os, non coinquinat: ergo simili ratione nec sanctificat: ergo inutiliter sub specie panis dicitur ore sumi fidelium corpus Christi.* Sed vt concedamus cibos sumptos non sanctificare, nec coinquinare sumentes: quia tales in cor non vadunt, sed in ventrem: tamen corpus Domini in cor vadit, atque ob id hominem sanctificat, & in secessum non emittitur, vt rectè Roffen. contra Oecolampad respōdet. Et de hoc pane dixit Dominus: *Qui manducat hūc panem, viuet in æternum.* Et, *in me manet, & ego in eo.* Et August. *Cibus sum grandium, cresce, & manducabis me: Nec tu me in te mutabis sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me.*

Postremum dubium est, quòd ait: *Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem.* quomodo enim verum est de ore prodire homicidia, furta, adulteria, & similia? Respondet Caiet. hæc propterea dici ex ore prodire, eo quòd naturali suo progressu hæc medio sermone in opus exeant: prius siquidē naturaliter dicuntur, quàm fiant. Sed hoc friuolum est: nam etsi de adulterio illud dici posset, nō tamen de furto, & homicidio: qui enim furatur, maximè cauet, ne cui dicat: & ita qui occidit. Hæc etiam delicta manu patrantur, nō ore. Possumus ergo dupliciter interpretari id, quod dicitur, procedunt de ore. Primū, vt significet verba quę certum est de corde prodire: nam saliua de ore procedit, & non de corde exit, sed de membris profluit. Et Marcus oris mentionem non fecit, sed pro ore semper ponit hominē, vt sit generalior

senten-

[Margin notes, left column:] Quomodo id quod egreditur de ore, coinquinet hominem. Gen. 3. — 1. Cor. 8. — Rom. 14. — Gen. 2. Infra 9. — Leuit. 11. & seq. — Num. 6. Ierem. 35. Matth. 3. — Luc. 1. — Act. 15.

[Margin notes, right column:] Gen. 3. Infra 25. — Num. 11. & Psal. 77. — Quàm ineptè hinc colligant Sacramētarij Christi corpus non esse in Eucharistia. — Roffen. lib. 5. con. Oecolampad. — Ioan. 6. Ibidem — Aug. lib. 7. confess. ca. 10. tom. 1. — Quam verum sit: Quæ procedūt de ore, de corde exeunt, &c. — Caietani sensus refellitur. — Duplex solutio probabilis adfertur. — Mar. 7.

ſententia: *Quæ de homine,* inquit, *procedũt, illa ſunt, quæ coinquinant hominem. Abintus enim, de corde hominum mala cogitationes procedunt,* & reliqua. ¶ Deinde dici elegãter poteſt, more ſacræ Scripturæ quodcunq; procedit ex corde, & inde innoteſcit, ex ore venire dici poſſe: quia os naturaliter ad aperienda interiora cordis datum eſt. Quomodocunque ergò extra enuntientur, ſiue verbo, ſiue facto, ex ore venire dicũtur: ita vt etiam cogitatio mala, quæ deliberationem habet & aſſenſum, è corde cenſeatur prodijſſe, venisſeque ad os.

Os homini à natura cur datum.

Septem autem enumerat, quæ de corde exeunt. Primò cogitationes malæ: quæ ita exeũt, vt ſint in ipſa anima; & ideò poſſunt eam inquinare. Eſtque mala cogitatio radix, & origo peccati omnis: nam ex cogitatione mala oritur electio praua, & operatio peruerſa homicidij, adulterij, fornicationis, furti, falſi teſtimonij, & blaſphemiæ, ſiue conuitij. Et dicitur largè exire mala cogitatio de corde: nam propriè in cordè manet: oiſi mala cogitatio, pro re facta ex mala cogitatione dicatur. Exit porrò de illo: quia originem ex illo accipit, quod eſt procedere, ſicut dicimus Filium à Patre procedere: non tamen ab eo exit, quaſi ſit ab eo loco ſeparatus, cùm ſit eiuſdem ſubſtantiæ cum Patre.

Cogitationes quatenus à corde exeant.

Quid eſt quod mala cogitatio de corde exire dicatur.

Ioan. 16.

Filius à Patre vt exat.

Cùm verò dicuntur adulteria exire à corde, poteſt dupliciter intelligi. Vel de cogitatione adulteriũ perpetrandi; & ita non differrent cogitationes malæ à reliquis ſequentibus: niſi quòd cogitationes malæ in genere dicuntur, deinde explicãtur in particulari, quæ extra in opus prodeunt. Alio modo, & fortè melius, exire de corde dicuntur adulteria, furta, & homicidia, ac ſimilia externa peccata, non quòd aliquando in corde fuerint, ſed quòd ab eo procedunt tanquam ab origine: nam non fierẽt, niſi corde cogitarentur. Opera ergò mala, quæ tanquam verba cordis teſtantur eius conceptum, ex corde procedunt, quia ſolũ ex nobis prodeũt. Vt enim rectè dixit Propheta: *Perditio tua Iſrael tantummodò in me auxilium tuum.*

Quomodo adulteria, ac ſimilia externa peccata dicantur de corde exire.

Altera ſolutio

Oſe. 13.

His autem ſeptem vitijs adiungit Marcus totidem alia, nempe auaritiã, dolum, impudicitiam (quæ in aſpectu, tactu, & verbo corporis conſiſtit) oculum malum, blaſphemiam, ſuperbiam, ſtultitiam. Oculus malus propriè eſt inuidia, etiam ſi poſſit extẽdi ad oculum adulteri, qui obſeruat caliginem, & ad iracundum, mortem hoſti ſuo deſignantem: ab hac igitur prędicta peccatorum turba, ſtudeamus per Dei gratiam ſanctificare corda noſtra: quia ſi illud purũ fuerit, & mundum; munda erunt nobis omnia. Beati enim mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Ex corde autẽ mundo, mundiria in omnes facultates animæ & corporis membra diffunditur: ſiquidem ex abondantia cordis os loquitur; &, *Bonus homo de bono theſauro profert bona.* Adnitamur igitur iuxta cõſilium Salomonis, omni cuſtodia ſeruare cor noſtrum, quoniã ex ipſo vita procedit: non quidem ſolum illa naturæ, de qua ibi non eſt ſermo, ſed etiam vita ſpiritualis, quam conſequitur vita beata, & æterna, præſtanda nobis à Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui cum Patre, & Spiritu ſancto omnis cultus eſt exhibendus ab omni re creata, rationali præſertim, & Angelica, omni tempore, Amen.

Mar. 23.

Oculus malus propriè quis ſit.

Iob. 24.

Tit. 1.

Math. 5.

Infra 12.

Omni cuſtodia cor noſtrũ cur ſeruare debeamus.

Prou. 4.

TRACTATVS XXX.

De diſceptatione Domini cum Phariſæis, & Sadducæis petentibus ſigna de cœlo. Et habetur Matth. 16. Marc. 8. *Et acceſſerunt ad eum Phariſæi, & Sadducæi tentantes & rogauerunt eum vt ſignum de cælo oſtenderet eis. At ille reſpondens, ait illis, Facto veſpere dicitis, Serenum erit; rubicundum eſt enim cælum. Et mane, Hodie tempeſtas; rutilat enim triſte cælum, &c.*

DVPLICEM continet congreſſum hic tractatus: alterum, Chriſti cum Phariſæis petentibus ſigna de cœlo; alterum, Chriſti cum Apoſtolis non intelligentibus Domini verba de cauendo fermento Phariſæorum, & Sadducæorum: & in vtroque eſt vitæ noſtræ inſtructio, atque inſtitutio, vt videbimus. Ante verba hæc præmittit Matthæus: *Et dimiſſa turba, aſcendit in nauiculam, & venit in fines Magedan.* Marcus verò: *Et ſtatim aſcendens nauem cum diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanutha.* Vbi Dominus ſanauit ægrotos, docuit turbam, pauit fame periclitantes, ſtatim ſe recepit cum diſcipulis ſuis in nauim. Quia diu hærere in loco, vbi aliquid egregij feceris, hominis eſt aliquam gloriam, aut remunerationem expectantis. Nec dubium, ob id Dominum reliquiſſe multitudinem; ne rurſus venirent, & raperent eum in Regem, vti aliàs tentauerant. Hoc eſt enim plebis ingenium, vt pro minimis beneficijs, ſoleat maximas gratias agere. Leue eſt beneficium, alere corpus: maius, ſanare: maximum verò, doctrina ſacra ſanare, & paſcere animum. Pro doctrina,

Duplex Phariſæorum congreſſus cum Chriſto.

Chriſti poſt multa eius in homines beneficia in fines Magedan adductus quid doceat nos.

Ioan. 6.

Plebis ingenium.

& pro sanatis morbis, nemo regnum detulit Iesu; pro cibo detulerũt: id ne modò facerét, subduxit se cum discipulis suis: *Et venit* (inquit) *in fines Dalmanutha*; quæ idem est cũ loco dicto à Mattheo Magedan, siue, vt Græcè dicitur Μαγδάλα: vt alibi ostẽdimus.

Dalmanutha quid.
Luc. 6.

Et accesserunt ad eum Pharisæi, & Sadducæi. Intellige in portu, cùm exiret è naui, vt ait Marcus. Et in omni regione erant Pharisæi cum Sadducæis: quia etsi inter se discordes, & diuisi essent in dogmatibus magni momenti, vtrique tamen contra Christum concordes erant, & maximè Pharisæi, qui se sanctiores esse existimabant: & victis à Christo Sadducæis, ipsi cum eo congredi audebant, vt habes apud Matthæũ. Quando verò illi inter se certabant, quisque suæ sectæ contra aliam fauebat, quéadmodum Paulus Pharisæus contra Sadducæos, vt refertur in Actis. Simili prorsus ratione Lutherani, Anabaptistæ, & Sacramentarij, etsi in multis, & maximi ponderis articulis inter se dissentiant: in bello tamen, Ecclesiæ Catholicæ, & eius capiti, siue Christi Vicario inferendo, maximè conueniunt.

Pharisæi, & Sadducæi in quo vno, ac solo conueniebant.
Matth. 22.
Act. 23
Pharisæos, & Sadducæos hodie qui referant.

Vides hic vitam Christi (quę nihil est aliud quàm nostræ vitæ institutio) perpetuá esse militiam super terram: Christus perpetuò conflictatur cum Pharisæis, audit minas Herodis: & insidias Pharisæorum experitur. Qui ergò Deum diligit, nullã sibi tranquillam sęcuritatem hic polliceatur, sed stet in procinctu militiæ. Dicuntur autem isti tentantes accessisse, nimirum, vt periculum facerent an esset Messias, & an tantum posset præstare, & an ad gloriam propriam signa faceret.

Vita Christi militia perpetua.
Luc. 13.
Supra 11.
Diligenti Deum quid facto opus sit.

Et rogauerunt eum, vt signum de cœlo ostenderet eis. Quemadmodum superius post multiplicationem quinque panum, quidã illam extenuarunt cõponentes cum manna, vt habes apud Ioannem, & petebant signum aliquod è cœlo; ita & nunc isti Pharisæi, & Sadducæi audita fama signorum Christi, & maximè eius quod paulò antè patrauerat, cæleste aliquod signum ab ipso petunt: vt manna Moysen dedisse iactabãt Iudæi. Qui autem quęrit signum, vt tentet, quia credere non vult, etiamsi mille signa videret, non crederet. Petebant igitur, vt in eius dedecus, si non posset, cederet, vel videretur vnus de antiquis Prophetis, vt Helisæus vidit currus igneos in cœlo; vel vt ostenderet se non facere virtute dæmonis signa, vel ad curiositatem alendam. Deniq; non petebant de aduẽtu Messiæ per Astrologiam doceri, vt interpretatur Lyranus, & reprobat Burgensis Episcopus, tanquam essent Astrologiæ studio dediti Iudæi: quia

Cur isti tentantes ad Iesum accesserint.
Ioan. 6.
Matt. 15.
Exod 16.
Signum de cœlo cur à Domino ab illis quæsitum.
4. Reg. 6.
Lyran. Burgen. Episcop.

Christus eis satisfecisset, respondens, effectus naturales, vt serenitaté, pluuias, & siccitates, atq; alia huiusmodi, sciri posse per astra; non autem tempora, id est, euentus humanos, à Dei, vel hominis volũtate pendentes, vt sectas, & earum qualitates. Et Iudæi non petebant signum aliquod naturale aduẽtus Messiæ, sed supernaturale, quod eius declararet aduẽtum. Quanquam sancti nonnunquam signa sanctè petierint, vt Gedeon, & Ezechias volentes credere, sed timẽtes deceptionem dæmonis, vel certiores fieri, vt ardentius gratias agerent. Imò ipse Achaz infidelis damnatur, quòd signũ à Domino petere recusauerit.

Signa qui sancti a Deo postulauerint, vt crederent, continuerintque.
Iud. 6.
Esa. 38.
Supra 7.

At ille respondens, ait illis, Facto vespere, dicitis, Serenum erit, rubicundum est enim cœlum. Marcus ait: *Et ingemiscens spiritu, ait, Quid generatio ista signum quærit? Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum.* Id est, iuro me non daturum signum, nisi Ionæ, vt ait Matthæus. Ideò ingemuit spiritu, quasi eos mortuos deflens. Estque hæc locutio ecliptica, siue defectiua in iuramentis ipsius consueta, non absimilis illi: *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis*, id est, quia non reddidi, non decidam, & alio loco: *Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam*, id est, non introibunt. Et alio in loco: *Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in æternum manebit:* pro eo quod est, nunquam mentiar. Coniunctio enim Si, cùm sequitur affirmatio, exponenda est negatiuè; quando verò additur illi negatio, exponenda est affirmatiuè, iuxta illud Psalmi: *Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam*, id est, omninò humiliter de me sensi.

Qualis ferè sermo iurantium, Dei præsertim.
Psal. 7.
Psal. 94.
Psal 88.
Si, coniunctio quando negat.
Psal. 130.

Verbum Rutilat, semper Græcè est πυῤῥάζει, quod ab igne deriuatur, & videtur valere; ad modum ignis rubicundum est, aut ignis speciem præfert. Quod Dominus ait de signis sereni, siue pluuiosi cœli, hunc sensum habet: Scitis diuinare quale tempus sit futurum pro commodis corporis, cur non multò magis de aduentu Messiæ pro salute, & beneficio animæ vestræ: præsertim cùm tot signa certissima, ac inuicta aduentus eius existant? Nam præter firmissimum Scripturarum testimonium, quod nullo modo potest refutari, cernitis ante oculos tot miracula, quæ apertè euincunt Messiam iam venisse, & illum, quis sit, quasi digito ostendunt, nisi oculos ad signa illum ostendentia, & ad ostensum clauderetis. Vbi ex doctrina Philosophorum perpende, quòd vbi aër in occasu Solis lucidus est, & rubicundus, materiam pluuiæ desiccatam, & inflammatam ostendit, atque ita indicat tempus

Rutilare cœlum quid sit.
Christi de signis sereni, seu pluuiosi aëris, verborum intelligentia.
Sereni cœli, & turbidi causæ naturales.

serenum,& à pluuia remotum: contra verò facto mane,& viso cœlo turbido, quod hic dicitur rutilum ob materiam coodensatam, conijcitur tempestas, id est, veotus cum aqua. Atque hæc naturalia sunt, & rationi ipsi nituntur. Quia cùm noctu rubicundus est aër rubore tendente ad splendorem, ostendit dominium Solis trahentis nubes ad inferius hemisphœrium, nostro iam perpurgato à vaporibus: si verò vapores non possit euincere, condensantur, & in pluuiam tandem resoluuntur, & triste cœlum aëreum redditur. Vnde in Regum libris legimus: *Sicut lux aurora Oriente Sole, mane absq; nubibus rutilat, & sicut pluuijs germinat herba de terra*, & reliqua. Hoc etiam Poëta, tradens signa pluuiæ, & serenitatis, docuit in libro Georgicorum:

2. Reg. 23.

Virg. lib. 1. Georg sub finem.

Pluuiæ Virgiliana symbola

Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem, medioq; refugerit orbe,
Suspecti tibi sint imbres, namq; vrget ab alto
Arboribusq;, satisq;, notus, pecoriq; sinister.

Et de Sole Occidente subiungit:

Hoc etiam emenso cum Sol decedit Olympo,
Profuerit meminisse magis, nam sæpe videmus
Ipsius in vultu varios errare colores.
Cæruleus pluuiam denunciat, igneus Euros,
Sin macula incipient rutilo immiscerier igni,
Omnia tunc pariter vento, nimbisq; videbis
Feruere.

Et infra:

At si, cum referetq; diem, condetq; relatum,
Lucidus orbis erit: frustra terrebere nimbis,
Et claro syluas cernes Aquilone moueri.

Pharisæi ab ignoratum aduentus Messiæ quàm inexcusabiles fuerint

Sic ille. Cùm igitur Pharisæi serenitates, & pluuias temporum dignoscerent: quæ nec notæ eos beatos, nec ignotatæ, infelices reddebant, nec signa erant vsquequaque certa, excusatione vlla digni non erant, si adoentum Messiæ, ex quo omnis eorum salus pendebat, & cuius indubitata, & euidentia argumenta ad illum agnoscendum acceperant, ignorarent. Propterea Dominus acrioti verbo eos reprehendit, dicens: *Hypocritæ, faciem ergo cœli dijudicare nostis, signa autem temporum non potestis?* interrogaotet legendum Hypocritas hos nominauit, vt pondetat Chrysostomus, non solùm tanquam alia dicentes, & alia sentientes, sed etiam tanquam habentes se pro sapientibus, cùm essent insipientes, qui signa temporum Messiæ certiora, & clariora ob malitiam suã videre non poterant. Propterea noo dixit: *Nescitis*, sed, *non potestis scire*, quod peius erat: sed ipsi huius suæ impotentiæ caussa erant. Quasi dicat; Facilè possetis, & meritò deberetis, si velletis, nisi sponte velletis veritatem ignorare. Et Hierony. quidem per signa temporum intelligit primi

Pharisæos Christus cur hypocritas nominauit: Chrys. ho. 54. in Matth.

Quæ signa temporum Pharisæi dijudicare non poterant secundũ Hieronymum.

Christi aduentus miracula, signa scilicet adimpletorum temporum à Patre promissorũ in Scripturis. Theophylact. verò cum suo magistro, per signa temporum accipit vtriusque aduentus Christi signa: nam primi aduentus signa in terra fieri promissa erant, secundi verò in cœlo. Vt sit hic dilucidus, & apertus sensus: Sicut in cœlo aliud cognoscitis esse signum serenitatis, aliud pluuiæ; ita, si desipere vltro nolletis, alia in Scripturis, quasi in quodam cœlo agnosceretis esse signa, alia huius aduentus, & futuri: quia ad illa verba, Signa autem temporum non potestis, scilicet dijudicare, vel discernere, de quibus Propheta: *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum.* Et rogatus Dominus, num ipse esset expectatus ille Messias, respondit Ioanni per suos interroganti: *Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur.* Possumus etiam per signa temporum generalius interpretari omnia Prophetarum indicia, quibus significarunt tempus Messiæ, vt ablationem sceptri de Tribo Iuda, impletionem hebdomadum Danielis, & miracula ipsius Christi iam edita.

Alter sensus Theophylacti scilicet, & Chrysostomi.

Esa. 35.

Matt. 11.

Tertius sensus.

Gen. 49.

Dan. 9. & 12

Beatus Augustinus mysticè hæc signa explicat, dicens: *Quod dixit, Facto vespere dicitis, serenum erit, rubicundum est enim cœlum, id est, sanguine passionis Christi: id est, in primo aduentu indulgentia peccatorum datur: & mane, hodie tempestas, rubet enim cum tristitia cœlum, id est, quod secundo aduentu igne praecedente venturus est. Faciem ergo cœli iudicare nostis, signa autem temporum non potestis? Signa temporum dixit de aduentu suo, vel passione, cui simile est roseum cœlum vespere. Et item de tribulatione ante aduentum suum futura, cui simile est mane roseum cum tristitia cœlum.* Hæc ille.

Quartus sensus Augustini. Aug. lib. 1. Quæst. Euãg. q. 20. tom. 4.

Subdit Dominus: *Generatio mala, & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ.* Non sunt ijdem Pharisæi, & Scribæ, qui hic petunt signum à Domino, atque ij, de quibus supra narrat Matthæus: qui incœpati non ausi essent iterum redire ad eandem cauillationem. Vide autem Domini Sapientiam, idem hic respõsum dedisse, atque illis dedit. Nam vt pulchrè dixit diuinus ille Plato: *Si interrogaueris, quatuor, & tria quem numerum reddant, respondebo, septem. Et si centies idem interroges, eadem erit mihi responsio reddenda.* Vnde Paulus aiebat: *Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium.* Et respondendo se non daturum aliud signum, quàm signum Ionæ, quod erat dare signũ mortis suæ, sepulturæque, ac

Matth. 12.

Plato. Platonis sapientes dictũ.

Phil. 3.

> Cur Scribę, & Pharisæi à Christo anne signum de cœlo petierint, illudque negatum sit eis. *Luc. 23.*

resurrectionis, indicat quod signum quærerent in testimonium Messiæ. Signum ergò non dabitur ei; quia plus satis dederat: & petentibus signa ob curiositatem, non erant danda, vt Herodi apud Lucam: & signa cæli secundo aduentui seruabantur. Et idoneum se Messiam ostenderat, de quo non erant prædicta signa cœli, præiudicassetque factis iam signis, si noua ad eorum mentem edidisset. Vocat generationem adulteram; & idcircò ei non datur signum, nisi quale datum est Niniuitis, qui non erant populus Dei. Hoc idem datur eis signum, qui repudiauerunt sponsum suum Christũ: Hi petunt de cœlo, & datur è profundis in terra. Si boni essent, viderent: sed cùm mali sint, & lumen repellant, nihil videbant. Nullum igitur maius signum erat, quo à prauitate deduci debuerunt, quàm cùm omnia in Christum experti essent, cõsumptis in eum viribus à turpi morte, à sepulchri custodia, ab ipsorum in Ecclesiam eius depopulatione euasisse gloriosum videre, gloriososque esse eos, qui eum secuti sunt, licèt aliquando cõtemptissimi, ac abiectissimi fuerint. Ex responsione autem Christi dura, & gemitu eius, & quia ad tentandum venerunt, patet Pharisæos peccasse petendo signum: nam in signo signum quærebant, & signis editis vtebantur, nec ad fidem propterea proficiebant, quia non vt crederent, quærebant.

> Iudæi quare generatio mala, & adultera nominantur. *Ioan. 2. & seq.*

> Pharisæis, & Scribis, atque adeò Iudæis omnibus quale Christus signum dederit Ionæ Prophetæ.

> Iidem à Christo cur signa de cœlo petendo peccauerunt.

Et relictis illis, abijt. Quia nõ erat spes fructus. Marcus habet: *Dimittens eos abijt.* Vbi rectius vertisset interpres, *relictis illis*, sicut hic in Matthæo fecit: non est enim verbum ἀπολύω, quo vsus est supra in dimittẽda turba, sed καταλιπών, sicut in Matthæo est, ἄγειν, vt ita sit locus annotationi Beati Hilarij in Matthæum scribentis: *Non sicut locis alijs legitur, dimissis turbis abijt: sed quia infidelitatis error insolentium animos obtinebat, non dimisisse eos scribitur, sed reliquisse.* Sic ille. Venit autem tantummodò, vt ostenderetur dispositio Pharisæorum circa magna, & curiositas circa parua, quòd Deus curiosos fideles nõ exaudit. Aliàs si hæc historia non faceret ad rem, procul dubio ab Euangelistis non fuisset enarrata: quemadmodum multa alia loca quæ Dominus pertransijt, ab eis omissa sunt. Itaque dimittens eos, ascendit iterum nauim, & abijt trans fretum, vt narrat Matthæus: deploratos Pharisæos, & inemendabiles relinquens.

> *Marc. 8.* Quid est quod Christus relictis illis abijt.

> *B. Hilar can. 16. in Matth.*

> Deus quos fideles non exaudit.

Et cùm venissent discipuli eius trans fretum, obliti sunt panes accipere. Verbum *Cùm venissent*, Græcè dicitur ἐλθόντες, & positũ est pro ἐρχόμενοι, de præsenti, id est, venientes, quia non est verisimile, vt dicantur obliti panes post transfretationem, quos ex vlteriori ripa secum sumere debuissent. Et quæ narrantur dicta à Domino ad discipulos, non sunt dicta post transfretationem, sed in ipsa nauigatione, vt Marcus ait, qui præmittit: *Et obliti sunt panem sumere, & nisi vnum panem non habebant secum in naui.* Ex hoc loco apparet, quantæ fuerint parsimoniæ Apostoli: nauigaturi enim trans fretum obliti sunt viaticum sumere secum, quod indicium est, quam paruam carnis curam haberent, quibus ipsa reficiendi corporis necessitas, quæ naturaliter cunctis hominibus inesse solet, mente exciderat; cùm tamen prior cura semper sit nobis, vt cibus præueniat esuriem. Et Deo ita disponente accidit, vt vnum tantùm panem haberent, vt correcti, per viam meliores fierent. Solebãt autem semper cum Christo ituri, panes secum asportare pro viatico, vt constat in duplici saturatione turbarum, eo quòd Dominus in desertis locis frequenter hæreret: cùm verò soli ad prædicandum proficiscebantur, nihil portabant, cùm illis esset præceptum, ne portarent sacculum, aut peram, neque æs in zonis. In loco autem vbi saturauerat quatuor millia, nõ sunt panes obliti, quia ibi fragmenta tantùm panis, & non panes habebant. Et ita vel partem fragmentorum sumpserunt, reliquis datis, ac dispẽsatis in turbas, vel omnia fragmenta dederunt, postea verò in via emerunt ante Magedan: quia ibi non videntur emisse, nam statim redierunt, & ita in reditu non habebant nisi vnum panem tantũ. Iuxta spiritum tamẽ vnicum illum Panem habebant, qui de cœlo descendit, nempe Christum Filium Dei, quem qui secum habet, non est quòd timeat vllam, vel corporis, vel animæ famem.

> Græcismus.

> Quanta essent Apostoli parsimonia.

> Cur ferè Christum turba comitantes, panem suum adferunt. *Matth. 14. Infra 15. Supra 10.*

> *Infra 14.*

> Panis qualis erat Christus. *Ioan. 6.*

Qui dixit illis, Intuemini, & cauete à fermento Pharisæorum, & Sadducæorum. Marcus adiungit: *Et à fermento Herodis*; qui tamen subticet de fermento Sadducęorum. Reliquerat Dominus cũ indignatione Pharisæos, cum quibus negotium habuerat, & accepit inde occasionem suos instruendi discipulos, & significauit se illis iustè indignatum, eosque contempsisse dicens: *Attendite à fermento Pharisæorum.* Et primo ait, *Intuemini, & cauete:* quia non apertè, sed metaphoricè nomine fermenti vsurpato locutus est Dominus. Fermentum hoc loco significat doctrinam peruersam, siue hæreticam, vt interpretatur infra ipse Euãgelista. Nam qui alicui articulo Catholico fidem non præstat, nulli præstat, & ob id hæreticus est. Quanquam in parabola, qua regnum cœlorum illi comparatur, ob calorem, signi-

> *Mar. 8.*

> Quorsum id: Intuemini, & cauete à fermento Pharisæorũ, & reliq.

> *Luc. 12.*

> Fermentum hoc loco quid.

> *Matth. 13.*

ficat fidem feruentem, & eleuationem spiritus ad diuina, & spiritualia. Nec hoc loco per fermentum potest intelligi Lex Moysi, vt interpretantur Hieronymus, & Hilarius: ait enim prior: *Qui cauet à fermento Pharisæorum, & Sadducæorum, legis, ac literæ præcepta non seruat, traditiones hominum negligit, vt faciat mandatum Dei.* Sic ille. Sed reuera loquitur Dominus de ferměto Pharisæorum tantùm, & Sadducæorum. Et Christus legem commendabat, cùm dicebat de Pharisæis: *Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis* (nēpè iuxta legem) *seruate, & facite.* Hieronymus verò & Hilarius intelligunt sensum, qui ipsorum, & nostris conuenit temporibus: post abrogatam enim Moysi legem, etiam legis literalis doctrina, & obseruatio, fermentū est cauendum fidelibus. Et ideo Paulus à circumcisione taogam à malo fermento dehortatur ad Galatas, & Lucas, qui hanc eandem refert historiam, dixit: *Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.* Idem ergo est doctrina, & hypocrisis Pharisæorum: eorum siquidem doctrina tum verbo, tum facto ad souendam hypocrisim spectabat. Fermentum igitur accipitur & in bonum, & in malum. Et cùm in malum, potest significare vel peccatum hypocrisis, vel aliud quoduis, iuxta illud: *Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ.* Sumitur etiam pro peccatore, vel hæretico alios corrumpente, vt cū Apostolus ait: *Modicum fermentum totam massam corrumpit,* vel fermentat. Et loquitur de incestuoso Corinthio, & de Doctoribus turbantibus Galatas. Præterea fermentum sumitur pro doctrina hæretica, quæ hominē nouitate feruere facit, & in superbiā, & tumorem erigit, & alios corrumpit; qui se ab illo conspergi, vel fermentari sinunt. Erat ergo fermētum Pharisæorum, cibum sumptum sordidis manibus inquinare animā: sanctitatem, & purificationem consistere in externis lauacris: Præcepta seniorū, præferenda esse diuinis præceptis: Filios satis honorare parentes, si quæ illis egentibus eroganda erant, templo tribuerent: Facto etiam docebant hypocrisin, de qua Dominus apud Lucam dixit: *Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.*

Alter sensus. Hieronymi in Matthæum, & Hilarij loco præcitato.

Matth. 23.

Gal. 5.

Luc. 12.

Fermenti vox in Scripturis, præsertim Euangelicis, bonum, & malum habet intellectum.

1. Corinth. 5.

Ibidem, & Gal. 5.

Fermentum Pharisæorum quod.

Matth. 15.

Luc. 12.

Sadducæorū fermentum quod nam erat.

Fermentum verò Sadducæorum erat; negare resurrectionem, & spiritum: & non recipere libros Prophetarum, sed tantùm Pentateuchum. Fermentum verò Herodis erat, asserere Herodem ipsum esse Messiā; eumque tanquam Christum colere à Prophetis promissum. Nam quia prophetatū erat tunc venturum esse Messiam, quando deficeret, qui ex Iudæis imperaret; defecerat autem in diebus Herodis, qui infantes necauerat: ideò hunc esse suspicabantur promissum Christum, qui venturus expectabatur: vt tradit in Matthæum Euthymius, & Hieronymus dialogo in Luciferianos, & Tertullianus lib. de præscriptio. hæret. & nonnulli alij ex Patribus. Etsi dicere possimus, quòd vt doctrina bona, spe cœlestium bonorum ad se vt fermentum trahit; ita mala, & peruersa doctrina, esca præsentium, temporaliumque bonorum ad se attrahebat, vt ea Pharisæorum de solis externis, ob gloriam hominum; ea Sadducæorum de hac tantùm vita, ob eius amorem; ea Herodis vulpis de ficta religione, ob regnum. Beda teste, fermētum Pharisæorum, est, decreta legis Diuinæ traditionibus hominum postponere; vel certè legem verbis prædicare, factis impugnare. Fermentum eorum est Dominum tentare, nec doctrinæ eius, aut operibus credere, sed insultando alia quibus credere debeant, petere. Fermentum Herodis, est adulterium, homicidium, temeritas iurandi, simulatio religionis, &, quod omnium caput est, & origo scelerum, odium, ac persecutio in Christum, & Præcursorem eius, præconemque primum regni cœlestis. Sic ille. Alij verò fermentum Pharisæorum dicunt esse, bona opera hypocrisi adulterare. Fermentum autem Herodis, vitam planè impiam, nullo pietatis prætextu palliare.

Matth. 22. & Act. 23.

Herodis verò fermentum quod.

Genes. 49.

Matth. 2.

Euthym. in Matth. ca. 12

Hieronym. tom. 2.

Tertull.

Alter sensus.

Luc. 13.

Decretum Pharisæorum quid Bedæ.

Beda lib. 2 in Marcum, ca. 33. tom. 5.

Matth 14.

Quid verò Herodis fermentum eidē

Alij rursus de fermento Pharisæorum, & Herodis quid sentiant.

At illi cogitabant inter se dicentes, quia panes non accepimus. Sciens autem Iesus, dixit, Quid cogitatis inter vos, modicæ fidei, quia panes non habetis? Cogitabant inter se, vel vt Marcus habet, πρὸς ἀλλήλους, id est, ad alterutrum, siue inuicem, dicentes, quia (pro Quod) panes non accepimus. Illud enim ὅτι, ex phrasi Græca superfluit, & poni semper solet, quoties alicuius verba recensentur. Apostoli tardiores quàm par esset, existimabant Dominum interdixisse sibi, ne panes à Pharisæis, ac Sadducæis, atque Herode, tanquam ab excommunicatis, acciperent, nec ab eis quicquam mendicarent; cùm tamen Dominus nil tale cogitasset. Sed cùm vellet eos interrogare, & fidem, quam de ipso haberent, exculpere: quemadmodum statim fecit, cùm venit in Cæsaream Philippi; propterea voluit eos monere, ac præmunire; ne diuinæ inspirationi adderent doctrinas humanas Pharisæorum, & Sadducæorum, quibus cognitio vera Messiæ obscurabatur. Dominus autem hanc eorum crassam cogitationem reprehendit, vocans eos modicæ fidei, id est, nullius in hac re: quia vel modica ad omnia sufficit, vt granum si-

Græcismus.

Apostolorum de fermento Iudis, & crassa cogitatio.

Matth. 16.

Eorum fides modica duplicter.

Infra 17.

num si-

num sinapis. Non ergo credebant Christū posse; ideò nec confidebant quod faceret signum, sed putabant velle vti panes curarent. Vel modica fides, quia vnum, & non aliud credunt. Reprehendit autem Dominus hic, & non in secunda saturatione: quia nunc erant soli, & nō in medio turbarum; & minus venia digni post illam binam saturationem: & ne videretur auiditas se ingetens ad signa facienda, & vt esset occasio reprehēdendi infidelitatem eorum, & traducēdi doctrinam Pharisæorum; opus fuit obliuione panum, & disputatione cum eis præcedente. Et ait, *Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum, &c.* Non intelligebant virtutem propriam, & occultam, qua saturauerat tantam hominum multitudinem, nec actu recordabantur, alias nūc confidentiam haberent. Et exegit responsionem cophinorum, & sportarum; vt ipsi qui eas fragmentis collectis repleuerant, salubriter confunderentur, & recordarentur per hęc de piscibus. Et ita non erat caussa diffidendi, quòd non esset panis multiplicandus: nam vnus erat, qui sufficiebat ad multiplicationem, si Helias panem vnū viduæ multiplicauerat. Ait autem Marcus: *Adhuc cæcatum habetis cor vestrum: oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis?* Vocantur obcæcati, quia carebant lumine interno ob suam negligentiam, & non eliciebant quem debebant fructum ex his quæ videbant, & audiebant, quemadmodum Dominus volebat. Vnde congruè à Marco subiungitur cæci curatio ad Bethsaidam, ex qua profectus est in Cæsaream Philippi, vbi exegit interrogationem à discipulis: *Quem me dicunt esse homines?* Nam vt illum cæcum paullatim, & per partes illuminauit; ad eum modum cum Apostolis agebat: qui sensim erant instruendi, quod omnia simul capere non possent. Marcus subdit: *Nec recordamini? Quando quinque panes fregi in quinque millia; & quot cophinos fragmētorum plenos sustulistis? Dicunt ei, Duodecim, Quando & septem panes in quatuor millia, quot sportas, &c.* Ad hanc interrogationem respondendum erat illis: Domine, meminimus quia duodecim cophinos sustulimus. Græci tamen hunc locum melius distinguunt, qui post illud, *nec recordamini*, finem faciunt interrogationis; & deinde ab illo, *Quando quinque panes fregi*, nouam formant interrogationem in vtroque membro, cui rectè subditur responsio, *Duodecim. Quando, &c.* Quare coniunctio, *Et*, quam legimus in Marco, & quot cophinos, ad sensum est superflua, nec est apud Græcos codices, & ex phrasi Hebraica sæpè abundat. Hæc sint pro ratione grammaticæ cōstructionis nobis dicta.

Cur hic reprehenditur Apostoli, & non in secunda saturatione turbarum.

Matth. 15. *Apostolici intellectus, & memoriæ defectus.*

3. Reg. 17.

Apostoli cur erant obcæcati.

Marc. 8.

Quemadmodum eorum Christus rudi tati cōsuleret.

Ioan. 6. *Duplex huius loci interpretatio. Non intelligitis, neq; recordamini, &c.*

Tunc intellexerunt quia non dixerit cauendum à fermento panum, sed à doctrina Pharisæorum, & Sadducæorum. Verebantur boni discipuli obiurgari de negligentia; sed obiurgantur de superuacanea cura, & tandem ista obiurgatiuncula assecuti sunt sensum verborum Domini. Excluso enim pane, & reprehensione præcedente Pharisæorum, tantùm supererat, vt à doctrina illorum cauerent: quam, ob corruptionem, meritò fermentum vocabat.

Apostolorum negligentia à Christo reprehensa sit ... (?)

Tria autem pulchra documenta ex istis elicimus. Alterum, vt nunquam Christo diffidamus, quantumcunque magna inopia, & penuria laboremus. Vult enim Dominus, vt ex præteritis beneficijs, quæ in diuersos extrema fame laborantes contulit, præsentia, & futura nostra æstimemus. *Iacta*, inquit Dauid, *super Dominum curam tuā, & ipse te enutriet*: ac rursus: *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.*

Egregia documenta. *Primum documentum.*

Psalm. 54. *Psalm. 36.*

Alterum documentum sit: vt sicut Christus iubet discipulis cauere à fermento Pharisæorum, Sadducæorum, & Herodis, vt addit Marcus; ita & nobis dictū putemus, cauendum esse ab omni doctrina, quæ Ecclesiasticæ, & Catholicæ doctrinæ aduersetur, quacunque tandem vel eloquentia, vel eruditione sese venditet, siue sit Lutheranorum, siue Sacramentariorum, siue Anabaptistarum, vel Hugonottiorum. Modicum fermenti, totam massam corrumpit, & tam lethalis est cibus ille Hæreticorum, & contagiosus, vt quicunque paullulum degustauerit, sapiet vetus fermentum. Quòd si aliquando contingat respicere ad panes Euangelicos; nihil aliud illi præter fermentū Pharisæorum videbitur, & Manna ipsum verbi Dei cum ingratis Israëlitis nauseabit. Sanum ergo, & optimum est cōsilium, vt quisque contentus sit Euangelicis panibus, & in totum ab Hæreticorum fermento abstineat; neutiquam illorum, tanquam Syrenarum, dulcibus cantionib. aures præbeat, aut libros ab eis editos, & per Ecclesiam prohibitos legat: memores primorum parentum, qui de arbore vetita edentes, seipsos cum tota posteritate in barathrum perditionis præcipitarunt.

Alterum documentum.

Marc. 8.

Hæreticorum doctrina quis lis cibus sit.

Num. 21.

Genes. 3.

Tertium documentum est: vt intelligamus, verba Domini, siue Scripturas sacras, absque magistro, & doctore intelligi non posse. Nam videmus Apostolos hæc verba tam manifesta non intellexisse, nisi post obiurgationem Domini: neque illa verba, *Non quod intrat in os, coinquinat hominem*, capere poterant, nisi rogantibus Apostolis

Tertium documentum.

Quæ Domini dicta minime Apostoli sint assecuti *Matth. 15.*

Dominus

Dominus exposuisset. Verbum etiam de morte, & cruce apud Lucam, capere haud valebant, sed erat verbum hoc abscōditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. Adhęc quod dixit de Ioanne: *Si eum volo manere, donec veniam, quid ad te?* Apostoli, quem sensum efficeret, non perceperunt: vnde & quidam dicebant eum non moriturum. Quid dicam de parabolis, quas seorsim Dominus Apostolis disserebat, quarum intelligentiam plerunque ab eo poscebant? Inconsultum igitur est, & periculosum, simplicibus, & idiotis lectionem Scripturarum permittere: nam etsi bonus sit panis, non tamen infanti edentulo, qui lacte opus habet, & nō solido cibo, ad hūc modum panis Scripturę ad omnes spectat, sed integre omnib. nō est dandus, sed quibusdam fractus, & in particulas concisus, quibusdam autē in lac mutatus, rursus quibusdam iam perfectis potest integer porrigi. Et denique vnicuiq; porrigenda est tritici mensura, vt pro cuiusq; captu optatum fructum edat. Hoc autem officium præstare non est cuiusuis, sed eius, cui ministerium verbi Dei, atque Euangelicum munus est concreditum, vt sunt Episcopi, & Doctores, qui nobis referunt Iesum Christum Dominum nostrum, qui cum Patre, & Spiritu sancto, æternam, & felicitatis, & gloriæ plenam vitam degit in seculis omni fine carituris, Amen.

Luc. 18. *Ioan. 21.* *Matt. 13.* *Mar. 4.* Scripturę non permittendæ quibus. *1. Cor. 3. & Heb. 5.* Sacrarum vero Scripturarū panis quibus, & quatenus impartiendus. Panem Euangelicum ministrare qui debeant.

TRACTAT. XXXI.

In quo altero die post Transfigurationem Dominus respondit interrogationi trium Apostolorum, dicentium, *Quid ergo Scribæ dicunt, quod Heliam oporteat primùm venire?* Matt. 17. Mar. 9.

Huius disceptationis tempus.

QVanquam hæc Apostolorum interrogatio in descensu Domini de monte Thabor facta breuis, ac facilis prima facie videatur: quia tamen grauem continet de aduentu Messiæ quæstionem, & perobscuram de discipuli Heliæ aduentu doctrinam, operæpretium esse iudicaui, si responsum Domini, & singula eius verba diligentius excussero, & si quæ in eis occurrunt difficultates, aut dubitationes, attente dissoluero. Propterea autem in librum Disceptationum hanc historiam reijciendam putaui, quod speciem quādam habeat disputationis. Omnes enim fere disceptationes ab interrogatione proficiscuntur, vsque adeo, vt Athanasius recte dixerit: *Hereticus interrogando ferit.* Et Satanas cum primis parentibus disceptando, ab illis verbis cœpit: *Cur precepit vobis Deus, &c.* Hæc autem Apostolorum interrogatio non animo maligno, aut fraudulento, sed discendi cupido facta est: vnde & erudiri promeruerunt, non autem confundi, aut grauioribus verbis increpari: quemadmodum solebant Iudæi, qui obseruabant Dominum in sermonibus, & interrogando insidias struebant.

Athanasius. Hæreticus interrogando ferit. *Gen. 3.* Quo animo Apostoli de Heliæ aduentu Christum interrogauerint. *Matt. 22.* *Luc. 11.*

In hunc ergo modum Matthæus, qui solus cum Marco hanc conscripsit narrationem, exorditur: *Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes, Quid ergo Scribæ dicunt, quod Heliam oporteat primum venire? At ille respondens, ait eis, Helias quidem venturus est, & restituet omnia. Dico autem vobis, quia Helias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quacunq; voluerunt. Sic & Filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli quia de Ioanne Baptista dixisset eis.* Hæc Matthæus. Quibus pauca quædam adiungit Marcus, vt suo loco annotabimus. In primis igitur non est ignorandum, hic esse sermonem de tribus Apostolis Petro, Iacobo, & Ioanne, quos secum Dominus in montem adduxerat, vt idonei transfigurationis suæ testes esse possent. Cum autem altero die à transfiguratione de monte descenderet, vt refert Marcus, in reditu hoc accidit: nam hi tres cum rudes essent, & imperiti, dubia tamen, & scrupulos, quibus eorum animi tangebantur, tegere, aut dissimulare nesciebant. Vnde cum Dominum haberent solitarium, & ad respondendum expositum, interrogauerunt eum: *Quid ergo Scribæ dicūt, quod Heliam oporteat primum venire?* Cum enim in monte Heliam cum Iesu primùm esse, & postea ab illo recessisse vidissent, merito quærunt, Quid est quod Scribæ docere soliti essent ante Messię aduentum adfuturum prius Heliam tanquam eius pręcursorem? Atq; hoc ex testimonio Malachiæ comprobabant, atque ex eo loco apertè inferebant Scribæ, ex malitia tamen, Iesum Messiam non esse, quem Helias Propheta non præuenisset. Quanquam hoc alibi nō scribatur, probabile tamen est, data opera hoc captatum fuisse à Scribis, vt Christo fidem detraherēt, quasi legitimo Messiæ insigni careret: Iesum tamē verum Messiam, ex tot signis, & tam stupendis, ex voce de cœlo delapsa, ex claritate eius, & gloria in monte detecta rectè agnouerant. Ideo aptè hanc formarunt quæstionem, quasi dicerent, Domine præstitisti quod pollicitus es: vidimus regnum tuum: satis te Filium

Qui discipuli Dominum interrogauerint de Heliæ aduentu ad restituendum omnia, & quando. Eorum discipulorum imperitia. *Malach. 4.* Scribarum illatio maligna, plenaq; mendacij. Iesum verum Messiam esse, certissima testimonia.

Dei esse, oobis declarasti, nec de hoc vllus nobis superest scrupulus: sed interim quid dicemus ad ea, quæ Scribę obijciũt nobis, de adueotu Heliæ, quæ ex Scripturis colligitur? hanc enim vim habet coniooctio illa, *Igitur*, quæ præcedentib. sequeotia coonectit. Præterea acceperãt ab Scribis, quod Helias Messiæ adueotum pręcederet, ab ipso vero Helia & Mose in moote iotellexerunt Iesu Messiæ passionem, & mortem imminere. Viderant etiam Heliam recessisse, & iode coniectabant qood non esset tunc Helias venturus, & propterea interrogant quomodo hæc com veritate, & traditiooe Scribarũ essent conseotaoea. Vtioam hodie quoque simpliciores, ac rudes, & qoorum non est frequens cum sacris literis consuetudo, si quid contra Fidei veritatem ab aduersarijs audireot, ad Doctoras, & peritiores deferrent, & solutiooem ab eis acciperent: nam hodie plerosqoe ex idiotis, & vulgaribus hominibus videas de difficillimis Scriptutæ locis disserere, & promiscue de tota lege, tanquam ex tripode proouotiare.

Rudibus, atque imperitis fidelibus quid faciendum foret, Apostolorum exemplo.

Hærentes igitur in eo Apostoli, qood Scriptura disseotire videretur ab his, quæ iam de Iesu Christo credebant, prudenter ad ipsum Christum cõfugiunt: facile enim proteruus aliquis, & suæ sapientiæ nitens, aut Iesum esse Christum omoioo negasset, aut Scripturas reiecisset, cum tamen reuera id quod Scriptura affirmat, cum nostra Fide non pugnet, sed seosus ille, quem nos de oostro Scripturæ affingimus. Sane ad hunc lapidem Iudæi Christo Euangelizante pluries impegerunt: *Nunquid*, inquiuot, *à Galilæa venit Christus? Nonne Scriptura dicit quia ex semine Dauid, & de Bethleem castello vbi erat Dauid, venit Christus?* & iterum, *Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum: Et quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis?* Iudæos oouellos nihil tam offendit, quam qood Iesom Christum cum Scripturis à se praue intellectis concordare oon nouerunt. Neque vlla io parte hæretici grauiora oobis indicunt bella, & Ecclesiæ dogmata, atque præcepta reijciunt, quam ex eo, quod sacræ Scripturę cum illis pugnare sibi videaotur, cũ reuera Scriptura sibi nequeat aduersari, neq; cum Ecclesia Catholica, ad quam erudiendam, & gubernandam nobis ab Spiritu S. tradita est. Sed proprij, & priuati sensus, qoos Scripturis aduersarij tribuunt, illi sunt, qui aduersantur, & contradicunt, oon autem verus seosus Spiritus sancti, quem ooo est qoandoque cuiusuis apprehendere, sed eius qui exercitatos habet sensus, & eius, cuius peculiariter Do-

In quem lapidem Iudæi sæpius impegerunt.

Ioan. 7. Infra 12.

Iudæos quoq; nouellos quid maxime offendat. Qua in re etiã magis Hæretici nobis negotium facessant.

Verum, ac germanum Scripturæ sensum quis tantum assequatur. Heb. 5.

minus aperuit seosum, vt intelligat Scripturas.

Iam illud perpende quod Matthæus dixit, *Scribæ*: Marcus, adiunxit: *Scribæ, & Pharisæi*, etsi nec in textu Gręco, nec in Syriaco Euangelio sit vox illa, *Pharisæi*, sed tantum, *Scribæ*. Quooiam enim hic de sapientia tantom erat quæstio, quam peculiariter profitebantur Scribę, quasi legis Doctores, & in Scripturis versati: & Herodes ad expedieodam quæstionem de loco natiuitatis Messiæ, nõ congregauit Pharisæos, sed Priocipes Sacerdotuio, & Scribas: ideo purior lectio videtur in Marco, quæ tantum habet Scribas. Si tamẽ addatur, nihil officit: quia vt plurimum Pharisęi cum Scribis coniunctissimi erant, maxime dum io Christum esset agẽdum, vt & religio, & sapientia cum Christo pugnare videretur.

Quid profiterentur Scribæ.

Matt. 2.

Scribæ cum Pharisæis quando conuenirent.

At ille respondens, ait eis, Helias quidem venturus est, & restituet omnia. Dico autem vobis quia Helias iam venit, & non cognouerunt eum. Vide Domini prudentiam: respondere poterat non necessario colligi ex textu Malachiæ, Heliam venturum ante Messiam, aut saltem ante primũ eius adoeotum, nec Scribæ illud certo credebant, quoniam à Ioanne Baptista prius quæsieruut an esset Christus, deinde ao esset Helias. Nec rursus Apostoli arguebant Scribas meodacij, eo q̃ viderẽt Christum ante Heliam: quia Christus ooo tam serio Apostolorũ dubitationem solueret. Nec rursus Scribas redarguebant, q̃ putarent illum diem esse magnum, & terribilem, non tamen præuentum ab Helia. Neque denique dubitabaot, quasi subito ante conuersioDem cordiom pareotum in filios, & filiorum in patentes Helias recessisset, vt Hieron. annotauit: quia & Apostoli ignari erant illorum verborum Malachiæ, nisi quantum ab Scribis prædicantib. acceperant, & meminisse poterant, & quia adhuc certum uoo erat Heliã venisse, sed veoturum esse. Ideo recte Dominus respondit: *Helias quidem venturus est primum, & restituet omnia*, scilicet ante diem magnum, & horribilem iudicij, in quo sensu vera erat Scribarum propositio, etsi io seosu ipsorum applicata ad primum aduentum, esset falsa. Ideo facilius potuisset Dominus distinguere duos aduentus, quam eorum errorem ostendere, oe contra Scripturam aliquid asserere videri possit.

Malach. 4. Christi sapientia, & prudentia.

Ioan. 1.

Luc. 1.

Hieronym. in Matt. tom. 9.

Scribarum de Heliæ aduentu ad restituendum omnia interpretatio vt staret tantummodo.

Quod vero oon satis aperte duos suos adueotus distinxerit: & in primo aduentu se habuisse Ioanoem præcursorem, & in secundo Heliam se habiturum, sed implicitè, & obscure id significauerit: Helias quidẽ, inquit, venturus est primum, & restituet

Quare Christus hoc loco de primo suo aduentu, & de secundo confuse, & indistincte fuerit locutus.

omnia,

omnia. Dico autem vobis quia Helias iam venit, & non cognouerunt eum, consulto à tanto Magistro factum est: eo quod discipuli tanti mysterij adhuc capaces non essent, vsque ad sacram Pentecosten, in qua à Spiritu sancto illustrati agnouerunt Christum iterum venturum in gloria ad iudicandum, præcurrente ipsum Helia, quemadmodum Malachias vaticinatus est. Quare vel in ipso die Ascensionis dicebant: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Imo verba Angelorum dicentium: *Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum*, non satis eo tempore assecuti sunt. Sic tamen respondit hoc loco Dominus, vt scrupulum discipulis adimeret, ne videlicet propter defectum Heliæ possent de aduentu Messiæ dubitare dicendo Heliam venisse, eumque Ioannem Baptistam fuisse.

Act. 1. Malach. 4. Act. 1. Ibidem.

Caluini, & Buceri in hunc Matthæi locũ deliramenta quædam.

Quod vero Caluinus, & Bucerus, atque alij, sic illa verba interpretantur, vt nihil asserat Dominus de futuro Heliæ aduentu, sed confirmans Scribarum sensum, tanquam verum, in hunc videlicet modum definierit. Recte dicunt Scribæ, quod & ex Scripturis colligunt, ante Messiam venturum Heliam, & restituturũ omnia. Sed ego dico vobis, hoc ipsum iam esse cõpletum, quod illi ignorant impletum, sed adhuc vt futurum expectant. Venit namque promissus ille Helias, in spiritu videlicet, & virtute, vt dixit Angelus, sed ab eis non est agnitus, sicut nec Messiam, quẽ præcucurrit, agnouerunt: longe est & à Domini mente, & scopo alienum. Sicut & illud quod addunt, simili astu quo olim Scribas fascinauit diabolus, dicẽdo Iesum non esse Christum, quia sine Helia prodijt, nunc quoque Papistas fascinasse, ne diem indicij expectent, donec Henoch & Helias appareant, & præcedant. Hęc, & similia illi falsò & calumniosè hunc in locum scripserunt. Putant enim, testimonium Malachiæ de solo Ioanne Baptista, qui fuit in spiritu Helias, intelligendum, & non de Helia in persona: & ita fabulam vocant, Heliam, & Henoch adhuc viuere in mortali corpore, sed in ipsa translatione mortuos fuisse. Simili quoque impudentia & blasphemia boni isti viri Antichristum ante vniuersale Christi iudicium venturum de medio sustulerunt, asserentes nullum aliũ Antichristum fore præter Episcopum Romanum in sede Petri sedentem: quod vt est impium & horrendum vel cogitare, ita est falsissimum Satanæ commentum, & apertissimum mendacium ex mera malignitate, & furiosa animi acerbitate excogitatum.

Luc. 1.

Alterum deliriũ eorundem aduersus Catholicos. Apoc. 11.

Gen. 5. 4. Reg. 2.

Tertium contra Pontificem Maximum.

Quod vero illa, quæ de Helia, & Henoch tradunt, falsa sunt, & ab Ecclesiæ fide, & Patrum traditione aliena, hoc loco nobis statuendum est. Et in eos primum vrgeo hoc apertũ Christi verbum: *Helias quidem venturus est primum, & restituet omnia*, siue, vt Marc. habet, *Cum venerit, restituet omnia*: quæ de Helia venturo ante secundum aduentum intelligenda esse docent Patres, Chrysostom. Theophylact. Hieronym. quoque, & Gregor. in Ezechielem, & Augustin. non raro. Sed inter cæteros audi Hilarium in hæc verba: *Solicitis etiam*, inquit, *de temporibus Heliæ requirunt. Quibus respondit Heliam esse venturum, & restituere vniuersa: id est, reliquum quod deprehenderit ex Israel, ad cognitionem Dei reuocaturum. Sed in virtute, ac spiritu Heliæ Ioannem venisse significat, in quo gratia quaque, atque aspera exercuissent, vt Domini aduentum prænuntians, passionem quoque præcurreret, & iniuriæ, & vexationis exemplo.* Sic ille. Deinde propheticum Malachiæ testimoniũ producimus, quod vniuersi Patres vno consensu de Helia potissimum in persona præcurrente secundum Christi aduentum interpretantur: quanquam in sensu quodam extensiuo, vt sic dicam, ad Ioannẽ Baptistam referri queant, nõ ita tamen, vt veritas prioris sensus tolli possit, aut debeat: idque ipsa verba textus plane euincere ostendit Chrysostom. in Matthæum. Primo enim dicitur: *Ecce ego mittam vobis Heliam Thesbyten*: sic enim habẽt Septuaginta Interpretes, ne quisquam existimaret de Ioanne Baptista debere necessario intelligi: qui propter ministerij similitudinem, ipse quoque Helias dicitur. Idcirco vt à Ioanne Heliam secerneret, dixit, *Thesbiten*. Deinde addit Propheta: *Antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis*. At Noui Testamenti tempus non sic solet vocari: dicitur enim, Tempus acceptabile, & salutis, annus Domini acceptus. Dies vero vindictæ, aut nouissimi iudicij, vocari solet à Prophetis horribilis, amarus, & tremendus, maxime vero à Ioele, & Sophonia. Ad hæc his consonant quæ præcedunt, & sequũtur illud testimonium. Præcedit enim: *Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos dies veniens.* Quis hæc dicat de primo aduentu accipienda, de quo dixit Dominus: *Non veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum*? Consequuntur vero illa verba in Malachia: *Ne forte veniam, & percutiam terram anathemate.* At quando venturus est ad percutiẽdam terram anathemate, nisi in die iudicij? Efficax ergo hic est locus ad probandum He-

Quod hic locus de secundo Christi aduentu sit intelligendus.

Chrys. ho. 58. in Matt. to. 2. Theophylact. ibid. Hieron. ibid. Greg. ho. 12. in Ezec. to. 2. Hilar. can. 17 in Matt. II. Ratio. Malach. 4.

Chrysost. ibi. Expenditur hæc lectio Septuaginta: Ecce ego mittam vobis Heliam Thesbitem. Luc. 1.

Qualis primus Christi aduentus, qualis secundus eiusdem. 2. Cor. 6. Ibidem. Luc. 4. Ioel. 2. Sophon. 1.

Ioan. 12.

liam venturum ante secundum Domini aduentum. Tertio idem cōprobatur à Iesu filio Sirach autore Ecclesiastici, qui verba Malachię de vero intellexit Helia: ita enim habet cap. 48. de Helia loquens: *Qui inscriptus es in iudicijs temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob.* De Henoch vero capit. 44. *Henoch placuit Deo, translatus est in paradisum, vt det gentibus pœnitentiam.* Etsi in Græco exemplari non sit verbum, *in paradisum*, & tantum dicatur, in exemplum pœnitentiæ generationibus, hoc est, vt gentes resipiscant, & agant pœnitentiam, videntes Deum curam gerere eorum, qui illi placuerunt. Apostolus etiam ad Hebręos apertius loquitur: *Henoch translatus est ne videret mortem: & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus.* Quo verbo reuincuntur Hæretici negantes Henoch adhuc viuere. Quarto idem comprobatur ex Patrum traditione. Nam Clemens Romanus libro Recognitionum: *Christus,* inquit, *qui ab initio, & semper erat, per singulas quasque generationes pijs, latenter licet, semper tamen aderat, his præcipuè, à quibus expectabatur, quibus frequenter apparuit: sed non erat tempus, vt tunc resolutis corporibus fieret resurrectio, sed hæc magis remuneratio videbatur à Deo, vt qui inueniretur iustus, diutius permaneret in corpore: aut certe sicut de quodam iusto euidenter refertur* (Henoch intelligit) *in literis legis, quod transtulerit illum Deus. Simili exemplo etiam cum cæteris gestum est, qui eius voluntati placuerunt, vt ad paradisum translati seruentur ad regnum.* Hæc ille. Sed quia generaliter loquitur, & Heliæ non meminit, producamus alios Patres. Irenæus libr. aduersus Hæreses: *Quoniam quidem Henoch placens Deo, in quo placuit corpore translatus est, translationem iustorum præmonstrans: & Helias sicut erat in plasmatis substantia, assumptus est, assumptionem Patrum prophetans: & nihil impedit eos corpus in translatione, & assumptione eorum. Per illas enim manus, per quas in initio plasmati sunt, per ipsas & assumptionem, & translationem acceperunt. Vbi ergo primus positus est homo, scilicet in paradiso, quemadmodum Scriptura dicit: Et plantauit Deus paradisum in Edem contra Orientem, & posuit ibi hominem quem plasmauit, & inde proiectus est in hunc mundum non obediens. Quapropter dicunt presbyteri, qui sunt Apostolorum discipuli, eos qui translati sunt, illuc translatos esse: iustis enim hominibus, & spiritum habentibus præparatus est paradisus, in quem Paulus Apostolus asportatus audiuit sermones inenarrabiles, quantum ad nos in præsenti:* (nota, Hæretice, quæ sequuntur) *& ibi manere eos qui translati sunt, vsque ad consummationem conspicantes incorruptelam. Si autem quis impossibile existimet tantis temporibus permanere homines, & Heliam non in carne assumptum, consumptam autem carnem eius in igneo curru: intendat quoniam Ionas quidem in profundum proiectus est, & in ventrem ceti absorptus, saluus iterum exputus est terra, iussu Dei. Ananias etiam, & Azarias, & Mizael: missi in caminum ignis septuplum exardentem, neque nociti sunt aliquid, neque odor ignis inuentus est in eis. Si igitur assuit illis manus Dei, & inopinata, & impossibilia natura hominum in eis perficiens, quid si in his qui translati sunt, effecit aliquid mirabile, deseruiens voluntati Patris?* Tertullianus libro aduersus Iudæos, prope initium: *Henoch iustissimum non circumcisum, nec Sabbatizantem de hoc mundo transtulit, qui necdum mortem gustauit, &c.* Idem libro de Resurrectione carnis, circa finem: *Henoch,* inquit, *& Helias, nondum resurrectione dispuncti, quia nec morte functi, quia tamen de orbe translati, & hoc ipso iam æternitatis candidati.* Idem quoque tradit in libro De anima Iustinus Martyr libro Quæstionum, & responsionum: *Præstita est,* inquit, *Sanctorum istorum resurrectio* (de qua Matth. 27.) *vt demonstratio esset, mortificationem esse mortis omnium nostrum Christi mortem, quam pro salute, & vita mortalium omnium pertulit. Is certe quidem viuificam potentiam suam, mortuis excitandis mirificè exhibuit in præsenti rerum statu, & animis pijs defunctorum apud inferos omnibus liberandis. Quamob causam resuscitati illi denuo mortem non oppetiere, sed in immortalitate manent, sicut Henoch, & Helias, cum quibus in paradiso sunt.* Vbi adhuc, Henoch, & Heliam viuere affirmat, quicquid sit de illis qui cum Christo suscitati sunt: est enim id valde controuersum inter veteres Patres. Idem docet Cyprianus speciatim & nominatim Henoch tradens translatum in locum vbi Deus sit, in tract. De montibus Sion, & Sina, in Iudæos. Idem Hilarius paulo ante allegatus, & Gregorius in lib. Moralium, & super Euangelium Marci postremum. Damascenus libr. de Orthodoxa fide, Hieronymus in Commentarijs super Amos: *Henoch,* inquit, *& Helias rapti cum corporibus in cælum, Dei reguntur arbitrio.* Augustinus libro de peccatorum meritis, & remiss. *Ex quo translati sunt* (Henoch scilicet, & Helias) *ita viuunt, vt similem habeant satietatem illis quadraginta diebus, quibus Helias ex calice aquæ, & ex collyride panis sine cibo vixit, aut si & his sustentaculis opus est, ita fortasse in paradiso pascuntur, sicut Adam priusquam propter peccatum exinde exire meruisset. Habebat enim, quantum existimo, & de lignorum fructibus refectionem contra defectionem, & de ligno vitæ stabilitatem contra vetustatem.* Idem

libro

Margin notes (left): III. Ratio. — Eccl. 48. — Luc. 1. — Gen. 5. — Henoch cur in paradisum translatus, teste Ecclesiast. — Heb. 11. — Gen. 5. — IV. Ratio, à traditione Patrũ desumpta. — Clem. Rom. li. 1. Recognit. longo à med. — Henoch adhuc viuere, ex Patribus ostenditur. — Irenæ. li. 5 initium versus. — Henoch translatio corporis quid doceat nos secundum Irenæum. — Gen. 2. — Infra 3. — Quibus paradisum Deus præparauit. — 2. Cor. 12.

Margin notes (right): 4 Reg. 2. — Ion. 2. & seq. — Dan. 3 & seq. — Tertull. — Idem. — Idem li. de anima c. 28 in fine. — Iustin. Mart. li. qq. & resp. q. 85. tom. 9. — Matt. 27. — Cyprian. — Hilar. can. 17 — Greg. li. 9 Moral. c. 4. & hom. 29 in Euang. — Damasc. li. 4. c. 27. in fin. — Hieron. in ca. 9. Amos sub initio — Aug. lib. 1. De pecca. mer. & remiss. cap. 3. tom. 7.

Idem lib. 2. de pecc. orig. c. 23. tom. eodem.

libro De peccato originali contra Pelagium, & Cœlestium: *Longè*, inquit, *aliter se habent quæstiones istæ, quas esse præter fidem arbitratur* (scilicet Cœlestius, de quo loquitur) *quam sunt illæ, in quibus salua fide qua Christiani sumus, aut ignoratur quid verum sit, & sententia definitiua suspenditur, aut aliter quam est, humana, & infirma suspicione conijcitur. Veluti cum quæritur qualis, vel ibi sit paradisus, vbi constituit Deus hominem, quem formauit ex puluere, cum tamen esse illum paradisum, fides Christiana non dubitet, vel cum quæratur, vbi sit nunc Helias, vel Henoch, an ibi, an alicubi, quos tamen non dubitamus in quibus nati sunt, corporibus viuere.* Hæc ille constituens inter quæstiones, quæ præter fidem sunt, qualis, vel vbi sit paradisus, & vbi nunc sit Helias, & Henoch, an ibi, vel alicubi, cum tamen paradisum esse, & Heliam, & Henoch in suis corporibus viuere, Fides aperte tradat. Aretas Græcus autor in c. 11. Apoc. *Sic habent ex traditione præconum Christi, quod inuariabiliter in Ecclesia recipitur, Henoch venturum cum Helia Thesbite. Venient enim ambo vt protestentur ijs qui tunc erũt, ne fallacibus Antichristi signis fidem adhibeant: & in hoc suo testimonio agent ad tempus trium annorum, & dimidij.* Sic ille tanta constantia tradit. Cum igitur horũ omnium Patrum autoritas, & Ecclesię fides, & ipsius sacri textus non obscura intelligentia illi sensui Hęreticorum aduersetur: colligendum est, priorem intellectum, tanquam Catholicum, præferendum esse.

Aretas Græcus autor.

Dominus igitur asserit vẽturum Heliam adhuc in secundo aduentu, & restituturum omnia: quanquam Helias in spiritu, & virtute, vt Angelus dixit, iam primum aduentum eius præcesserit. Quod vero ait, *& restituet omnia*, breuitatis causa dictum est. Pro quo Malach. habet: *Et conuertet cor patrũ ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.* Vnde pro verbo *conuertet*, in Malachię verbis Septuaginta habẽt idem verbum quod Matthæ' hoc loco, ἀποκαταστήσει, id est, restituet. Dicitur autẽ omnia restituturus, in eũ sensum, quo Christus apud Paulum dicitur recõciliare omnia, pacificans siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt, ob id scilic. quod homines & inter se, & cum Angelis, & cum Deo dissidentes reconciliauerit. Sic n. Helias restituet omnia, quando incredulos Iudęos ad fidem patriarcharum redire faciet, & cum gentib. iam credentibus colliget, & in vnum corpus vniet. Et ad hoc forte alludebant Apostoli, cum dicerent: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Aduerbium vero illud, primum, quod more Græcorum ponitur pro Comparatiuo prius in interrogatione, & responsione,

Luc. 1.

Malach. 4.
Quomodo Helias venturus restituet omnia.

Coloss. 1.

Act. 1.

non est iungendum cum verbo Restituet, sed cum verbo Venerit, vt ipsa discipulorum interrogatio satis indicat. Quod verbum nõ esse futuri, sed præteriti temporis, satis ipsa litera Græca ostendit, quæ habet in Marco: ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον ἀποκαθιστάνει πάντα: id est, Helias vbi primum venerit, restituet omnia. Nam etsi Matthæus vero præsentis temporis vtatur, nempe ἠλίας μὲν ἔρχεται; tamen præsens pro futuro frequens est apud Hebræos. Sicut & quod Marcus de præsenti ait, & restituet omnia, ἀποκαθιστᾷ, eadem ratione pro futuro ponitur. Sed iam reliqua verba prosequamur. ¶ *Dico autem vobis quia Helias iam venit, & non cognouerunt eum.* Quasi dicat, Impijs nihil est satis, nec Helias, nec Ioannes Baptista, neque Christus ipse: semper enim certiora expetunt quam sint ea quæ habent: *Cantauimus*, inquit, *vobis tibijs, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis*: & secundum illud Abrahæ dictum: *Neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent.* Helias ergo iam venit. Non ob transitum animæ Heliæ in corpus Ioannis, vt Hieron. recte reprehendit: quia talis transitus esse non potest, cum sit figmentum Pythagoreorum, & Iudæorum: nam si transiret anima Heliæ in Ioannis corpus, iam variata forma alius esset ab Helia. Helias etiam tum viuebat, sed ob similitudinem vitæ, & ministerij ab Angelo dictus est venire in spiritu, & virtute Heliæ: & Christus dixit: *Si vultis recipere, ipse est Helias, qui venturus est.* Et dicendo, Non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt, nõ tantum illis tribuit ignorantiam, sed & malitiam, quia in ignotum sæuierunt, & omnibus modis ad mortem sunt persecuti. Et postquam dixit: *Sed fecerunt in eo, quæcunque voluerunt*, addit Marcus, *Sicut scriptum est de eo.* Vbi dubium existit, Vbi nam fuerit de Ioannis morte scriptum? nam nullum extat propheticum testimonium de eius morte. Quanquam Euthym. Esaiam prædixisse de Præcursoris morte asserat: caput tamen, vel locum Esaiæ non signauit. Idcirco respondent alij, in libro aliquo, qui temporum iniuria interciderit, de morte Ioannis fuisse scriptum, aut in ijs ipsis quæ Helias passus est, mysticè designata esse, quæ Ioãnes ab Herode, & Herodiade passurus erat. Multa enim prima facie latent in Scripturis, quæ à diligentibus earum perscrutatoribus inueniuntur. Alij vero referũt verbum, Sicut scriptum est, ad id quod paulo ante ipse Marcus Euangelista scripserat de morte Ioannis. Sed cum hæc verba (*sicut scriptum est*) non Euangelistæ, sed Christi sint, non videtur hæc solutio satisfacere:

Id: Quid ergo Scribæ dicant quod Heliam oporteat primum venire, quo modo accipiendum ad literam.

Impijs nihil est satis ad salutem.

Luc. 7.

Infra 16.

Hieron. in Matt. 17. to. 9
Contra Pythagoricos, & Iudæos animorũ transitum constituentes.

Luc. 1.
Matt. 11.
Ioannes Baptista in spiritu, & virtute Heliæ qui venturus erat.

Mar. 9.
Vbi nam fuerit de Ioannis morte scriptum.
Euthym. c. 25. in Marc.
Alia solutio.
Matt. 14.

Tertia solutio minus tamen solida.
Mar. 6.

facere: nec enim, quando Christus hæc verba protulit, aliquid erat ab Euangelistis de morte Ioannis conscriptum. Propterea solidior solutio mihi esse videtur eorum, qui dicunt, verba illa, Sicut scriptum est de eo, legenda esse post parenthesim eorum quæ interiacent, in hunc sensum: Helias quidem iam venit, sicut scriptum est de eo per Esaiam, & Malachiam, quod videlicet esset venturus tanquam vox clamantis in deserto, & tanquam Angelus præcedens, & preparans viam ante faciem suam. Et intermedia illa: Sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt, parenthesi cõclusa, nequaquam referenda sunt ad verbum illud: Sicut scriptum est de eo. Et ita cessabit dubitatio: neque video aliquid esse durum in hac interpretatione.

Quarta solutio solidior.

Esa. 40. Malach. 3.

Sequitur in Matthæo: *Sic & Filius hominis passurus est ab eis.* Id est, Non tantũ Ioannes ignotus illis extitit sua malitia, & propterea eum persecuti sunt, sed etiam Filius hominis, quem præcurrebat, & ipsis Iudęis incognitus erit, & eum post multas persecutiones tandem in crucem agent. Vt hac ratione Ioannes nõ tantum fuerit præcursor Christi venientis ad saluandum, vt Hilarius explicuit, sed etiam ipsius per mortem recedentis, quam ab illis latam patienter sustinebat. Atque hoc significat aduerbium illud: Sic, nonum enim videri non debet, si eadem libidine magistrum, ac dominum deinde recipiant, qua prius discipulum, ac ministrum. Vbi dubium occurrit, quo modo ab eisdẽ Christus passus sit, à quib. & Ioannes? Dicendum est: quod vt in verbis præcedentibus, Helias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quęcunque voluerunt, suppleri debet suppositum aliquod generale, nempe Iudæos impios, & incredulos: ita & relatiuum Ab eis, generale illud suppositum respicit. Vt sit sensus, Impios fecisse in Ioannem, quæ voluerunt, & ab eis quoque Christum passurum. Quanquam & Scribæ, & Pharisæi in necem præcursoris consenserint, & ad eum de medio tollendum operas suas, & consilia adiunxerint. Hęrodes quoq; Christo illusit, atque eum illusum summis Sacerdotibus, & Scribis cõstanter eum accusantibus tradidit, vt ad Pilatum reducerẽt, teste Luca. Iosephus quoque in libris Antiquitatum testatur ob id Ioannem occisum fuisse, quod cum Herodes videret concursum populorum ad eum in Messiam recipiendum, timuit ne aspiraret ad regnum: atque ob id in carcerem coniecit, & tandẽ decollauit. Eadem fuit & in Christum calumnia à principib. Sacerdotum instructa: nam accusarunt eum quod se Regem faceret, ac proinde Cæsari contradiceret.

Dupliciter Christum præcurrit Ioannes

Hilar. can. 17 in Matt.

Quomodo ab eisdem Christus passus sit, à quibus & Ioannes.

Luc. 23.

Ioseph. lib. 18. Antiq. c. 8. Herodes cur Ioannem decollauerit, teste Iosepho.

Luc. 23 & Ioan. 19.

Porro in verbis Marci, qui habet: *Helias cum venerit, primo restituet omnia: & quomodo scriptum est in Filium hominis, vt multa patiatur, & contemnatur*: difficile est, & obscurum tale dictum, & varie à Patribus intellectum. Theophylactus enim putat esse per interrogationem legendum, & argumento quodam ostendi à Domino, quæ de Helię aduentu sunt dicta, non in primo Messiæ, sed in secundo aduentu implenda. Nam si Helias in primo aduentu restitueret omnia, cõsequeretur Messiam à Iudæis nihil esse passurum: quod tamen esset in ipsasmet Scripturas, quæ cõstanter tradunt Messiam à Iudæis in crucem agendum. Vt sit sensus: Si Helias vbi venerit, debet primum omnia restituere ante primum Messiæ aduẽtum, quomodo ergo scriptum est de Messia, oportere eum multa pati? Nam si omnia restituit: non ergo erunt increduli Iudæi, à quibus illa patiatur: Messiæ ergo aduentus alius est ab eo ante quem Helias venturus restituet omnia. Hic autem sensus quibusdam durus, atque coactus videtur.

Horũ verborum: Helias cum venerit, primo restituet omnia, & reliqua, multiplex intelligentia.

Theophyl. in Marc.

Proinde alij assertiuè sine interrogatione legunt, & nullo verbo subintellecto, in hunc modum: Helias quidem venturus restituet omnia: & hoc tam certum, & verum est, quam quod scriptum est de Filio hominis, vt multa patiatur, & contemnatur. Vt ita ex fide venturi Heliæ confirmet passionem, à qua Apostoli erant alieni, & ex fide passionis confirmet aduentũ Heliæ: vtrumque enim periude esse verum comprobatur, cum vtrumque in libris Prophetarum scriptum contineatur. Et ita coniunctio illa, *Et*, abundaret more Hebræo, quemadmodum aliàs pluries abundat. Alij vero, ad tollendã duritiem textus, aliquid esse supplendũ tradunt, hoc modo: Helias quidem veniet, & restituet omnia: & sicut scriptum est, vt Filius hominis multa patiatur, ita ei eueniet, scilic. Heliæ; vt ex passione Heliæ confirmet passionem suam.

Alter sensus, congruentior.

Tertius sensus

℞. *Tunc intellexerunt discipuli quia de Ioanne Baptista dixisset eis.* Erat enim Ioannes Baptista recens ab Herode interfectus, vt q; dicitur in textu, sed fecerunt in eo, quæcunque voluerunt, de Helia intelligi non possit. Nam Achab, & Iezabel quæsierunt eum ad mortem, & non potuerunt eum interficere: nec post Malachiæ prophetiam aliquis alius legitur Messiæ aduentus. Est autẽ fructus verborum Dñi, vt Apostoli aperte intelligerent, Ioannem Bapt. munere præcursionis functum fuisse, & in spiritu, &

Matt. 14.

3 Reg. 19.

Ita Domini verba: Dico autem vobis, quia Helias iam venit, &c. quo tendant.

Luc. 1.

tu, & virtute Heliæ præcurrisse disponeńdo Iudæos ad Messiam agnoscendum, ac fide complectendum. Vbi habes mirabilem Christi sapientiam iuxta auditorum captum æternæ vitæ mysteria dispensanté. Perpende ergo donum Dei esse viros sanctos ex munere quo funguntur, agnoscere: nam missos à Deo, plerunque nostro vitio ignoramus, nec eos ad nos erudiendos, & bono vitæ exemplo informádos à Deo destinatos veneramur, sed & linguis maledicis, & factis contumeliosis eos excipimus. *Matth. 21.* Vt ostendit vineæ parabola, in qua serui à Deo missi ad recipiendos eius fructus malè tractati sunt. Et apertè dixit Dominus: *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in Synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem*: *Infra 29.* & ita irritamus Dominum, iniurij sumus Dei ministris, & nos ipsos aduentu, & fructu seruorum Dei defraudamus. Proinde operam demus, vt ad perfectionem feramur, vt digni simus non tantùm hic secretiora Euangelij arcana audire, sed & mentis auditu magno cum nostro fructu comprehédere, & vitam ipsam cœlestem, atque æternam adipisci, gratia, & meritis Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto debetur omnis honos, potestas, & imperium in seculis sempiternis. Amen.

TRACTATVS XXXII.

De Disceptatione Domini cum fratribus suis, exhortantibus ipsum vt ascenderet ad diem festum, de qua ait Ioan. cap. 7. *Post hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam: non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere Erat autem in proximo dies festus Iudæorum Scenopegia. Dixerũt autem ad eum fratres eius, Transi hinc, & vade in Iudæam*, & reliq.

Historicus ordo temporis exponitur. ANTE omnia hic aliquid certi constituẽdum est de historico ordine temporis. Primò ergo statuendum, migrationem Christi è Galilæa, cuius meminerunt *Matth. 19. Mar. 10.* Matthæus, & Marcus his verbis: *Et factum est, cùm consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem Et secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi*; eandem esse cum ea, quam Ioannes *Migrationis Christi à Galilæa causæ quã diuersæ.* scribit in principio huius capitis factã prope festum Scenopegiæ. Hoc autem ex eo probatur verum, quod post vtramque migrationem è Galilæa, Christus vltra non redierit in Galilæam. Et cùm neutra alterã potuerit præcedere, eadem sit necesse est, quamuis diuersas indicent huius migrationis caussas; Ioannes quidem, festiuitatis *Ioan. 4.* caussam, illi verò, mortis in Iudæa subeundæ gratia significant Dominum è Galilæa ascendisse: *Ibidem.* cùm tamen Ioannes accuratè descripserit bis, aut tertio reditum eius è Iudæa in Galilæam, hic verò ne meminit quidem.

Nemo verò fallatur, quod Matthæus & Marcus asserunt venisse in fines Iudææ trãs Iordanem, cùm Ioannes dicat illum ascendisse in Ierusalem. *Christus qui venit in fines Iudææ trans Iordanem, si recte Ioanne, ascendit in Ierusalem.* Quia illi duo Euangelistæ non intelliguot, illum Domini aduentum vltra Iordanem statim secutum illam Domini è Galilæa migrationem: sed intelligenda sunt in medio ea, quæ Ioannes à cap. 7. vsq; ad finem 10. scribit Dominum fecisse, dixisseque in Iudæa, & Ierusalem in duabus solennitatibus Scenopegiæ, & Encæniorum, quæ à reliquis Euangelistis sunt prætermissæ, quòd illorum esset mens & institutum Christi res, quas fecit in Galilæa describere: nullius autem ascensus in *Matth. 21.* Ierusalem, aut Iudæam fecêre mentionem, *Marc. 11.* nisi eius tantùm qui mortem eius proximè præcessit, quando ingressus est insidens a- *Luc. 19.* sino in die Palmarum: prætetito omninò illo Domini in Ierusalem ascensu, quo ad festa celebrãda ascendebat, cuius frequen- *Ioan. 12.* ter meminit Ioannes.

Deinde statuendum est eandem hanc *Eiusmodi profectio è Galilæa in Iudæl, à qua fit minimè distincta.* esse Domini profectionem è Galilæa, cum ea, cuius meminit Lucas, dicens: *Factum est autem, cùm complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit, vt iret in Ierusalem.* *Luc. 9.* Id est: Quò, postquam instituisset salutarẽ passionem pro nobis, oportebat eum assumi in cœlum, & Patri considere. Ideò hæc profectio à Luca descripta, non debet putari facta post ea, quæ Ioannes scribit vsque ad finem c. 10. cùm iam post Encœnia celebrata, declinans Iudæorum furorem, Dominus venisset trans Iordanem in fines Iudææ, vt alij habent Euangelistæ, vt quidam decepti existimarunt. *Error Osiādri in harmonia Euangelica.* Quod falsum esse, primùm ex eo patet, quòd cum ante hæc verba Lucas simul cum alijs duobus Euangelistis, Matthæo, & Marco gesta, & dicta à Domino in Galilæa descripserit, & inter ea cõmemorauit, ipsum semel, & iterũ prædixisse excessum, siue exitũ, quem completurus erat in Ierusalẽ, ac deinde subiungat, sicut & alij duo, Domini profectionẽ: satis *Luc. 9.* indicat eam de qua loquitur profectioẽ, factam è Galilæa. Secundò idem apertiùs euincitur ex eo, quòd in Ierusalem iturus,

per Samaritanorum regionem transire debuerit: hæc enim regio inter Ierusalem, & Galilæam media est. Quòd Ioannes satis indicauit, cùm Dominum dixit necesse esse è Iudæa transire in Galilæam per mediã Samariam. Vt autem ex finibus Iudææ, qui sunt vltra Iordanem, quis ascendat in Ierusalem, non est necesse vt transeat Samariã: in quam non est verisimile Dominum relicta via recta voluisse declinare, cùm suis prohibuerit ingredi ciuitates Samaritanorum. Tertiò, si ea profectio, cuius meminit Lucas, contigit post Festum Encæniorum, cùm tempus assumptionis Christi vno ferè aut paullò plus mense præcesserit Domini passionem: quomodo verisimile esse poterit tam breui temporis spatio omnia ea cõtigisse, quę Lucas narrat facta, & dicta à Domino, à fine capit. 9. vsque ad calcem capitis 18. vbi describitur Christi in Ierusalem ascensus ille, post quem statim est crucifixus. Maximè cùm inter Domini illa gesta cap. 9. Lucas enarret post hoc assumptionis tempus ordinatos fuisse à Domino 70. discipulos, eosq; missos ad prædicandum in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus, eosque reuersos ad Dominum: post quod tam varia Domini gesta, & dicta multis capitibus Lucas prosequitur, quę omnia tam breui temporis spatio contigisse, non potest esse probabile. Ex quibus satis constare potest, hãc Domini profectionẽ, quam Lucas dicit eum instituisse in Ierusalem completo tempore assumptionis eius, eandem esse cum illa, quam in Galilæa factam apertè testantur alij duo Euangelistę. Secundùm quem intellectum, tempus sex mensium excurrit, aut circiter, quo intelligi poterit facta missio, & reuersio septuaginta discipulorum, & alia multa, quæ postea Lucas recenset. Quanquam non omnia, quæ post hanc Domini è Galilæa profectionem, & missionem septuaginta discipulorum, Lucas memorat, necesse sit intelligere contigisse post hæc, cùm certum sit, quædam, & probabile sit, pleraque alia esse à Luca per recapitulationem commemorata, & dicta, vel facta à Domino, cùm adhuc ageret in Galilæa.

Ioan. 4.

Matth. 10.

Luc. 10.

Duo enim sunt in Luca consideranda, ne lectorem eius narratio perturbet, à fine cap. 9. vsq; ad finem cap. 18. quòd cùm circa finem cap. 9. dicat, Dominũ completo tempore assumptionis suę, firmasse faciẽ suam, vt iret in Ierusalem, & capitibus sequentibus frequenter profectionis Domini in Ierusalem faciat mentionẽ, vt circa finẽ cap. 10. & iuxta medium cap. 13. & sub mediam cap. 17. partem, & sub calcem 18. nõ scribit tamen eum venisse in Ierusalem vsq; in finem cap. 19. Ne enim hęc narratio aliquem perturbet, aduertendum, illa loca, quibus Dominus dicitur à Luca iuisse in Ierusalẽ: non accipienda de vna & eadem profectione, quæ tum completa fuerit, cùm id est factum, quod scribitur cap. 19. Post migrationem namq; Domini à Galilæa constat ex Ioanne, Dominum bis aut ter venisse in Ierusalem, aut in Iudæam; & tamen illius solius aduentus in Ierusalem Lucas mẽtionem facit, quo insidens asino vrbem intrauit: quòd cum Matthæo, & Marco alia à Domino dicta, vel facta in Ierusalem commemorare noluerit, præter ea tantùm, quæ circa passionem illi contigerunt.

In Lucæ narratione à fine 9. cap. ad finẽ vsque 18. duo animaduertẽda sunt.

Ioan. 5.
Ioan. 8.
Ioan. 9.
Ioan 10.
Luc. 19.

Secundò considerandum est in Luca, quòd postquam cępit narrare, Dominum, relicta Galilæa, instituisse iter in Ierusalem, & tamen multa illius menti occurrerent dicta, & facta in Galilæa, quæ in sua narratione prætermiserat: iudicauit illa ante passionis descriptionem, per recapitulationis figuram inserere; ideò tam multa connumerat sine alicuius ordinis, & cohærentiæ significatione, quæ prius in Matthæo, & Marco sunt addita. Etsi probabile sit, quædam à Matthæo, & Marco per præoccupationem narrata esse: quædam etiam à Domino bis dicta fuisse, & eo loco, ac tempore, quo Matthæus, & Marcus illud referunt: & rursus eo tempore, vel loco, quo Lucas ea ponit, quæ si diligenter expẽdantur, & memoriæ commendentur, non possunt non magnam lucẽ adferre cognitioni temporum, & historiarum, quæ narrantur ab Euangelistis: & hactenus de his, quæ ad tempus, & historiæ ordinem spectant, dictum sit.

Altera annotatio.

Tantùm illud addendum, verbum illud primum, *Posthæc*, non esse referendum ad proxima verba Ioannis c. 6. quia illa dicta sunt prope Pascha Iudæorum, quando altero die postquam multiplicato pane pauit turbam, disputauit tunc cum Capharnaitis. Hæc autẽ quæ cap. 7. narrantur, prope festum tabernaculorum, quod ferè sex mẽsibus distat à festo Paschæ, contigerunt. Nam Pascha celebratur in primo mense, illud autem in septimo mense. Quicquid ergo inter hæc duo festa dixit, vel fecit Dominus, tacuit Ioannes: quia vel scripsit tantùm Paralipomena, id est, omissa ab alijs, vel quia ea tãtùm curauit describere, quæ maximè diuinitatem probãt, vt in fine ait: *Hæc scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est filius Dei*, & reliqua.

Id: Posthæc autem ambulabat Iesus, &c. quo tendat.

Quæ tantum scripserit Ioannes.

Ioan. 20.

Iam ad verba textus redeamus. *Ambulabat Iesus in Galilæam.* Verbum Ambulabat, Grę-

Christi in Galilæam qualis ambulatio.

cè di-

cè dicitur περιεπάτει, pro ἀνεστρέφετο, id est, versabatur, siue cõuersabatur: vt intelligas eum otio deditum non fuisse; sed salutem hominum semper, quod ad se attinet, promouisse. Ita de extorribus & apris montes incolentibus, & illos frequentantibus dicere soliti sumus, Ambulant in illis montibus apri, vel vi si, id est, cõuersantur, & pascũtur: ad eum prope modum, cùm liberum & tutum non esset Domino Iesu ambulare in Iudæa, quod nosset sibi insidias strui, ambulabat in Galilæa. Et hoc est quod subdit: *Non enim volebat in Iudæã ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere.* Iudæam vocat tribum Iuda. Chrysostomus & Euthymius legunt: *Non poterat*, & ita videntur legisse ἠδύνατο. Eodem modo legit Augustinus, nõ poterat, id est, non haebat facultatem tutò, & liberè conuersandi in Iudæa: quemadmodum apud Marcum dicitur, quòd non poterat vllam virtutem facere. Est enim quædam species impossibilis, sine ἀδυναμία, quam Gregorius Nazianzeous vocat ἀβούλητον. Idem est sensus, si legamus: *Non enim volebat*, ob eandem videlicet caussam, quia non erat tutum: nam quæ noo possumus, dicimut interdum nõ velle, vt si quispiam alteri de re prorsus impossibili dicat, Quomodo tu hoc vis? & rogati vt remittamus offendenti iniuriam, respondemus, Non possum facere: quod perinde est ac dicere, Nolo. Quemadmodum inferiùs dixit: *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias*, & quę sequuntur. Ferunt etiam, naturam esse illius verbi Greci ἐθέλω, si iungatur cum infinitiuo, vt significet posse; & ita vtrumque verti potest, non poterat, vel non volebat ambulare. Est autem purior lectio, in Iudæa, vt Græca indicant, & Syriaca. Non enim significare voluit Ioannes Dominum post hæc iuisse in Galilæã, cùm dicta superius in Galilæa cõtigerint & ambulare, hic accipitur, vt diximus, pro versari, siue conuersari.

Sed quorsum dicitur noluisse in Iudæa ambulare, sed in Galilæa, quasi verò prius in ea non fuerit? Dicendum est, Ioannem sub initium sexti capitis indicasse Pascha Iudæorum in proximo esse, ad quod verisimile est Christum iuxta legis pręscriptum fuisse profectum: sed mox relicta Iudæa ob id quod Iudęi necem eius designarent, in Galilæam reuersus est. Aut potius intellige illud: Ambulabat Iesus in Galilæa, in hunc modum, id est, perseuerabat adhuc in ea conuersãdo. Et quod sequitur: Quia quærebant eum Iudæi interficere, non de morte loquitur inflicta in vltimo Paschate, sed de intermiata in secundo Paschate Ioan. 5. occasione Paralytici sanati in Sabbato. Mirè autem erant ingrati Iudæi volẽtes illi mortem infligere: qui venerat illis dare vitam. Nõ autem intelligas, Christum mortem, quam tantopere desiderabat, timuisse, & qui dominus erat vitæ & mortis, & qui mortẽ poterat euadere multis modis. Primo signis ostensis: Deinde factus inuisibilis: Tertiò, timore turbæ iniecto in hostes suos, vt cùm dicitur apud Matthæũ: *Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo:* Quartò, sermone corda mutãdo, vt ministrorũ nolentium eum comprehẽdere, de quibus infra dicitur: *Nemo misit super eum manus:* Quintò, diuinitatis maiestate ostensa, vt fecit eijciendo ementes, & vendentes de templo: Sextò, fugiendo vt homo; atq; hic modus præstantior, & amabilior atq; imitabilior est, quia in eo primò ostẽdit Humanitatem suam, & q non esset homo phantasticus, sed homo verus, & timori obnoxius, non semper vtendo miraculis: recessit itaque vt homo, sed rediturus in tempore suo. Deinde vt doceat charitatem, cedẽdo illis ad tempus, quo pœnitentiam agerent: rediturus vt Medicus, postquam recesserit phrenesis. Adhæc vt humilitatis præbeat exemplũ, vt fortior, ditior, & nobilior discat cedere infirmiori, tenuiori atque ignobiliori, & seruet illud Apostolicum: *Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ.* Itẽ vt confundat volentes tentare Deũ, & in periculis, in quibus esset fugiendum, auxilium Dei expectãtes, cùm ipse dixerit: *Cùm persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam.* Vt qui neglecto ponte vellet flumen pedibus ambulando super illud transire. Prӕtereà, vt significaret, quòd in breui à Iudæis incredulis deberet trãsmigrare ad Gẽtes fideles. Tãdem vt doceat fugere incredulitatem, & malam societatẽ, & maximè eam, quæ quærit occidere Iesum in nobis, id est, salutem extinguere.

Si quæras regulam, quando sit fugiendum, & quando constanter permanendũ, nulla est certior, quàm vt nos ipsos in omnibus, & per omnia Deo cõmittamus: tunc erit, vt ipse nos doceat. Dabit etiam audacibus fugiendi voluntatem, aut timidos id temporis faciet, & fugaces, vt patet in Helia fugiente Iezabelem, cùm tamen ipse non optaret: & Paulus confidens permisit se dimitti per murum in sporta. Timidos etiam atq; pusillos, reddet audaces ad mortem sustinendam, vt Apostolos fecit. Sed hominibus nõ satisfaciemus, calũniabuntur, & mentiri nos, & Spiritum dicent: sed hoc opus est diaboli, & membrorũ ipsius. Hoc ferre patienter, seruos Christi, & decet,

Chrys. ho. 47. in Ioan. Euthym. Aug. tract. 28. in Ioan. tom. 9. Marc. 6.

Gregor. Naz. orat. lib. 4. Theolog.

Christus cur non poterat ire in Iudæã, si erat omnipotens.

Ioan. 12.

Dominum in Iudæa ambulare noluisse, sed in Galilęa, cur dixerit Euangelista.

Quot modis liberum esset Christo si vellet mortem euadere.

Matth. 26.

Ioan. 7.

Supra 2. Matth. 21.

Quare Christus interdum se persequentes fugeret, atque declinaret.

Rom. 12.

Matth. 10.

Quæ maximè sit fugienda societas.

Quando fugiendum in persecutione, quando non sit.

3. Reg. 19.

Act. 9.

Cur modò Iudæi vellent interficere.

decet, & necesse est. Vnde autem vellent Iesum interficere, alibi dictum est: quia secundùm eos soluebat Sabbatum, & æqualem se Deo faciebat. Fortè etiam audierant discipulos scandalizatos, & eum deseruisse; ac proinde sumpserunt occasionem necem designandi.

Ioan. 5.

Scenopegia quid.

Erat autem in proximo dies festus Iudæorum Scenopegia. Vox est composita Græcè σκηνοπηγία, ἀπὸ τοῦ σκηνῶν πηγνύειν, id est, à figendis tabernaculis, siue compingendis: vnde ars scenofactoria, cuius artis in Actis scribitur fuisse Paulus Apostolus. Et dicitur plurali numero illa festiuitas, Scenopegia Latinis: quemadmodum Bacchanalia, & Encœnia dicimus pro istus solennitatibus.

Act. 18.

Scenofactoriã autem Paulus Apostolus professus est, teste Luca.

Et quia Scenophegia signatet vsum tabernaculorum, id esset syncerius pronunciandum, Scenopegia, licèt Latini plerunque adijciant aspirationem. Erat autem hoc festum institutum in memoriam peregrinationis quadraginta annorum per desertú: quæ peregrinatio innumeris Dei beneficijs, & gratijs referta fuit. Et licèt hoc festũ septem diebus constaret; primus tamen, & septimus erant celeberrimi, atque sanctissimi, eadem obseruatione venerandi. De hoc festo legitur apud Esdram, quomodo, & quibus frondibus arborum fuerit celebratum, nempe frõdibus oliuæ, myrti, palmarum, & frondibus ligni pulcherrimi, id est, pinus, secundùm quosdã, de qua Poëta: *Fraxinus in syluis, pulcherrima pinus in hortis*; ob capitis pulchritudinem, vel cedri, secũdùm alios: & frondes ligni nemorosi, seu densi. Plutarchus multa nugatur de Festo simili apud Athenienses à gestandis ramis dicto, ὠσχοφόρια. Et Iudæi vmbrosi, & vmbras amantes, certo quodam tempore anni obseruant hoc festum: Christianus verò semper debet illud celebrare, peregrinum se semper censendo, & hospitem super terram, & ab habitando sub vmbraculo carnis huius, de qua dicitur: *Omnis caro fœnum*: & sub palma crucis, quam optabat Sponsa, cùm diceret: *Sub vmbra illius: quem desideraueram, sedi.* Durat octo diebus hoc Festum vsque ad Resurrectionem: primus, & vltimus sunt celeberrimi, atq; sanctissimi. Primus, cùm regeneramur in Christo, & sumus peregrini incolenses desertum huius mũdi. Postremus, est dies mortis, in quo maximè propinqui reddimur: ideò non est timenda, sed amplectenda, atque desideranda mors.

Scenopegia olim ad quid instituta. Leuit. 23.

2. Esd. 8. Frondes cuius ligni pulcherrimi apud Esdram.

Virg. 7. Ecloga.

Plut. lib. 4. Sympos. siue de conuiualibus. c. 5. & in vita Thesei.

Aliter Iudæi, aliter Christiani festum scenopegiæ celebrant.

Esa. 40.

Cant. 2.

Dixerunt autem ad eum fratres eius, Transi hinc, & vade in Iudæam. Dicendum qui sint isti fratres, & qua de caussa mouerentur ad inuitandum Dominum, vt ascẽderet in Iudæam. Primum igitur hi fratres non sunt filij Mariæ matris Dei, vt existimabat Heluidius: quia articulus Fidei est, virginitatem perpetuò coluisse. Rursus non sunt filij Ioseph ex alia vxore, vt nonnulli ex antiquis dixerunt: quia, vt Hieronymus contra Heluidium disputans contẽdit. Ioseph etiam sectator virginitatis fuit: & nos hoc euictum reliquimus libro quarto. Non erant rursus ex Apostolis, vt putat Cyrillus: quia subdit: *Vt & discipuli tui videant opera tua, quæ tu facis.* Et ita alij erant à filijs Alphæi, Zebedæiq́ne, in quorum personam paulò antè dictum fuit: *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Hi autem, de quibus hic est sermo, in eum non credebãt vt subditur in textu. Fratrum ergo appellatione, vt doctè tradit Hieronymus, omnes cognati, & sanguine coniuncti censentur, more Hebræorũ. Sic enim dixit Abraham ad Loth: *Fratres enim sumus*: & Paulus: *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.* Ad hæc isti fratres non continebantur in numero discipulorum, cùm ipsi se ab illis secernerent, dicendo: *Vt & discipuli tui videant opera quæ tu facis: dicunt igitur, Transi hinc, & vade in Iudæam:* nam fratres humanis affectibus obnoxij fidentes in iure propinquitatis, audacius tentant eum, velut gloriæ auidum, sed subtimidum, animoq; minus fortem, vt si suis præsidijs niteretur, non latitaret inter Galilæos alienigenas, & contemptos. Vade, inquiunt, in Iudæam, florentissimam regni partem, & Iudaicæ gentis caput, & in mediam hominum lucem, vbi sunt doctissimi, & religiosissimi Sacerdotes, & nobilissimi, tùm Iudæi, tum Romani principes: quibus si persuaseris te è cœlo venisse, facilè & nos credemus: si tuam doctrinam susceperint; & nos suscipiemus. Tales sunt etiam hodie multi, qui vt arundines vento agitatæ nihil aliud, quàm quod magnates credunt, siue bonum, siue malum: etiamsi aliud persuadeat conscientia. Respice multos populos Germaniæ pro nutu prædicatoris, aut pro principis gubernantis volũtate, indies nouam Fidem induere. Sed isti super arenam ædificant. Fratres ergo Christi putabant fortè ægrè ferre Iesum, quòd relictus esset à suis discipulis; & solantur eum, quasi dicentes; Tu tibi ipsi dees, & occultè hic operaris, quæ si in publicũ ederes, ad te redirẽt. Et ideò volebant eum eo ire, atq; eum defendere, si quis eum inuaderet. Sed Dominus omni hominum se auxilio priuat, vt tantùm ex Deo pendendum nobis ostendat, & ab eo tantùm venisse appareat. Vnde apud Esdram ait: *Erubui petere Regum auxilium,*

Qui fratres Christo dixerint, Transi hinc, & vade in Iudæam.

1. Sensus Heluidij blasphemus.

Hieron. to. 2. 11 parti prim. Tertius.

Cyril. lib. 4. in Ioan. cap. 50. tom. 6.

Ioan. 6.

Quartus sensus, & simpliciter recipiendus.

Gen. 13.

Fratrum Christi, eius contemptorum scholæ, imitatores hodie qui sint.

Matth. 7. Fratres ipsius de Christo quàm temerè sentiant.

Christi documentum.

1. Esd. 8.

xilium, & equites, qui defenderent nos ab inimico in via: quia dixeramus Regi, Manus Dei nostri est super omnes qui quærunt eum in bonitate.

Fratres Christi Iudæi quos eius discipulos vocabant.

Addit: *Vt & discipuli tui videant opera tua quæ tu facis.* Discipulos vocant, relictos in Iudæa, qui in eum crediderant, non enim omnes sequebantur, vt Lazarus, Gamaliel, Nicodemus. Declarant finem vanum, dicendo: *Vt videant:* non aiunt, vt conuertantur, vel vt credant, quasi videri ab hominibus, & ab eis commendari, sit tota merces. Et in hoc se produnt fratres tentatores Dei incredulos amatores gloriæ humanæ per Iesum, auaros etiam: nam probabile est, eos aliquod emolumentũ sperasse sibi obuenturum ob miracula Christi: sperabant etiam partem famæ, & claritatis, ad se, tanquam ad consanguineos peruenturam.

Iidem quales erant fratres Christi.

¶ *Nemo quippe in occulto quid faciat, & quærit ipse in palam esse.*

Qualis Christus eorundẽ fratrum suorũ arbitrio.

Imponunt Christo vitium ambitionis, dicendo, Et quærit ipse in palam esse, siue vt Grecè dicitur ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι, ad verbum, est cum celebritate: propriè declarat publicam ac ingenuam dicendi libertatem, hic verò accipi videtur passiuè pro eo, qui publicè omnium sermonibus celebretur, & habeatur pro eo, qui liberè, ac ingenuè dicat quod res habet. Interpres dixit: *In palam*, quòd interdum aduerbialiter capiatur: vnde Marcus inquit: *Et palam verbum loquebatur*, vbi Græcè παῤῥησίᾳ, pro φανερῶς, accipitur. Caietanus interpretatur: *Quærit ipse in libertate esse*, scilicet à persecutionibus: ita vt sit sensus: & quærit ipse liber, & tutus esse à persecutoribus. Sed certè Græcis παῤῥησία, non quamuis libertatem, sed audaciam & libertatem in dicendo, & loquendo significat. Quærit ergo esse in libertate, qui vult vt liberè, & palam omnes de eo loquantur. Ideò benè vertit interpres noster, *Palam*, sicut etiam inferius, vbi habetur: *Nemo tamen palam loquebatur de illo.* Deinde imponunt ei stultitiam: quia occultè faciens, volebat manifestari. Tertiò imponunt, omnia in occulto fecisse, vt saturationem turbæ in deserto, & alia multa miracula publicè edita. Sed ambitiosis quantumuis patientia, & manifesta, videntur occulta, quia plures adhuc spectatores desiderant. Euthymius indicat, Dominum aliqua miracula edidisse, quæ tamen Ioannes prætermittit. Sed certè mirificè in omnibus his decipiuntur: nec enim Christus ambitiosus erat, aut nomen suum illustrare, & propagare volebat: quemadmodum vani Poëtæ fecerunt, quorum vnus dixit:

Marc. 8.

Caietani interpret. minus apposita.

[...]nerat esse [...] libertate [...]us.

[Io]an. 4.

[A]mbitiosorũ [...]ud propriũ.

[Eu]thy. c. 9. in [Io]an.

Tentanda via est, qua me quoque possim

[Vi]rg. lib. 3.

Tollere humo, victorq; virûm volitare per ora;

Georg. initio.

Et alter:

Quòd si me Lyricis vatibus inseris;
Sublimi feriam sydera vertice.

Horat. lib. 1. carm. ode 1. in fine.

Et vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum, accedat tertius:

Quaq; patet domitis Romana potentia terris,
Ore legar populi, perq; omnia secula fama,
Si quid habent veri vatum præsagia, viuam.

Ouid. lib. 15. metamorph. in fine.

Si hæc facis, manifesta teipsum mundo: id est, si verũ est te operari hæc signa tam admiranda, quæ nos vix credimus: ideò dubitantiũ sunt verba. Vel si hæc facis ea virtute, qua te facere prædicas, noli illa abscõdere, & sub modio ponere, sed per ea te toti mundo illustrem redde. Isti fratres Domini mira siti gloriæ humanæ flagrabant, & ex se ipsis Christum metiebantur, quem putabant eodem morbo laborare. Rectè dictum est à Salomone: *In via stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.* Suetonius refert de Nerone, persuasissimũ habuisse, neminem hominẽ esse pudicum, aut nulla sui corporis parte purum.

Quid est, Si hæc facis, manifesta te ipsũ mundo.

Eccles. 10.

Sueton. in vita Neronis, cap. 29.

Neronis impudentia.

Et subdit Euangelista: *Neque enim fratres eius credebant in eum.* Quo modò enim crederent, qui gloriam propriam quærebant, & Christum secundùm carnem tantùm cognoscebant? Et licèt videatur hoc in dedecus, & opprobrium Christi cedere: tamen non ita est, si rectè expendamus. Nam inde maior Christi gloria consurgit, qui ne parentes quidẽ, aut consanguineos habuit fauorabiles, sed potius contrarios, vt totus ex Deo venisse agnoscatur. Deinde, vt Chrysost. in Matthæum ponderat, digni prorsus fide sunt Euangelistæ, qui hæc tam cõtempta, & abiecta de propinquis, & fratribus Christi narrant. Adhæc nulli seruis Dei magis molesti sunt, quàm propinqui, & hi magis quàm extranei, apparetq; quàm verè sit dictum, Propheta in sua patria honorem non habet: nec ilicò pius est, qui iuxta carnẽ, & externa ad Christum attinet. Docemurq; fidẽ in Christum, donum esse Dei, quod nulla carnis prærogatiua cõtingit. Nam credẽtes; neq; ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex volũtate viri, sed ex Deo nascũtur: & caro, & sanguis non reuelant Filium Dei, sed Pater, qui in cęlis est. Præterea etiã mirificè hęc narratio nobis deseruit: Non mireris, si cõsanguinei tui, & affines fidem tibi non præstant, nec potes eos ad bonum trahere: sed præsta faciendo sine angustia quod interest. Hinc Paulus periculũ esse dixit in falsis fratribus: & Propheta: *Inimici hominis, domestici eius.* Hortantur ergo consanguinei ad diem festum, id est ad relaxationẽ pęnitẽtiæ, ad ce-

Ioan. 5.

Fratres Christi quarè non credebant in eum.

Chrysost. ho. 51. in Matth. initio, tom. 2.

Seruis Dei molesti omnium qui maxime.

Ioan. 4.

Fides in Christum cur donum Dei sit.

Supra 1.

Matth. 16.

2. Cor. 11.

Mich. 7. & Matth. 10.

Quid est quod fratres [...]ui Christum

lebran-

ad diem festũ hortabantur, & vt iret in Iudæam.

lebrandum festum ante vigiliam, ad cibos, ad delicias, ad splendorem in vestibus, ędificijs, seruis, & supellectili: ita vt crescant in immensum, & supra gradum: quem tales magis trahunt, quam sequuntur. Hortantur secundo: *Vade in Iudæam*, id est, quorsum hic latitas in hoc oppidulo vbi natus es? Contende in aulam Romanam, vel in curiam Cæsaris, vel alterius magni Regis, & Principis. Prode ingenium tuum, sagacitatem, prudẽtiam, & literas quibus præditus es, vt ita nomen celebre tibi comparare valeas, & dignitates Ecclesiasticas, siue seculares venari valeas, ac proinde familiam tuam illustrare, tuosq; ditare. Si doctus es, si prædicator, quære amplissimum auditorium: quære aures delicatas magnatum, & principum, apud quos honores captes, & voceris ab eis Rabbi. Ascende in vrbẽ Romam, quæ mũdus quidam abbreuiatus est, & vt dixit Aristides, τῆς οἰκουμένης ἐπιτομή, id est, orbis totius compendium. Hoc est ingenium mundi, & hoc consilium carnis, vt quisque donis Dei abutatur, & in gloriam & diuitias comparandas illa exerceat: sed certè tales, quemadmodum fratres Domini in Christum se credere non ostendunt. Nec enim illi, si fidem habuissent, dixissent Christo: *Transi hinc*; sed, *Mane nobiscum Domine*: nec arguerent Dominum imprudentiæ, sed confiterentur: *Bene omnia fecit*: nec ipsum docere conarẽtur, sed consilium ab eo quærerent, ac dicerent: *Doce me facere voluntatem tuam*: nec quærerent gloriam humanam, aut alios incitarent vt quęrant, sed dicerent: *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.*

Roma Aristidi quid.
Mundi ingeniũ, & carnis.

Luc. vlt.
Fratrũ Christi in eum infidelitatis argumenta.
Mar. 7.
Psal. 142.
Psal. 113.

Explicatur: Tempus meũ nondũ aduenit.

Tempus meum nõdum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum. Legendum est, de præsenti aduenit: nam Græcè legitur οὔπω πάρεστι, id est, nondum est, vel nondum venit de præsenti: sicut etiam membrum oppositum de præsenti est, tempus autem vestrum semper est paratum. Quantum ad sensum, non obseruabat Christus astra, aut influxus planetarum: cùm hoc sit vanissimum studium, quod reprehẽdit Ieremias, cùm dixit: *A signis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes: quia leges populorum vanæ sunt*: sed expectabat diem, & horam, & momentum à Patre præcognitum, & prædestinatũ mortis suæ, ante quod tempus, neque comprehendi, neq; occidi poterat. Tempus enim morti Christi destinatum, non erat festum Tabernaculorum, sed festum Paschæ, in quo agnus verus pro libertate mundi à potestate dæmonis immolandus erat, vt veritas responderet figuræ. Dices, turpe esse tempori seruire: vnde Lactantius de quodam philosopho peccatis conniuenti, dixit: *O turpem philosophum, & tempori seruientem.* Sed hoc de Domino Iesu dici nequit, qui de se hoc loco ait: *Me odit* (scilicet mundus) *quia ego testimonium perhibeo de illo, quòd opera eius mala sunt.* Hoc ratio etiam præscribit, non omnia omni tempori conuenire. Vnde Salomon dixit: *Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub cælo.* Et, *Omni negotio tempus est, & opportunitas, & multa hominis afflictio.* Et Poëta quidam egregiè:

Quale studiũ planetarũ, teste Ieremia.
Ierem. 10.

Tẽpus Christi quodnã erat.

Lactantius.

Non omnia omni tempori conueniunt.
Eccles. 3
Eccles. 8.

Temporibus Medicina valet: data tempore prosunt,
Et data non apto tempore vina, nocent.

Ouid. lib. 1. de remed. amoris, sub initiũ.

Hanc rationem prudentiæ & spiritus secutus Dominus, rectè dixit: *Tempus meum nondum aduenit*, id est, Res magnæ non omni tempore agi possunt, sed paruæ. Magnum est quod molior, hoc est, hominum redemptionem: huic negotio suum tẽpus deputatum est: hoc autem tẽpus non est festum Tabernaculorum, sed festum Paschæ. August. hoc de tẽpore glorificationis accipit, Chrysost. verò de tẽpore mortis, & crucis: sed magis ad literã exponi potest: Tempus meum, quo mihi proficiscendum erit, nõdum aduenit: quia mundum habeo infestum: id vbi aduenerit, nõ erit opus vestris monitis: scio quid, & quando, & quomodo sit peragendum: & quando oporteat me innotescere mundo, pendet ex diuino Patris, non ex vestro cõsilio. Vobis autem liberum est, & impunè omnibus horis ascendere, & coram mundo prodire: quia amicum & vobis propitium mundum habetis.

Quo sensu dixerit Christus: Tempus meum nondũ aduenit, iuxta Augustinum, vel Chrysostomũ.
Aug. tract. in Ioan. to 9.
Chrysost.

Obseruandum ergò est, vt ex præcepto Dei, & tempore suo omnia nostra opera agamus: & cauẽdum, ne quid temerè, & inconsultò Deo faciamus. Nondum ergò erat tempus Christi, alias verò Ierosolymis sibi parari Pascha iubet, cùm ait: *Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis.* Omnia siquidem opera Christus suo tempore peragebat. Sub mediam noctem est conceptus, atque natus: hora sexta crucifixus, & nona mortuus. Orto Sole surrexit: in meridie ascendit, & hora diei tertia misit Spiritum sanctum, per quem maximè prodidit gloriam suam. Et quia hortabantur ad propriam gloriam aucupãdam, tempus suum mysticè vocat, vel diem Palmarum, quo cum magna gloria & solennitate ingressus est in ciuitatem, vel diem Resurrectionis, & Ascensionis, quo immortalis & gloriosus apparuit, & ascendit; vel diẽ iudicij, quo venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis. Ita vt sensus sit: Nondum est tempus meæ exaltationis & gloriæ, sed

Omnia opera nostra quomodo peragẽda, exemplo Christi.
Matt. 26.
Christi opera omnia quã fuerint opportuna.
Mar. 16.
Act. 1.
Tẽpus Christi quod mysticè.
Ioan. 12.
Matth. 16.

prius me humiliari oportet vsque ad mortem crucis, vt sic ad exaltationem perueniam. Et hæc est via Christi, & suorum omnium, quos per multas tribulationes oportet intrare in regnum Dei: sicut & Christum oportuit prius pati, & ita intrare in gloriam suam. At contra dæmon cum suis omnibus, prius celebrauit festum, quam vigiliam, voluit enim gloriosus esse: sicut & Adam eius impulsu appetiuit similitudinem Dei: vnde & infeliciter ceciderunt, ita vt dicat Propheta: *Quomodo cecidisti de cœlo, Lucifer, qui mane oriebaris?* & cum de Christo dictum sit: *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput:* id est, prius humiliatus est quam exaltaretur: illi tamen exaltarunt caput, antequam biberent. Hinc Salomon ait: *Væ tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Beata terra, cuius Rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo ad refectionem, & non ad luxuriam.* Deplorat sapiens terram, cuius Rex est dæmon, puer ille centum annorum maledictus: & cuius principes, qui eius fauore regna vsurpant, & administrant, mane comedunt, hoc est, in hac vita explent voluptates suas, & populum expilant, & deuorant Dei plebem sicut escam panis: ita vt post mortem fame rabida ac siti ardenti excrucientur: quemadmodum qui opulentè, & splendidè prandent, cœnare nequeunt. Contra, beata illa terra, quæ Regem nobilem, & ætate maturum habet Christum Dominum: & cuius principes, id est, qui eius gratia carni, & mundo principantur, hic esuriunt, & sitiunt, vt vescantur pane gloriæ in tempore suo. Proinde nobis hoc dictum putemus, quòd ait, Tempus meum, detegenti scilicet gloriam meã (quanquam non ad eorum mentem qui de carnali, & humana gloria loquebantur) nondum aduenit: quia prius mihi prædicandum est, & disseminandum Euangelium: prius mors Crucis sustinenda.

Act. 14.
Luc. vlt.
Adam, & dæmon quàm importunè sua egerint opera.
Gen. 3.
Esai. 14.
Psalm. 109.
Quid illud de Christo: De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.
Eccles. 10.
Væ cui terræ apud Salomonem.
Esa. 65.
Psalm. 52.
Beata quæ terra eiuldem arbitrio Sapientis.

Nos igitur in hac vita gloriam ab hominibus non quæramus: sed etsi ob benefacta, & virtutum officia offeratur, contemnamus eam; & illam, quæ à solo Deo in alia vita conceditur, & in ista gustum quendam eius, qui per testimonium bonæ conscientiæ exhibetur, quæramus. Sed etsi propterea in hominum contemptum, voculas, & derisiones incidamus; ne animum despondeamus; sed gloriosum id nobis ducamus: non ignorantes multam nobis mercedem repositam esse apud CHRISTVM Dominum nostrum, cuius laudem gloriam, & imperium, vt & Patris, ac Spiritus sancti, omnibus modis quærere, & celebrare debemus in secula seculorum, Amen.

Gloriam quã solam quærere debeamus.
Ioan. 5.

TRACTAT. XXXIII.

De eadem Domini disceptatione cum fratribus suis cohortantibus ad ascensum in die festo, in illa verba: *Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala sunt, &c.* Ioan. 7. Et de reprehensione discipulorum, qui eò quod non reciperentur in castro quodam Samaritanorum, volebant illis imprecari, vt ignis descenderet de cœlo, & combureret illos. Luc. 9.

HIS verbis Dominus rationem reddit, cur videlicet illis rursum, & liberum esset, non autem sibi ascendere in Ierusalem: quòd videlicet ipsi pacem cum mundo haberent, à quo diligebantur: sibi verò bellum indiceret, quòd odio persequeretur. Ad huius igitur sententiæ intellectum, in primis declarandum est quid sit hic mundus, qui non poterat odisse fratres CHRISTI; se verò oderat, & quæ caussa erat huius odij: Deinde quomodo poterat mundus fratres Domini non odisse: cùm scriptum sit: Inter superbos semper iurgia sunt; & cum quotidie videamus inter mundi huius amatores contentiones, & rixas, & interdum pro ditione amplianda, imò etiam pro vano aliquo titulo bella inter Principes geri? Ad primum respondeo; mundum, vocem esse ambiguam in sacris literis. Interdum enim significat cœlum ipsum, elementa, plantas, animalia, & cæteras creaturas: & huiusmodi mundus odio habendus nõ est: tùm quia factura Dei est, de quo illud: *In mundo erat, & mundus per ipsum factus est*; tùm quia docet ipsum creatorem, & ad eius amorem excitat: cùm Paulus scribat: *Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas.* Deinde mundus significat electos, & bonos, de quo Dominus: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium vnigenitum daret*; & Apostolus: *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.* Præterea mundus in malam partem accipitur, id est, pro dilectoribus mundi, & in mundum per amorem conuersis, atque in eum transformatis, de quo ait Euangelista in Catholica epistola: *Nolite diligere* mundum

Scopus verborum Domini.
Prou. 13.
Mundus in Scripturis, multis modis accipitur.
Ioan. 1.
Rom. 1.
II. Modus.
Ioann. 3.
2. Cor. 5.

1. Ioan. 2.

Mundi ingenium quibus verbis graphice depictum à Ioanne.

mundum (hoc est, mundi dilectores) *neque ea, quæ in mundo sunt*, id est, creaturas, quæ immoderato amore dilectæ, iter salutis impediunt. Ac subdit: *Quoniam omne* (inquit) *quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est.* Vbi breuibus explicat ingenium, & naturam mundi, & quatenus repugnet, & contradicat Deo. Hic enim mundus ignorat Deum, & illi præfert, aut diuitias, aut voluptates carnis, aut honores suos: hic mundus totus in maligno positus est, qui princeps est huius mundi, pro quo mundo non rogat Dominus.

1. Ioan. 5.

Ioan. 17.

Qui mundus non poterat odisse, nisi Christum tantummodo.

Hoc autem loco, nomine mundi, intelligit Sacerdotes, Scribas, & Pharisæos, qui odio prosequebantur Christum, atque eius doctrinam. Et sic vocauit eos: quia fratres sui dixerant, Manifesta te ipsum mundo; ideò consequenter ad illa verba ait: *Non potest mundus odisse vos.* Quasi diceret; Prouocatis me mundi voce, vt coram Pharisæis, Sacerdotibus, & Scribis, ac alijs me declarem. Rectè vocatis eos mundum: quia mundus quod suum est, diligit: non potest ille vos similes odisse, quia mundani estis, & filij huius seculi, & participes eius malitiæ, & impietatis. Ideò eisdem moribus viuitis, doctrinam eorum, vt sacram exosculamini, quicquid dixerint vobis, instar oraculi est: quapropter vocant vos obedientes Synagogæ filios: tantum abest vt vos persequantur, vel odio habeant. Me verò mundus (scilicet magnates, sapientes, & sancti huius mundi) odit: propterea quod non solum non consentiam eorum impietati; sed etiam libera voce arguam, & reprehendam omnia eorum opera, iustitias, prudentiam, sanctitatem. Quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. Et vt filij alterius seculi illi sunt, qui huic mundo nuntium mittunt, virtutes seriò amplectuntur, vitæ verò puritatem, & sanctitatem consectantur: ita mundani sunt, qui futuro seculo renuntiant, voluptatibus huius seculi sitienter incumbunt, præsentibus diuitijs, & honori sedulò vacant: etiamsi ad hæc non nisi per multa vitia, & peccata, quibus Deus offenditur, proximo iniuria infertur, & conscientia ipsa læditur, peruenire possint. Vt propterea rectè sit dictum: Me autem, in quo mundus non habet quicquam, sed cœlestem, & mundi contemptorem odit mundus, quia ego, qui testis sum, & iudex, qui noui quid lateat in homine, testimonium perhibeo apertè, & sine timore, verbo, & factis, vita, & signis, quod opera eius mala sunt. Vnde ante CHRISTI aduentum, iniquitas mundi non cognoscebatur, neque cognoscitur nisi ab habentibus Spiritum Christi; maximè quantum ad mundanas virtutes quasdam, quæ velo sanctitatis, & hypocrisi teguntur. Vnde discimus, mundi amicitiam non posse retineri à nobis, nisi malis eius operibus consenserimus: & arguere mundum, non tam est externa, & crassiora peccata insectari, vt furtum, homicidium, adulterium, quæ & ipse mundus detestatur, & reprehendit, non quidem ob Deum, sed propter se ipsum, & honorem propriũ; sed testari quod opera eius, etiam foris bona, mala sunt, quia ex malo fonte, hoc est, ex corde Dei inimico procedunt. Non enim potest arbor bona malos fructus facere. Simulabant Iudæi se CHRISTVM velle interficere, propter violatam Sabbati religionem: sed reuera hypocritæ aliud intus habebant, nempè inuidiam, quam etiam Pilatus agnouit. Nam quemadmodum nulli meritò placet ornatus vxoris, & cultus, qui non sui, sed alterius gratia geritur: ita nec Deo probatur virtus nostra, quæ propter ipsum non fit. Estque verbum hoc Domini: *Ego testimonium perhibeo de mundo, quòd opera eius mala sunt*, cordi altè infigendum: quoniam nobis cum mundo, dum viuimus, versandum est: & nisi cautè ambulemus, & cum eo, tanquam cum proditore agamus, actum est, de nobis. Est enim mundus plenus laqueis retibus, periculis, insidijs, proditoribus. Quid est aliud mundus, quam personata quædam pulchritudo, fictus, & blandiens, & Sardonius risus, osculum Iudæ, dulce venenum, fallax spes, verus dolor, Scylla, & Charybdis, mors suauis, manifestũ naufragium, Syrenæ cantus, sepulchrum dealbatum, aridum desertum, inextricabilis labyrinthus, confusa quædam Babylonia, tenebrosa Ægyptus, immane barathrum vallis lacrymarum, interior gebenna, denique vanitas vanitatum, vt dixit Ecclesiastes: Si hæc verba essent ab aliquo paupere, & egente profecta, & qui non habuisset diuitias, negligi poterant: dixit ditissimus Rex Israel, cuius tempore, præ copia auri, non erat in pretio argentum. Si dicta rursus fuissent ab aliquo idiota, & rerum omnium ignaro, contemni potuissent: dicta sunt à sapientissimo Salomone, qui sapientia omnes ante se Reges, & posteriores superauit. Adhæc si aliquis deliciarum carnis expers, illa protulisset, cogitari posset, illum, qui corporis volu-

Ioan. 15.

Is mundus cur Christum odisset.

Luc 16.

Filij alterius seculi qui sint, qui verò præsentis.

Isa. 14.

Supr. 2.

Vt Christus de mundo illo testimonium perhiberet, quod opera eius mala sint. Mundum arguere quid.

Iudæorum in Christum inuidia.

Matt. 7.
Ioan. 5.

Marc. 15.

Deo quæ non placeat virtus nostra.

Matt. 26.

Ecclesi. 1.

Salomonis de mundo iudicium quanti faciendum.

3 Reg. 10.

3. Reg. 3 & 4.

ptates

3 Reg. 11.

ptates non deguſtaſſet, inſipienter locutum fuiſſe. Sed dixit Salomon, qui ſeptingentas reginas habuit, & trecentas concubinas. Si denique aliquis de media plebe depromptus, & priuatus hæc dixiſſet, poſſent meritò haberi ſuſpecta, vt qui non nouiſſent, vel gloriam regnandi, vel magnificentiam fabricandi, vel dulcedinem imperandi, propter quam ſi violandum eſſet vnquam ius, eius rei gratia cenſuit quidam tyrannus Romanus eſſe violandum.

Iulius Cæſar Dictator.

Dixit hæc Salomon Rex potentiſſimus, gloria inſignis, & fama per vniuerſum orbem celebris, ad quem omnes ſui ſeculi Principes, ac Reges munera mittebant, nuntios deſtinabant, & ænigmata diſſoluenda ob eius inſignem ſapientiam proponebant, & ad quem Regina Saba à finibus terræ ſpectandum, & audiendum profecta eſt, cùm magno comitatu, & camelis portantibus aurum infinitum nimis, & gemmas pretioſas. Conſtruxit templum ampliſſimum toto orbe celebratum, ædificauit domos, hortos, pomœria, & omnium deliciarum paradiſos: Hic tamen talis, ac tantus, ac tanta ſapientia præditus, qui mundi medullam deguſtarat, auſus eſt cum tanta aſſeueratione pronuntiare: *Vanitas vanitatum; & omnia vanitas.*

3 Reg. 4.

3 Reg. 10.

Eccl. 2.

Et vt Gregorius Niſſenus in Eccleſiaſten ſcribens annotauit: etiamſi Apoſtoli hæc ipſa prædicaſſent, & ſignis confirmaſſent: cùm tamen illa tanta bona mundi nõ eſſent experti, non fuiſſet tanti ponderis, & momenti eorum teſtimonium apud populum, quanti illud Salomonis, qui in omnibus illis delicijs non dicam veiſatus, ſed non ſine magno ſuo malo immerſus fuit: cuius immerſionis fructus hic eſt, vt agnoſcamus mundum meram quandam eſſe, & omnimodam vanitatem.

Gregor. Niſſe. ſuper Eccleſiaſten.

In mundo nihil boni eſſe: omne vitium regnare.

In mundo non eſt pax, vt Dominus dixit: *In mundo preſſuram habebitis: ſed confidite, ego vici mundum.* In mundo non eſt bonitas, qui totus in maligno poſitus eſt: nõn eſt veritas, quia ſpiritum veritatis mundus non poteſt accipere: non eſt ſapientia huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum: non eſt vera amicitia, quia: *Quicumque voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur:* nihil eſt in eo certum, & ſtabile, quia mundum tradidit diſputationi eorum: non eſt iuſtitia, aut vita, quia per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors.

Ioan. 16.
1. Ioan. 5.
Ioan. 14.
1 Cor. 3.
Eccleſ. 3.
Rom. 6.

Non eſt vllum verum gaudium, quia riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat: nulla eſt conſtantia, quia mundus tranſit, & concupiſcentia eius: non eſt ſecuritas, quia ſcriptum eſt: *Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt enim, vt veniant ſcandala.* In mundo non eſt Deus, aut CHRISTVS: ait enim Pſaltes: *Dixit inſipiens in corde ſuo. Non eſt Deus,* & Apoſtolus: *Eratis illo in tempore ſine Chriſto, & ſine Deo in hoc mundo.*

Prouer. 14.
1. Ioan. 2.
Matth. 18.
Pſalm. 13.
Epheſ. 2.

Denique mundus bonus eſt tantùm vt deſeratur, fugiatur, atque contemnatur. Si eſſet auicula reti concluſa, vel viſco hærens pedibus, & alis, ſi inde eſſet illi egrediendnm, & vita recuperanda, perdat aliquot pennas, vel partem pedis neceſſe eſt: ita tu mundum deſere, etiamſi ſubſtantiæ, aut honoris, iactura tibi facienda ſit: *Egredimini,* inquit Propheta, *à Babylone, fugite à Chaldæis:* vt poſſis aliquando cantare: *Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.*

Mundi iactura ſalutaris.
Eſai. 48.
Pſal. 123.

Habendus eſt hic mundus nobis pro deſerto: in quo non eſt panis, niſi cadat è cœlo: non ſunt aquæ, niſi fractis rupibus, id eſt, ex laboribus toleratis: non ſunt carnes, niſi allatæ vento Spiritus ſancti. Non eſt viæ exitus, niſi columna nubis, & ignis ſuccurrat, & ducat in Terram promiſſam. Non eſt ſanitas, vbi ſerpentes igniti inuadunt: non eſt pax, vbi cum Amalechitis eſt pugnandum.

Mundi miſeriæ quales quantæque ſint.
Exod. 16.

Eſt mundus hic præſens plurima pollicens, blandienſque nobis, tanquam Maius floridus: futurus verò quaſi September fructiferus. O munde immunde, peruerſe, & proditor, quoties inimicitias, & bellum tecum gerimus, & poſt vnam, vel alteram diem tibi reconciliamur, atque confœderamur. Tua pax, bellum eſt cum Deo: tua amicitia, inimicitiam nobis comparat ſempiternam: ait namque frater Domini: *Amicitia huius mundi,* inimica eſt Dei.

Mundum bl... qualem verè diceris.
Iaco. 4.

Ad ſecundo loco propoſitum dicendum, quòd etſi omne animal diligat ſibi ſimile, & omnis caro ad ſimilem ſibi carnem coniungatur, & propterea inter mundanos non poſſint eſſe iurgia, quaſi inter diſſimiles: per accidens tamen, quatenus alter alterum impedit à poſſeſſione bonorum, à gloria, à diuitijs, & voluptatibus, quæ nequeunt ſimul à multis poſſideri; propterea inter illos ſunt iurgia, inimicitiæ, & bella: quemadmodum etiam inter animalia eiuſdem ſpeciei, quæ cibi, aut veneris cauſſa inter ſe pugnant.

Eccl. 13.
Qui poterat mundus non odiſſe fratres Chriſti mundi amicos.

Quod autem interdum mundus bona opera colat, illa ex radice mundi non prodeunt; ſed vel ex natura bona, vel ex ea cum peculiari Dei gratia. Opera autem quæ ex radice mundi proficiſcuntur, id eſt, triplex illa concu-

Mundi opera quæ mala ſint.
1. Ioan. 2.

piscentia, de qua loquitur Dilectus; praua sunt, & vitiosa, & de illis hic Dominus testatur, quod opera illius mala sunt.

Vos ascendite ad diem festum hunc; ego enim non ascendam ad diem festum istum: quia meum tempus non impletum est. Non est dubium, quin Christus eos instruxisset, & retinuisset apud se, si corde syncero fuissent, ac simpliciter errassent: verùm quia spiritu liuoris, & affectu humanæ gloriæ ducebantur, maleque de se sentiebant, suis ipsorum consilijs reliquit, & à se ablegauit. Sic solet Deus incredulos, & immorigeros suis ipsorum consilijs permittere, secundùm illud: *Et non dixit populus meus vocem meam; & Israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum; ibunt in adinuentionibus suis.* Ideò tam facilè Christus suos ab se amandauit, quia nolebat Dominus inuitos retinere, & malitiosos cogere ad gratiam, quam à se abijciebant: & qui lucem oderant, digni erant, qui in tenebris permanerent.

Cur Christus ad diem festũ Paschæ cum fratribus suis ascendere noluerit.

Psalm. 80.

Quoniam autem posteà Dominus ascendit, dubium est, quomodo Dominus dixerit: *Non ascendam.* Vnde mendacij Porphyrius Dominum criminatus est. Dicendum est, interpretem nostrum legisse οὐκ ἀναβαίνω, id est, non ascendo: quam lectionem sequitur Cyrillus, & Augustinus & ponderant pronomen, Hunc, vel istum, & interpretatur: quia non ascendit, vt festum ageret vmbratile, & typicum Iudæorum, sed vt eos corrigeret, doceret, & admoneret. Hieronymus etiam eodem modo legisse videtur. Ait enim scribens in Pelagianos: *Negat fratribus, & propinquis* (scilicet Iesus) *ire se ad Scenopegiam: & postea scriptum est; Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad solemnitatem, non manifestè, sed quasi in abscondito. Iterum se negauit; & fecit quod prius negauerat. Latrat Porphyrius, inconstantiæ, ac mutationis accusat, nesciens omnia scandala ad carnem esse referenda.* Hæc ille.

Qui verum sit Non ascendam ad diem festum istum: cum tamen postea ascenderit.

Cyrill. li. 4. in Ioan. c. 31. 10. 2. August. tra. Ctat. in Ioan. Hieron. lib. 2. aduers. Pelag.

Si ergo dixit, non ascendo: referendum est ad id, quod mox subdit: *Ad diem festum istum*, qui ad primum illum diem festi, sicut promisit, non venit. Fratres autem eius ascenderunt ad primum diem illum, vt textus apertè denotat. Vel; non ascendo vobiscum: quia sine illis posteà ascendit. Modò verò quindecim codices varij legunt οὔπω ἀναβαίνω, id est, nondum ascendo, vt tacitè innueret se posteà ascensurum, nam ascendit iam die festo mediante, vt infrà dicitur. Et dicendo: *Non ascendo*, præsens capitur pro futuro, more Hebræo: vt alibi: *Apud te facio Pascha: Quomodò fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Et, *Pro eis ego sanctifico me ipsum*, ad quod respiciens interpres noster, dixit in futuro: *Non ascendam*, scilicet ad diem festum primum: vt expositum est. At lectio, quæ habet: *Nondum ascendo*, non videtur reijcienda: tùm quia innuit se posteà ascensurum vt fecit, tùm quia conuenit cum verbo Domini à principio dicto: *Tempus meum nondum aduenit*, tùm ob tot codices Græcos, & Syriacum Euangelium quod habet: Ego nunc non ascendam. Et Erasmus testatur quædam Latina exemplaria antiqua habere, nondum.

Varia huius loci lectio.

Matt. 26. Luc. 1. Ioan. 17.

Hæc versio expenditur: Nondũ ascendo ad diem festum istum.

Hæc cùm dixisset, ipse mansit in Galilæa. Addisce ergo tu quoque à Christo, vt non sinas te trahi à carne, & sanguine, à proposito religionis, ad celebranda festa in mundo: quia nondum adest tempus gloriæ, ante quod oportet humiliari, & libenter odia pati cum capite. *Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto.* Quod ascendit ad diem festum, obedientia est diu in mandato, quod verò ascendit occultè, prudentia fidei est. Ascendit ergo quasi in occulto: quia solus cum duodecim discipulis sine turba solita eum comitari: vt mirum sit, eum non fuisse interfectum. Sed noluit vllum fauorem parentum, aut turbæ ad Euangelicum negotium, sed totus à Deo pendere: in die verò Palmarum non solus, sed magna stipatus turba; vt dici possit occultè modo ingressus fuisse præ illo introitu. Docuit Dominus suo exemplo prudentiam dissimulandi, cùm opus est, & fugiendi mediam lucem. Venit etiam occultè, ne putaretur venire ob vanam gloriam, ad quam persuadebant fratres; se occultans, vt Deum ita detegat: cùm ambitiosus Deũ tegat, vt se reddat conspicuum: quia in te nos docet, ne quicquam ob vanam gloriam operemur. Significauit insuper hoc suo occulto ingressu, festum illud Iudæorum esse obscurum, & vmbratile. Præterea indicabat, se ad festum Resurrectionis, & Ascensionis per viam occultam passionis, & mortis peruenire. Et docuit nos viam occultam secretæ, & clancularıæ confessionis, qua ad festum agni edendi, & Paschatis nostri ascendamus. Pij namque Christiani occultè celebrant festum Tabernaculorum: quia deliciæ eorum abintus sunt: quorum gloria hæc est, testimonium conscientiæ. At verò viri, qui cum pompa templum ingrediuntur, aut fœminæ, quæ se splendidè ornant, & cerussa, & purpurisso faciem, vt hominibus placeant, tingunt; istæ non occultè veniunt in templum, sed manife-

A quibus cauẽdum ab eius exemplo Christi.

Christi obedientia, prudentia, in Deoque fiducia.

Ioan. 12.

Ad festũ Scenopegiæ cur Dominus occulte ascenderit.

Tertia ratio.

Quarta.

Christianorũ deliciæ quales sint. 2. Cor. 1.

Quibus occultetur Ieſus.

manifeſtè tanquam organa Satanæ,ad alios ſeducendos. Sed iſtis occultatur Ieſus, id eſt,ſalus: quia ad perditionem animarum ſuarum templum ingrediuntur.

Iudæi ergo quærebant eum in die feſto, & dicebant, Vbi eſt ille? Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant, Quia bonus eſt. Alij autem dicebant, Non, ſed ſeducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudæorum. Cum tandem veniſſet in Ieruſalem,boni benè, & mali malè quærebant:quemadmodum, & ad feſta,quæ celebrantur, non omnes ſyncero animo veniunt. Et qui dicebant, Vbi eſt ille,videntur fuiſſe ex hoſtibus: quibus vt grauis erat ad videndum, ita & ad ominandum. Quòd eſſet murmur de illo, mirum non eſt:quia ſunt Angeli ſancti,& apoſtatæ;homines pij,& impij: qui interdum non tantùm inter ſe diſſentiunt, ſed etiam boni cũ bonis, vt conſtat ex diſſenſione Pauli, & Barnabæ,& mali cum malis. Turba tamen auida erat veritatis: & mali ſine aliqua inquiſitione,vel experientia,damnant,& deſpiciunt, & illi vocabãt Ieſum ſeductorem turbæ. Quidam verò, qui eius miraculis interfuerant, qui ſermones audierant,qui manſuetudinem,& congreſſum nouerant, dicebant Ieſum bonum, & indignum, in quem aliquid acerbius molirentur.

De Chriſto qui dicerent: Vbi eſt ille? & quare.

Sapient. 2.
Quid eſt quod murmur erat de Chriſto inter Iudæos.
Actor. 15.

De Chriſto quidam bene ſentire, eumq; bonũ appellarent.

Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudæorum. Id eſt, Nemo bonum audebat pronuntiare, etiamſi eſſent non pauci, qui bene de illo ſentirent: metuebant tamen Iudæorum proceres,quibus videbatur inuiſum eſſe Ieſum; quod illorum gloriam,& factus,& dictis imminuere videretur.

Iudæorum principes cur Ieſum ferre non poſſent.

In aſcenſu iſto Chriſti accidit, quod Lucas narrat c.9. vt præcedenti tractatu comprobatum oſtendimus. Ait ergo Lucas: *Factum eſt autem dum complerentur dies aſſumptionis eius,&* (Et abundat more Hebræo,vt ſæpè aliàs) *ipſe faciem ſuam firmauit,vt iret in Ieruſalem.* Hæc hiſtoria licet eſſet ad quartum librum hiſtoriæ vitæ Chriſti referenda,tamen quia parua eſt,& omnihil habet diſceptationis habitæ à Chriſto cum Apoſtolis, propterea hoc loco breuiter expedietur, vt iuſti etiam tractatus corpus impleat. Verbo illo aſſumptionis, futuram mortem,& paſſionem deſignat, nimirum quòd per eam aſſumendus erat ex hoc mũdo ad Patrem. Et ſignificatur tempus non tantum propinquum paſſioni, ſed etiam prædefinitum,vt ait Euthym.Nam verbum ἀναλαμβάνω. vt Budæus eſt autor in ſuis commentarijs; ſignificat, filium abdicatum in domum recipere:quod Patres ad emendationem, & ſatisfactionem faciebant Athenis. Chriſtus autem in terris quaſi abdicatus à Patre homo factus eſt ad culpæ noſtræ emendationem, & ſatisfactionem, quã ſolus ipſe iuxta Patris decretum,in cruce præſtitit:tùm demum aſſumptus, domumque acceſſitus eſt, cùm omnibus mandatis Patris perfunctus eſt:tùm quaſi filius eſt agnitus,& à Patre euocatus.

Chriſti paſſio, & mors cur aſſumptio nominetur.

Euthy. c. 92. in Lucam.
Budæus.

Quod verò faciem ſuam offirmaſſe dicitur,vt iret in Ieruſalem,& non vltra huc,& illuc obambularet, quia ibi oportebat verum agnum offerri, vbi typicus agnus quotannis immolabatur, hoc ad indicandam magnanimitatem, & conſtantiam fecit, quam exterius ipſo vultu præ ſe ferebat volendo ire in Ieruſalèm, etiamſi non ignoraret Iudæos paratos ad ſibi necem inferendam. Nam vt Hieronymus ad Algaſiam exponit: Offirmatione opus eſt, & fortitudine ad paſſionem ſponte properanti.Vnde & Ezechieli, cui dixerat Deus: *Fili hominis, in medio ſcorpionum tu habitas, & ne timeas eos: Obfirma*, inquit, *faciem tuam. Et dedi faciem tuam æneam, & frontem tuam ferream*: vt ſi forſitan ſurrexiſſet contra eum malleus vniuerſæ terræ, quaſi incus duriſſima reſiſteret, malleumque contereret,de quo ſcriptum eſt: *Quomodo confractus eſt,& contritus malleus vniuerſæ terræ?* Hæc ille.

Chriſtus cur faciem ſuam offirmauit vt iret in Ieruſalem.
Exod. 12.

Hierony q. 5. ad Algaſiam tom. 3.
Ezech. 3.

Ierem. 50.

Et miſit nuntios ante conſpectum ſuum,& euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi. Verbum, *In ciuitatem*, Græcè legitur κώμην, hoc eſt, vicum ſiue pagum, ſiue vt aliàs ſolet interpres vertere, caſtellum. Vox *Nuntios*,Græcè eſt ἀγγέλους: quos Hieronymus exponit poſſe interpretari Angelos. Iuſtum enim erat vt Dei Filio Angeli miniſtrarent. Sed mox ſubiungit: *ſiue Angelos, Apoſtolos vocat*, nempè Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui præmiſſi erant ad parandum: quemadmodum Petrus, & Ioannes deſtinati fuerunt à Chriſto vt pararent Paſcha, vt Lucas tradit. Neque more magnatum hoc feciſſe Dominũ eſt credibile: nam illi ſolent præmittere nuntios,& coquos,qui magnificè,& ſplendidè præparent. Sed ne diu cogerentur expectare, vt neceſſaria pararentur, & vt repulſam, quam tulerunt illi duo, & non Chriſtus, cùm reliquis acciperent: quanquam & illa aliquo modo ad Chriſtum ſpectaret. Vnde ſubditur, *Et non receperunt eum: quia facies eius erat euntis in Ieruſalem.* Rectè ait Euthymius: *Facies eius, hoc eſt,ipſe,à parte totum.* Hæc ille: Sicut enim oculi qui innuunt quod dictum velis; ita facies ire dicitur, quæ præ ſe ferat iter aliquò

Quos miſerit nuntios Chriſtus in oppidũ Samaritanorum,vt pararent illi neceſſaria,teſte Hieronymo. Alter ſenſus eiuſdem.

Luc. 22.

Quid planè Chriſti ſumpſiſſe ciuitate, & pauperrate indignum.

Euthy ca. 92. in Lucam.

Samaritani atque Iudæi quã grani, inter ſe odio diſcordarent.

destinatum esse. Hieronymus sic scribit. *Hostili inter se Samaritani atque Iudæi discordant odio; & cum omnes oderint Gentes, proprio contra se furore bacchantur, dum vtrique de legis possessione contendunt: & in tantum se mutuo persequuntur, vt postquam Iudæi de Babylonia sunt reuersi, ædificationem templi Samaritani semper impedierint. Cumque vellent & ipsi cum eis ædificare templum, responderunt Iudæi, Non licet nobis, & vobis ædificare domum Domini. Denique pro summa iniuria Pharisæi exprobrabant Domino, Nonne dæmonium habes, & Samaritanus es? Et in parabola de Ierusalem descendentis Iericho, Samaritanus ponitur pro signo, atque miraculo, quod malis benefecerit: & ad puteum Samaritana scriptum est: Non enim coutuntur Samaritani Iudæis. Videntes ergo Samaritæ Dominum Ierusalem pergere, id est, ad hostes suos, quod audierant à discipulis eius, qui ad parandum hospitium venerant, Iudæum esse cognoscunt, & quasi Iudæum atque alienum, & eum, qui ad inimicos pergeret, suscipere noluerunt. Quanquam & alia nobis subijciatur intelligentia, quod voluntatis Domini fuerit non suscipi à Samaritis, quia festinabat ire in Ierusalem, ibique pati, & sanguinem fundere, ne occupatus susceptione Samaritica, & doctrina gentis illius, passionis differret diem, ad quam venerat sustinendam. Vnde dicit & in alio loco: Ciuitates Samaritanorum non intrabitis; volens tollere omnem occasionem persecutionis Iudaicæ, ne postea dicerent; Crucifiximus eum, quia se inimicis nostris, & hostibus iunxerat.* Hæc Hieronymus.

Hieron. ad Algasiam q. 5. tom. 3.
1. Esd. 4.
Ioan. 8.
Luc. 10.
Ioan. 4.
Altera causa cur Christus noluerit à Samaritanis recipi, secundum Hieronymum.

III. Causa.

Contendebant Samaritani apud se locum esse precationis, & non Ierosolymis; ob eam causam proficiscentem in Ierusalem orandi gratia non receperunt. Eadem ratione alios Galilæos pertranseuntes Samariam nolebant recipere, ab eo quod ad aliquam solennem festiuitatem Ierosolymis celebrandam pergerent. Ex quo colligimus, proximam tunc fuisse aliquam Iudæorum solennitatem: quæ cum dies festiua Paschæ esse non possit, in qua Dominus est mortuus, vt quæ adhuc aliquot mensibus abfuerit, satis apertè colligitur fuisse hanc Domini profectionem apud Lucam eandem quæ habetur Ioan. 7. ad celebrandum festum Scenopegiæ. Et ne quid admireris de tanta Samaritanorum contra Galilæos transeuntes inurbanitate, lege seditionem inter eos ortam in vico Nais dicto apud Iosephum libr. 20. Antiquit. capi. 5. Docuit hoc suo exemplo Christus Apostolos, qui ad vniuersum orbem erant Euangelij gratia destinandi, ne mirentur, si interdum à ciuitatibus & domibus expellerentur, aut minus humanè & ciuiliter tractarentur. Aliàs autem in Samaria biduum commoratus est, vt inquit Ioannes, quòd non erat eius in proximo mors, & tunc è Iudæa reuertebatur in Galilæam. Et nota multos esse, qui Iesum euntem in Ierusalem ad sustinendam crucem non recipiunt.

Iosephus.
Ioan. 4.

Cùm vidissent autem discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt, Domine, vis dicimus vt ignis descendat de cælo, & consumat illos? Apostoli illi duo, Iacobus, & Ioannes, videntur nuntij fuisse missi à Domino ad parandum: Et quia in lege versati, in qua tantùm iustitiam & vindictam illam nouerant, *Oculum pro oculo, & dentem pro dente*, vlcisci nituntur iniuriam, & imitari Heliam, ad cuius vocem duos pentatarchos militum ignis absumpserat. Et dixerunt ad Dominum, *Vis dicimus, vt ignis descendat de cælo, & consumat illos?* Pulchrè aiunt, *Vis*: nam & Helias dixerat: *Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos.* Et vis dicamus, id est, more Hebræorum imperemus: vbi in primis prudentiæ Christianæ fuit nihil velle sine Christo. Vt & orandi forma nobis hic præscripta relinquatur, vt sic oremus, qua tamé voluntatem nostram Deo subijciamus. In Græcis & Syriaco additur: Sicut Helias fecit.

Apostoli qui præmissi fuerant à Domino in oppidũ Samaritanorum.
Exod. 21.
Matt. 5.
4. Reg. 1.
Nil velle sine Christo, prudentiæ Christianæ est.

Et conuersus increpauit illos, dicens, Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. Quòd Christus conuersus sit ad Apostolos, in bonam partem semper accipitur in Euangelicis literis, vt notauit Origenes. Et interdum hanc conuersionem sequitur dulcis quædam increpatio, vt fecit cum Petro apud Matthæum. Ita dicitur conuersus Dominus ad Petrum respexisse illum: quam conuersionem secuta est increpatio peccati in corde suo, & tunc egressus Petrus fleuit amarè. Quòd verò Christus ait, *Nescitis cuius spiritus estis*, hoc est, esse debetis; innuit maiorem perfectionem requiri à nobis in tempore gratiæ, quàm ab illis qui sub lege fuerunt, & non imitandum spiritum Heliæ, sed Domini; id est, non zeli & vindictæ, sed mansuetudinis & tolerantiæ: & alium fuisse spiritum Veteris Testamenti ab eo noui: de quo Apostolus: *Non enim accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore; sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba (Pater)* Et ad Timotheum: *Non enim dedit nobis Deus Spiritum timoris; sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis*: quanquam aliquando hoc spiritu fuerint imbuti, vt iniurias in Deum illatas vindicarent, vt Petrus qui Ananiam & Sapphiram interfecit, & Paulus qui cæcitate percussit

In oratione quid nobis sit semper curandum.
Origen. tract. 1. in Matth. sub fin. tom. 2. initio.
Matt. 16. Infr. 26.
Quid amplius quam vetus requirat lex noua, & Euangelica.
Rom. 8.
2. Tim. 1.
Acto. 5.
Infr. 13.
2. Cor. 10.

Elymam

Elymam Magum: & qui dicebat: *In promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam*: sed rarò hac potestatę Apostoli sunt vsi, & non ad vindicãdas p̃pnas iniurias, sicut hi duo Apostoli vti volebãt. Prohiber ergo Christus priuatam vindictam, & vitium corruptæ naturæ; & supra naturam aliquid monet, nempè inimicos diligẽdos esse, aduersarios veritatis tolerãdos, iniurias dissimulandas; pro odio nos habẽtibus, pro ingratis, pro inhumanis erga nos etiam orandũ; denique cùm dictum esset antiquis: *Oculũ pro oculo, & dentem pro dente: Ego autẽ*, inquit, *dico vobis, non resistere malo*. Sed ne cogitarẽt discipuli: Itane Samaritis impune licebit te contemnere? respondit Christus: *Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.* Ac si dixisset; Tempus non est, vt contemptores meos perdam: cùm ob hoc ipsum venerim, vt ipsos beneficijs, mansuetudine, verbis, & factis ad resipiscentiam alliciam. Secundus porrò aduentus erit, vt impij iudicentur, & debitas luant pœnas. Præclarissimum, & suauissimum est hoc verbum. Si enim iniquitates obseruauerit Dominus, quis sustinebit? Quis, nisi sciẽs, & volens, perire iam potest? & qui tenebras, & perditionem magis amat, quàm salutem? Quin & illud quoq; scriptum est, Omnes eum velle seruare, & ad agnitionẽ veritatis venire: ne quisquã à Diuinæ prædestinationis mysterio trepidet, aut formidet. Vtinam nos agnosceremus, ac in praxim deduceremus hanc Christi tam salutarem doctrinam. Nam & nos vbi vel minimo verbo offendimur, obliti verborum Christi, vt filij Zebedęi, confestim conuertimur, vel ad referendam iniuriam, vel ad malum proximo imprecandum. Contendamus igitur ab hoc Spiritu Christi plenè possideri; vt in patiẽtia nostra possideamus animas nostras, & vt ipsa nos mãsuetudine nos discipulos protestemur Domini nostri Iesu Christi, cui cũ Patre & Spiritu sancto, nullum non genus laudis, honoris ac gratiarum actionis deferatur ab vniuersa creatura per omne tempus, Amen.

Lex quid veter Euangelica.

Leuit. 24. Matth. 5.

Quid significet: Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.

Psal. 129.

Christi zelus salutis nostræ. *1. Tim. 2.*

Luc. 21.

TRACTATVS XXXIV.

De disceptatione Domini cum Iudæis, postquam venit ad festum Scenopegiæ, Ioan. 7. *Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. Et mirabantur Iudæi dicentes, Quomodo hic literas scit, cùm non didicerit, Respondit eis Iesus, & dixit, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar*, & reliq.

HAEc disceptatio Iudæorum cũ Christo, de autoritate, & origine suæ doctrinę, proxima est, & coniuncta disceptationi præcedẽti Christi cum fratribus suis. Vnde sequitur: *Iam autem die festo mediante.* Vbi notandum, quod vbi dicitur dies festus in tota hac disputatione. Græcè habetur vnica dictio ἑορτὴ. quæ potest vno verbo dici festum, vel festiuitas. Quòd verò interpres diem festum verteret; non intellexit vnum aliquem diem, vt sabbatum, sed totum illud tempus, quo durabat festiuitas. Quod Augustinus etiam annotauit, dicens, apud Iudæos diem festum appellari, non vnum diem, sed plures. Hinc initium diei festi intelligitur, Dies festus solennitatis eius: sicut & finis, erat septimus dies, in quo collecta fiebat; medium autẽ festiuitatis, quartus dies erat, nam tres dies ante se, & totidem post se continebat. Et hic dicitur ἑορτῆς μεσούσης. id est, festiuitate mediante, aut mediata, aut dimidia; nisi velis periphrasi longiori explicare.

Huius cum superiori disputatione cohærentia.

Diem festum quem hic vocet Euangelista.

Augu tract. 28. in Ioan. tom. 9.

Deut. 16.

Cur autem noluerit Dominus venire ad primum diem festi, superiùs est explicatum: quia videlicet nòndum tempus Christi impletum erat. Deinde circa festi principiũ solent homines magis vacare terrenis, & carnalibus; cum nondum spiritualibus vacare cęperint: quemadmodum ignis maior est in progressu, quàm in principio dum fit. Volebat etiam Dominus irã Pharisęorum in se conceptam, hac sua tarditate sedare, atque extinguere, vt mitioribus animis possent suam doctrinam recipere. Postremò, tardius venit, vt diuturnius expectatus, auidius audiretur, & maiori cum fructu. Docens nos suo ęxẽplo, vt cùm volumus proficere in proximis, nequaquam in feruore animi concitari, aut affectu peccati, sed eo declinãte adeamus: vt moris est Dei facere; qui venit ad auram post meridiem, vt corriperet primum parentem. Væ autem eis, qui festo vitæ declinante, ad vocem Spiritus sancti obsurduerũt, & Iesum per se in corde, vel per suos prædicantem nolunt audire.

Quibus de caussis Christus principio diei festi adesse noluerit.

In proximis idonea proficiendi ratio. *Gen. 3.*

Ascendit Iesus in templum, & docebat. Vt legem impleret; & signis, & gratia sermonis hostes suos, vel saltem turbam ad se pertraheret. Et quamquam hic Christi ascensus occult⁹ fuerat vt doceret declinandã vanã

Quare Christus ascendit in templum.

gloriam; cùm tamen peruenit, non occultus delituit, sed in publico loco & sacro, in templo, & coram numerosa multitudine palam cœpit prædicare, & docere; quò ille qui vt homo non ascendit templum, quasi timidus; iam vt Deus ostenderet se non timore mortis ad solennitatẽ occultè ascendisse. Si enim morti timuisset, non manifestè docuisset: sed vt indicet, mandato Dei esse obtemperandum absque vllo periculi timore. Docet deinde suo exemplo pastores, ne tempore periculi doctrinam salutarem populo subtrahant: nam bonus pastor animã suam ponit pró ouibus suis. Præterea aduersarios suos voluit intelligere, nihil prorsus illos posse, nisi quantum & quando Deus permitteret. Vnde dixit: *Nonne quinq; passeres veneunt dipondio; & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos.* Docebat ergo, nec explicat quæ essent illa. Vnde cogimur existimare admiranda fuisse; & tam admirabili modo proposita, vt omnes in admirationem sui reperet. Quare sequitur: *Et mirabantur Iudæi dicentes, Quomodo hic literas scit, quum non didicerit?* Cum contemptu quodam dicũt, quomodo hic, nempè vilis & abiecta persona: & quemadmodùm in edendis signis nõ ipsa signa, sed modum criminabantur, dicẽtes, ea fieri in Beelzebub, ita doctrinam calumniari non valente; modum quo illã sibi comparasset, nempè vel à dæmone, vel arte magica, in calumniam rapiebant: cùm potius Dei in illo virtutem deberent agnoscere, qui à nullo magistro edoctus, eximia Scripturæ intelligentia polleret: & qui nunquã fuerat discipulus, præstantissimus Doctor esset, atq; magister. Imò si sana mente constassent, colligere eum Deum debuissent: qui enim scit literas, & non didicit, Deus est. Nam purus homo necessariò ab aliquo instituitur: cùm quisq; nudus & cæcus nascatur. Quòd si fortè obiicias; Cur mirãtur de modo scientiæ Christi: cùm Deus promiserit se docturum cunctos: ait namque Esaias: *Vniuersos filios tuos* (scilicet dabo) *doctos à Domino.* Sed mirabantur quòd hunc, quem putabãt inimicum Dei, & legis violatorem, Deus docuisset. Quia scriptũ est; *In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Ideò Theophylactus hãc admirationem ex inuidia profectam scribit: *Veruntamen,* inquit, *quamuis admirarentur, attamen neque sic liberata est mens eorum à malitia. Non enim doctrinam admirabantur, neq; quæ dicebantur, suspiciebant, sed admirabantur quomodo sciret literas, hoc est, obstupescebant, id quod solet inuidis accidere. Sicut si pauper quidam vicinus, repentè in splẽdidiore vestitu prodeat, & videat eum vicinus inuidus, dicit: Quomodo hic tam sumptuosis vestibus indutus est, qui dudum pauperrimus erat? Vnde huic vestis illa? Hæc autem dicit, non quòd re ipsa admiretur, sed quòd aduratur inuidia, vsus talibus sermonibus. Omninò enim dicit, furatus est vestem. Sic igitur & Iudæi: Quomodo hic scit literas? profectò ex Beelzebub habet.* Sic ille. Hinc in alio loco dicebant: *Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis?* doctrinam eius dæmoni tribuentes.

Si rursus vrgeas; Cur mirantur: cùm de Messia sit prædictum: *Requiescit super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis?* Dicendum est, nihil minus illos cogitasse; quàm Iesum esse Messiam; propterea in media luce hallucinati sunt. Vt enim nemo miratur, quòd Sol luceat, vel Luna splendeat: ita nec mirũ, quod sapientia doceat. Similem Iudæi conceperẽ admirationem de Apostolis magnalia Dei loquentibus, & quæ eorum captum superarent. Et ob id dicebant musto plenos esse, quòd vim Spiritus sancti in eis loquentis non agnoscerent. Mirantur etiam Sacerdotes, & magistratus Petri constãtiam, & Ioannis, comperto quod homines essent sine literis, & idiotæ. Est ergo hic ille contemptus; de quo ait Marcus: *Vnde huic hæc omnia: Et quæ est sapientia, quæ data est illi, & virtutes: quæ per manus eius efficiuntur? Nonne hic est faber filius Mariæ,* & reliqua; Quasi dicerent; Non est Rabbi, non est Magister noster, non est doctorali dignitate insignitus: quomodo ergo eius doctrina est digna fide? Admirantur Christum vna lingua ad vnam gentem loquẽtem: quid facient, cum Apostolos varijs linguis ad vniuersas mundi nationes viderint prædicantes? Erat autem insignis stultitia interrogantis & quærentis pistorem in pane, quem edit, & vitem in vino quod bibit, aut amanuẽsem in epistola manu autoris subscripta. Soletque hic esse fructus populi capientis tantum admirationem ex prædicatione: cùm tamen hic sit omnis fructus, teste Propheta, vt auferatur peccatũ. Quòd si doctrina Christi tãto spiritu ministrata, non poterat animos retinere auditorum, ne vagarẽtur: qd faciet nostra? Admonemur igitur, doctrinam Christi non humana industria, sed diuina virtute fuisse cõparatam. Cæterùm qui negligit scientias discere, cũ possit; eũ, vt ingratum, & ignarum, neqnaquam De' miraculo docebit: & nõ minus, imò magis meretur propter laborem & operam, quá

ponit

II. Ratio. — Ioan. 10. — III. Ratio. Luc. 12. — Qualis Christus quæ docebat in templo. Quo spiritu Iudæi de Christi doctrina mirabantur. — Matth. 12. — Iudæorum insania. — Esa. 54. Ierem. 31. Ioan. 6. Si cunctos Deus erat edocturus, cur Iudæi de Christi scientia mirabantur sine doctore. — Sapient. 1. — Theophylact. Iudæorum illa de Christi scientia admiratio, de quo fonte descenderet. — Exemplum Theophilacti perappositum. — Ioan. 10. — Messias cum foret sapientissimus, quid Iudæi eius de sapientia mirabantur? Esa. 11. Mira Iudæorũ cæcitas. — Actor. 2. — Actor. 4. — Marc. 6. — Eorundem insignis stultitia. — Fructus omnis prædicationis qui ei teste Esaia. Esa. 27. — Quem Deus minimè docebit.

Discentium propter Deum meritum. ponit in discendo, vt doceat, quàm Apostoli per Spiritum sanctum, sine labore instructi. Et qui in deligendis Ecclesiæ ministris ruditatem piæ eruditioni prætulerit, Dei donum contemnit, neque agit ex eo Spiritu; quo Paulus voluit ministerium Euangelicum committi hominibus ad docendum idoneis, & quo Aquila, & Priscilla Apollo Alexandrinum, hominem alioqui eloquentem in Scripturis & potentem, ob hæc præcipuè dona plenius de via Domini instruendum susceperunt; quò esset ad docendum instructior. Vt ergo nemo sensatus ex eo quòd Moses, Helias, & Christus supra humanæ naturæ vires, & conditionẽ aliquandiu sine cibo vixerunt, respuẽdum esse cibum corporis; & ex eo quòd olim Israelitæ in solitudine citra telluris beneficiũ, & humani laboris interuentum & cœlitus pasti sunt abijciendum esse laborem humanũ, & terræ cultum à colligat: ita certè ex præsenti Christi exemplo nemo cordatus inferret, spernendum esse sacrarum literarum studiũ, expectandumq́; , vt otiosi, & stertentes, miro miraculo doceamur.

2. Tim. 2. Actor. 18.

Qualia tantū diuinitus dif cere volẽtium arguitur. Deut. 9. 3. Reg. 19. Matth. 4.

Exod. 16.

Respondit eis Iesus, & dixit, Mea doctrina, non est mea, sed eius qui misit me. Iudæi eleuabant autoritatem doctrinæ Christi humilitate personæ; ideò Christus vendicat eam ex autoritate Patris mittentis, suspicionem tam impiã breuiter summouens, & ostendẽs vnde literas didicerit, & quòd doctrina sua non sit profecta vel ab homine, vel à dæmonio; sed ab ipso Deo Patre, cuius erat Sapientia, & Verbum. Probat igitur doctrinam suam veram esse ex origine, & contentis, & ex eo quòd quadrat bonæ menti, atq; animo bene disposito, deniq; ex eo quod tendit ad gloriam Patris illustrandã. Prima autem sententia, implicationem in verbis continere videtur. Nam vt Augustinus ait: *Si non tua, quomodo tua? Si tua, quomodo non tua.* Adhæc docent Dialectici, nullam esse veriorem enuntiationem ea, in qua idem affirmatur de se ipso: rursus nullam falsiorem, in qua idem negatur de se ipso. Dicendum est, hanc propositionem, in sensu quo dicta est à Christo, verissimam existere. Primò, vt excludatur origo & principium doctrinæ à seipso; ita vt sit sensus: Mea doctrina, qua vt homo vtor, non est mea, id est, non habet originem & principium ex me homine, neque illam fingo, aut somnio ex me; sed originem habet ex Patre, de quo ait: *Sed eius qui misit me.* Quẽadmodùm si cithara, aut fistula diceret, Meus sonus, non est meus, id est, non oritur ex me, sed ex artifice citharam, aut fistulam pulsante: aut si fluuius diceret; Aqua mea non est mea, innueret aquam aliunde oriri, quàm ex fluuio, nempè ex fonte. Et ita hic sensus quadrat diuinitati Christi: quia Christus Verbum est Patris, scientia, & doctrina Patris; lumen, & splendor Patris. Secundò potest exponi; vt conueniat humanitati Christi, in hunc sensum: Doctrina mea non est meo labore parta, siue meo ingenio inuenta, & excogitata: quia ad diuina & supernaturalia mysteria spectat. Scientia enim, quam vocãt acquisitã, duplici via comparatur. Altera, communi, audiendo magistros, & doctores: qui non secus alios ex notis quibusdam principiis ad percipienda intelligibilia perducunt, vt illis intellectus vesci possit, quàm coquus, aut is, qui minutè carnes secans præparat cibos alteri edendos, & vt scriba doctus dirigens manum pueri discentis scribere. Altera verò via est à lumine intellectus naturalis se ipsum agentis ad intelligendum, multas conclusiones tùm ad vitæ humanæ praxim, tùm ad speculationem spectantes. Et ita dicendo, Non est mea, excludit scientiam acquisitam, siue per inuentionem, siue per disciplinam, etiam à dæmone, & multò minus ex his, qui nec per se sciunt, nec discunt: ergo non est acquisita: sed infusa, & à Deo donata mihi homini, vt Angelis, Adæ, Salomoni, Prophetis, & Apostolis in die Pentecostes. Quæ in hoc differt ab acquisita, quomodo typographus differt ab scriba: ille enim vno ictu integrum folium eodem temporis excudit; hic verò sensim, & cũ progressu temporis singulas literas format. Et quemadmodum singula hominũ corpora naturæ operatione paulatim formãtur, & organis suis distinguuntur: corpus verò Christi per virtutem Spiritus sancti infinitã vno temporis momento perfectum atq; completum fuit: ita Augustin. libr. 1. de Trinit. exponit hæc verba de scientia humana: at idem li. 2. de Trinit. capit. 2. interpretatur de scientia diuina, & vtroque modo vere & apertè intelligi posse. Negat igitur Dominus, scientiam suam esse acquisitã; & innuit esse infusam: quod Platoni occasionem præbuit comminiscendæ illius reminiscentiæ, quam vocanit ἀνάμνησιν, eo quòd nostrum scire, sit reminisci. Doctrina ergo mea non est mea, id est, meo labore parta. Quemadmodum si filius patris sui hæres diceret; Mea facultas nõ est mea, scilicet mea opera, & industria acquisita, sed patris mei labore parta. De peculio autem castrẽsi posset quispiam dicere: Hæc facultas mea, est mea. Hac ratione etiã valeret quis dicere de equo locato; Hic meus equus non est meus: est quidem meus

Alter sensus.

Scientia acquisita comparatur dupliciter.

Gen. 2. 3 Reg. 3. Actor. 2. Scientia acquisita ab infusa quid differat.

Vnde autoritas doctrinæ Christi pendebat.

Qui verum erat: Doctrina mea non est mea, varij sensus.

Augu tract. 29. in Ioan.

Augu. tom. 3.

1. sententia.

Plato in Phædone Contra Platonicum dogma de reminiscentia.

Quale dictum Christi: Mea doctrina non est mea.

Alterum explicatum eius locutionis: Mea doctrina non est mea.

mens quod ad vſum attinet, ſed non meus quantum ad dominium. Ita legatus deſtinatus ab aliquo Principe, & inſtructus de his, quæ nomine ſuo eſt dicturus; valet dicere; Verba mea, quæ ego loquor, nō ſunt mea, ſed mittentis me Principis. Ita olim Prophetæ, tanquam legati Dei, dicebant: *Hæc dicit Dominus exercituum*: & de Apoſtolis ait Chriſtus; *Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis*: & de Meſſia Moyſes inquit: *Ponam verba mea in ore eius*; & Apoſtolus, *Nouiſſime locutus eſt nobis in Filio*. Doctrina ergo Chriſti, Patris erat per Chriſtū docentis. Non decebat autem, vt Chriſtus, qui nullum humilitatis contemptiſſimum gradum neglexit, ſe ad diſcendum deprimeret. Quod his rationibus oſtenditur. Primò, quia eſſet fictio, cùm omnia sciret: ſummo enim doctori, qui omnia nouit, & nihil ignorat, repugnat diſcere: quemadmodum primo mouenti moueri eadē ſpecie motus, qua alia mobilia mouentur. Hinc D. Antonius dicebat, priorem eſſe libris intellectum: qui ſe non ſecus agit ad ſciendum ſine docente, atq; ignis, qui quandoque ſine flante, ac ſine vllo vento incenditur, & emittit flammam: quemadmodùm è côuerſo qui arte & flatu excitatur hominis induſtria, ſimilitudinem gerit ſcientiæ acquiſitæ. Deinde non didicit propter nos, ne humana videretur doctrina Chriſti, quæ tota diuina erat; & humanitus tracti homines putarentur. Præterea quia ſcientia humana magno tempore indiget; cum hominis captus ſit exiguus, & paullatim inſtillandæ ſint ſciētiæ. Nam ſi quis in vas anguſtioris orificij multam aquam immittere vellet, magna pars periret; quia guttatim eſt infundenda: idem eſt de ſcientia communicanda iudicium. Eſt etiam ſcientia humana multis erroribus admixta, & multa incerta habet, ſicut ille dixit: *Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ*: Et vt maximè vera eſſet, non ita afficit, neq; affectū noſtrum incendit, atq; infuſa: nam hæc inſtar recti radij eſt lucentis & calefacientis; illa vero vt radius reflexus eſt, qui lucem habet, calorem non habet. Item in ſcientia acquiſita maior locus eſt vanæ gloriæ & ſuperbię in eo quòd illam ſibi tribuit, & proprio marte comparauit; maior occaſio parcitatis, & inuidiæ in communicando, & maiorem anſam auaritiæ habet in vendendo: ſecus in ſcientia gratis data, in qua minor locus ſuperbiæ, de qua illud: *Quid autem habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?* Minor eſt etiam locus inuidiæ: quia vnicuique datur manifeſtatio Spiritus, ad vtilitatem, Et, *Væ mihi*, ait Paulus, *Eſt, ſi non euangelizauero*. Et Salomon, qui ſapientiam infuſam acceperat, ait de ſapientia: *Quam ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, & honeſtatem illius non abſcondo*. Minor denique auaritia: quia Dominus dixit: *Gratis accepiſtis, gratis date*.

Matt. 10. — *Deut. 18.* — *Hebr. 1.*

Quibus de cauſis Chriſtum non decuit diſcere niſi à Deo.

D. Antonij pulchre dictū.

II. Ratio.

III. Ratio.

Simile.

Sap. 9.

Infuſa ſciētia, & acquiſita, quales ſint, earumq; inter ſe diſcrimen.

1. Cor. 4. — *1. Cor. 12.* — *1. Cor. 9.* — *3. Reg. 3.* — *Sapient. 7.* — *Matth. 10.*

Quod verò dicitur ab Apoſtolo de Domino: quod didicit ex ijs, quæ paſſus eſt, obedientiam: & in Euangelio: *Proficiebat ſapientia, & ætate*, & reliqua: intellige de ſcientia, quæ experimento diſcitur, quā non per viuos magiſtros, hoc eſt, doctores, ſed per mutos, id eſt, creaturas. per quas Chriſti intellectus ſe agebat ad multa cognoſcenda, quæ per ſcientiam infuſam ſciebat. Hac enim ratione Chriſti intellectus perſpicaciſſimus, plus vel vno proſpectu, vel vnica contēplatione in cognitione rerū naturalium proficiebat, quā Plato, vel Ariſtoteles multis annis. Et ad confirmandum duplicem hunc ſenſum aſſignatum, perpende ꝙ orationes huiuſmodi negantes aliquid in Sacris literis, nō ſimpliciter aliquid negāt, ſed tantùm, vt dici ſolet, κατά τι, id eſt, ſecūdùm quid, videlicet ex eorum hypotheſi, ad quos dirigitur oratio. Vt cùm Chriſtus negat apud Ioannem à Patre mundū hunc adminiſtrari, cùm ait: *Neq; enim Pater iudicat quemquam; ſed omne iudicium dedit Filio*: In quo non ſimpliciter remouetur Pater à mundi imperio & adminiſtratione; ſed corrigitur in ea re Iudæorū error, qui ſeparabant Patrē à Filio; cùm contra Pater nonniſi in perſona Filij mundum adminiſtret. Sic alibi dicit, ſe non veniſſe vt faceret voluntatem ſuā, vt putabant Iudæi; ſed eius, à quo miſſus erat, & cum quo vna & eadem erat, Sic etiam alio loco dicit: *Neq; hic peccauit, neq; parentes eius*, non ſimpliciter; ſed *vt cæcus naſceretur*: vt Apoſtoli interrogauerūt. Ita hoc loco: *Mea*, inquit, *doctrina nō eſt mea*; non ſimpliciter, ſed ex Iudæorum hypotheſi, qui putabant Chriſti doctrinam Dei non eſſe: cùm tamen vna ſit Patris, & ipſius poteſtas, voluntas, & doctrina; quēadmodùm etiā vna eſt, & eadem vtriuſq; ſubſtātia. Quare mirum non debet videri, ſi ego Dei filius abſq; eruditione hominū literas ſciam: ſum enim vox, ſermo, Verbum, & doctrina Patris. Quòd ergo doctrinā, quæ Patris eſt, ſuam eſſe negat; in eo captum auditorum reſpicit, qui nihil de eo altius ſentiebant, quàm hominem eſſe: quo conceſſo, ita diuerſus à Patre haberi petit, vt nihil tamen proferat niſi ab ipſo mandatum, vt magnus Propheta, legatus & nuntius Dei, ſiue Apoſtolus.

Hebr. 5. — *Luc. 2.*

Quā Chriſtus ſcientiam acquiſiuit, ſecundùm Apoſtolum.

Chriſti intellectus perſpicacia.

Huiuſmodi propoſitionū negantium, in Scriptura: Mea doctrina, non eſt mea, vis & natura.

Ioan. 5. — *Ioan. 6.* — *Ioan. 9.*

Chriſti propria.

Vbi diligenter aduerte, id, quod eſt Patris,

Diuinarum proprietates perſonarum.

tris, non pendere ab alia natura, vel perſona. Quod verò Filij eſt, & Spiritus ſancti, ab alia quidem eſt perſona, non autem ab alia natura. Quod verò Chriſti hominis eſt, ab alia quidem natura, oon autem ab alia perſona, quæ ſit à Deo diſtincta. Quod omnium aliorum, etiam Angelorum ab alia natura, & alia perſona proficiſcitur & pendet: & ab opere mittendi, id eſt, geoerandi interno, & incaroationis externo, ſummè cognoſcitur Deus, pluſquàm à nomioe creatoris, vel Dei.

Tertius ſenſus illorum verborum, Mea doctrina non eſt mea.

Poſſunt tertio alium ſenſum recipere hæc verba; qui quidem Chriſto, vt Deus eſt, & homo conuenit: *Mea doctrina non eſt mea*: hoc eſt, ad meam gloriam, ſiue lucrũ, & compendium non eſt, vt vos putatis, & vt homines in me homine ſiſtant; Quia ego honorifico Patrem meum, & gloriam meam oon quæro, ſed mittentis. Quemadmodum coospicillis, vel cryſtallo non vtimut, vt in eo ſiſtat viſus noſter, ſed vt per illa, tanquam adiumenta, oculus perſpicere valeat ea, quæ longè poſita ſunt: ita mea doctrina non ſiſtit in me, ſed tendit vſq; ad Patrem magis agnoſcendum, & honorificandum: Nemo enim venit ad Patrem, niſi per me. Perinde ergo eſt dicere; *Mea doctrina non eſt mea*: ac ſi Papa, vel Epiſcopus rogatus, vt conſanguineo, aut ſeruo beneficium aliquod conferat Eccleſiaſticum, reſponderet; Meus Papatus, vel Epiſcopatus, non eſt meus: id eſt, non eſt inſtitutus, vt pro voluntate, vel libidine mea diſpenſem bona Eccleſiaſtica, ſed ad Chriſti gloriam, & Eccleſiæ vtilitatem, cui de miniſtro idoneo proſpicieodum eſt: oec enim Eccleſia eſt propter homines; ſed homines propter Eccleſiam. Eadem ratione œconom⁹ ſi rogatus, vt bona homini profunderet, ille poſſet reſpondere; Mea facultas non eſt mea; id eſt, bona, quæ ad me ſpectant diſpenſare non debeo, neque iure poſſum diſpenſare, oiſi ad nutum Domini, & voluntatem eius, nõ autem pro meo nutu & voluntate. Simile quid poſſet Rex reſpondere, vel magiſtratus, rogatus vt quid cootra ius ipſum, aut cõtra commuoe bonum, cuius peculiaris eſt cuſtos, autoritate ſua, & imperio ageret. Nam ita Chriſtus rogatus à matre filiorum Zebedæi, vt vnum filiorum ad dexteram, alterum ad ſiniſtram cooſtitueret, reſpondit: *Sedere ad dexteram, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.* Vbi ſe hominem diſtinguit à ſe Deo, qui vnus in ſubſtantia cum Patre Deus eſt. Docemur, doctrinam miniſtrorum verbi Dei, noo eſſe peteodam ab hominibus, quales ſunt omnes Hæretici, ſed ab ipſo Chriſto, & Spiritu ſancto, qui Eccleſiam Dei dirigat. Miniſtri enim boni, & per Eccleſiam probati, miſſi, & legati ſunt Patris, & Filij eius: vnde Paulus de Apoſtolis dixit; *Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos*: nam & nomen Apoſtolorum hoc ipſum ſignificat. Cæterùm quòd Iudæis ſcandalum erat, non didiciſſe Chriſtum; Dominus quaſi ſcalā potius eſſe admooet, quę ſurſum eos eueheret ad ceruendam Dei gloriam; & ideò filium ſuũ Deus ex ſordida potius officioa prodire voluit, quàm ex Scribarum, aut Phariſæorũ ſcholis, quò magis conſpicua eſſet Euangelij origo ne quis in terra fabricatum putaret Euangelium, vel hominem quempiam fingere eius autorem. Inſtruimur deinde, ſi Filius Dei naturalis, & per omnia Patri æqualis, ſic locutus eſt, vt omnia agnoſcat ex Patre: quid nos tantilli & vermes per terram repentes, & ad ſummum, filij adoptiui Dei, de nobis ſentire debemus, aut loqui? Certè rectè admonuit Petrus, cùm dixit; *Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur; quaſi ſermones Dei, Si quis miniſtrat, tãquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus. Vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum*: & Apoſtolus omoem ſibi gloriandi anſam præcidit, cùm ait: *Quid habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?* Vbi gloriationem quaſi non acceperimus denegans; in acceptis donis concedit gloriari: at in acceptis gloriari, aliud nihil eſt, quàm donatorem glorificare. Proinde produnt ſuam ſtultitiam, qui aliquid vt à ſe inuentum magnopere commendant: quò enim quis magis quicquam ſibi tribuit, id vilius reddit; quia à viliori principio profectum. Plinius rectè dixit: *Obnoxij profectò animi, & infelicis ingenij eſt, deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere, cùm præſertim ſors fiat ex vſura.* Et rurſus; *Eſt benignum, & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris.* In hac re maximè peccant Hæretici: qui ſe autores faciunt nouarum ſectarum. Vnde Lutherus gloriatus eſt ſe verũ Euangelij ſenſum produxiſſe contra Catholicæ Eccleſiæ fidem: cùm tameo Doctores ſenſum Patrum ſuorum, & traditiones ſequátur; à quibus, quando conueniunt, ne latũ quidem vnguem diſcedeodum eſt: & quo minus quicquã de ſuo docẽt, eò magis nos docent; neque alia certior, aut firmior ratio eſt reuincendi hæreſes, & nouitates omnes, atq; iſta, neq; aliam viam ingreſſa ſunt œcumenica, & generalia Coocilia, quàm

Ioan. 8.
Exemplum.

Ioan. 14.

Eccleſiaſtica beneficia quibus conferenda tantum modo.

Regis & Principis officium.

Matth. 20.

Doctrina miniſtrorũ verbi Dei vnde petenda.

2. Cor. 5.

Apoſtolus quid ſonet.

His verbis: Mea doctrina non eſt mea, &c. quid doceat nos Chriſtus.

1. Petr. 4.

1 Cor. 4.

Quid in Dei donis gloriari.

Stultitiæ qui notam non effugiant.

Plinius ſecundus in præfat. naturalis hiſtoria.

Idem ibidem.

Hæreticorum Lutheri præſertim, inſignis arrogantia.

Optima illos reuincendi ratio.

& Satanæ Satanica. ¶ *Vtrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar.* Non adiecit tertium membrum, an ex diabolo, quia continetur sub secundo membro. Id est; an à Deo proficiscatur, an ab homine siue dæmone, & an diuina sit, an humana & diabolica. Et an ego à me ipso loquar; hoc est, vt à fonte distincto contra Deum, nempe ex propria innentione humana, & veteri homine; an verò vt legatus, & missus à Deo loquar. Discernere igitur doctrinam humanam à diuina, non est cuiusuis; sed voluntatis tantùm humanæ, quæ diuinæ per omnia est conformis. Duplici enim modo ciuitas ad Imperatoris exercitu obsessa, se illi dedere potest: vel sub certis conditionibus, & pactis, vel fidei, & bonæ voluntati Imperatoris se totam, & penitus committens, nihil ad pactum deducens. Cùm ergo dicit; *Si quis voluerit ex parte, voluntatem Patris mei facere, aut legem Dei ex parte seruare,* quia perinde esset, ac si quis dederet se sub certo pacto; sed si quis voluerit, integrâ, & perfectam volũtatem Patris facere, quam scilicet vult à nobis impleri; hic esset, tanquã qui se dedere vellet sine vllo pacto ad Dei beneplacitum, & voluntatem perficiendam; hic dignus esset, & paratus, cui veritas doctrinæ Christi detegatur, & qui rectum possit de illa ferre iudicium. Fidei enim, & bonorum operum præmium est intellectus, iuxta illud: *Intellectus bonus omnibus facientibus eum*; & Iob: *In manibus abscõdit lucem.* Hinc optimus Scripturæ sacræ commẽtarius, integra, & pura vita est; per quam multa Partes in sacris literis difficilia assecuti sunt. Qui ergo ita se ipsos resignarunt credẽdo, vt cum Paulo possint dicere; *Domine, quid me vis facere?* & credendo non festinauerunt; ex multis agnoscunt doctrinam Christi verissimam esse, & sanctissimam, atq; adeò à Deo profectam; vt dicant cum Dauide: *Quia iudicia tua iocunda*; & alibi: *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.* Et iterum, *Quomodo dilexi legem tuam, Domine? tota die meditatio mea est.* Qui ergo est spiritualis, iudicat omnia, & agnoscit Christi doctrinam verè diuinam existere. In primis quia non est contraria, sed perficiens ea, quæ Dei sunt, id est, doctrinam, quam præscribit ratio naturalis, & quam vetus lex tradit: quamquam mutet iudicia, & cæremonias, tanquam vrbanitatem pueri, in vrbanitatem viri maturi, atq; adulti; in substantia verò Fidei, Spei, & Charitatis à veteri non differt. Quòd si nos credimus in Patrem, Filium, & Spiritum sanctũ; non pugnat cum fide in Deũ; quia rationi congruit, in Deo esse aliquot

Quæ voluntas humanam doctrinam à diuina distinguat.

Duplex Deo se dedendi ratio.

Psal. 110. Iob. 36.

Optimus Scripturæ sacræ commentarius quis.

Actor. 9. Esa. 20.

Psal. 118. Psalm. 29. Psal. 118. 1. Tim. 2.

Diuinæ Christi doctrinæ symbola.

secreta non perinde ita omnibus nota; si in magnete, aut rhabarbaro delitescit nobis virtus ignota. In Deo igitur credito à Iudæo, delitescebant olim Trinitatis, & Incarnationis iam detecta mysteria. Deinde quia doctrina Christi perficit veram virtutem; & summam cum vltimo fine cõinnctionem non solùm promittit, sed præstat. Item quia tanta signorum potentia confirmata est, tanta Dei patientia collocupletata, tanta vitæ sanctitate, heroicarumque virtutum splendore ornata, tanta Martyrum admirabili, & inuicta sapientia corroborata; vt planè stultus atque impudens sit, qui eam negare audeat. Præterea quoniam tam breui tempore, per tam paucos, eosque mundo contemptos, toto orbe reclamante, & contradicente, tot ac talibus; ac tali modo persuasa est, vt pro ea susceptam mortem sustinere, non solùm non dubitauerint; sed etiam sibi duxerint gloriosum. Secus lex impuri illius, & tyranni Mahometi.

II. symbolum seu argumentum.

III. symbolum

Quinto loco, & quod põdere suo prius erat dicendum; Iudæi in primis id maximè debebant attendere, vt, quis esset Iesus, & quem se esse diceret, & confirmarent signa sua, cognoscerent. Nam si doctrina sua, & miracula, Messiam eum esse confirmabãt; non erat cur de eius doctrina dubitare deberét, aut inquirere: quia illo euicto quòd Messias est, nonnisi diuina, & quæ ab ipso Patre acceperat, docere poterat. Qui verò voluntatem Dei facere detrectarunt, aut non integram præstare voluerunt; à veritate exciderunt, & ab illa etiamnum excidunt. Nam Iudæi volentes sub certo pacto credere in Christum, modò videlicet daret temporalia, & honores; Messiam, & spiritualia simul, & temporalia amiserunt. Similiter etiam hæretici, qui legem Christi, quatenus sibi, ac suis appetitionibus cõgruit, amplectuntur, rectum iudicium de doctrina Christi habere non potuerunt. Vnde Hæretici, qui meditantur cum Ecclesia Catholica, & Romana concordiam, modò concedatúr illis communio sub vtraque specie, & coniugium Sacerdotibus, & Quadragesimæ ieiunium de medio tollatur; toto cœlo aberrant, neque de doctrina Christi sanum iudicium ferre possunt, quia sub certis pactionibus videntur se dedere. Noui ego duos Sacerdotes, qui olim ab Ecclesia Catholica deficientes, ad Lutheri scholam transfugerunt; à qua rursus ad Catholicam redierunt, vna tantùm hæresi retenta de coniugio Sacerdotum, cui nunquam abiurarunt, cùm olim apud Hæreticos vxores duxissent. Isti ergo non-

Nequaquam Iudæos de doctrina Christi vnde esset, dubitare debuisse, neque verò etiam, si saperent potuisse.

Iudæi vnde exciderint à veritate; & modo etiam Hæretici à fide Christi.

Quare Hæretici integrum de Christi doctrina iudiciũ ferre non possint.

nihil pro Catholicis ediderint, tectum tamen de vniuersa doctrina Christi habere iudicium non potuere. Similiter qui ex Christianis legem Christi amplectuntur, sed vellent illam in quibusdam, in quibus suis cupiditatibus obstat, immutari, aut relaxari; vt videlicet fornicatio simplex sit licita, vel dare ad vsuram, vel retinere odiũ, & vlcisci iniuriã permittatur: isti tales boni iudices esse nequeunt; quia stat sententia Christi: Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina mea. Sanè hoc nostro sæculo diligenter est perpendẽda hęc doctrina: quia multi in tãta dogmatum dissensione nesciũt cui credere debeant. Sed duo sunt quæ istos impediunt. Primum est, quòd malunt voluntatem suam, esse diuinæ iustitiæ regulam, quàm voluntatem Dei, voluntatis humanæ, cupientque omnia illa, quæ sibi placent, & cõgruunt, Deo placere. Sed isti sunt vt coquus cibos condiens pro voluntate sua, nó domini: nam egregiè quidam dixit:

QuiChristiani boni iudices Christi doctrinæ esse nequeant.

Duo impedimenta suscipiendæ Christi doctrinæ.

Nam satis est ars sola coquo seruire palato,

Namq; coquus domini debet habere gulam.

Mart. lib. 14. apoph. 220.

Alterum est: quod etiam cognita bona facere recusat. Quis ergo putauit eum facere voluntatem Dei, qui apertis Dei mandatis reluctatur? Vnde per Esaiam ait Dominus: *Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volũt: quasi gens quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit.* Quasi dicat; Indigni sunt vias meas intelligere; qui affectibus suis dediti, quod nouerunt ex lege mea, præstare erubescunt.

Esai 58.

Habes ex hoc loco apertam causam ob quam Pagani, Iudæi, & Saraceni fidẽ Christi non amplectantur. Dicunt enim: Si agnosceremus fidem Christi veram, cõfestim eam susciperemus. Quibus respondemus, quòd si peccata vitarent, & honestam vitam traducerent, aut saltem votum bene viuendi, aut peccata declinandi cõciperẽt, Deus illos illuminaret: tanta est conuenientia fidei Christi ad intellectum, mala vita non impeditum, vt statim audito adhæreat Euãgelio. Sibi igitur imputent, qui ad veritatem Christianam intelligendam nó se disponunt. Deinde hinc habes, hæresim non esse primum peccatum hominis, sed in illam homines incidere post multa peccata, quibus digni facti sunt, qui in tenebras traderentur. Ait enim Apostolus: *Habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidẽ naufragauerunt.* Causa igitur amittendæ fidei, mala conscientia est. Idem Apostolus inquit; *Ideò mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio:* vt iudicentur omnes, qui non credi-

Cur Iudæi, Pagani, & Saraceni Christi fidẽ minimè amplectantur.

Vnde homo labatur in hæresim.

1. Tim. 1.

2. Thessal. 2.

derunt veritati, sed consenserunt iniquitati: id est, vt paullò ante dixit, eo quòd charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. Præterea habes. cur tibi, vel alteri lex Christi in aliquo non congruat: omnium ob cupiditates carnis, & affectus immoderatos; quibus dum seruire volumus, lex Dei nobis repugnat & contradicit. Ideò remedium est, motus concupiscentiarũ nostrarum reprimere, & illis vim facere; ne fortè tibi contingat quod fœdæ, ac turpi mulierculæ, quæ dum se in speculo intueretur, & deformem se aspiceret, speculo ipsi vitium imputabat; & irritata, illud frangebat: neque aliud faciunt, qui vitia legi Dei, & non sibi attribuunt; cùm tamen lex Domini sit immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.

Cui Christi doctrina incongrua videatur, & qualis ille sit.

Psal. 18.

Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. Addit certum documẽtum, per quod deprehendi possit, an quis à se ipso loquatur, & non à Deo. Nam quæcunque doctrina gloriam Dei illustrat; hominem verò deijcit, ac deprimit; sancta est, & diuina: quæ verò hominum ambitioni deseruit, & eos efferendo, ac vires eorum magnificando, gloriam Dei obscurat; nihil fidei meretur sed reijcienda est. Quid autem quæsiuit Christus sua doctrina? nonne hominum saltem? nonne Dei Patris gloriam? Certè famam propriam, aut auram popularem non captauit: adulatus enim fuisset principibus; Pharisæi illum dilexissent; plebs non solùm illi non contradixisset, sed fauisset. Si hoc quæsiuisset, non toties dixisset edito miraculo, *Vide nemini dixeris:* non delituisset ab illis factis: cùm voluerunt eum facere Regem, nequaquam se abscondisset: non se vltro cruci pro salute mundi obtulisset, sed declinasset illam. Se. sententia Philosophorum est, vt tradit Rupertus: *Quorum definitiones sunt contrariæ, & ipsa esse contraria:* Sunt autem hæc contraria, loqui ex se, & loqui ex Deo. Christus enim illa opponit. Est autem ex Deo loqui, docere quomodo Spiritus veritatis vult nihil de proprio corde confingere; sed sicut corde sentimus, ita & ore veritatẽ proferre. Ergo ab opposito, loqui à semetipso, est loqui mendaciũ, & prophetare de corde suo quę non mandauit Dominus. Ergo dicens Dominus, *Mea doctrina non est mea:* idem est, ac si dixisset: Mea doctrina non est fallens, aut falsa: Qui verò à semetipso loquitur, & ait Hæc dicit Dominus, cùm Dominus non miserit eum; hic propriam gloriam quærit:

Sancta & diuina doctrina quæ sit, & quæ non sit.

Cuius vanã gloriam Christus quęreret, & affectabat.

Marc. 1.

Marc. 9.

Marc. 8.

Ioan. 6.

Philosophorum dictum. Rupert lib. 7. in Ioan.

Ex Deo loqui quid sit; & quid à se ipso.

Ierem. 23. & seq.

Ezech. 13. & seq.

Gloriam propriam qui quærat.

quia fontem ſe facit, & non canalem ſuæ doctrinæ. Et ſubaudiendum eſt per oppoſitum: Qui non loquitur à ſemetipſo; & canalem ſe facit, & non fontem doctrinæ ſuæ; ſed miſſus eſt à Deo, gloriam Dei quęrit, qui miſit illum, & in verbis eius non eſt falſitas vel in operibus, & vita eſt aliqua iniuſtitia. Qui autem quęrit gloriam eius qui miſit illum, hic verax eſt in doctrina ſua, & iniuſtitia in illo non eſt, quia non vſurpat mēdoſe gloriam Dei. Quemadmodùm qui gloriam propriam quærit, mendax eſt, & mendacia ſerit, quibus gloriam aucupetur: & iniuſtus eſt, quia quod Dei eſt, iniquè vſurpare contendit. Quòd ſi talis vera dicat; non ex corde dicit, ſed vt placeat turbæ; vnde hypocrita eſt, aliud lingua, aliud corde geſtans. Vnde Hæreticus dicendo vera, mendax eſt: contra Catholicus dicendo falſa, verax eſt, id eſt, habet virtutem veritatis, & nullum mendacium aſſereret boni alicuius gratia: vnde ſi fortè erraſſet, dignus eſt qui veritatem agnoſcat, & libenter retractet. Id quod Auguſtinus in libro Retractat. demonſtrauit: in qua retractatione non minorem laudem ſibi comparauit, & nomen diligentis veritatem, quam ſi ſemper vera dixiſſet.

Quærens gloriam eius qui miſit illum.

Quomodo Hæreticus dicendo vera, mendax ſit: Catholicus contra dicendo falſa ſit verax.

Auguſtinus à ... minus vere ... ſcta retractatio, quantam ſibi gloriam comparauit.

Nonnulli tamen volunt hoc loco iniuſtitiam accipi pro fraude, ſiue impoſtura; vt iniuſtus veraci contrarius is ſit, qui fallendi ſtudio, & ambitione docendi ſeſe ad munus ingerit. Et non ait; Iniuſtitia illi non adſcribitur: ſed in illo non eſt: quia ipſi Chriſto mendacium & iniuſtitiam tribuebant, ſed reverà in illo non erat. Hoc Chriſti verbo Hæretici noſtri ſeculi abutuntur. Aiunt enim: Doctrina Papæ de primatu Sedis Romanæ ſuper omnes Reges terræ, propriam gloriam quærit; ergo non eſt ex Deo. Quibus dicendum eſt, rectè illos concludere potuiſſe, ſi Deus illum verbo ſuo toti Eccleſiæ non præfeciſſet, & illum paſtorem Eccleſiæ non declaraſſet, dediſſetque ei hunc honorem, vt locum eius, & perſonam in terra ſuſtineret: & omnem quem illi impendimus honorem, neque illi propter ſe, ſed propter Chriſtum, quem repræſentat, tribuimus: nec ipſe propter ſe, ſed propter Chriſtum, ſi ſapit, acceptat. Quòd ſi obiicias; hominem tanto honore abuti poſſe; non negamus; ſed abuti poteſt Rex, & Epiſcopus, & Doctor: tollantur ergo omnes magiſtratus de medio, quod abſurdum eſt: Pontifex ergo Romanus agnoſcens ſe Chriſti Vicarium, acceptat honorem ſibi oblatum; ſed non vt in illo ſiſtat, ſed vt illum reddat Chriſto, cui debetur; & vt per illum dignitatem doctrinæ Eccleſiæ ſuſtineat, obedientiam extorqueat, rebelles, & contumaces reprimat; tradens alioqui doctrinam de Rege honorificando, de Magiſtratibus venerandis, omnique obſequio proſequendis.

... eo irē qui ... gloriam propriam quæ..., vt non ſit iniuſtitia.

Hæc verba: Qui à ſemetipſo loquitur gloriam propriam quærit, perperam ab Hæreticis in Romanum Pontificē ... torquent. *Matth. 16.*

Quam illud vanum, & futile: Papalis tanto honore videlicet, homo poteſt abuti.

1. Petr. 2.

Deinde de merito, & mercede bonorum operum ex libero arbitrio prodeuntium ſic argumentantur: Ea doctrina, quæ plus gloriam Dei quærit, ac humanis viribus detrahit, præ alia acceptanda eſt; maior autem gloria Dei eſt, ſi agnoſcamus, Deum non eſſe auarum quendam fęneratorem, qui nihil tribuat niſi pretio, & merito; ſed potius liberalem œconomum, qui omnia ſua gratis exponat: qui nec vendax ſit paradiſi, nec emax bonorum operum. Prætereà maior Dei gloria eſt, ſi confiteamur noſtras vires nullas eſſe, ſicut reverà nullæ ſunt; ſed ſolùm in nobis Deum operari velle & perficere, pro bona voluntate. Reſpondemus, nos multò magis illuſtrare Dei munificentiſſimam gratiam; quia agnoſcimus vires noſtras nullas eſſe ex nobis. Sed & hoc inſuper agnoſcimus, quod Hæreticus negat, per gratiam hominem ſanari, & eius vires reſtitui: & non ſolùm imputatam quandam iuſtitiam agnoſcimus, ſed veram ſolidamque ſalutem tribuentem, & verum morbum peccati tollentem. Agnoſcimus etiam noſtris operibus nihil ex ſe deberi: ex gratia tamen Dei & pacto Deum voluiſſe illa remunerare, & æternum præmium retribuere. Et cùm hoc tota Scriptura cantet, & Chriſtus ipſe apertè aſſerat: qui hoc negat, Chriſtum facit mendacem, & illius gloriam ſua doctrina obſcurat: vt faciunt Hæretici. Confitemur & liberum arbitrium: ſed ita, vt ſine Deo nihil poſſit ex ſe ad ſalutem, excitatū tamen, Dei gratia, poſſit iuſtificationi acquieſcere; iuſtificatum, poſſit bonis operibus ad præmium vitæ æternæ contendere; poſſit dæmonibus, peccatis, & hæreſibus reſiſtere; poſſit legi Dei ſatisfacere, & æternam gloriam promereri, beneficio Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto, omni gloria, laude, & honore eſt proſequendus ſemper, & in æternum,

Amen.

Ex eiſdem Domini verbis Lutherani ad meritum bonorum operū, & mercedem è medio tollēdam quàm inepte ratiocinentur.

Philip. 2.

Morbum peccati, Dei gratia tollit.

Vnde liberi arbitrij vires ad æternam gloriam promerendam.

TRACTATVS XXXV.

De eadem Domini disceptatione cum Iudæis in festo Tabernaculorum, in illa verba: *Nonne Moyses dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit, Dæmonium habes; quis te quærit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis, Vnum opus feci: & omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem (non quia ex Moyse est, sed ex patribus)&c.*

Iudæos inter & Christum cur minus conueniret.

CVm superiori disputatione Christus dixisset se veracem, & omni iniustitia carere, nunc asserit quare inter ipsum & Iudæos non conueniat; nimirum quia Iudæi iniusti erant atque mendaces, diuinæque legis violatores; ideò bene præcessit: Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina mea, & quæ sequuntur: vt hinc liquidum reddatur ob id eos non cognoscere qualis sit eius doctrina: proinde quod sequitur, Quid me quæritis interficere? declarat ipsos legem non præstare, cùm sine causa quærant interficere, & contra leges Moysi innocentem. Admirabantur Iudæi, quomodo Christus literas sciret, cùm non didicisset; quod laudabile erat: admiratur & ipse, sed maiori cum ratione, quomodo legem cognitam non facerent; quod detestabile erat: ac ob id acutè arguit, ostendens eos nó posse cognoscere doctrinam suam, quòd nollent facere voluntatem Patris, quod legem eius violarent: vel noua ratione eorũ in se odium concitatum nititur ostendere esse iniustum: cùm enim criminarentur quòd Sabbatum solueret, & legem præuaricaretur, multò magis ipsi legis erant præuaricatores, qui insontem cotra legem occidere designabant: cùm tamen si veri essent legis zelatores, debebāt ipsi imprimis eam obseruare.

Quam iniquo odio Iudæi Christum prosequerentur.

Nonne Moyses (Inquit) *dedit vobis legem; & nemo ex vobis facit legem?* Compellat Dominus hostium suorum conscientias: & cum se in detrahendo Christo legis patronos iactarent, Moysis laruam illis detraxit, exprobando eis, quòd sibi permittat toties violare legem: ex quo infert, eos non à legis zelo impelli ad tantam rabiem; dum ipsum cupiunt interficere. Moses ergo, quẽ vos tanti facitis, cuius vos esse discipulos gloriamini, cuius autoritas est apud vos sacrosancta; nonne ille legem tulit, cuius tamen vos transgressores estis? Et loquitur principibus & maioribus, quorum erat alios exemplo docere. Quod ait; *Nemo facit legem*; perinde est, ac si dixisset; nemo præstat, & nemo obseruat: nã alioqui propriè facit legẽ, qui illam condit. Quanquã hæc proprietas in Scripturis non obseruetur, ait enim Paulus: *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum; sed factores legis iustificabuntur.* Ac subdit; *Quid me quæritis interficere.* Quasi diceret; In quintum præceptum legis est, innocentes non interficere, etiãsi in omnibus alijs sitis iusti: quomodò impletis legem, quæ tota docet vt me recipiatis in vestrum Messiam? *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.* Si autem illius literis non creditis; quomodo verbis meis credetis? Cùm ergo finis sim legis, ad iustitiam omni credenti; volẽdo me interficere, cõtra totam legem agitis: si verum est, quod qui offendit in vno, factus est omnium reus.

Eorundem in sigarũ hypocrisis, crudelitasque Christo ipsius.

Iudæi vt legẽ non facerent.

Legẽ propriè qui faciat. Rom. 2.

Iudæi diuinæ legis præuaricatores erant duplici nomine. Deut. 5. Ioan. 5.

Rom. 10.

Respondit turba, & dixit, Dæmonium habes, quis te quærit interficere? Turba turbata, & perplexa, secum in dictis pugnat. Primò enim tanquam à veritate coacta, suam iniquam profitetur voluntatem interficiendi eum; & ideò dicunt, *Dæmonium habes*; quasi dicant, à dæmone hoc tibi reuelatum est. Deinde negat; *Quis te quærit interficere?* Quasi hoc vellet, nullus; ideò falsum dæmoniũ reuelauit. Negant impudenter quod volebant: quia peccans non videt peccatum, vt cæcus. Imò quis non quærit Iesum interficere; cùm sit signum, cui ab omnibus contradicitur? Vel fortè turba ignara consiliorum Sacerdotum, & quid Iudæorum primores contra Dominum fuissent machinati; ideò respondit: *Quis te quærit interficere?* Et ait, eum dæmonium mendax habere id sibi reuelans, quod nihil tale intẽtaret. Et fuit propria locutio Iudæorum, infestari à diabolo homines putantiũ, dum in furorem aguntur, vel dum mens, & ratio illis adempta videtur. Taxatur hic improba defensio maiorum ab adulatoribus. Docemur solicitè cauendum esse, ne sententiam feramus de rebus incognitis, vt turba fecit, quæ temerè solet iudicare de factis maiorum, quæ ignorat; ideò erat, siue vituperans, siue defendens. Existimãtes etiam se spirituales, doctrinam, quam non intelligunt, dæmoni imputant. Discamus etiam quamuis iniuriam deuorare, & exemplo Christi forti animo sustinere. Grauissima autem fuit blasphemia, coniungere dæmonem diuinitati Christi: quod detestabilius fuit, quàm ponere idolum Dagon prope arcam Domini.

Iacob 2. Turbæ leuitas & inconstantia eadẽ cum Christo dixerit; Dæmoniũ habes.

Turbæ impudentia, mendacium.

Luc. 2. Altera causa turbæ vocandi Christum dæmoniacum.

Hoc loco taxatur improba defensio maiorum ab adulatoribus.

De factis maiorũ minimè iudicandum.

Christi patientiæ documentum.

1 Reg 5.
Leontius.

Respondit Iesus. & dixit eis, Vnum opus feci, & omnes miramini. Leontius annotauit, verbũ Græcum θαυμάζειν, id est, admirari, positum loco verbi θορυβεῖν, siue ταράττεσθαι, hoc est, perturbati, siue cõcitari, siue persequi: sed mitiori verbo vsus est Dominus, vt mansueto, & placato animo se esse ostenderet. Murmurabant enim, atque indignabantur Iudæi, putantea Sabbatum solui opere sanitatis per miraculum præstitæ: & apud Lucam indignatur Princeps Synagogæ, quod sanaret in Sabbato, tantùm quia lex dicebat: *Nullum opus seruile facietis in eo.* At non aduertunt infelices, nõ impleri Sabbatum omni otio corporeo; alias illo die nec esset iacendum, nec standum, nec ambulandum, nec edendum, nec bibendum, nec loquendum, nec audiendum, nec videndum, nec circumcidendum, nec adiuuandus vicini bos in puteum cadens, nec asinus adaquandus, nec Sacerdoti in templo oues mactandæ in victimam: hæc enim omnia sunt opera, quibus cum necessitas humana carere nequeat, licita sunt: ergo alio respicit lex Sabbati, non in solũ otium corporis, sed in otium spiritus. Quod est, si nos otiemur ab operibus nostris, & nostræ deprauatæ naturæ, sinamusque Deum operari in nobis, Sabbatum enim non respuit opera bona, sed ludicra, profana, seruilia, sanctimoniæque diei repugnantia.

Christi benignitas aduersus Iudæos.
Luc. 13.
Leuit. 23.
Christum sanando languidum, Sabbatũ minime violasse.
Sabbati lex Diuina quo tenderet.
Sabbati opera quæ sola respueret.

Leuit. 12.
Gen. 17.
Illud: Propterea Moyses, &c. quò referatur.
Cyrill lib. 4. in Ioan. c. 49. tom. 2.
Ioan. 5.
Theophyl.
Alter sensus.
Hebraismus in dictione, ideò vel idcircò.

Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem (non quia ex Moyse est, sed ex patribus) & in Sabbato circumciditis hominem, si circumcisionem accipit homo in Sabbato, vt non soluatur lex Moysi; mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in Sabbato? Ad literam considera particulam, *Propterea*, quæ Græcè dicitur διὰ τοῦτο: primùm quæritur, cuius rei afferatur ratio per illam? Cyrillus putat referendam ad id, *Circumcisionem non esse ex Moyse, sed ex patribus*: & tamen illi cedere legem Sabbati, vt ipse quoque Iesus videatur iure agere paternam consuetudinem in Sabbato operantis imitando: dixit enim Dominus, *Pater meus vsque modò operatur, & ego operor.* Theophylactus verò iungit cum superioribus, vt sit sensus: Vnum opus feci, & vos miramini propterea, siue de eo. Et deinde sequitur alia ratio noua: *Moyses dedit vobis legem*: quæ distinctio facilis est. At quibusdam non tam habetur, vt illatiua particula, quæ aliquid ex præcedentibus colligat, quàm aduersatiua, vt atqui, attamen, sed tamen; vt videatur nouum texere argumentum, quo aduersariorum opinio euellatur: & hoc ex idiotismo Hebræorum. Ita enim particula לכן cum propriè significet, ideo, vel idcirco: interdum tamen capitur pro, atqui, vel attamen. Potest & seruari proprietas significationis, vt sit sensus, vt Ierem. 30. *Insanabilis est dolor tuus propter multitudinem iniquitatis tuæ, & dura peccata tua feci tibi.* Et subdit: *Propterea omnes qui comedunt te, deuorabuntur*, id est, Attamen, vel veruntamen scitote quod omnes qui comedunt te, deuorabuntur, &c. Simile quid habetur Ierem. 32. Propterea, id est, propter opus sanctificationis animarum, quæ sanctificatio à fide est, cuius signum est circumcisio, vt ait Apostolus. Propter hoc, inquam opus, quod ego feci, sanando in corpore, & anima paralyticum, præcepit vobis Moyses circumcisionem, vt discatis opera misericordiæ præstare in Sabbato, si licet corpus vulnerare, vt anima sanetur. Et ita particula *Propterea*, refert finem circumcisionis, quæ ad sanctificandum hominem instituta erat: ad quod etiam respexit sanatio paralytici, vel vt Photius Græcus autor interpretatur: Propter hoc dedit Moyses legem circumcisionis octauo die omnino peragendam; vt videlicet cum me videritis in Sabbato sanantem, ne commoueremini habentes domesticum exemplum circumcisionis, quæ in Sabbato fit.

III Sensus.
Rom 4.
Finis circumcisionis.
Photius Græcus autor.
Luc. 12.

Expendit autẽ Dominus, circumcisionem non esse ex Moyse, sed ex patribus; id est, non esse inchoatam in lege, & traditam primo Moysi, sed etiam quod maius est, ab Abraham cœpit: ideo non erat opus illam præcipi vt legitimũ, sed vt antiquum, ac proinde maioris est autoritatis; & iure illi cedit lex Sabbati posterioris. Expendunt quidam rectè dictum, Circumcisionem nõ esse ex Moyse: quia lex vt à Moyse est, non iustificabat, vel sanctificabat animam ex se ipsa, siue ex opere operato gratiam non præstabat: Circumcisio verò cum etiam infantes obligaret, sanctificabat eos; sed non erat vt sanctificans, & iustificans opus legis, sed ex patribus signaculum fidei.

Gen. 17.
Circumcisionem non esse ex Moyse, sed ex Patribus, quid significet.
Lex vetus, vt & circumcisio quatenus iustificarent.
Rom. 4.

Alij hanc rationem Domini aliter formant; in hunc modum: Sabbatum est ex lege, quæ tunc Sabbatum sanctificatũ testatur, cùm Deus ab opificio mundi requieuit: atque ita priusquam Circumcisio præciperetur, Sabbatum erat sanctificatum: cur ergo Moyses hominẽ circumcidi in Sabbato passus est, neque hoc legè prohibuit, cum circumcisio non ex lege testimonium tam antiquum, quàm Sabbatum habeat, sed à patrum tantùm tempore fluxerit? Amplius si Moyses nihil dixit, an Sabbato necne circumcidi liceret, quæ vestra insolentia est, qui hominem Sabbato circumcidatis? cùm ante Sabbatum sanctificatum sit, quam circumcisio præcepta fuerit? Quòd si id vobis

Exod. 20.
Gen. 2.

licet, nec Sabbatum violatum putatis; quid mihi irascimini, qui totum hominẽ sanum feci in Sabbato? Adhæc si Deus etiam in Sabbato circumcidi mandat, vbi & qui circumcidunt, otiosi non sunt, & qui circumciditur, dolore vexatur, & inquietus redditur, & parentes, nutricesque anguntur; non est ergo Sabbatum res quædam immutabilis, præsertim cùm nulla vis humana miraculum faciat, sed tantum ex Deo sit. Prætereà cum Deus promiserit pactũ nouum: in quo cognusci poterit nouum pactum, nisi Sabbatum mutaretur? præsertim cùm Prophetæ illud mutandũ dicant, vt Esaias, cùm ait: *Et erit mensis ex mense, & Sabbatum ex Sabbato*; & Ieremias, ac Michæas, atque alij de cæremonijs tollendis loquantur? Non opponunt illi, quod homo grabatum abstulerit in Sabbato: quia hoc ex se homo facere poterat, & à Iesu forte negari posse putabant, & hominẽ sanatum mendaciter dixisse: *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum.* Quòd si vrgerent; Tu iussisti eum grabatum tollere; diceret, Feci sicut vos facitis de circumcisione, quam propterea quod patribus Deus eam dedit, seruatis, nihil verità Moysis legem de Sabbato: sic & ego præcepto Patris iussi hominem tollere grabatum suum. Nam & superius dixit; *Non potest Filius à se facere quicquã, nisi quod viderit Patrem facientem.* Si vt non soluatur lex Moysis de circumcisione octauo die danda (vt est in Leuitico, nec excepta fuit dies Sabbati) circumciditur puer in Sabbato; cur non, vt soluatur potestas Dei, sanetur homo in Sabbato? præsertim cum sanitas quietem hominis faciat, quæ propria est Sabbati; circumcisio autem turbationem & fletum? Si ergo lex cedebat patribus; quare non cedet mihi lex signis confirmanti rem licitam esse. Si ergo infantẽ natum in Sabbato, circumciditis in Sabbato, nec videmini vobis violare Sabbatum ob circumcisionis dignitatem; cur mihi indignamini totum hominem sananti in Sabbato, cuius partem vt vos sanetis; nempè animam, dolore, & vulnere afficitis alteram, nempe corpus? Cur ergo mihi maiori Moyse autore legis, & Sabbati, & maiori Abraham autore circumcisionis succensetis, & in simili causa Moysen tuemini, me autem condemnatis? Quidam tradunt, nunc Iudæos non circumcidi vnquam in Sabbato. Sed isti vt obcæcati, amiserunt veram legis intelligentiam. Et non puto esse vsquequaque verum: imò multi eorum docent circumcidi pueros in Sabbato, si in eo nati fuerint.

Luc. 12.

Miraculum, cuius vnius opus tantùm sit.

Ierem. 31.

Esai. vlt.

Ierem. 7. ac 23. Mich. 6.

Ioan 5.

Cur Iudæi nõ expostulauerint cũ Christo, homo q paralyticus grabatum abstulerit in Sabbato.

Ibidem.

Leuit. 12.

Sanitatis, & circumcisionis effectus contrarij.

Exod. 19.

Gen. 17.

Iudæi modò, vt quidã tradunt, in Sabbato cur minime circumciduntur.

Per totum hominem Euthymius explicat posse intelligi totum corpus paralysi dissolutum & vexatum; aut potius quod non modo corpus, sed etiam animam curauerit: quod mihi verisimilius videtur. Nam si hominem corporali tantùm morbo sanasset, non valeret comparatio: circumcisio enim, quæ ad animæ salutem spectat, plus haberet excellentiæ, si conferatur cũ externo beneficio corpori præstito. Ideò integram hominis salutem in corpore & animo paralytico exhibitam, meritò circumcisioni anteponit, præsertim, cùm hæc ita sanet animam, vt vulneret corpus. Quòd verò animæ paralytici sanitatem dederit; testatur quòd tanquam gratus à Christo in templo inuentus sit; & verba quæ Dominus ad eum dixit: *Ecce sanus factus es: iam noli peccare:* & rursus quoniam Iudæis indicauit Iesum esse sanitatis autorem. ¶ Neque hæsites, dictum, totum hominem sanum feci; cùm tamen remaneat fomes, & procliuitas ad malum, quæ à Paulo peccatũ dicitur. Sed impropriè, & metaphoricè peccatum est; & totũ hominem sanat in spe certa, & iure salutis æternæ consequendæ, per quam fomes & mortalitas absorbentur.

Totum hominem vt Christus sanũ fecit in Sabbato.

Euthym. c. 9. in Ioan.

Ioan 5.

Si totũ hominem Christus sanum fecit, cur adhuc à fomite lãguet miser.

Rom. 7.

Nolite iudicare secundùm faciem. Id est, Non disputo vter altero maior sit: sit vobis Moyses vir venerandus & eximius: sim ego, vt vobis videor, humilis, & contemptus: tamen si rem spectare vultis, aut vterque damnandus est, aut vterque absoluendus: siquidẽ & hoc quoque lex vos docet, vt in iudicando rẽ spectetis, non personam: & execrabilis est, qui diuiti fauens, pauperem opprimit: *Vsquequo iudicatis iniquitatem*, inquit Propheta, *& facies peccatorum sumitis?* Est autem personas sumere, siue facies sumere; neglecto merito causæ, ad accidentia respicere; & externo, & personæ tribuere, quod causæ tribuendum erat. B. Augustinus ita legit hunc locum: Nolite iudicare personaliter: cùm tamen Græcè non legatur. κατὰ πρόσωπον, sed κατ' ὄψιν, id est, secundùm aspectum. Simile quid Esaias de Domino ait: *Non secundùm visionem oculorum iudicabit, neq; secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.* Nam iniquum est, Sabbatum, & alias legis cæremonias, charitati, & necessitati proximi præferre velle. Nolite rursus secundum faciem iudicare: etiamsi Moysi facies fulgeret, & splenderet, & facies Christi esset obscura, & vultus absconditus. Quia fulgor ille, qui legis est, mortem operatur, vt Apostolus docet: vultus verò absconditus Christi operatur vitam, & remissionem pecca-

Quid est: Nolite iudicare secundum faciem.

Deut. 10.

Psalm. 81.

Personas, siue facies sumere quid.

B. Aug. ser. 19 de verb. Apost. 10 10.

Esai. 11.

Alter sensus.

Exod. 34.

2. Cor. 3.

Esai. 35. *11. sensus.* peccatorum, vt testatur Esaias. Nolite etiam iudicare secundùm corticem literæ, neque secundùm apparentem faciem præcepti de obseruantia Sabbati: verùm perscrutamini sensum, & mentem percipientis; & agnoscetis licitum esse in Sabbato beneficium sanitatis impendere. Discamus non esse præcipitandum iudicium, neque secundùm faciem iudicandum. Nam multi hypocritæ secundùm faciem sancti apparent: nec boni iudicandi secundum ea, quæ exterius patiuntur. Nam sæpe qui accepti Deo sunt, hic probantur, & videntur à Deo derelicti: in quorum persona dixit Sponsa: *Nolite considerare quòd fusca sim; quia decolorauit me Sol.* De omnibus benè cogitemus; iudicium Deo relinquamus. Nouimus Hæreticos multò fuco Scripturarum & laudibus Christi immodicis venenum Hæresis tegere. Scimus fœminas impudentes picturata facie, & ornatu splendido iuuentutem, & pulchritudinem mentiri, & quaodam præ se ferre honestatem, vt adolescentibus imponant, & in nassam trahat. Vt rectè dixerit Satyricus quidam:

Temere non est iudicandum.

Cant. 1.

Hypocritæ qui sint, & in signes illi quidem.

Iuuen. *Fronti nulla fides, quis enim non vicus abundat Tristibus obscœnis?*

Iudæi quàm mendaces, & duplici corde. *Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis*, vel, vt Græca habent, ex Hierosolymitis, *Nonne hic est, quem quærunt interficere? Ecce, palàm loquitur, & nihil ei dicunt.* Ecce quam citò deprehensum est mendacium: priùs dixerant: Quis te quærit interficere? & nunc fatentur, Nonne hic est, quem quærunt, scilicet Principes interficere? Et nisi ab illis fuerunt distincti, sibi ipsis contradicunt. Mendacium diutiùs tegi non potest, nec prolixius delitescere, quàm in claudo ambulante vitium claudicationis. Ecce, inquiunt, liberè, siue palàm loquitur: dicebant Scribæ, & Pharisæi illum præ timore latitare, nec propterea prodire ad diem festum: Ecce palàm in templo, & liberè agit, & nullus ei se opponit: ergo poterat comprimere eos: quod isti non diuinabant, sed Principes ex cognitione cessasse, cum possent persequi.

Mendacij pœna.

Nunquid verè cognouerunt Principes quia hic est Christus? Suspicabátur, Iudæos siue Principes, qui eum ad necem designabant, mutasse sententiam; quasi dicerent. Nulla alia caussa potuit comprimere, nisi ista, quòd cognouerunt eum verum esse Messiam, & non tantùm secúdum opinionem aliquorum; & ad differentiam eorum, qui falsò sibi illum titulum vsurpabant. *Sed hunc scimus vnde sit. Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit.* Produnt iam suam incredulitatem, qui benè sentire de Iesu videbantur, dicendo, *Hunc scimus vnde sit*, nempè ex Maria, & Ioseph, vt ipsi putabant. De Christo autem ob nonnullas Scripturas videbatur ignota eius origo: dixit enim Esaias; *Generationem eius quis enarrabit?* & Michæas, *Egressus eius ab initio à diebus æternitatis.* Sed hæc ad diuinitatem eius spectabant, quæ incomprehensa & imperscrutabilis est. Humanitas tamen eius latere illos non poterat: nam oriturus erat ex familia Dauid, concipiendus in Nazareth, edendus in lucem in Bethleem, signa de eo prædicta ipsum esse promissum Messiam indicare poterant. Cùm ergo prius introduxerit Ioannes quosdam in eius doctrinam offensos, quod nescirent vnde esset: iam proponit alios offensos in origine eius, quòd scilicet scirent vnde esset; cùm tamen origo Messiæ videretur ipsis ignota. Christos enim cum veniret, nemò scit, id est, sciet, vel scire poterit, vnde sit.

Iudæi vnde nam Messiæ nouerint fore parentes incognitos. *Esa. 53.* *Michæ. 5.*

Luc. 1. *infra 2.*

Iudæorum de Christi origi ne scandalum.

Obijcies; Quomodò ergo cap. 9. dicunt, *Nos scimus quoniam Moysi locutus est Deus; hunc autem nescimus vnde sit?* Deinde quomodo dicunt; *Nemo scit vnde sit Christus*; cùm mox adiungant ex Michæa, se didicisse Christum ex Bethleem nasciturum, vt etiam Herodi dixerunt: neque enim, vt insani, sibi aduersabantur. Dicendum est, quòd cum dicút, *Hunc scimus vnde sit*, sensus est, scilicet ex quibus parentibus sit genitus. Alibi verò se nescire dicunt, an à Deo missus esset, sicut Moyses, an non. Quòd verò dicitur: *Nemo scit vnde sit Christus*, non videtur intelligendum de loco, vnde esset Messias oriturus, sed de parentibus Messiæ, quos fore incognitos verisimiliter credebant, tùm ex allatis testimonijs Esaiæ, & Michææ, tùm ex illo: *Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec*; vt hinc collegerint Messiæ parentes incognitos, sicut & Paulus parentes Melchisedec collegit ad Hebræ. 7. Apparet etiam, asserere voluisse Dominum, parentes Messiæ fore incognitos, ex eius responsione, qua indicat, ob id nescire vnde esset, quia nescirent Deum à quo esset, & in mundum exiuisset. Et licèt incognitos Messiæ carnales parentes intellexerint: absurdum tamen id colligebant. Nam si parentes debebant esse incogniti, quomodo sciri posset, quòd ex Bethleem, & ex semine Dauid esset natus? Debebant quoque ex Scripturis intellexisse, originem Messiæ, quatenus Deus est, fore ignotam; secundùm Humanitatem verò manifestam: sed ignorata in Christo duplici illa natura, confundebantur sæpè, & fallebantur Iudæi. Vnde meritò subiungit: *Clamabat ergo Iesus in templo docens,*

Michæ. 5. *Matth. 2.*

Quomodo Iudæi Christũ se scire hic asserunt; quem tamen alibi se nescire affirmant? Id: Christus cum venerit, nemo scit vnde sit: quem sensum habeat.

Psal. 109.

Hebr. 7.

Iudæi cur ne scirent Christus vnde esset.

cens, & dicent: Et me scitis, & vnde sim, scitis. Et à me ipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Occasione accepta ex verbis ierosolymitarum, clamore vtitur contra malitiosè peccantes, tùm ad libertatem sermonis, tùm ad magnitudinem materiæ exprimendam, vt non tantùm à propinquis, sed à toto populo posset exaudiri, qui in templo versabantur. Nec obstat Esaias, dicens: *Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris*: Quia ibi de clamore contentioso est sermo, hic de clamore inuitante ad salutem. Quemadmodùm infra in vltimo die festiuitatis clamabat; & apud Matthæum, & Lucam, & in Prouerbijs sæpè clamat Sapientia, quæ est Filius Dei. Et profuit hic clamor, quia multi crediderunt; pro his clamabat, qui propter eorum fidem paullò pòst clamaturus erat. Iesus ergo ostendit non pugnare inter se, quod scirent eum vt hominem, & ignorarent vt Deum, quasi diceret; Non est celanda Dei gloria, & proximi salus negligenda. Nam vt videor vobis ille Messias, quem ex Prophetarum oraculis expectatis, aut non. Si videor, me fide amplecti deberetis: Si non videor vobis, ex eo quòd sciatis vnde venerim, hoc ipsum vos docere poterat me esse illum Prophetam, & Messiam, qui ex eo loco sim ortus, vnde Prophetæ venturum Messiam dixerunt. Audistis enim Ioannis de me testimonium, vocem de cœlo dicentem: *Hic est Filius meus dilectus*; vidistis signa; audistis me veritati testimonium perhibentem; nulli alteri rei nisi gloriæ Dei, & vestræ saluti studentem; Scitis me natum in Bethleem, educatum in Nazareth, conuersatum in Capharnaum Galilææ. Itaque non potestis me nescire quod scitis, & apertissimæ veritati claudere oculos. Quòd ergo ait: *Et me scitis, vnde sim, scitis*: idem valet ac si dixisset, scire potestis ex Scripturis, ex Ioannis testimonio & signis, qui sim, & vnde sim.

Quare Christus clamaret in templo: Et nescitis, &c.

Esai 42. & Matth 12.

Esaiæ de Christo vaticiniū illud: Non clamabit, nec audietur vox eius foris: quo modo verū sit.

Ioan. 7.
Matth. 27.
Luc 0.
Prou. 13 & 8.

Eius clamoris fructus in templo.

Iudæi vnde Christum nosse poterant, ac debebant esse Messiam.

Ioan. 1.
Matt 3 & 17
Matth. 2. & Luc 2.
Infra 4.
Matth. 4.

¶ Alij volunt, hæc Dominum per ironiam respondisse, qua significabat eos falli & prorsus nescire, quod se scire iactabant; aut, vt alij volunt, ex eorum sententia hoc dixit, concedendo veluti eis. Vt sit sensus; Dicitis vos me scire, & vnde sim scire, atq; id ex parte vobis concedam: à me ipso tamen non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis. Et ita illud, *Et*, in illa clausula, *Et à meipso non veni*, vim habet aduersandi more Hebræo: sicut paullò pòst ait: *Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus*, pro eo quod est, Sed nemo misit. Et hic sensus videtur conuenientior; tùm quia Dominus negat Iudæos se cognoscere, tùm etiam quia Iudæi fatentur se nescire vnde esset secundùm humanitatem, quia ex Ioseph prognatum crediderunt, & in Nazareth natum, non in Bethleem. ¶ *Et à me ipso non veni.* Declarat aliud principium ignotum Iudæis, quòd scilicet à Patre missus sit in carne, qui Iudæis dicitur ignotus, quod nec oculis cernatur, nec auribus audiatur, nec vllo sensu humano percipiatur. Sed in hoc ego missus ab illo sum, vt eum per me aliquo modo conosceretis, quatenus ab homine cognosci potest.

Alter sensus illorum verborum: Et nescitis, & vnde sim scitis.

III. & quidem congruentior ab duo.

Hebraismus in dictione Et.

Quem Iudæi Christi aduentum ignorauerint.

Sed est verus (siue verax) *qui misit me, quem vos nescitis.* Tum præstando vobis, & patribus promissa, quæ omnia in Christo in Deuteronomio continentur. Et rursus verax est in puniendo eos qui me non audierint, atque comminando. Dixit enim; Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit; ego vltor existam. Deum nominat sub nomine veracis; cum omnis homo, & dæmon sit mendax: sicut etiam Ioan. 8. verax dicitur, eo quòd hic Deum introducit tanquam suæ doctrinæ autorem; & propterea Deo veraci testimonium perhibenti de Filio suo credere debebant. Sicut Ioann. 6. Deum Patrem, viuentem vocat, volens significare se esse per illum autorem vitæ: *Sicut*, inquit, *misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Subdit verò, illos Deum qui misit ipsum nescire: tum quòd illum sub ratione mittentis non agnoscerent, & quod illius mandata non seruarent. Qui enim dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, hic mendax est. Et ex consequenti docet illos etiam nec ipsum nosse, nec scire vnde sit, scilicet, quod magis scire referebat, quàm vnde secundum carnem esset prognatus.

Verax Deus Pater a Christo cur vocatur.

Deut. 18.
Ibidem.
Psalm 115 & Rom 3.
Ioan 8.

Patrem Christus cur nominet viuentem.

1. Ioan. 8.

¶ *Ego scio eum, etsi dixero, quia nescio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum quia ab ipso sum, & ipse me misit.* Ego solus, verè noui eum, qui ab ipso profectus sum, & apud ipsum fui priusquam venirem in mundum: & ab illo missus sum, vt per me illum cognoscatis, & per me salui sitis. Scio ergo eum, quia imago sum eius expressa, ipsum perfectè, quantus est, repræsentans: quia ab ipso sum secundùm diuinitatem ortus, & ipse me misit per incarnationem tanquam legatum suum. Quod sequitur: *Etsi dixero quia nescio eum, ero similis vobis mendax: sed scio eum*: nec est in Græcis codicibus, nec in Syriaeo Euangelio, nec in Latinis codicibus antiquissimis inuenitur, nec in Augustini commentarijs.

Christus quā probe Patrem Deum nosset.

ti ab eo missus.

Aug. tract. in Ioan.

Ideò

Ideò ex cap. 8. sequenti acceptum esse videtur,& hic insertum. Et similitudo debet per contrarium intelligi, vt sit sensus: Ero similis vobis mendax: quia sicut vos dicitis nosse vos illum quem nescitis, ita ego dicerem me non nosse eum, quem tamen noni: & si dicerem me eum nescire,essem mendax, & similis vobis, qui mendacia diligitis, & veritatem conspicuam,& perspicuam per me redditam, signisque confirmatam supprimere non veremini. Mentiebátur etiam, dum dicerent se scire Deũ, quem scil. factis negabant: nam quod inspirationi contradicerent, & humanam illi rationem præferrent, efficiebant vt cum Deum se nosse dicerent,mentirentur.Si ergo scire vultis eum qui misit me; hoc à me quærite,qui eum scio, & qui eum possum vobis enarrare.

Iudæi vt se,ꝑ dicerent mendaces contra Christum. *Tit.1.*

Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. Quærebant, aut quia notati erant de ignorantia Dei,& diuinæ suæ originis, aut potius, vt Euangelista confirmat, quod Ierosolymitæ dixerunt, *Nonne hic est,quem quærunt interficere?* verissimum esse. Iam ira in rabiem versa non morabatur lentum consilium, quo volebant clanculum eum tollere: & idcirco gestiunt illi manus iniijcere. Et iterum deprehenduntur mendaces in eo quod dixerunt, *Quis te quærit interficere?* non defuit ergo voluntas, sed executio. Isti ergo dum volunt IESVM ligare,non valuerunt: quia nondum venerat hora eius. Sicut enim volens mortuus est, ita cum voluit, comprehendi se permisit. *Quia nondum*, inquit, *venerat hora eius*. Non fatum quod CHRISTO non dominabatur,si nec nobis dominatur: sed à se,& Patre suo prædestinata hora. Prius erat perfectè prædicandum, & Euangelium disseminandum:qua prædicatione completa,morti se exposuit, si infligeretur. Hora autem CHRISTI est,quia ab se præcognita,& præfinita; cùm nobis hora mortis nostræ & ignota sit,& minimè deliberata,nisi sub cõditione, qua Deo illam immittente acceptare decreuimus. Et Christo prior est hora Crucis, quàm gloriæ; nos autem tantùm gloriam volumus humilitatis, & patientiæ horam non agnoscimus, cùm tamen scriptum sit:*Si filij; & heredes:heredes quidem Dei, coheredes autem Christi:si tamen compatimur, vt & conglorificemur.*

Cur modo Iudæi quærerent apprehendere Iesum.

Quid illud de Christo: Quia nondum venerat hora eius.

Hora mortis cur Christi est se dicitur nostra autem minimè. *Rom.8.*

Cùm ergo hora ventura sit, quam Pater ad gloriam suorum fidelium destinanit, demus operam vt rectè agamus, & Christo pareamus, & CHRISTVM prædicemus, sciemus ante horam nostram nihil nobis posse euenire,sed cum fructu erit conatus noster,quantumcunque mundus reclamet,& nobis insidias, ac necem tendat: non ignorantes similia euenisse pastori & capiti nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu S. omnem laudem, honorem,& gloriam deferamus in cũctis seculis.Amen.

Ad mortem q nos comparatetimus, si sapimus.

TRACTAT. XXXVI.

De disceptatione Domini cum Iudæis mittentibus ministros, vt apprehenderent eum: Et habetur Ioann.7. *De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet quàm quæ hic facit: Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc: & miserũt Principes & Pharisæi ministros, vt apprehenderent Iesum. Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum tempus vobiscum sum; & vado ad eum qui misit me. Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum,vos non potestis venire,* & reliq.

HÆc Disceptatio præcedentibus tractatibus, quantum ad Iudæos spectat, in comprehensione IESV terminanda erat, nisi Dominus sua potestate atque virtute eos coercuisset ab executione: nihilominùs perstiterunt Iudæi in mala sua voluntate, & mandatum dederunt ministris, vt eum apprehenderent, nisi ille virtute verbi sui ministrorum corda, etsi dura, molliuisset, & illo instructi sponte à malo proposito se subduxissent. Est ergo hæc pulchra disputatio CHRISTI solo Dei verbo armati, & ministrorum à principibus missorum quos verisimile est omni genere armorum munitos ac paratos accessisse, maximè cum magnum turbæ metum cõcepissent, quasi in defensionem & fauorem Christi prosilituræ. Sed iam discutiamus caussas, propter quas Principes miserunt ministros: illas exprimit Ioannes, dicens: *De turba autem multi crediderunt in eum.*

Christi victoria de suis aduersarijs.

Iudæorum obstinatio.

Eisdem verbis auditis, & eisdem signis visis quidam obdurantur, quidam verò ad fidem excitantur amplectendam. Proximæ prædicationis Christi, & disceptationis cum Iudæis hic fuit fructus, vt multi, aut visis, aut auditis eius signis in eum crediderint: qui dicebant: *Christus quum*

Quibus profuit Iudæis Christi clamor in templo.

venerit,

Rom. 10.

venerit, nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit? Isti non tantùm corde crediderunt ad iustitiam; sed ore faciunt confessionem ad salutem. Atque ita constat non frustrà locutum Iesum, neque frustra clamasse, neque verbum eius vacuum reuertisse; sed fecisse quæ voluit, & prosperatum esse in omnibus, ad quæ illud misit. Bonus Iesus etiam cùm infans esset, capacibus manifestum se fecit, vt pastoribus, Magis, Simeoni, & Annæ. His verò, qui capaces esse sponte nolebant, sed inspirationi Dei reluctabantur, absconditus esse voluit, quod sub Magorum aduentum Herodis ac Ierosolymæ turbatio declarauit; quos diutius expectauit; quos suo præcursore, & sua, & discipulorum prædicatione, atque miraculis sensim instruxit, quoad inspirationis capaces redderentur. Sed quidam luci, ac diuino eius tractui reluctabantur, offensi ipsius humilitate: sed ea tamen paulò post mutari poterant, cum tantam lucem consurgere ex tam humili viderent loco.

Esai. 55. Luc. 2. Matt. 2. Luc. 2. Christus quibus manifestus extitit, quibus occultus. Matt. 2. Infr. 8. & sequ.

Quòd dicunt, *Christus cum venerit*, non sic est accipiendũ quasi illi putauerint Christũ venturum, cùm iam dicantur in Iesum credidisse quasi in Christum: sed sic accipienda sunt illa verba, si adhuc CHRISTVS esset venturus, nam quid plura signa facturus esset, quàm quæ hic facit? loquuntur enim ex sententia aliorum, non sua, velut alijs concedentes quòd adhuc CHRISTVS esset venturus, & ex illo colligentes sententiæ suæ veritatem. Perspice autem, quàm rectè argumententur, qui in eũ crediderunt: CHRISTVS qui à Prophetis promissus est venturus, nunquid plura signa edere poterit, aut plura eadem est prædictus (sunt enim verba credentium) quam ea videlicet, quæ Iesus facit? quasi dicerent, nequaquam, imò neque paria, aut eadem; quia aliàs ambiguitas & æquiuocatio esset in promisso Messia, si alius posset eadem facere: tunc enim ostenderet Deus se non habere sitim aut voluntatem salutis nostræ, si signa ambigua, & æquiuoca, quæ scilicet pluribus conuenire possent in vero Messia designando, vnde tota salus mundi pendebat, dedisset. Quod argumentum si Iudæi, qui tunc erant, & qui nunc sunt, expenderent atque penetrarent, proculdubio Iesum tanquam verum Messiam, & liberatorem suum amplexi fuissent. Si enim cuncta, quæ Prophetæ prædixerant de Messia, in vnum Iesum mirificè conuenire, atque congruere animaduerterent; aut Deus illos decepit, quod dicendum nõ est; aut Iesum vt Messiam recipere debuissent. Cùm ergo Pharisæi turbam murmurantem de

Si Christus esset venturus, qua ratione nonnulli ex Iudæis iam in illum crediderunt.

Dicentes: Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet quam quæ hic facit? quam rectè colligebant.

Quid murmur turbæ de Christo.

illo hæc audissent (vbi murmurantem accipe, promussitantem, quod potius sonarent, quàm proferrent: siue vt Euthymius exponit, murmurantem, id est, cùm murmure aduersus Principes obloquerentur) non potuerunt non molestè ferre: quia inuidia non potest ferre laudem eius, quem quis odit. Nam vt quidam dixit;

Euthym. Inuidiæ propriè quid sit.

Inuidus alterius macrescit rebus opimis.

Horat. Lib. 1. epist. 2. Inuidia quo alimento se cõtinet infelix.

Inuidia enim tanquam sanguisuga, non nisi sanguine corrupto & melancholico satiatur. Et tunc vt credentibus & fauentibus Christo obuiam irent, miserunt Principes & Pharisæi ministros vt apprehenderent Iesum: & qui prius volebant occultè comprehendere, iam exuto omni pudore, & inuidia impellente, manifestè capere contendunt. Et sæpe peccata secreta Deus in publicum prodire permittit, vt eorum iniquitas, qui sanctitatem prætendunt, detegatur. Sumebant quidem occasionem ex violata religione Sabbati; sed vera causa erat liuor, & gloriæ Christi inuidentia, odium, & amittendi terrena bona metus; & gloriam suam imminuendi apud multitudinem iam in Christum propensiorem. Et quos nec pudor, nec pietas, sed periculi metus à manifesto facinore coërcebat, subornant satellites publicos, qui Iesu coram populo manus injicerent, ac velut nocentem captum ad se adducerent.

Pharisæorum proiecta in Christum maleuolentia.

Mittentes, dicuntur Principes & Pharisæi, quanquam Græcè dicatur, Pharisæi & Pontifices οἱ φαρισαῖοι καὶ ἀρχιερεῖς. quæ verior videtur quam nostra lectio: quia inferius etiam ait Euangelista: *Venerunt ergo ministri ad Pontifices, & Pharisæos.* Vbi per Pontifices, intelligendi sunt Principes Sacerdotes: nam illi potestatem habebant ad comprehendendum, & puniendum malè sentientes de religione, & Pharisæi non habebant potestatem nisi quatenus consiliarij. Ideò præstat, si legamus, Pontifices, & Pharisæi. Miserunt porrò ministros, vt si turba eos impediret à captura, vel si se subduceret, & redderet inuisum, vt aliàs periculum vel ignominia vergeret in missos, & non in mittentes: & Pharisæi sine Sacerdotes turbam, aut auditores ad Christum non mittebant, nisi malo animo, vt eum caperent in sermone; & modo mittunt ministros, vt eum caperent in persona. Et vide quàm verum sit dictum Salomonis: *Secundum iudicem populi; sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.* Et alio loco; *Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios.* Non mirum ergo est, cùm Principes & Pharisæi impij essent, & men-

Cur Principes Sacerdotum miserunt ministros ad comprehendendum Christum in templo.

Matth. 21. Ecclesi. 10. Prouer. 29.

dacium

dacium diligerent, si ministros impios, & ad omne nefarium facinus paratos haberent. Estque mirandum, quanta sit hominum stultitia; qui pro dominis suis aut principibus non solùm periculo vitæ se exponunt, sed etiam animam venalem habēt, & salutem sempiternam, atque adeò Deum ipsum contemnunt, vt ostendunt isti ministri, & turba, quæ subornata à Pontificibus clamauit: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.*

Mira quorum hominum malitia.

Matt. 27.

Missi sunt ergo ministri vt apprehenderent Iesum, id est, viuum, vel mortuum adducerent, & comprehenderent incomprehensum, & vt ligarent salutem, ne diffunderetur, & Euangelium, ne propagaretur, & vitam, ne viuificaret, & Solem iustitiæ, ne splendesceret. Instruimur ex hoc loco, omne malum oriri à malis Principibus; sicut omne bonum à bonis. Vnde apud Danielem legimus de Babylone. *Egressa est iniquitas à senioribus iudicibus qui videbantur regere populum.* Et vt Ethnicus quidam dixit:

Quid Iesum velle comprehendere.

Dan. 5. Malorum principum incommoda. Horat ep li. 1. epist. 2.

Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui.

Suffigitur Cruci Christus; sed à Principibus: vnde dixit Pilatus; Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi. Decollatur Ioannes Baptista in carcere, sed ab Herode. Conijcitur in dolium olei feruentis Apostolus Ioannes, sed à Domitiano. Occiditur Iacobus, sed ab Herode Agrippa, sicut Innocentes ab Herode infanticida. Interficiuntur Petrus & Paulus; sed à Nerone. Percussa est Ægyptus: sed propter Pharaonem: capta, & destructa Babylonia à Rege Cyro, sed propter impietatem Balthasaris. Helias patitur persecutionem Reginæ Iezabelis: Naboth lapidibus obruitur, propter Regem Achab. Esaias per medium dissectus est: sed per Manassen: Ieremias percutitur, sed Phasure: idem flagellatur etiam, sed à principibus: Daniel in lacum leonum à Dario Rege mittitur: Michæas accepit alapam, propter Iosaphat: Vrias fidelis cædi expositus, iussu Dauidis. Si Principes prospicerent, non audiremus tot blasphemias Christi, & Sanctorum; non despicerentur templa, & Sacerdotes, non seminarentur tot hæreses; non ederentur tot libri pestiferi; non conspiceremus tot apostatas à suis religionibus, ac ad castra hæreticorum transfugas, grauius, & acerbius punirentur infanda Sodomorum flagitia, non esset venalis iustitia, non essent immortales lites, non se ingereret Ozias; non murmurarent, aut litigarent Core, Dathan, & Abiron, non Ambiret Iason, non videret Giezi, non emeret Simon Magus, non essent tot factiones, & seditiones in ciuitatibus, & moderationem acciperent pompæ, & excessus, Ecclesiasticorum abusus corrigerentur, omnes denique in gradu suo, & vocatione reformarentur.

Ioan. 18. Matt. 14.

Act. 12. Matth. 2.

Exod 8. 9. 10. & 11.

Dani 5. 3 Reg. 19. Infr. 21. Ierem. 20. Infr. 37.

Dan 6 & 14. 3 Reg 22. 2 Reg. 11.

Quæ quanta pariant mala principum negligentia, & socordia.

2 Par 26. Num. 16. Actor. 8.

Hodie etiam, vt aliquid mysticum proferamus, mittunt Principes tenebrarum, qui & Pharisæi, id est, diuisi à Deo, per turbam, simulatores, seque in Angelos lucis transfigurantes, & sub specie boni fallentes, quando cernentes aliquem fructum spiritualem ex verbi ministerio, & frequentatione sacramenti oriri, mittunt ministros qui volunt ligare IESVM, hoc est, salutem. Sed Iesus tam pius est, vt non sinat eos insanire, donec præparent aliquantum exercitum ad pugnam. Sed nihil possunt dæmones contra Iesum, id est, salutem nostram sine nobis ministris, qui illis assentiamur, & cooperemur. Episcopi etiam, & Principes Ecclesiæ, qui longè horrent debitum munus residendi apud oues suas, mittunt ministros, id est, vicarios laboris sui, quia Iesus spinosus est, & cruentus: tantùm sibi vtilitate Episcopatus seruata: Et pecuniam quidem per se accipiunt: Iesum verò per ministros. Secus faciunt boni Antistites, & pastores, vt Christus, & Apostoli, qui ministerio verbi, & orationi instabāt. Iudæ verò Dominus, & septem diaconis Apostoli pecuniam, & mensarum ministerium tradiderunt. Boni etiam sunt Principes, qui sibi, & carni suæ dominantur, & Pharisæi sunt, id est, à mundo diuisi. Hi cum sponsa, volunt apprehendere Iesum, tùm in se, tùm in membris suis, id est, pauperibus, secundùm illud: *Tenui eum, nec dimittam:* non vt ligent, sed vt ligentur: non vt stringant Iesum, sed vt seipsos dilatent, & introducāt isto modo Iesum in domum genitricis suæ.

Principes Sacerdotum, & Pharisæi ministros mittant comprehendendum Iesum hodie qui. 2. Cor. 11.

Iesu benignitas in illos quanta.

Bonorum Antistitum officium. Actor. 6.

Boni Principes qui Iesum comprehendant.

Cant. 3.

Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum tempus vobiscum sum: & vado ad eum qui misit me. Tacet Euangelista ministrorum aduentum, atque illo posito, illisque præsentibus inducit CHRISTVM respondentem, neque ignorantem quid illi clanculum molirentur: qui quibusdam verborum ænigmatibus significat fore, vt teneri non possit, nisi cum ipse velit, & frustra se peti, donec ipse sponte sese ad quod petebatur, offerret: interim tanto auidius ipso vterentur, cùm adesset, ne postea eum desiderarent, & quærerent iam absentem. Perpende hoc loco, aliud esse malam voluntatem nocendi, quam Deus, quam liberum arbitrium homini tribuit, non impedit habere, aliud potestatem exequendi, quam ple-

Christi sapientia potestas.

Volantas mala, & potestas eius executiua differunt.

runque

Exod. 14.
Num. 22. 23. & 24.
Infr. 25.
1. Reg. 18. & 19.
Ibid.

plerunque impedit. Pharao à malo proposito persequendi filios Israël non cessauit, donec periret; & Balaam semel, & iterum, atque tertiò tentauit maledicere populo Dei, & cum non posset, dedit consilium mittendi puellas Madianitidas. Saul etiam voluit præ inuidia lancea petere Dauidem; sed frustratus est Deus illam, & peruenit incassum in parietem. Missi quoque ab eo vt Dauidem abducerent, incidentes in chorum Prophetarum, nudati sunt, & cœperunt prophetare: venit tandem Saul ipse, & præter omnem suam spem prophetauit; & in speluncam ingressus, incidit in manus Dauidis. Ad Heliam prophetam missus est quinquagenarius cum quinquaginta militibus: quos ille impetrato igne de cœlo, combussit. Suauius multò Helisæus; qui venientes ad se latrunculos Syriæ missos à Rege Benedab vt se caperent, ipsos cepit, & prandio opiparo in Samaria excepit, viuosque redire permisit.

4. Reg. 1.
4. Reg. 6.

Ministros Christus ad se missos comprehendendum, quam sapienter iustè, ac benignè comprehendit ipse.

Ad hunc modum Iesus filius Dei, ministros missos vt se comprehenderent, igne charitatis suæ, & verbi potentis verbi sui comprehensos, & egregio conuiuio prædicationis exceptos qui prius mortui erant, viuos remisit ad Principes, & Pharisæos, vt testimonium apud illos de se quia esset, ferrent, & tanquam Christi ministri iam facti, Pharisæos, & Principes alligarent. Simile quid accidisse videtur persecutori Saulo, qui plenus minarum & cædis deferebat literas, vt ligaret Damasci quotquot CHRISTI fidem profiterentur: sed cœlesti luce illum perfundens Dominus IESVS, & igne illo Spiritus sancti, quem venit mittere in terram, attactus, & verbis Iesu admonitus, conuersus est, & ligatus à Christo, & factus minister Christi, & missus per totum orbem ad alios salutariter alligandos. Tale aliquid M. Antonio, clarissimo oratori, euenisse autores scribunt (si parua licet componere magnis.) Nam cum ad illum iam proscriptum, & in Phormiano existentem, Centurionem cum militibus aduentare intelligeret; ex edito loco cœpit verba facere, & orationem habere: quia militum animi ita placati sint, vt à nece, quam inferre designatant, destiterint. Ita Christus ministros minus malos, audito suo verbo reconciliauit; qui eum coram Pharisæis mirificè laudauerunt.

Pauli diuina comprehẽsio.
Actor. 9.
Luc. 12.
Antonij oratoris eloquendi vis.
Valer Max. & aly.

Quid est: Adhuc modicum tempus vobiscum sum.

Ait ergo, *Adhuc modicum tempus vobiscum sum*: quasi diceret; Non est quòd festinetis, quia citò adimplebitis vestrum desiderium: Filius enim hominis tradetur in manus peccatorum: citò abripiar à vobis per mortem, vt si etiam maximè velitis me habere, minimè possitis. Et modicum, vocat spatium quod erat à mense Septembri, in quo festum Tabernaculorum celebrabatur, vsque ad Martium, in quo Pascha postremum, quo immolatus est. Elegit autem tam breue spatium temporis, vt diuinam indicaret virtutem contra eorum voluntatem permanendi. Deinde indicat charitatem suam in eo quod dicit, Vobiscum sum, id est, pro vestra vtilitate, & doctrina, etiamsi maximè ingrati sitis. Et peculiariter hic sermo pupugit ministros, declarans in se nihil posse, nisi ipse velit; simul etiam se scire quicquid quantumlibet abstrusum est in cordibus hominum: vnde ciuilitate quadam sibi illorum animos conciliat, quorum conatus impios non prodit populo. Est etiam verbum comminatorium, quasi diceret; Vobis molestus, & grauis sum ad videndum: ego discedam, neque tamen facilè erit vobis ad me peruenire, etiamsi maximè illud desideretis. Quare intelligimus nobis quoque dici, Adhuc modicum vobiscum sum. Exiguum enim & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur, vt ait frater Domini. Ideò nunc quærendus est, & audiendus, nõ in morte, quando sera est pœnitentia. Et tempus non est nostrum, sed suum. Modicum etiam est tempus, quando inspirat; ideò tunc obediendum, ne postquam pulsauerit, nec confestim aperueris, dicas; *Pessulum ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat atque transierat*. Modicum etiam tempus est tribulationis, & crucis: ideò libenter ferenda est. Tempus etiam Quadragesimæ, & sustinendi ieiunij modicum est, si conferatur ad mensam illam æterni conuiuij.

Cur tam breui spatio temporis Christus fuerit cum Iudæis.
Christi charitas aduersus Iudæos: eiusdẽ potentia, sapientia.
Sap 2.
Quærendus nobis & audiendus quando sit Christ'.
Sap 2.
Iacob. 4.
Sera in morte pœnitentia.
Apocal. 3.
Quam modicum sit tempus Christi.
Cant. 5.

Et vado ad eum qui misit me. Hoc est, quia (& pro quia: vel, Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & post illud vado ad eum, &c.) sponte tendo ad Patrem post talem, & tantam legationem, per viam vniuersæ carnis: qui me cum tanto honore suscipiet, & dicet mihi; Sede à dextris meis: & qui faciet vindictam de vobis. Vnde subdit; *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuorum.* Ibat ergo in cœlum, id est, in patriam, cuius erat ciuis, non in exilium vt stultè existimabant Iudæi.

Quemadmodum Christus rediit ad Patrem; ab eo quamq; honorificè susceptus sit.
Psal. 109.

Quæritis me, & non inuenietis. Malè quæsierunt Iudæi Christum in sepulchro, vt eum retinerent posita custodia: sed non inuenere resurgentem. Malè etiam quæsierunt Iudæi Messiam in obsidione Titi; nec inuenerunt misericordem, sed vindicem.

Matt. 27.
Quam malè quæsierint Iudæi Iesum.
Iudæi quærentes Messiam, cur in-

Male

Malè quærunt, qui carnalem, & temporatinin Messiam expectant, sed non inueniunt, quia talis Messias; qualis est Iesus cruci suffixus, eis non placebat, neque quadrabat. Quæsierunt etiam Iudæi Christum in Apostolis, & seruis eius, quos persequebantur, sed non inuenerunt in persona. Dupliciter possunt hæc verba & hîc cap. 8. intelligi: ant de malè quærentibus, vt exponunt Rupertus, & Caietanus modo dicto. Sed quia Dominus hæc eadem verba quæ dixit Iudæis, posteà dicet Apostolis c. 13. Et quia videtur etiam loqui de quæsitione, qua eū quæsituri erant, postquam abijsset ad Patrem (quia præcedit: *Vado ad eum qui me misit*) melius intelligitur hic locus de inquisitione ad bonum, vt significet, vbi abiero ad eum, qui me misit, tunc plerique vestrum credent, & desiderabūt præsentiam meam corporalem. Nam Act. 2. compuncti corde visis signis eorum, & prædicatione eorum commoti, dicebant; *Viri fratres, quid faciemus?* Ita Dominus Luc. 17. prædixerat: *Venient dies, in quibus desideretis videre vnum diem Filij hominis, & non videbitis.* Quidam ergo ex vobis me benè quærent compuncti corde, & mea cruce permoti, volentes baptizari: sed non inuenient sensibili præsentia. Adhæc si vos cineiat quod pauci in me credāt; ego moriar, & totus mundus credet in me, & vos quęretis me amplecti, & frui mea pręsentia, nec poteritis: sed ego ad ęmulationē vos adducam in non gentem, vt credatis.

Et vbi ego sum, vos non potestis venire. Si est sermo iuxta priorem sensum, de Christo sedente ad dexteram Dei Patris, Iudęi non poterant peruenire, nec persecutionibus suis attingere, vt eum vexarent, aut offenderent, nec meritis suis, quamdiu infideles erant, valebant pertingere. Iuxta posteriorem sensum dicendum est: Vos modò non potestis venire, donec prius induamini virtute ex alto. Et ita dixit Apostolis c. 13. *Quò ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modò.* Et Petro dixit: *Quò ego vado, non potes me modò sequi, sequēris autem posteà:* tam enim Iudæi infideles, quàm Apostoli imperfecti in fide, non erant apti venire ad Christum. Et ait: *Vbi ego sum*, de præsenti: quia breui futurus erat in dextera Patris collocandus; & quod ad gloriam animæ attinet, ac diuinitatē suam, iam tum ibi præsenti erat. Vos ergo, dum tales, quales nunc estis, esse perseueratis, & quos Pater meus non trahit ad me, sed vis, & ambitio vestrorum magistratuum, quò vado, non potestis venire. Et satis ad rem est: nam in hoc die festo quæsistis me, dicentes, Vbi est ille? & inuenistis me. Postquam autem reuersus fuero ad eum, qui misit me, quæretis me, & desiderabitis me, & non inuenietis.

Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos, Quò hic iturus est, quia non inueniemus eum? nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes? Videntur ista verba Christi non intellecta in calumniam, & derisum trahere, vt solet fieri ab ijs, qui eius quem oderunt, verba non intelligunt. Adhęc videntur secundùm aliquos hæc verba esse ministrorum, qui missi fuerant vt eum caperent, aut potiùs aliorum sunt qui aderant, despicientium Christum apud se, & magnificantium se ante alias gentes. Num, inquiunt, clam se subducturus est, & in regionem abiturus longinquam, & an sustinebit, relicta terra promissa, & templo sancto, inter impias, & profanas gentes agere, quò non putet nos secuturos? Apparet in his verbis & summa Iudæorum insania, & superbia: insania quidem, quia ex eo quod dixit, Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, &c. intellexerunt significatum, ipsum iturum ad Gentes, quasi non possent & ipsi ad eas venire, quorum fratres, & consanguinei tam magna ex parte in omnes Gentes erant dispersi; superbia verò, quia digniores se reputabant, quàm qui Gentes accedere vellent. Nec locuti magis inaccessum putant, quàm Gentes, id est, peccatores; quos contemptim dispersionem vocabāt, quòd cultu deorum, legibus, moribus, ac ritibus dipersi essent, cùm contra populus Iudæorum vnius veri Dei cultu, vna, & eadem lege, eodem templo, & cæremonijs vnitus esset: cùm reuera Iudæi essent dispergendi, ventilandique per vniuersum orbem, & sua omnia bona dissipāda, & Gentes vocandæ, & in vnum congregandæ, vt fiat vnum ouile, & vnus Pastor. Hoc enim metebantur, qui Domino Iesu, ac inspirationi Dei resistebant, & Prophetæ illud prædixerant, & Dominus Iesus illud in Parabolis insinuauerat: quare, quod sibi euenturum timebant, vaticinati sunt. Tantaque est vis veritatis, vt sæpè ex ore aduersarij vel, inuita prorumpat. Diuinarunt siquidem vocationem Gentium, & quòd Iesus esset eas docturus, non quidem per se ipsum, sed per Apostolos; & quòd primogenitura essent spoliandi, & ab ipsis ad Gentes, tanquam ab Esau in Iacob transferenda, & populus, qui caput erat, mutandus in caudam. Ita etiam aliàs aduersarij prophetarunt futura Christi: quod à Prophetis multis in locis prædictum erat, præsertim verò ab Esaia. Et vt Ionas in ciuitatem Niniue non nisi per mare, & absorptus à ceto, prædicaturus peruenit; vbi & hedera, siue cucur-

Marginalia (left): Veniant non quæ... / 1. Cor 11. / Domini verba ad Iudæos Quæretis me & nō inuenietis: intelliguntur dupliciter. / Rupert. Tuit. in Ioan. / Caiet. ibidem / Sensus alter congruentior. / Rom 10. / Quid significet: Et vbi ego sum, vos non potestis venire. / Luc. vlt. / Ioan. 13. / Infra vlt. / Illud: Vbi ego sum, de præsenti dictum expenditur. / Ioan. 6.

Marginalia (right): Maleuolorum ingenium. / Mira Iudæorū insania, mixta, ac superbia vnde cernitur. / Gentes Iudæi dispersionem cur vocitent. / Iudæi vt erant dispergendi, quàm miserè. Ioan. 10. / Quanta sit vis veritatis. / Christus vt docuerit Gentes. / Gen 25. Deut. 28. / Ionas 1. 2. & 4. hedera, siue cucurbita a-

refactiu apud Ionam quid mystice.

cucurbita, vt septuaginta legunt, quæ ei præbebat vmbram, emarcuit: ita Dominus Iesus, tãquam alter Ionas, non nisi per mare passionis vexatus, & à morte absorptus, ad Gentes per Apostolos docendas peruenit. Et tunc exaruit hedera, id est, legis cæremoniæ, quæ vmbram tantùm futurorum bonorum continebant, abrogatæ sunt, & aboleuerunt. Prophetarunt ergo nescientes quid dicerent, quemadmodum sæpè aliàs fecerunt. Nam Caiphas dixit: *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Et iterum: *Nos legem habemus, & secundùm legem debet mori.* Vide rursus, verba Christi non ita esse intellecta à Iudæis: nam etsi veritatem quandam diuinauerint, non tamen de illa erat sermo Domini: vt intelligas Spiritu Dei opus esse ad intelligenda verba Domini Iesu. Quare dicebant; *Quis est hic sermo quem dixit, &c.* Id est, Quid significat, aut quò tendit hæc eius oratio. Nec enim satis est habere verba Domini Iesu, quemadmodum habet Hæreticus, si vera eorum intelligentia destituatur quis. Sicut rursus non satis est ad salutem, sensum verborũ Christi assequi, si illa opere atque obedientia non præstemus: neque hoc sufficit nisi vsque ad extremum, & perseueranter illa obseruauerimus: vt proinde seriò & constanter nobis sit inuocandus, quo hæc omnia præstare valeamus, Dominus Iesus, cui cũ Patre, & Spiritu sancto omnis honorificentia deferatur, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Hebr. 10.

Ioan. 11.
Ioan. 19.

Ad intelligenda verba Domini Iesu, quid opus sit.

Quemadmodum verba Domini Iesu habenda sint & interpretanda.

TRACTATVS XXXVII.

De disceptatione Domini cum Iudæis in nouissimo die magno festiuitatis tabernaculorum: & de disceptatione Pontificum & Iudæorum cum ministris, quòd Iesum comprehensum non adduxerint. Et habetur Ioan. 7. *In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat, dicens; Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, nondum enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus:* & reliqua vsque in finem capitis.

FESTVM Scenopegiæ, vt superiùs ex Scripturis confirmauimus, septem diebus constabat; ex quibus primus & vltimus magna religione venerabatur. In vltimo die erat festum Collectæ; coibat enim populus in concionem magna frequentia, & concionabatur aliquis de rebus sacris, hortabaturq; ad liberalitatem, & colligebatur vndique collecta ad sacros vsus Tabernaculi expendenda: vt in Leuitico, & Numerorum libro præcipitur. Quia verò Sacerdotes muti erant; Scribæ & Pharisæi suis fermentis puram doctrinam adulterabant: Christus docendi munus suscepit, vt qui summus esset Sacerdos & Propheta, & ad hoc ipsum destinatus, vt verba Dei traderet. Loco ergo collectæ, id est, eleemosynæ in vsum templi, vel pauperum, Dominus Iesus collectam facit, & amplissimam eleemosynam elargitur. Quia autem altissima erant verba, & vtilissima, quæ propositurus erat: voluit in nouissimo die; qui magnus dies festiuitatis dicitur, ob cõcursum duorum festorum in illo (quemadmodùm etiam apud eundem Ioanne dicitur magnus dies Sabbati, in quem etiam incurrebat dies Paschatis) & quo elapso quisq; domum suam repetiturus erat, & ad quem magna, & freqnens concio confluebat, vt multorum in animis hæreret tenacius tam salutaris doctrina, hanc instituere prædicationẽ. Superiora enim videntur quarta die huius festiuitatis dicta, & continuata; hæc autem quæ sequuntur, videntur à Christo ascendente in templum postremo die pronunciata: nam ita Dominus dispensabat doctrinam suam; vt nunc quidem (ne tędium adferret) sileret, quò auidiùs posteà audiretur; deinde verò illam maiori cum fructu auditorum, & sua autoritate tradebat. Nouissimus autem dies Tabernaculorum mysticè nobis repræsentat tempus, quo Christus in terris, quasi peregrinus versatus est; siue quando homo, omnia vitæ huius solatia instar torrentis cuiusdam fluere, ac labi cognoscit, seque cum festo ac lætitia peregrinum persentiscit. Dicitur porrò Iesus stare, & clamare: stabat quidem, qui à regula iustitiæ per peccatum nullo tempore deflexit: qui per excellentiam dicitur Iustus, & vt exemplum æquitatis omnibus pręberet. Stabat etiam, quia ad cœlum se extendebat, & omnes iacentes erigebat, atq; arguebat. Ad hæc imperterritus, & mente eleuata in Deum, gladio verbi Dei pugnabat, quò suos tueretur. Moris est antẽ Domino, cùm docet Apostolos, & discipulos, sedere; cùm verò turbam, stare: quia ad peccatores oratio debet esse concitatior, feruentior,

Diei festi Scenopegiæ celebritas.
Leuit. 23.

Ibidem. & Num. 29.
Scribarum, & Pharisæorum auaritia.

Christi Domini collecta in templo facta perquam munificentissima.

Ioan. 19.

Doctrinam suam Dominus quomodo dispensaret.

Nouissimus dies tabernaculorum quid signabat.

Stabat cur Iesus in templo.
Esai. 33.
Acto 7.

Idem docens Apostolos cur sedebat.
Matth. 5.
Luc. 6.

uentior, efficacior; ad perfectos autē tranquillior, pacatior, atq; sedatior. Stabat prętereà velut ipse quoq; relicturus Iudaicam religionem; simulque iter aggressurus, vt viaticum pater Euangelicæ fidei. Clamabat deinde intenta quadā, ac stentorea voce atq; suauissima, rem esse declarās, quam summoperè referret audiri. Clamabat ergo tantus præco missus in nomine Domini: quia non solùm pluribus, sed toti mundo innotescere illam voluit: vt libertatem in dicendo indicaret; & vt significaret se ipsum, qui in vltimo die vitæ suæ Pascha Iudæorum in Cruce celebrans, cum clamore valido, & lachrymis exauditus est pro sua reuerentia: vbi dedit aquam lateris in potū ad extinguendam sitim; & in purificationem & sanguinem in redemptionē, & Spiritum sanctum in traditione sui Spiritus. Clamans etiam, quia ad aspides obturantes aures suas, verba faciebat.

Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Si Rex præstantissimum, ac generosum vinū, morbisque pellēdis præsentaneum remedium haberet, quòd videret à suis contemni, ac pro nihilo haberi, ipse certè charitate vrgente, tanquam præco quidam vocalissimus vinum suum proclamaret, & suos ad bibendum cohortaretur. Ad hunc propè modum Dominus Iesus, cùm videret ex fide in se, & doctrina sua salutari hominum vitam æternam pendere, nec quicquam intermitteret eorum, quæ ad fructum, & beneficium mundi spectabant, ipse factus est tuba, siue tubicen, seu præco doctrinæ suæ, alta voce inuitans ad degustandum suum vinum. Si quis, ait. Liberè ergo, & sponte ad Christum veniendum est. Significat ergo se nec velle excludere quēquam volentem, nec velle compellere quenquam nolentem. Nam etsi necessariū sit ad salutem sitire Christi fidem atque spiritum: hominem tamen reliquit Deus in manu consilij sui, vt liberè sitiendo, & veniendo, sibi donum cōparet. *Si quis sitit.* Sciebat Dominus Iesus, post cibum Adæ vetitū degustatum, magnam quandam sitim veritatis, felicitatis, & cōsolationis homini iniectam, eumque cruciantem; quam homines nituntur gutta sapientiæ, & consolationis creaturarum extinguere: in qua diabolico miraculo suffocamur, non satiamur, vt Tantalus, imò magis sitimus, & acuimus illam: quia de istis aquis verè est dictum à Domino: *Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum*, & tanquam intercute laborantes, quò plus bibimus, eò sitimus magis, & vt ille dixit:

Quo plus sunt pota, plus sitiuntur aquæ.

Sciebat Iesus hominum inspirationem, vt

Margin notes:
- Quid est quod clamabat in templo.
- *Psal. 117.*
- *Hebr. 5.*
- *Ioan. 19.*
- *Ibid.*
- Christi zelus animarum ardens.
- In negantes humanam libertatem.
- *Ecclesi. 15.*
- *Gen. 3.*
- Christus quid sitiret.
- Vnde hominum sitis insatiabilis.
- *Ioan. 4.*
- *Ouid. lib. 1. Fastor.*

ad se venirent, & illos aut pudore retardari, aut dæmonis suasu impediri, aut carnis affectibus retineri: proinde sedandæ tantæ sitis ostendit viam, vrgendo eos ad hauriēdam aquam in gaudio de fontibus Saluatoris: vt ita quod intus in cordibus per inspirationē loquebatur, extra per verba auribus committeret, & sic adiuuaret inspirationem. Sed maior pars hominum ad humana se vertebat; quare aridi remanebant, & in præsentia fontis sitibundi, dicebant enim: *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Quomodo hic literas scit, cùm non didicerit?* Et, *Nonne hic est fabri filius?* Clamabat ergo firmissimis lateribus diuinitatis, & stimulabat eos, dicendo: *Si quis sitit.* Nemo est enim, qui non sitiat, hoc est, ardenter desideret: hoc est enim per metaphoram sitire liberationem à malo culpæ, aut pœnæ, vel sapientiam, vel diuitias, vel delicias, vel libertatem, vel conscientiæ serenitatem, vel vitę perpetuitatem, vel æternam felicitatem. Qui ergo hanc sitim cupit extinguere, nō habet alium fontem, quàm Christum; in quo omnia bona sunt, quæ in hominis desiderium cadere possunt. Pretiosa est ergo hæc sitis, & à Deo propterea precibus obtinenda. Est enim vt flos præcedens fructum, & conceptio partum: Beati enim qui esuriunt, & sitiunt iustitiā; quoniam ipsi saturabūtur. Porrò mala sitis est, cùm aut terrena, & vitiosa appetimus; aut cùm bona & honesta sitim', sed aqua creaturarum illam extinguere volumus: quanquam & hi accedunt ad Christum, veriores diuitias, delicias & honores obtinebũt. Et ex aduerso bona sitis est, quæ honestam & sanctam vitam sitit, & pro ea extinguenda ad Deum accurrit. Et inuitantur sitientes: quia qui non desiderat, non inuitatur. Vtilis est enim Christus tātùm sitientibus: nam pro liberis suis quamdiu vsu rationis destituuntur, parentes pro illis sitiunt, & in eorum fide baptizantur. Ideò Propheta simili oratione vsus, ait: *Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite: Venite, emite absq; argento, & absq; vlla commutatione vinum, & lac.* Vbi per aquam, vinum, & lac, Spiritum sanctū intelligimus; qui vt aqua sitim extinguit; vt lac infantes, siue incipientes nutrit, vt vinum perfectos inebriat. Inuitantur non solùm ad bibendū, sed ad comedendū: quia fames, & sitis Spiritus vnum & idem est. Inuitantur ad emendum sine pretio: quod per figuram catachresis est dictū: sine pretio enim nihil emitur. Non habentes ergo argentum, hoc est, meritis carentes pro pretio adferunt sitim. Vel sanè dici potest;

Margin notes:
- Christus cur clamatet Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.
- *Esa. 12.*
- Humana ariditas vnde, præsertim Iudaica.
- *Ioan. 6.*
- *Ioan. 7.*
- *Matth. 13.*
- Clamor Christi qualis erat. Sitire quid mysticè.
- Sitim spiritualem quis extinguat: & quauis illa sit.
- *Matth. 5.*
- Mala sitis quæ, bona.
- Cur hortetur Christus tantum sitientes.
- *Esai. 55.*
- Expenditur hic locus Prophetæ. Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis, &c.

Emite pretio alieno, id est, Christi sanguine. Ita hîc Dominus ait, *Si quis sitit, veniat ad me.* Et ipsum venire nihil est aliud, quàm fides, de qua subiunxit: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, &c.* Ad me, ait; non ad Moysen, vel Prophetas, vel ad templum Salomonis, multò minus ad Philosophos, qui sunt tanquam cisternæ dissipatæ, quæ continere non valent aquas. Iesus etiam in cœlo existens, clamat per Apostolos, & prædicatores per vniuersum orbem dispersos, vt ab omnibus ad ipsum Iesum veniatur. Quia non est alius fons salutis datus hominibus ad sitim extinguendam. Subditque: *Et bibat.* Nempè de latere meo, & incorporando me sibi Christum fontem sapientiæ, & per eum Spiritum sanctũ fontem amoris, & per vtrumque aquã gratiæ inhærentis, ad remissionem peccatorum, & ad adoptionem, ad studiumque bonorũ operum, & ad perseuerantiam in finem, & ad consequendam vitam æternam. Veniat ergo ad me, & bibat aquas Spiritus sancti, quæ sunt vt aquæ zelotypiæ, quò peccatum adulterij, quo recessimus à Deo sponso, putrescat; & vt aquæ piscinæ, quibus omnis infirmitas, & paralysis membrorum mortuorum per vitam gratiæ sanatur: ita vt possimus tollere grabatum carnis nostræ, & obtinere vt peccatum in nostro mortali corpore non dominetur. Sunt vt aqua natatoriæ Siloe, vt plenè illuminemur, & pro noto Christo nõ secùs pro eo decertemus, atque cæcus natus pugnauit. Sunt aquę Iordanis, in quibus baptizamur, & in filios Dei regeneramur. Denique sunt aquæ Samaritanæ, quæ bibit de Christi fonte, salutari, cuius aqua saturata seruauit ciuitatẽ. Hæc simul est aqua & vinũ, vt dixit Propheta: & quod hic vocatur aqua, id est, Spiritus sanctus, dicitur etiam vinum, de quo dicebant Iudæi: Musto pleni sunt isti. Est aqua, propter innocentiam, & vitæ puritatem, quam confert, & per quam refrigeratur ardor concupiscentiæ. Est rursus vinum, quo spiritus noster frigidus incalescit, & à carnis voluptatibus, & curis huius seculi quasi ebrius alienatur. Venire ergo ad Christum, credere est viuum: cui credendi actui ex pacto datur Christus fons, & Spiritus sanctus, cùm infunduntur habitus sapiẽtię, & amoris, atque doloris (qui vt fontes scaturientes, non vt cisternæ, quorum statiuæ sunt aquæ) iugiter promanant aquam salientem in vitam æternam, & mundantem hominẽ internum, & externum, & amore proximos omnes iuuantem, atque dolorem de peccatis surgentem, & malis omnibus proximi commiserantem.

Venire ad Christũ quid.
Ierem. 2.
Philosophi quid, teste Ieremia.
VndeChristus potet sitientes ad se venientes.
Aquę Spiritus sancti quibus similes dicantur.
Num. 5.
Ioan. 5.
Rom. 6.
Ioan. 9.
Ioan. 4.
Ibidem.
Spiritus sanctus cur vinũ appellatur.
Act. 2.

Et explicans proclamationem factam, apertioribus verbis subiungit: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Quid est quod ait: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura?* Duplex huius nodi solutio est. Altera est; vt coniungantur hæc verba: *Sicut dicit Scriptura*: cum præcedentibus, iuxta Chrysost. & Theophylactum. Vt sit sensus: Qui credit in me, vt dicit Scriptura, esse credendum in me; nempè fide viua per charitatem operante; & fide constanti, qua me credens amplectatur, vt verum Messiam, & Dei Filium, mundique Saluatorem: hoc enim tota Scriptura vetus personat: hinc in libro Paralipom. legitur: *Oculi Domini contemplantur vniuersam terram, & prabent fortitudinẽ his qui corde perfecto credunt in eum.* Hic sensus verus est, & scropulum non habet. Et ita annotat Euthymius post Chrysost. & Theophylact. post illa verba, *Sicut dicit Scriptura*, ponendã esse distinctionem; reliqua verò verba liberta sunt, tanquam à Christo prolata, & non vt ex vllo testimonio Scripturæ citata.

Secundus sensus est, vt hæc verba referantur ad id, quod sequitur: *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ*: atque ita beatus Hieronymus Scripturæ verbum esse asserit illud: *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ*: quod ipse quidem in editione Septuaginta dicit non haberi, sed benè in Hebraica litera, etsi nullũ certum signet locũ. Vnde quidã ad libros Propheticos amissos Gad, Nathan, Ahiæ, Addo, Semei, & Ozai prophetarum, qui in libris Paralipomenon citantur, & interierunt, putant hæc verba referenda. Alij verò nõ putant deesse locum: ait enim Psaltes; *Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ.* Siue, vt in Hebræo dicitur, *Et federe fecit spiritum*, nempè in credẽtes: & fluent aquæ in die Pentecostes. Beatus Thomas, Lyranus, & Rupertus sumptum putant ex illo Prouerb. 5. *Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide* quia producit Hieronymus haberi in Prouerbiorum libro, licèt locum non signet, sed mirum est, quod asserit hoc nõ haberi in Septuaginta interpretum editione. Alij adducunt Esaiam ita dicentem de credente: *Et eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ*; & in alio loco, *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.* Qui enim sunt fontes Saluatoris, nisi qui crediderunt: per quos in alios aqua viua promanauit? alibi item, *Effundam*, inquit, *aquas super sitientem, & fluenta super aridam.* (Et explicans subdit) *Effundam Spiritum meum super seruum tuum*: ad quod videtur alludere verbum Prophetæ:

Explicatur locus hic Ioann. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.
Chrys. ser. ho. 10. in Ioan.
Theophylact.
2. Paral. 16.
Euthym. c. 9 in Ioan.
Chrys. hom. 10. in Ioan.
Theophylact.
Alter sensus.
B. Hieron. in prologo super Pentateuc. & in prolo. super paralipo.
Quorum libri Prophetarum exciderint.
Psal. 147.
B. Thom.
Lyran.
Rupert. Tus.
Esai. 58.
Esai. 12.
Esai. 44.

Effundam

Ioel. 2.

Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, vbi delitescit aquæ metaphora. Siue autem in Scripturis contineantur, siue non; flumina, sunt dona Spiritus sancti; & habitus virtutum infusi; ex quibus iuges promanant salutares aquæ, tùm in propriam, tùm in aliorum salutem. Dicuntur autem exire de ventre, hoc est, de libero arbitrio, siue de corde, quod nomine ventris in Scripturis interdum designatur: vt cùm dicitur; *Ex vtero ante Luciferum genui te*; & alibi: *In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam. Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei*; vbi Aquila legit: *in medio ventris mei.* Rectè autem hic dicuntur aquæ de vẽtre fluere: quia vt spiritus pythonicus erat in ventre puellæ, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando, vt est in Actis; & in libris Regum, Saul interfecit eos, qui babebant Pythones in ventre: ita Spiritus sanctus in ventre spirituali, hoc est in corde inhabitat. Et vt vterus plenus parturit, & fœtum edit: ita cor plenum Spiritu sancto quasi parturiens in salutaria opera, & verba se effundit, tùm in se, tùm in alios, & non solùm vsque ad amicos, sed etiam vsque ad inimicos; tùm ad credentes, tùm ad incredulos, vt eos aquarum suarum participes reddat. Vnde Heliu apud Iob dicebat: *Plenus sum enim sermonibus, & coarctat me Spiritus vteri mei. En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod laguncul as nouas disrumpit.* Hac tam pulchra metaphora vsus est Ouid. lib. 1. Fastor. de Cæsare Germanico:

Flumina aquæ viuæ quæ sint, & de quo ventre exeant.

Psal. 109.
Psalm. 39.

Quid est quod de ventre fluent aquæ viuæ.

Actor. 16.
1. Reg. 18.

Cor plenum sancto Spiritu, quàm fœcundum sit.

Iob 32.

Ouid.

Scimus & ad nostras cùm se tulit impetus aures,
Ingenij currant flumina quanta tui.

Magnum autem est Dei donũ, habere domi fontem perenniter scaturiẽtem. Omne enim lumen naturale, & acquisitum, paruũ est, & semper mendicum reddit: sed hoc opulentum donum est, quo ita implemur, vt non sit opus ire ad mendicãdum guttas aquæ, vt diues Epulo. Hinc Propheta ait; *Credidi, propter quòd locutus sum*; & Apostolus: *Gratia Dei sum id quod sum; & gratia eius in me vacua non fuit.* Vides quomodo aquæ promanabant? Propterea rectè ait, *Fluent,* siue *Current*; Non ait, stabunt: Quia nõ progredi in via Dei, regredi est. Currit autem, & salit aqua vsque ad vitam ęternam. Et dicitur aqua viua, quia coniungitur cum fonte ipso Christo, & Spiritu sancto; quia semper ad bona opera impellit. Si etenim sis aridus, humectabit te; si fœdus, & turpis, mundabit; si macilẽtus, impinguabit; si sterilis, fœcundabit; si amarus, dulcẽ reddet; si frigidus, calidum efficiet; si mortuus, viuum constituet; si sitibundus, satiabit; si concupiscentijs ardeas, refrigerabit; si pauper, ditabit; si cæcus, illuminabit; si inquietus, pacificabit; si tribulatus, corroborabit; si rudis, docebit omnem veritatem; si peccator, iustificabit; si iustus, ac peregrinus, in patriam perducet, & glorificabit. Seriò vtinam has aquas sitiamus.

Luc. 16.
Psalm. 115.

1. Cor. 15.
Aqua viua cur e ventre fluant.

Aquæ viuæ effectus.

Dices; Ego venio ad Christum, & bibo; & tamen sitis mea non extinguitur. Respõdeo; Gustasti Christum, non bibisti, & citò satiatus es: sicut illi, de quibus Apostolus scribit; *Iam saturati estis, iam diuites facti estis:* hinc est, vt vacuus remaneas, nec communicas aquam tuam cum alijs: quia ita cresceret sitis, & plus semper haurires. Impleris etiam aqua mundi, quam qui bibũt, sitiunt iterum: & nisi prius aquam mundi effundas, Christi aquam non sities. Quòd si adhuc dicas, iustos etiam esurire, ac sitire: verum est. Si hæc sitis iustitię impletur à Deo, qui illam donat: nec enim bonum est nunquam sitire; sed illud præstantissimum sitire, & impleri.

Quid est quod Christi aquã bibentes, sitiunt tamẽ illi.

1. Cor. 4.
Ioan 4.

Quam sitim Deus expleat.

Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, nondum enim erat Spiritus datus; quia Iesus nondum erat glorificatus. Adhuc secundò magis explicat Euangelista, quæ esset illa aqua, & quæ sitis, declarans se loqui de Spiritu sancto per Prophetas. Nã & omnes antiqui Prophetæ Spiritum sanctum potarunt, & illo afflati, locuti sunt vera: quanquam copiosiùs hauserint illũ Apostoli, vt ex eis magna pars orbis ebiberit, & nunc scripta ipsorum Antipodibus potum ministrant. Neque qui ea ferunt, aridi sunt, sed & ipsi fundunt flumina: funduntúrque tamdiu hæc flumina, quoad prædicetur Euangelium omni creaturæ. Quod verò ait: *Nõdum enim erat Spiritus datus:* respondet tacitæ obiectioni. Posset enim quis dicere, quòd iam aliqui acceperunt Spiritum sanctum. Et respondet hoc non fuisse, quia Iesus nondum erat glorificatus. Græca exemplaria antiqua, pro *datus*, habent *sanctus*, hoc modo; Nondum erat Spiritus sanctus; quia Iesus nondũ erat glorificatus. Et sic legunt Theophylactus, & Euthymius: & in sensu nulla est prorsus à nostra lectione diuersitas: quia etsi non exprimatur verbum Datus, supplendum est necessariò: aliàs sensus esset impius, ante Christi glorificationem simpliciter non fuisse Spiritum sanctum. Imò Athanasius lib. de Incarnatione Christi contra Arrianos, simpliciter legit, *nondum erat Spiritus:* quia Iesus nondũ erat glorificatus. Et exponit: *Spiritus adoptionis nondum erat in hominibus: quia caro Iesu nondum erat in cœlo glorificata.* Non ergo loquitur simpliciter de existentia Spiritus sancti in

Vt hauserint Prophetæ aquam Spiritus sancti.

Ioel. 2.
Ezech. 36.
Esai. 44.
2. Petr. 1.

Marc. vlt.

Quorsum id Ioannes protulerit: Nondũ enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.

Theophylact.
Euthym. c. 9. in Ioan.

Athan. to. 1.
Quo Spiritus nondum erat datus ante Christi glorificationem, secundum Athanasium, & alios.

ſe,ſed de eſſe eius in credentibus: quia dixerat de Spiritu,quem accepturi erant credentes in eum. Et reddendo rationẽ quòd accepturi erant credentes,ſubdit: *Nondum enim erat Spiritus*, ſiue Spiritus ſanctus,ſcilicet in credentibus; vel quod idem eſt,datus credẽtibus. Hieronymus ad Hedibiam hæc ita exponit: *Nondum enim erat Spiritus datus,quia Ieſus nondũ erat glorificatus:non quòd non eſſet Spiritus ſanctus,dicente Domino Saluatore: Si autem ego in Spiritu ſancto eijcio dæmonia;ſed quia erat in Domino, nondum totus in Apoſtolis morabatur.* Hęc ille,qui videtur legiſſe,vt Græci,& Athanaſius.

Hieronym. ad Hedibiam.q. 9 tom 3.

Matth.12.

Sed iam dubium eſt,quomodò verũ ſit, Spiritum ſanctum nondum datum fuiſſe credentibus;cùm per illum locuti ſint Prophetæ; & nemo extiterit iuſtus, qui illum non participarit? Quis enim negare valeat, datum fuiſſe in gratia iuſtificãte Marię Virgini,Ioanni Baptiſtæ,& Apoſtolis,atque alijs multis? in gratia verò prophetandi,& ſigna edendi, datus fuerat omnibus Prophetis,& ipſi Moyſi, cuius ſigna edita corã Pharaone,agnouerunt ſapientes eius in digito Dei facta eſſe. Zachariæ enim,& eius vxori Eliſabethæ, Simeoni, & Annæ datus fuit ad prophetandum;& Apoſtolis ad miracula facienda, *iiſdemque* in die Reſurrectionis,ad remittẽda peccata,in forma flatus donatus fuit: quomodò igitur dicitur, Nondum erat Spiritus datus;cùm & in gratia iuſtum faciente, & alijs chariſmatibus, quę gratis data vocãtur, legamus fuiſſe tributum? Reſpondeo,Spiritum ſanctum ab initio mundi ex priuilegio cõmunicatum fuiſſe,nõ quidem in tanta plenitudine donorum,vt fluerẽt flumina gratiarum. Apoſtoli enim pleni aqua Spiritus ſancti,fluxerunt per totum mundum irrigando, prædicando,Scripturas veteres interpretãdo, nouas cõdendo,ſigna edendo, hominum linguis loquendo, peccata remittendo, & de regno Dei,vitaque æterna inſtruendo. Nondum ergo erat datus Spiritus; quia Ieſus nondum erat glorificatus:nondũ enim Chriſtus mortuus erat, nondum ſurrexerat,nondum aſcenderat in cœlum, vt mitteret Spiritum, quo nõ ſolùm crederentur paſſionis,Reſurrectionis,& Aſcenſionis eius myſteria, ſed vt etiam alijs conſtanter prædicarentur. Et propterea non decebat ex parte Chriſti, de quo ait Apoſtolus ad Epheſios: *Aſcendens in altum,captiuam duxit captiuitatem,dedit dona hominibus.* Non decebat etiam ex parte diſcipulorum, & credẽtium omniũ, qui quandiu Chriſtum ſecũdùm carnem cognouerunt,non habebant de Domino dignã fidem,& exiſtimationẽ.

Si ante Chriſtum glorificatum nõ erat Spiritus datus;quo Spiritu Prophetæ futura dixerunt?

Exo 7.& infra deinceps.

Luc.1.

Luc.2.

Ioan.20.

Quibus Spiritus ſanctus dari nequaquam debuerit ante Chriſtum glorificatum.

Epheſ.4.

2.Cor.5.

Si non abiero, inquit, *Paracletus non veniet ad vos: Si autem abiero, mittam eum ad vos.* Non decebat ergo Spiritũ ſanctum dari inimicis,& necdum reconciliatis per mortẽ Filij Dei,aut non dignam fidem de eo habentibus:ait namque Euthymius: *Nondum glorificatus erat per Crucem: nam crucem vocat gloriam.ſiquidem cum cæteris omnibus eſſet opprobrium, vtpotè magnorum criminum ſupplicium,ſoli Chriſto gloria facta eſt.* Et infrà: *Ante crucem itaque diſcipulis non dedit Spiritum ſanctum,ſed poteſtatem ſpirituum immundorũ, vt illos eijcerent, & curarent omnem morbum, omnemq; languorem: poſt crucem verò dedit Spiritum ſanctum. Cùm enim peccaſſemus, ac Deo aduerſati fuiſſemus,inimici eius eramus:gratia verò Spiritus ſancti,donum eſt;donum autem amicis datur:oportebat ergo primum offerri pro nobis victimam,fieriq; reconciliationem, ac inimicitiæ ſolutionem,quæ erat cædes agni rationalis,ac mors Chriſti; & tunc donum dari.* Hactenus ille. Præterea gloriã filiorum adoptiuorum,qui clamãt per ſpiritum, *Abba (Pater)* non decebat præcedere gloriam vnigeniti à Patre; propterea caro Chriſti prius fuit glorificanda,quàm Spiritus ſanctus dandus. Ad hęc Spiritus ſanctus nondum erat datus in forma viſibili ignis, & linguę. Nam quod apud homines ſub aſpectum non cadit, quaſi non ſit,exiſtimatur:neque ad tales, ac tãtos effectus vnquã fuit datus Spiritus,nec in tanta copia,& largitate,vt dicatur effundi,& fluere inſtar fluminis aquæ viuæ, & dicatur baptizare, & induere credentes:ita enim dicitur: *Vos autem baptizabimini Spiritu ſancto non poſt multos hos dies*; & iterum: *Donec induamini virtute ex alto.* Ad hanc enim rationem loquendi ſe accommodans Paulus,ait: *At vbi venit fides, iam nõ ſumus ſub pædagogo.* & iterum: *Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus:* quaſi anteà non eſſet vel fides,vel gratia. Id enim,quod modicum eſt, comparatione magni aduenientis, pro nihilo ducitur. Ita dicitur Spiritus datus, Fides veniſſe, apparuiſſe gratia Dei:non quòd hæc vnquam in Eccleſia defuerint;ſine quibus nec conſtare quidem poteſt; ſed quòd in abundantia & copia poſt meritum obedientiæ,& mortis ſuæ Patri exhibitum,largius in nos effuderit,quæ antea parcè & occultè,nec ad tã inſignes effectus communicabantur à Deo ob merita Filij ſui præuiſa. Nam & omnia dona,& gratiæ,quæ ſupra naturam ſunt,ſiue ante mortem Chriſti,ſiue poſt mortem, vnico Mediatoris merito comparata,& hominibus diſpenſata ſunt.

Ioan.16.

Euthym cap in Ioan.

Matth.10.

Dona quibus dantur.

II. Ratio.

Rom 8 & Ioan.1.

III. Ratio.

Noui Teſtamenti plenitudo gratiæ.

Act 1.

Luc vlt.

Galat.3.

Tit.2.

Merita Chriſti

Ex illa ergo turba cum audiſſent hos eius ſermones,dicebant: Hic eſt verè Propheta. Iſti aliquo modo inſpirationẽ admittebant, vel

Iudæi qui imperfectam.

qui perfectam de fide in Christum inspirationem habebant.

adhuc non ultra hoc inspirabatur, cum articulo ὁ Προφήτης dicebant, Hic est magnus, & insignis Propheta promissus Deuter. 18. Alij autem dicebant idem, sed apertius, & cum articulo, Hic est Christus, & verè Christus erat: hi totam inspirationẽ recipiebant, & verba Christi his profecerant, vt nõ frustrà locutus videri posset. ¶ *Quidam autem dicebant, Nunquid à Galilaea venit Christus?* Id est, Nunquid ex Galilaea venturus erat? Et hi inspirationem repellebant; eamq; optimè ad Scripturas examinabant, tanquam doctiores. Dicebãt enim: *Nonne Scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethleẽ castello, vbi erat Dauid, venit Christus?* Si Iesus è Bethleem non erat, ei vt Christo credere nõ debebãt; quia ipse Christ⁹ Iudaeos ad Scripturas mittebat. Sed illud errabant, quod de patria eius minus diligenter inquirebant. Vel voluntaria malitia, vt ait Euthymius, patriam diuulgabãt esse Nazareth, vnde erat pater & mater: quasi etiam non possit vnius ciuitatis vir, vel in vna ciuitate natus, alibi habitare; cùm tamen satis esset ibi nasci, & alibi, hoc est, in Nazareth educari: quia Messias, iuxta Prophetas vocandus etiam erat Nazaraeus: sed hunc scrupulum illis Iesus eximere non studuit, vel quod malitiosè haec loquerẽtur & Dominum non accedebant interrogãtes solutionem, vt fecit Nathanael simili scrupulo vexatus, vel quòd ex alijs facilè cognoscere potuissent eũ esse ex semine Dauidis, & in Bethleem natum. Ex his diuersis opinionibus orta est dissensio inter eos, vt ait textus: & nonnulli ex ipsis volebant eum apprehendere; qui omnium pessimi videntur, qui non tantum inspirationi non assentiebantur, sed etiam manus inijcere tentarunt: sed diuina virtute cohibiti sunt.

Qui verò inspirationem repellebant Iudaei.

Ioan. 5.

Euthym. c. 9. in Ioan.

Matth. 2.

Sequitur: *Venerunt ergo ministri ad Pontifices & Pharisaeos. Et dixerunt eis illi, Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri, Nunquam sic locutus est homo sicut hic homo loquitur.* Vel hęc gesta sunt quarto die Festiuitatis Tabernaculorum, quasi missi fuerint ad eum capiendum, & hic narrantur in septimo die per figuram recapitulationis; vel eodem die missi sunt, & reuersi: quod mihi non videtur tam probabile: quia missio ministrorum facta est ante septimum diem. Venerunt ergo ministri ligaturi Christum: reuersi sunt admiratione sermonum eius alligati. Illi vero qui miserant, cùm multos audissent sermones, & multa vidissent signa, ac prophetias de eo legissent, iudicantes se etiam sapientes, nihil profecerunt: qui verò missi erant è diuerso, ab vno sermone capti sunt: nam mentem habebant

Ioan. 1.

Ministri à Pontificibus, & Pharisaeis missi ad Iesum cõprehendendũ, quando illis dixerint: Nunquam sic locutus est homo.

putam: nec tam prudẽtiam eorum admirari debemus, sed & loquẽdi libertatem: non enim dicunt, Dimisimus illum, ne fieret dissensio in populo, vel quid simile, sed ipsam dicunt veritatem, ac illius prędicant sapientiã: *Nunquam sic locutus est homo*: Quia homines absq; potestate loquuntur; huius autem sermo est in potestate: nõ possumus accedere, vbi ipse nõ vult accedi ad se. Itẽ verba gratiae procedunt de ore eius, vt omnes mirentur; itaque detinet nos, & allicit, & deterret vt vult.

Ministrorum prudentia.

Christi sermonis efficacia.

Luc. 4.

Responderunt ergo eis Pharisei, Nunquid & vos seducti estis? Odio, & inuidia in Christũ accensi; praeiudicium turbae simplicis facere volunt, non debere eos credere Christo, quod ipsi, qui peritiores erant, non crederent: quo praeiudicio Christum ipsum premunt, eiusque doctrinam abijciendam cẽsent. Seductionem vocant, instructionem plenam à veritate legis cum inspiratione Dei. Et nisi seducto à Deo, nostro veteri homine, nihil boni pręstare possumus. Vnde Paulus; *Cum essem astutus, dolo vos cœpi.* E conuerso seducti à daemone, vel à nobis ipsis, non nisi malum facimus.

Pontificum Pharisaeorumque in Christũ odium & inuidia.

Quando boni quicquam facimus.

2. Cor. 12.

Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisaeis? Principes vocat, vel Sacerdotũ primates, vel proceres synagogae & gentis Iudaicę. Et dicũt, *aliquis*, quia pauci, & occultè crediderunt, & ob metũ mortis, & ignominiae non confitebantur, vt alibi dicitur. Et Haeretici non habent propria, sed ex locis communibus satisfaciunt, & seducunt imperitos, & carnales. Vnde Lutherani hoc loco abutuntur, cum aiunt se tantùm Sacerdotibus nostris contrarios. Quod falsum est: quia in omnibus dogmatibus Catholicis & antiquis contrarij sunt: & à paucis creduntur, quia suadent rapinã beneficiorum, matrimonium pręstantius continentia, & cibũ ieiunio, & vsuras licitas esse: Bona etiam Doctorum veterum malè proponũt, & in diuersum ab illis sensum; praeferentes fidem charitati: Sacerdotum etiã malos mores iniustè arguunt; quia peccatori dixit Deus: *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.*

Ioan. 12.

Psal. 49.

Sed turba haec quae non nouit legem, maledicti sunt. Sed nũquid qui legem non norãt, facilius credebãt, aut credut? Minimè: sed qui legẽ norunt, facillimè credũt. Ille enim dixit; *Si crederetis Moysi, crederetis forsitã & mihi*; ac rursus; *Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina.* Et agnoscit finem legis esse Christum, ad iustitiam omni credenti. Sapientes, qui suam sapientiam statuebãt,

Facilius qui credant in Christum. Ioan. 5.

Rom. 10. Turba iudaica fides in Christum.

Scientia sine bona volun-tate nil pro-dest.

& credebant ex lege esse iustinam, Christũ non nouerant. Ideo turba mnltis crassioribus peccatis oppressa, & periculum suum agnoscens, Christum facilius cognouit. Vides igitur qoàm nihil prosit scientia absque bona voluotate, & quantum interdum qui maiores peccatores vidẽtur, propinquiores sunt gratiæ Dei; quam qui boni videntur in oculis suis. Et vocant maledictam turbam: quia in Deuteronomio dicitur: *Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit*; cùm tamen maximè legem amplecterentur. Iubet nãque lex credere io Messiam.

Deut. 27.
Pontifices, & Pharisæi eur potius ipsi, quam turba maledicti.
Deut. 18.
Ioan. 3.
Nicodemi prudentia iusta ac pietas in Christum.

Dixit Nicodemus ad eos; ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis, Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Nicodemus & Pharisęus erat, quia ex ipsis, & Princeps, vt alibi inquit Ioannes, & cum ipse peteretur cõscientia stimulante, respõdebat: sed ita prudẽter, atq; tectè, vt nõ minus pro lege, quã pro Christo locutus esse videatur: quasi diceret, Saltem id iuris huic tribuamus, quod commune est omoium, & quod à lege cõceditur etiam maleficis & criminosis. Ait enim, lege non permitti, vt quis inauditus damnetur. Vbi eos arguit, quod cum autoritate legis aduersus Iesum vti vellẽt, in ipsam legem delinquerent: quemadmodum Hæretici sacris literis sua somnia cõfirmare contendentes, ipsis sacris literis iniuriam faciunt. Quod si in aliquo Nicodemus hîc defuit, non apertè patrocininm Christi suscipiens; abundè suppleuit posteà, quando omnibus alijs à Christo deficiẽtibus, solus ipse cum Iosepho Christum sepeliuit. Docemurque quid facere debeamus, cum opprimi iustitiam videmus, nempè vt exemplo Nicodemi, si prohibere nõ possumus, verbo saltem, vel facto monstremus non placere nobis quod fit. Peruertebaot autẽ iudiciũ Iudæi, nõ tantũ ex inuidia, & odio in Iesum procedentes; sed etiam quia causam diligenter non inuestigabant, nec iuris ordinem seruabant.

Hæretici qua ratione Scripturis iniurij.
Ioan. 19.
Quid nos doceat hoc loco Nicodemus.
Iudæi iudiciũ peruertebant dupliciter.

Responderunt, & dixerunt ei, Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa Propheta non surgit. Quẽadmodũ ministros Scripturarũ ignaros, ad Principes ac Pharisæos Scripturarũ magistros & interpretes relegauerũt, ita aduersus Nicodemũ legis autoritate certantem, ad legẽ diligentius inspiciendam mittunt. Et fortasse per contemptum eum Galilęum vocant, quasi Christi discipulum; quemadmodum Iulianus Apostata Christum contemptim Galilæum vocabat, & Christianos Galilæos. Alioqui cõsequẽtia nulla erat, Nicodemũ ob id Galilęum dicere, quod pro eo loqueretur: Christi autem ex parte discipulum, vel fautorem probabiliter poterant ex ipsius defensione elicere. Et ita August. videtur intellexisse: *Nunquid & tu Galilæus es*, inquit: *id est, quasi à Galilæo seductus: Dominus enim Galilæus dicebatur, quoniam de Nazaret ciuitate erãt parẽtes eius*. Sic ille. Nisi fortè quia Græcè dicitur ἐκ τῆς Γαλιλαίας, id est, ex ipsa Galilæa, intelligamus in hunc modũ: Nunquid tu es patria Galilæus, vt ob communẽ cum homine isto patriam huic faueas, vt ei fauent alij Galilæi? Vide autem, quàm debile argumentum producant magni illi viri atque docti contra tam manifesta Christi verba & opera. Aiunt enim, nullum à Galilęa prophetam surrexisse, hic enim de præterito Græcè dicitur. Nam & Delbora, & Tobias, & secundum aliquos, etiam Helisęus, è Galilæa extiterunt: & Messias de quo Esa. 11. dicitur: *Et flos* (siue Nezer, vel Nazareth) *de radice eius ascendet.*

Iidem cur Nicodemum Christi defensorem, appellent Galilæũ.
Impietas Iuliani illius Apostatæ.
August. tract. 33. in Ioan. to. 9.
Luc. 1. & Infra 4.
Pontificum, & Pharisæorum subtilis dialectica, tanto digna viris.
Iudic. 4.
Tob. 1.
Esa. 11.

Sequitur: *Et reuersi sunt vnusquisq; in domum suam.* Vide non fuisse absque fructu verbum dictum à Nicodemo: & coguntur re infecta domum redire, nisi manifesti legis præuaricatores videri voluissent. Nam vnius boni, & prudentis viri consilium, semper multorum impiorum conatus frãgit. Ita vnus amicus Dauidis Chusai, dispensauit quicquid contra ipsum moliebantur Achitophel, & Absalom. Vides etiam impiorum dissensiones quandoque iustis in bonum cedere: quemadmodum Paulus ob dissensionem ortam inter Pharisæos, & Sadducæos liberatus est.

Nicodemi apud Pontifices & Pharisæos Christi hostes quantũ valuit autoritas, & sapientia.
2. Reg. 12.
Act. 23.

Et nos igitur ad nos ipsos redeamus, & saniori consilio Iesum vt verum Messiam amplectamor: qui, secundum Scripturas è Galilęa surrexit, in Nazareth conceptus, & in Bethlehem natus est, & ad Gentiles, relictis Iudæis migrauit: vbi vtinam eum non tantùm fide, sed etiam dignis iustitiæ operibus consectemur, imitemurque, vt sitim nostram de torrente voluptatis suæ nobis propinando, ipse aliquando extinguat Dominus Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu sancto meritò est ab omni creatura laudandus, atque prędicandus per omne seculum.

Christum sequi, & amplecti debemus.
Ioan. 1. &
Luc. 1.
Infra. 2.
Psal. 35.

Amen.

TRACTATVS XXXVIII.

De disceptatione Domini cum Scribis & Pharisæis adducentibus ad se, & accusantibus mulierem in adulterio deprehensam, & habetur Ioan. 8. *Iesus autem perrexit in montem Oliueti: & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt autem Scribæ, & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio; Et dixerunt ei: Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio: in lege autem Moyses mādauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant, tentantes eum, vt possent accusare eum*, & reliqua.

Historia de muliere adultera præsenti loco cur fuerit enarrata.

QVANQVAM hæc, vtpote nuda historia poterat in librum quartum reijci, in quo historica tractantur; tamen quia Iudæi hoc facto Dominum tentare voluerunt, & diuinitatis eius periculum facere, quasi cum eo disputarent, meritò inter Disceptationes computandam existimauimus. Sunt tamen nonnulli, qui hanc historiam, vt confictam, & adulterinam, à Sacris libris resecant, sed certis rationibus, quibus non satis illud possint euincere. Nam præter Anabaptistas, qui illam apertè reijciūt, accesserunt alij, vt Beza, qui scribit, nihil Apostolico spiritu dignum in ea contineri. Quod ad me, inquit, attinet, miratur, vel potius offenditur, quod solus Iesus remāserit cū muliere, nescio quid suspicatus de integritate Domini: Iansenius cap. 77. suæ concordiæ secutus in hac parte Erasmum, asserit non fuisse à Ioanne à principio conscriptam, sed vel ex apocrypho Euangelio additam, & autoritatem obtinuisse ex cōsensu Ecclesiæ: vel Ioannē post conscriptū Euangelium adiecisse eam, & inde factum, vt in quibusdam codicibus non inueniretur. Inter alios autem Euthymius, qui videtur inter scriptores Græcos postremus, etsi eam enarrauerit; affirmat tamen eam in selectioribus quibusdam codicibus non inueniri, in quibusdā verò positam, sed veru iugulatam, & neminem Græcorū interpretum eam explicasse. Etiamsi, inquit, vtilitate non careat. Potest his addi, quòd in Euangelio Syriaco non legatur: quod item codex vetustus Euangeliorum, qui est in Vaticano, ea careat, & catena item Græcorum, in qua viginti tres autores enumerantur, eius historiæ nō faciat per aliquem eorum mentionem. In Leontij etiam commentarijs velut transfigitur, sicut & in illis Chrysostomi, vel Theophylacti eius extat nullum verbum: in Nonno etiam Panopolytano Ioannis paraphraste, non est eius mentio. Addit Caietanus, sibi dubiam esse, & suspectam: & quod continuatio præcedentis historiæ cap. 7. non satis cohęreat cum narratione historiæ adulteræ.

Eiusmodi historiam qui de Ioannis Euangelio sustulerint, qui vero in dubium reuocauerint.

Quemadmodum fuerit inserta Ioannis Euangelio, secundum illos.

Euthym.

Euthymij de illa iudicium.

Quos penes autores eadem historia sit penitus incognita, & obscura.

Caietani, quibus illam reijcit, argumēta.

Sed his, & similibus argumentis nō obstantibus, putamus, de ea vt canonica historia amplius non esse dubitandum. Eā namque ante trecentos ac mille annos Ecclesia legebat tanquam à Ioanne scriptam in hūc vsque diem, vt nemini ambigendi ansa relinquatur. Accessit postremò Concilij Tridentini sacrosancta, & irrefragabilis autoritas, probans omnia Euangelica scripta cū omnibus fragmētis, & partibus, de quibus fuit aliquando disputatum inter Catholicos, & certo die proponitur legēda in Missæ sacrificio. Agnouerunt prætereà canonicam, quicunque illam vt partem Ioannis producunt, vt Tatianus, & Ammonius Alexādrinus antiquissimi in Respodia, id est Sarcina, siue harmonia Euangelica c. 120. Athanasius etiam Alexan. in Synopsi, Cyrillus Alexā. qui eam cōmentarijs illustrauit suis. Veruntamen hæ elucidationes in Ioannem, vt verum fatear, nō sunt Cyrilli, sed Iodoci Chlicthouei in libris, quos de suo adiunxit Cyrillo. Comprobāt & ij, qui etsi non explicarunt; tamen eam ad confirmanda Fidei dogmata producunt, vt Chrysost. homil. 60. ad populum Antioch. Ambros. epist. 75. ad Studium, vbi eam ex parte explicat, & celebrem in Ecclesia vocat, & lib. 3. de Spiritu sancto cap. 2. Hierony. lib. 2. aduersus Pelag & in Psal. 44. ad Principiam virg. in id: *Propter veritatem, & mansuetudinem*. Augustinus in Ioan. cap. 8. illam edisserit, & lib. 2. de adulterin. coniug. cap. 6. & 7. & lib. 4. De consens. Euang. cap. 9. & serm. 47. De verb. Dom. epist. etiam 54. ad Macedonium: *Ipse Dominus*, inquit, *apud homines intercessit ne lapidaretur adultera*, & *eo modo nobis intercessionis commendauit officium*. Sedulius, qui floruit sub Theodos. lib. 3. Paschali: quo in loco etsi nonnullas soleat omittere historias, hanc tamen carmine heroico celebrat, dicens:

Ecce trahebatur, magna strepante caterua,
Turpis adulterij mulier lapidanda reatu:
Quam Pharisæa manus placido sub iudice sistens,
Cū damnare parat, plus liberat omnibus illis.

Theodo-

Altera opinio opositum tenens quam firmis, & solidis autoris argumentis.

Triden. synod. sess. 4. c. 1.

t1. Argum.

Atha. to. vlt.
Cyril to. 2.

Chrys. tom. 5.
Ambr. tom. 5.

Idem tom. 2.
Hieron. to. 2.
Idem tom. 5.
August. to. 9.

Idem tom. 6.
Idem tom. 4.
& tom 10.
Idem tom. 2.

Sedul.

Theod. Balsam.

Theodorus Balsamon ante 600. annos interpres Canonum Græcorum sanctorum Patrum, asserit expunctam esse hanc historiam ab Armenis hæreticis, sicut & illud de sudore sanguineo Christi apud Lucā. Alij vero non sine probabili ratione opinātur, ab hæreticis Nouatianis negantibus lapsis pœnitentiam, reiectam fuisse de Ioannis Euangelio. Adde etiam, quòd quidam, qui illam non haberi tradunt, probant tamen eam tanquam vtilem, & commendantem Christi misericordiam. Caluinus etiam (vt ab hoste veritatis Catholicæ testimonium habeamus) Nihil, inquit, est in hac historia quod Apostolico spiritu indignum videri queat: & ideo non est cur eam in vsum nostrum accommodare recusemus. Hæc ille. Cuius tamen oppositum prorsus dixit Beza, vt videamus quàm benè conueniant inter se magistri, & discipuli in illa schola Caluinistarum. Ipsa quoque historia diuinam se esse, ac Catholicam satis confirmat. Nam vt paullò antè missos satellites ad apprehendendum Christum, & ligandum, admirabili sapientia, & orationis suę virtute allegauit, & comprehendere se volentes apprehendit: ita Scribas, & Pharisæos ineuitabili quodam dilemmate, vt ipsis videbatur, se aggredientes, quò, vel contra legē ageret, vel populi fauorem amitteret, simili artificio elusit, & confudit: quia frustra (ait Sapiens) iacitur rete ante oculos pennatorum. Nam eiusmodi dilemmatis Iudæos vsos interdum aliàs contra Dominū, & ab eo fuisse eorum conatus confractos, & labefactatos, ostendit Euangelium. Nā talia erant argumenta illorum, quando interrogabant, an census esset dandus Cęsari, an non: & de muliere, quæ nupsit septē viris, cuinam ex illis esset in resurrectione reddenda.

Luc. 22. — III. argum. — IV. Argum. — *Ioan. 7.* — *Prou. 1.* — Quibus alias dilemmatis Iudæi Christum fuerunt aggressi. — *Matth. 22.* — *Ibidem.*

Argumenta in contrarium diluuntur. I. Caietani.

Sed iam argumenta in contrarium militantia dissoluenda sunt. Primum est Caietani, qui producit B. Hieronymū lib. 2. in Pelagianos dicentem: *In Euangelio secundum Ioannem in multis, & Græcis, & Latinis codicibus inuenitur de adultera muliere, quæ accusata est apud Dominum.* Hæc ille, vbi testatur hanc historiam in multis codicibus Græcis, & Latinis desiderari. Sed friuolum est argumentum, nec magis pro cōtraria opinione facit, quam pro ista. Et tantum indicare voluit Hieronymus hanc narrationem in nónullis codicibus non inueniri, non autem eius autoritatem eleuari: imò ipse vt telo forti, & vero pugnabat. Deinde debile est argumentum: De duabus postremis epistolis Ioānis, & de libro Apocalypsis olim dubitatum fuit, ergo etiam nunc ambigendum: cum contra validum, & firmum argumentum confici deberet: Si olim ambiguum fuit de illis libris, & tamen posterior Ecclesia semper eos recepit, illos venerata est, non ergo amplius de illorum autoritate, & fide hęsitandum.

II. Argum.

III. argum. ex Eusebio Cęsarien.

Tertiò, producitur Eusebius lib. 3. cap. vlt. historiæ Eccles. qui de Papia verba faciens, sic scribit: *Papias historiam quandam subiunxit de muliere adultera, quæ accusata est à Iudæis apud Dominum: habetur autem in Euangelio, quod dicitur secundum Hebræos, scripta ista parabola.* Hæc ille, quæ ostendunt, historiā hanc non fuisse, sed parabolam, nec à Ioanne in Euangelio, sed in apocrypho Euangelio conscriptam, & inde desumptam, & appositam in Ioanne. Sed certè in Eusebio Græco, & in conuerso à Musculo, & altero translato à Ioanne Christophorsono non legitur, parabola: quia parabola, est res conficta ad docendum; historia verò, est narratio vera rei gestę. Deinde verisimile esse nequit, partem libri apocryphi repositam in libro canonico: nec Ecclesia, quæ magisterio Spiritus Sancti gubernatur, illā acceptasset, vt Canonicam scripturam Ioannis. Quòd verò Papias eius fecerit mentionem, arguit verum fuisse Ioannis fętum, quia cùm esset eius discipulus, facilè ab eo discere potuit: & cum Papias fuerit antiquissimus pater, eruitur, iam ab initio hanc adulterę narrationem agnitā fuisse. Quod vero Ioanni, cū scriberet Euangeliū, illa nō occurrerit, posteà verò recordatus, eam restituerit, & ediderit, voluntariè dicitur, & sine teste, qui eius rei rationem hanc attulerit. Præterea, si hoc argumentum aliquid solidi haberet, euinceret, nihil in sacris literis verum esse, aut firmum, quod in alijs Gentium libris illud inueniretur scriptum. Imò nec ipsa Natiuitas, aut adoratio Magorum, aut mors, aut resurrectio essent credenda, quia in apocryphis libris, & Euangelijs hęc & similia continentur.

Parabola quid sit, quid historia.

Altera solutio.

Quarto arguunt: Græcorum autorum in Ioannem commentaria, ne huius quidē historiæ meminerunt, nec illam interpretati sunt. Sed facilè fuit hæreticis sicut eam ab Euangelio resecarunt, ita etiam ab commētarijs Chrysostomi, Theophili, & Cyrilli, & à Nonni paraphrasi amputare. Satis nobis esse debet, quod illam vllo in loco non repudiarunt, & eam agnouerunt, vt diximus, Athanasius, & Ammonius Alexandrini, & Papias, & Eusebius.

V. Argumen. Caietani.

Quinto argumentatur Caietanus, quod ea posita, non sit continuatio præcēditis historię recitatæ capite 7. cū principio sequētis, quæ habetur c. 8. Respōdemus, hoc

falsum

falsum esse,& sine ratione assertum: nam cum dixisset superiori capite: *Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam:* subditur de Iesu, quòd perexit in montem Oliueti, & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eũ, & sedẽs docebat eos, & tunc nonnulli ex maleuolis adduxerunt ad eum adulteram, vt impedirent eius prędicationem, & doctrinam, sed denuò elusit eos, & contra factus est locus doctrinæ. Et pulchrè consequitur: *Iterum ergo locutus est eis Iesus dicens,* & reliqua, vt videas ita cõtextum, & concatenatum sermonem Iesu, vt si quid omittas, mancus procul dubiò appareat, & circumcisus eius sermo, aut saltem non continuus. Legendum enim erat: Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam. Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicẽs: *Ego sum lux mundi.* Nam quæ, rogo, consequentia orationis esset, illis abeuntibus, Christum ita loqui cœpisse? Posita autem adultera adducta, & detecta malitia, ac fraude Scribarum & Pharisæorum, rectè hæret: *Ego sum lux mundi.*

Historia adulteræ quam apte præcedentibus cohæreat.

Iam ad textum accedamus. Primùm perrexit Dominus ad montem Oliueti. Cùm Domino necem machinarẽtur Manichęi, nemo enim, vel volebat, vel audebat domi recipere: vnde in Bethaniam, quæ in monte Oliueti sita erat, se recipiebat, cedens irę hostium suorum, & magnam partem noctis orando transigebat, sicut diem prædicatione, sibi non parcens: cumque solus esset operarius, ac dignus mercede sua, nemo eum in Ierusalem, vt diximus, excipiebat. Docẽs nos suo exemplo ingratis benefacere, & post prędicationem, & afflictionem ad orandum confugere, vt simus lucernæ ardentes in nob ipsis, & alijs lucentes. A quo Apostoli didicerunt orationi, & ministerio verbi insistere. In oratione quidem implemur, vt alios doceamus, & à vexatione mundi recreationem capimus: sed Dominus diluculo surgebat, vt rediret ad functionem prędicationis. Diluculo surgit venator, vt prædam capiat: Operarius primò mane locat operas suas diurnas: peregrinus in auroram instituens profectionem, longiorem viam absoluit. Noster Iesus quãtum itineris esset sibi eo die emetiendũ quas animas tanquam venator ad se trahere deberet, & quem laborem vt operarius in vinea Domini haberet impendere. Ac vide diligentiam Patris, non iam diluculo surgentis, vt mittat seruos suos Prophetas, vt ait Ieremias, sed ipsum Filium. Vide etiã sapientiam Filij, apta tempora nostræ erudiendæ rusticitati, ac imperitiæ obseruantis. Verbum enim Dei ieiunis magis est accõmodum, quam saturis.

In quem ferè locum Dominus se reciperet.

Luc. 10. Matth. 18 1. Cor. 9. Christi bonitas, vigilantia.

Luc. 12.

Qui surgant diluculo.

Dei Patris charitas, Filijque sapientia. Ierem. 44. Verbum Dei quibus magis accommodũ.

Et ait, *Iterum venit in templum.* Quia die præcedenti docuerat in templo, propterea ait, *iterum*, id est, secundò: & quoties veniebat ad templum, periculo mortis propter nos se exponebat: nam externo die, vel bis voluerũt in illum manus inijcere. Tẽplum autem erat deputatum verbo Dei, orationi, & sacrificijs. Et Dominus orandi gratia, & verbum Dei ministrandi, & seipsum in sacrificium gratissimum Patri offerendi, eò veniebat; suoque ingressu illud sanctificabat, vt animarum templum ibi existentiũ, magis Deo consecraret, ac sanctificaret: de quo Paulus ait: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Non ergo in locis profanis, aut obscœnis, vel ad risum excitandum accommodatis, proferendum est verbum Dei. ¶ *Et omnis populus venit ad eum.* Populus enim simplex ex bono animo; cõtra alij, malo animo ad eum audiendum accedebant. Et Angeli, ac dæmones auditores excitabant, licèt diuerso fine: & ipse habebat satis olei pro bonis mansuetè excipiendis, & satis vini pro malis increpandis, eorumq; morbis spiritualibus detergendis, ac depellendis.

Iterum cur Iesus dicitur in templum venisse. Quid faceret Iesus in templo.

1. Cor. 3. Verbum Dei vbi minimè proponendũ.

Duplex genus auditorum Christi.

Et sedens docebat eos. Pridie stans docebat in templo, cùm clamabat: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat;* ob anxium desideriũ animarum, & bellandi studium gladio verbi Dei contra fortem armatum, ob eleuationem etiam mentis ad Patrem, & oues suas speculãtis: Hic autem sedebat, ob pacẽ mẽtis, qua verba gratiæ proferebat, ob delectationem in rete verbi De iaciendo, & piscandis rationalibus piscibus: vnde fatigatus ex itinere, hæc piscatio erat ei requies, & cibus, & potus, vt inquit Ioannes. Sedebat etiam, ob maiestatem & potestatem in loquendo; quia verus verbi Dominus, & verbum ipsum, non minister, vt Moyses, & ipse solus est, qui in se, & in alijs rectè prædicantibus loquitur, & corda verbo suo penetrat: Deniq; ad eum venturi erant Pharisęi, & Scribæ, vt ad iudicem, quò de adultera sententiam ferret. Instruens prædicatores, vt post orationem, & meditationẽ in monte Oliueti, id est, in his, quę ad charitatem Dei, & misericordiam eius ostendendam spectãt, per commiserationem descendant in templa animarum sanctificanda, diluculo fidei, siue gratiæ Dei, qua sine nihil prodest prædicatio non in spiritu terroris, vel Iudaico supercilio; sed in spiritu lenitatis, ac mansuetudinis administrent Dei verbum. Nec sine causa heri docuit stans, modo sedens; quo præsenferet Pharisæorum impias, ac scelestas conspirationes minimè meruere, & quia primò stans in Cruce clama-

Ioan. 7. Cur olim stãs, nunc vero sedens Christus docet in templo. Ephes. vlt. Luc. 11.

Ioan. 4. II. Ratio.

III. Ratio.

Nostri seculi concionatores, vt Christũ imitentur, de quo monte Oliueti in templum diluculo, gratia doctrinæ descendãt. Christi fortitudo animi. Matth. 27. Heb. 5. Act. 2.

clamauit, dein sedens ad dexteram Patris misso Spiritu sancto de cœlo per Apostolos docuit. Mira est profectò, ac deploranda tarditas nostrorum, qui tam molestè ferunt ad verbum Dei audiendum confluere; quos tamen videmus alacriter accurrere ad circulatores, & stare sub ardente Sole audientes mera mendacia, etiam aliquid nebuloni numerantes. Certè si de suggestu spargerentur opulenta missilia, siue bellaria, siue proijcerentur aureę, & argenteæ monetæ, omnes certatim accurrerent, nûc aurem multò sunt dulciora, & pretiosiora, quæ à ministro verbi Dei disseminantur. Et tamen rogandi sunt, imò cogendi auditores, vtea, quæ tantoperè ad salutem animarum suarum faciunt, audire velint: de quibus quàm sint dulcia, & pretiosa, audi Dauidem: *Desiderabilia super aurum, & lapidē pretiosum multum, & dulciora super mel, & fauum.* Prædicatores tamen generosè suum officium præstent, etiamsi paucis, vel vni Samaritanę sit concionandum; & imitari fluminis naturam contendant, quod copiosam aquam semper fundit, etiamsi nullus veniat haurire. Nec enim à multitudine auditorum excellentiam suam habet prædicatio: neque à paucitate vilitatem.

Nostri seculi hominum insignis audiendi verbi Dei negligentia coarguitur.

Quo loco habenda verba prædicatoris.

Psal. 18.

Ioan. 4.

Præstantia, vtilitasve prædicationis vnde minimè pendeat.

Adducunt autem Scribæ, & Pharisæi mulierē in adulterio deprehensam. Scribæ legis cognitione tumidi, & Pharisæi vitæ, & religionis sanctitate famosi, sed vtrique odij atq; inuidiæ peste agitari, vtrique millies spiritu fornicarij, & fornicari facientes Israel, Scripturas quoque vitiantes, & adulterantes, nescientes quid agerent, ad fontem misericordiæ adducūt peccatricem, cui in animo habebant nocere. Nihil iuuabat illos Christi prædicatio ad clementiam, & lenitatem cohortans, quia ficto animo accedebant; propterea Pharisæorum erat aliorum vitia cernere, obliuisci suorum. Neque modo peccātes non commiserantur, sed quasi gloriantur, & gaudent. Dicunt enim: *Euge euge, viderunt oculi nostri.* Si veri pastores extitissent, commiserationis affectu tacti fuissent, & si per legem punire cogerentur, cū dolore, & spiritu lenitatis, vt Apostolus docet ad Galatas, hoc fecissent, & ad Corinthios: *Timeo, inquit, ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex ys, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt.* Imperator ille Nero, immanitatis, feritatisque exemplum, quamdiu naturam, & rationem secutus est, subscripturus literas necis cuidā malefico inferendæ, dixit: *O si nescirem literas.* Iuppiter dicitur Optimus maximus, & quidem antè Optimus, id est, beneficentissimus, teste Cicerone, quam maximus: *Quia maius certè, gratius prodesse omnibus, quàm opes magnas habere.* Hæc ille, eleganter, & doctè Dauid Rex magis defleuit Absalonis peccatū, quàm mortem. Christus destructionem, & excidium Ierusalem prædicturus, prius fleuit. Euāgelium denique totum eò tendit, vt misericordiam & clementiam cū proximis obseruemus, pro illisque preces fundamus, atq; illis benefaciamus. Aspice quæso qua ratione cum Helia Propheta ardente zelatore gloriæ suæ, Deus egerit: cùm enim dixisset: *Viuit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros, & pluuia, nisi iuxta oris mei verba.* Dominus misit illum in torrentem Carith, coruoque præcepit, vt pasceret eum, qui manè panem, & vesperi carnes quotidiè adferebat: instructum voluit Prophetam, quòd si impium, & rapax animal, & quod filios suos deserere consueuit, quale est coruus, eum pascebat, & necessaria subministrabat: quantò magis ipse ratione præditus, populi Dei etsi delinquentis misericordia comoneri debebat, & orare vt Deus sua bonitate cœlos aperiret, & pluuiam daret: Sed cum hoc eum non reuocasset à sententia, siccato torrente Carith, misit eum ad Gentilem viduam Sarepthanam, vt illam alleret, & quę sibi cibum proprium subtraxit, & filio suo, vt Prophetam cibaret, vbi & multiplicauit farinam, & oleum: hinc vt disceret, quòd si mulier ethnica tanta charitate præstabat, vt eum Iudæum pasceret: quantò magis ipse debebat curam suscipere pascendi populum suū, & legem Dei profitentem? Cumque nec hoc eum emollisset, postremò Dominus morti tradidit filium Sarepthanę, vt Helias cogeretur orare pro vita pueri, quē à morte reuocauit: vt vel hinc admoneretur qui Ethnicis benefaciebat, precari Deum pro fratribus suis Israelitis, & pro filijs Dei, qui fame peribant. Sed nec hoc eum ad pietatem inflexit, vt propterea Dominus eum viuum de medio sustulerit, & aliū duplicem habentem spiritum, loco sui reliquerit, hoc est, Helisæum, qui oleum Sunamiridis multiplicauit, & aquas Iericho steriles, fœcundas reddidit, & externis, vt Naaman Syro, benefecit, sanando à lepra, & latrunculos Syriæ ad se capiendum missos, spiritu Euangelico, qui perfectiorē iustitiam complectitur, mensa splendida excepit, & viuos remisit ad Dominum suum.

Pharisæorum fornicationes quantę.

Pharisæorum crudelitas, immisericordia, superbia.

Esa. 34.

Galat. 6.
2 Cor 12.

Neronis olim mente sani verbum clementiæ, & benignitatis. Iupiter cur

Optimus Maximus.
Tull. 2. de natur. deorum.

2. Reg. 18

Luc. 19.
Finis Euangelij quis.

3. Reg 17

Dei optimi Maximi à Heliam misericordiæ documenta.

Corui ingenium.

Ibidem.

Heliæ in Iudæos quamuis idololatras immisericordia.

Ibidem.

4. Reg. 2.

4. Reg. 4.
Helisæi misericordia, & benignitas.
4. Reg. 2.
4. Reg 5.

Ibidem

Et statuerunt eam in medio. Et dicunt ei, Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio. Magna profectò cum cū confusione & tremore constituerunt in medio, & cum

Pharisæorum instar adulte-

ram in medio qui statuant.

magna crudelitate ex parte sua homines à charitate alieni. Tales enim, quales erant Pharisæi, bonos ponere solent in angulis, eorum nomen obſcurãdo, denigrandoq́; hinc dicebant: *Dæmoniũ habet, & insanit: quid eum auditis?* at malos in medio statuunt, vnde quidam ipsorum dicebat: *Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum: raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus.* Et alius Pharisæus: *Hic si esset Propheta, sciret vtique quæ, & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est.* E diuerso, Dominus peccata operit, cum ait: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*; Et, *Publicani, & meretrices præcedent vos in regno Dei*: at paruulum, id est, seipsum posuit in medio, ad imitandum: vnde Paulus aiebat: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.*

Ioan. 10.

Luc. 18.

Luc. 7.

Christi benignitas in peccatores.

Ibidem.

Matth. 21.

Matth. 18.

1. Cor. 4.

Et vocant Christum, Magistrum, vt irretiant, & accuſent magistrum. Sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorũ: sciebat se paullò antè vocatum seductorem: & blãdus ac dulcis non est magister crudelium. *Modò*, inquiunt, *deprehensa est in adulterio*, id est, in fragranti crimine, ita vt nõ possit negari, vnde significantius Græcè dicitur [illegible], id est, in ipso actu adulterij; vt Christus eam liberãs magis reus lapidum, quàm ipsa haberetur. Sed si inuenta est in recenti crimine, vbi est adulter, quem lex simul cũ adultera præcipit puniri? Sed ille, vel euaserat, quia fortior, vt finxerunt seniores accuſatores Suſannæ, vel abſolutus, quia notus, vel cognatus erat alicuius ex comprehensoribus, vel fortassis aliquid numerauit, vt euaderet. Est autem adulterium grauissimum delictum, & maximè iniurioſum in fœminis: siquidem contra legẽ Dei est, qui contemnitur, & in virum, cui atrox iniuria infertur, & in prolem, quæ incerta naſcitur, & in bona ipsa hæreditaria, quæ plerunque ad minimè legitimos hæredes deuoluũtur, & in Rempublicam, quę maximè adulterijs ad seditiones concitatur, vt caussa belli Troiani testatur, & in Nouo Testamento contra Sacramentum matrimonij à Domino institutũ, & significationem eius, quæ est coniunctio Christi cum legitima sua sponſa Ecclesia. Et est rem ſemel venditam, iterum velle vendere: quia mulier sui corporis potestatem non habet; sed vir. Ideo non tantum Deus in lege Moysi, verum etiam humanarum legum conditores, grauissimas pœnas tanto delicto statuerunt. Ideo in lege certum adulterium lapidatione mulctabatur, præſumptum verò aqua zelotypiæ, siue repudio. A Gentilibus verò grande flagitium existimabatur: vnde Abimelech Rex Geraræ

Pharisæorum duplex cor.

Prou. 1.

Ioan. 7.

Cur adulterũ cum adultera non simul adduxerunt ad Ieſum.

Leuit. 20.

Dan. 13.

Quam graue crimen adulterij, eius pernicies, & damna.

Adulterare quid.

1. Cor. 7.

Adulterij pœnæ a Moyse statutæ.

expostulauit cum Abraham, dicens: *Quid fecisti nobis? quid peccauimus in te, quia induxisti super me, & super regnum meum peccatum grande*; Idem tulit legem de vxore Isaac: *Qui tetigerit*, inquit, *hominis huius vxorem, morte moriatur.* Apud Gentes verò diuersæ & atroces in adulterantes decretæ sunt pœnę. Nam apud Ægyptios vir de adulterio conuictus, iubetur mille plagis cædi; fœminæ verò nasum amputari, vt signata remaneret. Seleucus Rex Syriæ cum legem tulisset in adulterum, eum esse oculorum priuatione multandum, & filius eius in adulterium incidisset: vt satis legi faceret, alterum sibi, alterum filio oculum erui iussit, ne filius vtroque orbaretur. Apud Romanos, leges decretæ sunt Imperiales, permittẽtes parenti filiã in adulterio comprehẽſam, ob iustum dolorem occidere: quæ lex ad virũ in simili crimine vxorem deprehendẽtem extensa est. Verùm istæ permissiones non tollunt peccatum homicidij, scriptum est enim: *Mihi vindictam; & ego retribuam.* Nam si vxorem machinantem tibi mortem, vel in crimine læſæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ deprehensam non licet interficere: multo minus in te peccantem. Etsi ergo leges ciuiles hanc vxorum interfectionẽ non puniant: non propterea tamen redditur licita coram Deo, qui absolutè dixit: *Nõ occides.* Leges enim humanæ tantum externam pacem respiciunt, & proinde non nisi delicta quæ pacificum turbant conuictum, puniunt; at diuina lex ad æternum bonũ spectans, nullum peccatum admittit. Ad hæc si per legem Euangelicam liceret occidere vxores adulteras, melior & purior esset cõditio Veteris Testamenti, in quo, ob vitandum hanc vxoris cędem, permissum est repudium cum libello. Præterea grauissimũ delictum est, animam in peccato mortifero existẽtem, & de errore suo minimè pœnitentem, in gehẽnam detrudere, & in perdẽdis animabus, pro quibus seruãdis Christus mortuus est, fieri ministrum Satanæ. Plerumque etiam crimen occultum vxoris interficiendi licentia toti populo redditur manifestum. Adhæc docet etiam maritus adulteræ interfector Deum qui sponſus est animarũ, quomodo debeat ipsum punire, qui in multis alijs grauioribus nõ seruauit fidem sponſo suo. Legi apud non obscurum autorem, cuidam episcopo Galliæ reuelatum, virum quendam, qui vxorem suã interfecerat, occiſum in lecto inuentum; quod interfectæ fœminæ Angelus custos accuſarat eum coram Deo, qui sententiam tulit, vt occiſa vxor eodem pugione virum interficeret. Scriptum est enim: *In qua mensura*

Num. 5.

Gen. 20.

Gen. 26.

Seleuci Regis in filium adulterum seueritas.

Rom 12.

Deut 32.

Adulteri, vel adulteræ priuata cædes minime cur Euãgelica lege permittitur.

Exod 20.

Deut. 5.

II. Ratio.

Deut. 24.

Infra 19.

III. Ratio.

IV. Ratio.

V. Ratio.

Quid cuidam interfectori coniugis adulteræ contigerit diuino iudicio.

Mar. 4.

sura mensi fueritis, remetietur vobis. Hæc mihi obiter dicta sint contra viros quosdam impatientes, & zelotypos, qui paruis ac leuibus suspicionibus ducti, ad interficiendas vxores festinant, putantes se strenuos ac fortes habendos, si mulierculæ sanguinem fundant: & ignorant quòd ad pœnitentiam festinant, & non est fortis viri, & ingenui, sed ignaui, & crudelis, in sexum imbecillem sæuire, & quod in vxoris corpus ictu vllo letifero ius faciendi non habent, quin prius eodem telo animas suas confodiant.

Coniugem adulteram interficientes viri quales se prodant.

Sequitur: *In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum.* Moysen consultò nominant, non Deum; vt minus vereretur dicere contra Moysen, quàm contra Deum. Et lex tantum dicebat: *Morte moriantur & mœchus, & adultera,* sed nihil præcipiebat de morte lapidationis, sed ipsi lapidibus duriores, de nece lapidationis interpretati fuêre. Illam rationem secuti, quod in illo capite multæ causæ traduntur, ob quas præcipitur infligenda mors peccãtibus. Hoc autem genus mortis, hoc est, lapidationis, primo delicto & vltimo, quod in principio huius capitis ponitur, & in vltimo iubet lapidatione plecti, & inde intermedij omnes delinquentes simili mortis genere puniendi intelliguntur, vt ait Abulen. quæst. 3. in cap. illud. Et comprobatur exemplo Susannæ, quæ à senioribus falsò accusata, & Danielis iudicio liberata, eadem pœna mulctati sunt falsi accusatores, qua ipsa erat plectenda. Habetur enim ibi, quod ab vniuerso populo interfecti sunt, non potuit autem totus populus necare nisi lapidando. Quo mortis genere si modo adulteræ essent plectendæ, fortassis ædificia essent euertenda, ne lapides puniendo tanto delicto deessent. Et aiũt, Tu ergo quid dicis? Qui te parem, aut maiorem Moyse facis, quid censes de tam dura lege? Sed hoc dicebant tentãdi gratia. Volebãt enim Iesum ad perplexitatem (alterum è summè dilectis offendendo) deducere: nimirum vel Deum, soluendo legem, vel peccatricem condemnando, quam sciebãt à Christo diligi, quia omnibus peccatoribus patrocinium suũ non denegabat. Defendit enim Dominus peccatricem, paralyticum, cum dixit: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua,* publicanum Matthæum, Zachæum publicanorum Principem, & appropinquãtes ad eum peccatores. Putabãt Iesum suæ mansuetudinis famam obseruaturum, ne popularium gratiam, & turbarũ perderet comitatum; ac proinde à recta via iustitię declinaturum, dicturumque: *Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, non condemnabimini:* voluerunt facere periculum an sic seipsum ostenderet esse Messiam, qui legem nouam attulisset. Sed miseri erant, quasi lex noua contra bonos mores esset ferenda, & approbandum esset per eam adulterium, sed in lege noua promissa remissio peccatorum exhibetur; at non propterea tollit iudicia, & reprobat magistratus, & gladium, quin potius probat, & ministros Dei. Et illud: *Dimittite, & dimittemini,* priuatis dicitur. Et ita hic, *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat,* iudices vt ministri Dei agunt, qui dicere possunt: *Mihi vindictam, & ego retribuã:* Christus hic nondum iudex erat, sed aduocatus, cui peccatorem defendere licet. Mulierem contentus fuit deterruisse, illi metus pro supplicio fuit, sicut cùm addecimatur exercitus peccans.

Quid est quod Pharisæi Moysen non Deũ autorem proferunt legis adulteræ lapidandæ.

Leuit. 20.

Dan. 13.

Vnde Pharisæi pœnam adulterij lapidationem interpretati sunt.

Domini Iesu in peccatores amor: eorundem patrocinia.

Luc. 7.

Matt. 9.

Ibidem.

Luc. 19.

Luc. 15.

Pharisæorum de Christo stulta persuasio.

Matth. 7.

Lex noua, & Euangelica magistratus potestatem, & p obst.

Luc. 6.

Illud. Dimittite, & dimittemini, quibus dicitur.

Rom. 12.

Deut. 32.

Ioan. 8.

Fuit autem hæc tentatio, grauissimum flagitiũ, & ipso adulterio grauius. Illa enim vtpote mulier, & fragilitate peccauerat; isti ex odio, & inuidia innocentem calumniabantur: illa contra virum, isti contra omne charitatis vinculum, & contra suum Messiam agebant: Illa vel voluptatem, vel emolumentum aliquod vile habere contendebat, isti necem Filij Dei insidiosè machinabantur; quia hoc faciebant, vt accusarent eum: nam isti obseruabant Dominum ad accusandum; Dominus obseruabat eos, ne accusare & damnare eos cogeretur.

Pharisæi super adultera Christum tentantes, quam grauiter delinquerunt.

Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terram. Tetenderant retia isti venatores pessimi, & tanquam canes inuolabant in cerui nostrum Iesum: qui, salua iustitia, & misericordia, & illusis canibus euasit, tanquam filijs draconis illius, qui formatus est vt ei illudatur. Sic namque moderatus est orationem suam, vt neque à consueta lenitate, & misericordia deflectat, nec adulterij crimen comprobet; sed per occasionẽ admonet omne scelus esse vitandum: non tantum ea crimina, quæ leges principum puniunt, sed alia grauiora, quæ saltem Dei vindicis iudiciũ nõ possunt effugere. Iesus ergo nec recusauit iudicium delatum, quẽadmodum declinauit causam de diuidẽda hęreditate, quia iudex erat, causamq; agebat peccatorũ, nec ream addixit lapidatoribus iam accinctis, nec à causa liberauit, quę pœnam cõmeruerat: sed silentio patrocinatus est ei, quæ rapiebatur ad pœnã, vt hortaretur ad pœnitentiã, & resipisceret ad salutem. Oratione nihil respondet, sed facto ipso loquebatur: nõ ignorabat mulierculã peccatricem esse, sed nouerat accusatores,

Quo dilemmate Christus Pharisæos, se tentantes, eluse.

Psalm. 103.

Christi in causa adulteræ iudicium.

Luc. 12.

qui

qui se iustos haberi volebant sceleratiotes illa. Proinde primũ inclinauit se deorsum nempè à seueritate iustitię, ad misericordiæ mansuetudinẽ deflectens: & indicās quod non placet iudicium sine testibus: docens, vt vnusquisque descẽdat in seipsum, & iuxta diuinam legem suam excutiat conscientiã: & talem se quisque exhibeat erga proximam delinquentẽ, qualem experiri vellet Deũ erga se peccantem, & pensandam esse sententiam antequã pronuntietur. Illa autẽ inclinatione auertit faciem, quasi abominans eos, qui tam seuerè alios iudicãt, dum maioribus delictis inuoluuntur. Inuenit ingenium Christus, ne nos condemnet: facit ne accusatores adsint, sed quisque prò seipso solicitus sit, neque accuset alios, vnde posset accusatore deficiente, omnes absoluere, & neminem condemnare. Hinc Ambros. ad studium scribens, ait: *Vide lector diuina mysteria: cum accusatur mulier, Christus caput inclinat, eleuat autẽ, vbi deficit accusator ita nullum damnari vult, absolui omnes.* Sic ille. Denique inclinauit se, vt locum daret accusatoribus exeundi. In dubiũ reuocatur, quomodò potuerit scribere in terra in templo; cuius pauimentum lapidibus stratum erat, & terra, atque lapis res sint diuersæ. Et breuiter dicendum, quod in aliqua parte terræ detectę à lapide scripserit, aut idẽ esse terrã, & lapidẽ, cum lapis sit nil aliud quam terra indurata, aut quod in puluere super saxa existente characteres formauerit, aut vt Aug. dixit, non formauit vllos characteres permanẽtes, sed ad mysteriũ aliquod significãdum digito scripsit. Voluit enim significare legem Moysi, quam illi produxerant cõtra se, digito suo fuisse scriptã, sed in cordibus duris Iudæorũ, qui alieni erãt ab omni misericordia & pietate. Quid verò digito scriberet in terrã textus non exprimit: proinde Doctores variè locuti sunt. Quidam enim dixerunt, significare voluisse, quæstiones eorum facilè conculcandas, quemadmodum ea, quæ in terra scripta sunt, facilè cõculcantur. Deinde admonet legis Euangelicæ interpretationem, quæ digito Dei scripta èst, in terra, id est, teneris cordibus, & carnis, & non in illorum lapideis insculpẽdam; seque esse Deum Moysi maiorem, néque posse Moysis autoritate constringi ad condemnandum, qui Moyse maior erat, illosq; in terra scribendos, qui peccata aliorum, & non propria discernunt. Vel se differre solutionem, & interpretationẽ, quod illam affectibus essent conculcaturi. Vel se scribere eorum peccata, quæ ipsi non videbant, & delere, ac tegere eorũ, qui in seipsis peccata vident, ac deflent. Vel deniq; quid

Cur Christus inclinauit se deorsum scribens in terrã.

Christi pronitas ad clementiam.

Ambr. epist. 76. tom. 3.

Christus vt scripsit in terra, lapideo videlicet templi pauimento.

B. August.

Quid scripserit Christus in terram, variæ opiniones.

uis potius præstare, quam malignis ac prauè dispositis respondere. B. Augustinus libro de consensu Euangelistarum hæc de scriptione Christi tradit: *Digito scribebat in terram, tanquam illos tales in terra scribendos significaret, non in cælo, vbi monuit discipulos, vt se scriptos esse gauderent. Aut quod se humiliando, quod capitis inclinatione monstrabat, signa in terra faceret: aut quod iam tempus esset, vt in terra, quæ fructum daret, & non in lapide sterili, sicut anteà lex eius, conscriberetur.* Hæc ille eleganter satis.

Aug. lib. 4. de consen. Euãg. tom 4.

Luc. 20.

Exod 32. & 34.

Quidam tamen, curiosè magis, quam fructuosè, vrgent, postulantes quid esset illud, quod scripsit? B. August. quem sequitur B. Thom. non sine ratione asserit scripsisse sententiam quam protulit: *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat*, sententia enim de more scribitur, & scripta pronuntiatur. B. Ambros. lib, 6. epist. sic ait: *Quid scripsit? vtiq; dicens festucam, quæ in oculo est fratris tui, vides; trabem autẽ, quæ in oculo tuo est, non vides. Libido enim velut festuca, citò accenditur, citò consumitur: sacrilegium perfidiæ, quo Iudæi negabant propriæ salutis autorem, sceleris magnitudinem personabat. Scribebat autem in terra digito, quo legem scripserat. Peccatores in terra scribentur, iusti in cælo, sicut habes dictum ad discipulos: Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cælis.* Idem alibi sic scribit: *Quid scribebat nisi illud propheticum, Terra, terra, scribe hos viros abdicatos: quod de Iechonia scriptum est in Ieremia Propheta. Cum Iudæi interpellant, in terra scribuntur nomina Iudæorum: cum Christiani adeunt, non scribuntur in terra fidelium nomina, sed in cælo.* Hactenus ille. Alij rursus, vt B. Hieronym. dialog. 2. contra Pelag. existimant peccata eorum secreta talibus characteribus in terra scripsisse, vt miraculo vnusquisq; sua omnia peccata occulta prolata cerneret. Cui rei fauet Græca litera, quę post illa verba: *Digito scribebat in terram*, adiungit, [illegible] hoc est; nihil fingens, vel dissimulans, vel, nisi sibi vendicãs, scilicet illud iudicium. Et alludit ad eorum peccata quæ detexit. Et hanc lectionem apud Robertum Stephan. habent quinque codices, nimirum 1. 3. 5. & 8. inter quos est editio Complutensis. Deinde fauet, quòd illi à conscientia propria redarguti (vt Græca litera habet) vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus. Nulla etenim suberat causa discessus, nisi & pudore suffusi, & agnitis suis peccatis perterrefacti fuissent. Et ita probabilius videtur; quod prima inclinatione sententiam illam: *Qui sine peccato est vestrum, &c.* in secunda vero peccata accusatorum scripserit: & agnoscentes se sine peccata non esse, deprehenderunt se prorsus

Quid rursus esset illud quod Dominus scripsit in terram.

Aug. tract. 33. in Ioan. to. 9.

D. Thom. in Ioan to. 10

B. Amb. epist 70. tom. 3.

Marc. 7.

Ierem. 17.

Luc. 10.

Idem lib. 7. epist. 58.

Ierem. 22.

Vbi Iudæorũ nomina, Vbi Christianorũ scribantur à Domino.

Hieron. to. 2.

Hieron lib. 2. dialogorum aduers. Pelagia. to. 2.

ineptos esse ad mittendum lapidem in illam. Huius sententiæ est Hieron. qui scribens in Pelagia. sic ait: *At Iesus inclinans digito scribebat in terra, eorũ videlicet qui accusabãt, & omniũ peccata mortaliũ, secundum quod scriptum est in Propheta? Relinquentes autem te, in terra scribentur.* Hęc Hiero. ad subdit: *Quum ergo perseuerarent interrogantes, erexit se, & dixit eis.* Nõ intelligentibus factũ, erectus pronuntiauit quid faceret: in vtroq; se Deum ostendens, & superbis resistendo, & humilium vocem dolendo. Atque erectione sua exemplum dedit iudicibus, vt fortes & constantes sint in ferẽda sententia pro æquitate, à qua tanquam columnæ stabiles se dimoueri, aut amore, aut odio, aut timore, aut precib⁹, minis, aut muneribus, q̃ excęcãt oculos sapiẽtũ, & mutant ora iustorũ, minimè patiãtur.

Ierem. 17.

Officium boni iudicis quod sit.

Exod. 23. Deut. 16. Eccles. 20.

Quid illud: Qui sine peccato est vestrũ, primus in illam lapidem mittat.

Esa. 53. 1. Petr. 2.

Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Id est, puniatur peccatrix, sed nõ à peccatoribus maiorib⁹: impleatur lex, sed non à legis præuaricatoribus, qui peccatricẽ iustificabãt. Nõ dixit, Qui sine peccato est, ne seipsum ad lapidandum propria sententia constringeret, quia solus erat sine peccato: sed dixit: *Qui sine peccato est vestrum*, vt mulierem ab illorum impetitione liberaret. Hæc verba ad tales accusatores directa sunt, non ad iudices, qui siue iusti sint, siue iniusti, possunt & debẽt, ne grauius crimẽ accersant, iustam sententiã pronuntiare. Nec. n. mens est Christi, vt omninò sine peccato sit iudex: alioqui nullus facinorosus plecti posset, quia rarus est, & nullus sine peccato: esset enim nõ absimile, ac siquis gemmis tãtum lapidare vellet, aut pala tantùm aurea lutũ colligere præciperet. Nam qualis est iudex, bene iudicat, si secundum legem, & verbum Dei iudicat, neque enim iudex sententiæ autor est, sed lex ipsa, minister verò sententiæ iudex. Iudex ergo in criminosum sententiam ferendo, haud peccat, quia sic ferre sententiam sui muneris est: sed peccat quod ipse non resipiscat, & quod in se non arguat, quod in alijs reprehendit. Ideo maiori damnationi obnoxius est, si in adultero damnat, quod sibi liberè permittit. Monetur ergo iudex, vt iustè sententiam exequatur. Docemurque qualis meritò esse debeat alterius accusatur, & iudex B. August. epist. ad Macedon. hoc Christi exemplo, & dictis defendit, Episcoporum pro reis apud iudices intercessionem piam esse, & iustam. Poterãt etiam hæc verba accusatores irritare ad lapidandam ream, quia illi ostẽtabant se iustos: rea quoq; summoperè timere debuit, & se iam mortuam arbitrari. Sed sermo Iesu erat in potestate, quia operabatur quod ipse volebat: & vnde debuit oriri celerior damnatio, inde profecta est festinãtior absolutio. Verbum: *Qui sine peccato est*, periphrasticè est versum, Græcè enim dicitur vna voce ἀναμάρτητος, & posset significare idem quod impeccabilis, vt non solum comprehendat eos, qui sine peccato sunt, sed etiã eos, qui etsi non peccent, peccare tamen possunt: quanquam illi, cum quibus Dominus agebat, maximis essent referti criminibus. Cõsidera efficaciam sententiæ, & verborum Christi; quia nemo illi sese opponere est ausus: nemo ea pronuntiata se præsumpsit ostendere à peccato immunem: nemo eius sententiam contemnere est ausus, sed mox percussi sunt in cõscientia, & suorum quisque admonitus peccatorum.

Iudex quando bene iudicet.

Deut. 16.

Aug. epist. 54. tom. 2.

Qualis Christi sermo.

Luc. 4.

Ἀναμάρτητος Græcè quid.

Quam potens sermo Christi quam efficax.

Et iterum se inclinans scribebat in terram. Vt scriberet secundam obstinationem grauius puniendam; & vt locum daret exeundi, & ne videret cadentes & peccantes, vel in signum secũdarum tabularum legem gratiæ adumbrantium, & vt (teste Ambrosio) gemino testamento Iudæos scias esse damnatos. ¶ *Audientes autem hæc, vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus.* Nullus erat sine peccato, qui lapidem mittere posset, nisi solus Christus, solus innocens, qui peccatum non fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius. Verùm non in mulierem, sed in accusatores, qui à Christo petra lapidati, vt propria conscientia dictabat, discesserunt. Fugit enim impius nemine persequente. Vide quã pulchrè impletum sit verbum Prophetæ: *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.* Si enim erecto Domino tantus timor inuasit accusatores: quanto magis Christo veniente ad iudiciũ contremiscent omnes impij, & criminosi? Nam si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit? Deinde discesserunt, timentes à populo lapidari ob sua peccata. Adhęc putabant fuga euadere posse: sed nulla est, nisi conuertamur ad Christum. Vltimò discesserunt, vt ait Bernardus, vt persuaderent adulterium pudicissimę Susannæ, dicentes: *Commiscere nobiscum.* Nam qui publicè insectantur adulteria, secretò, si possunt, ea suadent, & amplectuntur.

Cur Dominus secundo se inclinans scripserit digito in terram.

Exod. 32.

Ambr. epist. 76. tom. 3. circa finem.

1. Pet. 2. & Esa. 53.

Prou. 28.

Psal. 76.

Psalm. 129.

Bernar. ser. in Annuntiatione.

Dan. 13.

Quod verò dicitur in Græca litera, ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, id est, à propria cõscientia redargui: videtur ab aliquo additum per modum glossematis. Quòd à senioribus inciperent: ob id certè, quia magis fugiebant verecundiam, vtpote grauioribus criminibus implicati: timebant enim,

Seniores Pharisæorum ac cusatores adulteræ cur primi discess.

ferint à Christo.

ne prodius eorum flagitijs lapidateutur à populo.

Et remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. Solus Iesus, sine accusatoribus scilicet, & mulier in medio turbæ audiêtis Domini sermonem stans. Solus Iesus sine peccato erat, & verè ἀναμάρτητος, & solus lapidem mittere poterat. Sed qui prope Iesum consistunt per fidem, & de peccato agunt pœnitentiam, tuti sunt. Vide igitur misericordiam & miseriam: expectabat fortassis mulier sententiam ab irreprehẽsibili Christo, & in medio stabat. Stabat quidem, quia rei stantes audiũt sententiã iudicis, stabat verò in medio quia iã contrita de peccato ad cor redierat, & de virtute amplectenda quæ in medio consistit, cogitabat. Et beati qui stãt in medio, quia non longè absunt à Iesu, nõ iam amplius iudice, sed advocato, & protectore. Insignis nostri sæculi hæreticus Beza, purissimus scilicet, & castissimus homo, offensus fuit hoc verbo, quòd mansit Iesus solus cum muliere in medio stãte: propter quod verbũ, hanc totam historiam reiecit. Sed mirum quod est, non fuit offensus altera historia Samaritanæ, in qua mirati sunt Apostoli, quod solus cum muliere loquebatur: neq; illam historiã simili ratione expungendã duxerit, cũ non iam in templo, sed in agro illa solitudo cõrigerit: sed falsus est Beza, putans solũ Christum cum muliere mansisse, cum præsens esset concio tota, & frequens auditoriũ: aderant quoq; Apostoli omnes, qui eius lateri perpetuò hærebant, in quorum medio dicitur stetisse mulier. Solus ergo dicitur Christus cum muliere, quia Scribæ, & Pharisęi accusatores discesserant, & vnus post alium exierant.

Christi in adulteram misericordia.

Adultera in medio cur stabat.

Calvini successor Beza qua ductus levissima ratione hanc historiam de Euangelio sustulerit.

Erigens autem se Iesus, dixit ei, Mulier, vbi sunt qui te accusabant? nemo te condemnauit? Quasi diceret, sine testibus non est legitimum, aut maturum iudicium: accusatores cesserunt causę: ergo & iudex. Sed quomodo interrogat quod videbat? sed interrogat nobis, vt ait Ambrosius, vt nosceremus nõ esse lapidatam. Est autem humani affectus hæc consuetudo, vt interrogemus sæpissimè, quod videmus. Hoc autem verbo, Nemo te condemnauit, indicat, Euangelium magistratui relinquere suam functionem. Non enim Euangelium administrat gladium, sed gladij potestatem confirmat, & ratum habet quod in ciuilibus ad communẽ Reipublicæ vtilitatem decernit.

Quare Christus adulteram id quod videbat, interrogat.

Lex Euangelica gladium nõ administrat: sed gladij potestatem confirmat.

Quæ dixit, Nemo Domine. Hoc est dicere, Quis potest lapidare, quã ipse nõ damnas? quis potest aliũ sub tali sententię conditione punire? ¶ *Dixit autem Iesus, Nec ego te condemnabo*, vel, vt Græcè dicitur: *Nec ego te condemno.* Vult Dominus dicere, Magistratui ius suum integrum relinquo: nec enim veni soluere legem, sed adimplere. Ideo Euangelij & gladij munera non sunt contraria. Ego igitur, qui Deus sum, & aduocatus, & Messias, & qui plus omnibus te amo, & me potius, quam te condẽno, & qui eos omnes, qui se indicant, & condemnant, nõ iudico, neque condemno, minimè te quoque condemnabo in foro interno, nam externum non est meæ iurisdictionis. Ecce verus Daniel, qui nõ tantum Susannam de falso adulterio accusatam, seruare à supplicio potest, sed etiam tantus est, vt veram adulteram non solum à supplicio, sed etiam quod maius est, ab ipsa criminis labe liberare potest. Rectè scriptum est: *Misericordia & veritas obuiauerunt sibi.* Vidisti iam opus misericordiæ, audi opus iustitię: *Vade, & iam amplius noli peccare.* Ex affectu, & voluntate: alioqui non est homo, qui non peccet: sed satis est, si homo exuat voluntatem peccandi, & proponat in futurum abstinere. Quid enim prodesset medicina, si postea per incontinentiam voluntariam quis incidat in morbum? Hinc dicitur: *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius?* Et Sacerdos in iniungenda pœnitentia æquè debet habere rationem recidiui peccati, ac satisfactionis de præterito. Nec ex hoc loco quisquam colligat, peccatori non esse imponendam pœnitentiam: tum quia hæc peccatrix abundè, metu forsitan mortis, & pudore satisfecerat, tum quia Dominus nondum instituerat Sacramentum Pœnitentiæ, quod in die Resurrectionis stabilitum est, tum quia Dominus potestate excellentiæ præditus erat, qua fructum Sacramenti, sine Sacramento exhibere potest. Docet autem Dominus Episcopos & eos, qui confessionibus audiendis præficiuntur, vt mites, & benignos se præstent erga peccantes, quia ipsi sæpè maiori egent misericordia Dei: & idem quisque, etiam non sacerdos, cum proximo suo obseruare contendat: quia beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Vides igitur Domini misericordiam animæ peccatrici exhibitam, & iustitiam peccato indictam. Non damnat adulteram, quia non venerat perdere, sed saluare: non statim absoluit, ne videatur damnare legem, & gladium sęcularem, vel facinorosi existiment se puniri nõ posse, vel non oportere. Si adulteta respõdisset, Domine, dicis mihi, Vade, & noli amplius peccare: sed quo ibo? Nõne ad aliud tribunal rapient me accusatores? Nõne meus maritus iniuriã inultam esse nõ valet?

Matth. 5.

Euangelij, & gladij munera non sunt contraria.

Dan. 13. & seq.

Christus Daniele maior.

Psal. 84.

Qua ratione non debeat homo amplius peccare.

3. Reg. 8.

Eccles. 34.

Quid obseruandum Sacerdoti sit, cum iniungit pœnitentiam.

Cur Christus nullam adulteræ pœnam imposuit.

Ioan. 20.

Pœnitentiæ Sacramentum quando sit institutum.

Quales confessarij esse oporteat erga pœnitentes.

Matth. 5.

Luc. 9.

Christi misericordia simul, & iustitia aduersus adulteram.

Prou. 6.
Rom. 8.
Esa. 50.

qui noo acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptiooe dona plurima, vt io Prouerbijs dicitur? Sed vade, ait Domious, qoouis modo ne pecces amplius. Deus te iustificat: quis est qui te condēnet? Habes meum verbum tecum, quod vincit omnia: ego te liberam & omoi metu solutam abire volo; ob id ergo admissum crimen, à viro ne metuas. Ego qui te peccatis absoluo, & in futurum seruare à peccatis te potero. Ideo diligenter mihi coofidito, ac proinde diligenter caue. In hæc verba pulchrè philosophatur Ambros. *Vade, inquit, & amodò vide ne pecces. Emendauit ream, non crimen absoluit: etenim seueriori sentētia culpa damnatur, si vnusquisque crimen suum oderit, & in se incipiat condemnare delictum. Etenim cū reus occiditur, persona magis quam culpa punitur: vbi verò culpa deponitur, absolutio personæ est pœna peccati. Quid est ergo: Vade, & amodò vide ne pecces? Hoc est, ex quo te Christus redemit, corrigat gratia, quam pœna non emendaret, sed plecteret.* Idem alio loco ait: *Non damnat quasi redemptio, corrigit quasi vita, quasi fons abluit. Et quia quando se inclinat, ideo inclinat, vt iacentes eleuet, ideo ait remissio peccatorum, Nec ego te damnabo.* Hæc ille.

Ambr lib. 9. epist. 76.

Qoid illud Christi ad adulteram: Vade, & iam amplius noli peccare, secundum Ambrosium.

Mysterium in hac historia inclusum, secundum Rupertum est: Scribæ & Pharisęi peccatricem mulierem, id est, Iudęi Ecclesiam de Gentibus collectam, & cum varijs idolis adulteraoiem, adducunt in tēplum ad Christum, corporis, & animę eius liberatorem: & ea remissionem peccatorum accipiente, cum mala cōscientia foras prodierunt inuidiæ suæ tormento à gratia excisi sunt. Et vt ait diuus Hieronymus in Ezechielem, totius orbis lapidibus petēdos Iudæos exposuit: & cum legem, & Prophetas prædicant, quid aliud, quam sic oportuisse fieri in salutem Gentium demoostrant, & Gentium conuersionem, & suam excæcationem fuisse prędictam? Remansit ergo Iesus cum muliere, id est, gentilitate, cui pepercit ob humilitatem, & fidem; & Iudæos legis operibus confidentes, tumidosque abiecit. Hęretici etiam, quia non se inclinant, & ad proprias consciētias explorandas descendunt, Ecclesiam petunt lapidibus, id est, libris maledicis, & plusquā satyricis, verbis contumeliosis, & amatulētis, quibus suas conciones, & scripta aspergunt. Sed illis obijcere possumus: *Qui sine peccato est vestrum primus in nos lapidem mittat.* Si quis consideret quantum scelus sit hæresis, & schisma, quantum sit superbiæ, & tumoris animi vitium, quo suum iudicium toti Ecclesiæ impudenter præferuot, profectò sibi magis consulerent.

Huius historiæ mysterium aperitur. Rupert. lib. 7. in Ioannem.

Hieron. in c. 23. Ezech. tom. 5.

Hæretici exemplo Christi nō se inclinando, quibus Ecclesiam lapidibus petant.

Habent etiam mores nostri suam ex hoc loco instructionem. Quæuis enim anima peccatrix adultera est, vni viro, cui erat desponsata, fidem non seruans; & tot adulteros suscipiens, quot obnoxia est vitijs. Dæmon enim adulter est, vt alter Amnon; qui vbi adulterium perpetrauit, odit animam, quemadmodum ille Thamar. Ideò Scribę, & Pharisęi, dæmones intelligendi sunt callidi & simulatores, qui omnia peccata nostra scribuot: qui cùm siot ipsi diuisi, nos quoque à Deo per peccatū diuidere conātur, atq; animam peccantem tētationibus suis ad desperationem inducunt, vt in ęternum lapidetur: allegata tantum lege, id est, iostitia, & nō monte Oliuarum misericordiæ, vnde Christus veniebat. Iesus autem quādo ita anima accusatur, inclinat caput, ac si non videret, id est, dissimulat: nā si ille iniquitates obseruaret, quis posset sustinere? Quod tamen facit, vt in terra conscientiæ describat propriæ vilitatis, & bonitatis Dei nos seruantis cognitionem. Sed tandē, ne tentetur supra id quod potest, erigit se in adiutorium nostrum, erigēdo, & subleuaodo conscientiā, & ostendendo dęmonibus suorum peccatorum confusionem, & dedecus: vnde indigni reddūtur qui accusent, & cōfusi, recedunt. Sed ne quisquā sibi adscribat dæmonis recessum, iterū digito scribit, vt eam charitatem cum alijs seruemus, quæ nobiscū seruata est. Et humiliatam alloquitur: *Vbi sunt qui te accusabant?* quasi diceret, Recesserūt pręter spem tuam, & consolata manes. O mulier modicę fidei, & fortitudinis, perge de virtute in virtutem: quam ego nō condēnabo, modò oe pecces. Iesus ergo pro ea reducenda inclinauit se deorsum, per incarnationem, & scripsit digito Spiritus sancti, id est, tulit legem amoris, & misericordiæ in cordibus terrenis, & erectus per exaltationem, in Cruce dixit: Qui sine peccato est vestrum, illam puniat: quo verbo confudit dæmooes, & vt Propheta ait, egressus est diabolus ante pedes eius. Et iterum se inclinans, frangēdo tabulas legis cum Mose, non indicando earum rigorem; ad pedem mōtis, id est, ad Humanitatem suam, obedientia crucis hanc fractionem emente, Euangelicam legem, quā prius ore protulit, scripsit, & facto mortis suæ cōmendauit. Et rursus erexit se per resurrectionem, fugatis dęmonibus: & māsit Iesus & mulier, id est, peccator sine dæmonis infestatione, & dictū est illi vt progrediatur in bono. Debet igitur quisq; peccator timere, ne Christus primus in die iudicij lapidē mittat, eum damnādo, vt se absoluat: nam tunc lapis in ipsum ca-

Moralis intelligentia eiusdē historię.

2. Reg. 13.

Dæmones quibus similes.

Christi in peccatricem animam artificiosa bonitas.
Psalm 129

1. Cor. 10.

Quemadmodū Christus, ceu adulteram peccatricem animam ad virum suum priorem, Deum videlicet reduxit.
Habac 3.
Exod 32.

Matth.21. *Sapient.5.*

deus conteret eum. Deinde Apoſtoli iudicantes mittent lapides ſuos: quia omnis creatura armata pugnabit pro Chriſto contra inſenſatos. Diſcamus igitur erubeſcere de peccato; deinde timere Chriſtum iudicem: adhæc ſtudeamus ſtare in medio, colendo virtutem,& habitando in medio noſtri; prætereà ſtare prope Ieſum per certam ſpem,& confidentiam; poſtremo intelligamus nobis eſſe dictum, vt nolimus amplius peccare; vt in tremendo die iudicij benignam, & à nobis ſtantem ſententiam inuitis dæmonibus obtineamus, à ſupremo iudice Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu ſancto pari fruitur gloria, & honore atque dominatione æuis ſempiternis, Amen.

Stare in medio,& prope Ieſum, quid ſit.

TRACTATVS XXXIX.

De Diſceptatione Chriſti cum Iudæis, litigantibus cum eo, quòd de ſe ipſo teſtimonium perhiberet, cùm dixit: *Ego ſum lux mundi, &c.* Ioan.8. *Iterum ergo locutus eſt eis Ieſus, dicens: Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei Phariſæi, Tu de te ipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum, &c.*

Quomodo hæc cum præcedentibus cohærent.

REFERT Euangeliſta, Dominum ablegatis delatoribus,& ſuis euique ſceleribus proditis,&admiſſa ad remiſſionem delictorum peccatrice, ad ſermonem inceptum, ſed interpellatum rediiſſe;& proptereà ait, *Iterum*, quia pridie eius diei dixerat: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat*: & modò ſubdit: *Ego ſum lux mundi*. Scriptum enim erat apud Dauidem: *Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*: magna eſt autem ſitis in hominibus videndæ veritatis,& agnoſcendæ diuinæ voluntatis; proptereà ait: *Ego ſum lux mundi*, qui veritatem de omnibus docere poſſum. Erat enim Chriſtus conſtans veritatis aſſertor. His autem paucis verbis breuiter & magnificè expreſſit, nihil poſſe inuidiam impiorum nocere gloriæ Dei: *Ego ſum*, inquit, *lux mundi*. Qua ſi diceret; Quid vos impij noctis,& tenebrarum filij, claritatem, & famæ meæ nomen obſcurare contenditis? Nunquid non deridendi eſſetis, ſi Solem iſtum, qui videtur, de ſublimi circulo ſuo toti mundo lucentem, exſufflando extinguere tentaretis? vel aerem pugnis verberando, de magno

Ioan.7.

Pſalm.35. Quare Chriſtus dixerit: Ego ſum lux mundi,&c.

Impiorum inuidia nihil nocere poteſt gloriæ Dei.

Quid Phariſæi gloriam Chriſti obſcurare tentantes, facere voluiſſe videantur.

cœli candelabro deijcere,& ſub modium recondere conaremini? Ergo vos ridiculi talpæ,& veſpertiliones, oculos quidem veſtros claudere,& me veram lucem non videre poteſtis: ſed totius mundi oculum eruere, vel iſtam eius lucem extinguere non præualetis.

Videtur autem maximè ad præcedentia facere hæc Chriſti ſententia. Vt enim lux fugat eos, qui malè agunt,& oderunt lucē; pauperes autem,& infirmos fouet, ſecundùm illud: Qui Solem ſuū oriri facit ſuper bonos,& malos: ita Chriſtus fugauerat Scribas & Phariſæos,& ſua luce fecerat illos agnoſcere peccata ꝓpria,& benignè ad pœnitentiam adulteram receperat. Erat deinde lux mundi, excedens Moyſen, obſcurans que eius legem,& Prophetas, nō ſecùs atq; Sol offuſcans Stellas. Præter hoc cùm abſoluiſſet adulterā à crimine, ne dubitarent eſſe verum Deum, qui id poſſet, aperit diuinitatē ſuam, dicendo: *Ego ſum lux mūdi*.

Lux quos fugat. *Ioan.3.*

Matth.5.

Chriſti lucis excellentia.

Dicet aliquis; Quomodò Chriſtus, qui toti orbi tenebras effudit per crucē ſuam, ita vt prædicatus crucifixus, Iudæis ſit ſcandalum, Gentibus ſtultitia; potuit eſſe lux mundi? Reſpondeo: Eadem ratione qua Sol tenebras facit noctuis; cùm tamen ipſe ſit lux. Obijcies, quæ ergo culpa noctuarū eſt? Aio, quàm maxima. Præmiſſæ ſiquidē fuerāt multæ lucernæ, nempè lex ipſa, Prophetæ, Ioannes Baptiſta, & ipſe Chriſtus, qui pro lucerna erat; tantùm credidiſſent eſſe lucem Ieſum,& ſe oportere noctuarū oculos mutare,& aquilinos accipere. Dixerat enim Dominus, quòd qui volunt facere voluntatem Patris, cognoſcerent hanc lucem: amantes Deum ac proximum, viſuros hanc lucem:& ſaltem poſtquam hoc lumen Gentibus ignotum cœpit illuceſcere; debebant Iudæi illum, vt gloriam Iſraelis ſuſcipere.

1. Cor. 1. Quomodo Chriſtus ſit lux mundi.

Quod Iudæi Chriſtum lucem non cognouerint, vnde factum ſit. *Ioan.7.*

Sed iam altius de hac ſententia meditādum eſt. Lux, qualitas eſt primi corporis, vt in ipſo exiſtit alia immutantis; quando verò in alio corpore recipitur, & retinetur, vt in Luna, ſtellis, aëre,& ſimilibus, dicitur lumen, dum verò corpus diaphanum rectà penetrat, vocatur radius; ſi verò cum corpore opaco reflectatur, ſplendor appellatur; quòd ſi in ſuperficie eius ad modum habitus, ſiue permanentis qualitatis retineatur, coloris nomen acquirit. Igitur, vt alias diximus, lux neque corpus eſt, neque natura ſpiritualis, neque forma ſubſtantialis; ſed qualitas tantùm actiua, conſequens formā ſubſtantialem Solis. Deinde præmittendū eſt metaphoricè lucē vocari, præſtātiſſima quæq; : Deum enim præter exter-

Lux quid ſit, quomodo à lumine, radio, ſplendore, co loreque diſtinguitur.

Lib.5. Lucis nomine quæ veniant in Scriptura.

1 Tim. 4. Ioan. 9. 2. Cor. 11. Matth. 5. Ioan. 5. Philip. 2. Psal. 4. Prou. 6.

nos, vt Platonem, Trismegistum, Homerum, & Hesiodum, Scriptura vocat lucem, & Christum, & Angelos, & Apostolos, & Ioannem Baptistam, & Christianos vocat Paulus luminaria in hoc mundo, & mentẽ ipsam hominis, de qua dicitur: Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Porrò lex Moysi dicitur lux, & lucerna; ad hæc ipsa gloria, imò & gratia, de qua: *Emitte lucem tuam*: & simpliciter quò quid præstantiùs esse habet, & viciniùs Deo, eò magis participat de luce. Christus ergo se ob hanc caussam luci comparauit, quò perfectionem & vtilitatem suam indicaret. Et quanquàm ipse lux sit totius Trinitatis, & Angelorum, dignatione tamen, ac benignitate sua se vocat lucem mundi, siue hominum, vt Ioannes dixit: *Et vita erat lux hominum*. Est quidem in primis lux totius Trinitatis: quia ipsum Verbũ à tota Solis, hoc est, ab essentia Patris tãquam lux procedit; & simul cum eo producit Spiritum sanctũ, quasi calorem quendã infinitum. Et vt lux semper oritur à Sole, & semper illi adest: ita Filius semper à Patre producitur, & est in sinu Patris illi coæternus: & hoc in infinitum plus est, quàm esse lucem mũdi. Sed quia hæc lux minori, quàm Deo est inaccessa, & incomprehensa (nemo enim nouit Filium, nisi Pater: neq; Patrem quis nouit, nisi Filius: qua in re nequaquam excluditur Spiritus sanctus; sed includitur) ideò summa charitate ac dignatione voluit fieri primò lux Angelorum, eos ex nihilo ad esse vocando; & illorum esse lumine gratiæ, ac gloriæ illustrando. Hinc in luce, & claritate illos nobis apparere voluit, vt eos agnosceremus tanquam flammam ignis diuini. Quicquid enim habent Angeli, siue naturæ, siue gratiæ, siue glorię, participatio quędam est increatæ huius lucis. Nec tantùm eos illuminauit, sed etiam eos nostram lucem fecit: vnde Raphael Angelus pro luce & duce in forma iuuenis splendentis datus est Tobiæ.

Psalm. 42.

Cur Christus se luci comparauit.

Ioan. 1.

Christus cur lux sit totius Trinitatis.

Matth. 11.

Quamobrem angeli in forma lucis nobis appareant.

Tob. 5.

Tertia ratio, cur Christus sit lux mundi.

Tertiò potest dici lux mundi, quod attinet ad creaturas, siue ratione, siue sensu destitutas: quia quicquid nunc lucidi habent, & pulchri in natura sua, vt cœli, stellæ, elementa, mixta, plantæ, & animalia, gēmę, lapides pretiosi, atque metalla, quicquid etiam habebunt post generalem resurrectionem, de quibus dicitur: *Vidi cœlum nouum, & terram nouam*; ab hac luce inuisibili totum profectũ est. Hinc omnes creaturæ lucidæ sunt, & calidæ: nam & Deum ipsum indicant, & ad amorem Dei habendum accendunt atque inuitant. Quarto loco, lux est omnium hominum, & non tantùm populi Israëlitici: quia omnem illuminat hominem venientem in hunc mundũ: omnes ad agnitionem veritatis vult venire. Sed vt posset hæc lux à debili nostro visu cerni, induta est leui nube humanitatis, quàm illuminauit, atque inflammauit. Et quemadmodùm Moysen illuminatum atque glorificatum, in Doctorem de monte misit filijs Israel, ita hunc luce, & gloria plenum ad nos misit Pater de cœlo. Emittebatq; hæc lux radios suos per os, & manus Christi, quasi per canales quosdam, illuminando nos vita, doctrina, & miraculis, & persecutionum tolerantia; deniq; ipsa morte vulneribus quasi fenestris quibusdam patefactis, plus lucis emisit; adeò vt Solem istum, qui sub aspectum cadit, obscurauit; & vt Sol quidã spiritualis in Cruce exaltatus: omnia ad se traxerit. Est igitur lux mundi, id est, fons lucis, à quo cæteri sancti, tanquam stellæ, quæ illis apparent, & illis absconduntur, omne lumẽ suum acceperunt. Christus verò perpetuò omnibus omnium seculorum hominibus tanquam Sol apparuit, etsi vitio oculorum suorum multi eum non viderint: nam ab eo loco salus nostra pēdebat, vnde Simeon inquit: *Quia viderũt oculi mei, salutare tuum: Quod parasti ante faciẽ omnium populorum*. Et iterum: *Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremũ terræ.* Deniq; Christus lux est suo immẽso splendore, omnium sanctorum lumẽ offuscans. Vt enim omnia quasi non sint, sic sunt ante Deum; ita omnes creaturæ etiam Angelicæ ac beatæ, ex se tenebræ sunt, si cum hac increata luce conferantur. Vnde meritò Malachias Christũ vocat iustitiæ Solem, à quo Ecclesia pulchra vt Luna, suum lumẽ mutuatur, & sancti omnes qui sunt sicut stellæ fulgentes in perpetuas æternitates. Est autem Christus lux in se ipso, quia Deus est; lumen in Christo homine; radius in inspiratione secreta gratiæ suæ, & in Scriptura; splendor in Apostolis, & ministris Noui Testamenti; color in quouis nostrũm: *Eratis enim*, inquit Apostolus, *aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino*: vt mirandum sit, atque adeò deplorandum, Ecclesiam vt Lunam nostro vitio Eclipsim pati per interpositionem vmbræ terræ, hoc est, per amorem terrenorum bonorum. Vana enim auaritiæ pestis, quæ est idolorum seruitus, mirum in modum deturpat Ecclesiam, & Prælatos atque Sacerdotes, & omnes, qui Euangelicam legem profitentur, & quibus æterna, & cœlestia bona promittũtur. Sed serò tandem agnoscent se vmbras consectatos fuisse, cùm dicent: *Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit*

Apocal. 21.

Quarta ratio.

Ioan. 1. 1. Tim. 2.

Exod. 34.

Christus vti irradiauerit hominibus.

Luc. 23. Ioan. 12.

Esa. 49.

Luc. 2.

Quinta ratio, cur Christus sit lux mundi.

Malach. 4. Cant. 6.

Daniel. 12.

Christus vti lux sit, lumen, radius, splendor, simul atque color.

Ephes. 5.

Ecclesia quos patitur eclipses.

Ibidem.

Sapient. 5.

nobis?

nobis? Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuntius præcurrens. Non explicabo lucis proprietates, quod à me latiùs in alijs locis factum eſt, ne actum agere videar. Ego ergo ſum lux mundi, melior quam Sol iſte, vel ratio, vel lex Moyſi, vel Apoſtoli, qui in Scripturis Sol dicuntur. Nam Sol iſte corporeus externa tantùm illuminat, & tendit in Occaſum; hic autem aſcendit ſuper cœlum cœli ad Orientem. Ille interdum lucidus apparet, interdum nube obſcuratur atque tegitur: in hoc autem Sole nulla eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Ille calore interdum vrit, & moleſtus eſt, hic ſemper eſt placid⁹ & quietus: ille viſus, aciem oculorum obtundit; hic verò oculos fidei acuit, & perficit. Rationis lux in his, quæ mundi huius ſunt, aliquid valet, in ſpiritualibus nihil, niſi cœlitùs illuſtretur. Lex etiam & præceptũ Domini lucidum internos oculos vt quid agẽdum ſit agnoſcant, illuſtrat; ſed vires perficiendi intellecta non præſtat. Apoſtoli etiam lux erant, non quidem natura, ſed gratia, & participatione, externè tantùm illuminantes; At Christus lux eſt internè, & externè erudiens, & in ſpiritualibus, & ex natura ſua; & non tantùm iuſtitiæ lux, & doctor, ſed etiã dator, & effector; & perinde pauperi atque diuiti lucens, atque Sol iſte ſenſibilis.

Habes igitur quomodo Ieſus ſit lux mũdi archetypi, id eſt, ſanctiſſimæ Trinitatis, mundi intellectualis, hoc eſt, Angelorum, mundi corporei, ſiue ſenſibilis, mundi minoris, ſiue microcoſmi, hominis ſcilicet: nã quod ipſe eſt, facilè nobis communicat, dixit enim; *Quandiu ſum in mundo lux ſum mundi*; & ad Apoſtolos: *Vos eſtis lux mundi*. Dixit, *Ego ſum panis viuus*: & Apoſtolus ad fideles: *Vnus panis & vnum corpus multi ſumus, omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus*. Dixit; *Ego ſum vitis vera*; & per Prophetam ait; *Ego plantaui te vineam electam, omne ſemen verum*. Dicitur de eo, *Petra autem erat Chriſtus*: & Simoni ait: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram*: & Petrus, *Ad quem accedentes, lapidem viuum, &c. Et ipſi tanquam lapides viui ſuper ædificamini*. Dixit, *Ego ſum paſtor bonus*: & Petro, *Paſce*, inquit, *oues meas*. Et Petrus: *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei*. Denique ipſe Deus eſt, & Filius Dei; cùm tamen ipſe dixerit; *Ego dixi; Dij eſtis, & Filij Excelſi omnes*.

Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Loquitur de ſequela non tam corporis, quam ſpiritus, quæ fit fidei greſſibus, atque imitatione. Et pulchrè ait: *Qui ſequitur me*: non qui antecedit ratione,

Solis huius externi cum Sole iuſtitiæ Chriſto comparationes.
Matth.5.
Pſalm 67.
Iaco.1.
Pſalm.18.
Apoſtoli qua lis erant lux.
Epilogus prædictorum de Chriſto luce mundi.
Ioan.9.
Ioan 6.
1 Cor.10.
Ioan 15.
Ierem.2.
1 Cor 10.
Matth.16.
1. Petr. 2.
Ioan.10.
Ioan. vlt.
1. Petr.5.
Ioan.10.
Pſalm.82.
Chriſtus quo modo ſequendus, & quare.

& prudentia humana, volens ad ſe omnia trahere, vel ſe ad vocationẽ ingerens. Nam vt alio loco dixit: *Omnes quotquot venerunt, fures ſunt, & latrones*. Qui ſequitur ergo me, non mea, vt Iudæi, qui ob temporalia principaliter ſeruiebant, quæ in Nouo Teſtamento adijciuntur ſequenti lucem propter ſe ipſam. Me non è longinquo, & ſine charitate, vt Petrus, quia negabit, vt ille. Me etiam, nudum: qui enim non renuntiat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus, nec poteſt currentem, & feſtinantem ſarcina grauatus aſſequi. Vnde Petrus dixit in nomine Apoſtolorum omnium; *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*: Me rurſus, quem ſecuti ſunt Angeli, & Patres Veteris Teſtamenti: Quia Agnus occiſus eſt ab origine mundi: vnde & Moyſes in ſpiritu eum cernens, improperium eius portauit. *Abraham*, inquit, *exultauit, vt videret diem meum: & vidit, & gauiſus eſt*. Abel ſectatus eſt non tantùm fide, ſed etiam in perferendo martyrio à fratre ſuo. Me rurſus, qui doceo vitam ſecuram, & conducen ad patriam: quia nemo venit ad Patrem, niſi per me. Poſtremò, qui ſequitur me vt columnam ignis, & nubis, id eſt, Deum & hominem refrigerantem, & illuminantem; & in proſperis & aduerſis iuuentem, perueniet in Terram promiſſionis. Me, vt nauim in portum ducentem. Me, vt arietem domeſticum cum campana prædicationis collo appenſa oues errantes adducentem.

Non ambulat in tenebris, Græca, & Auguſtinus habent, *non ambulabit*, vt opponat alteri membro ſequenti, iuxta Grammaticam; ſed habebit lumen vitæ, vt vtrumque ſit futuri temporis. In Sacris literis tenebræ dicuntur, ignoratio rerum ſalutarium, peccata, dæmones, mors, infernus, tentationes, hæreſes, & lex ipſa Moyſi obſcura, iuxta illud: *Tenebroſa aqua in nubibus aeris*. Sed à Chriſto eſt lux doctrinæ, in tenebras ignorantiæ: quia in aduentu Meſſiæ repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquę maris operientis. Ab eo eſt lux gratiæ contra tenebras peccatorum. Ab eo eſt lux Spiritus ſancti pellentis dæmones. Ab eo eſt lux vitæ immortalis, & reſurrectionis, contra mortem tenebroſam. Ab eo lux gloriæ in tenebras exteriores gehennæ. Ab eo lux conſolationis proficiſcitur, aduerſus tenebras tẽtationum, vnde Iob dicebat; *Poſt tenebras ſpero lucem*. Ab eo lux fidei diſpergens tenebras hæreſum: ab eo vera legis, & Prophetarum intelligentia promanat. Et vt nocte adueniente accenduntur candelæ, & decedente Sole illuminantur ſtellæ: ita recedente Chriſto, & ſenſibilem ſuam præſentiam

Ioan.10.
Matth 6.
Matth.26.
Luc.14.
Matth.19.
Apocal.13.
Hebr 13.
Ioan 8.
Geneſ.4.
Ioan 14.
Chriſtus vt colunna, ignis, & nubis.
Exod.13.
Chriſtum ſequens, in quibus tenebris.
Auſt tract. 34. in Ioan. tom.9.
Pſalm.17.
Laudes Chriſti lucis.
Iſa.11.
Iob 17.

nobis

nobis subtrahente, igne Spiritus sancti accēdit Apostolos tanquā luminatia quædā, quibus tenebræ nostræ dissiparentur.

Christum sequens, cur habet lumen vitæ.

Ac subdit: *Sed babebit lumen vitæ.* Græcè dicitur, *babet*: quia hoc lumen, quod Christus est, siue gratia eius, vitam Spiritus donat, & æternam promittit; & gandium de eo, quod habem⁹, & de eo quod spetamus generat. Illuminat enim boc diuinæ gratiæ lumen de summè necessarijs, & ad salutem spectantibns, nempè de termino, & via, de cognitione Dei, & sui; carnis, & Spiritus, naturæ, & gratiæ, virtutis, & vitij, temporalium, & æternorum. Calefacit hæc lux, extinguendo amorē cupiditatis, accendendo amotem Dei & proximi, etiam inimici, & creaturarum omnium propter Deum: vt tali luce calefacti, dicant: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?* Fructificat præterea: vt & Sol, & homo generant hominem, & per accessum, & recessum, fiunt rerum omnium ortus & interitus: ita qui manet in hac luce, hic fert fructum multum. Qu e educit extra tertam cor terrenum vt plantam, præstat truncum rectæ intentionis, ramos eleuatos spei, folia honestæ elocutionis, flores Sanctorum desidetiorum, fructus bonorum operum, vmbram refrigerantem alios, vt viatores. Facit etiam in alijs nos verbo & exemplo fructum edere; & magna ratione dictum sit lumen vitæ, quod nō tantùm in se, sed in alijs vitam efficit. Præstatq; vt simus lux in Domino, naturam scilicet Christi participantes, veritatem doctrinæ, conscientiæ, & iustitiæ amātes, alios Dei amore calefacientes; quasi tristes, semper autem gaudentes, tenebras hęresum, & hypocrisis fugantes, aliorum miserias penetrantes, illisq; indolentes; viam vitæ verbo, exemplo, atq; prece alijs commonstrantes. Peccatores autem habent lumen ad mortem, & ad peccatum, iuxta illud: *Lucerna impiorum peccatum*: & rursus; *Iustorum semita quasi lux splendens, procedit & crescit vsque ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa, nescìunt vbi corruant.*

Lucis effecta, corporalis & diuinæ. *Luc. vlt.* *Arist lib. 1. Physicor.* *Ioan. 15.* *Ephes. 5.* Vt simus lux in Domino. *2. Cor 6.* Peccatores quale lumen habeant. *Prouerb. 21.* *Prouerb. 4.*

Dixerunt ergo ei Pharisæi, Tu de te ipso testimonium perhibes; testimonium tuum non est verum. Id est, Non est verum habendum, & fide dignum. Dicet aliquis scriptū esse: *Laudet te alienus, & non os tuum*: siquidem laus in ore proprio sordescit. Respondeo: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Quia enim Deus, sicut & lux, non habet qui plenè de ipso testetur, aut testari valeat, hinc est, vt laudet seipsum plerunq;, & sapientia enarrat suas laudes in multis locis. Lux ergo perhibet testimonium de se, quia lux se ipsam, atq; alia manifestat. Pharisæi ergo magnificam Christi prædicationem præ liuore nō ferentes, præsertim cum quicquid gloriæ Iesu accederet, id suæ dettahi putarent, & se rectè notari sentirent, protinus illi apud multitudinem obstrepūt. Quasi dicerent; Si tibi non contradiceres; testimonium acciperemus; vt enim nemo est bonus iudex in propria caussa, ita nec testis. Et vide hominum impietatem: omnia testimonia de Christo peruertere conati sunt Pharisæi: testabatur Christus de se ipso, vt nunc, & refutabant illius testimonium: testabatur Ioannes Baptista omni exceptione maior, & consilium eius spreuerunt, & dicebant: *Venit Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicitis, dæmonium habet.* Testificabatur Pater per opera, & calumniabantur facta in Beelzebub. Testabatur de cœlo vox, & dicebāt tonitruum esse factum. Testificabatur cæcus natus, & maledixerunt illi, dicentes: *Tu discipulus illius sis.* Lazarus tulit illi testimonium, & cogitauerunt vt illū interficerent. Testimonium reddebant ministri missi ad eum alligandum, dicentes, Nunquā sic locutus est homo: Quibus illi obijciebant, *Nunquid & vos seducti estis?* Testimonium vel longè petitum reddidit Nicodemus; & illi insultarunt dicentes, *Nunquid & tu Galilæus es?* Testificati sunt milites in sepulchro eum custodientes; & pecunia testimonium corruperunt, & mendaciū redemerunt. Moyses, omnes Scripturæ, & Prophetę de Christo testimoniū perhibebant: sed illi Scripturas alioqui obscuras, suis glossis magis obscurabant. Deniq; Spiritus sanctus per ora Apostolorum egregium de Christo testimoniū præstitit; verùm illis responsabant, & renitentes, dicebant: *Musto pleni sunt isti.* tam impudens est pertinacia, aut tam pertinax est impudentia reproborum.

Prouerb. 27. *2. Corint. 10* *Prouerb 3* *Sapie. 7. & 8.* *Eccli. 24.*

Pharisæorum quàm impudens obstinatia. *Luc 7.* *Ioan. 10.* *Matth 12.* *Ioan. 12.* *Ioan 9.* *Infra 12.* *Ioan 7.* *Ibidem.* *Matth. 27.* *Act. 2.*

Respondit Iesus, & dixit eis: Etsi ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum, quia scio vnde veni, & quò vado: Vos autem nescitis vnde venio, aut quò vado. Id est, Verum est, inter homines pondus non habere quod quis ipse de se perhibet testimonium, quia tùm fallere, & falli potest: meum autem aliud est, quia non tantùm homo, sed etiam Deus sum, in quem mendacium cadere non potest, vt etiam de me ipso testificer, verum sit meum testimonium. Vbi etsi non apertè, obscurè tamen, testatur se Deum esse: quia ait, *Scio vnde veni, & quò vado*, siue quo vadam. Solius enim Verbi Dei est, nosse vnde procedat, à Patre scilicet, & quò, & per quam viam tendat; quorum neutrū nobis notum est. Quod si Rex secreto in cubiculo alicui cōferret plenam

Cur Iesus de se perhibere testimonium verum potuerat, omni que fide dignissimum.

Prop[...]ri[...]m [...]ium Verbi solius.

autori-

autoritatem gubernandi ciuitatem, tradendo illi literas eius rei gratia suo sigillo obsignatas; ille de se testificaretur, Ego sum gubernator illius ciuitatis, Ecce Regis sigillo literas muniras: ad hunc modum Christus ex secreto cubiculo B. Virginis, vbi vnctus est in Regem, & lucem mundi, ad nos prodijt literas Sacrarum Scripturarum cum sigillo miraculorum proferés. Opus autem fuit Christum lucem de se ipso testificari, ne dicerent ipsum de se nullum testimonium tulisse quòd sit lux mundi; & miracula edidisse, non secus ac fecerunt sancti: nunc antem si de se testando mentiretur, cófunderet Deus mēdacem, & exaltaret contradicentes mendaci: cuius tamen constat oppositum. Item ne decipiamur à tam multis qui se pro luce vendunt.

Christus quando vnctus sit in Regem, & lucem mundi.

Cur necesse fuerit Christũ de se testificari se esse lucem mundi.

Scio ergo vnde venio; id est, Nihil ex me loquor, sed ex Deo, vnde sum missus; nec aliò tendo, quàm ad illius gloriam illustrãdam: nam talis mentiri non potest. Vos autem excæcati liuore: quod scire promptum erat, volétes nescitis vnde venerim, & quò vadam: quod ex operibus meis, & Prophetarum oraculis inuicem collatis nosse poteratis, nisi esset affectus vester corruptus. Duo enim sunt, propter quæ quis excluditur à testimonio ferendo: nempè aut ignoratio rei testificandæ, ideò non solent testimonium perhibere nisi testes oculari; deinde affectus deprauatus aut odij, aut amoris, vt meritò à testimonio repellantur amici & consanguinei, aut malè affecti & inimici. Atq; ob hæc duo quisq; de se testari rectè non potest, quia nec se plenè cognoscit, & affectus immoderatus impedit, quò minus quis se ipsum possit commendare. Christus autem & nonerat quis esset, & ab illo amore superfluo longè aberat; ideò de se cum veritate testificari poterat, quod nemo filius Adæ sub peccato conceptus potest. Stat enim illa sententia Dauidis: *Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax*; quia ex se nisi peccata non habet. Potest tamen dona Dei in se verè laudare, vel inuitus, vt Iob, & Ezechias, & Paulus fecerunt. Imò omnes Prophetæ sibi ipsis testimoniũ perhibuerunt, aliàs nemo poterat scire vnde venissent; & tunc non ipsi de se, sed Deus per illos de se testimoniũ perhibebat. Porrò Christus, quatenus Deus est, principiũ omnis boni existit; & sine periculo vllo vanitatis potest se commendare: quatenus homo etiam est, sine vlla erroris, aut peccati macula, potuit se, id est, dona Dei à Patre accepta, ad eius gloriam agnoscere.

Quare Pharisæi Christus vnde venisset, aut quo iret, ignorabant.

Duo sunt quæ hominem quempiam excludunt à ferendo testimonio.

Christi prærogatiua.

Psal. 115.

Iob 31.
Esai. 38.
2. Cor. 11. & seq. &
2. Tim. 4.

Quo iure Christus se ipsum poterat commendare.

Vos autem nescitis vnde venio, aut quò vado. Quia inspirationem Dei vel nondum habuerant, vel amiserant, vel non attendebant, quia carnem & sanguinem in consilium adhibebant. Vnde subiungit aliam rationem, *Vos secundùm carnem iudicatis: ego non iudico quenquam. Etsi iudico ego, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater.* Obijcit ergo illis, quòd secundùm carnem, spreto spiritu, & inspiratione Dei iudicarent, nimirùm ex fictione, & hypocrisi, vel, secundùm carnem meam putatis quòd homo sim, & per consequens mendax, vt sunt cæteri homines. Sed si iudicaretis secundùm spiritum, qui in me, & per me loquitur, & operatur, me vtique agnoscere possetis. Et cùm subdit: *Ego non iudico quenquam*, scilicet solus: intellige secundùm carnem, vt vos cogitatis. Nam si Christus iudicaret, iudicium illorum de se falsum esse, & carnale, iudicium illius falsum non esset, vel secundùm carnem: nam scriptum est; *Non secundùm visionem oculorum iudicabit, neque secundùm auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.* Homo enim videt ea, quæ (foris) parent; Dominus autem intuetur cor. Et probat suum verum esse iudiciũ, ex eo quòd solus non sit, sed simul Pater cum eo iudicium ferens. In causis siquidem humanis, plus ponderis habet plurium, quàm vnius iudicium: cæterùm vnius Dei iudicium antecellit vniuersi humani generis iudicium. Etsi ergo meum iudicium, vt hominis, contemnitis, certè Dei iudicium, etsi solus iudicet, contemnere non potestis; quare nec meum valeus, cùm sit per omnia illius iudicio consentiens.

Pharisæi quomodo secundum carnem iudicabant.

Illud: Ego non iudico quenquam, quomodo verum.

Esai. 11.

1. Reg 16.

Quale sit iudicium Dei.

Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Duorum, aut trium testimonium per se inuictum, & grauissimum non est; quia possunt duo, aut tres veritatem ignorare, aut cognitam, occulto consilio occultare, & testificari falsum, vt contra Naboth, contraque Susannam factum est: humanitùs tamen certior rei notitia haberi nequit. Si ergo duorum hominum, qui & falli, & fallere possunt, testimonium verum habetur; quidni duarum diuinarum personarum? Ita ego testimonium de me perhibeo, dicēdo; Ego sum lux mundi, & Pater meus de me testificatus est in lege, & Prophetis, & voce apud Ioannem de cœlo lapsa: testificatur etiam inspiratione secreta, & ipsis prodigijs, & miraculis, quæ videtis fieri per me, & euidentioribus testimonijs, cum tempus erit, me glorificabit.

Deut. 17. & 19 & Matth. 18.

3. Reg. 21.
Daniel. 13.

Matth. 3.

Quòd si vrgeas: Quomodò Dominus ex lege colligit suum de se, & Patris testi

monium

Cum duorum hominum testimonium, vt fallum interdum recipi non possit; quo modo Christus suũ & Patris testimonium inde probet esse recipiendum.

monium esse recipiendum, cùm duorum hominum testimonium non recipiatur, si alter eorum de se testetur? Quia Dominus suum testimonium coniungit cum illo Patris, significans se vt Verbum Deus, testimonium ferre de se homine, ac proinde aliud sit Christus Deus à se homine. Reddũt autẽ Pater & Filius testimonium de Christo homine per opera, & verba. At Iudæis manifestũ erat, Deum, quem Patrem suum esse profitebatur, semper superbis restitisse, vt Aaroni, & Mariæ cõtra Moysen, Core, Dathan, & Abiron contra eundem, Sauli Regi contra Dauidem agenti; quem propterea dæmoni tradidit. Si ergo testimonium meum, & iudicium reijcitis; & illud quoq; Dei reijciendum est Patris. Deus autem iudex est, & testis: vnde Filij est Patris testimonium, & contra.

Petr. 5. & Iacob. 4.
Num. 12.
Infra 16.
Supra 12.
1 Reg. à 10 c. vsque ad 29.

Dicebant ergo ei, Vbi est Pater tuus? Existimat Chrysostomus, tãquam probrum hoc obiectum Christo cui exprobrabant quòd natus esset ex fornicatione, & quòd vilem, & abiectum patrem haberet Ioseph fabrũ, qui eo tempore, vt quidam tradunt, iam erat vita functus. Dicunt ergo, *Vbi est Pater tuus?* quasi dicerent, Te quidem cernimus, patrem autem tuum nunquam vidimus de te testificãtem, vt tu ais. Et quòd audiissent Christum dicentem Deum suum Patrem, intellexerunt Ioan. 5. idcircò hic nugantur Iudæi. Sed quorsum isti sibi ostendi volebant Patrem? nunquid vt eum occiderent, vel de Synagoga eijcerent?

Chrys ho. 51. in Ioan. to. 3.
Ioan. 5. 6 & Matth. 13.
Cur Iudæi Christo dixerunt; Vbi est pater tuus?

Respondit Iesus, Neq; me scitis, neque Patrem meum. Si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis. Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. Quemadmodum Philippo dicenti; *Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.* Dominus respondit: *Philippe, qui videt me, videt & Patrem,* quia noto verbo, & definitione, & filio agnoscitur dicẽs, definitum, atq; ipse pater: nam relatiua simul se ponunt, & interimunt, & agnito legato, agnoscitur legans Princeps: & illo ignoto, ignoratur: ita, me incognito, necessum est vos Patrem ignorare, cuius sum filius, verbum, & nuntius. Dominus ergo directè quæstioni non respondit: & cùm illa oriretur ex ignorantia sui, & Patris sui, ad illam ignorantiam respondit: *Neque me scitis,* pro, nouistis, saltem iuxta principaliorem partẽ, id est, diuinitatem; & ob id neq; Patrem meum scire potestis. ¶ *Si me sciretis forsitan* pro, vtique (confirmantis est enim particula) *& Patrem sciretis.* Nam vt alibi dixit; *Qui videt me, videt & Patrem meum.* Nam etsi Iudæi agnoscerẽt Deum vt cœli & ter-

Ioan. 14.
Relatiuorum natura.
Qua ratione Pharisæi Deũ Patrem ignorarent. Ibidem.
Gen. 1. & seq.

ræ Creatorem; non tamen vt naturalem Christi patrem, neq; Christum vt consubstantialem eius filium: maximè quia qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, hic mẽdax est. Cùm enim Deus nequeat ab homine in se ipso cognosci, sed tãtùm in suis operibus, potentiæ, sapientiæ, & bonitatis, & in suis verbis: quisquis opera Dei admiranda in Christo, & verba eius non agnoscebat, nec Deum poterat agnoscere: quia maiora sunt, & excellentiora quæ per Christum gessit, quam omnia alia creationis mundi opera.

1. Ioan. 2.
Deus vnde cognoscitur.

Si me sciretis, inquit, *forsitan & Patrem meum sciretis:* Non semper *Forsitan*, in sermonibus Christi significat dubitationem, & indicia, sed assertionem: Vt, *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi;* & dicere soliti sumus: Si mater esset, forsitan diligeret. Græcè tamen dicitur ἂν: quæ particula affirmat, & significat vtique, & certè. Quòd si hic forsitan dubitationis est indicium; sensus est, Non quisquis cognoscit me per fidem, videbit Patrem in gloria, nisi sit fides per dilectionem operans: Quia non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum. Atque hæc verba: *Neque me scitis, neque Patrem meum;* videntur contradicere his, quæ superiùs dixit: *Et me scitis, & vnde sim, scitis.* Euthymius explicat: *Neque me scitis, id est, scire simulatis: nam in veritate me nostis.* Chrysostomus accipit scire, pro, approbare, & honorare. Neque ergo nouistis me, vt oportet, quia me honore prosequeremini, & fide cõplecteremini: quod cùm nõ facitis, argumento est vos me ignorare. Hæc tam magnifica, & tantæ maiestatis verba locutus est Iesus in celeberrimo, & frequentissimo loco, scilicet Gazophylacio, pene solis Principibus, & Pharisæis accessibili iuxta lucra maxima lęto spectaculo cõsidentibus, magna fiducia, & sine timore: quos malè habuit in eo loco audire, eos ignorare Deum Patrem, quasi ipsos cũ Paganis compararet. Notatus ergo est à Ioanne locus, vt Christi libertatem indicaret, & Iudæorum impotentiam, qui in tali loco eum capere non potuerunt, etsi id maximè cupiuissent. Nemo tamẽ iniecit illi manus, quia fortiores erant Christi sermones. Etsi ergo non deesset impia voluntas, potestas tamẽ Dei nutu coërcebatur. Nos verò verba Christi in Gazophylacio cordis nostri donorum Dei custodis recondamus; vt digni simus cognoscere Filium cum Patre, & Spiritu sancto, & in vita æterna eos possidere, quibus gloria, & imperium à creatura in sempiternis seculis reddatur, Amen.

Ioan. 5
Dictio forsitan in Scriptu ris nõ le (?) per dubitant (?), sed etiam af firmantis est.
Matth. 7.
Pharisæi si Christũ ignorabant, cur eis dicit: Et me scitis, & vnde sim, scitis.
Ioan. 7.
Euthym. c. 9. in Ioan.
Chrysost. ibid.
Christi sermonis efficacia, Pharisæorumque impotentia.

TRACTATVS XL.

De diſceptatione Domini cum Iudæis, quando dixit eis: *Ego vado; & quæritis me, & in peccato veſtro moriemini. Quò ego vado, vos non poteſtis venire. Dicebāt ergo Iudæi: Nunquid interficiet ſemet ipſum, quia dicit: Quò ego vado, vos non poteſtis venire?* & reliq. Ioan. 7.

Cur Pariſæi Chriſtum nō agnouerint.

PAVLO ante cauſſam aperuerat Dominus, cur eum Iudæi non agnoſcerent, nimirùm quòd non ſecundùm proprium Dei ſpiritum, ſed ſecundùm carnē iudicarent, & contempto ſpiritu de eo carnaliter ſaperent: ſicut in iudicijs ſecundum illam partem dicitur iudicatum, pro qua ſententia fauorabilis lata eſt. Cùm ergo eum quęrerent apprehendere, nec poſſent, terrore eos aggreditur; oſtendendo ſe animos illorum parricidales noſſe: vt ſi quomodo ſanari vellent, poſſent. Et propterea ait Euangeliſta cum illatione illa: *Dixit ergo*, & quia paulò ante hæc eadem verba dixerat Dominus, addit iterum: *Ego vado*; non quò veſtra me compellit impietas, ſed quò mea me agit charitas. Mox ergo abiturus ſum ex hoc mundo ad Patrem, vt vado accipiatur pro mox, vel, ſtatim vadam. Poteſtatem namque habebat ponendi animam ſuam, non vt Petrus, quem vt inuitum, duxit quò non voluit. Et Chriſtus ſemper ſe oſtendit præſcite ſuam mortem, vt diſcipuli cogitēt nihil ſibi neſciēti eueniſſe. Debebat autem hoc verbum maximè Iudæos perterrefacere: quia Deſideratus cunctis gentibus; & à patribus expectatus, à Prophetis prænuntiatus, & quem noſſe vita æterna erat; diſcedebat, & cui tunc dicendum erat: *Mane nobiſcum Domine, quoniam aduesperaſcit.* Et vt Euangel. ſiue lætum nuntium, eſt Chriſti aduētus, ita eius receſſus erat infelix, & infauſtum nuntium. Quid enim infelicius infirmis, quàm recedere medicum, ſitibundis fontem, cæcis lumē, filijs parentem, mulierib. ſponſum, pupillis tutorem, militib. Imperatorem, ignorantibus doctorem abire? Et quis noſtrum eſt, qui filio Dei non egeat, aut cui non comminatur abitum filius Dei? maximè ſi talento accepto abutatur. Ibat autem Chriſtus peregrin⁹, & viator ſecundum humanitatem (nam quatenus De⁹ eſt, immobilis exiſtit, & principium, & finis totius motus) per viam paſſionis, de qua ſcriptum eſt: *De torrēte in via bibet.* Ideò iſtud ire continet arrham noſtræ redemptionis. Et quia ibat ad limbum patrum, & lacum,

Quorſum id: Ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.

Ioan. 10.

Ioan. vlt.

Ioan. 17.

Luc. vlt.

Chriſti receſſus ab anima quam infelix ſit, & infauſtus.

Ibat qua ratione Chriſtus quo iret, & ad quid.

Pſal. 109.

Zach. 10.

in quo non erat aqua, vt Sol virtute ſua penetrat terram, ſecundùm illud, *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino:* Ideò continet noſtram liberationem; & quia ibat in cælum ad gloriam Patris, complectitur noſtram glorificationem, iuxta illud: *Vado parare vobis locū.* Et quia ibat, vt mitteret paracletum, ideò comprehendit noſtram confirmationem, & conſolationem. Et quia ibat à Iudęis incredulis pedibus Apoſtolorum ad Gentes; ob id eiuſmodi verbo includit vocationem noſtrā: vt quantum hoc verbum terribile fuit Iudæis incredulis, tantùm fiat dulce, & amabile nobis qui credidimus.

Eccleſ. 24.

Ioan. 16.

Quæretis me. Intelligit Aug. de illis, qui in malum quærebant: quia ſequitur: *Et in peccato veſtro moriemini.* Vſque modo Iudæi quęrunt Meſſiam, & non inueniunt, ppter illorum incredulitatem: vt ait Apoſt. *Quid ergo? Quod quærebat Iſrael, hoc non eſt conſecutus: electio autem conſecuta eſt, cæteri verò excæcati ſunt.* Et quemadmodum corpus Moyſi Iudæi non inuenerunt, etiamſi maximè quæſierunt; ita nec Ieſum verum Meſſiam, cuius vmbra, & typus fuit ille Moyſes, Chriſtus verò verum corpus Moyſi. Tarde etiā quæſierunt & curioſe, & non ſine malitia, vt perſequātur eum in membris ſuis: vt canes ſaxum mordent proiectum. Quærebāt item Meſſiam diuitem, potentē, qualis non nō eſt. Quærunt etiā ſine inſpiratione Dei, vel cum inſpiratione noua, ſed ab eis contempta; & quia non amplius oſtendit illis ſigna & prædicatores ardentes, & Martyres conſtantes. Et ita Ieſus ab eis receſſit, quantum ad ea, quibus inſpiratio diuina adiuuatur.

Aug. tract. 38. Ioan. 10. 9.

Iudæi etiamnum quærentes Meſſiam, cur non inueniant.

Rom. 11.

Deut. vlt.

Iidem Chriſtū quomodo perſequantur.

Iudæi qualem Meſſiam expectarent, & quærerent.

Et in peccato veſtro moriemini. Id eſt, in peccato perſeuerabitis, donec interficiamini à Romanis, & corpore, & anima pereatis in ęternum; ita vt peccatum veſtrum venia ſit protſus indignum, & in ſpiritum ſanctum, qui veritatem agnitam reſpuitis, & expugnatis. Eſt autem incredulitas omnis peccati cauſſa: nam infidelis inſtar eſt cœci currentis per loca inuia, vnde & in præcipitium cadit, & vt ouis ſine paſtore lupis expoſita, & vt nauis ſine gubernaculo, quę vētorum rabie hinc inde agitata certum curſum tenere non poteſt. Rectèque ait: *In peccato veſtro.* Nam perditio tua Iſrael: tantummodo in me auxilium tuum. Chriſtiani etiam impiè viuentes, malè quærunt Ieſum, hoc eſt, felicitatem, quietem, & gloriam, quam vę pro nutu ſuo conſequi valeant, à nullo vitio, vel flagitio abhorrēt; & ideò malè quęrendo, in peccato ſuo moriuntur. Malè etiā

Iudæi in peccatis vt mortui ſint infelices. Incredulitas omnis cauſſa peccati, & qualis ſit incredulus.

Oſe. 13.

Ieſum qui male quærant cum Iudæis.

quærunt Iesum, qui volunt finem, & quæ ad illum ducunt, adiumenta recusant: placet gloria æterna, sed quasi sine cruce, sine continentia, abstinentia, & alijs virtutibus obtinenda sit. § *Et quò ego vado, vos non potestis venire.* Pergebat Christus ad passionem pro nobis sustinendam; ad quam nos, quia natura nostra crucem, & pœnas horret, sine Christo non possumus ire, neq; quicqnam bene pati. Non solùm enim datum est, vt in illum credamus, sed etiam vt pro illo patiamur. Ibat etiam ad ineffabilem cœlestis regni coronam, non solùm vires nostras, imò etiam cognitionem omnem humanam superantem; vt Propheta dixerit: *A seculo non audierunt, neq; auribus perceperunt; oculus non vidit, Deus absq; te, quæ præparasti expectantibus te.* Ideò meritò deberemus gloriari cum Paulo in spe gloriæ filiorum Dei, nec illam nobis tribuere: nam gratia Dei, vita æterna; cùm etiam ipsa merita, quibus promerenda est, ex gratia proficiscantur. Ibat deniq; ad Patrem, ad quem carnis ratio non attingit. Sicut enim nauis, mercibus plena, sine vento ad Indos nauigare non potest; multò minus anima sine Spiritu S. in cælum pertingere: *Vos*, ait, *non potestis venire.* Vos, inquam, increduli, vos superbi, & iustitiæ legis, & vobis ipsis fidentes. Vos, me reijcientes, & audire recusantes.

Christi amor & desiderium pro nobis patiendi.

Philip. 1.

Esa. 64. 1. Cor. 2.

In quo nobis gloriandum cum Paulo.

Rom. 6. Rom. 5.

Quàm verum illud sit: Quærite, & inuenietis.

Obijcies in primam sententiam, scriptũ esse: *Quærite, & inuenietis.* Dicẽdum: Omnis qui quærit animo non inueniendi, nunquã inueniet, quia non rectè quærit. Hinc apud Ierem. dicitur: *Quæretis me, & inuenietis; cùm quæsieritis me in toto vestro. inueniar à vobis, ait Dominus.* Debet etiam quærere tempestiuè, id est, dum viuimus; quia post hanc vitam clausa est ianua diuinæ misericordiæ. Vnde per Esaiã, ait Dñs: *Quærite Dominum, dum inueniri potest; inuocate eum, dum propè est.* Peccatrix, & filius adolescentior, & Zachæus facilè inuenerunt Iesum, quia in tempore, & bona mente quæsierunt.

Matth. 7.

Ierem. 29.

A quibus inuenitur Christus.

Luc. 7. Infr. 15. Inf. 19.

Discimus ex hoc loco, vanum esse quod aiunt Hæretici diuinæ gratiæ laudatores, impium esse, & Euangelico prędicatore indignum, minis, atque terroribus peccatorem stimulare ad pœnitentiam: quia dulcis est Christus, quia ait: *Venite ad me omnes, qui laboratis.* Sed isti addunt mel in sacrificio contra legem; & tollunt salem, sine quo non placet. Christus sæpè comminationib. vsus est, & sanè acribus, ac vehementibus. Quoties ille inclamauit: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ?* Quoties dixit: Nõ *intrabitis in regnum cælorum? In peccato vestro moriemini? Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius? Si pœnitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis.* Ad hunc modum Helias, prius vidit spiritum vehementem, id est, minas, & terrores legis; deinde commotionem, id est, turbationem peccatorum; post hæc ignem, id est, edacem conscientiæ igniculum, qui fornacem succendit; deinceps audiuit sibilum auræ tenuis, id est, suauem, & beatam Christi vocem: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Et in ea Dominus est, sed non sine illis prioribus, vt ineptus esset, qui artem Medicinæ profiteri vellet, omni Grammatica, Logica, & Philosophia destitutus: nam Medicina quædam est restricta ad corpus humanum philosophia.

In hæreticos peccatorem minis atque terroribus ad pœnitentiam cõmouendum esse negantes.

Matth. 11. Leuit. 2. Ibidem.

Mat 23. & se. Luc. 9. Mat 5. & seq. Ioan. 8. Mat. 21. Luc. 13.

3 Reg 19. Quid spiritus vehemens, quid commotio, quid ignis, quid denique sibilus auræ tenuis, quem sensit Helias.

Matth. 9. Simile.

Dicebant ergo Iudæi: Nunquid interficiet semetipsum; quia dicit: Quò ego vado, vos non potestis venire. Putabant Iudęi, cùm Iesus diceret, *Ego vado*, de fuga loqui, quia de eo capiendo cogitabant, & stultè putabant non posse eorum manus effugere, nisi seipsum interficiendo. Sed vt docet B. Aug. stultè hoc cogitabant, quasi non possent etiam ipsi se interficere, & ire eadem via. Enimuerò ipsi sibi manus consciuerunt, vt Achitophel, & Iudas, imò iudex Pilatus, vt testatur Euseb. & Caiphas, vt testis est Clemens in lib. constitut. Apostolorum, Iudæi quoque acceptantes Barchozibam, ob cuius seditionem tot myriades Iudæorum desideratæ sunt. Christus autem nequaquam se interfecit, qui fugit in Ægyptum homicidam Herodem, & Nazarenos volentes se præcipitem dare, & Iudæos non semel lapidare volentes, factus inuisibilis euasit. Sed cùm vidit expedire nostræ saluti, vt vnus homo moreretur pro populo & nõ tota gens periret, ob nimiam charitatem, in mortem suam consensit, & vt ait Propheta: Tradidit in mortem animam suam, & oblatus est, quia ipse voluit. Et ad solam sui interfectionem, hoc est, sui mortificationem fatentur Iudęi se non posse ire, quò Christus; ideò reuera confitentes tantùm labijs sunt. Hodie, qui commodorum suorum oblitus, Deo tantùm parere cogitat, suique curam committit Deo, appellant omnes tepidi, interfectorem sui ipsius, & à via illa arcta abducere suis consilijs conantur ipsum, nimirum quòd ipsis omnia etiam blanda dura videantur, quibus Deo seruitur: contra, durissima omnia, quæ pro mundo perferunt leuia, & facilia ducunt. Quoties etiam peccatores comminantem Christum audiunt, statim dicunt: *Nunquid interficere seipsum vult?* Nunquid negabit seipsum? Nunquid non ipse est Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis? Et qui dixit: *Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur impius à via sua,*

Iudæorum mira stultitia, & inscitia.

B. Aug. tract. 38. in Ioã. c. 9. 2. Reg 17. Matt. 27. Euseb. l. 2 Eccles. hist ca. 7. Christoph. interpret. Clem. lib 8. constit. Apost. ca 1. in fin. Matt. 2. Luc. 4. Ioan. 10 & supra 8.

Christus quando se occidi permisit. Esa. 53. Infr 13.

Quid carnales & mundani homines solent seruis Dei obijcere. Sap 2.

2. Cor 1.

Ezech. 33.

via sua & viuat. Nunquid Christus non est salus? Nonne venit quærere & saluũ facere quod perierat? Nonne dixit: *Eum qui venit ad me, non eyciam foras.* An non esset seipsum interficere, si suam misericordiam vlli denegaret? quæ tamen argumenta leuissima sunt, & enetuia.

Luc 19. Ioan. 6.

Et dicebat eis: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum: vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Obijcit Dominus, illos carnales esse, & rudes; & proinde praue declarare verba sua: simul etiã probat, quare, quò ipse pergit, non possint Iudæi venire, & quorum sit in seipsos manus inijcere, ac se interficere. *Vos*, inquit, *de deorsum estis*, vel de infernis, vt respondeat alteri membro: *Ego de supernis sum*, & idcircò me superna & cœlestia loquentem non capitis. Vos estis natura peccato originali infecta & depratiata; ideo mors vobis imminet, terræ hæretis, neque potestis in cœlum venire; secus ego, qui de supernis sum, & ex Spiritu Sancto conceptus; proinde sponte morior, & vt ciuis in cœlũ possum redire. Anima namque rationalis licet creata sit à Deo, & de cœlo dicatur venire: tamen vt forma debita ita dispositæ carni tanquam vasculo infecto terrena redditur, & cœlestia ex se non appetit, vt mulier illa, de qua Lucas testatur quod non poterat sursum aspicere. At Christus qui de sursum venit, quod attinet ad diuinam hypostasin, & anima creata & infusa corpori sanctificato ex debito vnionis, cœlestis est, & diuina: etiãsi secundum materiam sit terrena, quemadmodum dixit Ioan. Baptist. *Qui de terra est, & de terra loquitur: qui de cœlo venit, super omnes est.*

Iudæi quam carnales erant & rudes.

Quales Iudæi & nos omnes simus natura qualis vero Christus.
Matt. 2.

Cœlestis anima vnde terrestris efficiatur.
Luc. 13.

Anima Christi quare cœlestis est, & diuina.

Ioan. 3.

Et subiungit: *Vos de mundo hoc estis*: scilicet, qui totus est in maligno positus, & qui habet triplicem concupiscentiam: de quo nõ est Christus, nec Apostoli per gratiam ab eo eruti, secundum illud: *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus*: & iterum dixit Dominus: *Regnum meum non est de hoc mundo*: & Apostolus: *Ergo iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues Sanctorum, & domestici Dei.* Boni enim ac pij in hoc mundo peregrini sunt, alterius vero ciues. Et vt non simus de infernis, mittit Deus flagella infra: & vt simus de supernis, Deus sursum allicit tãta corona & palma. Nam vt Romani alibi facti ciues, Romanã ciuilitatem amittebant: ita qui ciuis est mundi, diuinæ ciuilitatis, quæ per gratiam est, facit iacturam. Iudæi ergo quantum ad laudem originalem, de deorsum erant, quod attinet ad personalia peccata de mundo hoc erant: Christus vtroque defectu carens, de supernis est, & supra mundum.

Quo de mundo Christus nõ erat, eiusq; discipuli.
1. Ioan. 5.
Supra 2.
Infra 15.

Infra 18.
Ephes. 2.
Quænam patria nostra sit.

Romani ciues, Romanã ciuitatem amittebant quando.

Iudæi quare de deorsum erant, quatenus vero de hoc mundo.

Quod subdit: *Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro*: repetit, vt altius imprimat quod dixerat, sicut imprimens sigillum duræ ceræ, quæ primo conatui resistit, secũdo & tertio fortius premit: ita Dominus hic facit. Declarat etiam quõmodo sint intelligenda eius verba, quæ dixerat: *Quæretis me, & in peccato vestro moriemini*: nempe intelligẽda esse sub conditione, quanquam in multis videret Dominus conditionem minime adimplẽdam, sed suum videre, sicut nec nostrum, rebus visis necessitatem vllam non imponit. Explicat ergo, illos in peccato morituros, sub cõditione scilicet, nisi crediderint in eum. Atque in hunc modum intelligẽdæ veniunt, pleræque Scripturæ, quæ aut comminantur aliquid, aut promittunt. Quemadmodum apud Ieremiam dicitur: *Repente loquor aduersum gentem, & aduersus regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. Et subito loquar de gente, & de regno, vt ædificem, & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitentiam agã super bono quod locutus sum vt facerem ei.* Cui similia propè loquitur Ezechiel: *Cum enim*, inquit, *auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis*: in iniustitia, quam operatus est, morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est & fecerit iudicium, & iustitiam: ipse animã suam viuificabit. His proxima sunt vaticinia Esaiæ prædicentis Ezechiæ imminentem mortem, & postea addidit quindecim annos vitæ, & Ionæ dicentis: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur*: & tamen Niniuitis pœnitentibus Dominus pepercit. Habet enim se Dominus instar nobilis, qui interminatur vt percutiat, & prius admonet. Caue ne te feriam. Ad hunc locum faciunt, quæ Paulus de oliua, & oliuastro ad Romanos meditatur: *Dicis ergo; Fracti sunt rami, vt ego inserar. Bene: propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem, & seueritatem Dei: In eos quidem, qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. Sed & illi, si non per-*

Cur Dominus Iudæis iterum prædixit fore vt in peccato suo morerentur.

Sententiæ Domini pœnam æternam impijs cominantes, vel iustis æternum præmium pollicentes, vt sint intelligendæ.
Ierem 18.

Ezech. 18.

Esa. 38.

Ion 3.

Rom. 11.
Quo Gentilium cõtra Iudæum gloriationem tollit, exemplum Apost.

manſerunt in incredulitate, inſerentur: potens eſt enim Deus iterum inſerere illos. Hæc Apoſtolus de Gentibus, & Iudæis, vt nemo aduerſus alterum animo efferretur. His quã

2 Tim. 2.

ſimillima ſunt, quæ in poſteriori ad Timotheum de vaſis, & honoris, & contumeliæ philoſophatur; vbi poſtquã dixiſſet, quædam eſſe vaſa in contumeliam, ſubdit: *Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile Domino ad omne opus bonum paratum.* Si ergo alicui ſimpliciter dictum eſſet: Tu ſaluaberis, vel, Tu damnaberis; non ſimpliciter eſſet credendum, ſed ſub conditione: nimirum ſalutẽ aſſequar, ſi fide viua credidero, & bonis operibus ornauero fidẽ, & in bono ad finem vſque perſeuerauero, & cum metu, & tremore ſalutem meam operatus fuero. Rurſus damnabor, ſi aut fidem non accepero, aut acceptam abiecero, aut non obiectam, peccatis, & flagitijs contaminauero. Sic enim ſunt eiuſmodi promiſſiones, aut comminationes intelligendæ.

Salus vnde conſtet, perditione cuiuſquam.
Philip. 2.

Hæc autem vt melius intelligantur, ſtatuendum eſt in primis, Dominum damnationem multorum in genere reuelaſſe; vt cùm dixit: *Multi ſunt vocati, pauci vero electi:* & rurſus: *Intrate per anguſtam portam: quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. Quoniam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam.* Deinde detexit aliquando Dominus alicuius futuram damnationem, ſed indefinitè, id eſt, ſub terminis generalibus, vt cum dixit: *Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala: veruntamen, væ homini illi, per quem ſcandalum venit:* & iterum: *Vnus veſtrum me traditurus eſt. Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille.* Sed hunc quia præſcientia Dei non cogebat, ſicut nec noſtra viſio, multis modis à flagitio proditionis reuocare conatus eſt. Nam & lauit eius pedes, admiſit ad menſam, non negauit oſculum, vocauit eum amicũ; vt intelligas impoſſibile non fuiſſe illum conuerti, & ſeruari. Tertio reuelauit Dominus, aliquã peculiarem multitudinem damnandam, ſed ſub conditione, ſi fidei reſtiterint, vt ex productis ſuperius Prophetarum & Pauli teſtimonijs patet, & Apoſtolus ait: *Si filij & hæredes.* Et ſubdit: *Si tamen compatimur, vt & conglorificemur.* Et Dominus cum dixiſſet: *Vos amici mei eſtis;* ſubdit: *Si feceritis quæ ego præcipio vobis;* & in alio loco: *Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo.* Ita hic etiam ait: *Si non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro.* Id eſt, vnguentum, quo ſanatur ſcabies

Multis modis Deus hominũ multorum interitũ patefacit.
Matt. 22.
Supra 7.
II. modus.
Matt. 18.
Infra 20.
Quare damnatus Iudas Iſcariotes.
Ioan. 13.
Matt. 26.
III. modus.
Rom. 8.
Ioan. 15.
Exod. 32.

peccati, & morbus mortalitatis, ego ſolus de cœlo attuli, nullus poteſt habere, niſi ex me, neque habebit ex me, niſi prius me fide, honore & amore complectatur.

Et quid eſt credẽdum de Chriſto? *Quia ego ſum*, ſcilicet lux mundi, vt ſupra dixit: liberator à peccatis, Angelus, & nuntius noui pacti, de quo Ieremias, & Malachias loquuntur; vos vero peccatorum veſtrorum abactorem non recipitis. Atque ita ſtimulabat eorum conſcientias ad ea credenda, ad quæ inſpirabantur. Non dixit: Ego ſum Meſſias; ego ſum filius Dei, ſed abſolutè: *Ego ſum*, habens ſcilicet omnem perfectionem, & eſſe ab alio minime dependens: qui autem verè crederet vanitatem eſſe creati, & ſtabilitatem Chriſti non deficeret à Chriſto ad creaturas, nec peccaret. Eſt aũt omnis creatura compoſita ex eſſe finito, cui deeſt eſſe infinitum: atque hinc eſt quod corrũpitur, quia plus poteſt in ea infinitum nõ eſſe, quam eſſe finitum. Eſſe vero Patris, Filij, & Spiritus ſancti, infinitum eſt, inexplicabile eſt, atq; ęternum, & qui de ſe dixit: *Ego ſum, qui ſum.* Solus enim Deus vere eſt, & verum eſſe habet, & eodem modo ſemper habet. Nam quod mutatur à nõ eſſe ad eſſe, vel ab hoc eſſe ad aliud eſſe, vt facit omnis creatura, nõ habet ſemper illud eſſe, à quo mutatum eſt; quicquid autẽ mutatum eſt, non eſt quod prius fuit: ergo in eo eſt non eſſe, quare neq; verè eſt. Mors enim quædã mutatio eſt, cum id, quod eſt, moritur, & id, quod non erat, oritur: vt cum ex nigro album fit. Dei autem eſſe, non habet in ſe vllum non eſſe, & ideo ſemper, & eodem modo eſt, de quo propter ęternitatem, cum dixiſſet Propheta de cœlis quod eſſent perituri, & velut amictus mutandi, ſubiungit: *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.* Et quia ſolum eſſe Dei incomprehenſum eſt; ideo non dixit: *Niſi intellexeritis quia ego ſum*, ſed, ſi non credideritis; quia fides ſupplet locum intelligentiæ; & quia iuſtus ex fide viuit, mors inuadet eos, qui non credunt.

De Chriſto quid credendum ſit.
Ierem. 31.
Mala. 3.
Chriſti eſſe quale.
Creatura omnis vnde conſtet, & cur deficiat.
Exod. 3.
Dei quale eſſe habeat.
Mors quid ſit.
Pſalm. 101.
Cur Dominus non dixit: Niſi intellexeritis quia ego ſum, ſed Niſi credideritis.
Habac 2.
Rom. 1.

Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Ieſus, Principium qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui, & iudicare. Sed qui me miſit, verax eſt: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia Patrem eius dicebat Deum. Rurſus Iudęi interrogant calumniaturi, quaſi nihil hactenus, aut viderint, aut audierint de Chriſto: ſuperius etiam interrogauerant: *Vbi eſt Pater tuus?* Simile eſt illis, de quibus dicitur: *Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.* Quoniam in maleuolam animam nõ introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito

Iudæorum obſtinata perfidia.
Ioan. 8.
2 Tim. 3.
Sap. 1.

pecca-

Error quorũdam de Chriſto quod habeat eſſe priuatum, & ſingulare.

peccatis. Tu ergo quis es, quia dicis quod oportet credere, quòd es? Hic eſt enim magnus error eorum, qui volunt Dñm Ieſum habere eſſe peculiare, & ſingulare; cum tamẽ ſit omne eſſe, omne poſſe, omne ſapere & omnis bonitatis, iuſtitiæ & miſericordię fons. Quaſi diceret, Credenda ſunt incognita, & ratione minimè apprehenſibilia, cum omnem intellectum excedant. Te autem, & omnem cognationem tuã egregie nouimus, ad quam non opus eſt credulitate, quia vt homo natus es, educatus, & verſatus inter nos. Et cum Ieſum ſolum ex tempore metirentur, ipſe reſpondit de æternitate ſua, dicendo: *Principium qui & loquor vobis*. Nam principiũ eſt quod fuit ante omnia, & quod eſt, quia ait, *qui & loquor vobis*, & quod erit, nam ſubdit: *Multa habeo de vobis loqui, & iudicare*. Varia eſt huius loci lectio. Nam aliquoties Ambroſ. ex hoc loco probat, quod Chriſtus vere principium ſit dicendus, ſcribens ad Gratianum: atque ita principium accipitur in caſu nominandi; relatiuum autem Qui non principium refert, ſed pronomen Ego. Et dicit non ſolũ referendum ad diuinitatem, & æternitatẽ, ſed etiam ad documenta virtutũ omnium, & ſingularũ humanitatis, & corporis Chriſti. Sed huic intellectui obſtat Gręca lectio, quæ in accuſatiuo habet, τὴν ἀρχὴν, abſurda autem oratio eſſet, ego ſum originem, vel, ego ſum veritatem ita dicere, ego ſum principium in accuſatiuo. B. Auguſt. cupiẽs effugere hoc incommodum, putat verbum, *Credite*, in ſenſu ſubaudiendum eſſe, vt ab eo regatur accuſatiuus Principium. Scribit enim: *Vt ſcirent quid illum credere deberent, reſpondit principium: non tanquam diceret, Principium ſum: ſed tanquam diceret, Principium me credite. Quod in ſermone Græco, vt dixi, euidenter apparet, vbi fœminini generis eſt principium: velut ſi vellet dicere, ſe eſſe veritatem. Et dicentibus: Tu quis es? reſpondere debuiſſet, Veritas, id eſt, veritas ſum. Sed altius reſpondit, cum videret eos ita dixiſſe: Tu quis es? ac ſi dicerent: Quoniam abs te audiuimus, Niſi credideritis quia ego ſum: quid te eſſe credemus? Ad hoc reſpondit, Principium: tanquam diceret, Principium me credite. Et addidit: Qui & loquor vobis, id eſt, quia humilis propter vos factus, ad iſta verba deſcendi. Nam ſi principium ſicuti eſt, ita maneret apud Patrem, & non acciperet formam ſerui, & homo loqueretur hominibus, quomodo ei crederent, cum infirma corda intelligibile verbum ſine voce ſenſibili audire non poſſint? Ergo, inquit, credite me eſſe principium: quia vt credatis non ſolum ſum, ſed & loquor vobis*. Hæc ille. Eſſet ergo ſenſus: Ego ſum principium omnis creaturæ, non ſolum vt Deus, ſed etiam quatenus homo

Hæc verba Domini: Principium qui & loquor vobis, varie explicantur.

I. ſenſus.

Ambr. li. 3. de fide, c. 4. to. 2.

II ſenſus.

B. Aug. tract. 32. in Ioa. to. 9.

Philip. 2.

Chriſtus eſt principium dupliciter ratione.

ſum: quia, vt Apoſtolus ait, primogenitus omnis creaturæ, & fundamentum earum, quæ propter ipſum conditæ ſunt, & propter ipſum in iudicio renouandæ, & reſtaurandæ. Sum etiam fundamentũ Eccleſiæ, id eſt, omnis eius gratiæ meritorum, bonorum, gloriæ, & immortalitatis eius. ¶ *Qui & loquor vobis*. Cum Patre per verba, & ſigna; intus, & extra, per me, & per meos miniſtros, vt mihi, qui non ſum de hoc mundo cõiungamini, atq; coædificemini credẽdo, vt poſſitis venire quo ego vado, imo vt poſſim vos euahere illuc: quia nemo aſcẽdit in cœlum, niſi qui deſcẽdit de cœlo, filius hominis, qui eſt in cœlo. Vt autem ædificemur, opus eſt tollere peccata quæ diuidunt inter nos, & Deum noſtrum, & faciunt ne mundiſſimo fundamẽto Chriſto hæreamus. Oportet etiam tundi, & poliri, vt ſimus apti lapides tanto ædificio: quod fit per tribulationes, & vt glutino charitatis tanquã calcis illi adaptemur. ¶ Alij vero exiſtimant, accuſatiuum illum Græcum τὴν ἀρχὴν, aduerbialiter accipiendum, vt idẽ valeat quod, primum, vel primo, vel principio, vel omnino, vt apud Græcos interdũ vſurpari ſolet, ſupplendo præpoſitionem κατὰ: ſicut etiam nomen τέλος, ſignificans finem, aliquando aduerbij vice accipitur: vt idem ſit quod, denique, vel tandem, vel poſtremo τὴν πρώτην, accipi ſolet pro aduerbio principio, & ita τὴν ἀρχὴν, pro κατὰ τὴν ἀρχὴν. Vt ſit ſenſus: Principio ille ego ſũ, qui & loquor vobis: nam cætera indigni eſtis audire, qui toties audiſtis tam multa, & in nullo profeciſtis, adhuc quærẽtes. Tu quis es? perinde ac ſi nihil vnquã audiuiſſetis. Et ſic exponunt Chryſoſt. & Euthymius. Sed huic ſenſui etiam aliquid repugnare videtur: nã Græca lectio non habet relatiuum maſculini generis, vel aduerbium idem valens ꝙ Quia. Vnde videtur dicendũ: Principio quod loquor vobis, vel quia loquor vobis, vt quędam habent exemplaria Latina, quemadmodum Beda annotauit, hanc lectionem alijs præferens. Vt ſit idem ſenſus, principio hoc quod ego ſum, loquor vobis, & prędico, nempe me eſſe Dei filiũ, à Deo miſſum in mundũ, & mundi lucem, & quo ignoto moriemini in peccatis veſtris: alij τὴν ἀρχὴν, interpretantur pro τέλος καὶ ὅλως, id eſt, prorſus id quod loquor vobiſcum, hoc eſt, plane illud ipſum verbum ſum, quod loquor vobis. Eſt enim Chriſtus verbum Patris, & quia ſe verbum teſtatur, vult in verbo cognoſci: quæ ſane expoſitio planior eſt cæteris. Et huic lectioni fauet textus Euangelij Syriaci, quod habet: Etiam id quod incepi loqui vobiſcũ, hoc eſt,

Coloſſ. 1.

Apoc. 21.

Chriſtus loquebatur cũ Iudæis multipliciter ad cõuertendũ eo[s]

Ioan. 3.

Eſa. 59.

Vt Chriſto coædificem[ur] quid agend[um]

Vox τέλος bifariam ſu[mi]tur.

Chryſho. 5[2] in Ioan. to. [3] Euthym. c. [8] in Ioan.

Beda ibide[m] tom. 5.

IV. ſenſus

id quod alias loquendo cœpi vobis dicere: & Nonnus paraphrastes Ioannis similiter interpretatur: Καὶ χριστὸς ἀνίαχεν ὅλη περὶ ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς ἀγορεύω ... Id est, Christus respondit: Quod quidem vobis ab initio dixi, habens innumera iudicare, & loqui. vbi τὴν ἀρχὴν, interpretatur esse idem quod ἐξ ἀρχῆς, & construendum cum verbo λαλῶ, siue loquor. Et ὅτι, nō esse coniunctionem, sed prouocabulum, & postremo repetendum esse ἀπὸ κοινοῦ, verbum εἰμί, id est, sum illud ipsum, quod ab initio toties, & tot modis vobis loquendo inculcaui. Cōstat autem Christum ab initio sermonis quem habuit cum Iudæis capit. 5. ex quo omnes sequentes dimanarunt, respōdisse, se esse, qui haberet multa quæ loqueretur, & iudicaret de eis. Dixit enim: *Pater omne iudicium dedit filio.* Si autem sit aduerbium, sensus est; Vos toties iam ex me audistis quis sim, & ad quid venerim; & tamē adhuc quasi nihil audieritis, interrogatis. Ego vero illud vobis in primis respondeo, quia ipse in hunc mundum descēdi, & veni loqui vobis, & nō desino prædicare veritatem. Propter quod multa habeo de vobis loqui, & iudicare, quoniā illud erit vobis grauissimæ damnationis occasio, quod mihi palam sic loquēti nolueritis credere. Qui enim non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Alij rursus relatiuum ὅτι aiunt significare aliquid, quodcunque, quicquid: vt sit sensus, inprimis quicquid: quia in eo sunt omnium perfectiones eminenter. Id est, Deus sum: qui & loquor vobis, id est, homo sum; vt intelligamus eum respondisse Deum, & hominem esse, particulam, τὴν ἀρχὴν, id est plane ita est, vel omnino sic est, vt vobis loquor. Retuli bona fide varios huius loci sensus. Mihi magis arridet quod ex Ambrosio & Augustino attulimus, cum in omni sensu aliquid sit necessario supplēdum, vt intelligentia constet: quanquam non displiceant quæ ex Nonno, & Syriaco protulimus.

Nonnus Græcus author.

Principium (id est, principio aduerbialiter) quo & loquor vobis quid significet

Ioan. 3.

V. sens. & vlt.

Ex iis omnibus qui maxime probetur.

Et subdit: *Multa habeo de vobis loqui, & iudicare.* Hoc est; Quod verbis meis inspirationem vestram adiuuo, & non creditis, accusator vestri futur^9 sum, & testis, & iudex. Et ita terret, ne se putent eum celare posse, neque quod in cordibus tes occulte gerātur, existiment accusatore, teste, vel iudice carituras. In tantum ergo erant in peccatis periturj secundum carnem iudicantes, vt qui hoc eos admonebat, esset futurus eorū iudex, accusator, & testis; & idcirco Deus, & principium. Multa ergo habeo, siue possum (quia ἔχω, cum infinitiuo, more Græco significat possum) de vobis loqui tanquam de ingratis, qui tot beneficia respuitis, & iudicare tanquam index.

Quid habebat Christus de Iudæis loqui, & iudicare.

Sed qui misit me, verax est. Id est, Quanquam ego multa possim de vobis apud Patrem conqueri, & decernere etiam in vos: sed non est opus vt faciam. Nā Pater meus verax est, & fidelis, & nō deerit causæ meæ eum ab eo sim profectus. Verax fuit etiam Deus promissum Messiam exhibendo. Verax est enim in eo quod subdit: *Ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam.* Quod si Deus est verax, vera ergo doctrina, quam vobis tradidi, & cui vos resistitis, & reclamatis. Sed & in hoc quoque verax est, quod in præsenti non misit filium suum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum: sua die iudicium præstabit: interim tēpus est salutis. Ait ergo, Patrem veracem fuisse in seruandis promissis, & in flagellis infligendis ijs, qui non audirent Messiam, subditque: *Et ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.* Illud, *Et*, caussam reddit, & sensus est: quia ego loquor quæ audiui ab eo; de quibus dixit: *Ponam verba mea in ore eius.*

Deus Pater est verax. Deut. 18.

II. Ratio. Ioan. 3.

2. Cor. 6.

Hebraismus in coniunctione, Et.

Et non cognouerunt quia Patrem eius dicebat Deum: Verè Ioannes dixit: *Et mundus eum non cognouit:* quia non poterant cognoscere Patrem tam humilis filij. Quemadmodū filij huius sæculi dignitatem filiorum Dei non cognoscūt: vnde quos habuerunt aliquando in derisum, & in similitudinem improperij, tandem admirabuntur, & dicent: *Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.* Et quia in sermone proxime præcedenti non significatur, Deum esse patrem Iesu, & Græca nō habent verbum Dei, sed tantum ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν. sicut etiam nec antiqua exēplaria Latina, sensus esset: non cognouerūt quod de Patre suo loqueretur. Et Syriacū Euangel. habet: *Neque nouerunt eum de Patre ipsis verba facere.*

Ioan. 1.

Sap. 5.

Dixit ergo eis Iesus: Quum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à me facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor: & qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. Quia Iudæi erant cæci, & tot signis & tanta sapientia non emolliebantur, vt eum agnoscerent, & in eum crederent; prædicit crucem, & mortem suam, quam consecutura erat à mortuis resurrectio: ex quibus idonee, & euidenter erat agnoscendus quis esset.

Quare Christus à Iudæis se crucifigendum pronunciet, tuncque ab eis cognoscendum.

Cum ergo exaltaueritis filium hominis.

Nimi-

Nimirum per crucem, eleuantem eos à terra, qui cruci ſuffiguntur, vt cum eum abiectũ, & contemptum, & merum hominem eſſe perſuadeamini, tamen contrarium vobis eueniat: quia tunc ille ſuam promerebitur reſurrectionis ad immortalem vitam exaltationem, & in cordibus fidelium agnitus Deus exaltabitur per totum vniuerſum vobis inuitis: quemadmodum vndecim Filij Iacob fratrem ſuum Ioſeph exaltauerunt, dum vendiderũt Iſmaelitis. Gloriam ergo ſoam dicit ex ærumna futuram; ne quis putet eum ob ſua peccata affligendum. Crucifigetis ergo iudicem veſtrum, & agnoſcetis non veſtro, ſed meo merito: quem pupugiſtis, & planxiſtis. Nam ſicut pila quo maiori impetu in terram proijcitur, eò altius ſalit, ita veſtra peruerſitas maiorem mihi gloriam patiet. Sic Saul Dauidem, ſic mundus Chriſtum, Apoſtolos, & ſuos exaltat; quia virtus in infirmitate perficitur. Hoc partim impletum in Cruce, quando quidam dixerunt: *Vere filius Dei erat iſte*, & turba reuerſa eſt ab ſpectaculo ſuo percutiens pectora ſua: & quando Actor. 2. prædicante Petro Iudæi agnoſcẽtes peccatum ſuum, & Meſſiam, corde compuncti, dixerunt: *Quid faciemus viri fratres?* Et hi bene cognouerũt. Alij autem in malũ nouerunt, quando per Romanos grauiter afflicti ſenſerunt diuinam vltionem à Domino prædictam ob peccata in ipſum, & ſuos admiſſa. Vt verbũm. *Cognoſcetis*, non tantum referatur ad crediruros, ſed etiam ad incredulos, quorum quidam cognouerunt à ſe occiſum Ieſum fuiſſe Meſſiam, vt patet de Sacerdotibus, quibus cuſtodes ſepulchri nuntiauerunt Chriſti reſurrectionem.

Gen. 37. Ioſeph Patriarcha Chriſti typus. *Zach. 12.* *Apoc. 1.* Quo Iudæi merito Chriſtum erant agniturj. Simile. *2. Cor. 12.* *Matth. 27.* *Luc. 23.* Iudæi Chriſtũ cognouerint qui ſuo cum malo. *Supra 19.*

Cognoſcetis etiam quia à me facio nihil: id eſt, à veteri homine, vt vos exiſtimatis. Vel à me, vt diſtinguor contra Patrẽ Deũ: quia etſi ego Deus ſim, non tamen Pater, ſed Filius, qui & eſſentiam, & potentiam à Patre mutuatus ſum. Impoſſibile ſiquidẽ erat ita alacriter, & ex tanta charitate pati, niſi diuinitate plenus extitiſſet. Quãdo autem quis non abnegat ſemetipſum perfectè, non cognoſcit obedientiam à Domino Patri obſeruatam. Tertio, agnoſcent, quod ſicur docoit me Pater, hæc loquor; id eſt, me verum eſſe Meſſiam, & nuncium Dei, qui nihil eorum, quę in mandatis habui vt docerem, ſubtraxi. Nihil præterea de meo ambitioſè addidi, ita vt cum me Filiũ Dei, aut Meſſiam, aut mundi indicauerim, non aliud prædicauerim, quàm quod edoctus fui à Patre meo. Quarto, agnoſcent quod qui me miſit, mecum eſt, & nõ reliquit me ſolum, id eſt, Agnoſcent conſortium Humanitatis meæ cum deitate, quoniam in ipſo cõplacuit, ait Paulus, omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare. Mecum etiã eſt, me hominem protegens, me exaudiẽs. Quatenus Deus etiam erat, mecum eſt, per conſubſtantialitatem, vt ait Auguſt. quia vnum ſunt Pater, & Filius. Nec reliquit ſolum in paſſione, nam cum eſſet derelictus, tot ſignis oſtendit Pater eum non eſſe ſolũ, nec ab eo excommunicatum, & extra caſtra vt leproſum proiectum, vt putabant Iudæi. Et cauſſam huius rei ſubdit: *Quia ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper.* Nihil ergo erat cauſſæ, cur illum ſolum relinqueret, vt peccatorem, quia faciẽtes voluntatẽ ſuam, non derelinquit: Chriſtus autem ſemper, & in omnibus faciebat, vnde ſe creaturam puram non eſſe oſtendebat. Placebant autem Chriſti opera Patri ſummopere: quia placebat & ipſe operans Dei Filius, iuxta illud: *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* Erant præterea ad ipſius Patris gloriam ordinata, & ex animo, & alacriter operabatur, ita vt diceret; Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me, vt perficiam opus eius. Et dixit ſemper, quia à momẽto conceptionis, quo cœpit eſſe homo, cœpit beneplacitum Dei facere, & perſeuerauit ad mortem vſque, ita vt prædicando, ieiunando, orando, & in Sabbato ſanando, & dæmones eijciendo, quæ tamen Iudæi calumniabantur, beneplacitam Dei volũtatem præſtaret. Illis ergo Chriſti ſanctiſſimis operibus noſtra conemur adiungere, vt per illum, & in illo grata, & beneplacita reddantur apud Deũ, cui cum Filio, & Spiritu ſancto omnis impendatur honos, gloria, & imperium in ſecula ſeculorũ, Amen.

Matt vlt. Quo modo Chriſtus, vt ipſe dixit, à ſe faciat nihil. Chriſtũ quid docuit Deus P. quod li loque te. *Matt. 7.* Deus Pater qua ratione non reliquit Chriſtum ſolum. *Coloſſ. 1.* *Aug. tract. 40 in Ioann. tom. 9.* *Ioan. 10.* *Matt. 27.* *Heb. 13.* Quos Deus minime derelinquit. *Gen. 4.* Chriſti opera cur, & quam placerent Patri ſuo. *Ioan. 4.* Idem quare ſemper quæ placita illi erant, feciſſe ſe dicit.

TRACTATVS XLI.

De diſceptatione Domini cum Iudæis, quando dixit: *Si vos permanſeritis in ſermone meo, vere diſcipuli mei eritis: & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. Reſpõderunt ei, Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam: quo modo tu dicis, liberi eritis?* Et habetur Ioannis 8.

Ante hæc verba propoſita Euangeliſta præmittit: *Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.* Quæ eſſent illa, quæ loqueretur Dominus, obſcurum nõ eſt. Dixerat enim ſe agnoſcendum in exaltatione mortis & reſurrectionis ſuæ: vnde Dominus non fruſtra locutus eſt, poſtquam nõnulli crediderunt in eum. Oſtenditque reliquos

Horum cum præcedentibus verbis cohærentia.

liquos qui aderant, potuisse similiter credere, si voluissent: sed id quod sequitur declarat, quã non statim sit filius Dei, qui credit in Iesum, nisi etiam obediat fidei, vt plene videat veritatem, quare in principio rectè dixit: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.* Et quia aperte ait: *Multi crediderunt in eum*, & Iesum locutum ad eos, qui crediderũt ei, manifeste deducitur, idem esse in Euangelio credere in eũ, & credere ei; cum tamen essent in peccato quia subdit, quod quærebant eum interficere: quod etiam alias à nobis annotatum fuit. Hęc igitur verba cum dicantur ad eos, qui crediderunt Iesu, non minus dicta fuerunt ad Iudæos qui crediderunt, quam ad nos qui credimus. Ait ergo; *Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis.* Credentes adhortatur ad perseuerantiam, & immobilem doctrinam retinendam, ne sint sicut illi, qui cum gaudio suscipiunt verbũ, & cum radices non habeant, ad tẽpus credunt; & in tẽpore tentationis recedũt. Parum est autem sermonem meum auribus hausisse, & ad tempus seruasse: nam multi, qui audierunt, abierunt retro. Parũ est prima ædificij fundamenta iacta fuisse, nisi opus exurgat, & extremam manum accipiat. Memores estote vxoris Loth, quæ egressa quidem est de Sodoma, sed retro conuersa in statuam salis est mutata; Et, *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Parum est etiam Christum verbis profiteri, si factis negetur. Et dicitur manere in doctrina Christi, qui verbũ Dei vt regulam, & normam accipit intellectus, voluntatis, linguæ, manuum, & pedum; & qui deniq; omnes suas actiones dirigit per sermonem Dei, & in omnibus à se agendis, vel sustinendis consulit verbum Dei, non consulit Carnem, non Mundum, non Dæmonem, cuius regulas, & præcepta vt plurimum neglecto verbo Dei fere omnes sequuntur. Manet autem in Domini sermone, qui illum ruminat, ac penetrat, ac diuturno tempore meditatur; non qui incipit afflici, loqui, operariue diuina, qui postea ob molestiam carnis illa relinquit. Deberet autem tamdiu illi meditando hærere, donec per consuetudinem dulcesceret, & non solum vt Deo placeret, sed etiã vt hosti capitali dæmoni, ac mundo displiceret.

Ioan. 1.

In Euangelio idem esse credere Christo & credere in Christum, vnde constet.

Luc. 8.

Ioan. 6.

Gen. 19.

Luc 17.

Supra 9.

1 Tim 1.

Manere in doctrina Christi quis dicatur.

Manet in Domini sermone quis.

Psal. 1.

Et ait. *In sermone meo.* Bene, & iuxta mentem meam intellecto, & non vt hæretici, aut mundani interpretantur, illũ ad se trahentes, & non se ipsos ad illum accommodãtes. Hinc enim omnes hæreses ortę sunt, deprauatæque viuendi cõsuetudines. Nec enim par est regulam parieti accommodare, sed potius parietem regulæ. ¶ *Vere discipuli mei eritis.* Præmium perseuerandi in sermone suo proponit: & primum est esse vere discipulos Christi. Falso discipulorũ nomen obtinent, qui non perseuerãt, sed molestia affecti abeunt retro, vt Capharnaitæ: contra, veri discipuli sunt, qui dicunt: *Domine, quo ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Nonnulli etiam quæstus gratia, vt Iudas, & ille, qui dicebat; Sequar te quocũque ieris Domine. Alij vero honoris, & glorię: vt Simon Magus, cum diues esset, volebat emere Spiritum sanctum. Deniq; sunt quidam instabiles, de quibus Ioannes: *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum.* Et quia multi sunt, qui exterius videntur esse Christi discipuli, & reuera coram Deo non sunt; subiungit Dilectus discipulus: *Sed vt manifesti sint quoniam non sunt omnes ex nobis.* Magnaq; dignitas est discipulorum Christi. & penuria: sunt enim sicut lucernæ ardentes in caliginoso loco, vt propter professionem talis disciplinæ irrisiones, & mortem perpeti sit gloriosum: vt non tantum Angeli, sed ipse Spiritus S. repetat, & suggerat quæ Christus docuit. Et quia veri discipuli sunt, qui factis doctrinam magistri exprimunt, quotidie discentes quomodo tentationib. resistant, & peccato stimulanti nõ consentiant, & quod iter ad Deum teneant; elicimus paucos esse veros Christi discipulos; & propè innumeros esse falsos, & fictos. *Et cognoscetis veritatem.* Secundum præmium est, discere veritatem, id est, Christum creditũ, siue fide doctrinam susceptã. Quia credẽti, & obedienti, lumẽ diuinitus porrigitur, quo lumen fidei susceptæ accipiãt, & Christum, cui credunt, intelligant, secũdum illud: *Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar.* Et in alio loco: *Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Cognoscetis ergo veritatem per Spiritum sanctum vobis à me porrigendum, de quo: *Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*, quæ scilicet saluum, & beatum hominem credentem facere possit. Quam veritatem Philosophi ignorarunt prorsus: Moses vmbris quibusdam delineauit tantum: Apostoli viuente Domino non integre, nec plene cognouerunt, donec misso Spiritu Sancto Christi Domini diuinitatem, & crucis eius, & mortis mysteria, quibus homines salui redduntur, patefacta agnouerunt. Hinc symbolum discipulorum Christi non est in eo, quod quis hãc, vel illã opinionem habeat: quemadmodum Platonici, Peripatetici, &

Hæreses omnes vnde nam ortæ sint, deprauatæque viuendi consuetudines.

Veri, & falsi qui sint discipuli Christi.

Ioan. 6.
Ibidem.
Matth. 26.
Luc 9.
Act 8.

1. Ioan. 2.

Discipuli Christi quales illi sint.

2. Pet. 1.

Discipulorum Christi, paucitas vnde.

Perseuerantis in sermone Christi, merces altera.

Ioan. 7.

Matt. 11.

Ioan. 16.

Vera nota discipulorum Christi quæ nam sit.

Stoici

Stoici dicuntur,qui dogmata, vel eloquẽtiam,seu stylum orationis Platonis, vel Aristotelis,vel Zenonis sequuntur; sed qui hoc vitę genus, vel illud amplexat⁹ fuerit. Vt rectè alibi dixerit: *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis , si dilectionem habueritis ad inuicem.* Magnum est autem bonum cognoscere veritatem;in cuius cognitione aliqui ex Philosophis felicitatem sitam esse voluerunt. Et proposita quæstione coram Rege Dario , quid omnium maximè præcelleret:&quibusdam dicentibus quod vinum, alijs quod Rex, alijs quod mulieres fortiores essent omnibus : tandem audita commẽdatione veritatis, omnes acclamarunt,& dixerunt: *Magna est veritas & præualet.* Vos igitur cognoscetis veritatem, quã multi quæsierunt, sed non inuenerũt. Cognoscetis,inquam,me,qui sum via,& veritas,& vita.& nõ externa specie, sed ex verbo meo, & mẽ veritatem esse omniũ figurarum, & vmbrarum Veteris Testamenti; & den.q; hæc veritas vos errare non sinet, alijs prolabentibus in varios errores. Propterea subdit tertium præmium perseuerantis in Domini sermone: *Et veritas liberabit vos.* Hic pensanda est natura fidei,& ingenium Domini Iesu,vt illuminet eos, qui credunt in ipsum. Nam primo ostẽdit seruos peccati,& extorres à regno, filios diaboli,&mendaces,odio habentes lucem,& non credentes ipsum esse maiorem Abraham,ac reliquis Prophetis.Qui enim in Iesum credit,oportet vt seipsum miserum,& liberationis indigentem agnoscat , quam solus Filius possit præstare ; alioqui Iesum amittet. Saluator enim est, non palpator. Veritas ergo,hoc est Christus,de quo paulo infra ait: *Si vos Filius liberauerit,verè liberi eritis*,merito suo nos liberat.Fides autem viua, qua veritates credentes amplectuntur, vt forma,liberat,tum à dæmonibus,qui facultates animæ perdunt , tùm à pœnis gehennæ peccato mortifero debitis, tum ab ignorãtia sui, & Dei,peccati & virtutis, naturæ,& gratiæ, & tandem liberabit hic, ne ita molestè sentiantur pœnæ:in futuro verò,vt ablatis omnib.molestijs, æterna gaudia cum tali, ac tanta societate percipiantur.Liberat etiam hæc veritas à falsis discipulis veritatis,qui dicunt: *Domine, Nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus,& in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Plures autem veritates salutares sine labore, & cum maiori gustu, & satietate percipiunt illi , qui vere sunt discipuli, quam omnes Rabbini,aut Gentiles Philosophi vnquam cognoscere potuerint. Vnde Apostolis,qui manserunt in tentationibus,datus est spiritus docens omnem veritatem,quam ita coram tyrannis defenderunt,& ipsa veritas eos tutata est,ac liberauit ab erroribus ininersis,ab omnibus mũdi cupiditatibus,à timore mortis,& inimicis,à misera seruitute peccati,& tandem in libertatem gloriæ filiorum Dei, consumpta omni seruitute corruptionis adducet, vt ait Apostolus.Cæterum liberare hoc loco,non est simpliciter à periculis, & malis subducere,sed liberum,& ingenuum reddere.Non enim dixit *ῥύσει*,sed est *ἐλευθερώσει* quæ vox ad libertatem refertur,quæ seruituti opponitur.Quod ipsum ita esse,Iudæi respondentes cum indignatione indicant, dum dicunt; Nemini seruiuimus vnquam. Est ergo sensus, Christus veritas liberos ac ingenuos vos reddet,& liberabit à seruitute peccati, & legis Moysis; & asseret in libertatem spiritus, & gloriæ filiorum Dei. Agnouit vim huius Græcæ vocis Aug.serm. 48.de verbis Domini,& ponderat: *Responderunt ei,Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam : quomodo tu dicis , Liberi eritis?* Iudæi verbum Christi secundum carnẽ intelligentes,de seruitute corporali,& legali respondent;nõ erubescunt de ignorantia, quæ ex propria culpa oritur ; & confundũtur de ignobilitate obiecta, quæ per se nec vitiosa est,nec studiosa,sed naturalis. Nũc enim mũdus propterea perit; quia vetetur non veienda,& non vetetur verenda. Aliqui,inter quos est Augustinus , volunt distinctos fuisse hos respondentes ab ijs discipulis qui crediderunt ; vnde nec credentes,nec discipuli Christi nominant;& quia inferius ad illos eosdem verba faciens, dixit; *Sed quæritis me interficere , quia sermo meus non capit in vobis*:quod fidelibus proprie nõ quadrabat. Alij vero probabiliter putant fuisse illos eosdem,quos dixerat credidisse sed hi fidem imperfectam habuisse se produnt,quos nihil magis offendit quam imputata seruitus. Ideo non solum liberum, sed nobile genus suum ex Abraham profecerunt,carnaliter siquidem sapiebant, & de corporali libertate intellexerunt verba Iesu.Et dicunt, *Nemini seruiuimus vnquam.* Artificiose loquentes;&libertatẽ ab extremis defendentes , scilicet ex Abraham primo patre , & à ppriis personis omittẽdo intermedios parentes,quos constabat multiplici seruitute affectos fuisse,tum in Ægypto. vnde sæpe dicuntur educti de domo seruitutis annis 120.tũ in Babylone 70.Dicebãt autem seipsos liberos,quia adhuc non erãt in seruitutem Romanorũ redacti, sed etiã tributarij,& non vt serui,sed liberi sub Cæsare gubernari per Præsidẽ. Et vt Rupertus anno-

Marginalia: Ioan. 13. — Veri cognitio quantum bonum sit. — 3. Esdr. 3. — Ioan. 14. — Quæ nam sit & ici natura, & ingenium Domini Iesu. — Credenti in Iesum,quid faciendum sit. — Veritas,quæ Christus est, à quibus malis credentes eripiat. — Matt. 7. — Discipulorum Christi vero rum felicitas. Luc. 22. Ioan. 16. — Rom. 8. — Quid est Veritas liberabit vos. Ibid. — Aug. tom. 10 — Iudæorum intellectus carnalis. — Cur pereat nunc mundus — Aug. tract. 40 in Ioann. tom. 9. — Iudæorum oratio ... in Christum. — Exod. 1. Iudæi primum vbi serui ... & quando. — Cur se liberos appellauerint.

Rupert. Tuition. lib. 7 in Ioan.

annotat, subdole locuti sunt, expectantes vt Dominus obijceret illis seruitutem, quã tunc sub Romanis seruiebant, vt sic illum apud Præsidem accusare possent tanquam contrarium Cæsari, qui promitteret libertatem à seruitute Romanorum.

Et aiunt: *Quomodo tu dicis, Liberi eritis?* Nã futura libertas seruitutem aliquam ponit, à qua essent manumittendi. ¶ *Respondit eis Iesus, Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: Seruus autem nõ manet in domo in æternum. Si ergo vos Filius liberauerit, vere liberi eritis.* Respondet mitissimus Magister ordine inuerso, primum quidem de qua seruitute, vel libertate loquatur: deinde de iactata nobilitate, vel libertate Abrahæ, quæ generositati animi nihil officit. Et asseuerãdo, *Amen, amen*, attentionem, & fidem captat. ¶ *Dico vobis*, Ne putetis quod sufficiat vestra fides cum peccato. *Quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.* Id est: Quicunque mortiferum delictum admittit, seruus fit concupiscẽtiæ, & fomitis, qui peccatum dicitur apud Paulum, & qui dominatur, & regnat in omnibus nondũ renatis per baptismum, & in omnibus post baptismum gratiam Dei amittentibus. Nã spiritus cogitur huic tyranno seruire. Vnde Apostolus renatis, & gratiã Dei seruantibus, ait; *Peccatum vobis non dominabitur: non enim sub lege estis, sed sub gratia*: Et iterum: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius.* Regnat autem, & dominatur, quia tributum noui peccati sibi pendi facit, vt Rex: neque est virtus, quæ illi possit resistere. Et Dominus quæ ædificationis sunt, proponit, vt agnoscentes spiritus seruitutem, implorent ac diligant libertatẽ: omittit vero ea, quę poterant confundere, & ostendere, illos sæpè secundum carnem seruos extitisse seruiendo Ægyptijs, Babylonijs, Madianitis, Philisthæis, ac Romanis. Hæc autem seruitus licet dura sit, quia nascimur liberi; peior tamen est illa spiritus seruitus, in qua peccato Adæ infecti nascimur, & propria voluntate nouis peccatis incurrimus. De qua Apostolus ait; *An nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam?* Et Petrus, vbi dixit quosdam esse seruos corruptionis, subiunxit; *A quo enim quis superatus est: huius & seruus est.* A quo autem quis superetur, explicat Iacobus; *Vnusquisq;*, inquit, *tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus.* Serui enim efficimur peccati, atque adeo Dei iudicis, qui eo vtitur vt seruo in hac via. Per hanc igitur seruitutem incurrit homo duo mala. Alterum est, quod et si in

Rom. 7.
Fomitem Paulus peccatũ appellat.

Supra 6.

Ibid.

Regnet peccatum in nostro mortali corpore quonam modo.

Domini prudentia, atque benignitas.

Spiritalis seruitus pessima.
Rom 6.

2. Petr. 2.

Iacob. 1.
A quo superetur quis.

potestate facientis peccatum, sit facere, vel non facere ipsum peccatum; eo tamen facto, abijcere illud postea à se non potest, & ita subijcitur peccatu; cuius macula, & reatus in anima remanent, etiamsi actio peccati transiens sit, & momentanea, quemadmodum & delectatio. Alterum est malum, quod peccatum remanens hominẽ in seruitutem redigit. Meritò autem peccans incurrit seruitutem peccati: quia peccando libertate abusus est vtendo ea contra rectã rationem, & contra præcepta largitoris libertatis. Verè enim dictum est: *A quo quis superatus est: huius & seruus est.* Et enim seruitus corporis per fugam à domino suo euadatur, in hac tamen nullum est effugium: semper enim sequitur vindex conscientia quasi catena alligatum tenens. Illa morte ipsa finitur, hæc perpetuo durat. Illa interdum citra culpam incurritur, vt Ioseph vẽditus, & Daniel, & socij facti serui Regis Nabuchodonosor, hæc autem nonnisi ꝓpria sponte contrahitur. Hanc peccati seruitutem, & eius turpitudinem agnouerunt Philosophi: nam rogatus Sophocles senectute confectus in reb^9 venereis vteretur: respondit: *Dij meliora: liber ego istic sunt à domino agresti, & furioso profugi.* Diogenes dicere solitus fertur; *Inter seruos ac dominos malos nihil interesse præter vocabula: nisi quod mancipia seruirent dominis, domini cupiditatibus.* Socrates nullos fœdiorem, miserioremq; seruitutem seruire putabat, quam qui & animo, & corpore seruirent voluptatibus. Et Cicero in Paradoxis scripsit: Omnes sapientes esse liberos, omnes vero stultos, seruos. Et de cupiditatibus carnis addicto dixit Horatius:

Vrget enim mentem dominus non lenis, & acris,
Subiectat lasso stimulos, versatq; negantem.

Et alio loco:

Imperat aut seruit collecta pecunia cuiq;
Tortum digna sequi potius quam ducere funem.

Quod subdit: *Seruus autem non manet in domo in æternum: Filius autem manet in æternum:* Ne quisquam existimaret leue damnũ existere, peccati seruum esse; adducit exemplum de seruo, qui non habet ius manendi in domo Patrisfamilias, nisi quandiu placitum fuerit domino, qui potest eum aut vendere, aut ablegare pro nutu suo. Secus est de filio, qui hæres est, & dominus domus, & ius habet in domo manendi semper. Ita enim interpretandum est necessario verbum, Manet: nam alioqui etiam seruus quandoq; manet in domo semper, & filius nõ manet in domo in æternum, cum sæpe cõungar eum se à patre subducere, & alienare à domo paterna. Qua sententia

Peccati seruitutem quam duo mala consequantur.

Peccans cur merito incurrat peccati seruitutem.

2 Pet. 2.

Seruitus spiritualis à corporea quid differat.
Gen 37.
Dan. 1.

De peccati seruitute quid senserint huius mundi sapientes.

Cicer. Paradoxo 5 initio.

Horat. libr 2. Satyr. 7.

Seruum non manere in domo in æternũ sed filium, quo modo verum.

Domi-

Dominus stimulashus ad filiorum Dei dignitatem ambiendam, vt nos, qui omnes à natiuitate, & ipsa conuersatione serui sumus peccati coram Deo, efficiex seruis filij Dei studeamus, quo possimus cum ipso, qui propriè, & per naturam est filius Dei, in domo Dei, ac regno eius permanere in æternum, & non cum seruis abijciamur aliquando à conspectu, & domo eius. Quam doctrinam designatam factis, & verbis agnoscimus in lege: nam Abrabam filijs cōcubinarū dedit munera, ablegans eos à se, Isaac vero omnium bonorum suorum hæredem instituit, tāquam legitimum filium, pro quo ad ipsum dixerat Sara, *Ejce ancillam, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio libera*. Filius etiam non solum vere liber est ab omni seruitute, verum etiam alios libertate donare potest. Christus autem Dei Filius est, ac proinde hæres, & Dominus domus, & ab omni seruitute liber, solusque inter mortuos liber, de quo dicitur, *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius*. Et ipse de seipso, *Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam*: ac paulo post dicet, *Quis vestrum arguet me de peccato?* Ideo eius est veram libertatem donare, & Spiritum adoptionis largiri: & propterea subiungit: *Si ergo vos Filius liberauerit, vere liberi eritis*. Porro domus Dei in hoc seculo est Ecclesia, de qua Dauid: *Domine dilexi decorem domus tuæ*. Et Apostolus, *Hæc tibi scribo, fili Timothee, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis*. In altero seculo domus Dei, vita, & gloria æterna est, de qua similiter Dauid ait, *Beati qui habitant in domo tua Domine*: & ipse Dominus, *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*. Et ab vtraque domo, qui seruus est peccati, eijcitur. Et primo quidem quamuis secundum loci qualitatem, & oculos hominum in Ecclesia conuersetur: tamen in oculis Dei in Ecclesia non vt viuum, sed vt putridum membrum habendus est. In morte etiam visibiliter segregabitur ab Ecclesia militanti, quando exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum: ab altera domo, hoc est, cœlo, postea excludetur, quia in illam nihil seruile, aut coinquinatum intrabit, iuxta illud, *Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos*. Est ergo res perniciosa peccatum, & vilissimæ seruitutis damnum inducens. Seruus enim etsi pro tempore quædam in domo agat, tamen quoniam seruus est, & non hæres, non habet ius in domo, nec se ipsum, nec alios potest libertate donare: nullus captiuus alium captiuum liberare potest. Quare nec Moyses, nec Patriarchæ, nec Iudæorum Sacerdotes, qui serui fuerunt, ac protsus à peccato immunes non extiterunt, veram libertatem conferre potuerunt, præter vnum Iesum, qui filius est, & omnis peccati expers, de quo liberante rectè ait, *Verè liberi eritis*. Quo verbo iugulantur omnes hæretici nouelli, qui iustificationem non vere sanantem, neque liberantem à morbo peccati, & eius seruitute asserunt, nisi per solam Christi iustitiam imputatam: vt is videlicet sit iustus, sanus, ac liber, non qui reuera ab iniustitia, vel morbo, & seruitute peccati liberatus existat, sed qui à Deo vt talis habetur. Nam quid est hoc aliud, quam Deū stultum, aut iniustum facere, eos habēdo pro iustis, qui iusti nō sunt, & Christum facere impotentem, atque inefficacem redemptorem, qui ita redimat, vt redempt⁹ sub seruitute peccati maneat, & eum inferiorem in liberando constituere, quam Adamum in perdendo? Nam si ille verè perdidit, & nos peccato, & dæmoni subiectos reliquit, debebat is, qui liberator missus erat, à tanta perditione verè & non tantum per imputationem liberare. Sed non est operæpretium plura contra hanc hæresim adferre, quæ per se ipsam satis corruit, & contra verbū est Christi, dicentis, *Si vos Filius liberauerit, verè liberi eritis*: hoc est, non tantum habebimini, sed etiam eritis per diuinam gratiam, & spiritum adoptionis vestra corda inhabitātem, & dæmonem expellētem, ac destruentem, vt arcam Domini idolum Dagon prostrauisse legimus. Dominus igitur Iesus sua cruce à iure peccati nos liberauit, ne nobis dominetur, à iure mortis, ne nos occidat, à iure afflictionum, ne nos molestia magna afficiant, à iure Satanæ, ne nos, vt tyrannus possideat, & perdat: restituitq; nos iustitiæ, vitæ, gaudio, ac Deo ipsi. Nam etsi iusti peccatum tentans persentiant, & afflictionib. non careant, & mortem instare intelligunt, & à Satana sæpe vexentur: non tamen liberat nos Christus à sensu eorum, donec venerit nouissimus ille dies, sed liberat nos à iure, & dominio ipsorum, & adimit eis aculeum, quo omnes homines peribant. Habes deinde ex hoc loco, veram libertatem Christianam non in hoc consistere, vt homo liber sit à lege Dei, vel ab obedientia debita magistratibus, siue Ecclesiasticis, siue secularibus, & vt quisque facere possit quicquid libet, vt Luther. somniauit, sed vt à iure peccati, & dæmonis, ac mortis homo liber existat, seruus autem fiat Dei, & legis eius, & omnium ex charitate propter eum, vt alias monuimus. Quod superius dixit:

Quæ nobis dignitas ambienda sit, & à Deo efflagitanda.

Gen. 25.

Spiritualis libertatis, & carnalis elegans typus in filijs Abrahæ.

Supra 21. & Gal. 4.

Christi libertas quanta sit.

Psal. 87.

1. Pet. 2. & Esa. 53.

Ioan. 14.

Domus Dei quænam in præsenti sit, quæ vero in futura vita.

Psal. 25.

1. Tim 3.

Psal. 83.

Ioan. 14.

Ab vtraque domo illa seruum peccati excludi.

Matt. 13.

Apoc. 21.

Psal. 5.

Christi super Mosen, Patriarchas, & Prophetas excellentia.

Aduersus imputatiuam nostri seculi hæreticorum iustitiam.

Qualem Deū illi facere videantur cum sua illa iustitia imputata.

Rom. 8 & Galat. 4.

1. Reg 5.

A multiplici nos iure Christus liberat.

Christiana libertas in quo posita sit.

Qualem impius Lutherus sibi Christianam libertatem effinxerit

Veritas liberabit vos, modo ait, *Filius*: non tantum quod Filius Dei sit ipsa veritas, vt ipse de se dixit: *Ego sum veritas*, sed etiam quia liberat per cognitam veritatem, quam ipse per spiritum suum docet omnes permanentes in verbo eius.

Ioan. 14.

Scio quia filij Abrahæ estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. Respondet Dominus priori obiectionis Iudæorum parti, nempe, Semen Abrahæ sumus: qua de re cum multa esset dicturus, prius ad posteriorem obiectionem, quod nemini vnquam seruijsset, cõsulto responsum dedit. Agit autem mansuetè: nam qui dicere potuisset cum Esaia, *Audite verbum Domini, Principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei vestri, populus Gomorrhæ*, & cum Ezechiele: *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa*, nihil horum dixit, sed tantum, *Scio quia filij* (vel semen, vt Græca habet litera) *Abrahæ estis*. Id est: Omnibus compertum est, vos de stirpe Abrahæ prognatos, ita vt opus non sit vos de ea re gloriari toties, veruntamen hæc gloriatio de carne, & semine carnali Abrahæ vana est. Nam caro Abrahæ nihilò melior est quam hominum aliorum caro: nam & ipsa de massa præuaricatrice est. Vera generositas Abrahæ non est ex carne, sed ex fide: non est ex gente, sed ex virtute: non ex propria seminis qualitate, sed ex obedientiæ longanimitate, de qua dixit Ioannes Baptista: *Ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*: & Dominus, *Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob, filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.* Docemur vanum esse de nobilitate generis, aut sanctitate parentum gloriari: parentumque iustitiam nihil coram Deo nobis profuturam, nisi addamus & propriam: quemadmodum nec parentum peccata nobis oberunt, si eorum impietatem non imitemur.

Christus quã mitis & benignus in Iudæos.

Esa. 1.

Ezech. 16.

Vera Abrahæ progenies tantum ex fide oritur.

Matt. 3.

Infr. 8.

De maiorum progenie, vel sanctitate, si nostra defuerit, gloriationem esse vanissimam.

Sed quæritis (inquit) *me interficere*. Ostendit, re ipsa, quod ad fidem, & pietatem attinet, eos longe esse ab Abrahamo dissimiles. Abraham namque exultauit vt videret diem Domini, illi autem Christum perimere quærebant. Sic solent carnales filij Abrahæ persequi spirituales, vt notat Apostolus. Concedit ergo, illos carne quidem filios esse Abrahæ, sed spiritu, & fide non esse. Quasi diceret, Hoc facto vos ipsos proditis, quales filij sitis, nempe nõ quales Isaac, & Iacob, sed quales Ismael, & Esau, benedictione paterna priuati. Quod si illis cognatio Abrahæ non profuit, nec vobis proderit. Nec mireris, quod ad credentes loquatur: credebant enim ipsum quidem esse, vt Prophetam vel Messiam, sed ab eo non iustificationem, & libertatem à peccato, sed libertatem ab hominibus, & alijs regnis quærebant: itaq; eum ille aliud ostenderet, redibant ad ingenium, & sicut antea, ita etiam nunc, quærebant eum interficere. Habebant quidem illi & alia peccata, sed hoc nunc eis dixit, de quo tunc magis erant cõscij. Nam siue prius in eum credidissent, cogitauerant eum interficere, seu tunc, cum serui appellati sunt, de eo adhuc sunt indignati, vt cædem eius designauerint, certè ab eo peccato liberi non erant.

Quare Iudæi non essent veri filij Abrahæ.

Ioan. 8.

Gal. 4.

Ijdem filij Abrahæ quales extiterunt.

Gen. 27.
Heb. 12.

Qualẽ Iudæi Messiam sperarent in lege promissum.

Et subdit, *Quia sermo meus non capit in vobis.* Seu, non habet locum in vobis, quia videlicet non diligitis veritatem, liberos, & ingenuos reddentem. Et iuste causam odij eorum aperuit, ne iuste eum persequi viderentur; Non, inquit, ob aliquod meum maleficium me quæritis interficere, sed ob id tantum, quod sermonem meum capere non vultis, nec ille potest capere in cordibus vestris, superbiæ, & inuidiæ, vitijsque alijs permultis præoccupatis: vnde nec piè credere sermonem meum, nec de eo mieitogare, vt deberetis, potestis. Quod autem gratis obiurgo, ad bonum vestrum facio, gratis ergo, & sine causa me persequimini. In hæc verba pulchre ait Augustinus, *Si sermo meus caperetur, caperet: si caperemini intra retia fidei, tanquam pisces, concluderemini. Tunc capit, quando capitur, nec fit iniuria illis, qui capiuntur: ad salutem quippe, non ad perniciem capiuntur.* Theophylactus hoc ad magnitudinem doctrinæ Christi refert, dicens, *Non propter aliud insanitis contra me, quam propter sermonem meum, qui sublimior est vestra cogitatione, & à vobis capi nequit: quamuis non propter hoc oportebat occidere, sed magis orare, vt doceam dogmatum sublimitatem, & colere, & obseruare.* Hæc illi.

Ijdem cur non caperent Christi sermonem.

Sermonem Christi capere quid teste August.

Aug. tract. 42. in Ioan.

Theophyl in Ioan. cap. 8.

Ego quod vidi apud Patrem, loquor, & vos quæ vidistis apud Patrem vestrum, facitis. Docet quid ad generosum filium pertineat. Eius namq; quisque filius est, cuius mores imitatur: exempla namq; parentum domi conspecta, in mores filiorũ abeunt. Ego dictis, & factis me Filium Dei esse doceo, & nihil loquor nisi veritatem, quam vidi apud Patrẽ, & vt Græca habent, in eum, etiam cum dico me lucem mundi, fontem vitæ, & panem viuum in salutem vestrã missum. Vos vero, siue, vos igitur, vt Græci codices habent, quæ vidistis apud patrem vestrum (Satanam) facitis, id est, facere intentatis, homicidium scilicet. Ostendit ergo Iesus patrem suum ipsorum, vt intelligant non

Cuius quisq; filius sit.

Ioan. 6.

Iudæi confederant Christicidæ.

ex Deo

ex Deo esse quod cogitant, dum carni potius,quàm spiritui consensum præbent; vt si non tunc, at aliquãdo tamen eius recordati sanentur,& incipiant carni dissentire, & assentire spiritui.

Impiorum ingenium.

Responderunt, & dixerunt ei, Pater noster Abraham est. Impius cum arguitur,vel conuitia suggerit, vel si aliud nequit, dissimulat se audisse, & aures obstruit tanquam aspis surda: vt Iudæi hic fecerunt. Nam cùm ostendisset illos Abrahæ filios non esse,tamẽ quasi nihil audissent,iterum iactant; *Pater noster Abraham est.* Et quod dixerat: *Vos quæ vidistis apud patrem vestrum,facitis*, quasi in contumeliam dictum acciperent,vel dicentes se eum, vtpote mortuum, amplius non videre; vel quasi dicerent; Abraham pater noster sanctissimus fuit,& nihil nos docuit quod tu possis reprehendere. Quare meritò obiecit illis Dominus; *Si filij Abrahæ estis opera Abrahæ facite.* Et ita eos ad suorum maiorum exempla mittit, vt sicut Abrahã fideles velint esse,& absque tot disputationibus credant. Abraham enim miracula, quæ isti videbant, non viderat;& tamen ita Deo credidit,vt nõ dubitauerit patriam relinquere, & locum incertum sequi,& filium proprium immolare. Et tamen quis eum certum fecit Deum esse,à quo sic adamabatur,nisi quòd fidelis fuit? Eminuit Abraham multis magnis, & heroicis virtutibus,vt fide,obedientia,hospitalitate, fortitudine,&sicut ipse vixit,sic & filios docuit. De quo Dominus inquit:*Scio quod præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se,vt custodiant viam Domini,& faciant iudicium,& iustitiam.* Credite sermoni Dei,vt ille credidit:suscipite illum,quem Deus misit,sicut ille nuntios ad se missos suscepit,& studiosè coluit. Docete filios vestros viam Domini, sicut ille docuit: abstinete à cæde innocentis, sicut ille abstinuit, & non solùm vultu,& corporis lineamentis,sed moribus,& operibus Abraham exprimite. Annotauit Origenes rectè dictum in plurali, *Opera Abrahæ facite*, non opus; ne putemus satis esse si imitemur opus Abrahæ, nempè fidem,& non alia opera, obedientiæ, hospitalitatis, fortitudinis, quibus ille enituit. Insignis autem impudentia,ac singularis inscitia est Erasmi Sarcerij, hæretici hominis,qui hæc ad solam fidem pertinere contendit, in damnatam ab Apostolis hæresim de sola fide incidere minimè metuens, & voces à proprijs significatis in alienos, & improprios detorquere. Quasi Spiritus sanctus rationem propriè loquendi prorsus ignorauerit; cùm tamen scientiam habere vocis dicatur. Et aduerte Græcè legi, *Si filij Abrahæ essetis,opera Abrahæ vtique faceretis.* Quibus congruit quod sequitur: *Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum,quam audiui à Deo: hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri.* Inculcat illorum delictum, quod animo suo conceperant. Nam cùm præceptum Dei esset; *Non occides*: &, *Quicunque effuderit humanum sanguinem,fundetur sanguis illius*:Iudęi non solùm hominem, sed innocentem quærebant interficere,cum lex præciperet; *Insontem & iustum non occides.* Adhæc cum annuntiantibus veritatem, præmium aliquod,non supplicium debeatur;illi autem veritatem loquentem occidere tentabant; vnde se inimicos veritatis prodebant. Prætereà, si quis veritatem ab homine traditam contemnat, tolerabile malum est: at veritatem à Deo auditam loquenti contradicere,grande flagitium est,quia id nõ tam est hominem spernere, quàm Deum. Atque ita eorum peccatũ exaggerat, vt emolliantur,& timeant. Postremò addit: *Hoc Abraham non fecit*: Nullum enim ille interfecit:imò filium suum Isaac,quem diligebat, propter me voluit immolare: pro nocentibus etiam Sodomitis orauit: nullum à Deo missum nuntium cõtempsit, sed cum omni reuerentia, & hospitalitate in domum suam excepit: sicut patet de tribus Angelis. Proinde non opera Abrahæ, sed opera Satanæ patris vestri imitamini in aduersando mihi Messiæ gratis, & pertinaciter. Et ratiocinatur Dominus à destructione consequentis ad destructionem antecedentis. Consequens præcedentis conditionalis destruit,dicendo; Nunc autem quæritis me interficere hominem,non malum, nec iniustum, sed qui veritatem locutus sum vobis: non qualemcunque,nec ex me ipso inuentam, sed quam audiui, & accepi à Deo: quod Abraham nunquam fecit. Non ergo estis germani Abrahæ filij: nam si verè essetis Abrahæ filij, opera eius faceretis; sed illa,quæ fecit ille, non facitis, sed contraria; Ergo non estis Abrahæ filij,sed potius patris vestri Satanę,cuius opera imitamini.

Abrahæ fides quanta.

Gen. 12. & Act. 7. & Hebr. 11. Genes. 22. & Iacob. 2.

Gen. 18. Opera Abrahæ quę nam illa.

Ibid. Cur Christus non in singulari dixerit, Opus Abrahæ facite, sed opera, vt ait Origenes. Origen.

Erasmi Sarcerij opera Abrahæ ad solam fidem referentis tantummodo, impium dogma refellitur.

Sapient. 1. & Actor. 2.

Exod. 20. & Matth. 5. Gen. 9.

Exod. 23. Iudæi legis præuaricatores.

Iudæi hostes veritatis.

Abrahæ innocentia,& obedientia singularis. Gen. 2. Suprà 18. Ibidem.

Iudæi filij diaboli, atq; eius imitatores.

Iudæi Abrahæ filij minime eat veri.

Dixerunt itaque ei, Nos ex fornicatione non sumus nati: vnum patrem habemus Deum. Dixit ergo eis Iesus, Si Deus pater vester esset, diligeretis vtique me. Ego enim ex Deo processi,& veni: neque enim à me ipso veni, sed ille me misit. Iudæi de duobus se iactabãt: altero, quod essent filij Abrahæ; sed hanc gloriationem hactenus repressit Dominus; altero, quod Patrem haberent Deum, atque idcircò libertate,qua veritas eos liberaret,se non indigere mentientes. Hanc iactantiam nunc depri-

Duplex Iudæorum gloriatio,quam Dominus præcidit. Illud: Nos ex fornicatione non sumus nati, dupliciter intelligitur.

deprimit, vt dei locum illis sese humilian-di,& agnoscendi, & de maiorum operibus non superbiendi.

Chrysost. homil.53.in Ioan. tom.3. Theophylact. ibidem.

Primum igitur aiunt: *Nos ex fornicatione non sumus nati.* Quod dupliciter sensum habere potest:primum,vt intelligatur de fornicatione carnali, quemadmodum Chrysostomus, & Theophylactus interpretantur,vt distingoãt se ab Ammonitis,& Moabitis,& Ismaëlitis, & noteot Dominum ex fornicatione natum. Quasi dicerent: Nos non sumus vt reliqui, quos genuit Abraham,filij ex concubinis progeniti, & hæreditate patris indigni,vt Ismael,& alij, quos ex Cetura habuit,vt dicitur in libro Geneseos ca.16.sed sumus ex legitimo Saræ coniugio geniti, cuius filium solū elegit Deus, & in eo statuit pactum, & promissiones. Sed non meminerunt Iodęi, quòd descenderint ex Iuda,& Thamar per congressum fornicarium.

Genes. 16. Infr. 21. & Gal 4. Iudæi vnde descenderint Genes 38 & seq.

Alter sensus.

Alter sensus est, vt intelligatur de spirituali fornicatione, quæ idolatria est, vt habes in Deuter.apud Oseam, & Ezechielem,tanquam dicerent;Non sumus ex stupro nati,non colimus deos alienos, nō desceodimus è Gentibus idololatris. Vnde inquiunt in hūc seosum;vnum patrem habemus Deum, non tantùm ratione creationis,quæ cōmunis est omnibus Gentibus, sed præcipuè ratione cultus, & religionis, de quo;*Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te* ? Et ipse rursus vocat populum Israëliticum filium suum primogenitum; & alibi:*Ex Aegypto vocaui filium meum.*Bona esset gloriatio,si vera:nam omnes illorum patres vel nullies idola coluerunt, vel in ipso egressu ex Ægypto, quando vitulum adorauerunt. Idololatræ enim dæmonem habent patrem spiritualem, de quo intellexerunt verè Christum loqui: ideò Deum etiam patrem suum dicunt. Atque ita hic sensus posterior probabilior est. Aiunt ergo;*Vnum patrem habemus Deum.*Buna quoque est hęc gloriatio,si vera esset. Et acceperant ex Scripturis illam: dixerat enim Deus Pharaoni,*Filius meus primogenitus Israel.* Dixi tibi,*Dimitte filiū meum, vt seruiat mihi.* Sed in hac ratione conditionis Iesus de patribus talibus non loquitur, sed de illo,quem moribus referebant. Erenim cum mores formaturus hominum venisset, vt digni Abraham, & Deo parentibus eorum essent, detegere illis voluit cuius parentis mores habeant, & consectentur,vt eos deponant, & boni patris mores assumant.Sed facile est cuiuis dicere; *Pater noster qui es in cælis:* sed non est satis ad salutem,nisi mores adferat filio dignos. Vnde

Deut 32. Osea.1. Ezech.16. Spiritalis fornicatio idololatria est.

Deut.32. Exod.4

Osea 11. & Matth.2. Iudæi non se mel idola coluerunt. Exod.32. Idololatræ filij diaboli. Iudæi vnde cognouerint esse se filios Dei. Supra 4.

Cur venerit Christus in mundum.

Matth 6. Qui sint veri filij Dei.

subdit: *Si Deus pater vester esset; diligeretis vtique me.*Paria enim sunt, Deum habere Patrem, & Filium Dei diligere. Omnes enim filij Dei inuicem diligūt: nec aliter possunt esse filij, nisi habēdo dilectionem ad se inuicem: quanto magis vnicum illum, & naturalem Filium omnes diligere debēt, per quem eundem adoptionis Spiritum accipere meruerunt ? quia quod solus erat per naturam,hoc multis fratribus concessit ex gratia,vt filij Dei nominentur, & fiot. Ex quo constat,frustra,& in vanum iactare Iudæos, vel Paganos Deum cœli, & terræ creatorem, cùm Christum non habeant, per quem solum aditus est ad Deum, qui solus ex Deo processit: ab æterno quidem, vt filius coosobstantialis; ex tempore autē venit vt homo humanitatem induttus,vt ea ratione etiam magis sit à nobis diligendus.

Omnes qui habet patrem, diligere Christum necesse, rio cur debeat Rom 8 & Galat.4.

1.Ioan.3.

Iudæi & Pagani cur frustra Deum iactant cœli & terræ conditorem.

Quare loquelam meam non cognoscitis: Quia non potestis audire sermonem meum. Ne videatur Christus Dominus Seruator noster arroganter de se dixisse, quòd ex Deo processit;iterum ad doctrinam suam appellat. Quasi diceret ; Si ex loquela cognoscitur quisque qua ex natione sit oriundus,& Petrus ex loquela agnitus est Galilæus;cur nō ad loquelam meam planè diuinam attenditis,vt me agnoscatis Dei filium ? Et cum admiratione quadam dixit; *Quare loquelam meam non cognoscitis*? Nam si Deum creditis veracem in promissionibus, ac beneficum in operibus; cum Pater promiserit Filium suum vobis benefacientē,& ingenium Patris referentem, quid est quod me in nullo à Patre degenerantem,benefacientem vobis,& cum Prophetarum vocibus cōgruentem,imperio miracula edentē,& tanquam potestatem habentem, docentem non agnoscitis? Et subdit caussam esse: *Quia non potestis audire sermonem meum.* Nō quòd neget in eis liberum arbitrium ; sed quia secundùm statum,in quo tunc erant, quandiu in illo odio, & animi acerbitate permanebāt: de qua subditur: *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio,& in veritate non stetit:quia non est veritas in eo;cum loquitur mendacium,ex proprijs loquitur,quia mendax est,& pater eius:* non poterant audire,& benignis, & attentis auribus cum fructu intelligere sermonem & verba Christi Domini.

Iudæos Christus cur dicat suam loquelam non agnoscere.

Matth.26.

Psal.144.

Matth.7.

Iudæi audire sermonem Christi quo modo non poterant.

Simile est quod Chrysostomus homil. 57.in Ioan.& Euthymius cap.9.in Ioan.intelligunt: Non potestis, id est, Non vultis. Vides igitur quæ sit caussa cur Verbum Dei minus sit fructiferum : nimirum quia cor plenum est immoderatis affectibus, qui non sinunt dari locum verbo Dei. Signifi-

Chrysost. Euthym.

Cur minus verbum Dei sit fructiferū.

car er-

[Qui Deum, patrem habet, qualis esse debeat.] cat ergo ipsos sibimet causam esse suæ ignorantiæ. Quisquis igitur filius Dei est, studeat ita mores suos, & linguam componere, vt per sermonem ædificantem, & mansuetum possit agnosci cuius parentis sit filius.

[*Gen. 3.*] *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo, cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius.* [Christi seueritas aduersus Iudæos pertinaces, & impios.] Cùm blandius, ac mansuetius hactenus egerit tanquã agnus: nunc durius, & seuerius propter eorum obstinationem tanquam leo cum illis agit, & qui re ipsa poterat eos iure perdere: sed verbis asperioribus contentus est, vt eos à mala voluntate auocet, & ad Fidem reuocet. Vt enim ait Sapiens Ecclesiast. 12. *Verba sapientium, sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt à Pastore vno, &c.* [Qualia sint verba sapientum, vt ait Salomon.] Ideò graue vulnus illis infligit, quò citius resipiscant. Quod autem ait: *Vos ex patre diabolo estis:* non est ad naturam referẽdum, quasi diabolus impios creauerit, [Error Manichæi duplex creaturarum rerũ principium constituentis.] vt Manichæus stultè somniabat, duo principia vnum bonum, & alterum malum, cõstituens: sed Fides nostra nisi vnum Creatorem omnium, visibilium, & inuisibilium, non nouit: [*Prouerb. 16.*] vniuersa enim propter semetipsum operatus est Dominus; impium quoque ad diem malum. Fecit namque Deus naturam, quæ in se bona est; non autem peccatum, quod nihil est. [Quare Christus Iudæos ex patre diabolo dixerit esse.] Cum igitur neque Abrahæ, neque Dei opera haberent (vt ipsi sibi persuadebant) sed diaboli potius, vtique quem patrem haberent, poterant iam agnoscere: neque enim diuina, vel humana lex tam præcipitanter quenquã ad necem dijudicat. Hoc proprium diaboli est, de quo ait: Vos ex patre diabolo estis: quia amissa Dei similitudine similes diabolo facti estis, & quantum ad peccatum imitantes illum, & ab eo intus moti, & suasi: & quod ad pœnam attinet, quia æterna mala cum ipso hæreditate possidebitis, eiusque interim dominio, [*Ephes. 2.*] & potestati subiacebitis: nam Princeps aëris huius operatur in filios diffidentiæ. Et probat, cùm ait: *Et desideria patris vestri vultis facere.* [Diaboli nocendi cupiditas.] Id est, Quia desideria eius vultis perficere: quod plus est, quàm si dixisset; Opera eius imitamini. Nam etsi multa mala diabolus indies faciat; maiora tamen, si permitteretur, cuperet efficere. Et explicans conditiones diaboli, duo peccatorum genera, id est, homicidij, & mendacij producit, subdens: *Ille homicida erat ab initio:* [*Sap. 2.* *Matth. 27.*] Et tertium peccatum in duobus illis implicitum, id est, inuidiam, de qua Salomon: *Inuidia diaboli mors introiuit in Orbem terrarum:* & illa eadem impellente mortem Christo Domino intulerunt, vt Pilatus ipse apertè nosset, quòd per inuidiam tradidissent illum. [Diabolus homicida ab initio eur dictus, contra Manichæum.] Quod nõ sic intelligendum est, quasi Deus diabolum ab initio malum condiderit, vt Manichæus dicebat: Quia vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. [*Gen. 1.*] Nec ex eo quod in primo suæ creationis momẽto sua propria voluntate malus fuerit; quam sententiam reprobat Augustinus [*August.*] lib. de ciuitate Dei, cap. 15. tom. 5. allegans illi sub typo Regis Babylonis dictum per Esaiam: *Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris*, [*Esai. 14.*] & sub persona Regis Tyri per Ezechielem; *In delicijs paradisi Dei fuisti:* [*Ezech. 28.*] ornatus omni lapide pretioso: iuxta id; *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum.* Et hic dicitur: *In veritate nõ stetit;* [Diabolum aliquando in veritate stetisse, & in iustitia.] ergo in ea aliquando fuit. Idcirco communior est Patrum sententia, diabolum in naturali rectitudine, siue potius in gratia Dei cũ cæteris Angelis conditum, & aliqua, licet breui mora, in ea iustitia perstitisse; mox verò per superbiam elatum excidisse. Et quod dicitur ab initio homicida, & 1. Ioan. 3. *Ab initio diabolus peccat:* [Ab initio diabolus vt fuit homicida, idemque (vt Ioannes ait) qui peccat ab initio.] non significat initium suæ conditionis, sed initium mundi, & hominis: non enim homicida esse potuit, nisi homo esset, vel re ipsa, vel in oculis Dei, & prædestinatione, qui occideretur. Sic etiam dicitur ab initio diabolus peccare, quia in primordijs mundi cœpit peccare, cùm decepit primos parentes: [*Gen. 3.*] & ipse dicitur indesinẽter peccare, à quo tempore cœpit ipsum peccatum, vt exponit Augustinus. [*Idem ibidem.*] Homicida ergo dicitur, quia ab initio odio habuit mysterium incarnationis, & naturæ [Quando primũ diabolus Christũ odisse cœpit, & eum persequi. *Ibidem.*] humanæ à Christo assumptæ sibi, & cæteris Angelis reuelatum, vt quidam tradunt. Et per consequens semper insidiatus est Filio Dei, & calcaneo eius, & propter ipsum omnes homines electos persecutus est: atque huius odij insignia manifesta ab initio edidit: tùm quia primum hominem sua suggestione spiritualiter interfecit, & à Deo, qui vita eius est, separauit. Interfecit autem ruptus inuidia, non ferro, sed mendacij lethifera persuasione. [Homicida coram Deo qui sit.] Quare omnis, qui lingua pestifera peccatum alteri suadet, homicida coram Deo est. Deinde posuit in corde Cain, vt interficeret fratrem suum Abel; [*Infra 4.*] vt non solùm homicida extiterit, odio habens humanitatis assumendæ Sacramentũ à Deo illi reuelatum, sed & per ipsum in forma serpentis ad mortem, tùm animæ, tùm corporis, primum parentem, & in eo vniuersos homines comprehensos impulit, & per ministrum impium Cain machi-

machinatus est mortē iusto Abel. Vt rectè dictum sit: *Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum.*

Sap. 2.

Et in veritate non stetit. Vbi tacitè insinuatur in veritate illum conditum à Deo, ita tamen, vt ab ea posset excidere, quemadmodum misere cecidit: nam vt ille dixit:

Qui cecidit stabili non erat ille gradu.

Boet. lib. 1. Metrop. 1. in fine.

Diabolus cur non steterit in veritate.

Non stetit autem in veritate: quia Filium Dei, & Verbum Dei, quod prima veritas est, non dilexit, nec in accepto dono Dei perseuerauit. Deinde non contentus his quæ habuit, in veritate non stetit, quia maiora sibi arrogauit: *In cælum,* inquit, *conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, &c. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Est enim in veritate stare, se ipsum agnoscere vt creaturam, & quæcunque habet, non sibi, sed Deo adscribere, nec se altiora vanè attentare. Quia ergo in veritate non stetit, in mendacium, & vanitatem prolapsus est. Et ita Chrysostomus de veritate, id est, vitæ rectæ in qua conditus est, interpretatur; Caietanus verò de veritate fidei: nam vt docet B. Thomas, omnes Angeli in fide sunt conditi, qua crediderunt in Deum, & beatitudinem supernaturalem talem esse, ad quam proprijs meritis peruenire non posset sine Dei gratia. Sed ille non stetit in veritate, credens ad illam suis meritis posse cōscendere. Alij verò exponunt de veritate verborum, quia statim veritati, de qua loquitur, opponit mendacium, dicendo; Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, & quia subdit; *Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi* Et ita sermo est de veritate illorum verborum: *In quocunque die comederis ex eo* (scilicet ligno scientiæ boni, & mali) *morte morieris.* Contra quam veritatem ausus est falsò pronuntiare; *Nequaquam morte moriemini; sed eritis sicut dij, scientes bonum, & malum.* In quo sensu rectè subiungit: *Quia non est veritas in eo;* id est, non loquitur, vel non amat veritatem.

Stare in veritate, quid.

Chrysost. hom. 53 in Ioan. paulò à med. tom. 3.
Caietan.
D. Thom.

Gen. 2.

Infra 3.

Iuxta alios verò intellectus assignatos videtur significare, Non stetit, quia non est veritas in eo, vt ait Augustinus, cum potius ea sit causa quod non sit veritas in eo, quia in veritate non steterit. Ideò putat Augustinus particulam *Quia*, hic non significare causam, sed indicium, & signum, vt sit sensus; Ostenditur quod in veritate non stetit, ex eo quod nō est veritas in eo: esset autem, si in veritate stetisset. Dicitur porrò veritas in eo nō esse, scilicet in loquendo, vt Ioannes ipse in Catholica sua docet Epistola; *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Et infra: *Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit; mendax est, & in hoc veritas non est.* Et in lib. Machabæorum dicitur; *Non est veritas, & iudicium in eis.* Et vt de homine mendaci dici solet; *Non est veritas in ore eius,* non significamus omnia dicta eius esse falsa, sed eius sermonem plenum esse mendacijs, vt non possit tutò quisquam illis fidere. Idem dicendum de diabolo, qui multa vera & cognoscit, & plerumque loquitur; sed tamen ad decipiendum, vel coactus, quia veritatem non amat. ¶ *Quia non est veritas in eo.* Ideò in ea nō stetit: non est enim nunc veritas in eo, quatenus damnatus est, quia osor est eius. Quòd si quādoque veritatem dicit; id facit aut coactus, aut vt seducat, sicut cùm dixit; *Scio te qui sis, Sanctus Dei,* vel cum dixit per oraculum; *Nosce te ipsum.*

Aug. lib. 11. De ciuitat. cap. 14. tom. 5.
In diabolo veritas non esse vt dicatur.

1. Ioan. 1.

Infra 2.

1 Mach. 7.

Vera cur dicat aliquando dæmon.

Luc. 4

Cum mendacium loquitur, ex proprijs loquitur. Addit aliam proprietatem dæmonis: nam cùm mendacium loquitur, illud ex conditione praua, in qua est confirmatus à se ipso, & ex proprio corde confingit. Et ita mendax est, & pater eius, id est, autor, & inuentor mendacij. Quemadmodum Adaiabel more Hebræo, dicitur pater habitantiū in tentorijs, & Iubalcain frater eius, pater canentium cithara & organo: quia primi earum artium inuentores extiterunt. Homo etiam ipse qui in veritate non stetit, ex se ipso nihil nisi mendacium loquitur, vt Dauid dixerit in excessu suo, *Omnis homo mendax,* & iterum: *Vt quid diligatis vanitatē, & quæritis mendacium?* Fuerunt Manichæi hæretici, teste Augustino, qui hunc locum ita intelligerent, vt putarent diabolū patrem alium habere à Deo. Sic enim intelligebant; Diabolus est mendax, & item ipsius diaboli pater est mendax. Sed hic intellectus falsus est, & puerilis, adde etiam ab Ecclesia damnatus: repugnat etiam ipsis Domini verbis. Si enim habet diabolus patrem, à quo, sicut naturam malam, ita etiam mendacium accepit: non ergo ex proprijs loquitur mendacium, sed ex his, quæ à suo patre accepit. Intelligendus est autem diabolus non tantùm dici mendax, quod Græcè est neutrius generis ψεῦδος, sicut Latinè mendacium, sed etiam mēdacij pater, & inuentor: præcesserat enim mendacium cum dixit; *Cùm loquitur mendacium, ex proprijs loquitur.* Vel mendax est, & pater mendacis: quod consequenter verum est, si pater est mendacij. Et significat dæmonem mendacem esse, & patrē diligentium mendacium. Quales erant Iudæi, quib⁹ dictum erat paulò ante: *Vos ex patre diabolo estis,* & qui non poterant audire veritatem, & sermones Christi. Sed Chrysost. & Aug. per, Eius, intelligunt mendacium, his verbis:

Diabolus quomodo dicatur mendacij pater.

Gen. 4.

Iabel, & Iubalcain Hebraicè quid sonent.

Ibidem.
Psalm. 115. & Rom. 3.
Psalm. 4.

August. loco prædicto.

Diabolum patrem alium nō habere à Deo, vt volebant Manichæi, ostenditur.

Iudæi mendaces.

Chrysost.
August. ibid.

Non

Filius diaboli, mendaciū eſt.

Non omnis qui mentitur, pater mendacij ſui eſt. Si enim ab alio mendacium accepiſti, & dixiſti, tu quidem mentitus es proferendo mendacium ſed pater mendacij ipſius non es, quia ab altero accepiſti mēdacium. Diabolus autem à ſe ipſo mēdax fuit mendacium ſuum ipſe genuit, quod à nemine audiuit. Quomodo Deus Pater genuit filium veritatis; ſic diabolus lapſus genuit quaſi filium mendacium.

Idem tom. 4.

Hæc ille. Violenta eſt autem, & prorſus indigna Auguſtino expoſitio illa libri Quæſtionum Veteris & Noui Teſtamenti, qui Auguſtino adſcribitur, capite 90. & 98. vbi legit: *Mendax eſt, ſicut & pater eius:* vbi Cain pater Iudæorum dicitur primus inter homines homicida, dictus diabolus ob opera cum diabolo communia: & mendax, quia ſimulauit ſe neſciſſe vbi eſſet frater ſuus Abel: & patrem eius nempe Satanam fuiſſe, & eſſe mendacem. Sed vt dixi, illi libri apud viros doctos non tribuuntur B. Auguſtino, & repugnaret ſibi ſæpe, quia aliter in alijs ſuis libris interpretatus eſt.

Gen. 4.

Cur Iudæi Chriſto non crederent.

Ac ſubdit: *Ego autem ſi veritatem dico, non creditis mihi.* Exemplaria Latina emendata, & Græca omnia, & Auguſtinus, & Rupertus, & Dionyſius hoc loco habent pro particula, *Si*, Quia Græcè ὅτι, & eſt ſenſus plenior: quaſi diceret: Vos, quia ex patre diabolo eſtis, quia ex ſe amator eſt, & pater mēdacij, & oſor veritatis; hinc fit vt mihi non credatis: propterea quod veritatē loquor, cui, ſi mendacium loquerer, crederetis.

Aug. tract. 42 in Ioa. tom. 9. Rupert. lib. 7. in Ioan. Dion.

Mendacia dæmonis quæ fuerint.

Fuit autem primum mendacium dæmonis, magnum malum eſſe, & perditionem vngenti, verbum incarnari per aſſumptam humanitatem, & lucem coniungi tenebris; cum tamē qui ex nihilo cuncta produxit, poſſit ex tenebris facere vt lumen ſplendeſcat. Eſt & aliud lumen eius mendax: *Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo: Quis enim in nubibus æquabitur Domino, ſimilis erit Deo in filiis Dei?* Dixit & aliud verbum: *Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum:* Quod merum, & apertum fuit mēdacium. Quis enim ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat? Proinde cacodæmonis ſocietatem prorſus fugiamus: fallaces illius promiſſiones eſſe agnoſcamus: ipſum æternis gehennæ ſupplicijs cruciari meditemur: veritatem colamus, & amplectamur, ipſiuſque autorem, & prædicatorem exoſculemur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cui cum Patre, & Spiritu S. immortales laudes occinat vniuerſa creatura, gratiæ, ac gloriæ diuinæ capax in ſeculis perpetuis. Amen.

Mat. 26. 2. Cor. 4.

Eſai. 14. Pſal. 88.

Gen. 3.

Pſal. 112.

Diabolum fugere & Chriſtū cur ſequi debeamus.

TRACTATVS XLII.

De diſceptatione Domini cum Iudæis, dicentis; *Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis; quare non creditis mihi? Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, &c.* Et habetur Ioan. 8.

Quę duo concionatori fidē adimant.

DVo ſunt, quæ ſolent concionatoribus fidem adimere; alterum eſt, mala vita, reprobique mores, vt rectè dictum ſit à Magno Gregorio: *Cuius vita deſpicitur, reſtat vt & prædicatio condemnatur.* Alterum eſt imperitia, ſiue doctrinæ defectus: quia vt ex ſicco fonte aqua non hauritur, ita nec ex imperito doctrina, cum nemo det quod non habet. Et quando hæc adſunt prędicatori, nec tamen ei creduntur ineſſe, nihil iuuant, niſi adſit bonū nomen. Hinc Chriſtus famam & autoritatem ab initio ſibi comparare propter Dei gloriam, & noſtrā ſalutem curauit. Nec ſatis hæc ſunt ad edēdum fructum in auditoribus: quia ſicut nec medicina operatur in ægroto indiſpoſito, ita nec verbum Dei in pigro, negligenteq; auditore. Ideo Chriſtus hoc loco indicat, nequaquam ſuo, ſed Iudæorum vitio accidiſſe, vt verbum Dei à ſe prædicatum, fructum in eis non proferret. Ait igitur: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Non exiſtimet quiſquam, Chriſtum carnali iactantia de vitæ ſuæ innocentia gloriatum; ſed iuxta ſpiritus ſui prudentiam obiecit ſuam innocentiam, & integritatem in doctrinæ ſuæ commendationem. Poterant namq; Iudęi ſe ipſos tuentes apud ſe cogitare: Non deſunt nobis cauſſæ iuſtæ, quo minus non credamus prædicationi tuæ. Nam quod tibi non credimus, non eſt ex eo quod veritatem audire nequeamus, & ex diabolo ſimus, vt nobis imputas, ſed quod tu ſeductor es, & veritatem non doces. Cui tacitæ obiectioni occurrit Chriſtus hac interrogatione: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Et ita hæc defenſio nō ad totam & perfectam Chriſti innocentiam referenda eſt, ſed ad circumſtantiam loci reſtringi debet: quēadmodum Paulus cum gloriatur ſe nihil ſibi eſſe conſcium, non ad totam vitam eius extenditur, ſed eſt totius doctrinę, & Apoſtolatus defenſio: ita Chriſtus hoc loco doctrinæ ſuæ magis, quam perſonæ cauſſam agit: quaſi diceret; Si in tota adminiſtratione mea fidum me gero Dei miniſtrum, ni-

Greg. lib. 19. moral. c. 19. tom. 1.

Præter bonitatem prædicatoris, & doctrinam, duo requiruntur.

Quam modeſte Chriſtus ſuam proferat innocentiam, dicens, Quis ex vobis arguet me de peccato.

1. Cor. 4.

Indicum & magistratuum purgatio.

hil habetis quod possitis vestræ iocredulitati prætexere, & eam excusare. Moris etiã est, vt magistratus, & iudices, vbi perfuncti sunt suo officio per aliquot annos, & illo se spoliant, publice innocentiam suam, ꝓtestentur, quemadmodum Moyses primus dixit:

Num. 16.

Tu scis quod nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum; & Samuel, *Ecce præsto sum*, inquit,

1. Reg. 12.

loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum: si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi; & contemnam illud hodie, restituamq; vobis. Christus perfunctus officiu legationis, & prædicationis ab hac sui iustificatione nonvoluit esse alienus; propterea confidenter ait:

Aliud esse peccatum imponere, aliud arguere de peccato.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Expende, *Quis ex vobis*, etiam capitalibus meis inimicis. *Arguet me.* Id est, verè conuincet: aliud est enim peccatom imponere, aliud arguere de peccato. Primum est calumniatoris, & hoc Iudæi sæpè fecerunt, qui dicebant:

Ioan. 9.
Ibidem.
Infra 18.
Mart. 14.

Nos scimus quia hic homo peccator est; Et, *Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit*: rursus: *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.* Et cum multi testimonium dixissent aduersus Iesum, tamen conuenientia testimonia non erant; aliud verò est de peccato coouiocere, quod Græco verbu exprimit Euangelista, ἐλέγχειν; hoc enim oemo poterat præstare contra eum, quia

Esa. 53.
1. Pet. 2.
1. Ioan. 3.

peccatũ non fecit; & de præsenti dicit Græcè, arguit, id est, arguere potest, vel poterit. Verbum igitur illud, Arguere, huc loco non sumitur pro eo quod est accusare, sed pro eo, quod est conuincere, vel efficaciter demonstrare, & argumentis idoneis, & efficacibus refellere: vt Poeta:

Virgil. 4. Aeneid.

Degeneres animos timor arguit,

Id est, conuincit, & demonstrat. Hoc eodem verbo vsus est Christus: *Omnis*, inquit,

Ioan. 3.

qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius, id est, ne de malitia coouiocantur.

Christi impeccantia.

De peccato, inquit, aliquo; cum tamẽ Iesus esset tum in vita, tum in doctrina impeccabilis. Nam si Propheta diceret falsum; & non eueniret quod diceret, & abduceret à Deo vero ad deos alienos, iuberetur occidi.

Deut. 13. & 18.
Christus vt Deus, & vt homo quare nõ possit peccare.

Non solum enim quatenus Deus est, peccare nequit, cum sit summa veritas, summa bonitas, summa iustitia, immensa sapientia, infinita potentia; peccatum autem nihil est aliud quam veritatis, bonitatis, iustitiæ, atque potentiæ, & sapientiæ defectus; sed etiam quatenus homo est summa vnione, & gratia visionis Deo coniunctus: nam sic extinctor est peccatorum, & agnus Dei tollens peccatum mundi, denique cãdor lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius.

Ioan. 1.
Sap. 7.

Possetq; Dominus dicere: Si esset superbia mea, quod arroganter me prædico Filium Dei; profectò nõ esset hæc superbia sioe multis alijs peccatis.

Deorum falsitatis euidens argumentum.

Quis ergo arguet me de peccato, ꝓptereà quod merear à vobis occidi sine crimine homicidij? Atque ita hoc verbo osteodit se non agnoscere vllam solidam rationẽ, quo minus veritati debeant credere. Hoc verbo prorsus damnantor omnes dij Gẽtium, vt Iupiter, Mars, Venus, Mercorius, Apollo, qui omnibus cootaminati sceleribus ab ipsismet suis cultoribus paganis prædicãtur, imo autores, & duces facinorum ipsorum celebrant. Erat autem Iesus impeccabilis, sicut, quatenus erat summa veritas, decipere noo poterat, nec vt summa sapiẽtia decipi.

Christus quod doceret veritatem, & quo...

Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Prædicabat Dominus omnem veritatem saluti expedientem, quæ lux est oculis, & panis palato, & apertè pronuntiabat illam, & cũ autoritate; quia vt legislator, & Deus verbi, vnde dicebat;

Matt. 5. & seq.
Ioan. 3.

Ego autem dico vobis. Possidebat etiam; quam docebat veritatem, diceos; *Quod scimus, loquimur, & quod vidimus, testamur.* Confirmabat verba signis, & ꝓdigijs magnis: ornabat sanctissima, & irreprehensa vita; quærebatque boonum auditorum, & non sua. Si ergo veritatem tantis circumstantijs oroatã respuitis: quare ergo non creditis mihi? oum ob aliud, nisi quia diaboli, qui pater mendacij est, desideria fouetis? Veraci enim noo credere, diaboli est, & eorum, qui ex ipso sont progeoiti.

Veritatem dicenti qui non credant.
Ioan. 8.

Si veritatem dico vobis. Hoc est, Si vos peccatores esse scitis, & me interficere voluistis; quare non creditis mihi dicenti vos peccati seruos esse; ac propterea oportere manere in sermone meo, vt liberi efficiamini? Ego apertè dicam vobis, cur mihi non credatis.

Iudæi Christo veritatem dicenti quare non crederent.

Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis: quia ex Deo non estis. Declarat vitium non acceptãdi veritatem, oon à se, sed ab ipsis procedere. Et proponit axioma certum, & omni acceptione dignum: *Qui ex Deo est, verba Dei audit*: & subinfert secundum regulam Dialecticam, à destructione consequentis, destructionem antecedentis: in hunc modum: Quicumq; verba Dei nuo audit, ille non est ex Deo; sed vos non auditis ea, quæ ego oomine Dei Patris loquor; Ergo vos ex Deo non estis.

Ex Deo esse quis dicatur.

Hæc est forma disputationis Domini: sed vt illud axioma melius intelligatur, explicandum est quis dicatur esse ex Deo. Nam quod ad substantiam attinet, omnia ex Deo sunt, sicut scriptũ est;

Ex ipso

Rom. 11.

Inepta hoius loci interpretatio reijcitur de electis & prædestinatis: Qui ex Deo est, verba Dei audit.

Luc. 8.

Heb. 6.

II. Ratio.

Act. 9.

III. ratio.

Tametsi in nobis situ sit esse ex Deo, vel non esse, non tamen vt prædestinemur & eligamur.

Osea 13.

Rom. 11.

1. Ioan. 4.

IV. & postrema ratio.

Esse ex diabolo quid sit.

Ex Deo esse quid.

Ioan. 1.

1. Ioan. 2.

Ex Deo natus tur nō peccet.

Haud obscura filium legitimum ab illegitimo & spurio distinguendi nota.

3. Reg. 3.

Vera matris iudicium à Salomone deprehensum.

Ioan. 18.

1. Ioan. 4.

Verba Dei quis audiat vere, & quomodo.

Psalm. 84.

Signum amicitiae, & dilectionis.

Boet. lib. 1. de musica.

Caussa delectationis Musicæ quæ nam sit Boetio, quæ hæc item verbi Dei.

Iacob. 1.

Infra 4.

Qui ex Deo est, quemadmodum verbū eius audiat.

Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, & non minus peccatores, quam iusti, nec minus damnati, quam beati ex Deo sunt. Alij vero interpretantur esse ex Deo electos, siue prædestinatos; quia tales libenter audiunt verbum DEI. Verum hæc expositio non ita videtur congruere: tum quia multi non prædestinati cum gaudio suscipiunt verbum, & ad tempus credunt; & tamen in tempore tentationis recedunt: imò quod maius est, Apostolus ait, impossibile esse, eos, qui semel illuminati sunt, & qui gustauerunt bonum Dei verbum, virtutesque seculi venturi, & participes facti sunt Spiritus Sancti, si prolabantur, rursus renouari ad pœnitentiam. Rursus sunt electi, & prædestinati, qui multo tempore reluctati sunt verbo Dei, & illi publicè, & priuatim aduersati, in hæresin, & ad interitum pertrahentes Christi cultores, ac doctrinæ Euangelicæ professores: quemadmodum Apostolus Paulus ante suam conuersionem fecit, & Beatus Augustin. qui multos annos Manichæorum hæresim professus est, & pro ea decertauit.

Præterea hic sermo innuere videtur, in nostra positum esse facultate esse ex Deo, vel non esse: at quis dicat, in nobis situm esse, vt prædestinemur, & eligamur? Nam vt maximè in nobis situm sit, vt reprobemur, & pereamus, quia scriptum est: *Perditio tua, Israel*; tamen non vt prædestinemur, quia idem Propheta subdit: *Tantummodo in me auxilium tuum.* Et, *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Et, *Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos.* Postremò Dominus hoc loco opponit esse ex Deo, illi, quod dixerat: *Vos ex patre diabolo estis*; vt igitur esse ex diabolo, est mendacium diligere, & falsum bonum, gloriam hominum, & emolumenta terrena quærere, Deo spreto, Deique lege contempta, ita esse ex Deo, est esse adoptatos, & regeneratos per Dei gratiam, & Spiritu Dei repletos, de quo dicitur: *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt*: Et, *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit*; nimirum quia gloriam Dei quærit, & eius offensionem non secus euitat, ac verus ille, & legitimus Filius: qui cùm, mortuo parente, cum altero fratre, sed spurio, de hæreditate decertaret in iudicio, & iudex tulisset sententiam, vt ille, qui sagittam iecisset cordi parentis, quem pro scopo proposuerat, viciniorem, pro legitimo haberetur filio: qui vero remotiorem, pro spurio, & notho. Spurius libenter cōditionem amplexatus, accepto arcu patauit se ad iaculandum. Verum legitimus horrens tam grande facinus: Malo, inquit, centies hæreditati cedere, quam vt iniurius in Patrem meum extitisse iudicari possim: atque ita huic tanquam vero hæredi agnito adiudicata est hæreditas à iudice. Non dissimili ratione ab ea, qua Salomon inter duas meretrices litigantes agnouit veram matrem filij illam nimirum, quæ præ teneritudine amoris recusauit filium diuidi. Qui ergo ex Deo est progenitus: fidem habet, & charitatem, qua quæ Dei sunt, diligit, etiam proximos, pro quibus mortuus est, & odium peccati gerit, in quo relinquendo, sicut nec in serpente, qui est in sinu, abijciendo, deliberandum non est. Est igitur filius eius, & theodidactos, & de quo non admodum diuerso modo sermonis alio loco Dominus dixit: *Omnis qui est ex veritate* (scilicet natus, vel illi ex corde affectus) *audit vocem meam.* Rursus idem Ioannes in Canonica sua epistola: *Ipsi de mundo sunt; ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit.* Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deum, audit nos, qui non est ex Deo, non audit nos. Ex quibus locis explicatum reliquimus, quid sit esse ex Deo.

Explicemus alteram partem: *Verba Dei audit* Non solum auribus externis, sed intimis cordis, secundum illud; Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Audit etiam cum gustu & gaudio noua de amante, & tali amatore: quemadmodum is qui audit noua patris sui, vel patriæ, in qua natus est. Signum enim dilectionis ad alterum est, eius laudes libēter audire. Nam vt docet Boetius libro de Musica, caussa delectationis iu percepta harmonia; & vocum consonantia, nihil est aliud, quàm similitudo proportionum, ex quib⁹ corpus, & sensus noster componitur, ad proportiones, ex quibus musica cōflatur: ita quod placeat Dei verbum animo nostro, ex eo oritur, quòd mens nostra insificata est, Deoque proinde similis reddita. Audit etiam cum fructu, vnde subdit: *Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum*: & frater Domini: *Si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo*, non tamen colenti maculas vultus: comparatur etiam scienti bonum facere, & non facienti, hoc est, edenti, nec digerenti, ex quo mors, vel satietas oritur. Qui vero ex Deo est, audit applicando sibi quæ legit, vel audit, & omnia sibi dici putat, & vt in conuiuio positus famem suam sedare contendit, nihil solicitus si alij edant, vel non

edant. Audit præterea per se ipsum, quemadmodum & per se ipsum edit cibum corporis: licet quidam delicati, & magnates audire velint verbum Dei auribus alienis, putantes rem popularem, aut vulgarem audire verbum Dei quotidie; qui tamen suis auribus quæ carnis, & mūdi sunt, libenter audiunt. Nam etsi quæ dicta sunt à prædicatore ab his, qui audierunt, laudabile sit, & fructuosum percipere, maximè si iustis, & legitimis de causis occupati fuerunt, quo minus ipsum prædicantem audirent, est tamen vitiosum & vituperandum eius, cuius est exemplo alijs prælucere, verbum Dei frequenter non audire, vel ex superbia, vel ex eo quod putet se satis doctum, & alterius non indigere doctrina. Sed isti ignorant, quod nullus est qui nouerit omnia, vel eorum quæ nouerit, recordetur, & moueatur, vt ad praxim deducat, quæ etiam nota sunt nobis: interdum sic dicuntur, vt alio nouo quodam modo intelligantur, & gustum præbeant, caueant ne sibi dici possit: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Iudæi enim hodie sine veritate, & sine Christo sunt: edunt siliquas porcorum, vescuntur Talmudicis, & Cabalisticis figmentis: intendunt fabulis, & genealogijs interminatis: denique verbum Euangelicum non audiunt, quia ex Deo non sunt. Instruimur hoc loco, cur perfecti verbi Dei prædicatores non placeant. Mundus enim vult decipi, & homines diligunt vanitatem, & quærunt mendacium, & docuerūt linguas suas loqui mendacium, & dicunt: *Loquimini nobis placentia, videte nobis errores.* Non enim recipit stultus verba prudentię, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde eius, & vt Apostolus ait: à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur: quia,

Auribus alienis, & non suis verbum Dei qui audiant. Raro etiam, & qui negligēter

Nullus omnia nouit.

In Iudæos veritatem Christū respuētes.

Luc. 15.

1. Tim. 1.

Cur perfecti verbi Dei prędicatores non placeant.

Psalm. 4.

Esa. 30.

Prou. 18.

2. Tim. 4.

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Terent. And. act. scen. 1.

Osores veritatis quales illi.

Et quemadmodum brachium fractum si vel tantillum tangatur, signum querelæ, & clamoris edit: ita omnis qui malè agit, odit lucem veritatis ostensæ, & multi cum Pilato dicunt: *Quid est veritas?* sed responsum Christi non expectant. Quare omnes mendacijs aliment, & cum patre mendacij fecimus pactum; adeo vt vera comperiantur nostro tempore verba Oseæ: *Non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.* Hinc fit, vt nec sit veritas in aulis, & in palatijs, in quibus homines principibus blandiuntur, & assentantur. Non in iudicijs, & tribunalibus, vbi aduocati falsitatem tuentur; iudices muneribus corrumpuntur, testes mutuantur sibi inuicem testimonia. Nec est veritas in matrimonijs, in quibus nullam vir vxori, aut vxor viro fidem seruat. Non est veritas in foro, aut in plateis: venalem veritatem opifices habent, ac mercatores, quam periurijs frequenter adiuuant, tum vendendo, tum emendo. Non est veritas in contractibus; vbi fictæ, & palliatæ emptiones nomine censuum fiunt, quæ nihil aliud sunt, quam vsurariæ pecuniarum mutuationes; in quibus & conditiones iniustę apponuntur, & tabelliones plus numerandi contra omnia iura seruiunt. Non est veritas in Sacerdotibus, & Ecclesiasticis, quia sæpe non intrant per ostium, sed per ianuam sanguinis, aut illam, quam Simon Magus aperuit, & quæ sæpe pecunia redemerunt, putant sibi licitum reuendere: ab honestate habitus sæpè recedunt: debitum diuini Officij interdum non pendunt: reditus Ecclesiasticos in profanos vsus conuertunt: vitam sæpè obscœnam, & infamem traducunt. Non est veritas in Religionibus, in quibus frequenter hypocrisis regnat, & rerum proprietas voto paupertatis contraria, & cætera mundi bona, quæ paulatim in ipsa Religionis penetralia irrepserunt. Et quoniam fastidiunt manna veritatis Religiosi; reuertuntur corde in Ægyptum, & ad vomitum, dum instar filiorum Israel, carnes, pisces, cucumeres, & pepones, porrosque, & cæpe, & allia concupiscunt. In carnibus designatur peccatum gulæ, in piscibus obscœna vita, & turpis, quæ cupit natare in aquis delectationum carnis; in peponibus signatur inanis gloria, quia grana hordei eis affixa crescunt in herbam, & non in fructum, vt experientia testatur: cucumeres frigidi sunt, & inuidiam denotant, de qua dicitur: *Putredo ossium, inuidia:* Allia, quæ inflant, iracūdiæ, & appetentiæ vindictæ sunt symbolum. Cæpæ, quæ in omni loco fructificant, & lachrymas excutiunt edenti, auaritiam significant, quæ æterni fletus est caussa: postremò porri, qui per annum integrum in terra delitescunt, & serò fructum proferunt, pigritiam, & negligentiam repræsentant. Quisque ergo studeat veritatem colere, veritatisque fieri filius, ne hæc in eo locum habeant.

Ioan. 3.

Infra 18.

Osea 4.

Vbi exulet veritas, & mendacia dominentur.

Ioan. 15.

Act. 8.

Num. 11.

Quid in carnibus pisci bus, peponib[us], cæpis, & porris Ægypti designetur.

Prouer. 14.

Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmonium habes? Quemadmodum profunde dormiens lucernam se à somno excitantis, & vocantis extinguit interdum:

Quales Iudæi & omnes verbum veritatis & Christus repellens.

ita ob-

ita obstinatus reprehensionem salutarem irritam reddit. Et vt luctans cum fortioti, necessum est eum in terram cadere, qui vbi ceciderit, dentibus, ac morsibus victorem petit; ita Iudæi Christum. Conuicta enim impietas, & rationibus destituta, ad iniurias, & conuitia se conuertit: quod sæpè hæretici facere solent, sed profectò nihil facilius, quàm calumniari. Et dicentes: *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es, &c.* ostendunt, se pluries Christo conuitiatos fuisse, & sua dicta ipsimet suo ore commendant: quemadmodum Hæretici, & quæ dicunt, & quæ scribunt, immodicis laudibus celebrant. Filij ergo diaboli, duplex conuitium ingerunt Christo: alterum, habere dæmonium: alterum, Samaritanum esse, id est, hominem detestabilem, & qui malo spiritu agatur. Cùm enim Samaritanos Iudæi pro Hæreticis haberent, & apostatis, & corruptoribus legis, quoties grauare aliquem infamia volebant, per contemptum Samaritanum vocabāt. Nam & ad tempus cum eis manserat per biduum: & quia Samaritanos prætulerat Iudæis, vt Lucas refert. Quasi dicerent: Non bene Iudaizas, & cum Samaritanis conuersis. Sed certè Christus Samaritanus origine non erat, vt ipsi bene nouerant, nec in doctrina cum eis communicabat, nec in moribus: & licèt conuersatus sit per biduum cum illis, ipse non est mutatus, sed illi. Alterum conuitium est, quòd dæmonium haberet, id est, ex Satana loqueretur, eo quòd absona, & supra captum eorum loqui videbatur, & mera sunt mendacia dæmoniorum quæ tu doces, & miracula tua, opere, & virtute Beelzebub fiunt. Nos scimus ex Lege, & Prophetis, quòd sumus populus Dei, filij Abrahæ, regnum Sacerdotale, gens à Deo electa, gens sancta; tu autem pro Samaritanorū more, prædicas, non ex patre Deo, vel ex Abraham patre nos esse.

Nihil facilius quàm calumniari.

Hæreticorum mores, & ingenium.

Ioan. 4. Cur Iudæi Christum vocauerint Samaritanum, sed falsò. Luc. 10.

Quare Christus dæmoniū haberet secūdum Iudæos.

Matth. 12.

Exod. 19. 1. Petr. 2.

Respondit Iesus: Ego dæmonium non habeo; sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meam, est qui quærat, & iudicet. Quoniam duo illa conuitia eodem ferè tendere videbantur; sub vno vtrumque refellit, dum se Patris honori studere affirmat. Et secundùm Augustinum, & Gregorium in Homilia, nomen Samaritani libenter iuxta eius significationem sibi competere cognouit, sicut se apud Lucam per Samaritanum designauit. Dissimulauit etiam illam iniuriam, quia nihil aliud erat quàm impotentis iræ maledictum omni ratione carens. Expressius tamen ad illam calumniam de doctrina, quam primo suscepit, depellendam respondet, suo exemplo nos docens, ne multum desudemus in tuenda ab euidenti calumnia vitæ nostræ innocentia, ne videamur auræ popularis magis cupidi, quàm doctrinæ defensores. Nam sancta, & pura vita, propugnaculum inexpugnabile, & optima ab impiorum conuitijs apologia existit. Et primo simplici negatione diluit crimina illa horrenda, graui, innocentique viro inconuenientissima. Olim enim viris honestis, & grauibus etiam iniuratis credebatur, iam vix multis iuramentis innocentiæ nostræ fidem astruimus. Et vide quàm patienter, & mansuete respondet: *Ego*, inquit, *dæmonium non habeo.* Nam qui poterat verè dicere: Vos legiones dæmonum habetis, & contra conscientias vestras mendacium pronuntiatis; noluit tamen, ne videretur reddere malum pro malo, iuxta illud: *Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui, & humiliatus sum; & silui à bonis.* Verè in illo impletum: *Quum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur;* sed sicut pater accedens ad filium phreneticum, etiam ab illo in faciem percussus, eum delirum, & phrenesi laborantem non repercutit. Datque nobis exemplum, vt cum aduersarij nobis falsa mala impingunt, vera eorum mala taceamus. Hoc igitur tam mansueto responso ostendit se dæmonium non habere: non enim dæmonum est, ad conuitia patientes, & mansuetos se præstare. Quidam autem acceptis iniurijs sic fiunt, & ad tegerenda conuitia inflammantur, vt si prius dæmonium non haberent, iam incipiant habere. Verè ergo dictum est: *Responsio mollis frangit iram; sermo durus suscitat furorem,* & iterum: *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundat.*

Apologiæ genus optimū.

Mira Christi benignitas.

Psal 38.

1. Petr. 2.

Exemplū mãsuetudinis, quale nobis Christus præbeat.

Prouerb. 15.

Eccl. 6.

Ait ergo: *Ego dæmonium non habeo.* Id est, Ego autore Satana mendacium non doceo, nec eius præsidio perficio opera mea. Solus enim Christus suo iure hoc priuilegium sortitus est, sicut ipse dixit: *Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial?*

Proprium Christi quid?

Ioan. 14.

2. Cor. 6.

Sed honorifico Patrem meum. Id est, Prædico solam gratiam Patris, vt ipse vnus magnificetur, & ametur. Et de præsenti honorifico, vestram contumeliam ad Dei gloriam æquo animo ferendo. Et honorare Deum, non est opus dæmonis, qui Dei glo-

Christus vt honorificauerit Patrem.

Esa. 4.

riam furatus est olim, & semper, quantum in se est, furatur. ¶ *Et vos inhonorastis me*, tum non præstantes mihi legato Patris fidem, tum obijciendo me habere dæmonium, & apponendo iuxta arcam Domini idolum Dagon, tum denique vocando me Samaritanum. Neque dixit, inhonorastis Patrem, sed me, tacitè innuens gloriam Patris, & suam vnam esse, & eandem. Et vult Deus officium prædicationis haberi in honore, & ostēdit se bene sentire iniurias nostras, etiamsi non statim illas puniat. Et subdit: *Ego autem non quæro gloriam meam; est qui quærat, & iudicet.* Ne putarent eum ex ambitione dixisse: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* vel eum iniurijs illis exacerbatum expetere vindictam: Ego, inquit, quatenus homo, non quæro gloriam meam, vt vos putatis, sed est Deus qui quærit, & iudicat. Nam vt Deus sanctos suos gloriam Dei, & non propriam quærentes, in honore vult haberi, & illos gloria, & honore coronat, vel ob id solùm, quòd gloriam propriam contemnunt, & calcant; ita Christum ingenti honore est affecturus, & eos qui inhonorant, iudicaturus. Occultè enim Pater iudicat, donec veniat vniuersale meum iudicium. Obcæcatio autem ad occultum iudicium Dei spectat. Quo verbo comminatur illis, ne sibi putent impunem fore istam calumniam, cuius Deus erit ipse vindex, qui etiā in me suo legato à vobis iniuria afficitur. Ego non vlciscar in præsenti, vindicabit ipse suam gloriam: sicut in Deuter. comminatus est. Et ita vera est illa sententia Domini: *Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum.* Quo exemplo fideles excitati, sic illatam iniuriam ferre debent, vt interim reprobos diuini iudicij admoneant, & suam testentur innocentiam. Sicut dixit Dauid: *Iudicet Dominus inter me, & te, vt vlciscatur me Dominus ex te.*

Amen amen dico vobis: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Postquam iniurijs obiectis satisfecit, redit Dominus ad verbi sui quod prædicabat, commendationem, & quod illi impudenter dæmoni tribuebant: vrget ad fidem tanto præmio proposito: & docet ne ob iniurias, à docendi beneficio refrigescamus. Et religiosa testatione, ne vllus dubitationi locus relinquatur, asserit: Vos quidem meam doctrinam calumniamini tanquam à dæmone profectam. Ego autē vobis affirmo, quòd si quis sermonibus meis Euangelicis obtemperauerit, fide illos excipiendo, affectu amando, & manibus operando, mortem non videbit æternam, id est, mortem illam æternam non experietur, quam vos nō videtis, & ego video. Etsi enim ad tempus moriatur, tamen illa mors dominium non habet, sed somnus quidam est electis meis: resurgent enim deuicta morte, & euigilabunt. Et ita ostendit se Deum, qui potest donare vitam æternam seruantibus eius præcepta: & hoc non eget probatione. Quicunque enim sermonem Christi pro virili seruat, à peccato, cui soli debetur mors secunda, seruatur: in quo satis Pater quærit gloriam filij sui, qui tanto præmio remunerat sibi obedientes.

Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & Prophetæ, & tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & Prophetæ mortui sunt? Quem te ipsum facis? Persistunt in suo stupore Iudæi, neque trahi ad Christum, neque duci possunt: & neminem potest corrigere, quem Deus despexerit. Verba Christi sinistrè interpretantur, dum spiritualem eius doctrinam ad corpus transferunt. Locutus fuerat Christus de morte secunda gehennæ, quæ est corporis, & animæ simul: quam pij & iusti non videbunt, quia per Christum renati etiam moriendo viuunt, & temporalis hæc mors illis transitus est in regnum cœleste. Isti verò carnales nullam agnoscunt à morte liberationem, nisi quæ palā in corpore appareat: & idcircò ex Christi verbis calumniā struunt, ac si de morte corporis duntaxat esset locutus. Et dicendo: *Nunc cognouimus*, ostendunt se id prius nonnisi meodaciter, & calumniosè Christo obiectasse. Est autem in mundo cōmunis hic morbus, vt plerique Christi gratiā, & beneficia sensu carnis tantùm æstimeut. Et ad inuidiam Christo coram plebe conflandā, Abrahæ & Prophetarū mentionem faciunt homines malitiosi: quasi dicta Christi, Abrahæ & Prophetis repugnarent, & ita splendore Abrahæ, & Sanctorū, gloriæ Christi tenebras offunderent. Sed profectò vt Solis fulgor stellas etiam lucentes omnes obscurat; ita Christi gloria omnes Prophetas, & Sanctos offuscat. Iniquè ergo opponūt seruos Domino, & Abrahæ, & Prophetis iniurij sunt, dum illorum nomine abutuntur contra Christum. Quemadmodum hodie hæretici Sanctis alia ratione sunt iniurij, dum omnia tribuunt Christo, & meritis, satisfactionibus, inuocatione, & honore Sanctorum offenduntur, dum Christo detractū existimant, quicquid illis tribuitur sub Christo, & in Christo: quemadmodum Iudæi putabant Abrahæ, & Prophetis detractum, quicquid Christus sibi tribuebat. Profectò diaboli munus

Marginalia: Iudæi verò quo pacto inhonorauerint Iesum. — 1. Reg. 15. — Cur se potius quàm Patrem Christus dicat Iudæos inhonorasse. — Christus cur se nō gloriam suam dicat quærere, sed gloriā Patris. — Deus sanctos cur habeat honoratos. — Deus Pater modo vt iudicet. — Deut 18. — 1 Reg 2. Fideles ferre iniuriam quatenus debeant exemplo Christi. — Infra 24. — Sermonem Christi seruantis, præmium. — Mors electorum somnus quidam est. — Qui sermonē Christi pro virili seruat, à qua morte seruetur. — Apocal 2. — Iudæorum stupor, & obstinatio. — Eccles 7. — Quæ sit mors secunda. — Iudæi mortem corporis solā agnoscunt: cæci. — Communis hominū morbus quidam. — Iudæi quàm peruersi. — Iudæorum Christi hostiū quàm similes hæretici.

Diaboli munus quod.

munus est inter caput & membra coniunctissima zizania serere, inter Christum & sanctos bellum indicere. Est ergo argumentum Iudæorum, mortuos fuisse non solum qui Abrahę & Prophetis crediderant, sed etiam ipsum Abraham & Prophetas. Quasi in hunc modum arguerent: Sermo tuus

Iudæorum inepta argumentatio.

non est maioris virtutis quam sermo Dei: sed ille seruatus ab Abraham & Prophetis, non seruauit eos à morte; ergo minus seruabit tuus. Et male inferunt, quia Dominus non de morte carnis, sed spiritus loquebatur, & quod ad illam attinet, Abraham & Prophetæ viuebāt: quia non est Deus mortuorum, sed viuentium.

Matt. 22. Exod 3.

Et obiectant: *Quem te ipsum facis?* Id est, quem te mendose, & ventose iactas, quasi sibi filij Dei dignitatem vsurparet, cum teste Apostolo, non rapinam arbitratus sit esse se ęqualē Deo. Et adhęc verba antequā de iniqua illa comparatione respondeat, subiungit: *Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus vester est: & non cognouistis eum, ego autem noui eum. Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo.* Similis est, ait Chrys. hæc sententia: *Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est,* alieri quam dixit cap. 5. *Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum.* Vel Dominus loquitur non ex sua, sed ex Iudæorum sententia. Vel rectius: Si ego ex me ipso, & quatenus homo sum, qualis solum à vobis esse putor, me iacto, & gloriam meam quæro, gloria mea nullius est ponderis. In primis ergo præfatur Dominus, se non quærere propriam gloriam: quia solus Deus est cognitor, & approbator sui ipsius, non autem vllus homo. Nō enim qui seipsum cōmendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. Christus ergo se humanitus non glorificauit, quia omnis gloria, quam sibi potest tribuere creatura, vana est: tum quia obiectum non habet, vnde possit, vel debeat gloriari, nihil enim habet quod non acceperit; tum quia gloriatio ipsa vitiosa est, & peccatum ratione iniustitiæ, qua sibi attribuit, quod est alterius. Quod si nihil erat gloria Christi, si se ipsum glorificasset, quē quæso dabis, qui se ipsum glorificando, veram & solidam gloriam acquirere possit? Ergo vera gloria est, quæ à Deo confertur, de qua Apostolus: *Sed quem Deus commendat,* Et, *Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei;* Et, *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* De qua etiam Dominus hic subiungit: *Est Pater meus qui glorificat me,* testificando me talem, qualem

Christus verè Deus erat. Philip. 2.

Quid est: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est.

Chrys. ho. 54. in Ioan. tom. 3.

II. sensus.

III. Congruentior.

Christus cur gloriam propriam non quærebat. 2 Cor 10. Creaturam se ipsam laudare, cur vanum.

1. Cor. 4.

Vera gloria quæ sit.

2. Cor. 10.

Rom. 8. 2. Cor. 1.

me assero. Testificatur enim Scripturis, signis, vocibus de cœlo in baptismo, & transfiguratione, & alijs argumentis: ideò nihil mihi arrogo, si me Prophetis, & Patriarchis antepono, & immortalitatem polliceor. Ait autem de Patre, quod eum non cognouerint notitia infusa, vt Patrem Christi, & notitia, qua eius mandata implerent. Nam qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est: at mandata eius erant, vt Patrem suum agnoscerent, & gloriam non à se inuicem, sed illam, quæ à solo Deo est, quærerent. Ipse autem Christus tum vt Deus, tum vt homo illum agnoscebat. Et si diceret quod non nosset eū, esset similis illis mēdax, quia negaret gratiam Dei, docens nec pro humilitate esse mentiendum: *Sed scio,* inquit, *eum:* Vt filius Patrem: & vt Legatus principem mittentem. Et huius rei reddit caussam: *Et sermonem eius seruo.* Id est, vt Theophylactus exponit, Quia sermonem eius seruo. Vera enim Dei notitia ab operum obedientia proficiscitur: quemadmodum in Catholica sua epistola Ioannes asseruit loco paullò antè producto: *Qui dicit se nosse Deum, & mādata eius non custodit: mendax est, & in hoc veritas non est.* Quamdiu ergo legem Dei non seruas, salutarem Dei cognitionem non habes,

Matt. 3. Infra 17. Glorificauerit Christum quomodo Pater.

1. Ioan. 2.

Qua ratione Patrem Christi Iudæi non cognouerint. Ioan. 5.

Pro humilitate non est mentiendum. Theophyl. in Ioan. Vera Dei notitia vnde proficiscatur.

Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, & vidit, & gauisus est. Post iam iacta fundamenta Dominus respondet ad ea, quæ de Abraham obiecerant, & concedit illis verbo tenus quod prius abstulerat, Abraham scilicet esse eorum patrem, ostendens illis eū fide in se fuisse seruatum. Quasi diceret; videtur vobis Abraham mortuus: videor vobis impia loqui, qui dissero seruantes sermones meos æternum victuros, & nunquam morituros: ego ingenuè profiteor, Abrahamum adhuc viuere, & non alium tota vita finem habuisse propositū, quam vt videret diem meum. Ponderat Augustinus nō esse dictum; Exultauit quia vidit; sed: *Exultauit vt videret diē meum*; quoniā credens exultauit sperando, vt videret intelligendo, & vidit. Sed nō explicat quid per diem Christi intelligatur: an videlicet diem illum temporalem aduentus eius in mundum, an diem æternitatis, in quo cum electis regnabit in secula. Et vtrunque asserit illum vidisse in carne positum secundum reuelationem Dei. Certè mysterium incarnationis, & passionis pro salute mundi non solum cognouit, sed etiam adumbrauit, tum in illa adiuratione serui, quā manum sub fęmore suo ponere mandauit, tum in eo quod filium obtulit ad immolandum,

Abraham fide seruatus.

Aug. tract. 43 in Ioan. to. 9. Cur Abraham exultauerit, vt videret diem Christi.

Quis sit ille dies Christi, quam vt videret Abraham exultauit. I. sensus.

Gen. 24. supr 22. II. sensus.

Chryſ. ho. 59. in Ioan. Theophylact. Ibidem. Tertius.

lādum,& arietem pro eius obtulit redemptione. Certè Chryſoſtomus & Theophylactus per diem non alium quàm paſſionis intelligunt. Alij interpretantur tempus regni eius,& geſta,ex quo carne indutus mūdo apparuit, vt Redēptoris munus impleret.Sic enim nos dicimus vidiſſe, quæ noſtris temporibus acciderunt, etiamſi nunquam rerum illarum geſtarum fuerimus ſpectatores.Quaſi diceret; Vos præſentem aſpernamini, quem ille abſentem videre deſiderauit. Hunc autem locum explicant verba Domini ad Apoſtolos dicta: *Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quòd multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis,& non audierunt.* Et ita habes quæ ſit dies Domini, nempè via eius, & functio muneris in hoc mundo. Vnde Græca litera illud confirmare videtur, cum dicit, τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, id eſt, hancipſam diem. Nam antea filius Dei nō tempore, aut diebus,ſed æternitate menſurabatur. *Vidit ergo diem meum* : Id eſt,diem effectum à Sole iuſtitiæ irradiante,de quo Dominus:Me oportet operari opera eius,qui miſit me,donec dies eſt: Vidit autem non tantum oculo fidei,dum in viuis ageret,vt Chryſoſtomus,& Auguſtinus interpretantur,ſed etiam ex limbo patrum,vel Deo ſibi reuelante,vel alijs renuntiantibus ſibi, præſertim præcurſore Ioan. Baptiſt. intellexit impletum Domini aduentum,ac diem : ex qua viſione gaudium magnum concepit, non ignorans ſe, & vniuerſum genus humanū per illum ſeruandum,& in cęlum eſſe ſubuehendum. Hæc enim magna lætitię,& gaudij ſunt argumenta.

Luc.10.

Ioan. 9.

Abraham quo modo viderit diem Chriſti, Chryſoſt. loco præſcripto. Auguſtin. Ibidem.

Quod autem dicitur apud Matthæum, Prophetas & iuſtos non vidiſſe: non repugnat cum hoc quod dicit Abraham vidiſſe. Nam fides ſuos gradus habet:& ſi conferatur fides,& viſio Apoſtolorum, cum fide,& viſione patrum,conſtat illam eſſe excellentiorē,vt præ illa alij dicātur non vidiſſe, qui tamen per fidem viderunt,ſed longè & procul repromiſſiones accipientes,& ſalutantes. Tamen ab ea fide, qua myſteria Meſſiæ viderunt,videntes dicebantur Prophetæ:quod videlicet ea,quę cæteris erant clauſa,per Spiritum ſanctum viderent.

Matth. 13. Illud Chriſti verbum:Multi Prophetæ & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis,& non viderunt, quomodo verum ſit. Heb.11.

Videntes cur dicerentur Prophetæ.

Dixerunt ergo Iudæi ad eum : Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti ? Ea ſolùm captant ex verbis Chriſti, quæ qualicunque ſpecie ad calumniam ſtruendam ſeruire videbantur. Et nituntur refellere verbum Chriſti ab impoſſibili,quod ſe Abrahæ ante multa ſecula nato æqualē facit, cùm nōdum eſſet quinquagenarius. Fraudulenter dicunt.*Et Abraham vidiſti*? Chriſtus enim dixerat, Abraham ſe vidiſſe. Simili ratione calumniati ſunt verbum illud : *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*, dicentes, *Poſſum deſtruere templum Dei,& poſt triduum reædificare illud.* Mirantur quidam , quod quinquageſimum annum,à quo longè Chriſtus aberat, illum dixerint non attigiſſe. Chryſoſto.legit quadraginta: neſcitur an codicum, aut Scribarum errore.Illud conſtat,quoſdam veteres ex huius verbi occaſione aſſeruiſſe, Chriſtum exceſſiſſe quadrageſimum annum, vt videretur ad hanc ætatem annorum quinquaginta accedere. Sed hæc prorſus falſa ſunt,& ab hiſtoria Eccleſiaſtica aliena, vt in Prolegomenis eſt oſtēſum. Euſebius teſtatur,quod Papias Ioannis diſcipulus,ex Apoſtoli verbis non ſatis intellectis tradiderit quędam, vnde errandi anſa alijs data eſt, inter quos enumerat Irenęum. Verùm certius dici poteſt,illos tam amplum ſumpſiſſe annorum ſpatium,vt minus errarent,& certius Chriſtum confutarent. Quaſi dicerent, etiamſi quinquaginta eſſet annorum,adhuc longè ab Abrahæ ætate abeſſet:nunc verò & illo te non attigiſſe certiſſimum eſt. Theophylactus ex quorundam ſententia ait, illum numerū propoſuiſſe, quaſi vellent ad morem ſui ſeculi loqui : tanquam dicerent: Nondum complēſti vnum iubilæum,& dicis te ab Abraham eſſe viſum. Euthymius aliam reddit rationem, illos eum vocaſſe quinquagenarium propter multam peritiā & experientiam. Monet tamen, quædam exemplaria habere, *Quadraginta*: quam lectionem veriorem puto,quanquam illi lectioni repugnet Nonnus Paraphraſtes, & Theophylactus,vt diximus. Poſtremo alij putant dixiſſe quinquaginta, quod propter labores pro nobis ſuſceptos , propter ieiunia,& vigilias in prædicatione pro nobis conſumptas, vultu etiam ſqualido, & extenuato maiorem præ ſe ferre videretur quam haberet ætatem. Nam vultus ipſius magna maturitas, & grauitas de annorum ætate iudicantes ſæpè fallit.

Ioan. 2. Matt. 26. Cur Iudæi Chriſto obiecerint:Quinquaginta annos nondum habes,& Abraham vidiſti. I. Solutio. Chryſ.ho. 54. in Ioan. Iren.li. 2.c.40 Lib: 1 prolog. Euſeb. lib.3. Eccl.hiſt.c.39

II.ſolut.

Theophyl.

Tertia. Euthy. c.9.in Ioan propè fi.

Nonnus Paraphr. Theophyl. Quarta.

Iudęi quæ tantum captarent ex verbis Chriſti.

Dixit eis Ieſus : Amen amen dico vobis,antequam Abraham fieret,ego ſum. Fortiter,immò cùm auxeſi defendit verbum ſuum: vbi ſe maius quiddam , & altius humana ſpecie habere admonet,quod ſenſibus carnis abſconditum ſolis fidei oculis cernitur. Atq; hæc verba non tantum de diuinitate Chriſti,quę omnia ſecula tranſcendit,ſed etiam de Chriſto Deo, & homine ſunt intelligēda.Nam vt ait Apoſtolus: *Ieſus Chriſtus heri, & hodie:ipſe & in ſecula* : quod omnibus ſeculis cognitus fuerit mediator, quo placādus

Illud Antequā Abraham fieret,ego ſum: dupliciter intelligitur.

Heb.13. Omnia ſecula Chriſtum

agnoſcere me dimiorem.

dus eſſet Deus,& omnibus ætatibus viguit gratia mediatoris, etiam in Adam ante caſum vt quidam meo iudicio non improbabiliter exiſtimāt. Neq; ait, priuſquam eſſet Abraham, ſed priuſquā fieret: principium illi tribuens. De ſe vero non ait: Ego factus ſum, ſed, *Ego ſum*: ſicut ſuperius dixerat: *Si non credideritis quia ego ſum*: quod perinde eſt ac ſi dicere: *In principio erat Verbum.*

Ioan 8.
Supra 1.

Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum, Ieſus autem abſcondit ſe,& exiuit de templo. Addunt Theophylact.& Euthymius, & ante eos Nonnus Paraphraſtes, & Athanaſius in Apologia de fuga ſua, *Tranſiens per medium illorum: & prateryt ſic.* Quæ verba deſunt in codice Latino, ſed videntur addita textui Græco ex Luca,& nec Auguſtinus, nec Chryſoſt. ea legunt, neque ſatis cohærent, quia præcedit, *Abſcondit ſe.* Sed ab aliquo, qui ea in margine appoſuerat, explicandi gratia in textum introducta ſunt: licet ea habeat Euangelium Syriacum. Duri igitur corde Iudæi,& petra duriores ad ſibi ſimiles lapides accurrunt: & poſt multos verborum lapides iactos, vt illis peterent lapidem viuum, & pretioſum atque angularem, qui, vt Danielis prophetia tradit, lapis eſt qui contriuit ſtatuam Nabochodonoſor, lapides corporeos iaculari in eum conantur. Et quia Chriſtus fortis erat, omnes lapides in iacentes retorquendi fuerant. Putauerunt enim illum inſanum, qui diceret ſe ante Abraham; aut blaſphemum æternitatem,& diuinitatem,& illud Dei nomen, *Ego ſum*, ſibi attribuentem, qui iubetur lapidari in lege, aut tanquam dæmoniacum non humana ſapientem, ſed futura prædicentem i oam habentes immundum diuinationis ſpiritum, lapidationis pœna plecti iubentur. Hęc autem tentata lapidatio, figurata fuit in illa intentata lapidatione Moyſi:& altera Dauidis, de qua 1. Regum liber meminit. Et agnoſce noſtram inſignem ſtultitiam. Cum enim nobis Dominus Ieſus vult ſe oſtendere, & detegere, lapidibus eum volumus petere:& Iudæi in hoc verbo ſcandalizantur. Sic in Eſaia excæcat eos, ter dicens, *Sanctus, ſanctus, &c.* & Dominum viſibilem dicens. Lapidatio, ignis, ſuſpenſio,& fuſtigatio, legis erant pœnæ, crux autem, Romanorum ſupplicium erat. Ne quis ergo Dominum legi obnoxium eſſe dicat, noluit pœna legis mori, nec illa die, qua Iudæis licebat lege agere, ne ex hoc iniuſta appareret eorum ſententia. Noluit præterea lapidari, quia lapides debebant in paſſione teſtari, & prædicare eius diuinitatem. Nec Dominus Iudæos timuit ſicut nec elephantus formicam, quia

Græcorum additio minus congrua reijcitur in hæc verba: Ieſus autem abſcondit ſe, &c.
Theophyl.
Euthym.
Nonnus paraphra.
Athanaſ.
Iudæorum pluſquam ſaxea duritiea.
Epheſ. 2.
Dan. 2.
Qualis lapis Chriſtus.
Iudæorum de Chriſto inſana,& blaſphema cogitatio.
Leu. 24.
Supr. 20.
Exod 17.
1. Reg 30.
Hominum inſignis ſtultitia.
Eſa. 6.
Leu. 24.
Ioſu. 7.
Infra 25.
Pœnæ quæ eſſent in lege decretæ contra maleficos.
Romanorum proprium ſupplicium.
Matt. 26.
Lapidari a Iudæis cur Chriſtus noluerit.

ſeruabat ſe acerbiori, & atrociori morti. Neſas etiam erat,& illicitum, in loco ſacro quempiam etiam conuictum, & damnatum lapidare, vel occidere, nedum illum, qui nondum ſententia iudicis damnatus erat. Docuit hoc exemplo ſuo Ioiada Pontifex, qui extra templi ſeptum voluit Athaliam trahi, antequam morti traderetur. Deſtructumque eſt templum Iudæorum, vt non remanſerit lapis ſuper lapidem in eo: quia templum verum Ieſum duritia ſua lapidare voluerunt. Atque iſti ſunt fructus, & grati animi ſignificatio impiorum erga verbi,& veritatis prædicatores. In primis enim eos auerſantur,& odio habent: deinde blaſphemijs, & calumnijs eos obruunt: tandem verbum, & perſonas adoriuntur ad interitum.

Exod. 21.
4 Reg. 11.
Matt. 24. & Luc. 19.
Impiorum in Prædicatores diuini verbi mala mens.

Ieſus autem abſcondit ſe,& exiuit de templo. Cedit Dominus creaturæ ſuæ ex charitate, qui vno nutu poterat eam cum toto templo euertere. Non autem delituit in aliquo angulo templi, vel ſubduxit ſe, & poſt alios ne cerneretur, collocauit: ſed diuinitatis virtute inuiſibilis factus eſt illis. Sed non fuit Apoſtolis,& bonis inuiſibilis, vel ipſi cæco nato, quem in egreſſu templi, vt ſe poſſet cernere, illuminauit,& illuminatum tanquam lapidem in eos proiecit, vt ad ſalutem eos lapidaret, qui ad interitum eum lapidare volebant. Dicitur autem exiſſe de templo, id eſt, atrio templi, in quo hæc habita ſunt. Tantaque manſuetudine,& patientia verè ſe Deum eſſe oſtendit, & eum, qui antequam Abraham fieret, iam erat. I.
Deinde oſtendit quam vera ſit illa ſententia Salomonis: *Doctrina viri per patientiam noſcitur*:& frater Domini dixit: *Quis ſapiens, & diſciplinatus inter vos?* Oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ. II.
Rurſus docuit Dominus quam vera ſit altera ſententia eiuſdem Salomonis: *Honor eſt homini, qui ſeparat ſe à contentionibus.* Sunt enim qui dedecori ducunt, non ſemper reſponſare, & replicare, vt ita ignem iracundiæ,& contentionis accendant:& vt dici ſolet: *Nimium altercando amittitur veritas.* Nam vt Auguſtinus recte ait: *Veritas ſuperbos. & mendaces mentes fugit, humiles ſequitur*, Et, *Cum ſimplicibus ſermocinatio eius.* III.
Doceris rurſus, ne, quando aliquis te arguit, peccatum tuum defendas, nec conuictis reprehendenti: alias expelles à te Chriſtum,& veritatem amittes, vt hic Iudęi peccatum defendētes, Chriſtum à ſe repulēre. IV.
Rurſus edoceris, vt cum gratia Euangelij perſecutionem pateris, ex vna ciuitate fugias in aliam, vt alibi idem Dominus admonuit. V.
Poſtremo cauēdum VI.

Qua ratione Chriſtus in templo abſconderit ſe, ne lapidaretur.
Ioan. 9.
Egregia Chriſti documenta ſex.
Prou. 19.
Iac. 3.
Prou. 20.
Nimium altercando amittitur veritas.
Auguſt.
Veritatis proprium quid.
Prou. 3.
Matt. 10.

oobis est, oe, dom Christus per se ipsum, vel per Ecclesiam, vel per Angelos, & prædicarores nos alloquitut, ne, inquam, lapides tollamus, id est, dura cotda nobis assumamus, quæ nec beneficijs molliantur, vel flagellis frangantur, nec lumini Dei cedāt. Quibus dicitut, *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Nam Christus abscoodit se ab indutatis, vt videntes non videant, & andientes noo intelligant. Fitq; Christus inuisibilis, illorum medium pertransiens: quia virt⁹ ignota est impijs. Exit autem de templo, quando templo Dei sanctum, qood sumus nos, fit spelunea, & templum latronum, id est, dęmonū insidiantium. Et boni atmati patientia, non sentiunt lapides impiorum, sed iuxta Prophetam, sagittæ parnulorum, fiunt plagæ eorum. Contendamus igitut tantis Domini exemplis eruditi, vt saltem iræ resistamus: quod fiet, si iniurijs lacessiti, conoitia non tegeramus: si insupet beneficium doctrinæ addamus: postremo si istis nihil proficimus, inimicis cedamus, imitantes Dominum nostrum Iesum Christum, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit sempiterna laus, gloria & felicitas pet cuocta secula, Amen.

Psal. 94. & Heb. 4.
A quibus se Christus abscondat.
Esa. 6. & Matth. 13.
Virtus ignota est impijs.
2. Cor. 3.
De templo exeat Christus quando.
Psal. 63.
Iræ resistamus quando Christi, & sanctorum exemplo.

TRACTATVS LXIII.

De disceptatione Domini cū Iudæis in festo Encœniorum: & habetur Ioan. 10. *Facta sunt autem Encœnia in Ierosolymis: & hyems erat. Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousq; animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Respondit eis Iesus: Loquor vobis & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me.* Et reliq.

Tempus Euangelistæ.

ALIAM hoc loco tradit Ioannes disputationem cum Iudæis, quam non secus atque præcedētem lapidibus terminare voluetuot. Dominus enim aperte suā diuinitatem exetuit: quam detectionem, vt vocem blasphemam, insectari voluerunt. Sed Dominus teprimendo eorum conatus, & manus à temeratio lapidationis flagitio planum suæ diuinitatis exhibuit argumentum. Huius autem disputationis tempus ac diem, & locum, atque persooas, ad rei euidentiam describit Euangelista, dicendo: *Facta sunt Encœnia in Ierosolymis: & hyems erat.* Encœnia, Græcum vocabulum est, compositum à nomine καινὸν, quod nouum sigoificat: vnde festum Encœniorum dicitur Festum innouationis, vel dedicationis templi. Quoniam vero triplicem templi dedicationem legimus: alteram qoidem factam sub Salomone, de qua 3. libr. Reg. fit mentio, quæ celebrata fuit in mense Ethanim, id est, mense septimo, quando nondum Hyems agitur, sed vix Autumni sumit initium: nam concurrit ex parte cum nostro Semptembri: ideo de illa intelligi nequit. Alia fuit dedicatio facta post templi reædificationem ab ijs, qui de captiuitate Babylonis redierunt, atque his tempus nō omnino repugnat, cum facta sit in mense Adar, qui est mensis vltimus, apud nos respondens ex parte Februario, ex parte Martio: quasi abscedente Hyeme, & adueniente Veris tempore, nō longè à Pascha, vt patet ex libro Esdræ 1. ac 3. vbi coniunctim quasi desctibuntut celebritas dedicationis templi, & celebritas Paschæ. Tertia dedicatio fuit illa, quę facta est à Iuda Machabæo, de qua 1. libro Machabęorum: vnde post debellatos à Iuda Gorgiam, & Lysiam, reædificatio templi describitur. *Et facta est*, inquit, *lætitia in populo magna valde, & auersum est opprobrium Gentium. Et statuit Iudas, & fratres eius, & vniuersa Ecclesia Israel, vt agatur dies dedicationis altaris in temporib. suis ab anno in annum per dies octo à quinta, & vicesima die mensis Casleu lætitia, & gaudio.* Hæc ibi. Similia quoque narrantur in posteriori Machabæorum libro. Est aotem mensis Caslen, nonus mensis, qui apud nos ex parte cū Nouembri, & ex parte cum Decembri concurrit. Cum igitur sermo hic sit de festo Encœniorum celebrato in hyeme, & magis vigeat hyems in fine Nouembris, & principio Decembris, quam in fine Februarij, & principio Martij: probabilius lōge est hic esse sermonem de anniuersaria dedicatione facta sub Machabęis: quod his rationibus euincitur. Primo, quod in hac potius vigeat frigus, & hyems, quam in prioribus. Deinde quod nusquam legatur anniuersarius dies constitutus illi dedicationi factę sub captiuitate Babylonica: quod tamen de illa sub Iuda Machabæo legitur factum. Tertio, quia potuisset Euangelista à propinquitate Paschalis solennitatis tempus describere, quomodo alibi fecit, dicens, *Erat autem proximum Pascha dies festus Iudæorum.* Quartò, quia si dedicatio illa fuisset in fine mensis Februarij, vel io principio Martij, tanta historia, quanta superest ab hoc loco vsque ad

Encœnia quid.
Triplex templi dedicatio in Scripturis facta memoratur.
3. Reg. 8.
Secunda.
Adar Hebræis vltimus mensis.
1. Esdr. 6. Esdr. 7. & seq.
Tertia templi dedicatio.
1. Mach. 4.
2. Mach. 2.
Casleu erat nonus mensis apud Iudæos.
De templi dedicatione sub Machabæis facta hic esse sermonem ostenditur multiplici ratione.
II. Ratio.
III. Ratio.
Ioan. 6.
IV. Ratio.

passio-

Theophylact. in Ioan.

passionem, siue mortem Christi, non potuisset tam paucis diebus absorberi. Vndè rectè ait Theophylactus, quòd instabat mors Christi futura post quatuor menses: totidem enim à Decembri vsque ad Martium intercurrunt. Atque hanc interpretationem, exclusis alijs, magis probat Alcuinus, dicens: *Hac dedicatio in memoriam illius erat dedicationis, quam Iudas Machabaus fecit. Prima enim dedicatio, à Salamone facta est tempore Autumni: Secunda, à Zorobabelo, & Iesu Sacerdote tempore Veris: hac autem, tempore Ianuarij.* Hæc ille. Atque ita ex hoc loco tacitè canonizatur liber Machabæorum, liber auctoritatis Canonicæ, & grauissimæ, quicquid garriant Hæretici, qui omnes libros sua dogmata destruentes reijcere, ac reprobare conantur. Ideò qui hunc textum de dedicatione facta post reditum è Babylone in templum, vt Euthymius, & Caietanus interpretantur, minus probabiliter meo iudicio loqui videntur. De huius solennitatis institutione scripserunt Iudæi agentes Ierosolymis, ad Iudæos habitantes in Ægypto, in hunc modum: *Facturi igitur quinta & vicesima die mensis Casleu, purificationem templi, necessarium duximus significari vobis: vt vos quoque agatis diem scenopegia, & templo, & altari, abtulit sacrificia.* Vbi notandum, Græcè legi, ὡς σκηνοπηγίας, καὶ τοῦ πυρός. Id est; Celebretis diem festum, vt diem scenopegiæ celebrare soliti estis, id est, per octo dies, & cum ramis palmarum. Non enim Iudæi ibi exigunt celebrari festum scenopegiæ, id est, tabernaculorũ, quod in mense septimo celebrandum erat, vt dicitur. 3. Reg. 8. Tamen aduerte, quod in eadem epistola dicunt Iudæi: *Et nunc frequentata dies scenopegia mensis Casleu*, & non dicitur Græcè vel Latinè, vt dies scenopegiæ: quia per hoc quod addidit, *Mensis Casleu*, satis insinuauit septem dies Encœniorum, qui in illo mense erant celebrandi, non secus atque in Septembri dies scenopegiæ cum gestatione ramorum.

Alcuinus. 3. Reg. 8. 1. Esdr. 6. 1. Machab. 4.

Libri Machabæorum autoritas vnde probetur esse diuina, & certissimæ veritatis. Canonicos Hæretici libros quos tantum excipiant.

Euthym. c. 10. in Ioan. Caietan. 2. Machab. 1.

2. Esdr. 8. Diei tabernaculorum celebritas.

2. Machab. 10.

Festo Encœniorum cur Dominus voluerit interesse.

Voluit autem Dominus huic festo interesse; ne quis præcepta Ecclesiæ, & maiorũ etiam vbi non est Scriptura, contemnat. Nam illud festum nec in lege, nec in Prophetis constitutum erat, sed à Iuda Machabæo cum seniorum, & fratrum illius temporis consensu indictum. Sicut etiam alij dies festi instituti erant extra Scripturam à Patribus, vt festum ignis, de quo 2. Macb. 1. Festum ob occisum Nicanorem à Iuda Machab. 2. Machab. vlt. Festum recuperatæ acris Sion à Simone fratre Iudæ, de quo 1. Macbab. 13. Sed magna ex parte istæ solennitates exoleuerant tempore Christi, & tamẽ seruabatur dies Encœniorum, siue renouationis templi. Erant prætereà solennitates aliæ, vt illa Iudith liberatæ ciuitatis, Iudith vlt. & illa Esther cap. 9. vt agnoscas, Iudæos potestatẽ instituendi festiuos dies habuisse, non secus atque nunc Ecclesia. Prætereà rectè Ioannes adiunxit: *Et hyems erat*; ad distinguendã istam dedicationem ab alijs, & ad significandum, hyemem, atq; frigidum tempus non impediuisse Iesum ab aduentu in templum, vt ignem, quem venit mittere in terrã, accenderet, ac verba tã ignita loqueretur. Templum enim cum ceremonijs, & sacrificijs mox cessaturũ erat. Quod enim antiquatur, & senescit, prope interitũ est, ait Apostolus. Proinde incipiebat vitalis calor deesse Iudæis, nullumque festum celebrabant nisi cordibus frigidis, & congelatis: plerique etiam cùm hyeme peccati. Faxit Dominus Iesus ne frigidè, & cum hyeme peccati & nos nostra festa celebremus. In hyeme peccati spirant venti vrentes superbiæ; redditur obscurus aër per ignorantiam, qua cœlum nobis tegitur; augetur, & acuitur auiditas edendi, hoc est, auaritia; adest lutum luxuriæ; est sterilitas accidiæ: cadit nix tegens spurca quæque: pulchre hypocrisin delineat; viget triste, & nubilum cœlum; inuidiæ symbolum; sunt lubricæ viæ, id est, pericula cadendi; ad ignẽ ambitionis libenter acceditur. Atque his & similibus fructibus, quos parturit hyems peccati, celebrabant Sabbati Iudæi sua: & vtinam nos festa nostra non celebremus.

Iudaicæ aliæ festiuitates indictæ.

Expenditur dictum Euangelistæ: & hyems erat. Luc. 12.

Heb. 8. Iudæi post Christi aduentum nullum festũ nisi frigide agebant.

Hyemis peccati fructus qui sint.

Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Frequenter Iesus ad templum veniebar, tum vt ostenderet se cõtrarium Moysi non esse; tum vt doceret nos templum frequentare orationis, sacrificij, & verbi Dei caussa. Et quemadmodum Christus bona in die festo operabatur; ita Iudæi mala sua opera proferebant: donec tandem in summo ipsorum festo Dominum cruci suffixerunt. Dicitur autem quòd Iesus ambularet: non minus circumiens, & quærens ouem, quã ad salutem deuoret Leo de tribu Iuda; quàm diabolus tanquam Leo rugiens quærit quem ad interitum deuoret. Circuibat etiam verus noster Iosue ciuitatem Ierichó, vt ad circuitum eius caderet, non vtens tuba sacerdotali, sed voce sua Euangelica. Vtebatur etiam circumlocutionibus, & circuitibus verborum, vt diuersas animas pungeret, & easdẽ vario modo gladio verbi Dei percuteret. Ambulabat autẽ in porticu Salomonis, de qua legitur: Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi: & habebat decem cubito-

Cur Iesus templum frequentaret.

Matth. 26. Quare ambulabat Iesus. Luc. 15. Apoc. 5. 1. Pet. 5. Iosue 6.

Christi periphrases salutares.

3. Reg. 6.

Porticus Salomonis qualis.

latitudinis ante faciem templi. Etsi autem templum à Chaldæis combustum fuerit, poterit hæc porticus remanere, vel saltem eius vestigium; vel si & ipsa simul cum templo perijt, alteram reædificarunt redeuntes ex Babylonia ad illius similitudinem, vt meritò porticus Salomonis appellari potuerit. Vel ideò Salomonis dicitur, quòd in ea stare ad loquendum populo solitus esset. Nam vt dicitur in Ecclesiaste, plebi concionabatur, vel ibi tempore sacrificij, & orationis moram trahere solebat. Ambulabat ergo Christus vt verus Salomon, & Dominus templi. Mysticè autem domus veri Salomonis, cœlum est, porticus autem terra est, in qua vt viator ambulauit Dominus, de quo prædixit Propheta: Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum. Templum animæ nostræ per peccatum, & habitationem dæmonis inquinatum atque profanatum renouandum est, & reconciliandum per Iudam Machabæum bellatorem fortissimum, id est, per pœnitentiæ, & confessionis Sacramentum, qua contra peccata per nos bellamus pro Domino, ita vt renouemur in spiritu mentis nostræ. Atque hoc beneficium renouationis, quo pellitur dæmon, & statua Iouis Olympici, id est, peccatum eum repræsentans, recolenda est, & rememoranda, vt ad pristinam baptismi dignitatem, & sanctitatem redeat. Atque Ita impletur illud: *Memento quòd & ipse seruieris in Ægypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus:* vt ita sis gratus Deo, & Christus dignetur dare tibi esse pacificum, ambulare in corde tuo, & habitare, vt ita progressus magnos facias; vt pax ipsa interna ad porticum vsque, id est, corpus ipsum, & externas actiones prodeat. Neque verò quisquam ex hoc Christi exemplo colligat, licitam esse deambulationem in templo. Nam Christus neque in Sancto, neque in Sancto sanctorum, sed in atrio tantùm, quod in aditu templi erat, obambulabat, ac fortassis cogente frigore, vt necessitate magis compulsus, quàm alio nomine id ageret. Neque tamen vllam præseferebat mali speciem eiusmodi ambulato; secus nostra, quæ in penetralibus ipsius templi magna cum irreuerantia fieri solet, & ex templo Dei efficitur forum sæculare.

4. Reg. 25. *1. Esd. 6.* *Eccl. 12.*
Domus, ac porticus Salomonis quid mystice. *Ierem. 14.*
Templum animæ nostræ per peccatum contaminatū, quomodo instaurādum sit. *Ephes. 4.*
Cauenda est in templo deambulatio.

Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei, Quousq; animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palàm. Sicut corpore circundabant, eo quod ille, quem cœli capere non poterant, factus est tanquam qui cir cundari possit; ita etiam spiritu, & animo, ne respondendo elaberetur de manibus eorum, circumplecti voluerunt; non quidem ea ratione qua filij coronam præstant parenti, aut discipuli magistro, sed qualem hostes capitales castro obsidendo prestant, vt id ad deditionem cogant, vel vt capiant: de qua corona ait Propheta in persona Domini: *Circundederunt me canes multi; concilium malignantium obsedit me.* Vt enim canes obsident prædam, vt ad interitum perducant; ita Iudæi immundi, & sine ratione latrantes vt canes, magna auiditate necem Domino machinabantur. Ita enim syllogizabant Iudæi, aut affirmabit, aut negabit se Christum, aut silebit omnino. Si affirmauerit, accusabimus coram Pilato, vt regiam dignitatem contra Cæsarem vsurpantem: si negauerit; damnabimus eius doctrinam coram turba, vt nouam, & temere assertam: si verò tacuerit; confusus remanebit. Sed Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt.

Vbi Christum Iudæi circundederint. *2. Paralip. 2.*
Psalm. 21. Iudæi quales canes.
Cornuta eorū argumētatio.
Psalm. 93.

Quousque, inquiunt, *animam nostram tollis?* Tollere hoc loco, pro sustollere, siue suspendere accipitur, vt illic; *Tolle, tolle, crucifige eum.* Quoniam videbant, Dominum animas diligere; quò facilius eliciant responsum quod volunt, animam suam afflictam, & huius rei desiderio suspensam afferunt. Et in singulari dicunt animam, vt plus moueant: quia omnes contra Dominum vniti erant. Estque sensus; Quousque dictis ambiguis suspensos detines animos nostros, huius veritatis agnoscendæ sitibundos, atque hac ambiguitate tua populi seditionem concitas? Et planè mentiuntur in caput suum: Nam neque veritatem audire cupiebant, nec auditam credere, nec creditam intelligere.

Tollere animam quid. *Ioan. 19.*
Iudæorum mendacium.

Si tu es Christus (cum articulo) *dic nobis palam.* Vbi nota quod tantummodò ob homicidium, vel crimen læsæ maiestatis poterant Iudæi occidere. Nam si accusarent vt falsum Prophetam, vel vt Filium Dei se facientem, Pilatus multis dijs deditus, & signis eius visis, non dubitaret eum filium esse Iouis, vel Martis: secus si se assereret Christum, vel Regem esse. Ideò consulto, vt Rupertus annotauit, in tota superiori disputatione, quo omnē Iudæis ansam præriperet, se tantummodo pastorem vocauit. Dic ergo nobis palam, nō in parabolis, vt astutus; non in ænigmatibus, vt seductor; non in angulo, vt timidus; sed in publico loco: non ignaræ plebi, sed nobis doctis, quorum interest scire quæ doctrina noua disseminetur; quasi dicant, Obscura est tua doctrina, & minimè peruia. Quod verum est; sed impijs, & carnalibus, & hæreticis, qui dicunt; Si viderem apertum

Ob quod solū crimen Iudæis fas erat quenquā occidere.
Rupert. lib. 9. in Ioan. sub initium.
Quare Christus non se Christum aut Regem, cum posset, appellauerit, in superiori colloquio cum Iudæis.

reticis, qui dicunt; Si viderem apertum textum loquentem de Purgatorio, de inuocatione Sanctorum, de viribus liberi arbitrij, de primatu Episcopi Romani, facilè de sententia decederem. Quasi verò defuturæ essent glossæ, & interpretationes, atque tergiuersationes, quibus apertos sensus eluderent, quemadmodùm in plerisque perspicuis, & illustribus locis facere deprehenduntur. Sed iam aptissimum, & modestum Christi responsum examinemus.

Hæreticorum vanissimæ fucorum hæresum excusationes.

Quæ Christus loquetur, sed frustra.

Deut. 18.

Loquor vobis, & non creditis. Opera quæ ego facio, &c. Loquor, inquit, vobis ea quæ dicturus erat Propheta prædictus in monte Horeb, cuius in Deuteronomio fit mentio. Græcè significantiùs dicitur, *Dixi vobis*, id est, sæpè, & apertè testatus sum quis essem, & repulistis testimonium, dicentes, *Tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum:* Misi vos ad Scripturas, & ad Moysen, qui de me testificantur, & non creditis mihi. Misi vos ad Ioannem Baptistam, qui testimonium perhibuit veritati, & eius consilium, & testimonium spreuistis. Ideò cum cætera omnia repellatis; ad vnum illud firmissimum, & inuictum operum meorum testimonium vos ablegandos esse existimaui.

Ioan. 8. Supra 5. Ibidem. Luc. 7. Inuictum Christi de se Messia testimonium.

Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Opera, inquit, tot numero, & tanta in potentia, & talia, & tam conformia Scripturis; & tali facta modo, id est, solo nutu, & imperio vocis meæ, & ad talem finem, hoc est, ad illustrandam gloriam Dei, & ad ostendendum quòd sim Filius Dei, Messias promissus, & peccatorum remissor, & ad conciliandam mihi fidem, planum, atque firmissimum reddunt testimonium eius rei, quam tantopere vos scire desideratis, nisi simulatores estis. De numero signorum scriptum est: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* Et rursus; *Christus cùm venerit, nunquid plura signa faciet quàm quæ hic facit?* De magnitudine signorum testatus est cæcus illuminatus; *A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæcinati;* Et, *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit; peccatum non haberent.* De qualitate verò signorum, dicitur de Messia venturo, à Propheta; *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum;* At signa Iesu Euangelistæ non alia fuisse testantur, quàm hæc. De modo dicitur, quòd imperabat ventis, & mari; quòd verbo spiritus eijciebat. Leproso dixit: *Mundare;* paralytico, *Surge, & ambula;* Filio viduæ defuncto, *Adolescens, tibi dico, surge.* Modus etiam erat, *In nomine Patris mei.* Id est, inuocato eius nomine, non dæmonis, vt vos calumniamini; vel ad glorificandum Patrem meum, vel ad ostendendum me eius esse Filium. Postremò finis erat, vt testatum vobis relinquerem, quòd sum Deus, Filiusque Dei, quòd sim Messias promissus, quòd sum ante Abraham, quòd sum lux mundi, panis viuus, quod habeo autoritatem remittendi peccata, sicut semel dixi: *Vt autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata; dixi paralytico, Surge, & ambula;* & suscitaturus Lazarum, dictus sum: *Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis; sed propter populum qui circumstat, dixi, vt credant quia tu me misisti:* & confestim clamabo, *Lazare veni foras.* Apostoli autem signa edebant in nomine Christi, à quo potestatem illa faciendi acceperant: *In nomine, inquit, Iesu Christi Nazareni surge, & ambula;* & Ananias, *Saule frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videas, & implearis Spiritu sancto.* Hæc autem si falsa essent, Deus inuocatus illis non assisteret, neque mendacibus patrocinaretur ille, qui veritatem summè diligit. Est autem optimus modus, ac modestiæ plenus, testandi de se ipso, opera sua obijcere: quemadmodùm si oliua loqueretur, vel pyrus, quæ arbor sim ego, abunde fructus quos produco, testantur. Quisque ergo nostrûm non glorietur aut in nobilitate, aut in fortunis, aut in potestate, aut in sapientia: quia nemo ex his iudicandus est à Deo, sed ex operibus suis tantùm, & ex vsu illorum donorum, quæ à Deo recepit. Opera quæ nos facimus in nomine Patris ostendunt nos filios Dei, quia debent esse magna, multa, & magna animi alacritate, puritate, & celeritate facta: *Vt videant*, inquit, *opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est:* & alio loco, *Vt in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.* Quod si signa Christi ad literam edere non valemus; saltem iuxta spiritum mortuos in delictis oratione, vel correptione suscitemus, cæcos doctrina illuminemus, exemplo bonorum operum sanemus claudos, leprosos à vitijs carnis, & mala societate auocando mundemus, mutis demus occasionem laudandi Deum, surdis audiendi salutare verbum Dei: ambulemus super

Signorum Christi circumstantiæ, multæ, & graues illæ quidem.

Ioan. 11. Supra 7. Infra 9. Infra 15. Esai. 35. Matth. 15. Matth. 8.

Luc. 5. Matth. 8. Infra 9. Luc. 7. Infra 11. Signorum Christi finis. Ioan. 8. Ibidem. Supra 6. Matth. 9. Ioan. 11.

Apostoli per Christū signa faciebant.

Act. 3. Infra 9.

Testandi de se ipso modus optimus quis.

Ex quibus à Deo iudicandus sit quisque.

Quæ opera testantur nos esse filios Dei, qualia sint illa.

Matth. 5. 1. Pet. 2.

Signa Christi quemadmodum imitari valemus, & fieri filij Dei.

super mare mundi, & nullo peccato submergamur: transfiguremur induendo nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est; atque hac ratione ostendemus nos filios Dei. Damascenus in historia de Barlaham, & Iosaphat (si tamen eius est autor) inducit seniorem quendam de tribus amicis parabolam quandam proponentem: Homo, inquit, quidam tres habuit amicos: Primum, quem dilexit plusquam se ipsum; secundum, quem æquè, ac se ipsum amabat; tertium, quem minus se ipso, exiguo honore illum prosequens, & interdum cum despectu aspiciens. Cùm autem homo ille debitor esset Imperatori decem millium talentorum, à militibus eò missis captus est. Ille rogauit amicos vt excusarent eum, & pro se agerent apud Regem. Primus ire noluit cum eo, dicens se occupatum cum alijs: tantùm dedit illi duo ciliciola ad viam, quæ nihil proderant; secundus eum comitatus est, sed in ingressu Imperatoriæ domus deseruit eum; tertius verò, quem minus colnerat, & aliquando despexerat, solus ingressus est ad Regem, & tanquam bonus aduocatus caussam eius egit, & excusatum eum reddidit. Primus amicus, sunt bona temporalia, quæ plusquam vita ipsa diliguntur, à quibus tantùm postquam citati sumus per mortem ad comparendum coram Deo, vix panniculos laceros, & nihil profuturos accipimus. Secundus amicus, sunt parentes, filij, vxor, & amici, æquè ac nos dilecti, qui nos ad sepulturam vsque comitantur, & statim nos deserunt. Tertius est, bonorum operum chorus, parum à nobis dilectus, paruo, exiguoque honore affectus, & cui interdum resistimus: hic solus audet tribunal iudicis accedere, & nostram caussam agere, atque adeò euincere: Nam scriptum est: *Opera illorum sequuntur illos*; Et, *Omnis misericordia faciet locum vnicuique, secundùm meritum operum suorum, & secundum intellectum peregrinationis ipsius.* Sequitur in Textu.

Ephes. 4.

Damasceni perelegans de tribus amicis parabola.

Parabolæ interpretatio.

Bona opera, veri amici nostri, sunt qui nunquam nos deserunt.

Apoc. 14.
Eccles. 16.

Huius dicti: Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis, primus sensus minime conueniens reijcitur.

Aug. tom. 10.

Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Augustinus Tract. 48. in Ioan. refert hæc verba non ad prædestinatos, qui ob id ipsum quod prædestinati non sunt, credere non possunt. Quæ expositio non admodum quadrat: tum quia non omnes prædestinati, etiam ex illis qui tunc audiebant Dominum, credebant in Christum: tum quia nec omnes, etiam qui tunc non credebant, reprobi erant. Nam multi illorum post Domini mortem crediderunt, vt ait ipsemet August. Tract. 92. in Ioan. Tertiò quia reprobatio eis causa existeret incredulitatis eorum: quod credendum non est. Idcircò aptiùs exponit Theophylactus de bono, vel maligno animo audientibus Christi doctrinam. Id est, nec creditis dictis, nec factis; cuius rei non sum ego caussa, sed velter insyncerus animus, & fictus: qui verò simplici sunt animo, facilè credunt verbis meis, & velut oues agnoscunt boni pastoris vocem, & necessariò ad parabolam ouium, & pastoris diuertit; ne si se Christum vel Regem diceret, Iudæi calumniandi ansam acciperent, vel Romani milites perturbati insurgerent. Non estis ergo ex ouibus meis, quia non vultis esse, cum per fidem possitis: nec voluistis baptizari, & renasci, vt efficeremini noua creatura. Non estis præditi ouina simplicitate circa intellectum, & fidem, neque circa voluntatem lanam charitatis habetis, neque quantum ad bona opera fœcunditatem: neque innocentia, & mansuetudine ornati estis, ad vim animæ irascentis comprimendam, nulli malum pro malo, nec maledictum pro maledicto reddentes. Neque quod attinet ad conuersationem, munditiam habetis, quæ efficiat vos aptos ad esum Dei, vel sacrificium; neque, quod ad cibum spectat, ruminatis meditando Scripturas sacras, neque diuitis vngulam pedum, bonos affectus separando à malis; nec estis vt oues Christi vtiles, qui persecutoribus lanam amoris, & lac orationis, & carnes sustentationis præbeatis, secundùm illud: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos; & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Non ergo estis ex ouibus, sed ad hœdos pertinetis, ad lupos, & raptores meos. Et cum sim dominus omnium, vos non pasci, sed pascere; non regi, sed regere vultis, non mactari, sed mactare: ego ouis vestra fiam, quam immoletis. Nec propterea reuelauit Dominus his verbis quòd essent reprobati, nec adigebat ad desperationem, sed potius vrgebat ad spem salutis. Vndè inferius dicebat; *Si mihi non vultis credere; operibus credite.* Cur ita præciperet, si non sunt ex ouibus suis? Nunquid seruaturus est oues non suas, vel oues non suæ possunt credere, quæ vocem eius non audiunt? Sed subdit: *Vt cognoscatis quia Pater in me est, & ego in Patre.* Quia ergo nō sunt de ouibus prælectis, non continuò sequitur, illos relictos, & reprobatos, quos frustra hortaretur vt credant, & imitentur prælectos: declaratque eorum cōditiones sub symbolo ouium. Et quia Christus non reuelat his, quod non sint insigniter prædestinati, consequitur non sic prædestinatos saluari posse; aliàs ac-

Alter congruentior.

Luc. 7.

Iudæi nō credentes cur nō erant ex ouibus Christi.

Rom. 12.

Matth. 5.

Non prædestinati salutem vt consequi possunt, si volunt.

desperationem adigerētur: *Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me. Et ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, non rapiet eas quisquā de manu mea.*

Ouium, id est, electorum proprietas. 1.
Prouerb. 1.

Explicat ouium suarū electarum proprietates. Prima est, quòd *Audiunt vocem eius.* Tanquam pastoris, non tantùm externam sapientiæ foras prædicantis, & in plateis dantis vocem suam, de qua Dominus prædixerat: *Ipsum audies*, & Pater de cœlo, *Ipsum audite*, sed etiam vocem internam clamantis ad cor, quam illi audiunt credendo sine disquisitione, & obediendo eius præceptis.

Deut. 18.
Matth. 17.
II proprietas.
2. Tim. 2.
Matth 7.

Secunda est: *Et ego cognosco eas.* Notitia nempè approbationis, ac dilectionis, de qua dicitur: *Cognouit Dominus qui sunt eius.* Cognosco etiam intus quales sint, etsi quidam illorum videantur à mūdo contempti, & reprobati. Cognosco etiam illos, qui etsi veste ouina tegantur, sunt tamen intus per hypocrisin lupi: proindè non tantùm approbo, & diligo meos, sed etiam discerno inter eos, & alios, qui habent quidem speciem pietatis, virtutem tamen eius abnegant.

2. Tim 3.
III. proprietas.

Tertia conditio est: *Et sequuntur me.* Gratiam præuenientem, & operantem amplexati, ac illa iustificati. Sequuntur me tanquam pastorem suum per viam mandatorum currentes, ac per crucem vsque ad gloriam, in qua me possidebunt ad vitam.

IV. proprietas.
Ioan. 12.

Quarta; *Et ego vitam æternam do eis* Id est, dabo post sequelam completam, iuxta illud: *Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit.* Vel etiam de præsenti do, non solùm dando eius gratiam, quæ est vita æterna inchoata, de qua Paulus: *Gratia*, inquit, *Dei vita æterna*, sed etiam per illam bonorum operum merita producentem do vitam æternam in iure ad eam, & in spe certa illius consequendæ, & in arrha Spiritus sancti, & in gustu, & prælibatione quadam illius, vt hic agentes dici possint vitā æternam habere.

Rom 6.
Christus quomodo etiam nunc det ouibus suis vitam æternam.
V. conditio.

Quinta conditio est; *Non peribunt in æternum.* Videntur electi quandoque hic perire: nam diuitijs, honoribus, amicis, & filijs spoliantur, cruciantur languoribus, morbis & persecutionibus: ita Rachel plorabat filios suos, & nolebat consolari quòd non essent, & Abel videbatur perijsse occisus à fratre. Sed non peribunt in æternum: Vnde dictum est Racheli: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis, quia est merces operi tuo, &c. & reuertentur filij tui ad terminos suos. Sanguis etiam Abel post mortem eius clamat ad Deum, sicut animæ interfectorum sub altari, quæ perditæ videbantur, clamant, dicentes: *Vsq; quo Domine (sanctus, & verus) non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de ijs, qui habitant in terra? Et data sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi.*

Ierem. 32.
Matth. 2.
Genes. 4.
Ierem. 31.
Genes. 4.
Apoc. 6.
Sanctorum pro Christo mortuorum Diuina[illegible] latio.

Ita etiam dicitur: *Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio, exitus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in exterminium; & quod à nobis est iter exterminij; illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt; spes illorum immortalitate plena est.*

Sap. 3.

Non ergo peribunt in æternum ex parte mea, nisi qui seipsos sponte præcipites in interitum dare voluerint, vt Iudas, qui datus erat Christo, inquit enim: *Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis.* Omnes etiam Christiani Christo donati sunt, sed illius vitio nullus prolabitur: & lapsus, si non reparatur, sua culpa est: quia scriptum est: *Perditio tua Israël: tantummodo in me auxilium tuum.* Hinc Apostolus exhortatur: *Tu fide stas: noli altum sapere, sed time:* & de eo qui iam cecidit, subdit; *Sed & illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur: potens est enim Deus iterum inserere illos.* Ad hunc sanctum timorem adhortatur Spiritus sanctus fideles, dicens; *Qui se existimat stare, videat ne cadat*; & alio loco, *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam*; & Apostolus ipse hoc sancto timore correptus, castigat corpus suum, & in seruitutem redigit, ne fortè cùm alijs prædicauerit, ipse reprobus efficiatur.

Oues Christi qua ratione non pereant in æternum.
Ioan. 17.
Ose. 13.
Rom. 11.
1. Corint. 10
Apoc. 3.
1. Cor 9.

Et probat quòd non debeant perire, subiungendo: *Et non rapiet eas quisquam de manu mea.* Fecerant edictum Iudæi, vt quicunque eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret: at esse extra Synagogam Iudæorum propter Christum; non solùm perniciosum non erat, aut ignominiosum, sed summe gloriosum, & salutare. Quò enim magis fugimus Synagogam peccantium, eò magis vnimur CHRISTO, & in manu eius fortissima collocamur; de qua nemo potest rapere aut fraude, aut vi, quia CHRISTVS est DEI virtus, & DEI sapientia: Virtus quidem, quæ non frangitur; & sapientia, quæ non fallitur. Hinc Apostolus tanti doni magnitudinem considerans, in hæc verba prorupit; *Quis ergo nos separabit à charitate CHRISTI? Tribulatio? An fames? An nuditas? An periculum? An persecutio? An gladius?* Et infrà: *Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque*

Rapere oues Christi de manu eius neminem posse.
Ioan. 9.
1. Cor. 1.
Rom. 8.

Angeli, neque principatus, &c. neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Quæ verba enarrans Bernardus sermone de duplici baptismo, ait: *Attende quanta enumerauit Apostolus (eius enim verba sunt) minimè tamen adijciens, nec nos ipsi. Nimirum hæc est libertas, qua Christus nos liberauit, vt nulla penitus creatura auellere nos, aut vim facere possit. Soli id deserere possumus propria voluntate abstracti, & illecti à propria concupiscentia. Præter hanc enim nihil est quod timeamus.* Hæc ille. Etsi ergo mundus tribunalibus, carceribus, virgis, & equuleis furere in nos videatur, ac perterrefaciat, & si ex aduerso voluptates, honores, dignitates, atque diuitias ad corrumpendum promittat; nemo tamen rapiet de manu mea. Vnde Dauid de se ipso in figuram Christi aiebat: *Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat Leo, vel Vrsus, & tollebat arietem de medio gregis: & persequebar eas, & percutiebam, eruebamque de ore eorum:* quæ omnia perfectius in Christo pastore habente curam ouium suarum, quas liberauit de ore diaboli, implentur. Quicunque ergo perit, sua culpa perit, nec potest casum suum leoni rugienti, hoc est dæmoni, adscribere, quia Christus ait; Nemo est tam fortis, qui possit eruere de manu mea: & debilis est hostis, qui non vincit nisi volentem, & qui victus est à multis. Ait enim dilectus, *Vos ex Deo estis, filioli, & vicistis eum*, scilicet malignum. Et ille sobrium, & vigilantem, vel non aggreditur, vel aggressum non vincit: nec potest casum suum imputare Deo, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & cuius manus non est abbreuiata vt saluare nequeat. Nemo ergo excusari iure potest, quòd non sit à Deo electus: nam quorsum aliàs vocaret, & Christi gratiæ participem faceret? Quorsum præsidia comparandæ salutis exhiberet, nisi ille vellet, & nos possemus saluari? Excute ergo, atque explica conscientiam tuã, & vide an conditiones ouiũ habeas. Quòd si non habes; da operam vt habeas, quia ille non deerit, si ex corde, & in veritate illum inuoces. Quod si habes; sta in timore, & noli altum sapere, sed time reprobari cum Paulo. Si habuisti, & nunc non habes; surge citò, vt Petrus, & memento vnde excideris; & age pœnitentiam, & prima opera fac. Et si te emundaueris, & sanctificaueris; fies è vase contumeliæ, vas honoris, & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum. Quisque enim fieri potest lupus ex oue, palea ex frumento, ex vase misericordiæ vas iræ, & contra. Imò multi sunt qui cruciantur in gehenna, maioribus gratiæ præsidijs adiuti, vt Iudas Apostolus, & Nicolaus Diaconus; plures verò æterna vita perfruuntur, qui minoribus gratiæ donis ornati extiterunt, illis tamen bene vsi sunt, quemadmodum alij abusi.

Bernardus. Quid vnum nos à Christi charitate auellere possit, teste Bernardo. Gal. 4. Iacob. 1. 1. Reg. 17. Qualis pastor Christus. 1. Pet. 5. Debilis hostis quis. Ioan. 4. 1. Tim. 2. Esai. 39. In eos qui suũ interitum, & condemnationem in defectum Diuinæ electionis referunt. Ecclef. 2. Rom. 11. Act. 12. Apoc. 2. 2. Tim. 2. Vnde constet, aliquos cum maiori gratia posse condemnari.

Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei. Ego, & Pater vnum sumus. Tres illæ sententiæ prægnantes sunt, & difficiles, ac proinde luculentiorem requirunt indagationem. Nam & propter hæc verba Iudæi concitati sunt ad lapides tollendos; & tamẽ eo tendunt hæc verba, vt probet Christus, non posse rapi oues de manu sua, quia videlicet eius manus, manus erat Patris Dei. Quòd si de manu Dei nemo potest rapere; ergo neq; de manu Christi, qui vnum erat cum Patre. Hic est sensus verborum Christi. Iam singula dispiciamus. Prima illa sententia, *Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est*, aliter habetur in codicibus Græcis, nempè in hunc modum: *Pater qui dedit mihi, maior omnibus est*, ὃς ἐστι μείζων: Quam lectionem sequuntur Basilius, Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius, & Syriacum Euangelium, & ita interpretantur: Nemo potest oues meas de manu mea diripere, quòd nemo ex insidiatoribus meis maior sit, aut potentior Patre meo, qui dedit mihi potestatem tuendi oues meas: ipse eas mihi dedit, non vsurpo eas mihi. Beat. verò Augustinus, cum Beat. Hilario, Ambrosio, Hieronymo, & Tertulliano, lectionem nostram sequitur, videtur enim legisse, ὃ ἐστι μεῖζον. Et exponit hunc locum de diuinitate, quàm à Patre ab æterno accepit, & quæ maior omnibus est. Est enim diuinitas id, quo maius, aut melius cogitari non potest: non rapinam arbitratus sum, dicendo, me esse æqualem Deo. Maiora ergo sunt quæ dedit mihi Pater, quàm Angelis, aut Abrahæ, aut Moysi, aut cæteris Prophetis. Dedit enim Deus Pater per diuinam generationem mihi, vt sim eius Vnigenitus, Deus verus de Deo verò, nec natura dissimilis, nec virtute inferior, nec duratione posterior, nec infirmior operatione. Sic exponit hunc locum Concilium Lateranense sub Innocentio Tertio.

Quorsum id. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. I. sensus. Basilius lib. 2. in Eunomium. Chrys. ho. 60. in Ioan. Theophylact. Euthymius. Ibidem. II. sensus. B. Aug. tract. 48. in Ioann. Hilarius lib. 7. de Trinit. Ambr. li. 3 disp. cap. 18. Hierony. ca. 18 Ezech. Tertull. in Praxeam. Diuinitas quid. Philip. 2. Quid accepit Christus à Patre. Concil. Lateran. cap. 2.

Alij verò per id, quod dedit Pater Filio, intelligunt electos, & prædestinatos, de quibus alibi dixit: *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet:* rursus, *Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi*. Maius autem, secundùm æstimationem, & valorem exponunt. Quod enim paruum est, & paruifacimus, facilè perire sinimus, præsertim si quis vim inferat. Quod autem magnum

Ioan. 6. Infra 17.

est, &

est, & magni fit à nobis, id nonnisi coacti, superiori aliqua potestate, aut virtute dimittimus.

Illud: Nemo potest rapere de manu Patris mei, dupliciter intelligitur.

Secunda sententia est: *Et nemo potest rapere de manu Patris mei.* Quod dupliciter potest intelligi. Primum de Deitate, quam scilicet voluit rapere Lucifer, & Adam; ideòque nec ego vsurpo eam mihi, nec rapinam eius feci, vt illi, sed est mihi essentia, & substantia quam à Patre accepi: & sicut de manu Patris nemo potest rapere Deitatem, ita neque de manu mea: quamquam id maximè satagatis efficere. Sensus est verus, & Catholicus, atque adeò Scripturis consonus, & malignæ voluntati Iudæorum consormis, qui ex eo, quòd se verum Deum dicerēt, scãdalizabantur, & eum diuinitate spoliare conabantur, sed quia superius erat sermo de ouibus, de quibus dixit: *Et nemo rapiet eas de manu mea*, videtur hoc loco probare illud: Nemo, inquit, potest rapere oues mihi, & vobis illas dare: quia nemo potest rapere de manu Patris mei, cum quo ego vnum sum natura, & substantia, & potentia. Videtur hic locus loqui de prædestinatis ouibus, quæ donum perseuerantiæ acceperunt, vt Augustinus interpretatur libr. de bono perseuerantiæ. Sed duas glossas accipere potest hic locus: *Nemo potest rapere de manu Patris mei.* Prior est, nisi scilicet Pater ipse velit. Et ne putes Deum id velle, dixit apud Matthæum: *Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi.* Et ideò nō est voluntatis suæ vt rapiamur, quia etsi ipsi sint minores tentationibus, & ex se caderent, ipse tamen eas regit, & moderatur, vt electi faciant cũ tentatione prouentum.

Esai. 14.

Gen. 3.

Augu. libr. de bono perseu. tom. 7.

Matth. 24.

1. Cor. 10.

Altera sententia.

Electos perire posse ad tempus, non tamē vsque in finē.

Altera glossa est, nisi ipsæ oues se subtrahāt à Christi Fide, & gratia per libertatem, quam à Deo acceperunt; & ita rapi possent oues de manu Patris, Dicendum est, prælectas, & prædestinatas oues ad tempus subtrahi posse; tamen ea Christo habenda est fides, vt credamus ipsum facturum, & curaturum, ne in finem nos subtrahamus, quin ab ipso tandem recuperemur. Ideò enim nos illi, vt oues pastori, committimus, quia mali & instabiles sumus, vt per omnia ab ipso gubernemur, & à malis omnibus, atque etiam à natura nostra, qui tales ex nobis sumus, ipse nos redimat, & iustos faciat. Non enim pastor noxiam ouium suarum voluntatem facit, sed eas ad meliora deducens, vt meliora velint, curat. Quid ergo faciet pastor omnipotens, & ouiũ amantissimus, qui etiam animam suam posuit pro ouibus suis?

Ioan. 10.

Objicies; Fortè nec saluabit me, nisi ego velim: quia nō est salus sine iustitia, nec iustitia sine voluntate: nam quæ quæso iustitia esset eius, qui saluus & iustus esse nolit? Respondeo: Ego quidem confido, pastorem hunc bonum, & omnipotentem id curaturum, vt ego velim, vt Iustus, & saluus reddar, & hoc quod credo, & volo, vt me volentem ipse faciat, ipsius dono habuisse me credo, qui iam cœperit officium pastoris erga me exercere, & quod cœpit, perficiet vsque in finem: alioqui quæ potest esse fides, si mea diligentia præuenire debet pastoris curam, & solicitudinem? cum ego pastoris opera, & in hoc maximè indigeam, vt negligentias meas multas, & magnas corrigat, & me diligētem faciat sua diligentia.

Huic obiecti[oni] respondetur: forte nec saluabit me, nisi ego velim.

Philip. 1.

Rursus objicies; Esto, præuenire nō debeam diligentiam pastoris mei: debeo tamen eam sequi, neq; illi resistere. Respondeo, mē etiam præuenire debere pastoris diligentiam, si possum, & multò magis ipsam sequi, & non repugnare: sed hæc obligatio mihi ad damnationem non valet, quia spero in bonitate eius, quòd faciet me facere quę debeo, præueniet vt pręueniam: debeo sequi, & non repugnare, magis nixus eius diligentiæ, & charitati, quàm meæ prudētiæ, aut diligentiæ, vt quod boni per me fit, totum ipso curante factum esse intelligam: & malum mihi solum imputem, cuius ipse mihi Medicus existat. Scio ergo, & me velle, & me facere debere iusta, & nisi fecero, ad salutem non peruenturum; sed dico cum Beat. Augustino: *Domine, da quod iubes, & iube quod vis*, vt ita humilis existam Deo, & timidus, ne à me ipso lædar; & gratus pastori meo Iesu Christo Domino nostro, cui est cum Patre gloria, & Spiritu sancto æterna felicitas, Amen.

Altera quædam obiectio diluitur de præueniente Dei gratia.

Aug. libr. 10. confess. cap. 29. tom. 1.

TRACTATVS XLIV.

De eâdem Domini disceptatione cum Iudæis in festo Encœniorum, super illa verba: *Ego & Pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Respondit eis Iesus, Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu, homo cum sis, facis te ipsum Deum*, & reliqua Ioan. 10.

PRIMA illa clausula ad præcedentem tractatum spectabat: sed consultò in hunc explicandam reiecimus: tùm ne longior

gior ille prodiret tractatus, tum quod illa verba præsertim in caussa fuerunt, vt Iudæi ad lapides accipiendos se cõuerterent: nam, per ea planè intellexerunt, Christum se apertè dixisse vnum esse cum Deo Patre in substantia & natura Deum. Perinde ergo est dicere: *Ego, & Pater vnum sumus*; ac dicere, Vna est mihi cum Patre substantia, vna potentia, & virtus, vna operatio. Ac proinde quoniam nemo potest rapere de manu Patris mei; rectè probat quòd nemo potest rapere de manu mea: quia vna est vtriusque virtus, sicut vna natura. Mirum est autem, Arrianos olim, & Erasmum nostro seculo ita hunc locum pertractasse, vt nihil de cõsubstantialitate Patris & Filij contineret, sed de concordia tantùm voluntatis, cùm tamen Iudæi ad lapides accurrerint, intelligẽtes ex illis verbis Deum se fecisse Christum. Vnde Hilarius libro de Trinitate: *De manu sua nemo rapit: quia à Patre quod est omnibus maius, accepit. Quid sibi vult tam diuersa professio, vt rursum de manu Patris sui nemo rapiat? Filij manus est, qua accepit à Patre. Patris manus est, qua dedit Filio. Et quomodò quod non rapitur de manu Filij, non rapitur de manu Patris? Quomodò si quæris, intellige: Ego, & Pater vnum sumus. Manus Filij, manus Patris est.* Augustinus libr. 6. de Trinitate scribit: *Nescio vtrum inueniatur in Scripturis dictum: Vnum sunt: quorum est diuersa natura. Si autem aliqua plura eiusdem naturæ sint, & diuersa sentiant, non sunt vnum, in quantum diuersa sentiunt. Nam si iam vnum essent, ex eo quòd homines erant, non diceret; vt sint vnum, sicut nos vnum, cum suos discipulos Patri commendaret. Cùm ergo sic dicitur vnum, vt non addatur quid vnum, & plura vnum dicantur; eadem natura atque essentia non dissidens, nec dissentiens significatur.* Hæc ille. Vnde rectè dicimus, Petrus, & Paulus vnum sunt; non autem Petrus & equus vnum sunt, quia diuersæ naturæ: nisi addas in albedine; sicut nix, & farina vnum sunt, non in natura, sed in albedine. Idem in Ioannem: *In errore Sabellianorum, vnus est solus, ipse Pater qui Filius: in errore Arrianorum, alius est quidem Pater, alius Filius, sed ipse Filius non solum alius, sed etiam aliud est: tu in medio quid? Exclusisti Sabellianum, exclude & Arrianum: Pater, pater est: Filius, filius est; aliud, non aliud: Quia ego, & Pater, inquit, vnum sumus. Cùm addit, sumus, abscedat confusus Sabellianus: tùm audit vnum, abscedat confusus Arrianus. Gubernet Catholicus inter vtrumque fidei sua naufragium, quoniam tam cauendum est in vtroque naufragium. Dic ergo tu quod dicit Euangelium: Ego & Pater vnum sumus: non ergo diuersum, quia vnum: non vnum, quia sumus.* Idem libr. 2. contra Maximum

Quid est: Ego, & Pater vnum sumus.

Arrianorum, Erasmique illorum discipuli, de illis Christi verbis impia sententia.

Hilar. li. 7. de Trinita circa medium.

Manus Patris est manus Filij, & contra.

Aug. lib. 6. de Trinit. cap. 3. tom. 3.

Ioan. 17.

Verè, & aptè vnum qua dicantur, & sint.

Idem tract. 37. in Ioan. tom. 9.

Aduersus Sabellium, & Arrium.

Idē lib. 2. con. Maximinum Arrianum c. 10. & lib. 3. c. 14. ante medium, tom. 6.

Arrianorum Episcopum: *Quid est enim Homousion, inquit, nisi vnius, eiusdemq́; substantia? Quid est inquam, Homousion, nisi, Ego, & Pater vnum sumus?* Sic Augustinus. Non ergo loquitur de voluntatũ concordia, nec hoc magnum esset, nec ad rem. Nec enim valet; Quia ego, & Rex vnum sumus amore, & voluntate, ergo quod de manu Regis non potest rapi, non poterit rapi de manu mea. Nec valet: Nemo potest rapere hunc calamum de manu mea, quia nemo potest rapere de manu Dei Patris omnipotentis, eo quòd ego, & Deus vnum simus amore. Vnde Patres Sardicensis Concilij hunc sensum de vnanimitate, & concordia voluntatum reprobarunt, vt testatur historia Tripartita, his verbis: *Hac autem illorum blasphemia, atq; corruptibilis interpretatio est; hac gratia eum dixisse contendunt: Ego, & Pater vnum sumus, propter concordiam, & vnanimitatem. Sed reprobauimus omnes Catholici intellectum eorum fatuum, & abiectum, sicut mortalium hominum, qui corrumpi cœperunt.* Innocentius etiam Tertius in Concilio Lateranensi de consubstantialitate interpretatur hunc locum. Nec obstat huic sensui Catholico, quod Christus subiunxit: *Nonne scriptum est in lege vestra: Ego dixi, Dij estis. Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui Scriptura: quem Pater sanctificauit, &c.* Quia per hæc non se voluit significare filium adoptiuum, sed naturalem potius; & ideò longè aliter diuinitatem sine blasphemia sibi conuenire. Quasi eis diceret: Si aliqui participatione Filij Dei dicuntur, ille, cuius participes fiunt, sine blasphemia se Filium Dei naturalem dicet. Vnde subdit: *Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi.* Deinde non obstat, quod Dominus dixit: *Vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint.* rursus: *Claritatẽ quam tu dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnum:* Vbi esse vnum, nõ est accipiendum in natura, vel essentia. Hæc, inquam, mouere non debent: quia vt rectè, & acutè respondit Augustinus in libris de Trinitate, neque petit Dominus vt simus vnum natura humana, quod iam eramus per incarnationem: neque vnum per naturam diuinam, quod impossibile erat; sed potius vt sicut Pater & Filius vnũ sunt natura, ita nos cum illis vnũ per amorem. Sic ille in sensu: qui rursus ait: *Cùm additur quid vnum, potest aliquid significari ex pluribus vnum factum, quamuis diuersis natura, sicut anima, & corpus non sunt vtique vnum. Quid enim tam diuersum, nisi addatur aut subintelligatur quid vnum, id est, vnus homo, aut vnum animal?*

Impugnatur hic sensus: Ego, & Pater vnum sumus, voluntate scilicet, non natura, atque substantia.

Histor. eccle. Tripar. lib. 4. ca. 24. in fine.

Innocent. III. in Conc. Lateranen. extra de summa Trinit. & fid. Catho. cap. 1.

Psalm. 81.

Hæc verba Christi quæ subiungit ex Dauide: Ego dixi, Dij estis, & c quam aptè eius proposito conueniant.

Ioan. 17.

Ibidem.

Quo sensu orat Christus Patrem, vt Apostoli inter se vnũ sint, sicut ipsi (Pater scilicet, & Filius) vnum sunt.

Aug. lib. 4. de Trinitat. c. 9. tom. 3.

Idem lib. 6. de Trinitat. c. 3.

Duo Pauli testimonia, expendit Augustinus.

1. Cor. 6.

Inde Apostolus: *Qui adhæret meretrici*, inquit, *vnum corpus est*: non dixit, vnum sunt, aut vnum est, sed addidit, corpus, tanquam ex duobus diuersis, masculino, & fœminino, vnum corpus adiunctione compositum. *Et qui adhæret Domino*, inquit, *vnus spiritus est*: non dixit, Qui adhæret Domino, vnus est, aut vnum sunt, sed addidit, *Spiritus*. Diuersum enim est natura, spiritus, hominis, & Spiritus Dei. Nec frustra, vt existimo, cùm tanta in Euangelio secundum Ioannem, & toties diceret Dominus de ipsa vnitate, vel sua cum Patre, vel nostra inuicem nobiscum, nusquam dixit: Vt nos, & ipsi vnum, sed, *Vt vnum sint, sicut & nos vnum sumus*. Ita interpretatur Beatus Ambrosius libris de Fide, & Cyrillus in libris Thesaurorum. Vnde quod Erasmus ad Hispanam Inquisitionem respondit: *Quod si quoties in Scripturis duo dicuntur vnum, toties intelligatur eorum indiuidua essentia, omnes pij essent vnum cum Christo, ex illo loco Ioannis, & ex præsenti, spiritus, aqua & sanguis essent eiusdem indiuiduæ naturæ: imò Paulus, & Apollo eiusdem erant indiuiduæ substantiæ, quia scriptum est: Qui plantat, & qui rigat, vnum sunt*: vehementer hallucinatus est. Noluit enim intelligere Beat. Augustin. cum quo fatemur, quòd nunquam de duobus prædicatur vnum in Scripturis substantiuè in neutro genere, quæ non sint eiusdem naturæ: non autem dixit quòd sint eiusdem indiuiduæ naturæ, vt ipse calumniatur. Quod verò dicitur: *Cor vnum, & anima mea* non substantiuè, sed adiectiuè dicitur; Paulus verò, & Apollo verè sunt vnum, id est, vnius naturæ, cùm sint homines. Satis enim fuit Augustino ostendere, non dici vnum de duobus substantiuè, nisi essent eiusdem naturæ. Ex quo sequitur, quòd cùm Pater, & Filius dicantur vnum; erunt non solùm eiusdem naturæ diuinæ, sed etiam indiuiduæ: quia natura diuina impartibilis est.

Ibidem.

B Amb. li. 1. de Fide c. 3. & 4. Cyrill. lib. 3. Thesau. c. 1. & 1.

Peruersa Erasmi interpretatio in 1. Ioan. epistolam. 1. Ioan. 4. 1. Cor. 3.

Vera August. sententia traditur de illo loco Ioannis.

Act. 4.

Paulus & Apollo vnum quomodo dicantur.

Quod adducit de aqua, spiritu, & sanguine, quòd sint vnum ob eiusdem testimonij consensum: admirabilis istius hominis est stupor, cum nec illa cum habeant sensum; sed per illum locum, vt exponit Augustinus, ipsamet Trinitas designetur. Quod ex eo constare potest, quia Græcè ὕδωρ, αἷμα, πνεῦμα, Neutro genere dicuntur. Et cum deberet dicere: Et hæc tria vnum sunt, dixit tamen: *Et hi tres vnum sunt*, vt easdem personas diuinas illis nominibus explicatas intelligeres, de quibus paulò antè dixerat: *Tres sunt qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt*: id est, vt Glossa ordinaria habet, vnus Deus, de eadem re testantes. Adhæc quæcunque sunt vnum simpliciter sine addito, sunt vnum substantia: quia vnum & ens conuertuntur. Et sicut ens simpliciter non dicitur nisi secundum substantiam, ita & vnum simpliciter secundùm substātiam accipitur. Et nunqnam in Scripturis Deus & creatura pura vnum dicuntur simpliciter, nisi cum addito, vt probauimus. Qui adhæret Deo, vnus Spiritus est. Pater ergo, & Filius, & Spiritus sanctus sunt vnum, videlicet natura, & substantia, siue quod idem est, ὁμοούσιοι, plus vnum quàm splendor, lux, & substantia Solis sint vnum: plus vnum quàm tres animæ facultates sint vna anima, & quàm digiti sint vna manus, & quàm tres riui sint vnus fons. Quoniam verò hac sententia iugulantur hæreses duæ Arrij, & Sabellij omnino oppositæ: diligenter aduertendum est, vt caueamus voces, quæ eorum dogmata statuere valeant. Contra Arrium ergo cauendum est à vocibus Diuersitatis, quæ tollit vnitatem essentiæ; Diuisionis, quæ tollit simplicitatem substantiæ; Disparitatis, quæ aufert æqualitatem essentiæ; Alieni, quæ adimit similitudinem. Contra Sabellium verò, cauendum à Singularitate, quæ adimit communicationem naturæ; ab Vnico, quæ distinctionem personarum; à Confusione, quæ ordinem illarum; à Solitudine quæ excludit quam Theologi vocant, Circumincessionem, per quam Pater est in Filio, & Filius in Patre. Mira est Caluini impudentia, qui hunc locum explicans, miratur eos Patres, qui hinc probabant Christum Patri esse ὁμοούσιον. Lutherus verò in libro contra Iacobum Latomum; calumniam Concilio Niceno struit, quod Patri ὁμοούσιον, Christum definient: Mea, inquit, anima odit hoc verbum homousion. Quid magis impiè sentiret, vel loqueretur Arrius si reuiuisceret, qui Catholicos, contumeliosè Homusianos vocabat? Et hactenus de hoc loco, quem vt basim Fidei Catholicæ tot Patrum testimonijs confirmare volumus, & à calumnijs vindicare.

Altera Erasmi obiectio diluitur in illud: Spiritus aqua, & sanguis vnum sunt, ad consubstantialitatem Filij cum Patre è medio tollendam. Aug. lib. 6. de Trinitat. c. 4. to. 3.

Gloss. ordin.

II. ratio.

1. Cor. 6. Diuinarum personarum vnitas quanta sit.

Ad vitandas Arrij, atque Sabellij inter se opposita dogmata, quæ voces sint declinandæ.

Circumincessio Theologis quid.

Caluini, atque Lutheri in sacros Doctores impiæ voces.

Catholicos olim Homusianos Arriani contemptim vocabant.

Verùm redeamus ad textum: *Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum*. Ostendunt Iudæi, quàm mendaciter promisissent se credituros, si se Messiam apertè dixisset. Græcè additur: Sustulerunt ergo iterum: nimirum quia paulò antè id ipsum cœperunt facere. Sed vt ibi tanquam homo euasit subducens præsentiam suam, ita modò vt Deus verbo suo, ac diuina virtute eos repressit: quemadmodum malignum animũ Esau contra Iacob, & Saulis contra Dauidem olim compresserat. Ideò iusti in Do-

Iudæorum mendacium, & audacia. Ioan. 8.

Christi potentia diuina. Gen. 28. 1. Reg. 18. c. 19. & ad 27. Prou. 21. Iob 38.

mino

mino confidunt, & nihil timent: quia cor Regis in manu Domini: qui dixit mari, Vſque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Et ita oſtendit non fuiſſe impotentiæ, quòd ſe aliàs abſconderit. Suſtulerunt ergo lapides, vt mitterent in eum: non ferentes quòd toties in ore haberet nomen Patris ſui.

Cur modò Iudæi voluerint lapidare Ieſū.

Reſpondit eis Ieſus, Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Sicut aqua gelida in feruentem iniecta, illius ebullitionem continuò ſedat; ita mitia verba cõcitatum animum pacare ſolent. Quaſi diceret Dominus: in publicos maleficos populi manus lapidibus ad vltionem ſolent armari: ego tantum beneficiorũ contuli in vos ex benignitate Patris mei: docui ſiquidem errantes, conſolatus ſum afflictos, paui famelicos, mancos, & paralyticos priſtinæ reſtitui ſanitati, leproſos mũdaui, cæcos illuminaui, febres depuli, omne denique malorum, ac morborum genus profligaui, atque mortuos ad vitam reuocaui: quodnam horum opus dignum lapidatione arbitramini? Quanquam autem ſancti nunquam iactent opera ſua bona; nonnunquam tamen illa reuocant ad memoriam: vel vt Deo gratias agant, vel vt liberentur à deſperatione, quemadmodum Ezechias, & Iob, & Apoſtolus in poſteriori epiſtola ad Timotheum facit; vel ad alios ædificandos, vt idem in vtraque ad Corinthios præſtitit: vel denique ad aliorum reprehenſionem. Accipimus lapides in Chriſtum, quando duro, & lapideo corde excipimus eius verbũ, aut inſpirationes, & cum vitijs noſtris contrarias virtutes percutim⁹. Peccatum enim, vt lapis terrenam efficit animam: tendit deorſum, & in gehennam, quia graue eſt, vt Propheta ait, *Et ſicut onus graue grauata ſunt ſuper me.*

Quemadmodum eos Chriſtus cohibuerit à lapidatione.

Matth. 11.

Si quando Sãcti bona opera in memoriam ſuam reuocant, cur id faciant.

Eſa. 38.

Iob. 31 & ſeq.

2. Tim. 4

1. Cor. 9. & ſeq.

2. Cor. 11. & 12.

Chriſtum, & nos quando lapidemus. Peccati effectus,

Pſal. 37.

Reſponderunt ei Iudæi, De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia, & quia tu homo cum ſis, facis te ipſum Deum. Prouocati vt vel crimen proferrent, vel amentiam ſuam agnoſcerent: Non, inquiunt, quenquam lapidare ob benefacta ſolemus; ſed te dignum lapidatione exiſtimamus ob immaniſſimum blaſphemæ ſcelus, atque in hac re legis autoritatem ſequitur. Quis enim ferat quòd tu, homo cùm ſis, ſubinde Patrem tuum habeas in ore? quaſi nos omnes filij Dei non ſimus, tuque vana, ac peculiari ratione ſis Dei Filius? At reuera Iudæi Chriſtum perſequebantur ob eius opera admiranda, propter quæ à populo glorificabatur: ſed quia illa non poterant calumniari, fingunt blaſphemiam: quemadmodum iudices inuidum ſuum, & malignum animum iuſtitię colore tegunt. Et detractores cùm opus bonum negare nequeant, aut præterita mala memorant, aut præſentium defectus narrant, aut operis intentionem viciatam objiciunt, aut perſeuerãtiam ſe expectare dicunt, vt dæmon de Iobe. Confitentur igitur Iudæi, Chriſtum bene operari: ſed affingunt blaſphemiam, quæ eſt, quod Dei eſt, creaturam ſibi vſurpare. Fatentur bonum eſſe teſtimonium Patris: ſed negant illud Filij, cui ſi blaſphemus eſſet, Pater ſignis non atteſtaretur. Põdera verbum: Et quia tu homo cum ſis: vbi coniunctio &, tantundem valet, atque, id eſt. Eſt enim blaſphemiæ explicatio: *Homo cum ſis, facis teipſum Deum*, quaſi dicant: Repugnant, eſſe hominem, & Deum; cum tamen ex Dei hominis operibus vtrumque debuiſſent cognoſcere. Quemadmodum ſi eadem arbor, & poma, & pyra adferret, eſſet ſimul malus, & pyrus: quod inſitionis genus ignorat natura, non tamen ars. Ita etiam genus inſitionis, quo quis ſit homo, & Deus per participationem, ignorat natura: ſed charitas Dei hoc præſtat. De qua inſitione ait Paulus: *Si cõplātati* (vel inſititij) *facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus.* Rurſus admittit, ramos fractos, id eſt, Iudæos, poſſe inſeri ſuæ oliuæ, & gentiles tanquam oleaſtros eidem inſitos. Et Ioan. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt Filij Dei nominemur, & ſimus.* Et ita gradum facimus, vt aſcendamus, & cognoſcamus ſimul eſſe poſſe & hominem & Deum per vnionem hypoſtaticam: quæ nihil eſt aliud, quam inſitio quædam admirabilis, & adoranda humanitatis in Verbi hypoſtaſi, de qua dicitur: *Verbum caro factum eſt:* & quam inſitionem teſtantur opera planè humana, & opera prorſus diuina.

Iudæorum impietas, & blaſphemia.

Iudæi Chriſtum cur perſequerentur.

Detractorum ingenium.

Iob. 1.

Blaſphemia quæ.

Iudæorum ignorantia Deũ poſſe fieri hominem non intelligentiũ, vnde conuincitur.

Rom. 6.

Infr. 11.

1. Ioan. 3.

Hypoſtatica vnio quid.

Ioan. 1.

Rurſus expende: *Homo cum ſis, facis te ipſum Deum:* quo verbo duæ hæreſes ſimul iugulantur. Primum illa Arrj, qui non intellexit ex illis verbis: *Ego, & Pater vnum ſimus,* Chriſtum eſſe verum Deum, vt Iudæi ſe intellexiſſe teſtãtur. Altera eſt: quia cum dicunt, Homo cum ſis, conuincitur Marcion, & Manichæus, qui verã in Chriſto humanitatẽ negabant. Facere autem ſeipſum Deum, crimen eſt horrendum, à Lucifero admiſſum, dicente: *Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo.* Quod ſi Ieſus feciſſet, nunquam Deus Pater illud tuliſſet, qui tãto ſupplicio ꝓpterea puniuit Luciferum ob ſimilem rapinam. Nihil aũt minus cogitabat anima illa Chriſti ſanctiſſima, q̃ furari, aut rapere diuinitatẽ, quia quã primum

His verbis Iudæorum: Et quia tu homo cum ſis facis te ipſum Deũ, Arrij, Marcionis, & Manichæi quæuam impia de Chriſto dogmata confutentur,

Eſa. 14.

Diuinitatem nunquam Chriſtus affectauit.

Philip. 2.

mum creata est, eodem momento Deo ex mera gratia coniuncta fuit, & ad excelsum vnionis hypostaticæ gradum cum Verbo euecta.

Dæmonis, membrorumque eius quid proprium sit. *Ecclesi. 10.*

Dæmonis autem, & membrorum eius proprium est, alijs sua crimina, & peccata imponere iuxta illud: *In via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit omnes stultos æstimat.*

Psalm. 81.

Respondit eis Iesus, Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi, Dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui Scriptura: quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, Quia blasphemat: quia dixi, Filius Dei sum.

Calumniæ Iudæorum confutatio Christi sapientissima pro sua æqualitate cum Patre ex testimonio Dauidis.

Ad hoc crimen intentatum ea moderatione respondit Iesus, vt blasphemiæ crimen procul à se depellat, & vt illorum insaniam atrocioribus verbis non concitaret, cum tamen summa modestia sibi vindicaret, quod negare non debuit. Quasi diceret; Vos mihi crimen blasphemiæ impingitis, quòd Deum, Patrem meum appellem: nonnè maius quid in lege vestra scriptum est? Per legem hoc loco Dominus intelligit Scripturam Veteris Testamenti, etiam cum Psalmos comprehendit.

Triplex legis acceptio in Euangelio.

Luc. 16. Matth. 22. Luc. 24.

Alibi verò legem contra Prophetas distinguit, vt cùm ait: *Lex, & Prophetæ, vsque ad Ioannem*; & iterum: *In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ.* Rursus alibi totam Scripturam in tres partes diuidit, cùm ait: *Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis, de me.* Has diuidendi regulas oportet animo habere comprehensas; ne perturbari contingat.

Iudices, & præpositi sacerdotes populi Dei cur Dij dicantur.

Verba autem illa: *Ego dixi, Dij estis*; ad iudices, & præpositos Sacerdotes populi Dei dicta sunt, qui dij dicuntur ratione excellentiæ, & potestatis illis traditæ, secundum quam diuinum quid participant. Quod vel ex ipso Psalmo euinci potest, qui incipit

Psalm. 81.

Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat. Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis?

Scripturæ veritas quam firma sit, & constans.

Est ergo sensus: Si Scriptura, ac per Scripturam Deus (quę non potest solui, aut mendacij, aut blasphemiæ argui, cum ex hominibus deos faciat, sed verum haberi debet, & ratum quicquid loquitur) illos appellat nomine Dei; ad quos tantùm sermo Dei factus est, & qui secundùm diuinam participationem tantùm diuinum quid habent: quomodo potestis mihi crimen affingere blasphemiæ, quod me ipsum Filium Dei dixerim; quem Pater cœlestis secundum Diuinitatem ab æterno sanctum genuit?

Pater vti sanctificauit Filium suum Christũ, & misit in mundum. *Esai. 61. & Luc. 4.*

& secundum Humanitatem plenitudine sancti Spiritus vnxit, ac in mundum misit ad homines sanctificandos, & à peccato, & demonis potestate eruendos: quod Dei filius adoptiuus nullus præstare poterat?

Alter sensus, *Augus. tract. 40. in Ioan. à medio tom. 9. Hilar lib. 7. de Trinit.*

Etsi Augustinus de diuinitate intelligat, quòd eum sanctificauit, siue sanctum genuit: melior tamen Hilarij sensus est libr. de Trinitate, vbi Christo tantùm ait conuenire sanctificationem, non eo modo, quo alijs hominibus, sed singulari quadam ratione ipsum segregauit ab vniuersis mortalibus, naturam eius humanam vniens diuinitati in vnitate hypostasis Verbi, ac per hoc ipsum sine mensura replens omni gratiarum spiritus plenitudine, de qua nos omnes accepimus.

Ioan. 3. Esai. 11. Ioann. 1.

Aliter nobis aliter Christo conuenit nomen filij Dei.

Tanquam diceret, si sunt filij adoptiui spiritum recipientes; ergo multò magis naturalis: quia si est ars, ergo & natura, quam imitatur. Et si participantibus conuenit nomen filij Dei, ergo naturali summè conueniet. Sicut si ob ignem alia calida sunt, ergo ignis est summè calidus. Et si sunt quæ participant lucem: ergo multo magis est lucidum per essentiam, vt Sol.

Christi prærogatiuæ. *1. Tim. 6. & Apocal. 1. 17. & 19. Psalm. 109. & Hebr. 5 & 7. Daniel 9. Luc. 7. Exod. 7.*

Et si Reges dij dicuntur; quid ni magis ego Rex Regum? Si Sacerdotes; quid ni ego Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, & Princeps sacerdotum? Si sancti; quid ni ego Sanctus Sanctorum, & missus ad sanctificandum mundum? Si Prophetæ; quid ni magis ego Propheta magnus? Nam Moysi prophetæ Aaronis dixit Deus: *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Si Angeli; quorum vnus in persona Dei dicebat, *Ego sum Dominus Deus tuus*; Quid ni ego Angelus testamenti, magnique consilij nuntius?

Infra 20. Malach. 3. Esai. 9. iuxta Septuaginta interpret. Matth. 5. Ephes. 2. Exod. 22. Ibidem. Acto. 10.

Si pacifici filij Dei vocabuntur; quid ni ego æternæ & pretiosæ autor pacis? Ego enim sum pax vestra, qui fecit vtraque vnum. Si iudices, de quibus dicitur: *Dijs non detrahes*; Et, *Ad deos vtriusque causa perueniet*: quanto magis ego iudex viuorum, & mortuorum?

Dauidis testimonium: Ego dixi, Dij estis quam recte proposito Christi deseruiat.

Quòd si in hanc Domini rationem obijcias, verum non esse ratione verbi diuini facti ad eos, dictos esse deos, & proposito non quadrare illius Psalmi, vbi Principes, & iudices dij appellantur, non tam ob sermonem Dei ad eos factum, quàm ob potestatem diuinam eis communicatam: Dicendum est, illud, *ad quos sermo Dei factus est*, sic esse accipiendum, hoc est: quibus commissa est potestas, & demandatum munus alijs imperandi:

Verbum Domini fieri ad aliquem, quid more Scripturæ?

Hebræa enim phrasi verbum Domini factum ad aliquem, significat aliquod illi negotium demandatum.

Altera solutio.

Vel si Psalmus ille non tantùm iudices, sed in genere vniuersos Israëlitas comprehendat, vt deos, quos in

genete Dominus ad æquitatem adhortatur: certè hic Saluatot rationem explicat quare dij dicantur, nimirum ob coosortium diuini cum eis setmonis. Nam si propter participatiooem diuini sermonis dicti sunt quidam dij, multò magis ipse Dei sermo Deus erit.

Huius sententiæ: Vos dicitis, quia blasphemat, &c. ordinatio qualis sit.

Qui dixi, Filius Dei sum. Ille scilicet, ob quem alij sunt adoptiui. Si enim alij propter me; ergo ego multo magis iuxta regulam topicā: Propter quod vnumquodque tale est, & illud magis tale erit. Quod ad Grammaticam attinet, dura, & obscura videtur horum verborum constructio: quæ vt molliatur, tollcoda est ex illa clausula, *Vos dicitis, Quia blasphemas*, coniunctio illa, *quia*, quæ abuodat ex Græca phrasi. Et ita erit ordo: Mihi, quem pater sanctificauit, Vos dicitis, Blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum.

Vbi Christus inquit: Filius Dei sum, si Iudæorum sententia ob id ipsum se blasphemum declarauit.

Si obijcias, quomodo Dominus dicat, Iudæos reputasse Christum blasphemum, quòd dixisset, Filius Dei sum, cum in superiori sermone nequaquam se apertè Filium Dei esse dixerit, nec Iudæi ipsum arguerint, quòd Filium Dei se dixerit, sed quòd se Deum fecerit: quod ex eius dicto: Ego, & Pater vnum sumus; acceperunt? Respoodeodum est, Dominum videri his verbis allusisse ad verba Psalmi, vbi postquam dixit; *Ego dixi, Dij estis*, subdidit: *Et filij excelsi omnes*. Idem ergo est esse deos, & filios Dei. Dominus etiam illis verbis: *Ego, & Pater vnum sumus*, ita significauit se Deum, vt Filius Dei esset; & sic Filium Dei, vt tamen Deus esset. Quoties ergo dicitur Filius Dei, ionuitur etiam Deus, vt Ioann. 5. indicauit: *Propterea magis quærebant Iesum Iudæi interficere; quia non solùm soluebat Sabbatum, sed & Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.*

Psalm. 81.

Deum esse, & filium Dei, nō differunt.

Aristoteles in Politicis scribit, eos, qui multum prudentia, vel virtute, vel potestate alios antecellunt, esse quasi deos quosdam inter homines: quemadmodum Homerus de Hectore ait, quòd videbatur non esse filius hominis, sed filius Dei. Quod Ethnici sine lege vlla credebant, & noster Poëta de Ænea.

Philosoph. lib. 3. Politic.

Dij apud homines quinam teste Philosopho.

Restitit Æneas, claraq; in luce refulsit,
Os, humerosq; Deo similis: namque ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, lumenq; iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.

Virgil lib. 1. Æneid. circa finem.

Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non vultis credere; operibus credite. Id est; Quis titulus mihi debeatur, magis ex ipsis meis operibus, quàm ex meis verbis est coniectandum. Si quæ facio, noo videntur homine maiora, si non diuinæ virtutis specimen habent; si non sunt magnitudine, numero, vtilitate, & modo faciendi, & fine præstantissima, & excellentissima, nolite credere mihi dicenti quod sim Filius Dei, aut quod ego & Pater vnum simus. Quod si talia opera edidi, vt dixi, & si dictis meis fidem negatis; certè vel factis ipsis, quæ oculis videtis, meritò, & omni iure credere deberetis.

Quid est dicere: Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi.

Ioan. 15.

Arrogans habear, nisi factis plus peto, quàm verbis mihi assumo. Et duo testimonia, verborum, & operum, abunde testantur meam dioinitatem. Perspice Christi humilitatem. Plus enim intereant verba sua, quam omnia miracula: quia de illis alio loco dixerat: *Cælum, & terra transibunt; verba autem mea non præteribunt.* Soli personæ diuinæ conuenit facere opera alterius, quæ supra naturam sunt: quia creaturæ communicari non possont. Vnde superiùs dixit: *Quæcunque ille fecerit* (scilicet Pater) *hæc & Filius similiter facit.* Et hoc loco: *Si non facio opera Patris mei.* Ab operum ergo identitate, & qualitate, Diuinæ substantiæ voitatem, & æqualitatem arguit: quemadmodum in cœna Ioano. 14. disputans cum Philippo, iterum asseruit: *Vt cognoscatis & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre.* Id est, vt primùm fide acquisita quasi Samaritana percipiatis, & deinde fide infusa credatis, vnum me esse cum Patre ex quo eiusmodi opera facio, vtpotè quod io me sit ipse Pater, & ego in eo; atqoe ita cognoscatis essentiam Patris esse in me, & ob id Patrem non esse me maiorem: & me esse in Patre, & propterea non esse minotem Patre, sed per omnia, substantia, potestate, duratione illi parem, atque æqualem.

Humilitas Christi quanta.

Matth. 24.

Propium diuinarum personarum.

Ioan 5.

Earundē vnde æqualitas arguitur.

Quid est, Patrem esse in Christo, & Christum in Patre.

Ioā. 4. & seq.

Et Pater, & Filius secundùm substantiam de Patre, & Filio dicuntur, & secundum naturam; de nobis verò oonnisi per participationem, & adoptionem. Quod prius dixit: *Ego, & Pater vnum sumus*, oune dicit: *Ego in Patre, & Pater in me est.* Quo etiam verbo apertè significatut naturæ indiuiduæ vnitas. Nam etsi in omnibus creaturis non inueniantut duo, quorum vtrumque propriè loquendo dicatur esse in altero, quia non suot vna eademque natura, sed diuersa: tamen quia voa est Patris, & Flij substantia, & natura, & Patris substantia tota est in Filio, & Filij vicissim in Patre; ideò totus Pater in Filio, & totus quoqoe Filius existit in Patre. Id qood significatut his verbis; Pater in me est: id est, Quicquid habet pater, meum

Pater, & Filius aliter de Deo, aliter vero de nobis dicuntur.

est,

est, & omne quod ego habeo, Patris est, vnum enim sumus, vt paullò inferius ipse explicuit, dicens: *Mea omnia, tua sunt: & tua, mea sunt, & clarificatus sum in eis.* Vna etiam persona comprehendit alteram cognitione, amore, & honore, quantum est comprehensibilis, hoc est, infinito modo.

Ioan 17.
Diuinæ item Personæ vt maneant in seipsis.

Quærebant ergo eum apprehendere; & exiuit de manibus eorum. Non sunt hoc mollissimo responso Iudæorum impiorum adhuc animi placati, sed suę malitiæ propositum exequi pergebant, laborantes eũ tanquam blasphemum, & supplicio dignum apprehendere. Verum quoniam nondum venerat hora passioni constituta, subduxit se, faciendo se illis inuisibilem, vt Ioan. 8. Et sine vllo obstaculo & impedimento abijt quò voluit. Deus præcipit interfici blasphemum prophetam, & omnes blasphemos lapidari: cur autem sinit hunc euadere tam sæpè, nec naturalibus modis, sed prodigiosis? Adde etiam, quod in passione ostendit se liberum esse: cum caperetur enim à ministris, prostrauit eos, & cùm moretur, emissa magna voce, & ostendens se mori velle, & cur id tam sępè, & resurrecturum se prædixisset? Cur item Deus passus est prædicari hunc resurrexisse, & credi à tam multis? Et non credentes, tam miserè vbique haberi, si hic non esset verus, & verax Messias?

Iudæorum in Christum obstinata malignitas, impietasque sacrilega.
Quare Christus nõ se à Iudæis comprehendi permisit sed exiuit de manibus eorũ.
Deut. 13.
Leuit. 24.
Ioan 18.
Matth. 27.
Supra 14. & & 22.

Designans autem locum, ait. *Et abijt iterum trans Iordanem in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primum: & mansit illic.* Vbi Dominus magnum quippiam de se locutus esset, vel grande aliquod signum edidisset, fugiebat confestim, tum propter populi plausum, ac laudem declinandam: tùm propter rabiem inuidorum, vt per suam absentiam cessarent, & quiescerent. Abijt autem in locum trans Iordanem, vbi olim baptizabat, nempè Bethaniam, siue Bethaboram; vt præsentium memoria suggereretur signum quod factum fuerat dum baptizaretur, ac Ioannis testimonium, quod de eo testificatus fuerat, & ita crederent, & ita conferrent Ioannem sine signis, cum Iesu signorum multitudine ornato. Quòd sanè etiam factum est: nam sequitur quomodo inter se argumentarentur.

Ioan. 1.
Christi humilitas. Idem cur rebellis Iudæis in Bethaniam secessit.
Matth. 3.
Ioan. 10.

Locus verò, vbi erat Ioannes baptizans, primum fuit Bethabora Ioann. 1. dicens Ioannem trans Iordanem baptizasse, ac de Christo post se venturo testificatum fuisse, eumque digito ibi demonstrasse præsentem. Deinde narrat capit. 3. Ioannem mutato loco baptizasse in Ænon iuxta Salim. Et quoniam in Bethabora olim apud Ioannem Dominus venerat; ideò hic dicit iterum eum abijsse in eum locum.

Quibus in locis Ioannes baptizabat.

Et multi venerunt ad eum, & dicebant, Quia Ioannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem, quæcunque dixit Ioannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum. Multi venerũt ad eum; quibus ipse solita suæ benignitatis officia impendit. Docebat enim, vt habet Marcus capit. 10. & languidos curauit, vt refertur Matth. 19. in principio: nam de isto secessu loquitur, cùm ait: *Migrauit de Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem: & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi.*

Cur multi venirent ad Iesum in Bethaniam.

Argumentum primum illorum erat: Ioannes quidem signum fecit nullum; hic autem multa; maior ergo hic est illo: hic ergo Messias, non ille. Deinde aliud sumunt excellentius signum: quia etiam quæcunque de hoc dixit Ioannes, vera erant, rebus ipsis iam demonstrata, nempè quod longe maior se futurus esset: quodque ipso imminuto, Iesus augmentum esset sumpturus. Proinde Ioãnis testimonium fide dignum est: & ideò testimonio Ioannis, & hoc signo adducti, multi crediderunt in eum, vt impleretur verbum illud: *Vt omnes crederent per illum.* Quo in loco ait Euthymius: *Vidisti quantum eis profuerit locus, & à peruersis hominibus separari? Nam frequenter ob hoc educit ipsos, & ab illorum conuersatione abducit: quod etiam in Veteri Testamento fecisse apparet; cum longè ab Aegyptijs in deserto informauit, ac correxit.* Hæc ille: In desertis plus fidei inuenit, quã Hierosolymis: nempe Spiritui sancto repugnant alta mundi huius. Quòd vero Ioannes nullum viuens signum ediderit, etsi sanctissimus, sicut nec B. Virgo: mirum esse non debet. Quia hoc factum est secundum Augustinum, quia quidam sancti non edunt signa, quæ faciunt mali; ne putetur gratia gratis data maior charitate. Deinde Ioannes sine signis fidem inuenit, & Christus cum illis non inuenit: quia scilicet non solum se esse Prophetam, & magnum aliquem sanctum, vt Ioannes, sed & Messiam, & quod plus est, Deum credi se volebat Dominus Iesus. Tertio, vt rectè hic meditatur B. Thomas, minor potestas in præsentia maioris potestatis, non vtitur potestatis suæ insignijs: vt Proconsul in præsentia Consulis, vel Consul in præsentia Imperatoris: ita Præcursor non vtitur signis in præsentia Christi. Fuit tamen, vt ait Chrysostomus in hunc locum, tota eius vita prodigiosa, & à conceptione ad mortem miraculis plena. Propterea Prophetę multi

Prima ratio.
Altera.
Ioan. 1 & Infra 3.
Supra 1.
Euthym. in c. Ioan. 10.
Plus fidei in desertis locis quam Hierosolymis cur Dominus inuenerit.
Ioannes Baptista, & B. Virgo cur nullum signum ediderint.
August lib. 30 quæst. q. 80. to. 4.
II. Ratio.
III. Ratio.
B Thom. in Ioan. c. 10 lectu. 4. to. 14.
Chrys ho. 61 in Ioan. to. 3.
Beati Præcursoris vita quã sit fuerit teste Chrysostomo.

non ediderunt signa, vt Amos, Ieremias, Zacharias & alij: quibus tamen Iudæi credere adstringebantur: vt omnium non sit, Ioannem non edidisse signa. Fecit tamen post mortem, vt testantur Hieronymus in epitaphio Paulæ & Sozomenus. Nam Valens, qui fuit Arrianus, Imperator, volens transferre caput Constantinopolim, diuino nutu impeditus, non potuit. Et Palladius Hieronymo æqualis, in Lausiaca historia restatur ad Ioannis reliquias paralyticum, & eum energumenum, sanitati pristinę redditum. Multa quoque alia Theodoritus in historia Sanctorum Patrum, Gregorius Turonensis libro in gloriam Sanctorum, & Simeon Metaphrastes de exportatione pręcisę manus, atque alij permulti recensent. Postremo, malos multos, ac reprobos signa facere, restatur Dominus apud Matthæum; imò ipsum reproborum caput Antichristum, asseruit ad Thessalonicenses scribens Apostolus. Vt propterea mirandum non sit, si hæc operatio miraculorum quibusdam sanctis sit denegata; vt excellentiorem viam charitatis omnes ingrediamur, quæ vna citra signa saluos nos potest constituere ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto, æqualis gloria, par deitas, vnum & idem imperium est in sempiternum. Amen.

IV. Ratio. Prophetæ qui nam signa non edidere. Ioannes Baptista quæ edidit signa post mortem. *B. Hieron. tom. 1. Sozome. lib. 9. hist. Tripart. cap. 47.* Palladius historicus Hieronymo æqualis. *Theod. part. 1. Greg. Turonẽ. Simeon Metaphr.* V. Ratio. *Matth. 7. & Infra 24. 2. Thess. 2. 2. Cor. 12.*

TRACTATVS LXV.

In quo Dominus respondet quæstioni cuiusdam interrogantis, *Domine, si pauci sunt qui saluantur:* Vbi etiam exponitur disceptatio Illa Pharisæorum: *Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere,* Et reliqua in finem vsque capitis. Et habetur Luc. cap. 13. *Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Ierusalem. Ait autem illi quidam, Domine si pauci sunt qui saluantur: Ipse autem dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico, vobis quærent intrare, & non poterunt:* & quæ sequuntur.

Quam fidelis Christus in ...

PAullò ante hæc verba Euangelista induxerat Christum proponentem parabolam grani sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit, & fermenti, quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria: quod est verbũ Dei, prædicare populo, vt cum tempore propagetur per vniuersam terram. Quod igitur in illis parabolis insinuauit, opere ipso præstat, dum pergit per ciuitates, & castella, prædicans regnum Dei. *Ait autem illi quidam, Domine, si pauci sunt qui saluantur?* Qua occasione iste permotus sit ad hanc interrogationem faciendam, non satis cõstat: fortassis cum in superioribus quædam sublimia docuisset de vendendis facultatibus, de viuendo ex tempore, coruorum & liliorum ritu, & non contendendo cum aduersario, iudicabat Christum paradoxa loqui, cum proponeret præcepta quæ videbantur satis grauia, & tamen diceret grani illius sinapis ramos multiplicandos. Existimans ergo Christum partim restringere, partim ampliare, animo tentandi, de numero saluandorum eum interrogauit. Quæstio sanè ardua, & curiosa, & spectans ad diuinam prouidentiam, arque præscientiam. Nam quod ad prouidentiam attinet, Deus vult omnes homines saluos fieri, si & ipsi velint instrumenta, & adiumenta salutis oblata amplecti. Quantum ad pręscientiam verò, certum numerum seruandorum, secundum materiam, & secundum formam præuidit, qui nec augeri potest, neque minui, posita pręscientia: quamuis in se non repugnet posse plures seruari, quia Deus dedit vt possint plures saluari. Hinc Ecclesia ait; *Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus:* & Petrus: *Quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis.*

Cur hæc quæstio Domino proposita: Si pauci sunt qui saluantur. *Luc. 1.*

Ea quæstio qualis sit. Domine si pauci qui saluantur? *1. Tim. 2.* Certus est electorum numerus diuinæ mente præfinitus, impotens vel augeri, vel minui.

2. Petr. 1.

Ipse autem dixit ad illos, contendite intrare per angustam portam. Vnus fuit qui interrogauit, & Dominus respondit non ad illum, sed ad illos in numero multitudinis: quia fortè ille nomine multorum perierat, & nomine nostro, quia multi ex nobis eodem dubio, & desiderio sciendi tenemur. At vero quoniam nihil nostra refert, siue multi, siue pauci salutem sint consecuturi, nihil directè respondit Dominus homini illi ad id quod interrogabat: displicet enim Deo stulta illa hominum curiositas, qua multi volunt rogare de rebus, quæ ad se non pertinent. Ad reprimendam igitur curiositatem, & timorem incutiendum, respondit: sicut alibi rogatus de die iudicij, dixit: *De die autem illa, & hora nemo scit, neque Angeli calorum, nisi solus Pater.* Ita etiam interrogatus de tempore quo restituendum erat regnum Israeli

Cur Christus generaliter respondit: Cõtendite intrare per angustã portam.

Curiositas quę Deo displiceat

Matth. 24.

Act. 1.

Ioan. 21.

raeli respondit: *Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.* Rursus cùm Dominus Petro dixisset: *Sequere me,* ille inquit, *Domine, hic autem quid?* rogabat enim quod mortis genus maneret Ioannem. Respondit Iesus, *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.* Quasi diceret; Tu quod ad te pertinet, cura, neque superuacaneam habeas curam de Ioanne. Tria enim sunt quæstionum genera, quæ Christo proponebantur. Quædam curiosa, & inutilia: & in his reprimebat inanem appetitum sciendi, vt in prædictis.

Triplex quæstionu genus Christo propositum, eiusque responsa cuique accommodata.

Secundum genus.

Matth. 18.
Infra 16.
Infra 19.
Ioan. 15.

Quædam verò vtilia, & fructuosa, quæ bono animo aliqui percontabantur; & ad hæc libenter respondebat, vt cùm Apostoli dicebant: *Edissere nobis parabolam istam.* Et, *Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei?* Et quando adolescens interrogauit: *Quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?* Et in his respondebat: *Omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis,* scilicet pro captu vestro.

Tertiũ genus.
Matth. 22.
Ioan. 8.
Matth. 22.

Quædam verò proponebantur, vtilia quidem, & fructuosa, sed maligno animo, vt Iesum confunderent, vel caperent eum in sermone, vt quæstiones de lapidanda adultera, de censu dando Cæsari, de maximo mandato legis, & similibus: ad quæ Dominus parabolicè, rectè, & acutè respondẽs, eò tendebat, vt imponeret silentium malignis, & veritatem benè affectis explicaret. Dominus ergò videtur fuisse ab isto tentatus, quòd rem vanam, & curiosam peteret. Et vt responsum Domini ostendit, putabat ille omnes Iudæos saluandos, propter legem, & Prophetas; Gentes autem omnes perdendas, quòd lege carerent, & idolis seruirent. Quemadmodum ille qui interrogauit: *Et quis est meus proximus?* existimabat solos Iudæos pro proximis habendos; & tamen docuit etiam Samaritanum proximum fuisse.

Qualis hæc quæstio, Domine, si pauci sunt qui saluantur.

Luc. 10.
Iudæi quos proximorum tantum voce dignarentur.
Infra 13.

Christus ergò ad interrogata non respondit, nisi obscurè, & parabolicè, vt fecit quæsitus de Galilæis, vbi dixit parabolam: *Arborem fici habebat quidam, &c.* Et interrogatus de proximo dixit: *Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho.* Et Simoni Pharisæo malè cogitanti, & arguenti Christum in corde suo, proposuit parabolam: *Duo debitores erant cuidam fœneratori.* Et ita respondebat, eo quòd non erant digni, quibus veritas clara & manifesta responderetur, ne grauiter offenderentur. Neque inquit, Multi sunt qui saluantur, ne redderet nos negligentes, & licentiosos. Neque rursus dixit, Pauci sunt, ne nos ad desperationem cogeret: sed potius admonet totam turbam, vt ipsi curent esse de numero seruandorum, siue ille numerus sit paruus, siue magnus. Ait igitur, *Contendite,* siue certate intrare per angustam portam.

Supra 10.
Supra 7.

Quare interdum Dominus ad mentẽ interrogantiũ non responderet.

Quid est: Contendite intrare per angustã portam.

Nolite quærere an multi seruentur, quod est curiosum: illud quod vtile est, potius considerate, nimirum vt festinetis alter alterum præueniendo, quod est proprium certantium, vt ingrediamini per angustam portam. Est autem porta angusta, vel via virtutis media inter extrema vitia: extrema siquidem sphœræ, vt circuli, lata & spatiosa sunt, medium autem angustum: & ita se habet virtus ad vitia. Vel Dominus Iesus est porta angusta, de qua apud Ioannem: Ego sum, inquit, ostium ouiũ: sicut & ipse est via, & vtrumq;, quatenus homo est: sicut ipse est vita, & veritas, in quantum Deus. Non enim nisi per Christum, vt viam, ambulare debemus, vt perueniamus ad regnum: nam qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Hæc porta Domini: iusti intrabunt in eam. Sub Christo tamen, Sancti, & beata Virgo portæ dicuntur: nam vt scelerati, & iniqui portæ inferi vocantur à Christo, multò iustius sancti Apostoli, qui duodecim portæ vocantur in Apocalypsi, & beata Virgo, de qua Ecclesia canit: *Fœlix cæli porta:* Et, *Tu Regis alta ianua, Et porta lucis fulgida.* Et ita alij Sancti sub Christo, & propter Christum, portæ regni cœlorum dici possunt: sed peculiares portæ sunt, & non portæ salutem conferentes, sed salutem à Christo partam applicantes: vel ministerio verbi, & Sacramenti, dum viuerent, vel prece, & exemplo bonæ vitæ, & doctrina nobis relicta post mortem. Est autem hæc porta angusta, in quam nonnisi restricti, & coarctati ingredi possimus. Stringit enim Christus intellectum, ne quæcunque velit, credat, sed illa tantùm, quæ certa regula Ecclesiæ credenda traduntur. Stringit etiam spem nostram, dum de omni creatura, atque adeò de viribus nostris, & nobis ipsis diffidere, & in solo Deo totam spem nostram collocare docet. Restringit etiam affectum charitatis, dum ita docet diligi omnes, etiam inimicos, vt eorum non diligantur errores. Denique restringit sensum, & corpus, vt spiritui seruiat: nam vt Apostolus docet ad Hebræos, Omnis disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris; postea autem fructum pa-

Proprium certantium quid. Porta angusta quænam illa.

Alter sensus.
Ioan. 10.
Infra 14.
Ibidem.

1. Ioan. 2.
Psal. 117.

Matth. 16.

Apoc. 21.

Sancti quomodo portæ cœlestis regni sint, & dicantur.

Porta angusta ad vitam ducens cur dicta.

Matth. 5.
Amici, & inimici quatenus diligendi à nobis sint.

Hebr. 12.

catissimum exercitatis per eam, reddet iustitiæ. Sed vitæ Christianæ initia difficilia existunt, & carni nondum benè domitæ, duta, & vix toleranda; sed paulatim spiritu charitatis aucta, plana, & aperta fiunt, & Deus præcedens iter pandit ante iustos.

Mich. 2.

Contendant qui intrare per angustam portam.

Verbum Contendendi, etiam laborem, nixum, studiumque significat, Id est: Certate aduersus vos ipsos, & aduersus omnem sapientem, & potentem, & omnem multitudinem, & quicquid id sit quod opponit se, ne Christum assequamini. Sed obijcies; Si porta est angusta, non sunt alij nobiscum vocandi, ne angustior fiat ingressus: ergo paucorum viam sequamur, ne quis dicat: Non video alios ita facere, nec ego sic faciam: imò nobis suspecta sit multitudo. Sed respondeo: Si alios verbo, & exemplo non vocauero, clausa erit mihi porta, nedum angusta: quia vnicuique mandauit (Deus) de proximo suo, imò dixit: *Compelle illos intrare, vt impleatur domus mea.* Et, *Orate pro inuicem, vt saluemini.*

Cum angusta in cœlũ sit porta, cum alijs intrandi per eam nobis vt erit?

Eccles. 17.
Luc. 14.
Iacob. 5.

Hic autem tantùm admonet, ne multitudinem sequamur, sed arripiamus eam ad nos, & ad portam arctam, vt sequamur paucos, & efficiamur multi. *Quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt.* Si ergo porta angusta est, vt etiam quærentes intrare non possint, pauci omnino seruabuntur. Respondeo: Multi, de quibus interrogas, quærent intrare, & non poterunt: omnes enim natura quærunt salutem, & felicitatem, etiam dum peccant. Hinc Beda exponit: *Quærunt intrare salutis amore prouocati: & non poterunt itineris asperitate deterriti, intelligentes scilicet hoc impleri in præsenti vita.* Et verbo illo, *non poterunt*, non intelligas absolutam impossibilitatem, & infirmitatem. At si sequentia respicias, non videtur dictum de præsenti vita illud, Multi quærent intrare, sed de futura, de qua ait: *Cùm autem intrauerit paterfamilias, & clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes, Domine, aperi nobis:* cupientes intrare ad vitam, seu regnum cælorum, ostium frustra pulsando. Sed multi quærent post hanc vitam, & in nouissimo die intrare ad salutem, & non poterunt, quia non sunt modò ingressi per angustam virtutis portam, sed per latam & spatiosam perditionis.

Si multi quærent intrare in vitam per angustam portam, Ecqui seruabuntur?

Beda lib. 4. in Luc. cap. 54. tom. 5.

Quærentes intrare, & non intrantes qui sint, teste Beda.

Matth. 7.

Multi enim quærunt, & non possunt, vel quòd aliunde intrare nolunt, vt fures, & latrones, vel quod per veram portam ingredi non contendunt, id est, per Christum. Nam Iudæi, per Moysem, Saraceni, per Mahometum, vel per peculiares portas ostensas non ab Ecclesia, sed ab his, qui ab illa deficiunt, vt Lutherani, Caluiniani, Anabaptistæ, Hugonoctij, intrare se profitentur; vel si per veram portam Christum, non quo modo debent, quia non humiliato capite, vt superbi, vel multis sarcinis impediti, vt auari; vel suam volentes statuere iustitiam, qui iustitiæ Dei non sunt subiecti, vt Iudæi magna ex parte, & dogmatis Pelagiani sectatores, aut denique tardè veniunt, quando clausa est ianua, id est, post hanc vitam, vt hic ait. Contendite ergo, vt intus sitis antequàm claudatur ianua: quæ nulli expedito clausa est, nam ipse ait: *Pulsate, & aperietur vobis.* Et, *eum qui venit ad me, non eijciam foras.* Neque rursus aliorum multorum concursus aditum portæ angustat, vt fieri solet cùm egrederis de templo, in quod multi concurrũt concionis audiendæ gratia: quia omnes qui ingrediuntur per portam, auxilio sunt secum intrantibus.

Quare multi quærentes intrare, nõ possint.

Ioan. 10.

Rom. 10.

Luc. 11.
Ioan. 6.

Multorum ad salutem concursus, cœlestis regni aditum minimè reddit angustiorẽ.

Cùm autem intrauerit paterfamilias, & clauserit ostium. Videtur igitur propter aduersatiuam particulam, *Autem*, quod etiam ante clausam ianuam multi quærentes intrare, non possint: Græcè tamen legitur ἀφ' οὗ ἂν, id est. Ex quo si clauserit paterfamilias, frustra quæretis: & ita legunt Theophylactus, & Euthymius. Et loquitur de aduentu Christi ad iudicium instar cuiusdam patrisfamilias ostium suum apertum ad tempus excipiendis amicis reuentis, quando surget in se, & suscitatis omnibus.

Quis ille Paterfamilias claudet ostiũ & quando.

Theophylact.
Euthym.

Ideò post vniuersalem resurrectionem virginibus stultis dicetur: *Clausa est ianua.* Vt si esset celebre & splendidum aliquod conuiuium in aula alicuius Principis, & tantùm ad illum pateret ingressus ad horam signatam, nempe ab vndecima ad duodecimam, & postea omnibus venientibus clauderetur.

Matth. 25.

Exemplum de patref. mil. in regnum cælorum & ostiũ indignis claudente proponitur.

Ita Dominus dixit: *Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.* Et, *Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. Venit enim nox, quando nemo potest operari.* Et hic laborandum in vinea Domini, si quis sub noctem velit mercedem recipere. In hac vita seminandum est, quod in illa metere voluerimus: hic emendum est oleum, si ab sponso sub mediam noctem, vt illæ virgines fatuæ, nolumus excludi.

Luc. 12.
Ioan. 12.
Supra 9.

Matth. 25.

Nonnullis etiam ante diem illum clauditur ianua: quos sæpè vocatos, & venite contemnẽtes Deus spernit, tanquam datos

in repro-

Prou.1.

in reprobum ſenſum, & in interitu eorum ridebit: *Quia vocaui, inquit, & renuiſtis: extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis: Ego quoq; in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo cum vobis id quod timebatis, aduenerit.* Ideo omnes timeant, & vocantem Deum timeant.

Quia etſi omnes corde gementes, & fide ſe inuocantes, Deus exaudiat: dubium tñ eſt an ex fide, & cognitione diuinæ miſericordiæ, & ſpe in Chriſtum inuocent, an potius ex metu, & conſcientia perturbata: & illis accidat quod Præfecto vrbis Mediolanenſis conſtat eueniſſe, qui cũ fores domus B. Ambr. ad ſe venieñti, vt pauperis cauſam ageret, occluſiſſet, nec illi diu pulſanti aperire voluiſſet: paulo poſt accidit, vt Præfectus ab Imperatore inquiſitus cum in tẽplum, tanquam in aſylum, ſe recipere vellet, nunquam tamen, vt Sanctus comminatus fuerat, oſtium templi inuenire potuerit: vt Paulinus eſt autor. Clauditur ergo oſtium remiſſionis peccatorum, & gratiæ Dei, vel tempore reſurrectionis vniuerſæ ad omnes, vel priuatim in morte cuiuſque: quicquid ſit de quibuſdam alijs, quibus vt omnino induratis, quidam etiam exiſtimãt ante mortem oſtium claudi.

Quid Præfecto vrbis Mediolanenſis, B. Ambr. ad ſe ingredi volenti vt cauſam pauperis ageret, aditum prohibenti, acciderit.

Paulinus in vita B. Ambroſii.

Quibus etiam claudat oſtiũ ſalutis Paterfamilias, ſecundum nonnullos.

Incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium, dicentes, Domine aperi nobis. His verbis proprie Iudæos percellit, qui oblatũ Euangelium recipere noluerunt: iſti incipient cognoſcere quod ſtant foris extra domum Dei. Clamabunt enim, hoc eſt, deſiderabunt cum pijs ingredi regnum Dei: pulſabunt oſtium, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis. Confidentia, in profeſſione fidei exterioris cultus ſignificatur: & per pulſum ianuæ, inutilis pœnitentia, ad quam tunc nudis verbis confugient.

Foris ſtantes, & pulſantes oſtium, & dicentes, Domine aperi nobis, excluduntur nihilominus à Patre familias, qui nam illi.

Et reſpondens, dicet vobis, Neſcio vos vnde ſitis. Qui enim in præſenti nolunt audire vocem mandantis, poſtea etiam non exaudientur à remunerante. Et dicitur illis, quia ſunt ex mundo, aut ex diabolo, cuius opera Chriſtus venit diſſoluere. Quaſi diceret, Vos non me agnouiſtis eſſe illum nempe miſſum à Patre Meſſiam ad operandam veſtram ſalutem: nec ego agnoſco vos quaſi filios, aut diſcipulos meos. Me, & ſermones meos erubuiſtis: & ego vos erubeſcam: non eſtis mei, ſed iniquitatis operarij, atque diaboli, ab illo ergo mercedem exigite.

Quid eſt: Neſcio vos vnde ſitis.

1. Ioan. 3.

Luc. 9.

Tunc incipietis dicere, Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet vobis, Neſcio vos vnde ſitis, diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Allegant merita, vt prodant vnde ſint: quod legem acceperunt: quod ipſis promiſſiones factæ ſunt: quod ex Abrahæ ſemine prognati ſunt: quod Chriſtum audierunt prædicantem, & viderunt miracula operantem. Adducunt enim Chriſti incarnati opera, qui comedit, & bibit cum Iudæis, & illis prædicauit: ſed illis non profuit. Vel, vt Theophylactus ait, alludit ad legem, in qua qui ſacrificabant, edebant, & bibebant in templo coram Domino: & legebant Moyſem & Prophetas aſſidue: quæ opera per ſe non iuſtificabant. Sic & nobis Chriſtianis non ſatis erit ad ſalutem, edere corpus Chriſti, eiuſque ſanguinem bibere, & intereſſe ſermoni, & ſacrificio, ac diuinis officijs, niſi qui manducat, ſpiritaliter edat, & vniatur cum Chriſto, & niſi quæ audiat, fecerit, iuxta illud: *Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.* Et nihil hic dicit de operibus miſericordiæ: quæ ſi habuiſſent, inueniſſent forte indulgentiam, vt apud Matthæum, & Lucam dicitur, neque ſi illa habuiſſent, aut ex commiſeratione naturali, aut propter vanum finem quicquam iuuiſſent. Et ſubdit: *Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Prima pœna, damni eſt: *Diſcedite à me*, id eſt, à conſortio, & gloria mea. Secunda, eſt pœna ſenſus, cum ait: *Ibi erit fletus, & ſtridor dentium*, in animo & corpore. Tertia, eſt degeneratio à patribus eorum, Abraham, Iſaac, & Iacob, & omnibus Prophetis, qui ſunt in regno Dei: à quo excluduntur, qui eorum fidem, & opera non ſunt imitati: ſicut & nos à Petro, Paulo, Apoſtolis, & Martyribus excludemur, niſi eorum fuerimus exempla ſectati.

Pſal. 6.

Iudæis improbis priuilegia quæ acceperant, quã nihil in iudicio profutura, Dominó teſtante.

Theophyl.

Deut. 12. & 10

Chriſtianis etiam quibus apud Chriſtũ iudicem de eo accepta, beneficia nihil proderunt.

Rom. 2.

Matt. 25. Luc. 13.

Iudæorum, & Chriſtianorũ malorum triplex pœna.

Matt 13.

Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Auſtro, & accumbent in regno Dei. Hoc verbo pungit interrogantem: quaſi omnes Iudæi eſſent ſaluandi, Gentes vero cunctæ perdendæ: & hoc erit in cruciatum Iudæorum, ſe primos in regno Dei eſſe exiſtimantium. Idem nobis accidet, qui gloriamur in lege Chriſti, in qua à cunabilis nati ſumus, illam tamen tranſgredimur. Nihil enim ita facit ad cumulum infelicitatis, quam videre alios ea frui felicitate, à qua ipſe eiectus eſt. Et diues ille Epulo tanto magis torquebatur, quanto maiori felicitate videbat Lazarum frui. Ideo de impijs, electos Dei in magna gloria videntibus, dicitur: *Turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperata ſalutis, gementes præ anguſtia Spiritus: Dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes, Hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſen-*

Supra 8.

Iudæi pro ſua modeſtia quo loco ſe reponerent inter eos, qui ſeruabuntur.

Quid augeat cumulum infelicitatis, & miſeriæ.

Luc. 16.

Sap. 5.

sati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Hæc omnia augent Iudæis dolorem, quod ipsi sese iactauerint filios Abrahæ, gentem sanctam, peculium Dei, Sacerdotium regale: & tamen proiecti sunt in tenebras exteriores, admissis Gentilibus. Ideo subdit: *Et ecce, sunt nouissimi qui erant primi: & sunt primi qui erant nouissimi.* Cum venerint ab Oriente, & Occidente, scilicet Gentiles, qui modo sunt nouissimi, erunt primi; & Iudæi qui erant primi, fient nouissimi: Vel quia videlicet vltimo conuertentur post plenitudinem Gentium, vel propter damnationem Iudæorum incredulorum, vt ita impleatur verbum Moysi: *Ipsi erunt in caput, & tu eris in caudam.* Et sic exposita est quæstio, *An pauci sunt qui saluantur?* De qua nos quicquam amplius disserere, nõ arbitramur esse opportunum, aut conducibile, postquam Christus Patris sapientia nihil ad hoc expresse respondere voluit. Non solum paucos ambulare per viam certam salutis iuxta rigorem iustitiæ, significauit Dominus: sed misericordiæ Dei non ligantur manus: noluit autem discipulos inniti solum in misericordia, quæ non datur omnibus. Non ignoro quosdam tum Scripturis, tum rationibus probare contendisse, auctiorem esse numerum eorum qui saluantur, quam eorum qui pereunt, saltem ex his, qui Christiana professione censentur: Contra alios, maiorem esse numerum eorum qui pereunt. Sed non videmus tam fortes, & efficaces rationes pro hac, vel illa parte, vt aliquid certum ad vtramuis sententiam stabiliendam definiri valeat. Et potius censeo humilitatis Christianæ esse, hoc secretum seruare ipsi Deo soli, cui cognitus est numerus seruandorum in æterna felicitate locandus, quam aliquid velle nostris rationibus definire.

Matt. 8. *Ioan 8.* *Exod. 19.*

Qui sint nouissimi qui erant primi, & sint primi qui erant nouissimi, & quonam modo. *Rom. 11.*

Deut. 28.

Contra curiosos diuinorum iudiciorum.

De numero maiore, vel minore seruandorum duplex opinio inter se contraria, & quam solida illa atq; efficax. Tutius ac melius de hac re qui sentiant.

CONIVNGITVR isti disceptationi præteritæ altera apud Lucam, quæ sic habet: *In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorum, dicentes illi, Exi, & vade hinc: quia Herodes vult te occidere. Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi, Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertia die consummor. Veruntamen oportet me hodie, & cras, & sequenti die ambulare: quia non capit Prophetam perire extra Ierusalem.* Non poterant Iudæi non ægrè ferre, si quando præferrentur ipsis Gentes à Domino. Putabant se ob genus Abrahæ omnibus Gentibus præferendos: sed hanc falsam eorum persuasionem conatus est Spiritus sanctus illis adimere, tum per Ioannem Baptistam, dicentem: *Ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*, & per Dominum inanem eorum gloriationem retundentem: *Si filij,* inquit, *Abrahæ estis, opera Abrahæ facite*, & per Apostolum Paulum in multis locis: & in Actis Apostolicis magna est disceptatio de priuilegio Iudaismi, & erant qui Gentes iudicarent totius salutis expertes. Cum ergo hoc loco apertis verbis Iudæorum repulsam, & Gentium assumptionem notasset, non poterant Iudæi hanc disceptationem æquo animo ferre: cum autem aperto marte illum inuadere non auderent: simulantes se bene illi velle, accedunt, vt sic iniecto metu, ipsi obturent os Euangelicum. *Exi* (inquiunt) *& vade hinc: quia Herodes vult te occidere.* Quasi dicant, Consule vitæ tuæ, & relinque Galilæam: nam Herodes huius prouinciæ Rex tibi vult male, & venatur occasionem qua te perdat: quod ni caueris, nihilo mitius te tractabit quam Ioannem Baptistam, quem propter eius prædicationem valde gratam populo interfecit, eadem quippe, imo maior ratio militabat contra Iesum. Ex quo apparet, hanc historiam in Galilæa, & non in Iudæa contigisse, & per recapitulationem narratam hoc loco à B. Luca: quemadmodum de alijs idem fecisse est valde probabile, iam enim non in Galilæa, sed in Iudæa agebat Christus.

Luc. 13.

De Gentibus falsa Iudæorũ opinio.

Matt. 3.

Ioan 8.

Act. 11.

Iudæorum vulpina mens, & animus.

Ioannem Baptistam cur occidit Herodes. *Matt. 14.*

Vbi hæc historia contigerit.

Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi. Nomen vulpis referri potest ad Herodem Regem qui dolosus erat, & astutus, & simulabat se diligere Ioannem Baptistam, quem tamen ex corde oderat. Et vt plurimum Reges nonnisi dolis, & fraudibus imperium obtinent, & vbi obtinuerint, mendacijs, & technis administrant. Quanta (bone Deus) fingunt, vt auaritiæ suæ, & ambitioni seruiant, & vt emungant nummos. Vt igitur Neronẽ Paulus propter crudelitatem vocauit leonem: ita Dominus Herodem vulpem, propter fraudem. Theophyl. post Cyrillũ ponderauit Græcè dici vulpi huic, τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ, & significat dicendum esse illi, qui præcedentia verba dixerat dolosè, & cum fraude, & vt eum à prædicatione cessare faceret, & non tam ex charitate, quam ex vulpino corde locutum. Et mendaciter dixerunt, vt terrorem illi incuterent: Herodes vult te interficere: quia Herodes de Iesu honorifice sentiebat, & cupiebat etiã in eius passione videre illum, & signum aliquod putabat se ab eo posse impetrare.

Herodes cur vulpes à Christo appellatus sit. Vitium commune Principum.

Neronem Paulus cur leonem appellauerit. 2. Tim. 4. *Theophyl. Cyrill.*

Herodes quid de Christo senserit.

Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio

Christo Euangelium a Patre commissum, ex duobus pendebat.

hodie, & cras, & tertia die consummor. Negotium Euangelicum, quod suæ curæ creditum erat, ex duobus declarat, nempè ab eiectione dæmonum, & collatione sanitatum: vbi tacitè diuinam potestatem suam tantam insinuat, vt sibi ab Herode non sit timendum: & tantam, & tam singularem beneficentiam, vt notet eorum ingratum animum qui eum possent odisse, & persequi, qui talia impendebat beneficia, vt nil aliud quàm benefacere nosset. Qui enim dæmonia expellit, & sanitates perficit, qua ratione timebit Herodem? Declarat ergo sibi nihil esse periculi ab aliquo homine, nisi vellet ipse: nec se moriturum, vel alio tempore, vel alio loco, vel alio genere mortis, quàm constitutum esset à Patre.

Christus quã longe esset ab omni vitæ periculo, si vellet

Ecce ergo, non est humanum quod gero, nec licet desinere ante tempus à Deo præscriptum: nihil iuris habet Herodes in hoc negotio. Vt enim eius autoritas nemini potest præstare vt hæc agat; ita neminem potest impedire, ne, quod agit, peragat. Cur autem velit impedire quod ego ago, si bonum est? Ego illius Rempublicam nõ interturbo, nullam seditionem excito; neminem ad illius contemptum adhortor; sed eijcio dæmonia, & propello morbos, quæ duo non possunt illius subditis non vtilitatem maximã adferre. Nolenti mihi nihil nocere poterit Herodes: ego paullò post me proditoribus meis volens offerã.

Quid, Hodie, & cras, & tertia die consum mor?

Per hodie, cras, & tertiam diem, vniuersi temporis ad opus suum requisiti perfectio, siue breuitas significatur, ac si dicat: Ecce ego perficio vniuersum opus definitũ pro functione mea: ante quod nemo poterit me ab opere meo impedire. Verbũ autem illud, *Consummor.* Græcè habetur τελειοῦμαι, quod est mediæ significationis, & potest significare consummo, siue perficio opus meum, actiuè, vt legit Erasmus: vel passiuè consummor (quæ lectio melior est) hoc est, perficior secundùm ea quæ scripta sunt de me. Vnde in cruce positus clamauit: *Cõsummatum est.* Tertia die consummor, id est, tertia die extremam manum operi meo per mortem impono. Sicut enim alibi mortem suam vocauit Exaltationem, & Baptismum, & Lucas excessum, & assumptioné, ita hic perfectionem & consummationem, non consumptionem, aut perditionem.

Erasmus in sua Paraphrasi.

Ioann.19.

Suprà 3 & 8. & 12. Marc.10.

Luc 9. Ibidem.

Veruntamen oportet me hodie, & cras, & sequenti die ambulare, quia non capit Prophetam perire extra Ierusalem. Ac si Dominus dicat Pharisæi simulatores, nõ est amicitiæ quod nuntiatis; sed aliud mens sentit, & aliud loquuntur labia. Qui potestis ex animo me admonete quod tutus non sim ab Herode; cùm ipsi sitis qui din, & noctu meam mortem meditamini? Sed neq; Herodem timeo, neque vos fraudulentos, & sanguinolentos: nec fugiam Ierusalem, sicut nec Herodem fugio, sed rectà proficiscar in Ierusalem, quæ hinc distat itinere trium dierum. Et hoc potest esse quod ait, hodie & cras, & sequenti die ambulare, vt Albertus, & Caietanus, & Augustinus lib. de cõsensu Euangelistarum, & lib. contra Iulianum. Quia certum est, Dominum non esse mortuum tertia die postquam hæc dixit: & quia id: Tertia die consummor, non quadrat cum eo quod sequitur, mysticéq; putat intelligendum illud, *Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio,* & referendum ad corpus eius, quod est Ecclesia, in qua dæmones eijciuntur à Christo, dum relictis idolis, & superstitiosis cultibus credunt in Christum Gentes, & peccata eis remittuntur: Sanitates, dum secundum eius præcepta viuitur. Tertiò in resurrectionis tempore consummabitur Ecclesia, & Christus ipse in ea. Sed hic nec proprius, nec intentus à Domino videtur, nec illi quadrat quod præcedit, quod dixerunt Pharisæi de Herode, neque cum eo quod sequitur: Veruntamen oportet me hodie, & cras, & sequenti die ambulare. Idcircò simplicius erit per hodie, cras, & sequentem diem, intelligere modicum, & breue tempus, sicut in superiori loco. Vt sit sensus: Oportet me modico tempore, solito more perambulare diuersa loca, & huc, illucq; ambulare, hoc, & secundo die, & tertio: sicut apud Oseam per duos dies, & diem tertiam breue indicatur tẽpus, post quod afflictis, ad Deumque reuersis consolatio promittitur, cùm ait: Viuificabit nos post duos dies, & in tertia die suscitabit nos.

Hodie item & cras & sequenti die Dominũ ambulare quid.

Albert. Mag. postilla in Lucam. Caiet. ibid. August lib 2. de consen. Euang. c.75. tom 4. & lib. 6. contra Iulia. c.8. tom.7. Coloss 2.

Alter sensus congruentior.

Ose. 6.

Quia non capit (vel contingit, vel non cõuenit) *Prophetam perire extra Ierusalem.* Quod cum in omnibus Prophetis sit impletum, iuxta illud Stephani: *Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prænuntiabant de aduentu Iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis:* ita etiam in seipso Prophetarum capite implendum erat, sicut à Prophetis fuerat prædictum. Et ideò rectè dictum, *non capit*, id est, non est possibile, vel non conuenit, Prophetam, illum insignem, de quo in Deuteronomio fit mentio (etiamsi cum articulo non denominetur, vt solet: quia hic loquitur de eius morte) perire extra Ierusalem. Intelligendo per Ierusalẽ, etiã suburbia & contigua loca: nam alioquin constat Dominũ extra portam Ierusalem passum fuisse. Vel si sermo est de quocumq; Propheta,

Act 7. Qui verum sit Non capit Prophetam perire extra Ierusalẽ.

Deut. 18.

Hebr. 13.

nota-

notauit Ierosolymitanorum iniquitatem, vt crimen occidendi Prophetas alijs non permitterent, sed sibi ipsis vsurparent, vt proprium. Quibus verbis docet, passionem suam à se fuisse præcognitam, & voluntariè susceptam.

Altera sententia.

Matth 23.

Ierusalem quę occid. Prophetas.

Ierusalem Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te. Ierusalem hic vocatur reproborum cœtus, ex quibus aliquos Filius Dei rapit, vt adducat in aliam Ierusalem, quæ cœtus est electorum. Cui Filij Dei operi si Ierusalem non restitisset, adhuc staret, & bonis terræ, & cœli frueretur: & cùm deficeret, reciperetur in æterna tabernacula à filijs suis, multaque bona spiritualia consecuta fuisset: nunc autem quoniam ipsa reiecit Christum, colligit Christus quos voluit è cœtu impiorum Iudæorum, & ad Gentes transmigrauit. Sed vt ad Dominum redeam: non potuit ille comprimere dolorem, & magnum commiserationis suæ affectum, quẽ gerebat ad Iudæorum populum, Nam cùm ipse pro sua pietate, cuperet omnes homines saluos fieri, præuidens imminere insanabili ciuitati extremum excidium, deplorat illam non citra exprobrationem acceptorum beneficiorum, eius animum ingratum redarguendo. Et ad maiorem exaggerationem duplicat vocem Ierusalem Ierusalem, quæ superbè gloriaris de religione, & cognomine Dei: quæ Prophetas ad te missos partim occidis, partim lapidas, & interim non vis accusari de impia crudelitate. Quoties quæsiui salutem tuã, quoties te admonui; quoties te corripui, & iram Patris mei à te prohibui, neque secus te defendi, quam aues suis plumis defendunt nidos suos? Sed noluisti, ponendo obicem lumini, & resistendo inspirationi diuinæ, & me respuendo, qui post tot Prophetas ante me missos, ego ipse tandem veni, vt fieres egregia, & benè ornata domus, & vt fieres vinea electa. Sed quoniam omnis culturę es impatiens, *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*; id est, templum; quod post Christi mortem non est Dei domus, sed ipsorum domus, vel ciuitas Ierusalem, & omnis Iudæorum Regio, de qua Propheta Regius: *Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.* Et quod ait, *relinquetur vobis*: intellige in vestram confusionem & vestrorum criminum vindictam. Non amplius eris princeps populorum, aut gens sancta vel regale Sacerdotium. Templum Dei, vocat domum eorum: sicut Agg. 2. dicitur: *Magna erit gloria domus istius nouissimæ plusquam primæ*: quod desertum permansit

2.Tim. 2.

Ierusalem in Christum quã se ingratam declarauit.

Quæ domus Iudæorum relicta sit deserta, & quomodo.

Psalm 68.

Exod. 19.

1. Petr. 2.

post Domini passionem, quia abfuit ab illo protectio Dei, Messias, intelligentia Scripturarum: & deniq; deceptioni, exterminio, atque flammæ fuit expositum. Hæc deploratio Domini de vrbe Ierosolymitana, etiam apud Matthæum habetur paucis diebus ante mortem: vt ita vel bis sit à Domino pronuntiata. Vel sanè Lucas locutus est per præoccupationem, Matthæus vero per recapitulationem, si semel tantùm Dominus eam expressit.

Matth 23.

Dico autem vobis, quia non videbitis me, donec veniat, cùm dicetis, Benedictus qui venit in nomine Domini. Sermo iste videtur dirigi ad Ierosolymitas: noluit enim tunc Ierosolymam petere: sed non ita multò post ascendit, vbi sibi nolenti, aut repugnanti nihil nocere posse ostendit: imo siue velint, siue nolint eos diuinitus cogi, vt priusquam eum morti traderent, liberè confiterentur illum esse benedictum Domini. Quod in die Palmarum impleũ est, quando viderunt oculis corporis Dominum ingredientem tanquam Regem, & ipsi ei acclamarunt: *Benedictus qui venit Rex in nomine Domini.* Quia verò B. Matthæus hæc ipsa verba enarrat dixisse Dominum post ingressum illum solennem in die Palmarum factum; si non est vsus figura recapitulationis, cogimur interpretari de visione spirituali per fidem. Atq; ita nunquam videbunt eum oculis fidei, donec veniat scilicet tempus, cùm dicetis. *Benedictus qui venit in nomine Patris sui*: vt Hieronymus in hunc locum exponit, & Origenes, & alij. Alij verò longè probabilius existimant, hæc in secundo Domini aduentu esse implenda, inter quos sunt Augustinus, Chrysostomus, & eius sectatores. Et ita videtur prædicere tempus, quo Israelitæ post desertã Ierusalem suscepturi sunt fidem Christi, & dicturi sunt. *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Hæc maiori diligentia exponenda sunt apud Matthæũ, & idcircò hoc loco his paucis contenti sumus. Illud interim obseruantes, ne in interitu proximorum nostrorũ lætemur, sed doleamus potius eorũ vicem ex charitate, perinde ac si res nostra ageretur. Quod Dominus non semel ostendit, maximè verò cùm videns ciuitatem, fleuit super illam. Agnoscamus etiam feruentissimam, ac inexplebilem sitim salutis nostræ, quam Dominus Iesus habet, vt non desimus nobismetipsis. Neq; imitemur Ierusalem ciuitatẽ sanguinariam, & lapides facientem. Quod nos facimus, dum inspirationes Domini frustramur, & durũ cor eis apponimus; siue dũ verbum Dei glossis nostris fucamus, & vt

Iudæi quando dicturi: Benedictus qui venit in nomine Domini.

Luc. 19.

Hierony. to. 9.

Altera opinio probabilior.

Origen. tract. 16. in Matth. tom. 2.

Aug. lib. 2. de consen. Euãg. c. 75. tom. 4.

Chrysost. hom. 75 in Matth. tom. 2.

Luc. 19.

Christi salutis animarum nostrarum ardentissima sitis.

Imitemur Ierusalem, quando, & cum eo nos Christus derelinquat.

Matth. 12.

aliud

aliud diçat, quàm Spiritus sanctus voluit, efficimus. Ita enim impedimus Dominum Iesum, ne nos simul congreget ad se ipsum, vel ne vmbra alarum suarum nos protegat. Nam ita futurum est, vt domus conscientiæ nostræ relinquat deserta hospite suo Christo: in quam reuertetur dæmon assumptis septem alijs spiritibus secum, nequioribus se, vt illam inhabitent. Proinde studeamus Christum agnoscere, illumque fide suscipere, & omni bonorum operum studio colere; vt ipse vicissim pro sua munificentia, cum defecerimus, recipiat nos in æterna tabernacula, in quibus laudes, imperium, & gloriam Filij Dei simul cum Patre & Spiritu sancto celebremus, decantemusque in secula seculorum, Amen.

Luc. 16.

TRACTATVS XLVI.

De disceptatione Domini cum Pharisæis de indissolubili matrimonij nexu. Et habetur Matthæ. 19. Marc. 10. Luc. 16. *Et factum est, cùm consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem. Et secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex caussa, &c.*

QVa ratione Dominus à Galilæa venit in Iudæam ad festum Scenopegiæ, & rursus ad festum Encæniorum, superioribus tractatibus abundè est explicatum: qua ratione verò post intentatam lapidationem ex templo secesserit, & in desertum vltra Iordanem migrauerit in locum, vbi Ioannes olim Baptista baptizabat, & vbi testimonium tulit de Christo, in fine præcedentis tractatus dictum est. Atque ita quod Matthæus ait, Dominum à Galilæa venisse in locum vltra Iordanem in finibus Iudææ: non est intelligendum immediatè id factum, sed postquam duos illos festiuos dies, & solennes Iudæorum in templo celebrasset, & in quolibet illorum pluries tentarûr illum capere, & bis ab aperto periculo lapidationis se se subduxit vt iustas habuerit Dominus causas secedendi in desertum vltra Iordanem. Sed nec ibi hostes sui Pharisæi quietum agere permittebant, sed nouis technis, & fraudibus eum adoriebantur, in quibus suam insignem improbitatem & stultitiam prodebant, & Domino insignem comparandi de illis triumphi, & doctrinæ nobis tradendæ occasionem porrigebant. Dicitur enim: *Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes, Si licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa?* Videntur subdola hac quæstione aggredi Dominum, memores, vt apparet, eius, quod alias dixerat: *Omnis qui dimiserit vxorem, excepta fornicationis causa facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat.* Quod conferentes cum eo, quod Moyses permiserat Iudæis repudiare vxores, quas cœpissent odisse, dato libello repudij, sperabant se eo acturos Dominum Iesum, vt in alterutrum impingeret cornu: nempe vt vel sibi ipsi contradiceret, quo fidem suam, quam apud populum consecutus erat, funditus amitteret. Ob quam causam, teste Euthymio, non dixerunt: Quare hoc docuisti? sed denuo interrogant, vt obliuione ductus, facilius sibi contradicaret, vel Moysi repugnaret; quod scelus fuisset, & blasphemiæ genus morte piandum. Verùm sapientissimus Magister ita responsum temperat, vt & suam sententiam eiusdem Moysi luculentissima scriptura confirmet; & locum Deuteronomij ita interpretetur, nihil illum suç doctrinæ officere, vt asserat; Iudæos autem, & Pharisæos ipsos grauiter vulneret, quorum malitiæ dare coactus sit Moyses, quod per se erat iniquum, ne illi atrociora designarent. Explicabimus antem verba Matthæi, vti consueuimus, addentes ex Marco, Lucaque, quę adijcienda videbuntur. Cum igitur turbæ conuenissent ad Iesum, vt Marcus ait, vt docerentur, & qui inter ipsos infirmi erant, sanarentur: Pharisæi tentantes accedunt. Malunt enim insidiari, quam sanari: tentare, quam discere. Predicario verò solum narrata est à B. Marco Et proponunt, si licet dimittere quacunque ex causa? hæc est enim vis interrogationis: nam certum est quod licebat; sed an ex quauis causa, erat dilemma. Si enim ex quauis, ergo locus erat fornicationis: si non ex quauis, ergo Moyses falsus est, concedens in quauis diuortium.

Qui respondens ait eis: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio masculum, & fœminam fecit eos? Et dixit, Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ; & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Verè dictum est. *Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium cōtra Dominum*; Et Propheta: *In laqueo isto, quem abscon-*

Ioan. 3.
Christum à Galilæa venisse in fines Iudææ trans Iordanem, quo modo intelligendum sit.

Quoniam Pharisæorum Christum tentantium insidiæ tantum recedere.

Matth. 5.

Deut. 24.
Infra 19.
Pharisæorum vulpina calliditas Christi maligantate piena.

Euthym. cap. 40 in Matth.

Mira Christi in respondendo dexteritas.

Marc 10.

Ingenium Pharisæorum.

Hæc interrogatio: si licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa? quo continet dilemmate.
Gen. 1.
Infra 2.

Prou. 21.

Psal. 9.

abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum. Nam cùm ad tentandum acceſſiſſent, non reſpondit ad mentem eorum, ſed omnino diuerſum, atque illi volebant. Reſpondit ergo, vt turba præſens erudiretur, & illi cõfunderentur, & punirentur, vt Achaz ſigno promiſſo. Semperque ad bono, vel malo animo quęrentes ſolebat Dominus reſpondere, vt de cenſu Cęſari dando, de adultera: niſi cum erat inconueniens, aut interrogantibus inutile, vt cùm petebant: *Dic nobis quando hæc erunt, & quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſeculi?* Et rurſus, *Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael?* Et illud, *In qua poteſtate hæc facis? & quis dedit tibi hanc poteſtatem?* Ad hæc reſpondit, vt compleret ea, quæ alibi de hoc articulo dixerat, & tractatum differentiæ legis & gratiæ, multa ſiquidem hic adduntur.

Iudæis malignè ipſum interrogantibus cur Chriſtus reſponderit.
Matth. 22.
Ioan. 8.
Matt. 24.
Act. 1.
Matth. 21.
Supra 5.

Ait ergo eis, *Non legiſtis?* Quæ verba interpretatio ſunt eorum, qui gloriabatur in intellectu, & obſeruantia legis, quam allegaturi erant contra Chriſtum, qui diuinitus ſe doctum oſtendit apud Ioan. Et præmittit probationem: *Ab initio maſculum & fœminã fecit eos, &c.* quia impatientes eos futuros exiſtimabat ad concluſionem, ſcilicet non licere. *Quia qui fecit hominem ab initio, maſculum, & fœminam fecit eos?* Verbum *hominem*, non eſt in Græcis codicibus, nec in Latinis antiquis, nec Syriaco Euangelio, nec eſt apud Marcum cap. 10. Et illud; *Ab initio*, iungendum non cum verbo præcedenti, fecit, ſed cum ſequenti, & primum qui fecit, ſiue Græcè ὁ ποιήσας abſolutè poſitum, idem valet quod creator, vel factor. Et ita Marcus oſtendit in eadem ſententia, ab initio iungendum cum verbo ſequenti, fecit; Ab initio autem creaturæ, vel creationis, maſculum & fœminam fecit eos.

Ioan. 7.

Quid eſt: Qui fecit hominem ab initio, maſculum, & fœminam fecit eos.

Senſus eſt ergo: Ab initio conditionis vnum maſculum, atque vnam fœminam condidit, vt vnus vnam haberet. Nam ſi voluiſſet, maſculum hanc relinquere, ruſúmque aliam ducere, plures vtique ab initio fœminas formaſſet. Qui ergo plures non formauit, reſtat, vt vnum virum non voluerit repudiare vxorem ſuam. Per hæc ergo verba propoſitam decidit quæſtionem, vt probet coniugium non ab homine, ſed à Deo inſtitutum. Nam cùm in productione auium, piſcium, & iumentorum nulla fiat mentio maſculi; & fœminæ, in ſola hominis productione dicitur, Maſculum; & fœminam creauit eos, vt innuat coniugium, quod in ſolo homine locum habet, à Deo inſtitutum eſſe, idque inter vnum & vnam tantùm. Et hoc ex 1. Gen. capite; ex 2. verò ſumpſit quod ſequitur: *Et dixit, Propter hoc, &c.* vt non tantum facto, ſed etiam verbo indicaret legem matrimonij eſſe, vt vnus vnam tantum habeat, & non plures. Quod verò ait: *Et dixit*: intellige per Adam ipſum, cui Deus reuelauit, quia alias neſciret mulierem de ſe factam eſſe; etſi naturaliter poſſet ſcire in quem vſum facta eſſet fœmina, multò magis quam animalia, quæ id ductu naturæ nouerunt. Quod autem Spiritu Prophetico illa verba dixerit Adam, indicat Paulus, qui ad Epheſ. poſt illa verba adducta ſubiungit: *Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſiâ.* Ideo dixit: *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.* Hoc eſt; Licet inter fœmellas adductas nulla fuerit apta coniunctioni mecum; hęc tamen apta eſt, quia ſimilis in ſpecie. Nunc autem non naſcuntur mas & fœmina ex vno partu, vt olim; ne innuatur licitum eſſe, fratres contrahere inter ſe, & Deum modò præcipere matrimonium, cum ad caſtitatem adhortetur. Simul etiam conſeruandi modus patet; licet modus creandi inouat licitum matrimonium.

Gen. 1.
Sexus diſtinctio brutorum animantium, niſi ſolius hominis, cur à Moyſe prætermiſſa.

Adam vnde nouerit huam de ſe formatã.
Gen. 2.
Epheſ. 5.
Gen. 2.
Quid illud: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.

Poteſt etiam verbum, Dixit referri ad Chriſtum, vt ſit quaſi additio alterius dicti ad dictum prius: innuaturque Chriſtus citare verba Adæ. Et ſubdit: *Propter hoc*, ſcilicet matrimonium, vt dicitur hic, & apud Marcum; vel; Quamobrem, vt eſt in Geneſi, quod idem eſt; vel, Propter hanc, ſcilicet matrimonio copulandam, vt alij vertunt: quod magis placet, quia ex vno maſculus & fœmina primò ſubſtiterunt: præcedit enim in Geneſi hęc verba; *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de viro ſumpta eſt. Dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ.* Vel verba ſunt per Adam loquentis, vel Adę ipſius legislatoris matrimonij legem ferentis. Nec eſt ſenſus, quem quidam improuidè ſequitur, matrimonium prohiberi his verbis inter patrem, & filiam, vel matrem, & filium. Primum, quia illa vox, *homo*, maſculum tantummodo ſignificat, ſi verbum Hebręum conſideres איש, Iſch enim, vir dicitur, de quo non poteſt dici quod relinquet patrem, id eſt, Non copulabitur patri in matrimonium: quis enim id neſciat? Quod ſi dicas, hominem capi pro mari, & fœmina, certè potior eius ſignificatio eſt capienda, vt ſignificet marem; & redit eadem ineptia. Quod ſi vox illa, *homo*, applicetur ad fœminam; quomodo quadrabit; relinquet matrem, ne copuletur cum ea in matrimonio? Ad hæc quomodo quadrabit quod ſequitur: *Et adhærebit vxori ſuæ?* nunquid

Marc. 10.
Gen. 2.
Quid ad literã: Propter hoc relinquet homo, &c.
Caietan. ex Auguſt.
Horum verborum: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, &c. falſus quidam ſenſus excluditur.
Iſch Hebræis quid.

vxor

vxor habet vxorem, cui adhæreat? Falsus ergo est omnino intellectus, cui repugnant ipsa verba. Sensus porrò verus est: Quia ergo primùm feci, vt ex ossibus, & carne viri prodiret mulier, & in ipso principio vnum erat quodammodo cum eo, hoc est vna caro, & iterum illos animis mutuis coniunxi, adducens mulierem ad virũ, vt hoc vinculum cognosceret, & confirmaret, in quo facto totam coniugij legem, & sanctionem indicaui, quam nunc profero; ideo ad huius primi exemplum de reliquis omnibus matrimonijs profero legem (Nam Adam & Eua nõ habebant patrem, & matrem quos relinquerent, sicut reliqui omnes) vt ostendam legem vinculi insolubilis, quòd relinquet homo patrem suum, & matrem suam, quantum ad strictam cohabitationem: *Et adherebit vxori suæ*; id est, amorem parentum posthabebunt, propter quem non debent amorem coniugalem perdere. Et licèt parentes sint propter vxorem relinquendi, non tamen Deus propter eam. *Qui enim amat* (ait Dominus) *patrem, aut matrem, vel vxorem plusquam me, non est me dignus.* Hic enim nexus coniugij tam arctus est, & validus, vt si sit opus, omne aliud vinculum soluat, etiam illud magnum, quale est inter parentes, & liberos, ob officium scilicet vxori præstandum, & debitum carnis persoluendum. Non habitabit ergo cum parentibus, communicando cum eis inuicem opera, sed adhærebit vxori suæ ob prolem educandam quæ eget continua cohabitatione, sicut quorundam animalium proles ad tempus: quia plus intendit natura prolem; quàm corporum commixtionem, deinde cohabitationem, si necessaria est proli, si simul vtrumque debitum & ad vxorem, & ad parentes solui non possit.

Aptior intelligentia.

Cui amori cedere debet amor coniugalis alioqui cõiunctissimus.

Matth. 10.

1. Cor. 7.

Adhærendum homini cum vxori suæ.

Quibus in rebus parentes minime deserendi propter vinculum cõiugale.

Nec tamen ita intelligas deserendos parentes, vt illis necessaria subsidia, si egeant, non sint præstanda: sed dictum est, quantum ad cohabitationem tantùm.

Nec secundò hinc accipias, in ineundis, copulandisque matrimonijs non esse necessariò vllam de consensu parentum habendam rationem, quasi homo ita relinquat patrem, & matrem, vt non requirat eorum consensum; quia hic sensus absonus est, & pungat contra bonos mores, & contra naturale officium à liberis debitum parentibus; contraq; patriam potestatem. Deinde hunc sensum verba non capiunt; quia loquitur de ijs, quæ fieri oporteat iam matrimonio contracto; non quid seruandum sit, dum cõtrahitur; alioquin docerentur filij honorem lege Dei parentibus debitum subtrahere. Ad hæc Dominus huic primo matrimonio adfuit, imò illud conciliauit, quasi primi hominis, imò amborum pater; vt cæteri coniuges formam sumerent, & doctrinam, vt in eundo matrimonium, inconsultis parentibus nihil faciant: Nam hoc absque culpa illos facere non posse, ratio, & B. Ambrosius apertè docent. Quòd si interdum fiat absque parentibus, vitio liberorum; non proptereà pater nimium debet excandescere, aut odisse filios, aut denegare salutationẽ & loquelam, aut publicum odium, & inimicitiam profiteri cum liberis: quia non esset aliud, quàm medicum maiori vulnere inflicto saucietatem alioqui curare velle.

Nequaquam his verbis, Propter hoc relinquet homo, &c. parentum ad coniugia liberorum consensum excludi.

II. Ratio.

Exod. 20.

III. Ratio.

B. Ambros. li. 8 in Lucam. cap. 16 tom. 3.

Quid parentes ipsorum ad coniugium consensum liberis negligentibus cauere debeant.

Et adherebit vxori suæ. Siue, vt quidam vertunt, agglutinabitur: quæ vox non tantùm significat corporum copulationem, quia non opus esset relinquere cohabitationem patris, sed potissimùm adhæsionẽ ad vxorem per cohabitationem; & corporum commixtionem, & communicationem operum. *Et erunt duo in carne vna.* In Genesi non habetur illud verbum, *duo*, habent tamen Septuaginta explicandi gratia; & Dominus hoc loco, & apud Marcum adiecit, & hic ponderat subiungendo: *Itaque iam non sunt duo, sed vna caro*, quoniam reuera subintelligebatur hoc: & significat eos qui coniugali copula coniunguntur, secundùm carnem, effici secundùm debitum vnam carnem, sicut fuerant vna caro ab initio in Adam antè Euæ formationem. Est siquidem maximè proprium vnius carnis, vt eius partes se inuicem fouere debeant, nutrire, & adiuuare; nec seiungi à se inuicem, & alteri carni copulari. Nam quæ sunt vnius indiuidui partes; incommunicabiles alteri indiuiduo esse debent. Etsi verò Græcè dicatur per Accusatiuum, *In vnam carnem*, εἰς μίαν σάρκα. Græcus tamen Accusatiuus eiusmodi præpositione apud Latinos non rarò per Ablatiuum solet explicari, vt quod Græcè dicitur εἰς ὄνομα, id est, in nomen, interpres vertit, in nomine: vt alio loco: *Baptizantes eos in nomine Patris; & Filij, & Spiritus sancti*; & rursus. *His qui credunt in nomine eius*: ita hic, *erunt duo in carnem vnam*. Non quia conueniunt ad vnam carnem, id est, prolem producendam; vt quidam interpretantur, quia ista vnitas carnis adfertur tanquam repugnans cohabitationi cum patre & matre; conuenire autem ad producendam prolem, non repugnat eiusmodi cohabitationi cum parentibus. Ideò intelli-

Vir quando adhæreat vxori suæ.

Gen. 2.

Mar. 10.

Explicatur hoc verbum: Et erunt duo in carne vna.

Vnius carnis quid maximè proprium.

Græcismus.

Matth. vlt.

Ioan. 1.

Caietan.

Cur dicantur duo esse in carne vna.

intelligendum est, esse vnam carnem, id est, vnum hominé, accepta carne pro persona per synecdochen: non tantùm propter concordiam animorum, sed etiam propter commixtionem corporum. Quod probatur ex his quæ Christus subdit: *Itaque*

Marc. 10.
Esse in vnam carnem, quid.

iam non sunt duo, sed vna caro. Esse ergo in vnam carnem, nihil est aliud, quàm esse vnam carnem, & vnum hominem. Quod etiam probatur ex phrasi Hebræa: nam ait

Psalm. 30.

Psaltes; *Estote mihi in Deum protectorem, & in domum refugij*: id est, Sis mihi protector, & domus refugij. Et Ieremias eadem loquendi ratione vtitur, dum dicit; *Ero Deus vniuersis cognationibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum*: Et in Exodo: *Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum; eritis mihi in peculium de cunctis populis. Et vos eritis mihi in regnum Sacerdotale.* Ac rursus in posteriori ad Corinthios: *Et ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias.* Id est: Ego ero vester pater: & vos eritis mihi filij, & filiæ. Ideò dicendo: *Erunt duo in carnem vnam*, perinde est, ac dicere: Erunt duo vna caro, vt Dominus explicuit, id est, vnus homo, secundùm illud: *Verbum caro factum est*: *Videbit omnis caro salutare Dei*: *Ad te omnis caro veniet*: *Omnis quippe caro corruperat viam suam.* Sunt ergo vir & vxor vna persona, non quidem re ipsa, sed fictione iuris diuini positiui: quemadmodum fictione iuris humani procurator & dominus, testator & hæres, Episcopus & Vicarius, vna censentur persona. Perinde vir & vxor agnoscere debent hoc vinculum & nexum insolubilem, vt semper sint simul, ac si essent vna persona; ne se inuicem defraudent. Et sicut contra naturam rei alicuius vnitæ est illam diuidere; ita contra naturam matrimonij est, coniuges separari: qui, vt dictum est, vnum esse censentur ex diuino iure. Rursus perpende, phrasin esse sacræ Scripturæ, Futura vsurpare pro Imperatiuis, vt cùm dicitur; *Non habebis deos alienos coram me*: *Diliges Dominum Deum tuum*; Et, *Venient dies, cùm auferetur ab eis Sponsus, & tunc ieiunabunt*; perinde est ac dicere: Lege tenebuntur ieiunandi, diligendi Deum, & non habēdi deos alienos. Ita hoc loco, Dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erūt duo in carne vna, tantundem est ac si dixisset. Lege matrimonij cogitur vir relinquere patrem, & matrem, arctatur adhærere vxori suæ, & adstringentur esse vna caro, vel vnus homo. Ex quibus verbis colligitur, diuortium ex se non esse licitum, licèt permissum fuerit à Moyse ob duritiam Iudæorum. Vnde rectè subiunxit *Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.* Vtitur numero singulari, *Quod Deus coniunxit*; cùm tamen de pluribus fiat sermo: quia videlicet de pluribus, id est, coniugibus duobus loquitur vna carne iam factis: Sunt itaque vna caro ob mutuam, & communem vtriusque corporis potestatem: nam vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier & contra. Sic etiam quod ait Apostolus de fornicariè se commiscentibus: *Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur*, non tam ad carnalem commixtionem respicit, quæ illicita est & impura, quàm ad eius potestatem, quam ex natura commixtionis corporum habet meretrix in corpus viri secum fornicantis, & è contrario. Et quod dicitur *Coniunxit.* Græcè est συνέζευξε, id est, coniugauit, vel sub vnum iugum copulauit: vnde & coniuges dicuntur σύζυγοι. Id significat: Quos Deus ita coniunxit, vt essent vna caro, & vna persona, homo qui non potest in legem superioris, non potest separare, non concedere libellum repudij, quanquam ob duritiam sic fuit permissus. Intellexerunt Iudæi in verbis Domini, *Homo non separet*, Moysen excludi à concedenda facultate diuortij. Est itaque diuortium in ius diuinum primæuum, quia quod Deus coniunxit, homo non separat: & in ius naturæ aliqui modo, sicut contra naturam est vnam carnem diuidi. Solus Deus separare potest, & separat per mortem alterius coniugis. Propterea subiungit: *Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij, & dimittere? Ait illis, Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic.* Vel variatur ordo narrandi hic & apud Marcum; vel Pharisæis quærentibus an liceret dimittere vxores, Christus respondit, vt Marcus ait, interrogando eos: *Quid vobis præcepit Moyses?* Ac si diceret; Quid opus est me percunctari, cùm legis peritiam profiteamini? Quid vobis Moyses de his rebus pręcepit? Quęsiuit autem Dominus hoc, non tanquam ignorās, sed vt se legis contemptorem non esse declararet, sicut illi sperabāt se ex verbis ipsius accepturos: & vt proposita ab illis constitutione Moysis, cui nitebatur diuortij consuetudo apud Iudęos, aliam ex eodē Moyse antiquiorem legem, eamque non Mosis, sed Dei commodè opponere posset, & cui consuetudo Mosaica meritò cedere deberet. Illi respondent: Moyses permisit libellum repudij scribere, & dimittere: & Dominus respondit, id non licere. Et nunc iterum obijciunt, nolentes abstinere à repudio, vel calumniari volentes.

Margin notes (left column): *Ierem. 1.* / *& 1. Cor. 6.* / *Exod. 19. &* / *1. Petr. 2.* / *2. Cor. 6.* / *& Ierem. 31.* / *Ioan. 1* / *Esa. 40. &* / *Luc. 3* / *Psalm. 46.* / *Genes. 8.* / Vir, & vxor qua ratione vnum sint. / *1. Cor. 7.* / Futuris pro imperatiuis vti consueuit Scriptura. / *Exod. 20.* / *Deut. 6. &* / *Luc. 10.* / *Matth. 9.* / Quare permissum Iudæis diuortium sit.

Margin notes (right column): Quomodo accipiendum: Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. / *1. Cor. 7.* / *Suprà 6.* / Diuortiū iuri diuino cur repugnet, & quatenus etiam iuri naturali. / *Deut. 24.* / *Marc. 10.* / Quare Christus Pharisæos interrogauit quod ipse sciebat: Quid vobis præcepit Moyses, &c.

Mandatum, Concessio, ac Permissio quid differat.

Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij? Quod aiunt, *Mandauit*, intellige, permisit, vt explicat Marcus: quia propriè mandatum est de necessarijs: concessio de bonis quæ possunt omitti, vt priuilegia: permissio, de minus malis. Et ita quod dicitur, permisit, non tam cadit super dare libellum, quam super dimittere. Nec imponendo dicunt, mandauit, quia Christus eos argueret, & ipse dixerat: Quid vobis præcepit Moyses?

At illis, Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores: ab initio autem non fuit sic. Permissum fuit repudium, quo facto præcepit etiam libellum dari: ideò verbo permissionis vtitur, quo etiam ipsi sunt vsi. Ideò permissio hæc præceptum includebat dandi libelli, & præceptum hoc permissionem diuortij. Nam cùm Dominus interrogasset Pharisæos, quid Dominus præcepisset, responderunt, Moysen (vt est in Marco) permisisse dari libellum repudij: quòd vbi Dominus sustulisset, vrgent: Quid ergo Moyses mandauit? vt obiectio eorum esset fortior. Durius enim quid Moyses contra legem Dei mandasset, quàm si tantum permisisse: & vt illi callidè obiecerunt Moysis mandatum, ita Dominus prudenter pro Mandauit, respondet Permisit: quo verbo ipsi prius vsi fuerant. Moyses igitur repudium permisit, & hoc vt legislator homo. Sic enim ait Hieronymus: *Considera quòd non dixit: Propter duritiam cordis vestri permisit vobis Deus, sed Moyses: vt iuxta Apostolum, consilium sit hominis, non imperium Dei.* Ponderat etiam idem verbum Ambrosius: *Moyses permisit*, inquit, *non Deus iussit.* Sic ille scribens in Lucam. Quæ verba rectè sunt intelligenda: non enim illa præcepit Moyses ex mente sua, cùm ipse Propheta esset, & Spiritu sancto dictante locuti sunt sancti Dei homines, inter quos primus fuit Moyses: ergo hoc non dixit à se, sed Deus illa dixit. Quod ergo ait Christus: *Moyses permisit vobis*: non intelligas quasi solus hoc fecisset, sed Iudæis interrogantibus: *Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij, & dimittere?* & Christus conuenienter ad eorum interrogationem respondit: *Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras.* Quòd si illi dixissent: Quid ergo mandauit Deus dare libellum? dixisset Christus: Ad duritiam cordis vestri Deus permisit vobis. Vel secundò dici potest, totam legem esse à Deo, & totam à Moyse: sed à Deo, vt dictante, à Moyse verò, vt promulgatore, & ministro. Et tamen quando aliquid est bonum, attribuitur magis Deo, quando verò aliquid imperfectum, tribuitur magis Moysi: non quasi prouenerit ex defectu Moysi; sed quia defectus, qui in lege permittebantur, ex eo quod homines imperfecti erant, & minimè capaces tantæ perfectionis legis, proueniebat, qua in re magis similes erant Moysi, quàm Deo. Hinc in Exodo Iudæi, qui populus Dei erant, tamē quando peccauerunt, dicuntur populus Moysi: *Peccauit*, inquit, *populus tuus*, quasi diceret, Tuus est iam, & nō meus, cum peccauit. Et ita, cùm repudium vxoris ad duritiam cordis datum, ad defectum spectet, conuenientius tribuitur Moysi quam Deo. Tertiò dici potest, Moysen accipi pro lege Moysi, vt cùm dicitur: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi:* id est, super cathedram, in qua prædicatur lex Moysi, nam Moyses nunquam super illam cathedram sederat, vt posset eius dici. Ita in Act. dicitur: *Moyses enim à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum prædicent in Synagogis, vbi per omne Sabbatum legitur.* Et Apostolus in posteriori ad Corinth. *Sed vsque in hodiernum diem cùm legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum*; id est, lex Moysi. Quia tamen repudium hoc permissum est à Moyse, non imputabatur ad culpam, Deo dissimulante. Ideò apud Malachiam dicitur: *Quum odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Israel*: hoc autem dixit Propheta, legem verò dimittendi dixit Moyses. Est autem duritia cordis, quæ Græcè vno verbo dicitur σκληροκαρδία, animi obstinatio, qua quis non vult credere suggerenti bona, vt credat, vel præcipienti, vt obediat. Talis fuit duritia in Pharaone qui dicitur indurasse cor suum, & Dominus etiam dicitur indurasse cor eius, & CHRISTVS suscitatus vocat Apostolos tardos, & duros corde ad credendum, quia ijs qui viderant eum resurrexisse, non crediderant. Talis duritia tribuitur Iudæis per Ezechielem, cùm ait: *Domus Israel nolunt audire te: quia nolunt audire me: omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde*; vbi Septuaginta habent, σκληροκάρδιοι. Nec est aliud duritia cordis, quàm ceruicis, de qua: *Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit*: Illis ergo Iudæis duris corde, si Deus præcepisset nunquam dimittere vxores, periculum erat grauiorum malorum, nempe defectionis à cultu veri Dei, vxoricidij, & venefici), & similium malorum: maximè cùm hoc esset contra morem aliarum gentium, apud quas ius erat maritis dimittendi vxores. Quòd si demus modo, quorundam Christianorum duri-

Marc. 10.

Cur Moses, & non Deus dicatur dedisse libellum repudij.

Hieron l. 3. in Matt. c. 19. tom 9.

1 Cor. 7

Ambr li. 8. in Lucam c. 16. tom 3.

2. Petr. 1.

II. Ratio.

Exod. 19.

Infr. 32.

III. Ratio. Moyses vbi ipsam Moysi legem significet.

Matth. 23.

Act. 15.

2. Cor. 3.

Mala. 2.

Duritia cordis quid.

Exod. 7.

Supr. 4. & sæpius infr.

Luc. 24.

Marc. vlt.

Ezech. 3.

Exod. 32.

duritiam,& σκληροκαρδίαν,non minorē esse, quàm olim Iudæorum: non est tamen apud fideles repudium vxorum permittendium, vt olim, & quisquis autoritate pollet, vel seculari, vel Ecclesiastica, & Christo seruit, debet suos subditos Christi iugum amplexos ad obseruationem mandatorum adigere, quia Dominus hoc loco legem de diuortio vxorum reuocauit, & matrimonium ad primæuam reduxit institutionem, & post effusum Spiritum sanctum, & veritatis cognitionem apertam, & regni cœlorum prædicationem, maior perfectio à Christianis, quàm à Iudæis exigitur, iuxta illud: *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.* Falsissimè igitur ait Bucerus, licitum esse magistratibus coniugia dissoluere: nam sic homo non separat, sed Deus. Primò enim absurdum est, vt cùm matrimonium secundùm Verbum Dei fiat, eius causæ non ad Episcopos, sed ad seculares magistratus pertineant. Deinde apertè Dominus nequaquam repudium licere ostendit, cùm ait: *Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur.* Dicunt ei discipuli eius, *Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere.* Id est, Si tam dura est conditio coniugum, vt nulla ratione liceat repudium, consultius est à matrimonio abstinere.

Præpositorum munus quod.

Matt. 5.

In Bucerum à magistratibus aientem coniugis posse dissolui.

Quibus Dominus respondit: *Non omnes capiunt verbum istud; sed quibus datum est:* Et quod ait: *Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam, &cæt.* Discipulis tantùm loquitur, & non Pharisæis, vt insinuat Marcus, & quia prolata illa lege dixerunt discipuli: *Si ita est caussa hominis cum vxore, non expedit nubere.* Cessauit ergo Dominus loqui Pharisæis, quod tacet Matthæus, & legem tulit domi interrogatus à discipulis coram ipsis. Quanquam Euthymius post Chrysostomum scribat dicta hæc fuisse primum ad Pharisæos publicè, deinde priuatim ad discipulos in domo seorsum, vt innuere videtur Lucas cap. 16. nisi illum per Marcum interpretemur, sicut & Matthæum. Quod ergo hoc bis dixerit Dominus, mihi verisimile non videtur: nam nulla erat ratio, cur discipuli de re eadem interrogarent Dominum, si semel legem protulisset, quam etiam aliàs in sermone Domini in monte audierant. Sed quia Dominus nullo responso dato Pharisæis, nihil, vt ita dicam, concluserat, sed tantùm ostenderat quæ mens Dei ab initio creaturæ fuisset, & qua ratione Moyses diuortij ius concessisset: vbi primùm Dominus in domum quandam peruenisset, interrogauerunt eum discipuli super diuortio, vt planiùs intelligerent responsum eius datum Pharisæis. Et ita lex ista lata est alio tempore, & alio loco, vt doctè colligit Abulensis, non coram Pharisæis: quia effundendum non erat vinum nouum in vtres veteres, & Pharisæi Christo in ea re repugnassent, & Apostoli in præsentia Pharisæorum siluissent, quibus tantùm dominus dixerat ab initio non sic fuisse, & Moysen repudium illis permisisse ad eorum duritiam, id est, propter eam quæ affectibus & motibus indomitis, vt iracundiæ erga vxores adulteras, non cessisset legi perfectæ de non repudiando: ideò vt minus malum permisit, siue potius vt euitaretur maius malum, hoc est, vxoricidium. Ex quibus non solùm habes, diuortium fuisse illicitum, sed etiam vxorum multitudinem: dixit enim Dominus: *Erunt duo in carne vna*; non tres, aut quatuor. Quia si licitum esset plures ducere vxores; qui aliam duceret priore retenta, non mœcharetur, quia nunquam congressus cum vxore propria dicitur adulterium, neque accedens ad propriam vxorem, adulterium committit.

Marc. 10.

Chrysost. ho. 63 in Matth. tom. 2.

Euthy ca 40 in Matthæū.

Epis. Abulen. in Matt. c. 19. par 3.

Matt. 19.

Quoniam autem Dominus videtur cōcedere in causa fornicationis diuortium, diligenter cōsiderandum est in genere, an, & quo iure matrimonium sit indissolubile. Et primò manifestum est, hic esse sermonem de coniugio insolubili vsque ad mortem alterius coniugis durante, quia vltra mortem non durat vinculum, dicente Apostolo: *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit, quòd si dormierit vir eius, liberata est à lege:* & Domino ad Sadduceos respondente: *In resurrectione*, inquit, *neque nubent, neque nubentur; sed sunt sicut Angeli Dei.* Quibus verbis declarat, vincula illius mulieris, quæ septem habuit viros, in morte cessasse: alioqui esset perplexa in resurrectione, & idem prorsus contingeret, si fœmina Christiana duobus viris successiue nupsisset, atque illi defuncti essent, & postea ad immortalem vitam resurgerent; tunc enim nullius illorum esset vxor; alioquin cogeretur pluribus nubere, vel perplexa esset: quorum vtrumque est absurdum. Hinc propterea ruit sententia Tertulliani, in libro de Monogamia, asserentis, vinculum matrimonij durare post mortem. Deinde etiam perspicuum est, non esse hic sermonem de inseparabili toro durante quousque proles vtriusque parentis adiutorio indiget: nam talis nexus

Quo de coniugio hic Dominus loquatur.

1. Corin. 7. & Rom. 7.

Matt. 22.

De coniugij nexu error Tertulliani.

Falsus sensus excluditur.

inso-

insolubilis profectò est, & illum nou tantum bumanum, & diniuum ius, sed etiam naturæ ins, nou solùm commune omnibus hominibus; sed etiam commune omnibus animantibus, edocet.

Setmo igitur uoster restrictus est ad indissolubilitatem (vt sic dicam) durantem vsque ad mottem alterius coniugis. Atque hæc considerati potest in genere, & matrimouij per se natura perpeusa; deinde verò in quibusdam eueutibus, sed præcipnè iu causa fornicatiouis alterius couiugis, de quo Domiuus hic loquitur. Si ergo in genere loquamut, & coniugij natura in se cõsiderata; respondemus, eiusmodi coniugij viuculum tum iure Dinino scripto in Veteri, & Nouo Testameuto; tùm iute naturali, uon primario, sed secundario, vt Theologis loqui mos est: tum deuique iure positiuo, tam Canouico, quam ciuili, solui nou posse. Quare separatio, siue diuortium, in genete loquendo, in boc triplex ius militat. Scriptura siquidem in primis nobis illud tradit, cum dicit: *Quamobrem relinquet bomo patrem suum, & matrem & adherebit vxori suæ; & erunt duo in carne vna*; id est, simul esse adstringentur lege coniugij, quia à Deo coniunctisunt, vt boc loco tradit Saluatut. Qui proptereà quòd Adam dixit, Deo ttibuit, quia Spiritu Dei actus Adam ista est locutus; sine quo nec cognouisset Euam ex se esse formatam, quia in sopore erat, quando cõdita est, uec mysterium Christi, & Ecclesiæ, neque leges mattimonij hanc adhæsionem cum vxote exigentes; neque etiam sciret prolem ita per matrimonium propagandam ab hominibus.

An, & quo iure matrimonium sit indissolubile.

Insolubile cõiugij vinculum probatur multipliciter.
A Scriptura 1. locus.
Gen. 2.

Ephes. 5.

Quòd verò dicuntur esse in carne vna, nou est sensus, quia conueniunt ad vnam carnem, id est, prolem, prodncẽdam: quia ista vnitas carnis producitur tanquam repugnans cohabitarioni cum patre & matre: conueuire autem ad producendam ptolem, non tepugnat buiusmudi cohabitationi. Hinc iutelligimus, vincolo couiugij colligatos, esse carnem vnam, id est, vnam personam, siue vuum hominem fictione iuris diuini, vt dixi. Repugnat autem naturę rei à Deo couiunctæ, & colligatę, quæcunque dissociatio, siue separatio. Deinde Malachias ducet boc idem, cùm ait: *Custodite ergo spiritum vestrum, & vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere. Cùm odio babueris, dimitte, dicit Dominus Deus Israel. Operiet autem inquitas vestimentum eius, dicit Dominus exercituum.* Vbi ptouomen, *eius*, ad virum refertur, vt osteudit Hebræa litera. Iniquum ergo per se atque indecens erat dimittete vxorem, in vniuersum loquendo. Tertio, tam hoc loco, quam apnd Marcum testatur Dominus, Moysem permisisse libellum repudij ad duritiam cordis eorum: uon esset autem durum cor, volens iuxta legem Dei copulari, aut ei non resistere: contra legem ergo erat per se repudium. Ideò Dominus eisdem locis in vniuersum loquendo, dicit rem esse illicitam; etsi excipiat fornicationem: de qua re postea peculiariter dicendum erit. Quartò, Apostolus ad Romanos scribit; mulierem alligatam esse legi viri viuente vito: & quia hoc dicit esse secundum legem, *Scientibus*, inquit, *legem loquor*: coutra legem igitut ex se erat dissolutio. Et quia in priori ad Corinthios iudicat pares mulierem, & virum, ita ad Romanos quod scribit de muliere, de viro est intelligendum. Postremò idem Apostolus de muliere, si discesserit à viro, præcipit aut manete innuptam, aut viro suo teconciliari: reconciliatio autem non est iteratum matrimonium: ergo ptistinum matrimonij vinculum permanebat.

Qua ratione coniuges non sint in carne vna.

II locus.
Malach. 2.

III. locus.
Matt. 19.
Marc. 10.

IV. locus.
Rom. 7.

1. Cor. 7.

V. locus, ac postremus.
1. Cor. 7.

Quantum ad legem naturæ ostenditur per se illicita aliquo modo coningij disiunctio. Primò, quia naturale est omuibus animalibus vsque ad perfectam prolis educationem simul manere, si illis egeat: sed homo tatioue suæ speciei tardius generat, vtpote post vigesimnm annnm, aut paulò antè; proles etiam perfectionem suam uon attingit secundum suam speciem, boc est secuudum corpus, & vsum rationis, atque virtutem, vsque ad alios viginti: & generat vt plurimum vsque ad annos quinquaginta, atque ita vltimus filius requirit ætatẽ septuagiuta annorum, & quia iam senex, & ineptus ad prolem generandam, eget potius ptolis ministerio, & auxilio: ineptusque est, vt uono matrimonio copuletur, nisi fortè miraculo addatur vis generandi, vt Abrahæ centenario, & Dauidi septuagenario data est Abisag Sunamitis. Hęc verò quæ nunc parum habere ntur houesta, tunc ob ruditatem seculi vitio uõ dabantur. Repugnat ergo rectæ rationi, coniugij dissolutionem fieri. Deinde, si uatura sua indissolnbile non esset cõiugium, spes futuri diuortij communicationem operum impediret: quisque etiam couiugum suis compeudijs inseruiret & alterum expilatet. Tertiò, Apostolo testante, naturale est, parentes filijs thesaurizare; at hunc finem pro filijs thesanrizandi impediret diuortium: uam ad illum necessatius est animus semper maneudi, & ptoli bona

A lege Naturę idem ostenditur.
I. Ratio.

Homo quando incipiat, & desinat generare.

Gen. 17.
3. Reg. 1.

II. Ratio.

III. Ratio.
2. Cor. 12.

IV. Ratio.

bona relinquendi. Quarto, si licitum esset diuortium, minus coniuges vacarent proli, quia ante eam habitam passim dissolueretur coniugium. Nam etsi quis habens vxorem sterilem, possit ex alia prolem producere: tamen hoc rarum est, & paucæ proles ex hoc diuortio accrescerent, & multæ amitterentur, si generaliter liceret dissoluere.

V. Ratio.

Quinto, proles non ita perfectè aut educaretur, aut erudiretur; cùm ad hoc ipsum bene præstandum perpetuus requiratur manendi animus.

VI. Ratio.

Sextò, matrimonium ordinatur ad prolem, & ob id ad coniugalem copulam: sed commixtio corporum à natura sua habet, quod reddat obnoxia inuicem corpora commixtorum: non quidem quatenus copula est; alioqui bruta semel copulata, semper manerent simul: quia nihil peccant contra naturam, cùm à prima causa dirigantur: sed quatenus est copula humana, de qua naturalis ratio dictat, vt quia ex se ad prolem humanam instituitur (quicquid sit de mente abutentium illa) quæ vt congruè educetur, perpetua cohabitatione indiget. Hinc Paulus etiam copulationem cum meretrice ait esse huius ingenij, & naturę, vt vnum corpus efficiat cum meretrice: & proinde innaturale est corpora ab se inuicem separare, & non commanere. In fornicario tamen congressu, qui illicitus est, etsi ex sua natura id dissolubile vinculum efficiat; Deus tamen illud non approbat; sicut nec congressum. Atque ita in pœnam peccati perplexitatem hanc incurrit, vt ex natura copulæ permanere obligetur: Deus tamen non commanere interdicit, nisi fortè eam ducat. Hæ tamen rationes repudium contra primaria ius Naturæ præcepta esse non probant, sed contra secundaria.

Qua ratione commixtorũ corpora naturaliter, sint inseparabilia.

1. Cor. 6.

Fornicarij cõcubitus incõmodum.

VII. Ratio.

Septimò, in signo naturaliter repręsentante debet per se reperiri similitudo ad rem significatam: & vbi instituuntur aliqua signa, ea perquiruntur, quæ similitudinem aliquam habeant ad fidem, ob quem assumuntur significandum, vt in Sacramentis videmus. Nam aqua ex sui natura habet quod lauet corpus; & in Eucharistia panis habet, & vinum, vt reficiant, & nutriant hominem, ad significandam spiritalem lotionem, siue refectionem. Cùm igitur matrimonium inseparabilis Christi cum Ecclesia vnionis sit symbolum; sequitur quòd in se habeat nexum aliquem indissolubilem, quo aptè dictam vnionem repræsentet.

Ephes. 5.

VIII. Ratio. Primum Romanorum diuortium quod nam fuerit.

Octauò, Gentiles Romani solo lumine naturæ ducti per 520. annos ab vrbe condita, vt Valerius Maximus est autor, coniugij repudium nõ admiserunt: donec Sp. Corbilius primus à se dilectam, & honestam vxorem, sterilem tamen, repudiauit, iuramento interposito contestans coram Censoribus, se amore liberorum id facere: & inde mos repudiandi cœptus est. Ex quo etiam illicitus fuit apud eos mos plures ducendi vxores. Quod confirmat Tertullianus libro de Monogamia, dicens: *Adeò autem repudium à primordio non fuit, vt apud Romanos post annum sexcentesimum vrbis conditæ id genus duritiæ commissum denotetur.* Hæc ille.

Valer. Max lib. 2. c. 1. initio

Gell. lib. 4. Noctium Atticar. c. 3.

Tertullian.

IX & vltima ratio, ab autoritate humana.

Postremo idem Doctores contestantur, solùm lumen Naturæ sequentes. Nam in primis Athenagoras in legatione pro Christianis ad M. Aurelium Antonium, & L. Aurelium Commodum, Imperatores, &, quod maius est, Philosophos, sub finem; *Secundum*, inquit, *matrimonium, speciosum est adulterium. Qui namq; repudiauerit*, inquit, *vxorem suam, & duxerit aliam, adulterium committit: neque per diuortium eam dimittere, cuius virginitatis florem aliquis violauit, neque secundas adire nuptias permittens. Siquidem qui seipsum orbat priore vxore (etiam si illa mortua diuortium fiat) occultus, obuelatusq; est adulter; manum siquidem (hoc est fictionem) Dei facturam transgrediens.*

Athenagoras apud Iustinũ

Secundũ matrimonium quid secũdum Athenagorã.

Clemens Alexand. in Stromatum libris: *Quod autem*, inquit, *consulat Scriptura vxorem ducere, & nec à coniugio vnquam permittat discedere; legem apertè constituit: Non dimittes vxorem, præterquam propter fornicationem. Adulterium autem existimat coniungi matrimonio, viuo altero ex separatis.*

Clem. Alex. li. 2. Strom. in fine, & initio li. 3. Stro. &c. Matth. 5.

Origenes quoque in Matthæum, pertractans illa verba, quæ iam attulimus: *Scio enim* ait, *quosdam qui præsunt Ecclesiis, extra Scripturam permisisse aliquam nubere viro priori viuente: & contra Scripturam quidem fecerunt, dicentem: Mulier ligata est, quanto tempore viuit vir eius. Item viuente viro adultera vocabitur, si iuncta fuerit alteri viro. Non tamen omnino sine causa hoc permiserunt: forsitan enim propter huiusmodi infirmitatem incontinentium hominum, peiorum comparatione quæ mala sunt, permiserunt aduersus ea, quæ ab initio fuerant scripta.*

Origen. tract. 7 in Matth. post med. par. 2. initio.

Rom. 7 & 1. Cor. 7.

Tertullianus lib. aduersus Marcionem, introducit in hunc modum Marcionem loquentem: *Sed Christus diuortium prohibet, dicens: Qui dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committet. Qui dimissam à viro duxerit, æquè adulter est, vt sic quoque prohibeat diuortium, illicitum facit repudiata matrimonium.* Respondet Tertullianus: *Dico illum conditionaliter nunc fecisse diuortij prohibitionem, si ideò quis dimittat vxorem, vt aliam ducat. Qui dimiserit, inquit, vxorem, & aliam duxerit, adulterium commisit: & qui à marito dimissam duxerit, æquè adulter est, ex eadem*

Tertul. lib. 4. in Marcio. remotius à fine.

Matth. 5.

vtique

vtique cauſa dimiſſum, qua non licet dimitti, vt alia ducatur: illicite enim dimiſſam pro indimiſſa ducens. Manet enim matrimonium, quod non rite diruptum eſt. Manente matrimonio, nubere adulterium eſt. Ita, ſi conditionaliter prohibuit dimittere vxorem, non in totum prohibuit: & quod non prohibuit in totum permiſit: Hæc ille.

Matrimoniũ quatenus ſolubile ſit ſecũdum Theologos.

Quibus verbis apertè indicat id, quod alijs verbis Theologi doceot, nempè matrimonium diſſolui quantum ad torum permitti: quantum ad vinculom vero, ita vt poſſit duci alia vxor, noo poteſt. B. Hierooym. ad Amandum. *Omnes*, inquit, *cauſationes Apoſtolus amputans, apertiſſime definiunt viuente viro adulteram eſſe mulierem, ſi alteri nupſerit. Nolo mihi proferas raptoris violentiam, matris perſuaſionem, patris autoritatem, propinquorum cateruam, ſeruorum inſidias, atque contemptum, damna rei familiaris. Quandiu viuit vir, licet adulter ſit, licet Sodomita, licet flagitijs omnibus coopertus, & ab vxore propter hæc ſcelera derelictus, maritus eius reputatur, cui alterum virum accipere non licet*, Chryſoſtomus in verba Domini: *Qui dimiſerit vxorem ſuam, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit, adulterat: Ille quidem ſi alteram duxerit, tunc ſe conſtituit criminis reum, qui adulteram fecit ex coniuge: hic verò accipiendo alienam, adulter effectus eſt*. B. Auguſtinus duobus libris ad Pollentium ſcriptis, docet oulla in cauſa, vel etiam fornicationis, viro licere ad ſecunda vota peruenire. Quem ſequitur Beda: *Quod à Domino*, ioquit, *in Euangelio dictum eſt: Quicunque dimiſerit oxorem ſuam, &c. prohibitum eſt homini dimittere vxorem, ſi nulla cauſa fornicationis extiterit: & dictum eſt, quare, ne ſcilicet faciat eam mœchari. Vtique ideo, quia etiamſi non ipſa dimiſerit, ſed miſſa fuerit, erit mœcha, ſi nupſerit*. Et hactenus ex Patribus egimus, & de his, quæ ad ius Diuinum, & Naturale ſpectant.

B. Hieron epiſt. 147. ſub fin. tom. 3.
Rom. 7.
Chryſ. hom. 17. in Matth. tom. 2. inter Matth. 5
B. Auguſt. tom. 6.
Beda in c. 0. ad Cor. to. 0.

A lege humana eadem veritas confirmatur.
Can. 47.
Euariſt. Papa epiſt 2. ſub initium.
1. Cor 7.

Tertiò iam agendum de lege humana, qoæ eandem ſeparationem prohibet. In primis ſiquidem Canon quidam Apoſtoſtolorum ſic habet: *Si quis laicus cùm ſuam à ſe vxorem abijcit, alteram duxerit, aut ab alio dimiſſam; à communione ſegregator*. Euariſtus Papa epiſtol. ad Epiſcopos Africæ: *Et ſicut vxori non licet dimittere virum ſuum, vt alteri ſe (viuente eo) matrimonio ſociet, aut eum adulteret, licet fornicatus ſit vir eius; ſed iuxta Apoſtolum, aut viro ſuo reconciliari debet, aut manere innupta: ita Eccleſiæ non licet dimittere, aut ab ea ſegregare epiſcopum ſuum, vt alterum (viuente eo) accipiat, ſed aut ipſum habeat, aut innupta maneat, id eſt, ne alterum Epiſcopum, ſuo viuente, accipiat, ne fornicationis, aut adulterij crimen incurrat*.

Innoc. 1. epiſt. 2. c. 12. 27. q. 1. Cap. quæ Chriſto ſpiritualiter.
Idem epiſt. 9. cap. 0.
Leo epiſt 79. c. 1. & 3. Idem apud Gratianum q. 5. c. qualis debeat, & Ivo lib. 6. inter quas.

Inoocentius Primus epiſtol. ad Victricium Epiſcopum Rothomagenſem: *Si enim de omnibus hæc ratio cuſtoditur, vt quæcunque viuente viro, alteri nupſerit, habeatur adultera, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, niſi vnus ex eis defunctus fuerit: quanto magis de illa tenenda eſt, quæ antè immortali ſe ſponſo coniunxerat, & poſtea ad humanas nuptias tranſire elegit?* Idem epiſtol. ad Exuperium Tholoſaoum Epiſcopum: *Qui verò*, inquit, *vel vxore viuente, quamuis diſſociatum videatur eſſe coniugium, ad aliam copulam feſtinarunt, neque poſſunt adulteri non videri, & cæter*. Leo ad Nicetam Aquilien. Epiſcopom, iubet vxores ſecundò nuptas abſentibus maritis, qui captiuati fuerant, maritis prioribus redeuntibos reſtitui. *Omittendum eſt*, ioquit, *& inculpabile iudicandum, quod neceſſitas intulit, & reſtituendum quod fides poſcit*. Idem, quemadmodum citatur à Gratiano: *Qualis*, inquit, *debeat vxor eſſe, quæ habenda eſt ſecundum legem, virgo caſta, & deſponſata in virginitate, & dotata legitimè, & à parentibus tradita ſponſo, & à paranymphis accipienda, & ita ſecundum legem & Euangelium publicis nuptijs in coniugium liquide ſumenda: & omnibus diebus vitæ ſuæ (niſi ex conſenſu, & cauſa vacandi Deo) nunquam propter hominẽ eſt ſeparanda; & ſi fornicata fuerit, dimittenda; ſed illa viuente, altera non ducenda: quia adulteri regnum Dei non poſſidebunt, & pœnitentia illius per Scripturam recipienda*. Gregorius Magnus vt citatur ab eodem Gratiano: *Hi verò*, ait, *qui vxores ſuas in adulterio deprehendunt, non licebit nec eum, nec eam, aliam vxorem accipere, vel alium virum, quandiu ambo viuunt: Si autem adultera mortua fuerit, vir eius ſi vult, nubat, tantùm in Domino: adultera verò nunquam, etiamſi mortuus fuerit vir eius: omnibus tamen diebus vitæ ſuæ acerrima pœnitentia lamenta perſoluat*. Alexand. III. de Diuortijs: *Mulier*, inquit, *pro furto, vel alio crimine viri ſui* (oiſi fidei religionẽ corrumpere velit) *ab eo ſeparari non debet. Verùm ſi coniugem ſuam ad infidelitatis maleficium traxerit, à viro poterit ſeparari, ita quòd ei nubere alij non licebit: quia licet ſeparentur, ſemper tamen coniuges erunt. In vitiis quoq; præſentis ſententiæ forma ſeruetur*. Ionocẽt. III. eod. titulo: *Nam etſi*, inquit, *matrimonium verum inter infideles exiſtat, non tamen eſt ratum, inter fideles autẽ, verum, & ratum exiſtit: quia Sacramentum fidei, quod ſemel eſt admiſſum, nunquam amittitur, ſed ratum efficit coniugij Sacramentum, vt ipſum in coniugibus illo durante perduret*. Bonifacius VIII. in Sexto, de Voto, & voti redemptione, Matrimooij vinculum ab ipſo Eccleſiæ capite, & rerum omnium cooditore ipſum in

1. Cor. 6.
Greg. Magnus 32. q. 7 c. Hi verò.
Rom. 7.
Alexan 3. lib. 4. de Diuortijs tit. 19. c. 2.
Innocent 3. Ibid. c. 7.
Coniugij fidelium ab illo infidelium diſcrimen.
Boniſac. 8 in 6. de Voto, & Voti redemp. c. vnico.

paradiso, & in statu innocentiæ instituente, vnionem, & insolubilitatem accepit.

Concilia. 6. synodus Can. 87. Basilius. Ierem 3.

Non desunt etiam Concilia id ipsum comprobantia. Nam 6. Synodus ita statuit: *Quia virum reliquit adultera, si ad alium se contulit (secundùm sacratum Basilium, qui optime hoc ex Propheta Ieremia colligit, &c.) & qui reliquerit legitimam vxorem, & aliam duxerit, iuxta Domini sententiam, adulter est. Sancitum est, vt hi tales per annum lugeant, per biennium sint audientes, per triennium subiaceant: & tandem sextò anno congregentur cum fidelibus, & ita demum mensa digni habeantur, si cum lacrymis pœnituerint.* Rursus: *Mulier, quæ viro secedente, & incomperto quò terrarum agat, antequam de morte certa sit, alteri si nupserit, mœchatur. Similiter & militum vxores, quæ nubunt, ignorantes virorum fata, eidem subiaceant rationi, & quæ non expectant reditum viri peregrinantis. Quamquam in hac re est quodammodo venia digna, quia plerumque mors præsumitur.*

Priori dimissa, alteri se vxori copulantes, cui pœnæ subiaceant. Matth. 5. Can 93.

Concil. Elibertinum Can 9. 32. q. 8. Fidelis fœmina.

Deinde Concilium Elibertinum: *Fidelis fœmina*, inqnit, *quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, prohibeatur ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is, quem reliquit, de seculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit.* Concilium Milenitanum approbatum ab Ecclesia, & tot Pontificibus Romanis, ita decernit: *Placuit vt secundùm Euangelicam, & Apostolicam disciplinam neque dimissus ab vxore, neque dimissa à marito alteri coniungantur, sed ita maneant: aut sibimet reconcilientur. Quod si contemserint, ad pœnitentiam redigantur: in qua causa legem Imperialem petendam promulgari.* Eundem Canonem repetit Concilium Africanum. Florentinum Concilium de hac re ita decernit: *Quamuis ex causa fornicationis liceat tori separationem facere; non tamen aliud matrimonium contrahere fas est, cum matrimonij vinculum legitime contractum perpetuum sit.* Accedit nouissimi Tridentini Concilij definitio, quod Sess. 24. ita statuit: *Si quis dixerit, propter hæresim, aut molestam cohabitationem, aut affectatam absentiam à coniuge, dissolui posse matrimonij vinculum; anathema sit.* Item, *Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cùm docuit, & docet, iuxta Euangelicam, & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum non posse dissolui; & vtrumque, vel etiam innocentem, qui caussam adulterio non dedit, non posse, altero coniuge viuente aliud matrimonium contrahere; mœcharique eum, qui, dimissa adultera, aliam duxerit, & eam, quæ dimisso adultero, alij nupserit; anathema sit.* Ex his igitur omnibus euictum relinquimus, indissolubile esse coniugij vinculum in genere loqnendo, & tale olim fuisse à Deo institutum, & in Euangelio confirmatum, & ab Ecclesia Catholica per Pontifices, & Concilia definitum, atque stabilitum, vt nulla possit subesse ratio de fide huius articuli dubitandi; cùm in Concilijs Spiritus sanctus præfuerit, & Pontifices vicarij extiterint Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto est perfectus honor, gloria, & felicitas in secula seculorum, Amen.

Concil. Milenitan Can. 17. 32. q. 7. Placuit vt secundum. 1 Cor. 7.

Concil. Africanum Can. 69. Concil. Florent. in literis vnionis.

Concil. Trid. Sess 24. Can. 5.

Matthæ. 1. Cor. 7.

TRACTATVS XLVII.

De disceptatione Domini cum Pharisæis super insolubili vinculo matrimonij nondum corporum commixtione cōsummati, vel initi inter infideles, si alter ad fidem conuertatur.

OSTENDIMVS superiori tractatu, omni iuri, tùm Diuino, tùm Naturali, tùm Humano indissolubilem esse matrimonij nexum, si in genere de illo loquamur, nunc disserendum est de causis, vnde tam firmum vinculum oriatur, & ad particulares causas veniendum, in quibus videtur solui. Causa igitur inseparabilis vinculi coniugij non videtur ex eo oriri; quia Sacramentum est, vt videtur docere Augustinus.

Coniugij insolubilitatem nequaquam ex eo quod Sacramentum est, proficisci, secundùm Augustinum, tripliciter. August. lib. de bono coniugali c. 25. 10. 6.

I. Ratio.

Tùm quia matrimonium ratum, & corporum commixtione nondum cōsummatum, cùm Sacramentum sit, inseparabile esset, & ob id dispensari nequiret, contra morem Ecclesiæ, quæ aliquando dispensauit. Tùm deinde, quia infidelium matrimonium, qnod propriè non est Sacramentum, indissolubile est, vt ostendimus. Vnde licet alter coniugum conuertatur ad fidem, ipsum tamen matrimonij vinculum non dissoluitur propter ipsam conuersionem; alioqui in adulterio manerent, & nunquam possent deintegro contrahere, quia impediret disparitas cultus. Tùm tertio, quia prius quam sit Sacramentum, id est, signum inseparabilis vnionis, necesse est inseparabile sit, vt possit esse conueniens signum indissolubilis vnionis Christi, & Ecclesiæ.

II. Ratio.

III. Ratio.

Hoc igitur exploso, habet matrimoninm indissolnbile vinculum, primò ex natura sua, & hoc ratione promissionis perpetuò commanendi, quæ ratio etiam in matrimonio est non consummato, & ratione coitus, quæ ratio est etiam in matrimonio infidelium, vel fidelium,

Veriores causæ, ac solidiores insolubilis vinculi coniugalis adferuntur tres.

cùm

cùm vtebantur diuortio. Deinde habet inseparabilem vnionem ex præcepto Diuino positiuo, insinuato olim in Genesi, sed expresso, & promulgato in Euangelio, vt exponunt Bonifacius Octauus supra citatus, & Innocentius III. in Cap. *Gaudemus*, de diuortijs: ante quam promulgationem, licet tùm inter fideles, tùm inter infideles debuisset esse inseparabile, separabatur tamen. Tertiò habet illam inseparabilem vnitatem ex lege positiua humana, quæ determinat pœnas transgredientium legem Euangelicam, & legem naturalem. Quòd si obijcias cõtra dictum indissolubile vinculum.

Gen. 2.

Bonifac. 8. in 6 c vnico.

Innocen. 3.

Quale fuerit coniugium legis veteris, cũ in ea licitum esset diuortiũ.

Primò, quia patres veteris Testamenti repudium dabant, peccarent igitur; si contra legem naturæ, vel diuinam matrimonium soluerent. Respondẽdum est, quosdam existimare, repudium, & vsuram, & odium inimicorum, & vindictam, & multitudinem vxorum, & similes in lege concessiones illicitas fuisse, & peccasse illis vtentes, & earum permissionem, solùm esse omissionem punitionis: talia enim agentes, à lege non plectebantur, sicut facientes alia peccata, & sicut leges ciuiles non puniunt simplicem fornicationem, quæ tamen peccatum est. Sed hæc assertio etsi à quibusdam viris doctis in medium adferatur; habet tamen non pauca incommoda, quæ illam labefactent: quæ incommoda latè persecuti fuimus libro 5. ad quem consulendum lectoré mittimus. Habemus igitur in vniuersum loquendo, cõiugium suaptè natura inseparabile cum sit, separatum tamen tam apud fideles, quàm apud infideles in Veteri Testamento, ob generalem Dei concessionem fuisse.

Quorundam minus commoda solutio

Lib. 5. tract. 30.

Iam quæritur in Nouo Testamento, & ablata illa generali dispensatione, num separabile sit coniugij vinculum in aliquo facto? Respondemus, aliquas causas assignari, in quibus vinculum coniugij dissoluatur. Et prima quidem est; vt matrimonium inter fideles celebratum, nondum tamen sit corporum commixtione consummatum: tale enim licet legitimum sit, & verum Sacramentum, ac ratum, & idcirco ex se aliquo modo inseparabile ob promissionem; dissolubile tamen est ob ingressum religionis alterius coniugis; quemadmodùm docet Alexander Tertius ad Salernitanum Archiepiscopum tit. de conuersione coniugatorum, cuius hæc sunt verba: *Verùm post consensum legitimum de præsenti, licitum est alteri, altero etiam repugnante eligere monasterium (sicut sancti quidam de nuptijs vocati fuerunt) dummodò carnalis commixtio non interuenerit inter eos: & alteri remanenti (si commonitus continentiam seruare noluerit) licitum est ad secunda vota transire: quia cum non fuissent vna caro simul effecti, satis potest vnus ad Deum transire, & alter in seculo remanere.*

An in Nouo Testamento solui coniugiũ possit? Et si quidem quando.

1. Exemplum, quod est Alexandri 3.

Alexan. 3. de conuersione coniugator. tit. 32. c. 2.

Macarius etiam, vt refert Hieronymus in vita eius, celebrato nuptiarum conuiuio, cùm vespere thalamum esset ingressurus, vrbem egrediens, eremum petijt: vbi ad mortem vsque permansit. Beatus etiam Alexius Euphemiani clarissimi filius, ex nuptijs ipsis Diuina gratia vocatus, sponsam deseruit, & nudus Christo famulari cœpit: vt refert Gratianus in Decretis. Porrò causa, quare hic liceat solui matrimonium, quantum ad vinculum, obscura videtur. Nam in primis exempla quorundam id facientium non satis sunt ad regulam generalem constituendam. Tùm quia decipi potuerunt; tùm etiam quia licèt non fuerint decepti, vt credimus, potuerunt ex singulari vocatione & reuelatione id facere, sicut fertur Ioannes Euangelista à nuptijs exterius à Domino vocatus. Ista autem priuilegia paucorum non faciunt regulam generalem ad soluendum coniugia aliorum, qui non habent similem reuelationem.

Hieronymus tom. 1.

De nuptijs ad cœlibem vitã qui fuerint diuinitus euocati.

Gratian. 27. q. 2. c scripsit.

Exemplum, causaue separationis huiusmodi coniugij proposita infirmatur.

Proindè ratio separationis videtur esse, primò generalis dispensatio, seu exceptio ipsius Christi, qui cùm dedisset commune præceptum prohibens separationem, hunc talem casum excepit in omnibus, in quibus contingit; cùm dixit: *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores; aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios aut agros propter nomen meum*, aut, vt Marcus ait, propter me, & propter Euangelium; *centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.*

Probabiliores aliæ causæ proferuntur.

Matt. 19.

Marc. 10.

Hæc autem exceptio expressè in Euangelio facta non est, sed tacito quodam cõsensu Doctorũ, & interpretatione, ac definitione Alexandri summi Pontificis facta esse à Christo videtur: quod ex verbis etiam eius deduci potest. Quia cùm dicitur: *Erunt duo in carnem vnam: Itaque iam non sunt duo, sed vna caro*, de illis videtur esse sermo, qui per commixtionem corporum facti sunt vna caro: ex quo colligitur, illos, qui non sunt ita vniti, exceptos esse intelligendos ab illo indissolubili vinculo. Hæc etiam exceptio ratione confirmatur: quia per mutuum consensum tantùm ius coniugi datur supra proprium corpus: possessio autem citra carnalem copulam non

Marc. 10.

datur. Cùm verò quis actu religionẽ profitetur, sui ipsius ipsi Deo dat possessionẽ, Diuinoque cultui applicat, à negotijs secularibus, & vsu vxoris matrimonio coniunctæ sese abstrahens. Quia igitur ibi datur possessio ipsi Deo, maius est vinculum quàm erat prius; cum solùm prius datum esset ius: tum quia datur præter ius possessio; tùm quia datur ipsi Deo. Nam etiam ipsa iura sanxerunt, vt si quis alicui agrum vendidisset, & alteri eundem agrum iterum vendat, & tradat eius possessionem, etsi peccatum admittat, secunda tamen venditio valida est, quamuis propter primam venditionem lege teneatur compẽsandi damnum: quæ obligatio, ob naturam contractus, non habet locum in causa matrimonij. Et licèt cum quis per verba de præsenti ducit vxorem, & nondum cum ea consummato matrimonio, pœnitentia ductus posteà alteram ducit, & cum ea corpore admiscetur, primum valeat, & secundum nullum sit, vt multa decreta ostendunt: hoc tamen non est, quasi ille homo non habeat potestatem sui corporis: quia illam habet, cum nondum tradiderit primæ vxori in possessionem; sed quia secunda promissio, quam posteriori facit, repugnat factæ cum prima: adstringeretur enim, si non repugnaret, reddere debitum duabus; nam priori ob promissionem factam reddere obligaretur. Quando autem consensui, & promissioni per verba de præsenti accedit commixtio corporum, iam corpus non est suum, vtpote traditum in alterius possessionem: ideò etsi corpus per votum offerat Deo, non acceptat tamen Deus, nec violare vult alterius iura: Nisi fortè alter suo iuri cederet, tunc enim corpus remaneret liberum, & ideò posset religionem profiteri. In hoc tamen casu copulæ consummatæ vinculum remanere videtur inter disiunctos; alioqui alter in seculo manens posset ad secunda vota transire. Quod tamen non admittitur, vt constat ex Nicolao Primo Pontifice Romano in decretis. Etsi autem quis intrans religionem in dicta causa absoluatur à vinculo matrimonij, & per consequens non possit postea contrahere: habens tamen simplex votum religionis, si ante professionem matrimonio iungatur, tenet coniugium.

Qualis illa disiunctio vinculi coniugalis per professionem monasticam, licita nimirum, & sancta.

Quare priori viuente, cum posteriore vxore matrimonij vinculum nullum sit.

Nicol. I. 27 q. 2. c. scripsit.

Et ratio similis est iam dictæ: quia per votum solenne tradidit quis possessionem sui Deo, & Dominus acceptauit, & internè benedixit, & sua benedictione in perpetuum applicauit cultui; & ideò alieni iuris efficitur, nec potest alteri copulari. Habens autem tantùm votum simplex, tãtùm promittit, & nondum est consecratus; & idcirco si alteri promittat, & sui corporis possessionem per copulam tradat, validum est matrimonium, etiamsi impotẽs sit ratione voti ad petendum debitum. Neque hic est repugnantia promissionum, vt secunda non valeat: quia simul cum voto castitatis potest quiuis habere matrimonij vinculum, vt patet in eo, qui intrat religionem de consensu alterius coniugis, & in B. Virgine, & Ioseph: quia in vniuersum vetum est, coniugij vinculum non dissolui per ordinem sacrum, vel religionem. Quanquam autem promissiones inter se non pugnent, vt & sint, & factæ valeant: est tamen ad hoc vt licitè fiant, seclusa Dei dispensatione, quæ fuit in B. Virgine: & ideò qui vouit religionem, malè facit, si matrimonium contrahat, quia descendit coniugium ineundo: secus autem, si post contractum matrimonium ad religionem ascenderet, cum consensu coniugis post cõsummatum matrimonium, & etiam sine illo consensu ante matrimonium consummatum. Et hactenus de prima caussa, ob quam coniugium inter fideles dissoluitur, dictum sit.

Quid est quod simplex votũ religionis habens, si matrimonio copulatur, tenetur coniugio, post professionem vero minime.

Coniugalis vinculi, & cœlibis vitæ per votum religionis promissiones simul posse consistere. Matth. 1.

Secunda causa est, matrimonij rati, non consummati, an videlicet talis coniugij vinculum, accedente summi Pontificis dispensatione, & coniugum ipsorum voluntate, dissolui possit? Dubitatio est, & controuersia inter Theologos, & iuris Canonici peritos, his affirmantibus posse dissolui, illis negantibus. Proponemus igitur vtriusque partis argumenta; & liberum relinquemus lectoribus iudicium, vt, in quam velint partem, magis propendeant. Primò igitur doctores Scholastici existimant, verba Saluatoris nostri apud Matthæum, cum de matrimonio dissoluendo interrogatus fuit à Pharisæis, non minus comprehendere matrimonia inita, & rata, quibus nondum accessit commixtio corporum, quam illa, quæ sunt carnali congressu consummata. Nam cùm interrogatus esset à Pharisæis de diuortio, an licitum esset ex quacunque causa dimittere vxorem, etsi illi fortassis de coniugio consummato loquerentur, vt colligitur ex Deuteronomio, assumpsit tanquam principium, ex quo colligeret, diuortium illicitum, matrimonium primum inter Adam & Euam contractum, de quo dixit; *Non legistis quia qui fecit ab initio, masculum, & fœminam fecit eos? Et dixit, propter hoc dimittet homo patrem, & matrem,* & quæ sequuntur.

II. Causa. An talis coniugij vinculũ accedẽte summi Pontificis dispensatione possit dissolui.

Prima opinio, Scholasticorũ, & quibus rationibus nitatur. Matt. 19. 1. Ratio.

Deut. 24.

Gen. 2. Infra 2.

Deinde aduerte, quod etsi Dominus illud primum matrimonium ex sui natura indissolubile effecerit: quia & proles humana, & mutuum coniugum adiutorium, & promissio inuicem facta, perpetuam cohabitationem, & indiuiduam vitæ consuetudinem exigit: noluit tamen ex hac parte id facere, sed ex verbo Domini, quod per Adam dixit: *Quamobrem relinquet homo patrem, & matrem*, & reliqua; vt ostenderet, coniugium non solum sui natura, sed etiam verbo, & voluntate Dei indissolubile esse.

Gen. 2.

Deinde illud initium de quo ait: *Ab initio autem non fuit sic*: tempus creationis humanę, & statum innocentiæ videtur significare, in quo Dominus prædicta protulit per Adam verba: quo tempore nondum primi parentes corpora commiscuerant: nam vbi expulsi sunt de paradiso, tunc tantum congressi sunt. Hinc Marcus ait: *Ab initio autem creaturæ, sine, vt alij vertunt, creationis, masculum, & fœminam fecit eos Deus.*

Matth. 19. De quo initio sermo fit his verbis: Ab initio autem creaturæ non fuit sic.

Marc. 10.

His positis, vt veris, & certis, verba Domini matrimonium Adę & Euæ comprehendunt: quia id tanquam principium assumit, ex quo comprobet, matrimonia non posse disiungi: illud autem nondum erat commixtione corporum consummatum. Quæ ratio confirmatur ex eo quod Dominus non assumpsit matrimonium Adæ & Euæ, & in eo solum sisteret; alioqui non respondisset ad quęstionem Pharisęorum, qui de quotidianis Iudæorum coniugijs quęrebant. Fecit igitur de illo sermonem, vt erat exemplar, & typus omnium similium: in quo institutio diuina omnia alia coniugia comprehendit. Sicut sententia Domini; *Puluis es, & in puluerem reuerteris*; non solum in Adam est prolata, sed in omnes etiam eius posteros, qui in eo tanquã in suo principio continebantur. Et illa etiam verba: *Tu es Petrus, & super hanc petram*, & cæt. Et *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua*; Et, *Pasce oues meas*: non solum ad Petrum spectant, sed ad omnes Petri successores. Cùm ergo verba Domini non modo coniugium illud primum: sed omnia sequentia illi similia contineant; comprehendent procul dubio matrimonia, etiam non consummata, quæ non minus, imò magis sunt illi primo similia, quam consummata. Vnde & discipuli hoc intelligentes dixerunt: *Si ita est caussa hominis cum vxore, non expedit nubere*, vel vt Græcè dicitur, ducere vxorem. Quo verbo explicant vinculum matrimonij ab ipso statim consensu etiam ante copulam esse indissolubile: eò enim spectat, *Nõ expedit nubere*: alioqui dixissent non expedit ad vxorem accedere.

Adam inter & Euam verum, atque legitimum extitisse coniugium.

Gen 3.

Matth. 16. Luc. 22. Ioan. 21.

Apostoli quid significent his verbis: Si ita est caussa hominis cum vxore, non expedit nubere. Matth. 19.

Tertiò hoc ipsum confirmat, quod cùm matrimonium, etiam non consummatum, iuxta Catholicam Ecclesiæ Romanæ fidem, Sacramentum sit nouæ legis, & gratia non expectet commixtionem corporum, vt sese coniugum animis insinuet, sed ante eam, cùm adest legitimus consensus infundatur, & Ecclesia Sacramenta instituere, vel gratiam conferre nequeat: quia gratiam: & gloriam dabit Dominus; si verba Saluatoris non extenderentur ad coniugium non consummatum, non posset sanè eius institutio ostendi à Christo Domino, & consequenter non posset probari per Scripturam, matrimonium esse Sacramentum nouæ legis, cùm ex his verbis maximè debuerit probari.

III Ratio.

Psal. 83.

Quartò, si verba Domini non extenderentur ad matrimonium non consummatum, non esset diuino iure inseparabile, sed potius vel iure positiuo, vel iure naturæ valde remoto, & iuxta Beat. Thomæ doctrinam, pro tempore variabili, & idcircò dispensabili. Passim ergo Pontifices dispensassent, nec de potestate Pontificis viri doctissimi quicquam dubitassent.

IV. Ratio.

B Thom. 1. q. 07. art: 4. & 5. tom. 11 part. 2.

Quintò, idem probatur ex B. Apostolo, qui spiritum Dei habebat: is enim ad Romanos scribit: *An ignoratis, fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore viuit? Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri.* Vbi Apostolus scientibus legem loquitur, & sensum legis, & non proprium sequitur: ergo iuxta legitimam legis interpretationem manifestum est, diuortium eis ex se non licuisse, etsi à Moyse ob duritiam cordis Iudæorum permissus sit libellus repudij. Et ne quis dicere valeat, Apostolum loqui solum de matrimonio consummato; subiungit rationem, quæ & ad consummatum coniugium se extendit. Ait enim: *Igitur viuente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri; vt non sit adultera; si fuerit cum alio viro.* Planum est autem, quod etiam quæ matrimonium non consummauit, adulterium committit, si alteri commiscetur, viuente suo viro.

V. Ratio.

1. Cor. 7. Rom. 7.

Deut. 24.

Ibidem.

Sextò, idem etiam Apostolus ad Ephesios perspicuè docet, nimirum matrimonium Adæ & Euæ, etiam cum nondum esset commixtione corporum consummatum,

VI. Ratio. Ephes. 5.

signi-

significasse coniunctionem Christi cum Ecclesia; quæ cum dissolui nequeant, etiã matrimonium non consummatum indissolubile erit; & ita verba Domini ad id extendenda sunt. Quod autem hoc sentiat Apostolus, ex eius verbis colligi potest.

Ibidem.

Ait enim: *Qui suam vxorem diligit, se ipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ; & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* Hęc ille, qui cum ait: *Membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius*, apertè docet, Ecclesiam ex latere Christi formatam, significari per Euam fabricatam ex costa Adę, qui Enæ dixit: *Hoc nunc, os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Et ita illud matrimonium, in quo singulare fuit quod vxor formata fuerit ex viro, singulariter etiam significabat coniunctionem Christi & Ecclesiæ, vt Apostolus expressè ait. Atque ita verba Domini matrimonia non cõsummata comprehendunt.

Expenditur dictum Apostoli ad Ephesios. Quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius.

Gen. 2.

VII. Ratio.

Postremo confirmari potest multis sanctorum Patrum sententijs, qui verba Domini absque aliqua distinctione inter matrimonium consummatum, & nondum cõsummatum intellexerunt.

In eam sententiam quæ sunt obiecta diluuntur.

Marc. 10.

Sed in ea quæ dicta sunt, quædam obijci possent. Primum, quod Dominus dixit: *Erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.* Vbi insolubile indicat matrimonium ab homine, postquam facti sunt per commixtionem corporum vna caro. Sicut etiam apud Ioannem non instituit baptismum, cùm ait: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto*; sed docet futuram eius institutionem: quod etiam facit apud eundem Euangelistam, cùm agit de Sacramento Eucharistiæ. Sed hæc obiectio refellitur ex Euangelio. Nam Saluator ex verbo Dei ostendit, matrimonium esse indissolubile; verbum autem Dei longè ante commixtionem corporum fuit prolatum, & ideo ante illam indissolubile erat. Deinde quòd ait, *Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet*: quomodo, vel quando Deus coniunxit? Et profectò dici nequit, nisi quod verbo suo coniunxerit. Nam ex verbo Dei, qui dixit: *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem*, facit Christus hanc illuminationem: ergo efficax fuit verbum illud etiam ante concubitum. Quod si non fuisset efficax antè illum; neque coniugium esset; & peccasset Adam, Euæ se coniungendo, quippè qui accessisset ad non suam. Denique Dominus hanc soluit obiectionem cum dixit: *Ab initio autem non fuit sic.* Et initium vocat creationem Adæ, in quo initio res iam aliter habebat, quàm Iudæi putabant, & coniugium indiuisibile erat factum.

Ioan. 3.

Matth. 19

Secundo obijcitur matrimonium solui per ingressum in religionem: ergo non comprehenditur verbis Domini, cuius verba efficacia sunt, ita vt non possit homo ea dissoluere. Respondeo, quod ipse Dominus non est sub sua lege, quam nobis fert, & ideo potest in ea dispensare: non ergo fit ex humana dispensatione, vt soluatur matrimonium per ingressum religionis, sed ex dispensatione diuina, & eius reuelatione nobis tradita, & declarata, non solum per priuata quædam Sanctorum exempla, sed etiam per sedem Apostolicam, quæ in tali causa non dicitur dispensare, sed communi iure licere, vt patet Cap. *Verum*, & Cap. *Ex parte tua*, de conuersione coniugatorum.

2. Obiectio

Tit 32. de conuers. coniug.

Tertio obijciunt verbum Alexandri Tertij Pontificis de ijs, qui non consummauerunt matrimonium, in prędicto Cap. *Verum*, docentis: *Quia cum non fuissent facti vna caro, satis potest vnus ad Deum transire, & alter in seculo remanere.* Idem dicitur in cap. *Ex publico*: *Quod Dominus in Euangelio dicit, non licere viro nisi ob caussam fornicationis vxorem suam dimittere; intelligendum est, secundum interpretationem sacri eloquij, de his, quorum matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua confirmari non potest.* Dicendum, Pontificem hoc tradidisse, verba Domini non esse intelligenda de matrimonio non consummato, de quo tantùm Dominus exceptionem fecit, & ipse erat interrogatus. Vel dicendum, in decretis Pontificum & Conciliorum multum interesse inter conclusiones, de quibus consulti seriò definiunt, & interea, quæ incidenter dicuntur, vel quę adferuntur ad probandum id, quod desinire volunt. Nam in primis assistit Deus; & ideò errare non possunt; in secundis autem agunt potius doctores, quam Pontifices, & ideò possunt vt doctores labi, & sequi minus probabiles opiniones.

3. Obiectio.

Matth. 5. & 19.

Duplex solutio.

De Pontificũ decretis quid censendum sit.

Quartò, obijcit Caietanus Canonem, *Cum societas*, qui sic habet: *Cum societas nuptiarum ita à principio sit instituta, vt præter cõmixtionem sexuum non habeant in se nuptiæ coniunctionis Christi, & Ecclesiæ Sacramentum*, & reliqua. Sed profectò hæc male citata sunt à Gratiano: nam Leo Magnus, cuius hęc sunt verba,

4. Obiectio. Caietanus. Gratian 27. q. 2.

Leo Magnus epist 59. c. 4.

Societas nuptiarum cur a Domino sit instituta, teste Leone.

verba, epistola ad Rusticum Narbonensem sic habet: *Cùm societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, vt præter sexuum coniunctionem haberet in se Christi, & Ecclesiæ Sacramentum, dubium non est, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale fuisse mysterium.* Hæc ille. Vide quam hæc diuersa sint à prioribus, & quantum referat ex fontibus ipsis, & non ex riuulis haurire.

V. obiectio.

Postremò obijciunt aliquos Pontifices, vtpotè Martinum V. Eugenium III. quorũ Bullas in hoc facto dispensantes, B. Antoninus scribit se vidisse. Alij proferunt Alexan. VI. & nuper Paulum IIII. qui ita dispensarunt in his matrimonijs, vt qui illa contraxerant, ad noua vota transire potuerint: quod nõ fecissent, si diuina institutione esset indissolubile. Nam summus Pontifex etiam secundùm iuris Canonici peritos, dispensare nequit in iure Diuino spectante ad articulos fidei, & Sacramẽta. Huic obiectioni haud satis occurrunt, qui dicũt hos Põtifices errasse: quia in matrimoniorum caussis errare possunt, cùm sibi ipsis contraria quanduque statuant, & vnus abroget, quod alter sanciuit. Verùm tamen necessarium non est, eos, qui hactenus dispensarunt, aut in futurum dispensabunt, in huiusmodi coniugijs damnare Pontifices. Quia etsi veriorem existimem, addo etiam & tutiorem communem Theologorum sententiam; quam sequitur Magister in Quarto, & ibidem B. Thomas, & alij, & Panurmitanus in Cap. *Ex publico.* de Conuersione coniugatorũ: qui omnes tradunt, Pontificem dispensare non posse: tamen quia contraria opinio Canonistarum probabilitate sua non caret, & exemplo Pontificum, qui non sunt à nobis temerè iudicandi, si Pontifices bona fide, & conscientia, Deo consulto, & ablegatis affectibus eã veriorem existiment, possunt sine peccato dispensare, & dispensati tuti manebunt in conscientia: atque in his liberum iudicium Lectori relinquimus.

B. Antonin. 3. par tit. 1 c. 21 § 3 in fin.

Quale ius diuinum nullam summi Pontificis admittat dispensationẽ.

Quorundam in ea re solutio.

Magist. in 4 dist. 20.
B. Thom. ibi tom. 4
Abb. Panor.

II Opinio Canonistarum.

III Caussa solutionis coniugij, etiam consummati.
1 Cor 2.
Vir cum coniuge quando cohibitet cum contumelia Creatoris.

Tertia caussa est in matrimoniu etiam consummato, contracto tamen inter infideles. Altero enim ad fidem tantùm conuerso, & altero nolente cohabitare, vel volente quidem cohabitare, sed non sine cõtumelia Creatoris, (quæ tunc est, cùm Creatori ipsi contumeliam irrogat, vel non sinit à coniuge eum laudari) vel volente quidem cohabitare, sed trahente ad peccatum mortiferum: vt si eius corpus alteri velit prostituere, vel ad furtum, & homicidium, & similia exhortetur: ita vrgendo, vt non possit illi resistere, aut aliter nolit illi commanere. Hinc Ambrosius in verba illa 1. Corinth. 7. *Non est enim frater aut soror seruituti subiectus in huiusmodi: Hoc est,* inquit, *non debetur reuerentia coniugij ei, qui horret autorem coniugij. Non enim ratum est matrimonium, quod sine Dei deuotione est; ac per hoc non est peccatum ei, qui dimittitur propter Deum, si alij se iunxerit. Contumelia enim Creatoris soluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur, ne accusetur alij copulatus.* Hæc ille, cuius verba citantur à Gratiano 28. quæst. 2. corruptè tamen, quia sub nomine Gregorij, & ab Innocentio Tertio, in Capit. *Quanto,* de Diuortijs, præterquàm quòd illi commentarij beato Ambrosio immertò tribuuntur. In hoc ergo casu, qui in tres subdiuidi potest, quorum primus sit, cùm non vult cohabitare: secundus, cùm vult, sed non sine contumelia: tertius, cùm vult, sed ad peccatum solicitat, licitum est fideli, soluere vinculum matrimonij, & ad noua vota transire; vt docet Innocentius III.

B. Amb. to. 5. Quid illud Apostoli: Nõ est enim frater, aut soror seruituti subiectus in huiusmodi, secundum Ambrosium.

Innoc. III.

Idem.

Verùm in hoc casu duplex dubium occurrit, vtrumque meritò expendendum. Primum est, quando dissoluitur: secundum, in quo nitatur ista dissolutio, seu qua re fiat. Ad primum ergo dicendum, non solui coniugium, cùm primùm alter conuertitur: alioqui Paulus non suaderet cum illo permanere; sic enim ad fornicationem hortaretur: Ecclesia etiam cogeret eos separari, ex quo alter est conuersus, quia solutum esset vinculum coniugij, nec posset redintegrari, vel denuò conciliari accedente impedimẽto disparitatis cultus. Deinde non soluitur, quando alter admonitus, vel recusat cohabitare, vel non vult sine contumelia Creatoris, vel sine eo quòd ad peccatum mortiferum polliciat, & trahat. Quia etsi in initio nolit, si postea resipiscat, & alter non sit ingressus religionem, vel nouo matrimonio copulatus, potest manere cum illo, licèt eum nulla lex adstringat: quia hoc ipso quod admonitus noluit cohabitare, cessit iuri suo, nec alias adstringitur ipsum recipere, etsi possit, si velit, vt ad id hortatur Paulus suadens fideli patri manere, vt coniux conuertatur. Soluitur igitur, cùm primùm quis transit ad alia vota, per secundum matrimonium, vel per ingressum religionis. Quanquam autem facto ipso soluatur; ius tamen vt illud possit dissoluere, acquirit statim, cùm conuertitur; quia in pœnam infidelitatis statim vult Deus vt fidelis possit dissoluere matrimonium. Quanquàm secundùm Augustinum, & alios, consilium sit Pauli, non discedere, altero volente cohabitare sine contumelia Creatoris, & sine attractu ad peccatum. Non est autem præceptum,

Coniugium fidelis cum infideli, vel contra quãdo dissolui valeat.

1. Cor. 7.

August. de bono coniugali. tom. 6.

quia ob culpam suam, cùm nolit conuerti, & ob caussam, id est, propter periculum quod habet pars conuersa cum infideli, priuatur infidelis iure suo, & fidelis potest matrimonium dissoluere. Alij tamen sunt, qui putant esse præceptum fideli, habitare cum infideli, modò velit cohabitare absq; contumelia Creatoris, & impulsu ad scelus. Ratum siquidem fit matrimonium per fidelem, qui alium monere debet quãdo conuertitur, vt sanctè, & honestè cohabitet: nam non requisitum si conuerti velit, obligatur recipere in coniugem; requisitum autem, & primò negantem, si posteà pœnitet, & conuertitur, antequam fidelis contrahat, lege tenetur eum accipere, quia nondum est solutum ligamen coniugij: si autem velit tantùm cohabitare, & non cõuerti, non adstringitur suscipere: quia infidelitas, & fornicatio matrimonium quantum ad torum diuidit: debet autem eo viuente non coniungi alteri: ad quod etiam obligatur, & non ad recipiẽdum eum, qui requisitus noluit cohibitare, quia hoc ipso videtur iuri cessisse suo.

Quorundam opinio.
Theodor in 1. Cor. 7. tom. 2.

Ad secundum: Caussa quare possit matrimonium dissolui in primo ex dictis particularibus casibus, hoc est, quando non vult infidelis consuetudinem habere cum fideli; exceptio est à generali regula, dicente, matrimonium inseparabile esse, à Christo facta, quàm Paulus expressit his verbis: *Quòd si infidelis discedit, discedat, non enim seruituti subiectus est frater, aut soror in huiusmodi.* Esset enim seruituti subiectus, si ob culpam infidelis nolentis cohabitare, cogeretur fidelis continere: quã ob caussam arcerentur à Fide multi, timentes se ad continentiam obligandos, si coniux nollet conuerti. Ob quam caussam Dominus voluit, hanc exceptionem fieri in fauorem fidelis, qui ob pacem cum infidelibus, qui tunc erant domini, & rerum potiebantur, poterat cohabitare cum infideli etiam contumeliam inferente Creatori: eo siquidem tempore contumelia illa ineuitabilis erat. Nunc autem cum Principes sint fideles, non potest, nec debet cum tali habitare; sed pro contumelia, vel impedimento cõuersionis, quod coniugi præstat, infidelis crematur, C. de Iud. & relig. Iud. Et quia in secundo & tertio casu fidelis non debet cohabitare cum illo, quia exponeret se periculo, si non posset matrimonio coniungi infideli dignisso, cogeretur pariter ad continentiam. Et propterea etiam illi duo casus in illo Pauli continentur: quia periode est infidelem nolle cohabitare, ac nõ posse cum illo consuetudinem habere citra imminens, & certum periculum. Secunda caussa exceptionis fuit: quia nihil potest alteri obligatum manere cum diuini cultus præiudicio. Cùm igitur ille nitatur trahere ad peccatum, solui potest illa obligatio, & natura, ex cuius virtute propter commixtionem corporũ indissolubile vinculum nascitur, cedit legi Euangelij. Et tunc fidelis soluens matrimonium, quia nouit, Deũ illud ratum non habere, non peccat: infidelis autem, quia est relictus iuri naturæ, ex quo nouit matrimonium esse ratum, peccat discedendo. Cùm autem infidelis manere vult sine iniuria Creatoris, propter fidelem coniugem; coniugium manet, dicente Apostolo: *Sanctificatus est vir infidelis per mulierem*: quæ sanctificatio circa coniugium intelligitur, vt illud efficiat ratum, & filij sint sancti, id est, non tantùm legitimi, sed etiam ob specialem Dei curam magis capaces sanctitatis, quàm filij infidelium; vt ita verum sit, quod dici solet, Partum sequi partem fidelem. Est igitur iuxta dicta matrimonium inter infideles consummatum propter congressum indissolubile: sed quia non est ratum, dissolui potest, & dispensari debet ob caussas dictas. Et cùm huiusmodi res contingit, si iudices sunt fideles, admonendus est iudex de coniugis vitio: cui iudex post certum tempus præscriptum ad emendationem si non se correxerit, dissoluet matrimonium, licet enim Dominus dederit ius fideli coniugi dissoluendi matrimonium; executio tamẽ communi consuetudine non fit, nisi per Ecclesiam. Atque ita habemus coniugium natura sua inseparabile; in prædictis autem tribus caussis, de quibus disputauimus, cõtingere posse solutionem, eamque expressam in Euangelio, vel à Paulo explicatam, vel per Pontifices Romanos reuelatam à Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu sancto semper est benedictus in secula seculorum, Amen.

Coniugij fidelis cum infideli coniuge dissolutio cur tentatur.
Matth. 5.
Fidelis coniux quàm infidelis, quid amplius habeat in lege coniugij.
Prima caussa eius priuilegij.
Altera.
1 Cor 7.
Quid sit illa sanctificatio de qua Apostolus. Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem.
Partus sequitur partem fidelem, vt dici assolet.
Rom. 7.
1. Cor 7.
Matt. 19.

TRACTATVS XLVIII.

De disceptatione Domini cum Pharisæis de matrimonij arctissimo nexu in caussa fornicationis, Matth. 19.

ENAVIGAVIT oratio nostra ex confragosis, & impeditis illis locis, absoluimusque illas spinosas quæstiones, in quibus contigit quandoque matrimonium inter fideles conciliatum, posse dissolui: iam tantummodò agendum est de caussa fornicationis, an videlicet vir vxorem

rem adulteram ita possit repudiare, vt ad alias cum altera nuptias celebrandas ei liceat accedere, quemadmodum nostro seculo tradiderunt quidam ex nostris, Faber Stapulensis, Erasmus, & Caietanus, aliíque nonnulli, qui contra Ecclesiæ definitionem statuisse videntur. Sed hanc sententiam falsam esse, & ab Euangelica, Apostolicaque doctrina alienam, nos libr. 5. multis rationibus, & Patrum testimoniis euicimus, quas si repeteremus, nihil aliud quã actum ageremus: proinde Lectoré ad eum locum mittimus, qui volet suo desiderio satisfacere. Nunc autem ille tantùm labor incumbit, dissoluendi scilicet omnia argumenta, quæ illi, qui oppositam sententiam tuentur, tùm ex Scripturis, tùm ex Patribus, & Concilijs, tùm rationis viribus ad corroborandum illam adducunt: quod hoc loco nos facturos esse Libro quinto recepimus.

Coniugium per fornicationem generis posse dissolui, qui censerunt.

Lib. 5. trac. 38

Primò igitur argumentantur ex verbis Matthęi cap. 5. Sed pręcipuè ex his, quę capite 19. habentur: *Quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur*: Exceptio verò est: *Qui dimiserit vxorem suam causa fornicationis, non mœchatur*. Vel ergo superflua est exceptio, vel coniugale vinculum soluitur. Si autem sit sermo de dimissione vxoris quantum ad torum; primò Dominus ad propositum non loqueretur, vel eorum, quæ dicta sunt antiquis, vel eorum, quæ quærebant Pharisæi: quia antiquis de tali vxoris dimissione, postquam licebat denuò contrahere, loquitur Moyses in Deuteronomio, & de hac interrogabant Pharisæi. Deinde ineptè fieret illa exceptio, cùm præter causam fornicationis aliæ plures existant causæ separandi tori, vt pertractio ad hæresim, impulsio ad quoduis mortiferum delictum, imminens periculum vitę, vel notabilis lęsionis, ægritudo contagiosa alterius, vt lepra, & similes. Tertiò, quia talis non est vera dimissio, cùm illa verè sit illius vxor, illíque vinculo indissolubili, nisi per mortem soluatur, colligata. Hoc est fortissimum eorum argumentum, & vt ita dicam, Achilles.

Eorum propo nuntur argumenta, atque dissoluuntur. Primum argumentum in triplici ratione fundatum.

Matth. 5. Infra 19.

Deut. 24.

Cui respondendum est, quòd cùm ex dictis Scripturis, & Patribus, & Ecclesiæ definitione, atque praxi constet verus legis Christi sensus, non est vllo modo cogitandum, aliter Dominum docere voluisse in hac sententia. Et potest quidem sustineri, quòd sit sermo de dimissione quantum ad vinculum; & nihilominus non bene infertur, licere cum alia contrahere. Potest item sustineri, quòd sit sermo de dimissione quoad torum attinet; & tamen quæ in contrarium obiecta sunt, egregiè possunt dissolui. Primum igitur, etiamsi admitteremus, sermonem esse de dimissione vxoris quantum ad vinculum, quidam nõ satis idoneè videntur soluere, dicentes, quod hinc apud Matthæum Græcè habetur, μὴ ἐπὶ πορνείᾳ significare, non quod interpres vertit, nisi ob fornicationem, sed nec etiam in fornicatione, vt verba ipsa Græca prima facie porrigere videntur. Hoc enim dissoluitur per verba Matthæi 5. vbi dicitur per exceptionem manifestam παρεκτὸς λόγου πορνείας, id est, præter causã fornicationis, siue extra casum fornicationis: tantaque difficultas, & obscuritas in hoc nodo explicando, nec ab Augustino, nec ab alio aliquo cognita fuisset. Proinde hæc solutio inualida est. Deinde Paulus Burgensis soluit hunc locum, dicendo, additam exceptionem fornicationis, non quasi haberet locum in Nouo Testamento, sed quasi Vetus declararet, in quo dimittendi causa quantum ad vinculum, erat sola fornicatio, quæ in Deuteronomio dicitur fœditas, & non quæuis alia causa. Sed certè si veritatem amamus, hæc solutio firma non est. Dominus enim quasi legem in Nouo Testamento ferens, antiqua illa longè perfectiorem, dixit: *Audistis quia dictum est antiquis: Ego autem dico vobis*. Et hoc loco cùm dixisset: *Moyses ad duritiem cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras, &c.* subdit postea: *Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, &c.* Quibus verbis insinuat non tam quid olim Iudæi obseruare debebant, quàm quid nos super illius legis iustitia in Nouo Testamento præstare oporteat. Deinde, quia in Veteri lege fœditas illa non erat adulterium vxoris, ob quod, si manifestum erat, lapidationi obnoxia erat, si præsumptum, accipiebat aquam Zelotypiæ: & in neutro casu opus erat illo repudio. Plures alias rationes attulimus Libro quinto ad euertendum hoc dictum Burgensis, quas non putauit operæpretium repetere. Corruit ex consequenti sententia Durandi, & Petri Paludani, asserentium ob eam causam excipi fornicationem; quia adultera, secundùm legem lapidanda erat; qua mortua, licebat cum alia contrahere. Sed certè, illa mortua, clarum est, etiam nulla exceptione apposita, posse denuò contrahere, quam non fornicatio, sed mors ipsa faciebat; vel si illa quoduis aliud delictum lethale commisisset, ad quod mors iure sequeretur, illam faceret. Et de viro, qui ob concubitum cum soluta, non lapi-

Domini verba: Quicunq; dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, quis sensus minimè repugnent.

Ineptus eorũ verborum intellectus reijcitur.

Alter sensus, Pauli scilicet Burgensis sed infirmus.

Deut. 24.

Matth. 5. & seq. Infra 19.

Adulteræ pœna mulieris.

Num. 5.

Lib. 5. trac. 38

Tertius item absurdus. Durand. Petr. à Palude

Leuit. 20.

lapidabatur secundùm legem, nihil Iudæis respondisset, nec Christianis etiã, qui non lapidant adulteras, vbi etiam adulterium non posset probari, liceret dimittere, non ob mortem, ob quam etiam aliam ducere liceret.

Hęc illatio aduersariorum ex Domini verbis: Ergo in causa fornicationis soluitur matrimonium, vel superflua est exceptio: in duobus peccat.

His etiam exclusis, eo etiam posito, quòd sermo sit de solutione vinculi coniugalis, dicendum est, quòd cùm infertur: Ergo in causa fornicationis soluitur matrimonium, vel superflua est exceptio, consequentia non est bona. Et quia duo infert: primum, quòd separatio quantum ad vinculum inferatur; deinde quòd esset superflua exceptio; de vtroque agendum est, an rectè sequatur. Et primum quidem non sequitur: quia in forma argumentandi est fallacia consequentis; quæ tunc committitur, cùm ab opposito antecedentis, oppositum consequentis deducitur. Vt si quis ita argumentum nectat: Si homo est, animal est; sed homo non est, ergo nec animal est. Vel, si fumus est, ignis est: sed fumus non est, ergo ignis non est. Ita hic, excepta caussa fornicationis, non licet dimittere vxorem; ergo non excepta, licet dimittere. Et habet instantias in simili modo loquendi: vt, interficiens vxorem non fornicantem, peccat; ergo adulteram occidens, non peccat. Ita etiam Augustinus libro de Adulterinis coniugijs ad Pollentium scribit, non benè inferri: *Scienti bonum facere, non facienti, peccatum est illi; ergo nescienti, & non facienti, non est peccatum*: Non enim valet argumentum à contrario sensu, quando quid absurdum ex eo sequitur.

Ea qualis sit.

Aug lib 1. de adulter. coniug. c. 9. 10. 6. Iacob. 4.

Ad hæc non benè infertur secundum, quòd sit superflua exceptio, sed tempestiua. Quia licet expresse non dicat, in caussa fornicationis licere repudium quãtum ad vinculum; opus tamen erat non includere: quia in loco Matthæi aderant Pharisæi, qui venerant, vt tentarent eum; & interrogauerãt, si liceret quacunque ex caussa dimittere vxorem: & si in vniuersum negaret repudium illud, & polygamiam, accusarent eum tanquam cõtra legem agentem: apponendo autem exceptionem, poterãt ex suo, & non ex Domini expressa sententia intelligere, licitum in caussa fornicationis repudium, & de illa interpretandum esse Moysen.

Matt. 19.

Quòd si Pharisęi non adfuerunt, vt superiùs ostendimus; saltẽ Apostoli, ad quos lata est hæc lex, imperfecti erant, & non potuissent capere, si nihil exciperetur: nam etiam illa addita, dixerunt: *Si ita est caussa hominis cum vxore, non expedit nubere.* Ideò etiam propter illos in publico non fuit superflua exceptio, non solùm Matthæi 19. sed etiam Matthæi 5. quia ibi etiam aderãt Apostoli, & turbæ, qui ista non caperent; propterea tunc non fuerunt declarata, sed postea, vtpotè domi cum Apostolis magis iam prouectis, vt dicitur apud Marcum; vel per Apostolum Paulum ad Romanos, & ad Corinthios: nam posteriores leges solent priores declarare, & maioris esse ponderis in obligando.

Marc. 10. Rom 7. 1 Cor 7. & seq.

Nec inconuenit, Dominum aliquid in lege sua posuisse, quod posteà egeret declaratione, vel additione: quia hoc non factũ est ob defectum sapientiæ, vel prouidentiæ eius, sed ob nostram minus capacem, & perfectam mentem, qui non possumus omnia simul capere, sed paulatim edocti per Spiritum sanctum suggerentem, & explicantem omnia, quæ Christus dixit. Sicut lex de successione hæreditatis aucta est propter filias Salphaad, quia explicatum est quid sit faciendum quando non sunt filij, sed filiæ. Et hæc est solutio beati Augustini in libro ad Pollentium: *Si quis vxorem suam excepta causa fornicationis, de qua nunc loqui non intendo, sed post per me ipsum, vel per Paulum in priori ad Corinthios*; vbi hortatur beatus Augustinus, vt nemo, viso capite quinto Matthæi, statim ferat sententiam; sed videant quid Marcus, Lucas, & Paulus de ea re doceãt: & prudẽter meo iudicio. Nam, vt docet Tertullianus in Praxeam Patripassianum, pauca per plura debent iudicari, non autem plura per pauca. Addit præterea diuus Augustinus aliam solutionem: exceptam causam fuisse fornicationis, in qua mœchia, præ illa quę est extra dictum casum, non est vocanda mœchia. Sed dura profectò explicatio videri posset: quia Dominus occasionem dedisset existimandi non esse mœchiam, si quis in caussa fornicationis aliam acciperet vxorem, maximè cùm exceptio sine comparatione, negandi vim habeat. Deinde, vt concedamus, sermonem esse apud Matthęum de dimissione, quantum ad torum, & ita interpretaremur Domini verba, rectè soluuntur obiecta. Pro quo nota, ex ratione legum ferendarum, quòd omnis exceptio, in his quæ non excipiuntur, firmat regulam: ergo extra causam fornicationis non licet dimittere vxorem. Secundò accipe: quòd quando dictio aliqua ponitur inter duo, si potest referri ad primum, quia iam produxit effectum suum, non debet, neque potest referri ad secundum. Et ita exceptio dimissioni vxoris conuenit, vt etiam Matthæus capite quinto te-

Proprium diuinæ sapientiæ quid, & infirmitatis humanæ.

Ios. 17.

Aug. ibidem & lib. 2. ca. 9. eiusdem libri.

Marc 10. Rom. 7. & 1. Cor. 7. & seq. Tertullian. Dictum Tertullia de modo doctrinæ.

De exceptione aliquot regulæ generales.

Secunda regula.

to teſtatur, qui tantùm dimiſſionis, non autem alterius accipiendæ coniugis meminit; quare ad alterius vxoris acceptionem non eſt referenda. Secùs verò ſi poſt ambas poneretur, vt ſi quis diceret; Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, excepta cauſa fornicationis: tunc enim ad vtrumque eſſet referenda. Quòd ſit etiam referenda exceptio ad dimiſſionem; docet Marcus, qui abſolutè ſine exceptione ait de vtroque coniuge, quòd relinquens conſortem, & alteri ſe per nouas nuptias admiſcens, eſt adulter: vbi de eo, qui vxorem relinquit, & aliam ducit, nulla ponitur exceptio, parem eſſe in hoc viri, & vxoris conditionem, vt etiam Paulus docet: quod tamen in lege veteri non erat. *Marc. 10.* *Rom. 7. 1. Corint. 7. & ſeqq.*

Tertia regula. Accipe tertiò: Quoties exceptio, vel dictio aliqua ponitur inter duo contraria, ſi conuenit primo, non poteſt conuenire ſecundo: quia produceret effectus contrarios, & inter ſe pugnantes. Cùm ergo exceptio fornicationis conueniat dimiſſioni, vt probatum eſt; & dimittere vxorem, & accipere aliam vxorem, ſint quaſi contraria: ſequitur, quod ſi exceptio quadrat primo, non poteſt quadrare ſecundo, ne opperetur contraria, & diuerſa. Quòd ergo exceptio vni tantùm parti appoſita, non debeat extendi ad alias; patet exemplo. Si quis enim dicat; Quicunque omiſerit ieiunium Quadrageſimæ præter iuſtam diſpẽſationem Pontificis, & crapulatus fuerit, peccat; ergo qui omiſerit ieiunium cum legitima diſpenſatione Papæ, & crapulatus fuerit, non peccat; quod eſt abſurdum. Accipe aliud exemplum. Si quis ſine publica neceſſitate Epiſcopatum dimittat, & alterum pretio redimat, ſimoniacus eſt: ergo relinquens ex publica neceſſitate, & alterum emens, non eſt ſimoniacus. Item, ſi quis ſine diſpenſatione Apoſtolica legat libros hæreticos, & eorum imbibat errores, eſt hæreticus; ergo legens illos ex diſpenſatione Pontificia, & eorum errores imbibens, non eſt hæreticus: vt hic conſequentia non valet, ita nec illa in matrimonio, quam ex verbis Domini eliciunt. Nam ſententia Domini quia bipartita eſt, vt multi Doctores tradunt, exceptio ad dimiſſionem eſt referenda, vt ſit ſenſus: Qui dimiſerit extra cauſam fornicationis, facit vxorem mœchari. In caſu autem fornicationis non facit mœchari, quia ipſe non dedit cauſam dimiſſæ mœchandi, cùm iuſtè dimiſerit; ſed ipſa ſibi, quæ fornicando meruit iuſtam dimiſſionem; & ideò ſi accidat eam poſt dimiſſionem mœchari, ſibi, & non marito eſt imputandum. *Illuſtratur exemplis regula.*

Vbi quod ſequitur: *Et aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimiſſam duxerit, mœchatur*: abſolutè eſt intelligendum; id eſt, ſiue in cauſa fornicationis, ſiue extra illam. Et ita ſecundùm Auguſtinum ad Pollentium, illa verba, *Niſi ob fornicationem*, potius ſunt reſtrictio, & limitatio, quam exceptio. *Matth. 19.* *Aug. ibidem.*

Quarta regula. Præterea accipe, ſermonem eſſe in verbis Domini de dimiſſione vxoris quantum ad torum, & non ad coniugale vinculum. Et probatur: quia ſi intelligas de dimiſſione ad vinculum, fruſtrà, & ſuperfluè additum fuiſſet, Et aliam duxerit: quia hoc incluſum erat in tali dimiſſione, vt poſſet aliam ducere. Et ita qui argumentantur, ſuperfluè additam fuiſſe exceptionem, Niſi ob fornicationem, contra prædictam Auguſtini expoſitionem, conuincuntur ſuperfluitatis illorum verborum, Et aliam duxerit, ſi erat ſermo de dimiſſione circa vinculum. *Matth. 19.*

Ad hæc qui vxorem ſuam dimittit, & aliam ducit, vt præſenti loco dicitur, non cenſetur quòd faciat vxorem ſuam mœchari, id eſt, det occaſionem mœchandi ſua abſentia, vt dicitur Matthæi quinto, ſed quòd ipſe mœchetur. Et ſi loquitur de eo, qui vxorem non fornicariam dimiſit, & aliam duxit, vt verba prima facie ſonant, non ſolum diceretur quòd ipſe mœchatur, ſed quòd facit vxorem ſuam mœchari, vt ibidem dicitur: quia nullus eſt, qui propterea, quòd dimiſit vxorem, & aliam duxit, cenſeatur mœchari, qui non faciat vxorem ſuam mœchari. Et ita Epiſcopus Abulenſis putat, in his verbis ſubeſſe figuram Eclipſis, & aliquid illi addendum, & ſupplendum. Sicut in eo Pſalmo: *Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente; neque à deſertis montibus: Quoniam Deus iudex eſt*, patet ſcilicet fuga, vel quid ſimile. Et Apoſtolus ad Galatas: *Eſtote ſicut ego, quia & ego ſicut vos*. Et Dominus apud Matthæum in illis verbis: *Munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit*, aliquid ſupplendum eſt; ad quem modum hic aliquid explicationis gratia ſubaudiendum videtur, hac ratione: Quicunque dimiſerit non ob aliam cauſam, niſi ob fornicationem. Et ita conſentit Matthæus cum Marco, & Luca, & Paulo, & praxi Eccleſiæ: ex qua cauſa particulari de dimittente vxorem in cauſa fornicationis deciſa, colligitur generalis ſententia de omnibus, qui vxores dimittunt, & alias ducunt, quæ habetur in Marco, & Luca ſine vlla exceptione, vel limitatione. Nam ſi id, quod vide- *Epiſcop. Abulen in cap. 19 Matth.* *Pſalm. 74.* *Galat. 4.* *Matth. 15.* *Marc. 10. Luc. 16. Rom. 7. 1. Cor. 7.*

videtur minus inesse, inest; ergo & id quod magis.

Minor autem videtur ratio, vt qui propter fornicationem vxorem relinquit, & aliam ducit, censeatur mœchus. Et ideò de eo solo, de quo poterat esse aliqua dubitatio, Matthæus loquitur, vt multò minus intelligas, de omnibus, qui ob aliam causam vxores dimittunt, & alias ducunt, idem esse censendum. Et quia Matthæi 5. de illo, qui propter fornicationem vxoris illam dimiserat, nec tamen aliam duxerat, est sermo, benè dicitur, quòd non facit eam mœchari: quia apud maritum manens fuerat mœchara: & ex illo capite sic declarato, poterat dubitari de illo, qui propter fornicationem vxorem dimisit, an sicut est liber à culpa dimittendi, ita sit liber ad aliam vxorem accipiendam. Propterea de hoc doctrinam addidit Dominus, minimè id licere, Matthæi 19. qua ratione mirificè consentiunt tres Euangelistæ, Innocentius Tertius, qui in capite, *Gaudemus*, de diuortijs, ita citat verba Domini: *Quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur*. Et ante Innocentium Tertium, canon Apostolorum quadragesimus octauus, prætermisit parenthesim exceptæ fornicationis, quo textus esset magis dilucidus, & perspicuus. *Si quis* (ait) *laicus vxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio dimissam duxerit, communione priuetur*. Hæc ibi, nullam rationem exceptionis factæ habens. Et beatus Martialis Petri Apostolorum Principis discipulus scribens ad Tolosanos, ait: *Vnde Dominus, & Magister meus, Hebræis sciscitantibus hæc quoque subintulit, dicens: Ego autem dico vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, mœchatur: Et qui dimissam ab alio duxerit, mœchatur*. Sic ille.

Innoc. III.

Apostolorum Canones.

B. Martialis epist. 2 cap 9.

Non esse violentū id, quod excluditur, vt includi significetur, imò solum includi.

Nec violentum est, velut quidam opinatur, vt id, quod excluditur, includi significetur, imò solùm includi. Vt si quis dixerit: Omnis qui exierit portas vrbis, nisi armatus fuerit, punietur, ita explicet; Soli armati exeuntes punientur. Ita, Qui dimiserit vxorem, nisi ob fornicationem, mœchatur: & tamen exponatur: Qui dimiserit ob solam fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: non est, inquam, violentum. Tum quia illa verba, quod attinet ad primam sententiam, exclusionem, & exceptionem veram continent, & ideò effectum suum operantur; circa secundam verò non continent exclusionem, sed inclusionem.

Neque nouum est, aut à ratione alienum, vt id, quod in vna propositione habet locum exceptionis, & inclusionis, in alia præsertim opposita includatur. Quemadmodum si quis diceret; Si quis exierit muros ciuitatis nisi armatus, & armis aliquem iniustè oppresserit, morte plectetur. Ecce vbi exceptio primæ propositionis sola includitur, quæ non attinet ad secundam. Præterea falsum est, exceptionem positam in prima propositione, solam includi in secunda, quia non tantùm mœchatur, qui adultera repudiata, aliam ducit; sed omnis, qui quacunque de causa repudiauerit vxorem, & aliam duxerit. Nam aliam ducere, vel repudiatam nubere, semper, & in vniuersum, adulterium est, absque vlla exceptione: quamquam non semper repudiare vxorem, peccatum adulterij sit in causa fornicationis.

Ad hæc fornicationis casum includi in secunda propositione, testatur Apostolus, dum vxorem discedentem à viro, vel virum ab vxore, præcipit manere absque coniugio, vel coniugi suo reconciliari, vt Patres magno consensu docent, & exponunt. Illa etiam expositio, Qui dimiserit ob solam fornicationem, vt diximus, ad idiotismum linguæ Hebrææ referendum est. Et ita conciliatur Euangelistarum sententia inter se, & cum praxi Ecclesiæ; & ita Innocentius Tertius, citando verba Domini, explicauit, & alia multò his duriora in Scripturis exponendis inueniuntur, vt nemo, si hoc durè exponi putat, admiretur. Et licèt id tunc Apostoli non percepissent, satis est quòd posteà perceperint; quemadmodum multas alias sententias Domini non nisi post eius glorificationem intellexerunt. Et confirmatur hic sensus: quia Marcus addit de fœmina quòd dimittens virum, & alium ducens, mœchatur: quibus verbis ostendit, non esse supplendam exceptionem in causa fornicationis viri: quia nunquam fœminæ licuit coniugale vinculum rumpere, & repudiare virum suum. Vnde Hieronymus ad Oceanum scribens de epitaphio Fabiolæ, quæ publicam egit pœnitentiam ob relictum primum virum cum alijs mulieribus adulterantem, & acceptum secundum, eam excusat: *Quia*, inquit, *persuaserat sibi, & putabat à se virum iure dimissum; nec vigorem Euangelij nouerat*. Vides igitur ignorari vigorē Euangelij ab his, qui aliter sentiunt, & intelligunt, etiamsi prima facie aliud porrigere videantur Scripturæ. Eius hæc sunt verba: *Igitur & Fabiola, quia persuaserat sibi, & putabat à se virum iure dimissum; nec Euangelij*

1. Cor. 7.

Marc. 10.

Hieron. to 3. Fabiolæ virū adulterum dimittentis, & sese alteri coniungentis, error cui ditati aliteretur, teste Hieronymo.

vigorem

vigorem nouerat, in quo nubendi vniuerſa caſtè viuentibus viris fœminis amputatur; dum multa diaboli vitat vulnera, vnum incauta vulnus accepit. Hæc ille. Atque ita habemus Germanam huius loci expoſitiooem, cum praxi Eccleſiæ conuenientem, eo poſito, quod ſermo ſit de dimiſſione vxoris, quantum ad totum.

Soluuntur obiectiones ad probandum hoc loco de dimiſſione perfecta coniugis fornicariæ Dominum loqui.
Prima obiectio.
Matth. 5.

Vnde facile eſt diluere argumeota, quæ ex eo admiſſo conſequi dicebamus. Primum eſt, quod Dominus iuxta tenorem legis de dimittenda vxore, & libello repodij dando locutus eſt de dimiſſiooe perfecta, quæ eſt cùm rumpitur vinculum, & non rantum eſt ſeparatio tori. Reſpondemus, Dominum in ſermone in monte paulò ante hanc legem dixiſſe: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cęlorum: quibus dictis, Chriſtus quæ imperfecta legis ſuot, emendare, & prauos ſenſus Phariſæorum corrigere volebat. Vnum autem erat repudium vxoris, per quod illi putabant, ſe ad ſecundas nuptias poſſe trāſire: quòd qui facerent, in ius naturę admittebant, licet permiſſio eſſet Moyſis, ne ſic facientes punirētur à lege, quod fecit ob populum rudem, & minus capacē, nec legem perfectam ferre valeotem; ideo in ea bene fecit Moyſes repudium concedens. Chriſtus ergo abijcere volens repudium legis. vſus eſt verbo Dimiſſionis, introducens, diuortiū nouæ legis: non in ſeoſu ſoluēdi vinculum coniugij, ſed ſeparādi torum tātùm. Quia ſicut legem ſtrictiorē, quā erat vetus, ferebat, ita ſtrictiori verbi ſignificatione eſt vſus, & ſe verbi dimittendi ſignificatu vti ſatis oſtendit, dum dixit: *Et qui dimiſſam duxerit, adulterat:* quia nō eſſet verè adulteriū, niſi vxor dimiſſa eſſet prioris viri vxor. Ergo dimiſſam tantum vocat illam, quæ à toro ſeparata eſt. Item Matth. 19. Si dimiſſio eſſet ſolotio vinculi coniugalis, ſuperfluè adderetur, & aliam duxerit; ergo ſermo eſt de dimiſſa, & ſeparata à toro.

Iudæis per Moyſen diuortia quare permiſſa.
Deut. 24.

Diuortium legis Euangelicæ Chriſtus cur dimiſſionem nominauit.

Matth. 5.

Secunda obiectio.

Secundum, quod inferebatur ex illa poſitione, erat, qood ſi eſſet ſermo tantom de ſeparando toro, præter iſtam cauſam fornicationis multæ ſubeſſeot, quæ totum ſeparanr; ergo diminutè Domious docuiſſet. Reſpondendum eſt, veriſſimom eſſe, alias cauſas ſubeſſe: ſed nolla ita directè opponitur vinculo matrimonij, atque fornicatio. Nam poteſt quidem conſtare matrimoniū ſine booo prolis, vt in caſu ſterilitatis: poteſt eſſe quodāmodo ſine bono Sacramenti; vt patet in ſecundis nuptijs, in qoibus nō ita repręſentatur vnius ad vnam cōiunctio: non tamen poteſt eſſe ſine bono fidei: ideo excepta eſt cauſſa fornicationis. Nam tollit tria bona matrimonij, primum fidem: quia frangens fidem, dignus eſt, vt & fides frangatur ei: & naturalis æquitas patitur, vt in eo puniatur quis, in quo peccauit. Tendit etiam contra prolem miſcēdo ſemina, & ſupponendo ſpurium pro legitimo. Poſtremò tollit Sacramētum, hoc eſt, inſeparabilem illam vnionem vnius carnis, quam diuiſit, & membra fecit meretricis, ſiue adulteræ, & violauit ſignum vnionis Chriſti cum Eccleſia. Quamobrem fornicatio magis ſeparat, quàm alia peccata, iuxta doctrinam B. Thomę, & Bonauenturę: quia fornicatio culpa eſt, quę non ſolum contra Deum, & animam, imò & proprium corpus, vt ait Apoſtolus militat, ſed etiam cōtra ſubſtantiam coniugij, & bona illud ornantia, ideo ſuapte natura priuat fornicantem coniugem iure petendi debitum, etiāſi illum pœniteat, & io ius ſuum per pœnitētiam non redit. Eſt etiam cauſſa perpetuæ diſceſſioois: quia læſa pars noo poteſt cogi ad redeundum ad coniugem adulteram ſemel dimiſſam, etiamſi illam peccati pœniteat, ſi pars offenſa oolit redire. In alijs autem cauſis ſeparatioois, quæ per ſe non opponuntur vinculo matrimonij, ſed per accidens ob culpam, vel ægritudioem, vel periculum mortis, vel odium vitandum, & ad tempus oon exigunt redditiooem debiti. In iſtis, inquam, caſibus bomo poteſt cogi ad redeundum, data cautiooe iudici de benè tractando, vel morbo cōtagioſo iam ſanato. Et vt docet B. Auguſtinus ad Pollentiom, ſolam fornicationis cauſam Chriſtus excepit. Cęteras quippe vniuerſas moleſtias iubet Chriſtus pro fide coniugij & caſtitate fortiter ſuſtinere. Sic ille. Quòd vero coniuges ſponte ſua, & mutuo cōſenſu poſſiot ſeparari; & natura ipſa docet, & Paulus in priori ad Corinthios teſtatur. Dices, etiam propter hæreſim, vel infidelitatem inuita coniuge poſſe fieri ſeparationem. Sed illa, teſte Ambroſio, & Auguſtioo, ſub nomine fornicationis intellecta eſt: quia etiam io matrimonium peccatur. Vel melius, Domious hanc exceptionem fecit, cùm per Apoſtolum præcepit Hæreticos eſſe fugiendos, atque vitandos, Sed hæc exceptio viri prolabentis in hæreſim, temporaria eſt: nam ſi reſipiſcat ab hæreſi, & Eccleſiæ ſit reconciliatus, iubetur redire ad virum.

Quid magis ſit matrimonio contrarium.

Triplex bo[num] coniugio au[fert] fornica[tio].
1. Cor. 6.
Epheſ. 5.
B. Thomas. Bonauent. 1. Cor. 6.
Quibus cau[ſis] extra illam ſ[e]parationis [non] ſit exigi redd[i]tio debiti c[on]iugalis.
B. Auguſt.
Coniuges ſp[on]te ſua ſeparar[i] poſſe, quand[o] vero vel inu[iti] ſeparari poſ[ſint].
1. Cor. 7.
Ambroſ. in Luc. c. 16 to 5. Auguſt. lib. 2 de adult. coniug. cap. 9.
Altera ſolutio.

III. Argum.

Tertium erat, huiuſmodi ſeparationem tori non eſſe veram dimiſſionem, & Chriſtum æquiuocè locutum fuiſſe. Dicendum eſt, eſſe veram dimiſſionen, in perpetuom poſſe relinquere vxorem, & noo poſſe

Æquiuocationes quæ minime abſurdæ in Euangelio.

cogi ad redeundum. Nec absurda est æquiuocatio, ad quam cogimur ex textu, vt ibi:

Rom. 8.

De peccato damnauit peccatum in carne: & apud Ioannem,

Ioan. 4.

de aqua corporea cum Samaritana disserens, saliauit ad spiritualem, & hic coactus tollere repudium legale, & statuere Euangelicum, compulsus est Dominus voces in alia significatione vsurpare. Quod autem verbum dimittendi cõiugem, pro separatione tori intelligatur; ostendimus in quinto libro, ad quem mitto lectorem.

Tract. 38.

Cõfirmat etiam hæc verbum Domini apud Marcum: *Adulterium committit super eam*, vel aduersus eam, id est, in iniuriam illius. Non ergo est dimissum, vel solutum vinculum viri sui antiqui secum, sed adhuc perseuerat. Atque ita habes duplicem huius nodi dissolutionem. Quod si quis sit, qui meliorem, & firmiorem excogitare valeat: illi reclamandum non est, sed maximę habendæ gratiæ: nos certè, quod potuimus, præstitimus.

Altera opinio vt verior & verbis Christi congruentior, multis rationibus astruitur.

Superest, vt rationibus pugnemus, & confirmemus sententiam, quam alio loco ex Scripturis, & Patrum testimonijs ostendimus esse verissimam. Sit igitur prima ratio: Cùm omnes proni simus ad licentiam; nullus probus legitur hac licentia vsus, vt propter fornicationem vxoris ea relicta aliam assumpserit. Nam praxis Ecclesiæ, & Spiritus sanctus in maioribus docens Ecclesiam, nunquam hanc licentiam cõtulit. Et si qui eam dederũt, vt Origenes de quibusdam Episcopis ait; hoc extra Scripturam, & contra Scripturam fecerunt, & cõtra vigorem Euangelij, vt ait Hieronymus, & ab Euangelica, & Apostolica recesserũt doctrina, quemadmodum tradit Concilium Mileuitanum, cui interfuit B. Augustinus.

Orig. tract. 7. in Matth paulo ante mediũ tom 2.
Hieron ad Oceanum in Epitaph Fabiolæ. concil. Mileuit. Can 17.

II. Ratio, vt & quę sequũtur, ab incommodis.

Secunda ratio: Quia ingens, & latè patens fenestra in firmandis matrimonijs aperiretur. Quiuis enim coniux facilè posset alteri, aut adulterium apponere, vel procurare adulterandi ansas. Vnde Hieronymus in hæc verba Matthæi hanc rationem attingit, dicens: *Sola fornicatio est, quæ vxoris vincat affectum: imò cum illa vnam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione separauerit à marito, non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicente Scriptura: Qui adulteram tenet; stultus, & impius est. Vbicunque est igitur fornicatio, & fornicationis suspicio, liberè vxor dimittitur. Et quia poterat accidere, vt aliquis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptiarum veteri crimen impingeret; sic priorem dimittere iubetur vxorem, vt secundam, prima viuente, non habeat. Quod enim dicit, tale est: Si non propter libidinem, sed propter iniuriam dimittis vxorem, quare expertus infelices priores nuptias, nouarum te immittis periculo: Nec non quia poterat euenire, vt iuxta eandem legem vxor quoque marito daret repudium; eadem cautela præcipitur, ne secundum accipiat virum. Et quia meretrix, & quæ semel fuerat adultera, opprobrium non timebat; secundo præcipitur viro, quod si talem duxerit, sub adulterij sit crimine.*

Hiero. in c. 19. Mat. tom. 9.
Tenens adulteram qualis ille sit.
Prouerb. 18.

Hæc ille, qui manifestè tradit, maritos posse adulterij crimen impingere vxoribus, vt Saluator subiunxit. Eleganter explicat totum locum Matthæi, qui parem esse conditionem in repudio vxoris, ac viri ostendit. Docet etiam, exceptionem illam tantùm referendam ad partem præcedentem, dicens: *Sic priorem iubetur dimittere vxorem, vt secundam prima viuente non habeat.* Quod etiam subiuncta verba planè docent: Et qui dimissam duxerit, adulterat. In quo non potest repeti exceptio illa: Nisi ob fornicationẽ; vt significetur, dimissam ob fornicationem dici posse sine adulterio: nam sic esset dimissa ob fornicationem, melioris conditionis, quàm præter suam culpam dimitteretur. Necessariò ergo consequitur, adulterare omnem eum, qui quamuis dimissam ducit; quia dimissa etiam ob fornicationem non est à priori vinculo libera.

III. Ratio.

Tertia ratio: Quia si per adulterium solueretur coniugij vinculum, melior esset conditio adulteræ, quæ libera esset ad secundum coniugium, quàm honestæ vxoris, cui per calumniam impositum esset adulterium. Hęc enim sciret, nõ subesse causam fornicationis, & ideo obstringi ad primum maritum. Idem quoque de viro pudico, qui calumnia adulterij grauaretur ab vxore, statuendum esset.

IV Ratio.

Quarta ratio: Si per fornicationem alterius solueretur coniugium, non liceret parti innocenti consuetudinem habere cum fornicante coniuge etiam pœnitente, & ad bonam frugem conuerso: quia non esset amplius vsus coniugij iam soluti, sed fornicatio; & non superesset locus reconciliationi, sed noua essent ineunda coniugia: quæ omnia falsa sunt, & absurda.

V. Ratio.

Quinta ratio: Illud verum non esset, quod dicitur: Quod Deus coniunxit, homo non separet: separaret enim adulter, vel adultera, vel dęmõ, eos ad fornicationem inducens.

VI. Ratio.

Sexta ratio: Quia incommoda valdè esset hæc dissolutio coniugij liberis iam susceptis, qui non possent conuenienter educari, vel institui: quod maximè repugnat non solum rationi, sed etiam fini ipsius Sacramenti. Sequerentur etiam alia incommoda dicta, & mala, quæ ex diuortio diximus sequi.

VII. Ratio.

Postrema ratio: Quia Christus interrogatus à Pharisæis an

liceret

liceret repudiare, reſpodit non licere, & ab initio non fuiſſe ſic, ſed vnam fuiſſe carnem indiuiſam; ergo ſi liceret in cauſa fornicationis aliam ducere, eſſet ſibi Christus ipſi contrarius, qui vnam tantùm carnem illos eſſe vult, & conueniens cum aduerſarijs, quos ille ſermone confutabat. Ita eſt accipienda exceptio fornicationis, vt non liceat aliam ducere priore dimiſſa. Hactenùs diluimus argumenta, quæ ex verbis CHRISTI fiunt ad probandam ſolutionem vinculi coniugalis: iam reliqua, quæ ex traditione, vel rationibus fiunt, commodè in ſequentem tractatum reijciemus, ne hic plus æquo longior prodeat. Rogemus Dominum omnis veritatis, & puritatis autorem, vt huiuſce legis ſuæ verum intellectum nobis conferat, vt ita caſta eſſe poſſint Christianorum coniugia, vt promereantur ipſum Dominum Ieſum Christum, cui cum Patre, & Spiritu ſancto immortales reddantur gratiæ in ſæcula ſeculorum

Amen.

TRACTAT. XLIX.

De diſceptatione Domini cum Phariſæis de nexu perpetuo matrimony. Matth.cap.19.

RESELLENDA ſunt hoc tractatu argumenta omnia, quæ vel ex Concilijs, vel ex Patribus, vel etiam ex rationum momentis à quibuſdam conficiuntur, ad probandam ſolutionem vinculi coniugalis in cauſſa fornicationis. Primo loco producemus, quæ nonnulli ex Sanctis Patribus in contrarium adferunt. Inter quos primus occurrat Epiphanius in hæreſim Catharorum eijcientium digamos de Eccleſia ſua: Quibus reſpondet, in Eccleſia Catholica non ſolùm digamos ex Pauli doctrina acceptari; ſed etiam habentes duas vxores, ſcilicet eos, qui vna dimiſſa, alteram ducunt, patitur, vel ſuffert, ait, Eccleſia. Sed profectò ſi patitur, non probat; quanquàm ſi dimiſſa moriatur, tunc incipit ſine peccato alteram quam duxit, habere. Et ita Epiphanius ibi ſe ipſum ſoluit, dicens: *Licitum eſt autem populo, vt propter imbecillitatem feratur, & vt qui non poſſunt prima vxore contenti eſſe, ſecunda poſt primæ mortem coniungantur. Et qui quidem vnam habuit, in maiore laude, ac honore apud omnem concionem habetur. Qui verò non potuit vna mortua contentus eſſe, ob aliquam cauſſam, ſcortationem, aut adulterium, aut ſeparationem ob aliquam malam cauſſam facta; eum diuina Scriptura non accuſat, ſi aut vir ſecundæ coniungatur vxori, aut vxor ſecundo viro, neque ab Eccleſia, & via abdicat: ſed ſuffert propter debilitatem: non vt duas vxores ſimul habeat, altera adhuc ſuperſtite; ſed vt ab vna ſeparatus, ſecunda, ſi ita contingat, lege copuletur, diuina Scriptura, & ſancta Dei Eccleſia eius miſeretur: maximè ſi aliàs talis pius ſit, & ſecundùm legem Dei viuat.* Hæc ille. Vbi dicendo, quòd Eccleſia & ſcriptura ſuffert, & miſeretur, indicat, tale ſecundùm coniugium, priori viuente relicta, illicitum eſſe. Vnde & ſubiungit, *Vt poſt delicta illos ad pœnitentiam admittat.*

I. Teſtimoniū ex Patribus.

Epiphan. in hæreſ. 59. propè init.

Secundarum nuptiarum ratio.

II. Teſtimon.

Hilarius in Matthæum, tractans de diuortio: *Nullam*, inquit, *aliam cauſſam deſinendi à coniugio præſcribens, quàm quæ virum proſtituta vxoris ſocietate pollueret.* Sic ille; vbi videtur loqui de ſolutione vinculi coniugalis. Dicendum eſt, Hilarium tantùm docere, licitè coniugium deſinere, quantum ad torum, & cohabitationem, qua coniugium continuari ſolet; nihil tamen ſtatuere, an liceat contrahere cum alia.

Hilar. can. 4. in Matth. poſt med.

Tertiò adfertur Theodotitus libro de legibus, ſiue de Græcarum affectionum curatione: vbi tractans verba Domini, Matthæ. cap. 5. ſcribit, per fornicationem copulam penitùs ſolui: *Vnam verò*, inquit, *copulæ huius diſſoluendam occaſionem propoſuit, qua penitùs nuptialis diſtraheretur coniunctio. Inquit enim: Omnis qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſſa, facit eam mœchari, & qui dimiſſam duxerit, adulterat. Quibus ſanè verbis cætera vxoris vitia æquo animo ferri iubet, ſeu loquax ſit illa, ſeu temulenta, ſeu contentioſa. Sin verò nuptiarum leges tranſiliat, in aliumque virum procax intendat; tunc denique copulam ſolui iubet.* Hæc ille. Sed profectò ſatis ſoluitur coniugale fœdus, quando viro repugnante denegat ei ſui corporis poteſtatem, & ſeparat ſe à cohabitatione. Nihil tamen ſtatuit, an dimiſſo coniuge, nouis nuptijs poſſit copulari, & ipſemet Theodotitus aliter docet in epiſtolam priorem ad Corinthios.

III. Teſtimon. *Theod. lib 9. de Græca affectio. curat. ſub fi. tom. 2.*

Idem in ca 7. 1. ad Corint.

Simili ratione ſoluendæ ſunt duæ ſententiæ Lactantij: altera in libro de Vero cultu cap. 23. ſub finem, vbi habet: *Sed tamen nequis diuina præcepta circumſcribere ſe putet poſſe; addantur illa, vt omnis calumnia, & occaſio fraudis remoueatur: adulterum eſſe, qui à marito dimiſſam duxerit, & eum, qui præter crimen adulterij, vxorem dimiſerit, vt alteram ducat.* Sed in hoc loco Lactantius exceptionem adulterij ad dimiſſionem refert tantùm; & abſolutè alteram ducere videtur

Lactant.

Idem in Epitom. cap 8.

prohibere, iuxta sententiam Euangelicam. Altera sententia Firmiani habetur in Epitome, his verbis: *Sed sicut fœmina castitatis vinculo obligata est, & ne aliud concupiscat; ita vir eadem lege teneatur, qua Deus & viro vxorem vnius corporis compage solidauit. Ideo praecepit non dimitti vxorem, nisi crimine adulterij deuictam; & nunquam coniugalis fœderis vinculum, nisi ruperit, resoluatur.* Quae sententia rectè Catholicè exponitur, si dicatur, vinculum fœderis coniugalis rumpi, quando fides pacta & promissa frangitur, & violatur; per quam violationem fit, vt patris innocentis corpus non sit illi amplius obnoxium: Nihil tamen decernit, an adultera dimissa, possit denuò alteri copulari.

Coniugalis fœderis vinculum quando rumpatur.

IV. Testimon. Basil. ep. vlt.

Ad haec proferunt Basilius, cuius tres extant epistolae ad Amphilochium, quae Canonicae dicuntur, in quibus Canones eius continentur: & Canone IX. apertè concedit marito facultatem repudiandi vxorem adulteram, & alteram accipiendi. Et simile quid habet Canon. XXI. Sed quicquid sit de his Canonibus, constat primò Basilium in Canone IX. non dicere, quòd liceat innocenti coniugi nouo matrimonio copulari: sed quòd si ille cum alia rem habeat, non censetur adulter, sed fornicator. Patet deinde beatum Basilium in alijs libris aliter sensisse, & docuisse; vt propterea illi Canones in suspicionem veniant. Nam tomo vltimo suorum operum, libro De vera virginitate, aliquanto post medium, ita scribit: *Non audis quoniam qui dimissam duxerit, moechatur? Et si enim, inquit, pro culpa dimissa est, viuit tamen vir eius. Quid ergo dimissam perturbas? cur illi spatium non das, vt de his agat pœnitentiam, quorum gratia dimissa est? & vir à se dimissa pœnam, emendationemq́, miseratus, ad se rursus proprium reuocet membrum? quid emendandi se spatium praeripis, viuente viro sic dimissam ducens? Tu cur antequàm peccatum suum, pro quo dimissa est, planè intelligere possit, eam ad coniugium rapiens, impudentiorem ad scelera deinceps facis? nempè viuente viro alienam adulteras coniugem, facilemque illi ad nequitiam reditum (vt dixi) per connubium pandis.* Hactenùs diuus Basilius, vt videtur, agens contra eum, qui dimissam à marito, solicitabat ad coniugium. Et in libro Moralium regula septuagesima tertia sic habet: *Quod nullo modo debet vir, qui legitimo matrimonio cum vxore coniunctus sit, ab ea separari, neque vicissim vxor à viro, nisi illorum alter in adulterio deprehensus sit, nisi vel caussa aliqua alia intersit, qua vera aduersus Deum pietati officiat.* Et probat hanc regulam ex quatuor locis Scripturae, nempè ex verbis Matthaei quinto, & Matthae. 19. & 1. Corinthiorum 7. & Lucae 14. vbi Christus Dominus seruator noster: *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.*

Idem eo. tom.

I. Cor. 7.

Basilij in eum qui dimissam propter fornicationem ducit vxorem inuectiua.

Idem lib. Moral.

Deinde subiungit Basilius, quod non licet viro, vxore dimissa, aliam ducere; neque item vxori vicissim quae dimissa sit, viro alij nubere. Et probat ex loco Matthaei cap. 19. Vbi ponderandum est, Basilium in priori regula, vbi tantùm est sermo de dimissione, exceptionem apponere fornicationis, & parem ostendere conditionem tam vxoris, quàm viri: in posteriori regula, vbi sermo est, post dimissam coniugem, de nouis nuptijs, exceptionis fornicationis ne meminisse quidem; vt intelligas beatum Basilium rectè, & Catholicè intellexisse Euangelium, vt nos apposuimus. Nam si repudiatę non licet nubere, nęc repudianti ducere: signum est manifestum adhuc vinculum coniugij perdurare prioris.

Expenduntur verba Basilij in regulis ab eodem assignatis circa dimissionem vxoris adulterae.

V. Testim. Ambros.

Profertur etiam Beatus Ambrosius, tomo quinto, in caput septimum primae ad Corinthios, qui in illa verba Apostoli: *Et virum vxorem non dimittere: Subauditur autem, inquit, excepta fornicationis causa. Et ideò non subiecit, dicens, sicut de muliere, quòd si discesserit, manere sic; quia viro licet ducere vxorem; si dimiserit vxorem peccantem; quia non ita lege constringitur sicut mulier. Caput enim mulieris vir est, & paullò antè de vxore dixerat: Quòd si continere se, inquit, non potest, quia pugnare non vult contra carnem; viro reconciliaetur. Non enim permittitur mulieri vt nubat, si virum suum caussa fornicationis dimiserit, aut apostasia, aut si illicitè impellente lasciuia vsum quaerat vxoris; quia inferior non omninò has lege vtitur, qua potior, si tamen apostatet vir, aut vsum quaerat vxoris inuertere, nec alij potest nubere mulier, nec reuerti ad illum.* Hactenùs ille. Ad quod nonnulli respondent, vt Gratianus 32. quaestion. 7. capit. *Quod proposuisti.* & Magister Sententiarum in quarto, distinctione trigesima nona, insertum fuisse à falsarijs, siue haereticis. Quod durum videtur: quia nullam legimus extitisse haeresim illud asserentem, & Beatus Augustinus in libris ad Pollentium (Ambrosij scriptorum diligentissimus obseruator) proculdubio Ambrosium citasset. Illud tamen certum est, ipsum Ambrosium alijs locis aliter statuisse. Nam cum super Luc. c. 16. tom. 5. in hunc modum scribit: *Pone, si repudiata non nubat: & haec viuo viro*

Mirus cõmoda solutio.

Gratianus Magist. Sent.

B. Ambros.

tibi debuit displicere, cui adultero fidem seruat? Pone si nubat: necessitas illius tuum crimen est, & coniugium quod putas, adulterium est; Quid enim refert, vtrùm aperta criminis confessione, an mariti specie adulterum admittas? nisi quod grauius est, legem criminis fecisse, quàm furtum. Sed fortasse dicet aliquis: Quomodo Moyses mandauit dare librum repudij, & dimittere vxorem? Qui hoc dicit, Iudæus est: qui hoc dicit, Christianus non est. Et infrà: *Apostolus negauit legis esse diuinæ, vt coniugium qualecunque soluatur: nec ipse præcepit, nec dedit deserendi authoritatem: sed culpam abstulit destituto.* Et paullò ante hæc verba inuehitur in eos, qui legis humanæ præsidio, & authoritate alias accipiebant, ait enim: *Dimittis ergo vxorem quasi iure sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet, sed diuina prohibet? Qui hominibus obsequeris, Deum verere. Audi legem Domini, cui obsequuntur etiam, qui leges ferunt: Quæ Deus coniunxit, homo non separet.* Hæc ille. Propterea quod dixit, mulierem non hac lege vti, qua virum; ad legem humanam videtur referendum, vt declarat, non ad diuinam, quæ parem facit in hac parte virum, & vxorem, vt Sanctus Euangelista Marcus capite decimo, & Apostolus in prima epistola, quam ad Corinthios scripsit, capite septimo, expresserunt. Idem de legibus humanis sentit Chromatius Romanus in quintum caput Matthæi, dicens: *Vnde non ignoret, quàm graue apud Deum damnationis crimen incurrant, qui per effrænatam libidinis voluptatem, absque fornicationis caussa dimissis vxoribus in alia volunt transire coniugia. Quod idcirco se credunt impunè committere, quia humanis, & seculi legibus id videtur permissum: nescientes se grauius in hoc delinquere, quia humanas leges diuinis legibus præferant. Vt quod illicitum Deus esse constituit, ideo licitum credant, quia ab homine sit liberè permissum.* Hæc ille, damnans cum Ambrosio, eos, qui leges Romanas diuinis præferebant. Quod verò sequitur in eodem, cautè intelligendum est. Subdit enim: *Sed sicuti vxorem castè, ac purè viuentem, dimittere fas non est; ita quoque adulteram dimittere permissum est: quia ipsa se mariti consortio fecit indignam, quæ in corpus suum peccando, Dei templum ausa est violare.* Quibus verbis tantùm statuit licitum repudium adulteræ; nihil tamen de secundis nuptijs decernit. Sed redeamus ad Ambrosium, qui in Commentarijs super epistolam Pauli ad Romanos in principio exponens illum locum Apostoli: *Igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro*, ait: *Hæc lex de Euangelio est, non ex Moyse, neque ex iustitia terrena. Aliquid ergo duce natura, aliquid ex lege Moysi addiscentes, perfecti sunt per Euangelium* CHRISTI. Idem libr. 1. de Abraham patriarcha: *Sed & vos*, inquit, *moneo, viri, maximè qui ad gratiam Domini tenditis, non commisceri adulterino corpori. Qui enim se iungit meretrici, vnum corpus est: nec dare hanc occasionem diuortij mulieribus.* Et statim infrà: *Nemo sibi blandiatur de legibus hominum. Omne stuprum adulterium est, nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro, quæ ab vxore debetur castimonia.* Hactenùs ille, apertè dicta sua ad Corinthios interpretans, vel illa corrigens, & Catholicam apertè defendens sententiam, vt non sit opus asserere, illius verba vitiata à falsarijs: & quicquid alibi scripserit in epistolam ad Corinthios, deserendus est, & in alijs tribus sequendus locis. Alij tamen eruditi viri contendunt quibusdam non improbabilibus coniecturis commentarios illos in Paulum, Ambrosij non esse: quod prudentis lectoris iudicio dijudicandum relinquo.

Præterea adducitur Augustinus libro de Fide, & operibus, vbi ait: *Quisquis etiam vxorem in adulterio deprehensam dimiserit, & aliam duxerit; non videtur æquandus eis, qui excepta caussa adulterij dimittunt, & ducunt. Et in ipsis diuinis sententijs ita obscurum est, vtrum & iste, cui quidem sine dubio adulteram licet dimittere; adulter tamen habeatur, si alteram duxerit, vt quantum existimo, venialiter ibi quisque fallatur.* Hæc ille, qui videtur asserere, posse sustineri quòd soluatur vinculum coniugij; & quòd venialiter fallatur soluens. Respondeo, quæstionem hic non esse de magnitudine peccati dimittentis; sed an sit iure Diuino prohibitum, repudiata adultera, vxorem nouam ducere. Nam fieri potest, vt quid tali iure sit prohibitum: & tamen propter obscuritatem prohibitionis, aliquem secùs facientem vel non peccare, vt qui olim plures vxores ducebat, vel leuiter peccare: & hoc tantùm dicit Augustinus de suo tempore loquens. Sed quia post eum Ecclesia plus quàm per mille annos oppositum docuit, iam non esset veniale, vel leue, vt tunc erat: quia multa licebant in primitiua Ecclesia neophytis, quæ iam Ecclesia magis instructa, & pristinis aliarum sectarum consuetudinibus magis abolitis illicita sunt. Venialiter etiam falli aliud non est, quàm venia dignum esse; qua loquendi forma sæpè vtitur Augustinus, vt libro contra Faustum Manichæum, vbi dicit: *Hoc ergo facile debuit esse veniale, scilicet venia dignum.*

Marginal notes: Grauius legem criminis fecisse, quam furtum, ait Ambrosius. — *Deut. 24.* — *1. Cor. 7.* — *Matt. 19.* Quæ lex vxorem vetet dimittere virum. — *Marc. 10.* — *1. Cor. 7.* — *Chromatius Roman.* — Cauendum in verbis Chromatij quid circa dimissione vxoris adulteræ. — *1. Cor. 6.* — *Ambros.* — *Idem lib. 1. de Abraham patriarcha.* — De Ambrosij in Paulum commentarijs quid senserint magni quidam viri. — VI. Testim. *August. li. de Fide, & oper. c. 19. in fi. to. 4.* — Venialiter falli quid. *August. li. 6. cont. Faustū Manichæum c. 4. tom. 6.*

Idem li. 2. Retract. c. 57. tom. 1. VII. Testim.

Rursus idem obijcitur in libris Retractionum, vbi ita dicit: *Scripsi duos libros de coniugijs adulterinis, quantum potui secundùm Scripturas, cupiens soluere difficillimam quæstionem. Quòd vtrum enodatissimè fecerim, nescio, imò verò non me peruenisse ad huius rei perfectionem sentio, quamuis multos sinus eius aperuerim, quòd iudicare poterit quisquis intelligenter legit.* Ita Augustinus. Sed hæc verba nihil contra dogma propositum faciunt, siue ille perfectè intellexerit, siue non: quanquàm id modestiæ caussa ab Augustino dictum esse censendum est: non adimit nobis veritatem dogmatis Catholici, quod ille cum omni asseueratione non vno loco tuetur.

Chrysost. ho. 19. in priorem ad Corint. in med. tom. 4.

Chrysostomus in priorem ad Corinthios, explicans illa verba: *Sanctificatus est enim vir infidelis per vxorem fidelem*, sic habet: *At si is, qui meretrici adhæret, vnum cum ea corpus efficitur; constat, quòd qui idololatræ adhæret, vnum efficit corpus. Est quidem vnum corpus, non autem immundum, sed vincit vxoris puritas viri immunditiam, & fidelis viri puritas rursum infidelis vxoris immunditiam, superat. Sed quanam ratione in infidelis immunditia vincitur, & quare infidelis consuetudinem suadet? In fornicaria autem muliere non accusatur vir, si eam dimittit: quoniam illic quidem spes relinquitur, vt pars perdita per nuptias saluetur, hic autem nuptiæ iam dissolutæ sunt, & hic ambo corrumpuntur, illic verò alterius duntaxat peccatum est.*

1 Cor. 7. Sup o.

Hæc ille. Sed per nuptias dissolutas non intelligit vinculum sublatum, sed quia perdidit vir vsum potestatis corporis alieni, quia pars læsa & innocens potest, si velit, totum, & cohabitationem viri etiam repugnantis in perpetuum deserere.

Concilia.

Simili modo soluendæ sunt similes, quę in Patribus inueniuntur sententiæ.

Concil. Arelatens.

Quod ad Concilia spectat, primo loco profertur Concilium Arelatense primum cap. 10. *De his, qui coniuges suas in adulterio deprehendunt, & ijdem sunt adolescentes fideles, & prohibentur nubere; placuit, vt, in quantum potest, consilium eis detur, nè, viuentibus vxoribus suis, licèt adulteris, alias accipiant.* Hæc ibi, in quibus quia dicitur consilium dari; constat quòd non sit præceptum. Respondetur, abusum esse vocabuli, & consilium interdum pro quauis exhortatione accipi, vt illud Danielis; *Consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum.* Et satis hoc insinuatur in dicto Concilio, dum ait: *Et prohibentur nubere.*

Consilium sæpe hortationē significat.

Dan. 4.

Concil Venetic. c. 2.

Secundò obijcitur Concilium Veneticum: *Eos quoque qui relictis vxoribus suis, sicut in Euangelio dicitur, excepta caussa fornicationis, siue adulterij probatione, alias duxerint; statuimus à communione similiter arcendos, ne per indulgentiam nostram permissa peccata, alios ad licentiam erroris inuitent.* Hæc ibi; vbi admitti videtur, quòd probato adulterio possint alias ducere. Respondemus, Concilium nihil determinare in caussa probati adulterij, & ideò nihil sequi, sicut nec de sententia Domini est dictum: nisi quis velit per fallaciam consequentis argumentando aliquid deducere. Quanquàm autem Concilium aliquid definiret; errare posset, & corrigi per aliud Concilium.

Matth. 5.

Concil. Triburiens. c. 41.

Tertiò, adfertur Concilium Triburiense: *Si quis legitimam duxerit vxorem, & impediente quacunque domestica infirmitate, vxorium opus non valens implere cum illa; frater verò eius, suadente diabolo, adamatus ab ipsa, clanculum eam humiliauerit, & violatam reddiderit; omnimodò separentur, & à neutro vlterius eadem mulier contingatur.* Et infrà de viro: *Quia verò humana fragilitas procliuis est ad labendum; aliquo modo muniatur ad standum. Idcirco Episcopus, considerata mentis eorum imbecillitate, post pœnitentiam sua institutione peractam, si se continere non possint, legitimo consoletur matrimonio, ne dum sperantur ad alta subleuari; corruant in cœnum.* Hæc ibi; Vbi post prohibitionem copulæ matrimonialis cum sua, cōcedit quòd consoletur legitimo matrimonio. Dicendum est, vel Concilium hoc errasse: vel, Concilium post peractam pœnitentiam impositam ab Episcopo dispensare, vt adulter & adultera possint ad noua vota nuptiarum transire: ipsa quidem adultera post mortem viri sui, adulter cùm libuerit, quoniam propter incestum perpetratum legibus Ecclesiasticis ab ineundo vnquam coniugio arcebantur. In quibus legibus dispensare poterat Concilium. Et idem dicendum ad sextum argumentum, quod inferiùs ponitur.

Prætereà ex eodem Triburiensi producitur caput, *Si quis cum nouerca*, 32. quæst. 7. Vbi sic statuitur: *Si quis cum nouerca sua dormierit, neuter ad coniugium potest peruenire: sed vir eius potest, si vult, aliam accipere, si se continere non potest. Similiter si quis cum filiastra sua, vel cum sorore vxoris suæ dormierit, obseruandum est.* Nam eadem ratione, qua prior obiectio diluenda est. Vnde Canone XLVI. eiusdem concilij de vxore à marito propter adulterium accusata, subditur: *Maritus verò, quandiu ipsa viuat, nullo modo alteram ducat.*

Concil. Elibertin. Quintò, producitur Canon octauus Concilij Elibertini sub Syluestro Papa: *Fœminæ*, inquit, *quæ nulla præcedente caussa reliquerunt viros suos, & alteris se copulauerunt: nec in fine accipiant communionem*: Ergo, si adesset caussa, insinuaretur, quòd possint alteri se copulare. Respondetur, non valere argumentum à contrario sensu. Et Canone sequenti non datur facultas vxori relinquendi maritum adulterum, & alterum in consortium accipiendi.

Gratia. 32. q. 7. c. quadam. Sextò obijcitur caput cuiusdam Concilij, quod refert Gratianus in Decretis: *Quædam*, inquit, *cum fratre viri sui dormiuit: decretum est, vt adulteri nunquam coniugio copulentur: illi verò, cuius vxor stuprata est, licita coniugia non negentur*. Respondemus, Prouinciale Concilium errare potuisse, & proinde fuisse per vniuersalia correctum.

Ibid. c. concubuisti. Septimò, obijcitur Concilium Zachariæ Papæ eodem loco à Gratiano citatum: *Concubuisti*, ait, *cum sorore vxoris tuæ? Si fecisti, neutram habeas; & si illa, quæ vxor tua fuerit, conscia sceleris non fuit, si se continere non vult, nubat in Domino, cui velit: tu autem, & adultera, sine spe coniugij permaneatis; & quamdiu vixeritis, iuxta preceptum Sacerdotis pœnitentiam agite.* *1. Corin. 7.* Hæc ibi. Sed Magister Sententiarum glossam adducit ad illud verbum, *Nubat in Domino cui velit*, scilicet, post mortem viri. *Inepta solut. Magist. Sent.* Sed cui (quæso) hoc dubium esse poterat? *1. Cor. 7.* Quid si vir superstes fuisset vxori? Proinde aliter respondetur: *Altera solut. Quòd is tantummodo relaxetur.* quòd quia dispensatio est contra commune ius, nullus valet dispensare contra ius maioris, sed sui, vel æqualis, vel inferioris.

Vt ergo in natura quædam sunt contingentia ad vtrumlibet, quædam autem determinata ad vnum, & inter hæc quędam magis determinata, ita vt rarò, aut nunquam mutentur, quædam verò minus, vt mutari possint à caussis secundis, & consuetudine, vt dictum est: ad hunc modum circa actiones statuendum esse, quasdam esse, quæ frequenter variationem recipiunt, vt sunt illæ quæ per præcepta positiua mandantur, vel vetantur; & in his quia condita sunt à summo Pontifice, liberam illæ habent dispensationem; ita tamen, vt si sine caussa dispenset, dispensans quidem peccet, dispensatio tamen facta teneat. *Quæ actiones statutæve dispensari possint, & quæ non.* Aliæ autem sunt actiones stabiles, vt illæ censentur, de quibus extat ius diuinum scriptum, vel naturale. Et in his propriè Papa dispensare non potest, quia non est par ipsi Deo. Quia tamen inter illa gradus est, & quædam sunt omninò fixa, & immobilia, in illis nec interpretari, nec dispensare valet, ita vt illa abroget, & de medio tollat: quia esset destruere, & non ędificare: vt sunt præcepta de honore parentum, de abstinentia à matre, & sorore in coniugio: *Exod. 20.* quia posset tollere statum religionis, vel Sacramenta. Ideò in huiusmodi non potest Papa vel dispensare, vel declarare dispensationem, quia Deus in talibus non dispensat. Sunt autem alia, in quibus licèt secundum regulam non cadat Dei dispensatio; & ideo iure diuino sunt factæ regulæ generales prohibentes; in aliqua tamen caussa cadunt in dispensationem, non propriè ab ipso Pontifice, sed à Deo. Ipsi autem Pontifici relictum est, vt euentum dispensabilem videat, & Deum in illo casu dispensare declaret: in quo non tam vtitur potestate pastoratus, quæ propriè est circa præcepta positiua, quàm doctoratu, & prophetia, seu, quod idem est, claui scientiæ, quam habet, vt interpretetur mentem Dei in huiusmodi casibus, & regulas Scripturæ, vel iuris naturæ remotas non esse de illis intelligendas. *Potestas pastoratus in quo exerceatur propriè. Clauis scientiæ propriè quid.* Si enim Caiphas, quia erat Pontifex anni illius, prophetauit: *Ioan. 11.* multò magis Pontifex CHRISTI vicarius hac potestate fungetur. Hinc beatus Thomas in prima secundæ, quæstion. 2. articulo, 4. & 5. tomo vndecimo, parte 2. scribit, Ius naturę licèt non in ipsis primis principijs, omnibus votis, in deductis tamen ex illis esse variabile à lege, & consuetudine, & ob id dispensabile. *D. Thom.* Quia etsi aliqua indecentia ex se non careant, non tamen perfecta est indecentia, ac proinde potest ex caussa magna pensari, vel dissimulari. Eandem doctrinam tradit Thomas in secunda secundæ, quæst. 154. ad tertium. Et per hæc, si benè intelligantur, soluuntur multa, quæ à Pontificibus, quatenus Prophetis, & interpretibus voluntatis Dei facta sunt: vt potè iuxta sententiam quorundam dispensatio Celestini cum Rege Aragoniæ, vt ex monasterio in quo professus erat, exiret, & vxorem duceret, vt prolem susciperet: in quo declarauit mentem Dei, qui non acceptauit illum ad religionem. *Idem. Variæ Pontificum dispensationes circa coniugia. Prima Calestini Papa.* Talis quoque fuit dispensatio Zachariæ Papæ in ista caussa fornicationis viri concumbentis cum sorore vxoris. *II. Zachariæ.* Eiusmodi & Gregorij Papæ III. extitit ad Bonifacium Episcopum in caussa ægritudinis coniugum non valentium reddere debitum maritis nuper ad Fidem conuersis in Anglia, vt habetur in Decretis: *III. Bonifacij. 32. q. 7. cap. quod proposuisti.* *Si mulier*, inquit, *infirmitate correpta non valuerit viro debitum reddere, quid eius faciat coniugalis? Bonum esset, si sic permaneret, vt abstinentiæ vacaret: sed quia* *1. Cor. 7.* hoc

Marc. 8.

Nam si ægrotaret vxor, vel incideret in hæresim, vel in alias caussas separandi torum, similiter ad continentiam adstringeretur: nam si propter Euangelium relinquenda est vxor, imò liberi, & parentes; cur non vt obedias Euangelio, ab vxore abstineas? Sed ista rarò accidunt, & Dominus, qui tulit legem generalem, dat gratiam illam obseruandi: & cum quis se spontè ad coniugium obligauit, ita etiam spontè se adstrinxit ad continendum in similibus casibus. Ideò dici non potest, quòd cogatur ad cõtinentiam, quemadmodum nec cogitur religiosus, qui iam vouit.

August. lib. 2. ad Pollen. de adulter. coniug. ca. 9. 10. 6. Innocent. III. in 6. de diuor. c. Quanto. Episc. Abulen. in c. 8. libr. 2. Reg.

Vnde Augustinus ad Pollentium similiter argumentantem, omnes alias molestias coniugũ vult illas magno animo propter coniugium tolerari, & Innocentius III. in sexto de Diuortijs. Tertiò dici egregiè potest, non sequi, iuuenem relinquentem vxorem adulteram adstringi ad continentiam: vt optimè docet Episcopus Abulensis in libr. Regum.

Vir cum vxore sua fornicaria vel etiam in correcta, quibus de caussis licitè cohabitet.

Asserit enim, quòd postquàm quis correxit vxorem suam adulteram, & illa correctionem respuit, potest ad illam accedere, & cohabitare. Primò, quia matrimonij vinculum permanet, ergo actus eius, siue vsus licitus est. Item, quia nemo cogitur continere ob alienam malitiam: potest ergo benè vti malitia suæ cõiugis, supra cuius corpus potestatem habet, quam illa perdidit supra corpus viri. Tertiò, quia vt habetur, extra, De iureiurando,

Innocen. III.

cap. *Quemadmodum.* non obstante in alterutro casu (id est, vxore propter fornicationem dimissa, cui iurauit quòd eam semper vt legitimam haberet vxorem, & in sponsa non admissa ob fornicationem ante matrimonium, cui iurauit se eam accepturum) non obstante, inquam vinculo iuramenti, quod quidem propter subintellectam conditionem est tale, vt is, qui iurauit, ad vtrumque sine transgressione possit habere: ergo, licèt iurauerit, potest retinere fornicariam, & dimittere: licebit igitur retinere fornicariam; imò melius est, quàm abijcere, modò non sit scandalum. Quod in vniuersum obseruandum est, vbi nullum est scandalum, per quod videatur vitio patrocinari, tunc enim nunquam cogitur vxorem dimittere. Et ad allegata capitula respondet. Ad capitulum primum, *Sicut crudelis*, asserit intelligi, si eam prius non corrigit: nam corrigendo ostendit se non patrocinari eius turpitudini. Ad capit. *Si quis vxorem suam inuenerit*, intelligitur, si conuicta est publicè de adulterio, & diuortium iam est factum. Hieronymus autem, & Augustinus, & Scriptura eadem hac ratione intelligenda venit. Præterea cap. *Si vir.* extra, de adulterijs dicitur, quod debet denuntiare: intellige cogi denuntiare vxorem, vt corrigatur, non autem vt fiat diuortium cum illa: quia nulla lege cogitur continere.

Episc. Abulen. q. in Matt.

Tenet etiam idem Doctor Abulensis, quòd liceat manere cum coniuge obstinato in hæresi, modò quis probabiliter putet se non subuertendum. Et hoc propter rationes dictas; & quia nullum extat præceptum id prohibens: melius tamen est, & tutius non manere cum illo, quia Dominus dabit gratiam continendi. Non ergo cogitur quis repudiare vxorem suam adulteram, sed permittitur tantùm, & repudiata potest reconciliari, & ita continere non adstringetur.

IV. Ratio.

Quarta ratio est, quia stuprum peculiarius militat contra bonum matrimonij, quàm alia vitia, vt dictum est: ergo in illa vinculum coniugij dissoluetur. Respondemus negando consequentiam. Sat enim est quòd teneat primum locum in separando toro, & in priuando adulterum potestate supra corpus vxoris, & quòd, licèt sit maius peccatum, in adultera plus puniatur:

1. Cor. 7.

quia semel dimissa (quod autoritate Ecclesiæ fieri debet, vt ex libr. sexto de diuortijs cap. *Significasti.* admonuimus) etsi conuertatur, non arctatur maritus eam suscipere, nec etiam ingredi religionem, sed satis est, quòd se in seculo contineat: in apostasia autem, vel hæresi iubetur vel suscipere, vel ingredi religionem, vt est dictum. Et hoc fit; quia etsi illa sint maiora crimina; adulterium tamen magis opponitur matrimonio, & ad adulteram accedens, digamiæ irregularitatem incurrit.

Quod in caussa fornicationis detur copia separandi torum.

In casu igitur fornicationis datur copia separãdi torum. Primò, quia est in fidem matrimonij, & ideò potest fides ei frangi, id est, non reddi debitum, cuius iure ex natura fornicationis se priuauit. Secundò, quia etiam Noui Testamenti patientia, & perfectio non sufficeret ad retinendam semper adulteram. Tertiò, ne videatur Euãgelium fauere peccato.

Quibus caussis coniugium, eius tamen vinculo permanente, dissoluitur.

Intelligenda est autem ista potestas dimittendi adulteram, cùm is, qui dimittit, non est fornicatus, vel ipse vxorem non prostituit, vel non cognouit post agnitam fornicationem; vel non fuit fornicatio in infidelitate post diuortium, vel quæ fornicata est, non suum inuincibili, vt aiunt, ignorantia, putauit suum, vel vi oppressa est, vel credens priorem maritum defunctum, alteri se copulauit: in omnibus enim his casibus licèt sit fornicatio, nõ fit tamen tori separatio. Extra hos autem fit, & licitè fit, modò non ex vindicta fiat,

ſed vel vt vitet infamiam, vel vt vxor corrigatur.

V. Ratio.

Quinta ratio eſt: In carnali coniugio ſignificatur ſpirituale Dei cum anima: ſed in ſpirituali diuortio Deus propter peccatum dimittit animam, atque deſerit, ergo & vir in carnali. Negatur ſequela: quia non oportet omnimodam ſimilitudinem eſſe inter ſimilia: & Dominus non eſt adſtrictus legi, vt non poſſit dimittere, ſicut homo obligatur, & cum ſponſa Eccleſia inſeparabile habet vinculum, imò cum quouis peculiariter electo, ſiue prædeſtinato: & in his ſatis ſeruatur ſimilitudo. Separatio etiam quantum ad torum, ſufficit ad illam ſimilitudinem diuortij ſpiritualis ſeruandam: nam anima conuerſa iterum recipitur ab ſponſo CHRISTO. Imò tempore ſeparationis à Dei gratia manet aliquod vinculum per characterem ſignificatum, quòd inſtar eſt vinculi coniugalis: dicente Auguſtino libro de Bono coniugali: *Manet inter viuentes quoddam vinculum coniugale, quòd nec ſeparatio, nec cum altero viro copulatio poſſit auferre: ſicut apoſtata anima velut de coniugio Christi decedens, etiam fide perdita Sacramentum Fidei non amittit, quod in lauacro regenerationis accepit.* Hæc ille ferè. Ac rurſus infrà: *Quem non faciat intentum, quid ſibi velit tanta firmitas vinculi coniugalis? Quod nequaquam puto tantum valere potuiſſe, niſi alicuius rei maioris ex hac infirma mortalitate hominum quoddam Sacramentum adhiberetur, quòd deſerentibus hominibus, atque id diſſoluere cupientibus, inconcuſſum illis maneret ad pœnam.*

Carnalis coniugij ab ſpirituali diſcrimē.

Auguſt li. de Bono coniuga. ca.5. & 7. tom. 6.

32. q. 7. c. Interueniente.

VI. Ratio.

Sexta ratio eſt: Quòd Græca & Orientalis Eccleſia olim, & modò ſecùs faciat. Reſpondeo: Quid olim fecerit Eccleſia Græca, conſtat ex tot Patribus veteribus, & præſertim ex Baſilio, & Chryſoſtomo, qui libro de virginitate, tractans illud: *Quòd ſi diſceſſerit, maneat innupta: Vides ne* (inquit) *rei neceſſitatem, & inexorabilem ſeruitutem. Vides vtrumque vinculis vndique conſtrictum? Eſt enim connubij neceſſitudo inſtar vinculorum.* Et infrà: *Nouam prætereà quandam, & admirabilem excogitauit compenſationem ſeruitutis. Ac, quemadmodum ſerui fugitiui, ſinguli ſeparatim vincti à ſuis dominis, ſurſumque tenus quadam catena inter ſe conſtricti vniuerſi, quòd compedibus catena vtrinque affixis, alius alium ſequi cogitur, liberam non habent abeundi facultatem: ſic coniugium anima, cùm propriam ſui curam ſuſtinet; tum altera etiam premuntur neceſſitate à communibus coniugij vinculis impoſita, quæ & grauius vrget omnibus vinculis, & hoc ipſo ab vtroq; libertatem aufert, quod alteri nec ſemel quidem principatum defert, ſed vtriq; diſtribuit.* Hæc ille. Quid verò hodiè faciat Græca Eccleſia, nihil ad nos; cùm illa Spiritu Dei deſtituta, propter flagitia ſua in diuerſos, & graues errores Fidei ſit prolapſa.

Baſil. Chryſoſt. li. de vir. circa med. 1. Cor. 7.

Quale vinculū coniugale, Chryſoſtomo.

VII. Ratio.

Poſtrema ratio eſt, quòd leges ciuiles Imperatorum, etiam Chriſtianorum, aliter diſpoſuerint de diuortijs. Vnde Iuſtinianus Imperator, l. *Conſenſus*, de diuortijs, concedit ſolùm diuortium in cauſa, qua quis peccans contra coniugem, mortem meretur. Valentinianus tulit legem, vt liceret Chriſtianis duas vxores habere: qui amore captus Iuſtinæ, illam priori ſuperduxit. Reſpondemus, leges ciuiles per Euangelicam eſſe corrigendas: & mirum non eſt, primos illos Imperatores ius hoc Euangelicum non cognouiſſe ſed reſpicientes ad pacificum conuictum leges latiores tuliſſe: quibus vtentes etiamſi in ius diuinum peccarent, non puniebant; quemadmodum etiam lex ciuilis non punit parentem occidentem filiam in adulterio deprehenſam; quod tamen ſecundùm legem Dei, homicidium eſt. Valentinianus etiam, qui legem illam tulit, Eugeniana factione ſtrangulatus eſt, & Iuſtina in præterfluentem aquam iactata: & legem eius de multitudine vxorum nullus acceptauit. Et mirum non eſt, Imperatores tale diuortium conceſſiſſe, ſi pleraque Concilia, quæ ſuperiùs diſſoluimus, aliter quàm doceat Euangelium, ſtatuiſſe leguntur. Illud conſtat, ante Auguſtinum in Eccleſia hanc quæſtionem definitam fuiſſe, vt docet Canon Apoſtolorum, 48. Clemens Alexandrinus libro Stromatum, Origenes, Tertullianus in Marcionem, & libro de Monogamia, Ambroſius in Lucam, Hieronymus in epiſtola ad Amandum, & Athenagoras in oratione pro Chriſtianis, vbi apertè de cauſa fornicationis loquitur: & Concilium Mileuitanum, cui interfuit Auguſtinus, vt ita liceat colligere, doctrinam hanc antiquam eſſe, & exploratiſſimam in Eccleſia DEI, etiamſi interdum propter obſcuritatem verborum Domini aliqui ſubdubitauerint, aliqui etiam aliter ſtatuerint. Sed ſemper veritas in Eccleſia inuicta permanſit, & permanebit in æternum, non obſtantibus clamoribus hæreticorum, qui ſemper veris Eccleſiæ dogmatibus obſtrepere conſueuerunt. Sed illos permittit Deus venire, vt qui probati ſunt in Eccleſia Dei, manifeſti fiant, & vt purior ſit dogmatum Fidei traditio, protegente eam, & conſeruante Domino noſtro IESV CHRISTO, qui cum Patre, &

Quid eſt, q legibus humanis duæ olim coniuges permittebantur, Euangelica, Diuina ſcilicet lege reclamante.

Valentiniano Imperatori, ſecundæ cum Iuſtina, quam miſer deperibat, nuptiæ quid profuerint.

Can. Apoſt. Clem. Alex. li. 3. Stromat. to. 2. Orig. tract. 7. in Matt. tom. 2. Tertull. Ambr. in Luc. 16. to. 5. Hier. to. 3. Athenagor. apud Iuſtin. tom. 1. Concil. Mileuitanum. Can. 17.

Ad quid Hæreſes in Eccleſia permittantur. 1. Cor. 11.

Spiritu ſancto feliciter, & beate viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

TRACTATVS L.

DeDiſceptatione Domini cum Phariſæis de indiſſolubili matrimonij vinculo, ſuper illa verba: *Dicunt ei diſcipuli eius; Si ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum. Qui poteſt capere, capiat.* Matthæi 19. Vbi de cœlibatu eſt ſermo.

Scopus horū verborum.

REDEVNDVM Tandem ad textum ipſum poſt tam longam digreſſionem, ad quam noſtræ ætatis homines tam varie de re tanti momenti ſcribentes nos adegerunt. Apoſtoli igitur, qui diſputantes Phariſæos cum CHRISTO audierant, & quomodo Dominus aduerſariorum os occluſiſſet, viderant, Dominum priuatim interrogauerunt, qui tulit illam, quam explicuimus legem, qua audita dixerunt: *Si ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere*, ſiue, vt Græcè dicitur, non expedit contrahere matrimonium. Nunc enim tandem intellexerunt præcepti grauitatem, tanquam rei, quæ moleſtia afficiat. Siquidem graue admodum videbatur, teſte Euthymio, difficilem, prauamque tolerare mulierem, nec eam poſſe repudiare, quæ fera ſæuior eſt, ac moleſtior. Ideoque dicunt. *Si ita ſe habet cauſa hominis cum vxore*: id eſt, ſi vnica cauſa eſt, vel medium ſeparans virum, & vxorem, dico ſanè fornicationem, non expedit venire ad nuptias. Illud: *Si ita eſt*, non eſt dubitantis, ſed aſſerentis, vt ſignificet: Poſtquàm ita eſt, & ita ſe habet negotium nuptiarum. Nam quãtum ad vinculum indiſſolubile eſt coniugium, niſi per mortem alterius.

Euthym. in Matth. c. 40. Mulieris ingenium.

Quid ſignificet: Si ita eſt cauſa hominis cum vxore.

Qui dixit illis; Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. Senſus eſt: Verbum iſtud de abſtinentia à coniugio, & ab omni re vxoria; ſiue more Hebræo, rem hanc de cœlibatu, quod idem eſt, non omnes capiunt, ſiue non omnes ſunt capaces, ſiue non omnes approbant & ſuſtinent, melius eſſe abſtinere: quia cum carnales ſint, fructus carnis edere nolunt, tametſi per ſe melius ſit, & magis expediens, quàm vxorem ducere. Sed illi tantum hoc verbum capiunt, & continentiam, caſtitatemque huiuſmodi amplexantur; quibus propoſitum continentiæ à Deo inſpiratur; & caſtitatis donum tribuitur, vt pro amore tanti doni Deo libertius vacare queant; ita vt hoc donum Dei ſit, & ab ipſo inſpirandum, & precibus, ac alijs bonis operibus promerendum. Nec enim Dominus tam pretioſam margaritam porcorum pedibus conculcandam proijcit. Hoc ipſo autem quod à Deo donatur, non excluditur liberi arbitrij conatus. Dat enim Deus petentibus, & volentibus, vt ait Euthymius, & eis, qui votum continentiæ propter Deum illius gratia & auxilio, & non ſibi fidendo, emittunt; & pro vitanda peccati, & tepiditatis occaſione. Ijs enim, qui ita vouent, Deus opitulatur, ne ſupra id quod poſſunt, tententur. Vnde Hieronymus pulchrè ait: *Nemo putet ſub hoc verbo vel fatum, vel fortunam introduci, quòd hi ſunt virgines, quibus à Deo datum ſit, aut quos quidam ad hoc caſus adduxerit: ſed his datum eſt qui petunt, qui voluerunt, qui vt acciperent, laborauerunt. Omni enim petenti dabitur, & quærens inueniet, & pulſanti aperietur.* Hæc ille. Exiſtimant quidam, inquietiſſimos illos ad libidinem motus à cerebro proficiſci; ſunt qui à lumbis: quorum ſententias reijcit Chryſoſtomus, & putat non aliunde, quàm à laſciuia mentis, & cogitationis neglectu oriri: quippe modeſtia mentis facit, inquit, vt naturalis motus nullum adferat detrimentum. Et poſteà occurrens obiectioni, ait: Sed ſi electionis opus eſt id, inquiens; quomodo incipiens ſtatim dixit; *Non omnes capiunt, ſed quibus datum eſt?* vt ſingulare id eſſe certamen prædiſcas; non vt forte datam neceſſitatem ſuſpiceris. His datum eſt, qui ſponte id eligunt: quod ideo dixit, vt oſtenderet ſuperiore nobis auxilio eſſe opus: quod quidem omnibus paratum eſt, ſi volumus in hac luctatione ſuperiores euadere. Similia ferè Theophylactus his verbis ſcribit: *Poſtquam dixerunt Apoſtoli, melius eſſe non venire ad nuptias; dicit Dominus magnam eſſe virginitatis poſſeſſionem; at eam non ab omnibus rectè ſeruari, ſed ab his duntaxat, quorum cooperator eſt Deus. Nam hoc loco, Datum eſt, valet: quibus cooperatur Deus; illis autem datum eſt, qui petunt. Petite enim, inquit, & dabitur.* Hæc illi Patres eruditè. Atque ita habemus, cœlibatum non tantùm conatum, & induſtriam

Quorſum id: Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt.

Donum Dei caſtitas eſt. 1. Cor. 7. Matth. 7.

Euthy. ibid.

1. Cor. 10.

Hieron. in Matth c 19. tom. 9.

Luc. 11. Matth 7.

Venerei motus obſcœni illi vnde proficiſcantur.

Chryſ. ho. 63. in Matth. tom. 2.

Quibus detur continentia donum.

Theoph. in c. Matth. 19.

Quid illud ſit. Quibus datū eſt. Theophylacto Matth. 7.

Cœlibatus duo exigit.

dustriam liberi arbitrij exigere, sed etiam diuinæ gratiæ opitulationem. Vt mihi in his verbis, *Sed quibus datum est*, alludere Dominus videatur ad verba Salomonis in

Sap. 8.

libr. Sapient. dicentis: *Et vt sciui quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & ipsum erat summa sapientia, scire cuius esset hoc donum; adij Dominum, & deprecatus sum illum.* Hec ille, vt quidam volunt, de dono castitatis; quod ita docet donum esse, vt simul possit orationibus comparari.

Aug lib de gratia. & libero arbitrio, cap. 4. circa med tom. 7. 1. Tim 5. 1. Cor. 7.

Hinc Augustinus libro de gratia & libero arbitrio: *Nunquid non liberum arbitrium Timothei est exhortatus Apostolus, dicens; Contine te ipsum? Et in hac re potestatem voluntatis ostendit: vbi ait: Non habens necessitatem; potestatem autem habens suæ voluntatis, vt seruet virginem suam; & tamen non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est: quibus enim non est datum, aut nolunt, aut non implent quod volunt. Itaq; vt hoc verbum, quod non ab omnibus capitur, ab aliquibus capiatur, & Dei donum est, & liberum arbitrium.* Hactenus ille. Subdit Dominus: *Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, & sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum cælorum.*

Acceptam diuinitus continentiam qui colant, & obseruent.

Cum dixisset tantùm donum continentiæ à Deo dari, & multipliciter contingat continentiam seruari, ostendit qui sint illi, qui ex munere à Deo dato continentiam obseruant. Nam illi soli beati sunt, & beatus eorum cœlibatus, quem Dominus respicit, & magno præmio remunerat.

Eunuchus quid propriè significet.

Vbi in primis notandum est, eunuchi vocem propriè significare castratum, & testibus præcisum; ac idcirco ad generationem ineptum, & impotentem, quacunque ex causa contingat effici eiusmodi impotentiam, Dominus autem tres tantum species

Eunuchorum genus triplex.

enumerat eunuchorum: alteram à natura, alteram à fortuna, siue casu, siue violentia illatam, siue denique à libero arbitrio, proprio, vel alieno vitiosè fieri contingat, de qua Satyricus quidam dixit.

Iuuenal. Satyr. 12. prope init.

Eunuchum ipse facit cupiens euadere damna
Testiculorum.

Tertia species à virtute, ac proinde à Deo proficiscitur. Et in priori quidem, & naturali eunuchismo illi veniunt intelligendi, qui vel frigidi natura sunt, vel qui læsis, & debilitatis membris nascuntur, vt ad generandum prorsus sint inepti: neque hæc eunuchismi species meritum vllum habet, aut demeritum, cùm per ea quæ naturalia sunt, vituperatione, aut laudatione non simus digni.

Ad cõiugium qui censeantur inepti.

Cùm autem contingit, aliquem eiusmodi nuptijs se copulare, matrimonium non est ratum: & per Canonicam sanctionem statutum est, vt eiusmodi matrimonium post triennium completum mutuæ cohabitationis, & vnius & eiusdem tori dissoluatur ac separetur: & impotens per sententiam Ecclesiasticam remanet inhabilis ad noua coniugia, idonea facta copia nouarum nuptiarum.

Secundũ genus eunuchorum.

In secunda specie continentur, quibus aut casu aliquo, aut morbo, & similibus, aut propria sponte, aut aliorum violentia membra generationis, vel præciduntur, vel contusione aliqua debilitantur, ita vt ad vsum coniugij penitus inepti reddantur.

Epiphan. in Hæresim 58. circa med.

Vnde Epiphanius scribens in Valesios: *Quidam*, inquit: *Barbari Reges. aut etiam tyranni, æmulationis, aut suspicionis gratia erga proprias vxores, adhuc valdè paruos pueros accipiunt, ipsosq; castrant ad hoc vt adulti facti, proprias suas vxores ipsis credant: & sic mundo facta est huius castrationis causa. Vnde sanè arbitror, etiam eunuchum vocari ab eo, quod* εὐνοεῖν, *hoc est, beneuolus esse, ac fidem seruare possit, ablatis membris, & non affricari permistionem corporum, velut organis priuatus.* Hactenus Epiphanius.

Eunuchorum appellatio vnde secundum Epiphan.

Continentur etiam illi, qui ex secta, aut opinione aliqua fortiter imbibita à coniugio abstinent, etiam si membra apta sint ad generationem.

Quinam damnaucre coniugia, & quam ob causam.

Tales sunt, qui inter Gentes propter homines abstinentiam seruabant, vt virgines Vestales, & qui vt rem immundam horrebant coniugium, & omnem corporis commixtionem ad generationem. Tales fuerunt inter hæreticos Manichæi, Taciani, & Encratistæ; qui vsum vxorium vt rem abominabilem vitabant.

Tertium eunuchorum.

In tertia specie comprehenduntur omnes, qui propter Dei cultum, quo liberius Deo vacare possint, cœlibatum amplectuntur: non quidem vlla nouacula ferrea sibi membra præcidentes, quod nefarium & iniquum est valdè, etiam si zelo magis continentiæ, quàm scientia aliquando fecerint.

Hebr. 4.

Sed qui verbo Dei, omni gladio ancipiti penetrantiori, omnis voluptatis Venereæ motus amputant, & sancta vitæ exercitia; quæ in sobrietate victus, & potus, & precibus frequentandis, & omnimoda ab omni occasione carnalis concupiscentiæ accendendæ fuga, & separatione, atque alijs opportunis remedijs consistunt, amplexantur, illamque Deo vota nuncupando promittunt: & cùm mariti, vxoresve esse possent, propter CHRISTVM cœlibem vitam elegerunt.

Eunuchi propter Christum qui fiant.

Ac vt is qui natura eunuchus est, non tantum vsum coniugij nescit, sed nec scire quidem potest: ita eunuchi propter regnum cœlorum illi perfecti sunt; qui

non tantùm ab vsu coniugij abstinent, sed qui se propter emissa vota, promissioneq; Deo facta, ineptos ad ineunda matrimonia sponte reddiderunt; ita vt illis iure non liceat, quod ante licebat: nam iuxta regulam iuris, *Id tantùm possumus, quod iure possumus.*

Id tantùm possumus, quod iure possumus.

Et quod prius dixerat donum Dei esse, dicendo: *Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt,* ostendit etiam esse opus nostrum, & à nostro libero pendere arbitrio. Et non dicit: Qui assiduè sese castrant; sed, qui se ipsos castrauerunt, inuiolabili scilicet propositio, & continentiæ voto. Quod verò dicitur, propter regnum cœlorum: interpretatur Caluinus, id est, propter Euangelij prædicationem: quæ interpretatio imperfecta est, ac diminuta. Cùm enim dicitur: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum*, non signat prædicationem Euangelij, sed præmium cœlestis gloriæ. Mulieres etiam quæ non debent prædicare, non essent aptæ ad cœlibatum, nec monachi illi, qui prædicationis munus ex officio non profitentur: quod contra Ecclesiæ traditiones est, & contra Patres. Ait enim Hilarius: *Voluntatem in illo* (scilicet eunucho) *posuit, qui spe regni cœlestis talis esse decreuerit.* Et Hieronymus in hæc verba: *Solis*, inquit, *eunuchis tertij generis promitti regnum cœlorum.* Et rursus: *Nullus etiam eorum consequitur regnum cœlorum, nisi qui se castrauerit propter Christum.* Hæc autem propter regnum cœlorum sui ipsius castratio, tribus modis contingere potest.

Castrati propter regnum cœlorum, quid Caluinus, quàm ineptè.

Matth. 5.

Hilar. can. 19 in Matthæũ. Hieron. ibidē lib. 3. tom. 9.

Continentia propter regnũ cœlorũ quot modis possit contingere.

Primò, si quis proponat, nulla promissione Deo facta, cœlibatum colere, laude quidem dignus est: quòd si posteà mutato consilio matrimonium ineat; non videtur peccati damnandus, quia rem sibi licitam, & lege Dei concessam vsurpat.

II. Modus.

Secundò contingit cœlibatum colere, emisso simplici voto castitatis: atque hic si tale votum emittit, antequam coniugium conciliaret, impeditur à matrimonio contrahendo: sed si tentet contrahere, matrimonium est validum; dabit tamen pœnas infidelis, & stultæ promissionis, & impotens ad exigendum debitum redditur, ita vt sine peccato petere non possit; adstringitur tamen coniugi petenti reddere.

III. Modus.

Tertiò modo colitur cõtinentia ab his, qui se votis publicè deuinxerunt ad cœlibatum colendum, atque eum statum, cui coniuncta est castitatis publica promissio, profitentur: vt qui ad Sacros Ordines assumi volunt, vel in monasteria, & probatas religiones se sponte recipiunt. Nam tales eunuchi solennia vota emittentes, iam non solùm impediuntur à matrimonio contrahendo, sed etiam si tentent contrahere, infirmum, & nullum est matrimonium, & cogi possunt per Ecclesiam, vt redeant ad monasterium, & debitis pœnis plecti: quia primam fidem irritam fecerunt. Et Iouinianus Imperator. C. de Episcopis, ait: *Si quis non dicam rapere, sed nec attentare tantummodo iungendi causa matrimonij, sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur.* Et in Authent. Collat. 9. *Si quis monastriam rapuerit, aut corruperit; iubemus capitale periculum sustinere.* Hi ergo sunt in supremo cœlibatus statu; quem si, vt par est, Dei gratia custodiant, ingens meritum apud Deum sibi comparant. Hinc Epiphanius in hæresim Valesiorum: *Sunt*, inquit, *eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum. Quinam igitur hi fuerint, quàm generosi Apostoli, ac monasticam vitam degentes, & deinceps virgines. Ioannes quidem, & Iacobus filij Zebedæi, qui manserunt in virginitate, neque tamen proprijs manibus membra resecuerunt, neque nuptias contraxerunt, sed proprio corde decertarunt, & mirabiliter gloriam coronæ huius certaminis abstulerunt. Post ipsos verò quot millia in mundo solitariam vitam degentes, & à monasterys, & à virgineus conuentibus huius certaminis gloriam abstulerunt? qui corporibus mulierum nõ mixti sunt, sed in perfectissimo certamine decertauerunt. Velut etiam Helias in Veteri Testamento reperitur.* Hæc ille de cœlibatu, & ante eum Tertullianus lib. de cultu fœminarum, post medium: *Non enim & ita multi faciunt, & se spadonatui assignant, propter regnum Dei, tam fortem, & vtique permissam voluptatem sponte ponentes?* Sic ille, paucis multa complectẽs. Quantum autem sit meritum cœlibatus, indicat Dominus, cùm subiungit: *Non omnes capiunt verbum istud; Qui potest capere, capiat.* Vbi Dominus cùm cœlibatum laudasset, ac eo modo latenter auditores ad virginitatem prouocasset, sciens id magnum esse, & à paucis diligi, relinquens rem in hominum voluntate, subdidit: *Qui potest capere; capiat.* Id est, neminem cogo, liberum sit cuique iudicium: quisque se ipsum exploret; & ad tam altum donum accipiendum non nisi spontaneus & alacris accedat.

1. Tim. 5.

Raptores sacrarum virginum, violatoresq; quo pœna plectendi.

Epiph. hæres. 58 prope med.

Cœlibatum qui coluerint in primis, teste Epiphan. & etiamnum colant eorum exemplo.

Tertullian.

Cœlibatus quanti sit meriti apud Deũ.

Iam hoc loco aliquid de tanti cœlibatus dignitate, contra seculi nostri Hæreticos disserendum est. Est autem cœlibatus vita cœlibum, id est, cœlitum se sponte ob regnum cœlorum voto, vel professione castrantium; ita vt non liceat illis ad nuptias aspirare, licèt iniuria possint: nam talibus non tantùm maritos esse, sed etiam velle fieri, peccatum est; proinde voluntarium est

De cœlibatu contra Hæreticos disserẽdum.

Cœlibatus quid sit.

Cœlibatus duo exigit.

Sap. 8.

Aug lib. de gratia, & libero arbitrio, cap. 4. circa med. tom. 7. 1. Tim. 5. 1. Cor. 7.

dustriam liberi arbitrij exigere, sed etiam diuinæ gratiæ opitulationem. Vt mihi in his verbis, *Sed quibus datum est*, alludere Dominus videatur ad verba Salomonis in libr. Sapient. dicentis: *Et vt sciui quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & ipsum erat summa sapientia, scire cuius esset hoc donum; adij Dominum, & deprecatus sum illum.* Hæc ille, vt quidam volunt, de dono castitatis; quod ita docet donum esse, vt simul possit orationibus comparari. Hinc Augustinus libro de gratia & libero arbitrio: *Nunquid non liberum arbitrium Timothei est exhortatus Apostolus, dicens; Continue te ipsum? Et in hac re potestatem voluntatis ostendit: vbi ait: Non habens necessitatem; potestatem autem habens suæ voluntatis, vt seruet virginem suam; & tamen non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est: quibus enim non est datum, aut nolunt, aut non implent quod volunt. Itaq; vt hoc verbum, quod non ab omnibus capitur, ab aliquibus capiatur, & Dei donum est, & liberum arbitrium.* Hactenus ille. Subdit Dominus: *Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, & sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum cœlorum.* Cum dixisset tantùm donum continentiæ à Deo dari, & multipliciter contingat continentiam seruari, ostendit qui sint illi, qui ex munere à Deo dato continentiam obseruant. Nam illi soli beati sunt, & beatus eorum cœlibatus, quem Dominus respicit, & magno præmio remunerat. Vbi in primis notandum est, eunuchi vocem propriè significare castratum, & testibus præcisum; ac idcirco ad generationem ineptum, & impotentem, quacunque ex causa contingat effici eiusmodi impotentiam, Dominus autem tres tantum species enumerat eunuchorum: alteram à natura, alteram à fortuna, siue casu, siue violentia illatam, siue denique à libero arbitrio, proprio, vel alieno vitiosè fieri contingat, de qua Satyricus quidam dixit.

Acceptam diuinitus continentiam qui colunt, & ob seruent.

Eunuchus quid propriè significet.

Eunuchorum genus triplex.

Iuuenal. Satyr. 12. prope init.

> *Eunuchum ipse facit cupiens euadere damna Testiculorum.*

Tertia species à virtute, ac proinde à Deo proficiscitur. Et in priori quidem, & naturali eunuchismo illi veniunt intelligendi, qui vel frigidi natura sunt, vel qui læsis, & debilitatis membris nascuntur, vt ad generandum prorsus sint inepti: neque hæc eunuchismi species meritum vllum habet, aut demeritum, cùm per ea quæ naturalia sunt, vituperatione, aut laudatione non simus digni. Cùm autem contingit, aliquem eiusmodi nuptijs se copulare, matrimonium non est ratum: & per Canoni-

Ad côiugium qui censeantur inepti.

cam sanctionem statutum est, vt eiusmodi matrimonium post triennium completum mutuæ cohabitationis, & vnius & eiusdem tori dissoluatur ac separetur: & impotens per sententiam Ecclesiasticam remanet inhabilis ad noua coniugia, idonea facta copia nouarum nuptiarum.

Secundũ genus eunuchorum.

In secunda specie continentur, quibus aut casu aliquo, aut morbo, & similibus, aut propria sponte, aut aliorum violentia membra generationis, vel præciduntur, vel contusione aliqua debilitantur, ita vt ad vsum coniugij penitus inepti reddantur. Vnde Epiphanius scribens in Valesios: *Quidam*, inquit: *Barbari Reges, aut etiam tyranni, æmulationis, aut suspicionis gratia erga proprias vxores, adhuc valde paruos pueros accipiunt, ipsosq; castrant ad hoc vt adulti facti, proprias suas vxores ipsis credant: & sic mundo facta est huius castrationis causa. Vnde sanè arbitror, etiam eunuchum vocari ab eo, quod* εὐνοῦχος, *hoc est, beneuolus esse, ac fidem seruare possit, ablatis membris, & non affricari permistionem corporum, velut organis priuatis.* Hactenus Epiphanius. Continentur etiam illi, qui ex secta, aut opinione aliqua fortiter imbibita à coniugio abstinent, etiam si membra apta sint ad generationem. Tales sunt, qui inter Gentes propter homines abstinentiam seruabant, vt virgines Vestales, & qui vt rem immundam horrebant coniugium, & omnem corporis commixtionem ad generationem. Tales fuerunt inter hæreticos Manichæi, Taciani, & Encranstæ; qui vsum vxorium vt rem abominabilem vitabant.

Epiphan. in Hæresim 58. circa med.

Eunuchorum appellatione de secundum Epiphan.

Quinam dicantur continentes, & quam ob causam.

Tertium eunuchorum.

In tertia specie comprehenduntur omnes, qui propter Dei cultum, quo liberius Deo vacare possint, cœlibatum amplectuntur: non quidem vlla nouacula ferrea sibi membra præcidentes, quod nefarium & iniquum est valdè, etiam si zelo magis continentiæ, quàm scientia aliquando fecerint. Sed qui verbo Dei, omni gladio ancipiti penetrantiori, omnis voluptatis Venereæ motus amputant, & sancta vitæ exercitia; quæ in sobrietate victus, & potus, & precibus frequentandis, & omnimoda ab omni occasione carnalis concupiscentiæ accendendæ fuga, & separatione, atque alijs opportunis remedijs consistunt, amplexantur, illamque Deo vota nuncupando promittunt: & cùm mariti, vxoresue esse possent, propter CHRISTVM cœlibem vitam elegerunt. Ac vt is qui natura eunuchus est, non tantum vsum coniugij nescit, sed nec scire quidem potest: ita eunuchi propter regnum cœlorum illi perfecti sunt; qui

Hebr. 4.

Eunuchi propter Christum qui fiant.

non

non tantùm ab vſu coniugij abſtinent, ſed qui ſe propter emiſſa vota, promiſſioneq́; Deo facta, ineptos ad ineunda matrimonia ſponte reddiderunt; ita vt illis iure non liceat, quod ante licebat: nam iuxta regulam iuris, *Id tantùm poſſumus, quod iure poſſumus.*

Id tantùm poſſumus, quod iure poſſumus.

Et quod prius dixerat donum Dei eſſe, dicendo: *Sunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt,* oſtendit etiam eſſe opus noſtrum, & à noſtro libero pendere arbitrio. Et non dicit: Qui aſſiduè ſeſe caſtrant; ſed, qui ſe ipſos caſtrauerunt, inuiolabili ſcilicet propoſito, & continentiæ voto. Quod verò dicitur, propter regnum cœlorum: interpretatur Caluinus, id eſt, propter Euangelij prædicationem: quæ interpretatio imperfecta eſt, ac diminuta. Cùm enim dicitur: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum,* non ſignat prædicationem Euangelij, ſed præmium cœleſtis gloriæ. Mulieres etiam quæ non debent prædicare, non eſſent aptæ ad cœlibatum, nec monachi illi, qui prædicationis munus ex officio non profitentur: quod contra Eccleſiæ traditiones eſt, & contra Patres. Ait enim Hilarius: *Voluntatem in illo* (ſcilicet eunucho) *poſuit, qui ſpe regni cœleſtis talis eſſe decreuerit.* Et Hieronymus in hæc verba: *Solu,* inquit, *eunuchis tertij generis promitti regnum cœlorum.* Et rurſus: *Nullus etiam eorum conſequitur regnum cœlorum, niſi qui ſe caſtrauerit propter Chriſtum.* Hæc autem propter regnum cœlorum ſui ipſius caſtratio, tribus modis contingere poteſt.

Caſtrari propter regnum cœlorũ, quid Caluino, quam ineptè.

Matth. 5.

Hilar. can. 19 in Matthæũ. Hieron. ibidẽ lib. 3. tom. 9.

Continentia propter regnũ cœlorũ quot modis poſſit contingere.

Primò, ſi quis proponat, nulla promiſſione Deo facta, cœlibatum colere, laude quidem dignus eſt: quòd ſi poſteà mutato conſilio matrimonium ineat; non videtur peccati damnandus, quia rem ſibi licitam, & lege Dei conceſſam vſurpat.

II. Modus.

Secundò contingit cœlibatum colere, emiſſo ſimplici voto caſtitatis: atque hic ſi tale votum emittit, antequam coniugium conciliaret, impeditur à matrimonio contrahendo: ſed ſi tentet contrahere, matrimonium eſt validum; dabit tamen pœnas infidelis, & ſtultæ promiſſionis, & impotens ad exigendum debitum redditur, ita vt ſine peccato petere non poſſit; adſtringitur tamen coniugi petenti reddere.

III. Modus.

Tertiò modo colitur cõtinentia ab his, qui ſe votis publicè deuinxerunt ad cœlibatum colendum, atque eum ſtatum, cui coniuncta eſt caſtitatis publica promiſſio, profitentur: vt qui ad Sacros Ordines aſſumi volunt, vel in monaſteria, & probatas religiones ſe ſponte recipiunt. Nam tales eunuchi ſolennia vota emittentes, iam non ſolùm impediuntur à matrimonio contrahendo, ſed etiam ſi tentent contrahere, infirmum, & nullum eſt matrimonium, & cogi poſſunt per Eccleſiam, vt redeant ad monaſterium, & debitis pœnis plecti: quia primam fidem irritam fecerunt. Et Iouinianus Imperator. C. de Epiſcopis, ait: *Si quis non dicam rapere, ſed nec attentare tantummodò iungendi cauſa matrimonij, ſacratiſſimas virgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur.* Et in Authent. Collat. 9. *Si quis monaſteriam rapuerit, aut corruperit; iubemus capitale periculum ſuſtinere.* Hi ergo ſunt in ſupremo cœlibatus ſtatu; quem ſi, vt par eſt, Dei gratia cuſtodiant, ingens meritum apud Deum ſibi comparant. Hinc Epiphanius in hæreſim Valeſiorum: *Sunt,* inquit, *eunuchi, qui ſe ipſos caſtrauerunt propter regnum. Quinam igitur hi fuerint, quàm generoſi Apoſtoli, ac monaſticam vitam degentes, & deinceps virgines. Ioannes quidem, & Iacobus filij Zebedæi, qui manſerunt in virginitate, neque tamen proprijs manibus membra reſecuerunt, neque nuptias contraxerunt, ſed proprio corde decertarunt, & mirabiliter gloriam coronæ huius certaminis abſtulerunt. Poſt ipſos verò quot millia in mundo ſolitariam vitam degentes, & à monaſterys, & à virgineis conuentibus huius certaminis gloriam abſtulerunt? qui corporibus mulierum nõ mixti ſunt, ſed in perfectiſſimo certamine decertauerunt. Velut etiam Helias in Veteri Teſtamento reperitur.* Hæc ille de cœlibatu, & ante eum Tertullianus lib. de cultu fœminarum, poſt medium: *Non enim & ita multi faciunt, & ſe ſpadonatui aſſignant, propter regnum Dei, tam fortem, & vtique permiſſam voluptatem ſponte ponentes?* Sic ille, paucis multa complectẽs. Quantum autem ſit meritum cœlibatus, indicat Dominus, cùm ſubiungit: *Non omnes capiunt verbum iſtud; Qui poteſt capere, capiat.* Vbi Dominus cùm cœlibatum laudaſſet, ac eo modo latentèr auditores ad virginitatem prouocaſſet, ſciens id magnum eſſe, & à paucis diligi, relinquens rem in hominum voluntate, ſubdidit: *Qui poteſt capere; capiat.* Id eſt, neminem cogo, liberum ſit cuique iudicium: quiſque ſe ipſum exploret; & ad tam altum donum accipiendum non niſi ſpontaneus & alacris accedat.

1. Tim. 5.

Raptores ſacrarum virginum, violatoreſq́; quas pœna plectendi.

Epiph. hæreſ. 58 prope med.

Cœlibatum qui coluerint in primis, teſte Epiphan. & etiamnum colant eorum exemplo.

Tertullian.

Cœlibatus quanti ſit meriti apud Deũ.

Iam hoc loco aliquid de tanti cœlibatus dignitate, contra ſeculi noſtri Hæreticos diſſerendum eſt. Eſt autem cœlibatus vita cœlibum, id eſt, cœlitum ſe ſponte ob regnum cœlorum voto, vel profeſſione caſtrantium; ita vt non liceat illis ad nuptias aſpirare, licèt iniuria poſſint: nam talibus non tantùm maritos eſſe, ſed etiam velle fieri, peccatum eſt; proinde voluntarium

De cœlibatu contra Hæreticos diſſeritur.

Cœlibatus quid ſit.

Qui matrimonio iungit virginem suam, benè facit: & qui non iungit, melius facit. Hinc Hieronymus aduersus Iouinianum: *Tolle ardorem libidinis, & non dicet; Melius est nubere. Melius enim, semper ad comparationem deterioris respicit; non ad simplicitatem incomparabilis per se boni.* Sic ille. Vti etiam, non est tentari; alioqui debuisset Paulus stimulum carnis patiens, ducere vxorem: sed propriè est tentationibus cedere, vt docet beatus Ambrosius.

Hier. loco supra memorato paulò inferius. Vti apud Paulum quid. 2. Cor. 12. B. Amb. in c. 7. 1. ad Corin. to. 5. circa fin.

Postremò cęlibatus non est contra verbum Christi: *Non omnes capiunt verbum istud.* Et; *Qui potest capere, capiat*: Quibus verbis videtur deterrere Dominus ab hoc vitę genere, cùm omnibus non sit datum castè viuere. Hinc Bucerus; *Qui potest capere, capiat*, ait dicta esse per ironiam: sicut vulgò de re inexpugnabili dicere soliti sumus: Capiat qui capere potest, significando id posse neminem. Sed profectò oppositum ex illis colligit magnum Ecclesiæ lumen Hieronymus, vt intelligas quantum distent inter se Buceri cerebrum, & Hieronymi commentarius. Ait enim: *Quasi hortantis vox Domini est, & milites suos ad pudicitiæ præmium concitantis. Qui potest capere, capiat: qui potest pugnare, pugnet, superet, ac triumphet.* Sic ille. Et autor imperfecti Oper. in Matthæum: *Palma proposita est. Qui concupiscit gloriam, non cogitat de labore. Nemo vinceret, si omnes periculum pugne timerent. Ex eo autem quòd quidam non possunt, & à proposito continentiæ cadunt, non debemus circa virtutem castitatis fieri pigriores. Si enim quidam in pugna cadentes non exanimāt cæteros, sed dicunt illis sic datum fuisse, rem non applicat pugna, sed homini: quanto magis nos cadentium negligentia imputare debemus, non difficultati virginitatis?* Hactenus ille autor. Deus etiam gratiam viuificantem, & charismata ad Ecclesiæ ædificationem accommoda, ita omnibus ex parte sua offert, vt non capiens, suæ ignauiæ arguatur. Idcircò Doctores exponunt: *Qui potest capere, capiat*; id est, qui vult. Sicut illud: *Num celare potero Abraham quæ gesturus sum?* Et in Euangelio: *Non poterant credere*, id est, Non volebant, vt exponunt Chrysostomus, & Augustinus. Autor etiam imperfecti operis in Matthæum: *Non dixit (ait) non omnes possunt; sed, Non omnes capiunt; id est: Omnes quidem capere possunt; sed tamen non omnes capere volunt.* Verbum autem, *Capere*, non significat intelligere, vt sit sensus: Qui potest intelligere intelligat; sed capere, siue capacem fieri, vt verbum Græcum χωρεῖν, indicat; nam χωρεῖς, mensura est liquidorū. Et non omnes capiunt hoc, perinde est, ac dicere; Non omnes apprehendunt, nō admittunt, vel nō recipiunt: Nam metaphoricè angustum locum dicimus nō posse res multas capere: ita non omnes capiunt hoc perfectionis cacumen, quod est in totū ab vxore abstinere. Nec obstat, quod sequitur: *Sed quibus datum est*, à Patre scilicet; quia tantùm illis verbis declarat, dono Dei, & gratia opus esse ad cęlibatū seruandum. Nihil enim possum⁹ ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Omnib⁹ ergo offert Deus, sed nō donat nisi volentibus, & acceptantibus. Aliud est enim offerre, aliud dare: & vnusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidē sic, alius verò sic. Quòd si cœlibatum, quia donum Dei est, non licet promittere, ergo & castitatem coniugalem, quę donum quoq; Dei est, nullus deberet profiteri: & si abusus cęlibatus essent legi cœlibatus tribuendi, & non hominibus; ergo & abusus intolerabiles coniugum essent ipsi cōiugio, quod innentum Dei est, ascribendi, non homioibus, qui omnibus bonis Dei donis abuti consueuerunt.

In Bucerum Domini dictum: Qui potest capere, capiat, ironicè interpretantē.

B. Hiero. in c. Matth. 19. li. 3. tom. 9. Autor oper. in Matth. ho. 32. tom. 2. operum B. Chrys.

Gen. 18. Ioan. 12. Chrys. ho. 67. in Ioan. tom. 3. Aug. trac. 53. in Ioan. to. 9. Tom. 2. operū D. Chrysost.

Hoc verbum Domini: Non omnes capiunt verbum istud, quale videri possit. 2. Cor. 10.

Offerre, & dare, quid differant. 1. Cor. 12.

Quòd ergo omnibus offerat, patet ex interpretatione Patrum, Gregorio Naziāzeno, Origene, Chrysostomo, Hieronymo, Augustino, Theophylacto, & Euthymio. Deinde liquidū fit, quia absolutè cōsulit Paulus: *Bonum est homini mulierem non tangere*; Et, *Volo aūt omnes vos homines esse sicut me ipsum. Consilium autem do.* Cùm ergo sint duæ vitæ conditiones, cœlibatus, & matrimonium; minimè faceret alterutrius potestatem, si nō singulis vtriusq; vitæ electionem offerret: alioqui esset coactio, & impulsio ad vnum. Neq; Scriptura dicit quòd non offerat omnibus, sed paucis. Nam qui capit, potest non capere; & qui non capit, potest capere. Et quod dicitur, Nō omnes capiunt: verè dicitur, quia nō omnes expetunt, nec volunt, sed aiunt: Si omnes caperent, vellent oēs esse cœlibes; sed vult omnes, vt dici solet, distributiuè, non collectiuè, & vult ipsis volentibus. Paralogizat aūt Bucerus, cùm ait: *Deus non vult omnes cœlibes viuere, ergo nullum.* Perinde ac si quis argumētetur: Non omnes capit hoc templum, ergo nullum. Verum est enim, quod non omnes simul capit, sed benè, si per partes distribuantur.

Quod Deus omnibus offerat donum castitatis. 1. Cor. 7. Ibidem.

Qualis sit hæc argutatio Buceri: Deus nō vult, omnes cœlibes viuere, ergo nullū.

Quod si secundo loco propositum est, nō tantùm cœlibatus sanctus est, sed etiam præstantior est, & nobilior ipso matrimonio. Ad cuius rei confirmationem præmittendum, quod hic non est comparatio Sacramentorum inter ipsa; quia cœlibatus non est Sacramentū, vt matrimonium: nec comparatio virtutum, quia matrimonium

Quod cœlibatus nobilior & præstantior sit ipso matrimonio ostenditur.

non est

non eſt virtus,ſed officium naturæ,&opus virtutis iuſtitiæ,hoc eſt, fidelitatis: non ergo illa, quæ diuerſi generis ſunt, comparamus;ſed ſtatum ſtatui,ſiue caſtitatem coniugij, caſtitati cœlibatus. Rurſus non conferimus inuicem perſonas vnius ſtatus ad perſonas alterius: quia plerunque contingit, vt perſonæ, quæ in inferiori ſtatu inueniuntur, maiori fide,& caſtitate munera ſua præſtent, quam quæ ſunt in ſuperiori ſtatu. Vnde Auguſtinus libro de Bono Coniugali, non audet præferre caſtitatem Ioannis coniugio Abrahę:quod quantum ad charitatem intelligendum eſt. Quemadmodum eleemoſyna viduæ parua conferentis duo æra minuta, maior iudicata eſt à Domino alijs multa conferentibus, nimirum ob voluntatem, & charitatem. Et Sacramenti matrimonij gratia non arguit eius præſtantiam ſupra cœlibatum, ſed potiùs ſuſcipientium infirmitatem. Et illius gratiæ loco cœlibes poſſunt frequentare Sacramenta Altaris; quæ maiorē conferunt gratiam. Præterea matrimonij ſtatus ad conſeruandam ſpeciem humanam ſimpliciter magis eſt neceſſarius, ſine quo mundus nō conſtaret; vt infirmiora membra magis ſunt neceſſaria,quàm nobiliora, vt oculus, & auris. Eſt etiam coniugium neceſſarium, & præſeruans à peccato, & ſpontaneum, aptiùs ad ſignificādam vnionem hypoſtaticam, quæ & ſummè eſt neceſſaria ad ſeruandum genus humanum, & à peccato præſeruandum,& ſummè voluntaria. Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret, ita vt poſt hanc vnionem aqua frigida, & inſtar ſpeculi reddens vultum inſpicientium fiat vinum; id eſt, contactus naturalis coniugij ſit Sacramentum; & habet gratiam, & non ſolùm ſignificat, ſed calefacit. Vnde Chriſtus ad nuptias, cum matre eſt vocatus, & diſcipulis; id eſt, in Eccleſia Dei eſt Sacramentum.

Virginitas & matrimoniū vt inter ſe minimè conueniant.
II.diſcrimen.
Aug.li. de Bono coniugali,c.21.in ſi. to. 6.
Luc 21.
III.diſcrimen.
Ioan. 3.
Supra 2.

His poſitis,& explicatis, aſſerimus, cœlibatum præcellere matrimonio. Primò, quia terra ferens fructum triceſimum, coniugalis eſt ſtatus; & ferens ſexageſimum, vidualis; & ferens centeſimum, virginalis: vt exponunt Patres, & maximè beatus Martialis in epiſtola ad Toloſanos, & Cyprianus in Iouinianum. Et vt præſtat centenarius numerus triceſimo, quia ter ipſum continet, & amplius; & vt præſtat ſexageſimus trigeſimo; quia ferè bis ipſum continet; ita virginitas ſuperat coniugalem, & vidualem caſtitatem. Deinde hoc loco dicens Dominus: *Non omnes capiunt verbum hoc*, ſatis declarauit excellentiam cœlibatus. Nam id eſt præſtantius, ad quod vires naturæ non ſufficiunt; cùm tamen omnes ad coniugium ex ſe poſſint. Tertiò Dominus ait apud Matthæum: In reſurrectione neque nubent, neque nubētur; ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cœlo: ergo nuptiæ ſunt munus hominum, cœlibatus proprium Angelorum: & quantum præſtat Angelus homini, tantùm cœlibatus matrimonio. Hinc Ambroſius libro exhortationis ad virgines, Angelis virgines æquat; libro tamen de viduis, Angelis facit ſuperiores. Quartò, præſtantius id eſt, quod Chriſtus in ſe, & matre, & ſuis intimis,& chariſſimis,vt in vtroque Ioanne,& ipſo Paulo profiteri voluit. Sed illi cœlibes extiterunt,nam Apoſtolos, qui coniugati erant, ad cœlibatum de conſenſu vxorum, vt par eſt credere, aſſumpſit. Mater verò,etſi coniugio copulata fuerit, ob myſterium ad tempus celandum,&miniſterium,& ſolatium viri, & teſtimonium caſtitatis propriæ,tamē id in Eccleſia obtinuit, vt B. Virginis nomine gauderet, & vt Virgo virginum appellaretur. Et meritò, quia denominationes à nobiliori ſtatu, quem quis profitetur, deſumuntur. Quinta ratio: Apoſtolus dat conſilium virginitatis: *Qui matrimonio*, inquit,*iungit virginem ſuam, benè facit: & qui non iungit, melius facit*; Et de vidua ſcribit:*Cui vult,nubat,tantùm in Domino. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit, ſecundùm meum conſilium*. Et paullò ſuperius, *Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo: Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodò placeat vxori: & diuiſus eſt. Et mulier innupta, & virgo, cogitat quæ Domini ſunt,vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi; quomodo placeat viro*. Quantum ergo præſtat adhærere Deo, & vnum ſpiritum effici cum eo, quàm adhærere vxori, & vnam carnem effici cum ea; tantum præſtat cœlibatus coniugio. Sextò, cœlibum vita ad ſui ſuſtentationem multas & pręclaras virtutes exigit. Nam opus eſt ſobrietate in potu; quia luxurioſa res eſt vinum. Neceſſaria parcitas cibi: quia ſine Cerere, & Baccho friget Venus. Opus eſt paciſci fœdus cum oculis,vt ne cogitem᷑ quidē de virgine: quia ſpeciem mulieris multi admirati, reprobi facti ſunt. Neceſſariū eſt claudere aures ad turpiloquia Syrenū:nam corrūpunt mores bonos colloquia mala. Cogimur frequentare preces,& Sacramēta,ne tētemur ſupra id quod poſſumus. Et vt teſte B. Hieronymo,adamas inuictꝰ hircino ſanguine molleſcit; ita animus virilis cōtactu fœminę debilitatur. Deniq; cœlibatꝰ veluti regina ingenti

I Ratio ad probandum præſtantiorem eſſe matrimonio cęlibatū.
Matth 19.
B Martialis epiſt.c. 10.
Cyprianus.
Hieron. lib.1. aduerſus Iouinianum,ſub init. tom. 2.
II.Ratio.
Tertia ratio.
Matth.22.
Quantum pręſtat cœlibatus matrimonio, ſecundum Ambroſium.
Ambr.to.2.
Idem ibidem.
IV. Ratio.
1. Cor. 7.
Ioan.2.
Matt. 17.
Chriſti mater vnde ſibi & Virginis, & virginis virginum nomen comparauit.
Denominationes vnde ſumantur.
V. Ratio.
1. Cor. 7.
Ibid.
Quātum præſtet cęlibatus coniugio ſecundum Apoſtolum.
VI. Ratio.
Quas virtutes requirat cęlibatus.
Terent.
Iob 31.
Eccl. 9.
1.Cor. 15.
Sup 10.
B. Hieron. in Amos c 7.ſub initiū.tom. 6.
Adamas quomodo molleſcit.

genti ancillarum comitatu ornata incedit, & tãquam ebur quod sua natura candidũ est, sed per vetustatem in colorem rubeum vertitur, ita virginitas diu seruata æquiualet martyrio, & est veluti quædam sanguinis pro Domino effusio. Septimò, præmia cęlibatus maiora sunt, & ampliora illis matrimonij, quantum centum supra triginta, & sexaginta. Relinquens patrem, & matrem, & vxorem propter Christum, centuplum accipit in hac vita; ergo maius præmium est continentiæ. A Paulo, non nubens dicitur beatior: ergo maioris præmij. Et Dilectus in Sacra Apocalipsi, Virgines, viros, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, asserit esse primitias Deo, & Agno, & habere peculiare præmium sequendi Agnum quocunque ierit: nam coniugati, serui, & captiui sunt vxorum, & diuisi: pręmium etiam cantandi canticum nouum, quod alij non possunt discere, & Propheta promittit Eunuchis, nimirùm illis, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, in domo Dei, & in muris eius locum, & nomen melius à filijs & filiabus: & nomen sempiternum eis dandum, quod non peribit. Quapropter Christus cœlibatum instituit, contra omnes legislatores: qui rem tam excelsam aut vix agnouerunt, aut agnitam consuluerunt: vnde contra illam videntur leges tulisse. Nam Plato libro de Republica, punit pecunijs, & honoris priuatione non maritos. Romani obligabant ad matrimonium, & proletarios præmijs afficiebant: vt Gellius docet. Lex Papia. l. pœnis, de Nuptiis. Augustus l. vltima per triennium liberat de officijs publicis nuper maritatos (quemadmodum Moyses per annum, vt habes Deuter. 24. qui etiam tacitè ad matrimonium impellebat, damnando sterilitatem) Exod. 23. & Deuter. 7. Dat etiam priuilegia maiora plures habentibus proles, vnde ius trium, quatuor, quinque, vel duodecim liberorum. Non habẽtes liberos, priuabat successione habentiũ: quam legem abrogat Constantinus: quia erat affligere afflictos insontes, vel meliora secutos, vt Eusebius docet in vita Constantini: & idem fecere eius filij, vt habes in Codice, libro de infirmandis pœnis cœlibatus. Solus igitur Iesus Christus tantum bonum, quale est cœlibatus, & agnouit, & suo exemplo consecrauit, & multos, vt seruarent, inspirauit, & solus gratiam ad seruandum porrigere potest: solus etiam valet excellentiori præmio remunerare, ac proinde solus instituit. Quare Athanasius aduersus Frumentium Episcopum scripsit: *Dei filius Dominus, & Saluator noster Iesus Christus, homo propter nos factus, profligata morte, & asserto à seruitute & corruptione humano genere, inter cætera dona sua largitus est nobis in virginitate exemplar angelicæ sanctitatis. Certè puellas ea virtute præditas, sponsas Christi Catholica Ecclesia appellare solita est, quas ethnici conspectas, vt templum verbi admiratione prosequuntur. Nusquam enim alibi sanctum illud, & cœleste æternæ virginitatis mandatum fœliciter adimpletur, nisi duntaxat apud nos Christianos, atque in eo magnum documentum est, planè apud nos esse veram religionem.* Hæc ille. Qui ergo cœlibatum de Ecclesia tollere moliuntur, præcipuum, & admirabile veritatis nostræ religionis argumentum nobis eripiunt. Addit his Ambrosius libro de Viduis sub finem, aiens: *Bona ergo viduitas, quæ toties Apostolico iudicio prædicatur. Hæc magistra fidei, magistra est castitatis. Vnde illi, qui deorum suorum adulteria, & probra venerantur, cœlibatus, & viduitatis statuere pœnas, vt æmuli criminum mulctarent studia virtutum. Specie quidem, quasi fœcunditatem quærerent; sed studio, quo propositum castitatis abolerent.* In Dione Cassio Augustus verba fecit ad omnes maritos, & innuptos, & vbi primùm commendauit eos, qui vxores habebant, & præmia magna illis statuit, grauiori deinde oratione, & asperiori vsus est contra cœlibes, & innuptos, videns eos numero vincere maritos: vocat illos homicidas, impios sacrilegos, & nullum esse scelus tam immane, quod cœlibatum superaret. Et hortatus est, vt breui matrimonium ineant, nisi velint in magna supplicia à se in cœlibes proposita incidere, & indignationem eius promereri. Quare meritò damnatus est Iouinianus à Syricio Romano Papa, qui Romę coacto Concilio, eius sententiam, qua matrimonium æquabat virginitati, reprobauit, vt constat ex epistola eius ad Episcopos Africanos. Idem ante eum docuerat Heluidius, & ante vtrumque Basilides, primus huius hæresis autor, teste Hieronym. in Heluidiũ: quanto magis Syricius damnasset Lutherum, non æquantem, sed anteponẽtem nuptias cœlibatui? Quòd si Lutherus suasisset matrimonia cœlebs ipse, vt Paphnutius in Concilio Nicæno; fortè dignus fuisset qui audiretur. Sed ne plus deciperet tanta virtute ornatus, permisit Dominus, vt horrendum sacrilegium cum ea, quæ monialis, & abbatissa extiterat, committeret. Sed arguebat Lutherus: Si omnes continerẽt, periret breui mundus. Egregiam verò tanto Apostolo, & Euangelista sententiam, qui vt mundo pereunti succurreret, horrendas, & sacrilegas nuptias monachorum cum monialibus excogitauit. Audi quid respon-

Qualis cœlibatus.
VII. ratio, à præmij cęlibatus excellẽtia.
Matt. 19.
1. Cor. 7.
Apocal. 14.
Cęlibatum, vnius legis Euãgelicæ propriũ esse institutũ, non alterius legum quarũcunque
Plat lib. 6 de legibus, multò post medium.
Deut. 24.
Exod. 23.
Deut. 7.
Lex quædam contra steriles per Constantinũ sublata.
Euseb. lib de vita Constantini.
C. lib 8 tit 58 de infirman pœnis cœlibat
Atha in Apologia 4. ad Imper. Cõstantiũ iuxta mediũ
In virginitate (ait Athanasius) Christus largitus est nobis exemplar angelicæ sanctitatis.
Cęlibatum de Ecclesia tollere molientes, quod efficiãt.
Ambrosiana viduitatis cõmendatio.
Dio. Cassius li. 56. in princ.
De cœlibatu Cæsaris Augusti sententia.
Iouinianus hæreticus matrimonium æquabat virginitati impurus.
Syricius Papa
Quid Heluidius, ac imprimis Basilides de cęlibatu falsò docuerint.
Hier. tom. 2.
Nuptias cęlibatui Lutherus impurissimus præponebat. Vnde perstringitur.

Aug. l. de bono coniugali, cap. 9. 10. 6.

Cap. 16.

1. Tim. 1.

respondet Aug. huic argumento, li. de bono coniugali, vbi cùm dixisset, sanctos veteris Testa. non debuisse abstinere coniugio, quia Messias ex illis carnem erat assumpturus; nunc verò, quando copia suppetit coniugatorum, admonendos esse censet omnes ad continentiæ bonum amplectendum, & subdit: *Sed nouι quosdam, qui murmurant: Quid si inquiunt, omnes velint ab omni concubitu abstinere: vnde subsistet genus humanum? Vtinam omnes hoc vellent, duntaxat in charitate, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta: multo citius Dei ciuitas compleretur, vt accelerateur terminus seculi. Quid enim aliud hortari apparet Apostolum, vbi ait, cùm inde loqueretur: Vellem omnes esse sicut meipsum?* Hieron. etiam li. aduersus Iouinian. hoc argumentum refellens scribit:

1. Cor. 7.

Hieron. lib. 1. aduers. Iouin. à fi. remotius.

Par pari referam; Si omnes viduæ fuerint, vel in matrimonio continentes; quomodo stirps mortalium propagabitur? Hac ratione nihil omnino erit, ne aliud esse desistat. Verbi gratia: Si cuncti philosophi sint, agricolæ non erunt, & quæ seq. Hæc ille. Dei gratia est quod hanc virtutem heroicam pauci amplectuntur, & vt ait Hieron. multi vocati, pauci electi.

Hier. sb. Mat. 19. & alibi.

Incipere plurimorum est, perseuerare paucorum. Vnde & grande præmium eorum, qui perseuerauerint. Si omnes virgines esse possent; nunquam Dominus diceret: *Qui potest capere, capiat*; & Apostolus in suadendo non trepidaret: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo.*

1. Cor. 7.

Quib. præceptu, quib. cõsilium detur.

Timendum ergo non est ne pereat mundus. Et tunc hoc argumentum valeret, quando Dominus omnibus, & cuique præcepisset amplecti cœlibatum. Sed Dominus non præcepit, sed consuluit tantum volentibus, nõ cum ruina mundi, sed cum decore, & pulchritudine mundi. Certè præceptum in subditos fertur, consilium amicis dari solet. Erat in animo respondere ad omnes Erasmi ratiũculas, & suasiunculas, quas in libello, quem inscripsit Encomium matrimonij percenset, in quo iniurius extitit cœlibatui.

Erasmi encomium matrimonij notatur.

Sed quia illæ leuissimæ sunt, & facilè ex his quę dixim⁹, dilui possunt, ab hoc labore supersedebo. Maximè cum ipse accusatus à Catholicis, seipsum purgauerit, quòd iuuenis illum librum cõscripserit, & declamatorio more, exercitandi ingenij gratia, & quòd non sit locutus in genere, sed in particulari de iuuene adolescente, diuite, pulchro, & in florenti ętate constituto; an videlicet tali magis expediat cœlibatus, an matrimon. Sed quales sint istæ excusationes: certè liber rectius inscribi poterat: exhortatio ad matrimonium: & in rebus semel definitis ab Ecclesia, & in Scripturis decisis, non licet declamatoriè ludere.

Quod expediat in Ecclesia Dei in vniuersum cœlibes esse, & virgines.

Superest tertio loco propositum, expediens esse in Ecclesia Dei existere imitatores vitæ Christi Domini nostri, & Deiparæ virginis matris eius, & vtriusq; Ioannis, tam Euangelistę, quàm Baptistę, & reliquorum Apostolorum, qui vxores, si quas habebant, Euangelij gratia reliquerunt, vt testatur Hieron. aduersus Iouinianum.

Hier ibid.

II. ratio.

Deinde expedit, vt eminens Christi gratia se proferat in fręnanda, & reprimenda concupiscẽtis animæ parte. Tertiò dignitatem Euangelicam decet in tempore Messiæ splendescere supra statum Gentilium, & supra legem Moysi, secundùm illud: *Tempus amplexandi* (id est, vacandi generationi) *& tempus longè fieri ab amplexibus.*

Ecclesi. 3.

IV. ratio.

Exo. 39. & 56.

Quartò, quia prædictum fuerat per Esaiam, futuros in Euangelio eunuchos, & Christus prædixit, eunuchos, qui se castrauerunt propter regnum cælorũ, id est virgines, qui nihil sunt aliud, quàm flos Ecclesiæ vt testatur Cypr. lib. de habitu Virginum, & Tertull. in lib. ad vxorem testatur, continentiam nobis adstrumentum æternitatis commendatam esse à Domino.

Virgines, optima portio sunt Euangelij, & flos Ecclesiæ, teste Cypriano.

Tertull. lib. 1. ad vxor. sub finem.

Ecclesiã quid maximè illustret, atque exornet.

Oportet etiam Ecclesiam ornatam esse, non solum multiformi gratia donorum, sed & statuum illa dona profitentium: & nihil illam ita illustrat, & exornat, atque virginitas, & Martyrium; tanquam byssus, & purpuram Reginam, de qua dicitur: *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate*; &, *Adducentur Regi virgines post eam.*

Psal. 44.

Ibidem.

V. ratio.

Quintò, decorum est, esse homines contemptores bonorum temporalium, & conculcatores voluptatum carnalium, vt sint expediti ad cogitãdum ea quę Dei sunt, & ad orandum pro alijs; vt homines, qui carni & mundo adhærent, illorum exemplo reprimantur, & à sensu & carne reuocentur ad spiritualia.

1. Cor. 7.

VI. ratio.

Sextò, illud videtur maximè expedire in Ecclesia Dei, quod Christus per se, & Apostolos consuluit, & per Pontifices, & Concilia obseruandum esse commendauit: talis est cœlibatus, & religiosa, & monastica vita, quam vtriusque sextus fideles magna cum laude, & fructu Ecclesiæ, & ornamento in monasterijs, & religionibus regularem vitam obseruantibus profitentur. Et hactenus in genere astruximus quòd decorus, & expediens sit cœlibatus in Christiana Republ.

Clerum maximè decere cœlibem vitam.

Quòd verò hic status cœlibatus maximè deceat Episcopos, Sacerdotes, & ministros sacros, siue in sacris ministrantes, & lex Ecclesiastica de castitate illis indicta; sancta sit, honestatiq; & decoro illius status congruentissima, nemo est qui nõ videat, si intelligat quid sit esse Sacerdotem in Ecclesia Dei, & quæ sint eius munera, nempè sa-

Describitur munus Sacerdotis.

crificare hostiam sacrosanctam Deo, & de illa participare, prædicare, & docere Euangelium, & non tantùm eius præcepta, sed consilia, fundere preces, & orare pro populo Dei, placareq; diuinam Maiestatem peccatis plebis offensam, adhuc peccatoribus ad pœnitentiam, & confessionem accedētib. absolutionem impendere, lugere peccata populi, luctui vacare, & pœnitentiæ, Christum ipsum, qui est Sacerdos secundū ordinem Melchisedec, in terris repræsentare, deniq; hospitalem esse, & bona temporalia in vsus pauperum erogare, vitæq; exemplo alijs prælucere. Profectò si hæc diligenter expendantur, & cogitentur, facilè perspicies quàm sit consona lex cœlibatus ad illa omnia opera præstanda; &, quàm sit inconueniens, & incommoda libertas cōiugij, quę omnia illa opera macularet, & sacrificiū, & verbum Dei redderet contemptibile, & ad precationem redderet infirmum Sacerdotem, & ad confessionem parum secretum sigilli seruantem, & parum hospitalem in pauperes; cum lege naturæ vxori, & filijs magis teneatur succurrere. Et ita status Ecclesiasticus totus iaceret, & vilesceret, & hæreditate possideretur Sanctuarium Dei. Nam si nunc pro spurijs, & nothis ex infando concubitu susceptis, parentes eorum, qui in Sacerdotij degunt statu, impudenter Ecclesiasticas dignitates procurant; quid facerent pro filijs ex legitimo matrimonio procreatis, quibus naturæ iure parentes debent thesaurizare? Neque quisquam meritò de hac lege conqueri potest: quia vt esset Sacerdos vel Episcopus, nemo coegit, sed sponte sua quisq; assumpsit eum statum; ideo non debet iugum detrectare, & cum hæreticis quærere coniugia. Quia vt Comicus dixit: *Quæ credit esse his, non sunt vera nuptia*, sed vera stupra, horrenda sacrilegia, & nefariæ, ac abominabiles coniunctiones, quibus iram Dei contra nos concitamus. Potest Ecclesia nunc dicere: *Postquam consenui, & vetula sum, voluptati operam dabo?* Contendamus igitur cœlibatum amplecti, illum religiosè colere, pro illo, si opus sit, etiam gloriosè decertare, non solùm verbo, & calamo, sed etiam vita; quod plerique ex nostris magna cum gloria sua fecerunt; vt ita gratiam nobis conciliemus autoris, & institutoris eius Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu S. omnis laus detur, & gloria, honos quoque, & imperium in secula seculorum, Amen.

Ioel. 2. Psal. 109. Heb. 7.

Coniugium (quod Deus auertat) sacerdotum quæ mala sequerentur.

2. Cor 12.

Terent. in Andr.

Gen. 18.

TRACTATVS LI.

De disceptatione Domini cum diuite adolescēte, quem inuitauit ad statum perfectionis. Et habetur Matt. 19. Marc. 10. & Luc. 18. *Et ecce vnus accedens, ait illi, Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei: quid me interrogas de bono? Vnus est bonus Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serua mādata. Dicit illi, Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidium facies. Non adulterabis, non facies furtum, &c.* vsq; ad: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade, vēde omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni, sequere me.*

HANC Disceptationem ex Matthæo propositam per Marcum & Lucam in quibusdam locupletauimus: quæ meritò collocanda videtur in hoc libro Disceptationum: quoniam etsi non animo subdolo, & iniquo ad Dominum accesserit hic adolescens, non propterea amittit nomen disputationis. Sicut & quæ cum discipulis, & quæ Nicodemus cum Domino disputauit, amico, & beneuolo animo disseruit; & quia in eis explicandis multa in Hæreticos sumus disputaturi. In primis igitur ait Matthæus: *Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?* Non describit quis fuerit, Lucas tamen testatur fuisse Principem quendam: nec exprimit quem principatum haberet: erat ergo vel Princeps Iudæorum, vel Sacerdotū, vel Pharisęorum, vel Synagogę, qui Archi synagogi dicebantur: quem verisimile est diuitijs, & facultatib. abundasse. Habetque hęc historia optimā cum proxima quæ pręcessit de pueris ad eum allatis consonantiam, nam puritatem, & innocentiā Christus requirebat ab eis qui volunt ingredi in regnum cælorum. Atqui septies in die cadit iustus, & in multis offendimus omnes: iam is qui decalogi maiorem partē seruauerat, de regno Dei obtinendo interrogat. Marcus addit, quòd cum egressus esset in viam, procurrens quidam genuflexo ante eum, rogabat eum: quod fecit, vt ostenderet se serio interrogare, & desiderio æternæ salutis teneri. Vnde dubiū est inter Patres, quo animo

Cur hæc historia in præsentem locum fuerit, non autem in librum historiarum reiecta. *Ioan. 3.*

Quis fuerit hic adolescens à Christo ad statum perfectionis inuitatus.

Prou. 24. Iacob. 3.

Quo animo hic percontator accesserit.

animo hic peritontator accesserit, discendi ne, an potius tentandi? Certè Gregor. Nazianz. lib. Theologiæ ait: *Porro illo, Nullus bonus, nisi solus Deus, repercussit interperitum illum, qui Christum captiose tentans, homini bonitatem asserebat. Summe enim, & vnice bonum, inquit solus Dei est, quamuis nomen hoc aliquoties & hominibus tribuatur.* Et Hierony. in Matt. existimat animo tentandi accessisse, & interrogasse: idque ex alio Euangelista apertum esse tradit. Et confirmat, quia audito Christi responso de mandatis, replicauit, quę sint illa mandata, quasi non & ipse legerit, & Dominus posset iubere illis contraria. Verum Hieron. non conferens quæ de isto scripsit Matthæus, cum alijs duobus Marco, & Luca, & quod putauerit cum Greg. Nazianz. hunc esse legisperitum, de quo Lucas, cap. 10. qui similiter interrogauit: *Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo?* falsus est. Ille enim à Luca dicitur tentando interrogasse, & tamen idem non fuit cum isto Matthæi, sed distinctus. Ideirco aliter opinantes, & interrogasse animo tentandi, merito reprehendit Chrysostom. cum Theophyl. & Euthymio. Nam eum respondisset, se omnia illa præcepta, quæ Dominus enumerauit, seruasse à iuuentute sua, Christus intuitus eum, dilexit illum, vt testatur Marcus: quod minime fecisset, si tentandi gratia accessisset. Non ergo subdolo animo venit, quia non proposuit quæstionem de temporalibus, vel cauillosam, nec est à Christo reprehensus, vt alij tentatores. Et Theophylactus in Marcum ait: *Admiror autem adolescentem, quod cũ alij plerique, sanandorum morborum gratia accesserint, ille vita æternæ hereditatem quæsierit, tametsi grauissimo auaritiæ morbo teneretur.* Hæc ille. Etsi ergo nihil aliud suspicaretur Iesum esse, quam purum hominem, suspiciebat tamen illum tanquam cæteris omnibus præeminentem: quapropter genuflexo eum adijt, in signum reuerentiæ, vt diximus ex Marco.

Greg. Nazianzen. lib. 4. Theol paulo post med. Hieron. in c. Matt. 19. to. 9

II. Opinio probabilior.

Chrys. ho. 64. in Matth. Theophylact. Euthy c. 41. in Matth.

Theophyl. in Mar c. 10.

Ait: Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Magistrum bonum appellat, honorifica hac appellatione beneuolentiā captans. Fuit aūt optima interrogatio, quærit. n. à Christo id quod nemo non hominū sure in votis habet, nimirum qua ratione vitam æternam consequatur. Et persuasum habebat, non deberi otiosis, & stertentibus hominibus, sed operantib. bona. Ideo dixit, quid boni faciā, &c. nam per mala opera nō promeremur, nisi mortem sempiternam. Et nobis, siue magni, siue parui sum⁹, siue diuites, siue pauperes, monendum est: ideo de futura vita vtrisq; cogitandum est. Putabat hic bonus adolescens per alta præcepta eundū fore ad æternam gloriam, quam ad præmia legis, quæ nihil expresse de vita æterna tradebat, imo in dubium à Sadducæis vertebatur. In ea etiam Pharisæi putabant cibo corporeo se vsuros, vnde vnus dixit: *Beatus qui manducabit panem in regno Dei.*

Qualis hęc interrogatio: Magister bone, quid boni faciam.

Quibus vita debeatur æterna.

Luc. 14.

Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? (vel, vt Græcè, & in Syriaco Euangelio legitur: *Quid me vocas bonum?* Sic etiam Hilar. & Hieronym. habent) *Vnus est bonus, Deus.* Siue vt Græcè dicitur, *Nullus est bonus, nisi vnus Deus,* quomodo etiam legunt Marcus, & Lucas. Vtrumq; ergo dixisse Dominum, probabile est: *Quid me vocas bonum, &c, quid me interrogas de bono?* quia interrogauerat: *Quid boni faciam vt habeam vitam æternam?* Quia vero more humano blandiri Domino videbatur, vt vulgo solent omnes à magnis viris aliquid petituri, corrigit adolescentis indicium, nosq; suo modestissimo exemplo docet humilitatem pariter, & prudentiam, vt respuentes omnes magnificos, & adulatorios titulos, omnemq́ne laudem humanam & inanem gloriam, omnē laudem & gloriam in Deum referamus. Neq; præcipuè volebat Dominus reprehendere iuuenem, nisi de improprietate, & manuducere ad Deitatem. Quasi dicat: Si Deum me credetes, quadraret mihi nomen boni perfectè: ne des ergo mihi titulū Dei, quem tamen hominē purum putas. Docet etiam nō esse execedendum in falsis titulis conferendis, neque rursus in illis acceptandis, vt Herodes (de quo in Actis Lucas) grauissime deliquit. Tacite etiam Iudæo ad opera attendenti insinuanit Dominus opus esse fide, qua credatur neminē esse bonum, nisi solum Deum, & omnē hominem esse mēdacem, & neminem posse aliquid boni facere ad assequendam vitam æternam, nisi benignitate Dei miserētis factus fuerit bonus. Non ergo negat Dominus Iesus se esse bonum, cum etiam hac ipsa ratione bonus sit, quia Deus est. Neque simpliciter negat aliquos homines esse bonos, cum multis Scripturæ testimonijs legamus bonos, siue iustos & sanctos vocatos: imo vidit Deus cūcta quæ fecerat, & erant valde bona. Verum ad Deum collati, quia in infinitum excedit bonitas Dei, nomen hoc merentur: quicquid enim bonitatis est in hominibus, aut in rebus donum Dei est, & non ex ipsis creaturis. Solus Deus ab æterno suapte natura, & à seipso bonus est, & bonitatem ei nemo eripere potest: non vero, quod ad naturam nostram attinet, mali sumus, iuxta illud: *Si vos cum sitis mali, nostis bona data*

Proprium Euangelij, non Mosaicæ.

Hilar. can 19 in Matt. Hieron. ibid.

Quid Christus tenuens appellationem boni, nos doceat.

II. Documentum.

Act. 12. I. I. Documentum. Psal. 115.

Quomodo verum sit: Nemo bonus, nisi solus Deus.

Gen. 1.

Luc. 11.

dare filijs vestris: non quod tales Deus nos condiderit, sed quod à primo parente nostro natura nostra vitiata sit. Quod vero dicitur: *Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona*, & Timotheum Paulus vocat bonum ministrum, & bonum militem: & Barnabas appellatur in Actis vir bonus, & plenus Spiritu sancto, & fide: ad donum à Deo acceptum spectat. Et hæc expositio alijs locis Scripturæ iuuatur. Vocat enim Apostolus Deum solum sapientem, solum immortalem, solum æternum, & tamen nihil obest, vt August. docet lib. de natura boni, & mali, si Salomon dicatur Sapiens, vel Paulus vt sapiēs architectus fundamētum ponens, & anima immortalis dicitur, & ignem æternum legimus: non tamen anima immortalis est sicut Deus, nec ignis æternus est, sicut Deus æternus est. Voluit etiam Dñs, vt ille Princeps ad responsum suum posset humiliari, & cogitare: si talis ac tantus Propheta non videtur agnoscere boni appellationem, quis ego sum, qui nō tantum bonus, sed & perfectus esse mihi videor? Non ergo negat Christus quod sit bonus, sed quærit, vnde sit bonus, à quo non perfectè cognoscitur. Neq; perpetuo huiusmodi quæstiones negationem inclusam habent, vt cum dixit: *Quid vocatis me Domine, Domine, &c.* neque tamen ob id se negat esse Dominum.

Matt. 12.
1. Tim. 4.
Act. 11.
1. Tim. 6.
Aug. libr. de natu. boni, & mali, cap. 30.
1. Corin. 3.
Matth. 25.
Luc. 6.

Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Breuis est hæc sententia, sed quæ multum succi contineat. Diuina enim bonitas, quæ liberum hominem condidit, & sua sponte prolapsum seruare voluit, erigere eum præceptis, consilijs, & exemplis veluti fræno quodam, nunc strictiori, nunc laxiori decreuit vt in officio permaneret suo. Mandatis ergo pręcipitur virtutis operatio, consilijs via expedita præstandi præceptum munitur. Et ne quis conquerarur arctam esse viam ad vitam, voluit esse inter homines viua quædam, & animata exempla, qui inoffensè viam mandatorum Dei percurrerent. Magna misericordia Dei est, vt ille nobis præcipiat, vt tum homo agnoscat se habere superiorem, & Deus habeat occasionem remunerandi magna illa mercede vitæ æternæ, quam pro magnificentia sua dare disposuit. Et qui vt tanto pręmio nostra opera digna efficeret, voluit, iuxta Prophetam fingere laborem in pręcepto, & voluit vt illa à nobis seruata, seruarent nos quemadmodum castrum seruatum, ab hostib. obsidentibus seruantem ipsum seruat.

Explicatur hæc Christi sententia: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.
Eccles. 15.
Matth. 7.
Psal. 118.
Psal. 93.

Ingredimur autem vitam per obseruantiam mandatorum: quia nemo verè viuit nisi qui se Deo morigerum præstat. Sunt ergo præcepta, via; terminus vero, vita. Innuit liberum arbitrium, dicendo, si vis, & illam, quæ speratur, vitam, absolutè vitam esse sine morte. Serua, inquit, mandata, nō solum in scrinio memoriæ, & meditatione intellectus, sed & in exercitio operis: non notitiam mandatorum, & Scripturam, sed ipsa mandata. Et vt Origen. hoc loco ait: *Omnis qui super terram est, quamuis iustissimus esse videatur, potest quidem in vmbra esse vita, non autem in ipsa vita, cum sit corpore mortis circumdatus. Introibit autem quis in vitam, abstinens quidem se ab operibus mortuis, appetens autem opera viua, etiam nunquam quidem mortua loquens, sed secundum verbum Dei viuum viua: & non habens iam cogitationes mortuas in corde, sed viuas.* Sic ille. Mittit ergo illum ad seruanda mandata quæ olim negligebat, vt innuat patres saluos, & in omni statu homines posse seruari, si illa quæ communia sunt, & rationi consona, obseruēnt. Refelluntur etiam hoc verbo, qui hodie opera nimis deprimunt, ac fidem solam extollunt: qui rogati quid faciēdum ad consequendam æternam vitam? responderent, crede in Filium Dei. Et quia Dominus nunc fidem, nunc opera exigit, pro occasionis opportunitate declarauit, & fidem & opera esse ad salutem necessaria.

Cur nisi Dei mandata seruando, in vitam ingredi possimus.
Vera vita, quæ.
Mandata diuina quomodo seruanda.
Psal. 93.
Orig. tract. 8. in Matth. sub init. tom. 2.
Rom. 7.
Heb. 9.
Introibit quis in vitam secundum Orig.
In omni statu homines quà seruantur.
Contra hæreticos solam fidem aientes sufficere ad salutem.

Dicit illi, Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidium facies, &c. Interrogat, *Quæ?* non fraudulenter, quia non putabat præcepta antiqua obligare, sed noua alia pręter legalia, quæ vitam nouam promitterent, & impetrarent, & quia Christus quædam mutabat. Et per præcepta quæ assignat, omnia intelligit: quia qui totam legem seruauerit, vt ait frater Domini, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Et concupiscentia vxoris, & rei alienæ, ad dilectionem proximi reducitur, siue ad adulteriū, & furtū. Vt igitur in ciuitate ciues primo disponuntur, vt rectè se habeant ad Principem vnum, siue gubernatorem, & in militia milites ad Imperatorem, cui subsunt, deinde ciues inter se, & milites inuicem ordinātur, ita per præcepta primæ tabulæ homines instituuntur, quomodo rectè se habeant ad Deum, at pęr illa secundę, quibus officijs inuicem teneantur homines, indicatur. Rectè ergo se habet ad proximum suum, tum illi benefaciēdo, quod illo verbo præcipitur: *Honora patrem tuum, & matrem tuam*, tum vitando malum eius: tum in persona propria, cum mandat non occidere, tum in persona sibi coniuncta, cum præcipit: *Non mœchaberis*, tum in rebus, & fama, siue bono nomine, dicendo: *Non furaberis. Non falsum testimonium dices.* Instituitur

Exod. 20.
Quo animo adolescens Christum interrogauit quæ essent mandata ad salutem necessaria.
Iac. 2.
Præcepta primæ tabulæ & illa secundæ, quomodo se habeant.
Quando recte quis se habeat ad proximum suum.
Exod. 20.

tuitur præterea quantum ad partem ratione præditam in seipso, dum præcipit honorare parentes, & à falso testimonio abstioere: & quantum ad vim animæ irascentis, præcipiendo nō occidere. Et circa partem concupiscentem, commoda, & vtilia: *Non furaberis*; aut delectabilia dicendo: *Non mœchaberis*. Quatuor præceptis negatiuis, in quibus futurum pro imperatiuo more Hebræorum ponitur; addunt omnes vnū affirmatiuum: *Honora patrem tuum, & matrem tuam*, Marcus etiam addit sextum: Ne scilicet frandem feceris, aliena nempe vel concupiscendo, vel rapiendo. Vt videatur positum ꝓ vltimo præcepto secundæ tabulæ de noo concupiscenda vxore, aut re proximi. Quibus omnib' apud Matth. subijcitur geoerale illud præceptum, in quo omnia præcepta recapitulantur: *Diliges proximum tuum sicut teipsum*. Omittit verò præcepta primæ tabulæ; qnia notū quod magis sint necessaria. Et præmittenda est dilectio Dei ad formaram dilectionem proximi: etsi fieri possit, vt naturalis dilectio proximi præcedere queat, & præcedat dilectionem Dei. Non tacet antem, quasi illa secundæ tabulæ mandata sufficiant, vel ad initium vitæ, vel tanquam statueret gradum quendam ad vitā docere, qnia dixit: Vnum tibi deest, scilicet perfectio Euangelij; plnta autem deessent, si dilectio Dei deesset. Et ea quæ malū inferre proximo prohibent, tanquam magis necessaria honori parentibus exhibendo preponit, id est, beneficentiam. Furtum autem falso testimonio præponit: quia grauius delictum habebatur penes Iudæos auaros. Facilius etiam est negatiuis, quam affirmatiuis mandatis satisfacere.

More Hebræorum futurum pro imperatiuo sumitur.

Fraudem faciat quis.

Rom. 13.

De præceptis primæ tabulæ cur hic verbū nullū in Christi sermone.

Quid est quod furtum Domin. præmittat homicidio.

Quæ Dei præcepta difficilius obseruentur.

Quæ mandata ad vitā ingredientibus obseruanda.

In illo autem verbo: *Serua mandata*, non intelligit cæremonias, vel indicia, quorum obseruatio, id est, opns operatum, tantùm temporaria bona promerebatur. Nec snnt necessaria, vel in lege olim naturæ, vel in lege gratiæ modo: ideò nisi exprimantur, non subintelliguntur. De moralibus antem præceptis secus se res habet: nam etsi ex opere operato vitam æternam non promereantur, sicut nec cæremoniæ, vel iudicia, & ex gratia obseruata gloriam promereantur; tamen ipsa opera moralia simpliciter sunt ad vitam æternam necessaria, in quæ quicunque ageret, saluus minimè fieret. Etsi antem iuueni huic, quia Iudæo, necessaria esseot præcepta legalia: nihil tamen de eis hoc loco dixit, tum qnia hoc ipse sciebat, tum quia Christus non venerat ad prædicandam legem, quia perpetuaret eam: ideò tantummodò legi non contradicendo, eam approbabat. Et tunc nō tantùm illi loquebatur, qui sciebat se ad cæremonias, & iudicia obligari, sed in illo omnibus posteris. Huic enim homini multa sunt necessaria ad vitā præter decalogum, vt obedientia præceptis Ecclesiæ, & Principum sæcularium: simpliciter autem, id est, omni tempore, & loco, & omni homini tantum decalogus, & ea omnia, quæ natura duce ad illum reducuntur. Nam positiua præcepta cū simpliciter nō sint necessaria, potuerunt non ferri, & possunt abrogari: multa etiam præter ea quæ expressa sunt in decalogo, ad ipsum reducuntur, quia multa sunt, in quibus Deus honoratur, præterquam in Sabbato sanctificando: multa præterea, in quibus offenditur, præter Deos alienos, & periurium. Simile de secunda tabula est diceodum. Omnia tamen ad decalogum sunt referenda, atque ideò ipsum dilectionis proximi præceptū, quod expressit, & in quo præceptum dilectionis Dei includitur.

De præceptis legis cur hic Domin. non meminerit.

Quæ sint homini præcepta ad vitam necessaria præter decalogum.

Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea; quid adhuc mihi deest? Cùm audisset bonus ille adolescens, nihil aliud à Christo præscribi, quàm quæ Moyses præscripserat; non modicum lætabatur, sibi persuasum habens se factum voti compotem. Ait ergo: *Omnia hæc*, dicta, & inclusa in illis, imò legalia iudicia, & cæremooias seruaui: nam alioqui nō diceret Dominus vnum sibi tantùm deesse. Nec mentiri se putabat, quia id esset gloriæ, vel tentandi causa à se dictum: & non recessisset tristis, verùm Christi verba contempsisset, vt etiam Basilius expendit homil. in auaros: nec à Christo diligeretur, vt tradit Marcus. Nā vbi illa verba dixisset, subiungit Euangelista: Iesus antem intuitus eum, dilexit eum, & cum diuitias multas haberet, argumentum erat seruatæ ab eo legis, nam illæ seruantibus legem promittebantur. Et vt Theophylactus in Matth. scribit, Iudaico more, id est, pro mercede à lege proposita mandata seruauerat, Denique si mentitus fuisset, vnum ei solùm non defuisset, sed plura.

Huius adolescentis obedientia mandatorum.

Exod. 20.

Verè illum nō mendaciter Christo respōdisse.

Hæc omnia seruaui a iuuentute mea.

Basil. hom. 2. in diuites auaros, init. tom. 1.

Marc. 10.

II. Argum.

Theophylact.

Quòd autem ait: *A iuuentute mea*; intellige à parua ætate; aliàs propriè loquendo, adolescentiæ, quæ ad vigesimum quintum vsque extenditur, vt quidam traduot, annum, succedit iuuentus. Sed hic accipitur forte impropriè, quia Princeps forte erat triginta annorum: quemadmodum alio in loco: Sensus enim, & cogitatio humaoi cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua, pro eo quod est, à pueritia sua. Vt igitur Moyses abutitur voce adolescentiæ, ita Euangelista voce iuuentutis. Atque ita

Quid est: A iuuentute mea.

Gen. 8.

Orig. tract. 8. in Matth. Chrys. ho. 64. in Matth. Beda tom. 5. Hieron. to. 9. Leuit. 19.

iuuenem præcepta impleuisse docent Origenes, Chrysostomus & Beda: licet aliter teneant nonnulli, vt Hieronymus, qui ait in Matthæum: *Mentitur adolescens. Si enim hoc quod positum est in mandatis: Diliges proximum tuum sicut teipsum, opere complésset, quomodo postea audiens: Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, tristis recessit: quia habebat possessiones multas?* Producit Origenes in Matthæum ex Euangelio apocrypho, quod Hebræorum inscribitur, historiam, in hunc modum: *Dixit*, inquit, *ad eum alter diuitum: Magister, quid bonum faciens, viuam? dixit ei: Homo, leges, & Prophetas fac. Respondit ad eum, feci. Dixit ei: Vade vende omnia quæ possides, & diuide pauperibus, & veni sequere me. Cœpit autem diues scalpere caput suum, & non placuit ei. Et dixit ad eum Dominus: Quomodo dicis, legem feci, & Prophetas? quoniam scriptum est in lege: Diliges proximum tuum sicut teipsum, & ecce multi fratres tui filij Abrahæ amicti sunt stercore morientes præ fame, & domus tua plena est multis bonis, & non egreditur omninò aliquid ex ea ad eos? &c.* Hæc ibi. Viderut itaque iuuenis more Iudaico putasse satis se impleuisse legem de diligendo proximo, si nihil illi faceret mali, & communia illa beneficia exhiberet dilectionis, non autem cum proximis suas diuidendo possessiones, & facultates, quemadmodum Christiana exigit perfectio.

Orig. ibid. ex Euang. Hebr. Eius Euangelij (si fide dignum sit) de hoc adolescente diuite tradituo.

Leuit. 19.

Cur adolescenti dicitur: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, &c.

Dominus verò vt doceret hoc non esse satis, nisi etiam beneficijs proximos quantum posset, iuuaret, subiunxit: *Si vis perfectus esse, Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Similia ferè docet Basilius homilia in diuites auaros. A mandato namque illo seruando palàm est, quòd procul absis, & in teipso mentiti deprehenderis; quod videlicet proximum sicut te ipsum diligas. Nam ecce præceptum illud, quod à Domino tibi propositum est, palàm te conuincit, quod charitate destitutus sis. Et Ambrosius in Psalmum primum sub initium: *Deinde*, ait, *dicenti quòd fecisset illa omnia, adiecit perfectiora, dicens: Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo. Tantumq; abesse docuit inter malorum declinationem, & imitationem bonorum, vt hæc abnueret, qui illa sibi facilia iudicabat. Sed quia nec illa ascenderat; ideò ad hæc aptare non potuit. Nam si dilexisset proximum, potuisset pauperibus subsidia sui patrimonij non negare.* Clemens præterea Alexandrinus libro Stromatum: *Iam verò eum qui gloriabatur se legis præcepta perfectè adimplesse, refellit, vt qui non dilexisset proximum.* Hæc illi, negantes iuuenem adimplesse mandata legis, sicut

Basil. superioris loco, tom. 1.

Ambr. to. 4.

Psalm 33. 1. Pet. 3.

Clem. Alex. lib. 4 Strom. aliquãto ante med. to. 2.

etiam negat in hunc locum Hilarius, & Tertullianus ita in Marcionem scribens: *Rescidit ne Christus priora præcepta: Non occidendi, Non adulterandi, Non furandi, Non falsum testandi, diligendi patrem, & matrem? An & illa seruauit, & quod deerat, adiecit? quanquam & hoc præceptum largitionis in egenos vbiq; diffusum sit in lege, & Prophetis, vt gloriosissimus ille obseruator præceptorum, pecuniam multo chariorem habiturus traduceretur.* Hæc ille.

Hilar. can. 19 in Matth. Tert. lib. 4 in Marcion. non longè a fin. Exod. 20.

Sed Euangelium illud secundùm Hebræos verè videtur apocryphum: & expositio illa de diligendo proximo, id est, tantùm de non offendendo, & declinando malo; est prorsus violenta, cùm sit natura sua affirmatiuum. Præceptum etiam largitionis in egenos non est denuò additum, sed antiquum est: & ideò nihil noui addidisset Dominus ad legem hoc loco. Siue ergo seruauit, siue non, Dominus hoc loco doctrinæ gratia, admittit quod obseruauit, & vltra pergit docendo perfectionis statum. Vnde Theophylactus ait quosdam sic exponere: Da quod hæc omnia seruauerim, quid adhuc mihi deest? Quæ expositio cum ratione est cõiuncta, etiamsi ibidem subiungat Theophylactus: *Quæcunque* (inquit) *fecisti opera bona, Iudaico more fecisti: Si autem vis perfectus, hoc est, meus discipulus esse, & Christianus, vade, vende omnia quæ habes, & statim simul omnia, nulla reseruans, vt continuam facias eleemosynam. Non enim dixit, paulatim da pauperibus, sed dixit: Da semel, & nudus esto.* Hæc ille: quæ vt verum sensum, & Catholicum contineant, nõ sunt intelligenda de quolibet Christiano, quasi ad hæc omnia adstringantur Christi verbo, sed de ijs qui perfectionis viam aggrediuntur. Cùm ergo ille dixisset: *Quid adhuc mihi deest?* Iesus, vt Marcus ait, & Lucas, respondit: Vnum tibi deest: nõ quidem ad vitam æternam, ad quam satis esse dixit mãdata, sed aliquid vltra decalogum, & ad perfectionem spectans, ad quam videbatur hic iuuenis anhelare. Propterea rectè additum est à solo Matthæo: *Si vis perfectus esse.* Quod primò positum est, ad differẽtiam huius perfectionis iustitiæ status, vocatur sufficiens iustitia, & necessarius ad vitam æternam; secundus verò, est status perfectionis non necessarius; ideò dixit: Si vis esse perfectus, facies quæ præscribo. Deinde ostendit quod iuuenis non erat facturus quod Dominus consulebat; quasi diceret: Tu vis aliud vltra iustitiam necessariam; & à primò: nam primus status scio quod non præstabis illud: si tamen vis, vade, vende omnia quæ habes, &c.

De Euangel. (huius nominis) secundũ Hebr. quid sentiendũ sit.

Theophyl. in Matth.

Quo sensu Theophylactus afferat Christi ergo omnia esse propter Christum relinquenda, pauperibusque tribuenda.

Duplex status vitæ Christianæ.

Sed

Si libera, non necessaria perfectio est, quare eã Marcus & Lucas videtur nunquam necessariam constituere?

Sed obijcies, Si perfectio non est necessaria, sed spontanea, quomodò Lucas & Marcus videotur illam constituere, vt necessariam? nam iuueni dicenti: *Omnia hæc custodiui à iuuentute mea*, respondit Dominus: *Adhuc vnum tibi deest?* tamē quæ desunt, de necessitate sunt. Respondeo, perfectionem necessariam oon esse; aliàs perfectio non vocaretur: sed potest dici deesse, non simpliciter, sed ex conditione. Perfectio siquidem, absolutè loquendo, non erat necessaria: si quis tamen beatitudinem in excellenti gradu possidere velit, necessaria est. Hunc autem gradum gloriæ excellentem cupiebat habere hic iuuenis: proinde aptè Dominus respondit: *Adhuc vnum tibi deest*, ad perfectionem videlicet quam designas. Quòd si vrgeas; Quod nam horum dixit Dominus, an quòd Matthæus dicit, an quod reliqui duo? Respondeo, vtrumque Dominū dixisse, etsi Euaogelista quisque non plenè omoia retulerit. Cùm ergo iuuenis dixisset, *Quid adhuc mihi deest?* ait Dominus, *Adhuc vnum tibi deest: Si vis perfectus esse, Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequere me.* Ac si diceret Dominus, Quòd præcepta seruaueris, laudo: sed ad perfectam iustitiam adhuc vnum tibi deest: Redi domum tuam, ac de venditis possessionibus, pecuniam collectam in pauperes eroga. Neque est vt te putes propterea dissipasse bona tua, sed de venditis possionibus recondes thesaurum in cœlis. Quamobrem quod Pelagiaoi quidam ex hoc loco colligebant, diuitem manētem in diuitijs suis, non posse ingredi ad vitam, sed opus esse ei, omnibus diuenditis, & in pauperes erogatis, nudum sequi Christum: asserentes in Veteri Testamento licuisse possidere diuitias, non autem in Nouo ob nouum Christi præceptum: omninò falsum est, vt egregiè ostendit Augustinus ad Hilarium, reprobans prædictam sententiam, & probans diuitē etiam io suis diuitijs manentem seruari posse, & in regnum cœlorum intrare. Idque tùm ex Paulo in priori ad Timotheum, vbi diuitibus non præcipit, vt omnia sua vendant, & dent pauperibus, & ex hoc ipso loco: quia diuiti quęrenti quid faciens vitam æternam possideret, nō dixit: Si vis ad vitam ingredi, vade, vende omoia quæ habes; sed, *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Et ea, quæ mandata erant, enumerans, inter ea noo posuit, Vade, vēde omnia quæ habes; sed iuueni quęrenti quid adhuc sibi deesset, respondit: *Si vis perfectus esse, vade, vende, &c.* Significans facultatum distractionem, & erogationem io pauperes non esse necessariam ad ingressum vitæ æternæ, sed ad perfectionem profitendam, & amplexandam. Quare hunc errorem cum cæteris Pelagius conuictus abiurauit, & anathematizauit, vt recitat Augustinus in epistola trigesima quarta ad Paulinum. Etsi dici possit, illud: *Adhuc vnum tibi deest, vt vitam æternam consequaris*, nimirum contemptus diuitiarum, quibus nimium afficiebatur, & confidebat, ita vt si non diuitias, saltem huoc affectum abijceret, oe salutem impediret: *Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus.*

Perfectio vitæ Christianæ, monasticæ videlicet, quatenus ad salutem necessaria.

Aduersus Pelagianorum errorem, diuitem, quamdiu diues est saluari non posse asserentium.

August. epist. 89. tom. 2.

1. Tim. 6.

Exod. 20.

Pelagij recantatio.

August.

Si vis esse perfectus, id est, si vis tibi nihil deesse, quod ad conseruandam salutem tibi est necessarium: perfectum enim est, cui nihil deest. ¶ *Vade, vende.* Noo quòd vendere omnia, & date, sit ad salutem necessarium; sed Domiuus consilium dedit ei, qui affectu illo impediebatur ab ingressu. Et ita ad perfectionem hanc hoc modo intellectam consilium est accommodum vendere omnia, & date pauperibus. Sed præstat sanè prior intellectus.

Perfectum quid sit.

Quidam sunt qui existimant, *Vade, vende*, præceptum esse temporale illi diuiti, & personale, vt venderet bona sua, & in pauperes distribueret. Sed hic sensus non conuenit cum intelligentia Patrum veterum, neque cum his quæ sequuntur, ex quibus Domioum patet id diuiti cuicunq; dictuꝝ, nulli tamen id præcepturum. Sed redeamus ad verba Euangelistæ. Audito igitur iuuenis Domioi responso, recessit mœreos, frustratus laude sperata iustitiæ. Sed vt hæc apertiora fiant, declarabimus in primis quid sit perfectio, & in qua re maximè consistat. Deinde explicabimus tenebras quas hæretici in hæc verba Christi offuderunt, dissoluemusque eorum argumenta, quo perspicuum, catholicum huius loci intellectum reddamus. Perfectum igitur idem est, quod totum, siue integrum, & cui nihil desit, vt Aristoteles etiam docuit: & perfectio simpliciter solùm est in Dei totam entitatis, & bonitatis naturam habente, qua ratione solus Deus perfectus est, sicut solus dicitur esse: *Ego sum*, ioquit, *qui sum*, & solus boous, vt etiam Christus dixit in hac disputatione: *Nemo bonus, nisi vnus Deus.* Porrò perfectum ex parte, & secundùm quid, in quauis re inuenitur habente aliquam entitatis perfectionem secundùm suam speciem limitatam, & à Deo participatam. Duplex est autem perfectio, altera conueniens statui præsentis vitæ, licèt non sit absolutè perfectio: altera in patria, vbi tam corpora, quàm animæ meliorem conditionem sortientur, &

Quid sit perfectio.

Arist. 2. De cœlo cap. 4.

Exod. 3.

Marc. 10.

Perfectio duplex.

Philip. 3.

1. Cor. 13.

maiorem perfectionem possidebũt, quod attinet ad esse humanum, de qua: *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim, sequor autem, si quomodo comprehendam, &c.* & alibi: *Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.*

Qua de perfectione hic sermo sit.

Hic autem sermo est de perfectione, non quæ spectat ad esse, sed de illa, quæ spectat ad operationem.

Matth. 5.
2 Cor. 13.

Quod ex eo patet, quòd inuitamur ex Sacris literis ad perfectionem: *Estote vos perfecti; sicut & Pater vester cœlestis perfectus est*: & Paulus: *Gaudete, perfecti estote, &c.* Et tamen ad ea, quæ non sunt in nostra potestate sita, non inuitamur.

Perfectio nostra in quo sita sit.

Ideò sermo est de perfectione operationis, & non ipsius esse. Deinde Christus dixit, *Si vis perfectus esse, Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus*: vendere autem, & dare pauperibus, opera nostra sunt. At perfectio nostra in charitate consistit, vt Apostolus docet ad Colossenses: Super omnia autem hæc, charitatem habere, quod est vinculum perfectionis, id est, vinciens omnes virtutes in quandam perfectam vnitatem.

Coloss. 3.

Charitas quomodo vinculum perfectionis Apostolo.

Nam Theologicæ virtutes, quæ Deum & vt obiectum, & vt finẽ respiciunt, præstant moralibus, cũ morales non habeant Deum sed creaturam pro obiecto. Inter Theologicas porrò nulla tam perfectè coniungit Deo, atq; charitas, quæ Deum propter se ipsum amplectitur. Et quatenus cæteræ virtutes participant charitatem, eatenus dicũtur perfectæ, iuxta illud: *Sitis perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia: quod fit, cum per charitatem, cognitiones, vel intellectiones nostræ conformantur veritati.*

1. Corint. 1.
Quando simus perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia.
Rom. 5.
Iacob. 1.
Patientia etiam vti opus perfectum habeat.

Ita etiam patientia dicitur opus perfectum habere; quatenus ex charitate dilecti Dei fert quis aduersa, secũdùm id: *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia?* Et quæ sequuntur. Et, *Ibant gaudentes Apostoli à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.*

Rom. 8.
Act. 5.
Perfectio simpliciter, & perfectio secũdum quid, quænam sint.

Rursus perfectio simpliciter, est secundùm id, quod pertinet ad rei naturã, & speciem, vt ad naturam animalis, secundùm quid verò, quantum ad accidentia, vt colorem, robur, & similia. Ad hunc modũ essentialis perfectio vitæ Christianæ, est in charitate, qua coniungimur Deo; aliæ verò virtutes ornamento sunt: esse namque spirituale à Christo per amorem nobis vnitum participatum, est vita Christiani. Atq; hæc perfectio possibilis est in via, alioqui ad eã possidendam nõ inuitaremur:

Exhortationes quare adhibeantur.

nam exhortationes ideò adhibentur, vt ea præstemus, quæ necessaria sunt ad ea obtinenda, non autem pro his præstãdis, quæ in patria possidebimus. Non cõtingit autem tanta charitatis perfectio, vt amem⁹ æquè ipsum obiectũ, quãtum amabile est: nam hoc est impossibile naturæ nostræ, cum sit infinito amore dignum, quem creatura reddere nequit.

Dilectio in hac vita qualis possit haberi.

Neque quotum diligens amare potest, ita vt actu secundum totum conatum feratur semper in Deum; sed quatenus non solùm excludit ab effectu nostro repugnantia dilectioni, quod est necessitatis; sed etiam quæcunque illam impedientia, seu retardantia, pro fragilitate nostra. Charitas autem non solùm est opus præcepti; quod quia ad finem est, mensuratum esse debet ad rationem finis, sed etiam finis est, iuxta illud; Finis præcepti, est Charitas; qui finis caret mensura: vt Medicus pro ratione sanitatis medicinam metitur, at sanitati mensuram non præscribit.

1. Timoth. 1.

Dilectio Dei quæ necessaria ad salutẽ, quæ minime.

Diligere ergo Deum super omnia, præceptum est obligans omnes: gradus verò intensionis eius, id est, perfectio, etsi sit in præcepto, tanquam in demonstrante finẽ quò tenditur, quia quantumuis perfecta charitas est sub illo, *Diliges ex toto corde, &c.* vel, *Sicut teipsum*: non tamen est sub eo, si obligationem spectes.

Deut. 6.
Matth. 22.

Finis autem est ostensus in præcepto dilectionis secundùm August. lib. De perfectione iustitiæ; ne putaret homo se posse vltra modum amare, vt ieiunare, quod medium est.

August. lib. De perfect. iustitia Ratiocinatione 16. in responsio. tom 7.

In præcepto igitur, & non in consilio, consistit essentialis perfectio Christiani: nam dilectio explicatur per præcepta dilectionis, & non per consilia, in quibus, quasi vt instrumentis ad charitatem ordinatis, includitur, id est, ad tollẽda ea, quæ impediunt actũ charitatis: quemadmodum alia præcepta ad tollendum ea, quæ repugnant habitui charitatis, instituta sunt.

Explicatio dilectionis vnde pendeat.

Est ergo in consilijs modus tantùm perueniẽdi ad perfectionẽ, nisi accipiantur inclusis præceptis, sine quibus non sufficiunt ad salutem. Charitas igitur absolutè cadit sub pręcepto; eius autem perfectio non cadit sub obligatione præcepti, sed sub ostensione finis. Et prima incipit cum obseruantia præceptorum, secunda sequitur: sicut perfectio aucti, sequitur eam geniti. Status propriè spectat ad cõditionem libertatis, vel seruitutis: spiritualis autem libertas, aut seruitus potest considerari, aut secundùm id quod interius agitur, aut secundùm id quod foris ostenditur: homines enim vident ea quæ patent, Dominus autem intuetur cor.

1. Reg. 16.

Hinc est, quòd secundùm interiorem hominis dispositionem, accipitur conditio spiritualis status in homine per comparationem ad diuinum iudicium: nam quilibet qui est perfectus, est in statu perfectionis. Sed quia tam perfectio, quã status secũdum interiora nobis sunt ignota, non consueuimus statũ perfectionis sic accipere, sed quantũ ad Ecclesiã,

Ecclesia vnde iudicare soleat.

quæ

quæ secundum externa iudicat, & quæ distinguit statum perfectorum à statu imperfectorum. Vt igitur apud homines, vt quis consequatur statum seruitutis, vel libertatis, requiruntur primò quædã obligatio, vel absolutio; deinde solennitas quædam illis adiuncta: nec enim esti seruus dicatur à seruiendo, ideò est seruus quicunque alteri seruit, sed qui obligatur ad seruiendum: nã interdum seruiunt, qui serui non sunt, inxta illud Apostoli: *Per charitatem spiritus seruite inuicem.* Nec sufficit non seruire, vt quis non sit seruus, vt pater de seruo fugitiuo, vel infirmo. Ideò qui se obligat ad tollenda impedimenta charitatis, vt religiosus expressè, & Episcopus tacitè, dicitur à nobis esse in statu perfectionis quantum ad nos, & non laicus perfectus, qui tamẽ quantum ad Deum attinet, in quodam est statu perfectionis nobis ignoto; non autem est in externo statu perfectionis, à quo excludũtur etiam perfecti, & perfectam habentes charitatem, & in quo sunt rursus multi imperfecti suo vitio.

Seruus propriè quis.

Gal. 5.

Ait ergo Dominus: *Si vis perfectus esse*, id est, si vis perfectam charitatem habere, abiecta triplici concupiscentia per tria vota, vt explicabimus; vade, & vende: non quasi sit perfectio, vel omnimoda dispositio ad perfectionem hęc rerum temporalium abdicatio: quia opus est continentia, & obedientia; sed quia est bona pars: quia plus impedire solet cura rei familiaris, maximè diuitem auarum, quàm omnia alia. Est etiam facilior hæc dimissio, quàm vxorum. Nam paupertas facilior est continentia, & de qua dixit: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* Dixit autem Dominus, *Vade*, id est, incipe facere. Et quia bona domi habebat, quæ venditurus erat, non autẽ præsentia; ideò opus erat abire. Tertiò, vt instrueret omnes appetentes statũ perfectionis non debere diu morari in bene vẽdendo quod habent, ne interim accidãt impedimenta. Nam vt Hiero. ait ad Paulinum: *Nemo renuntiaturus seculo, bene potest vendere, quæ contempsit, vt venderet.* Sic ille. Rursus ait, *Vende*: per hoc prohibens res quas possidemus, pro derelictis relinquere: quia non relinquuntur tanquam malæ, sed tanquam bonæ pro melioribus, id est, pro spiritualibus, & æternis: non enim bona temporalia mala sunt; aliàs Deus aliquid malum, vel superfluum condidisset. Ideò morituri adstringimur de eis bene disponere. Secundo dixit, *Vende*, ne alicui vni relinqueret eum ditãdo, sed vt moderatè, eleemosynæ dentur pauperibus: Nam si non venderentur res, oporteret eas dari integras pauperibus.

Quid est: Si vis perfectus esse. 1. Ioan. 2.

Ibidem.

Quare Christus dixit adolescenti: Vade, vẽde, & reliq.

Hieron. epist. 103. tom. 3. in princ.

Bona temporalia cui Dominus vendere, non autem iubeat derelinquere.

I I. ratio.

Quædam autem sunt magni valoris, vt domus, vel ager, vel seruus, & quę pauperibus non conueniunt. Tertiò præcepit vendere, ne dissiparet citò lautè viuendo: & mens Christi erat, vt cum ratione ea à nobis abdicemus. Venditio autẽ fit hic pro pauperibus, ne ditentur: & quia pecunia, quæ medium est commutationis, & adhibetur vt fideiussor circa omnia, vt docet Aristot. in Ethicis; ideò quæuis necessitas ea suppleri potest, non sic autem rebus ipsis.

III. ratio.

Arist. l. 5. Ethic ad Nicomach c. 5.

Dixit autem, omnia; vt omnis cura, & sollicitudo temporalium tollatur: spes omnis in Deo collocetur. Omnia etiã, & non tantùm partem bonorum; ne quod accidit Ananiæ, & Sapphirę, defrandantibus de pretio agri, nobis contingat: ideò melius hoc, quàm manere in seculo distribuendo diuinas: & verum est, q; præstat citò religionem amplecti, etiam paucas eleemosynas faciendo, quàm diu manendo, magnas. Rursus Hiero. in li. aduersus Vigilantium eum arguens, rectè scribit: *Quod autem asseris, eos melius facere, qui vtuntur rebus suis, & paullatim fructus passionum suarum pauperibus diuidunt, quam illos, qui possessionibus venundatis, semel omnia largiuntur: non à me eis, sed à Domino respondebitur: Si vis esse perfectus, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me.* Et Augustinus siue Gennadius li. De Ecclesiast. dogmat. *Bonum est*, inquit, *facultates cum dispensatione pauperibus erogare. Melius est pro intentione sequendi Dominum in simul donare, & absolutum sollicitudine cum Christo egere.* Sic ille. Præterea præstat omnia vendere, quia qui adhuc omnia possidet, delectatur possessione, non mendicat: solicitus redditur, & non facit opera meliora, quam distribuere. Rursus ait: *Omnia quæ habes.* Græcè, vt notat Clemens Alexandrinus, legitur ὑπάρχοντα, non ea quæ sunt aliena in anima, vt quidam putant: nam quomodo ea distribueret pauperibus? Nec peccata, vt Theophylact. in Marcum ait, quæ vult dari pauperibus dæmonibus omni bono destitutis, vt possimus Christum sequi. Sed hæc absurda, & dura est expositio. Ergo per *Omnia quæ habes*, siue ὑπάρχοντα, intellige facultates, quibus contemptis sequendus est Christus. Omnia ergo quæ habes actu, neque detineatis litigando pro alijs. Hinc Hierony. epist. ad Paulinum propè finem, ait: *Si habes in potestate rem tuam, vende: si non habes, proijce. Tollenti tunicam, & pallium relinquendum est. Scilicet nisi tu semper recrastinans, & diem de die trahens, cautè, & pedetentim tuas possessiunculas vendideris, non habet Christus vnde alat pauperes suos. Totum Deo dedit, qui seipsum obtulit.* Sic Hieronymus. Si verò ex his

Cur omnia vendenda.

Act. 5.

Hier. propè fi. lib. to. 2. inis. Contra Vigilantium.

Aug. l. de Eccles. dogmat. c. 70. to. 3.

II. ratio.

Omnia quæ habemus nobis quæ vendenda secundum aliquos inepte.

Cl. Alex. l. 4. Strom. c. 2.

Theophyl.

Verus sensus ac proprius huius loci.

B. Hier. epi. 103. to. 3. in princ.

Matth. 5.

quæ

quæ habes, quædam sunt aliena; illa danda sunt dominis suis, non pauperibus.

Vendita illa propter Christum bona, cur pauperibus danda. Crates Thebani, & aliorum quorundam inter his diuitiarum contemptus.

Et da pauperibus: Non vult Dominus opes quas deserimus, in vanos vsus profundi, sed vt in beneficium cedant pauperum. Hinc Crates ille Thebanus meritò reprehenditur, quòd, cum Athenas pergeret ad philosophandum, magnū auri pondus deiecit in mare, dicens; *Demergo vos, ne demergar à vobis.* In historia etiam B. Ioan. Euangelistę Craton quidam lapides pretiosos, duuenditis omnibus facultatibus suis legitur comparasse, & comparatos, omnes confregisse, & inutiles reddidisse. Origenes commemorat Thebæum quendam fuisse, qui omnem suam substantiam tradiderit populo Thebanorum propter libertatem animæ suę, & exemplum vitę facilioris, & vt se beatum demonstraret Gentilibus, nec indigentem hoc mundo.

Orig. tract. 8 in Matt. circa med to. 2.

Bonorum distributio pauperibus qualis facienda pręcipuus.

Porrò qui habet filios, etsi diuites, non potest eos priuare legitima portione, quæ iure positiuo, & à natura non dissonanteo eis competit: & talibus, si voluerit, potest plus aliquid conferre: sed meli[9] datur pauperibus. Si autem filij sunt pauperes, debeter releuare eorum inopiam, detracto eo quod vult pro se dare monasterio. At verò qui hæredes necessarios non habet: si parētes diuites habet, nihil cogitur eis relinquere: secus est si pauperes sint, quia debet eis impertiri ad necessitatem subleuādam. Si verò non habet, vt hic adolescens Euangelicus non habebat, distribuenda sunt pauperibus, maximè consanguineis. At si hæredes, vel parentes pauperes non habet, vt hic Princeps, potest, & debet, iuxta consilium Christi pauperibus distribuere.

Quibus danda pauperib. sint. Luc. 21.

In pauperum autem nomine templa, Ecclesiæ, & loca pia maximè intelliguntur, quæ Dominus non expressit, nisi tacitè, vt subtraheret à dando ipsi templo, quod nō erat per se malum, quia laudauit viduā offerentem duo æra minuta, & mittentem in Gazophylacium; sed ob Pharisæos malè dispensantes, & extorquētes frequenter à iuuentute, quę porrigenda erant parentibus. Da ergo pauperib[9], quia ita illi adolescenti expediebat: secus si haberet suos pauperes.

Matth. 15.

Ingredientiū religionem bona pauperibus, non alijs eroganda.

Quoniam verò in hac distributione bonorum ad perfectionis statum suscipiendum, interdum à plerisque erratur, nec Euangelio se reddunt conformes: operępretium duxi de his paulò latiùs disserere. Dixi ergo, & iterum dico, quòd qui volunt assumere statum istum, possunt, & debent bona sua in pauperes erogare. Iam huius dicti rationes proponā. Nam in illa verba Christi: *Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus;* ita scripsit Hieronymus: *In potestate nostra est; vtrùm velimus esse perfecti: tamen quicunque perfectus esse voluerit, debet vendere quæ habet, & non ex parte vendere, sicut Ananias fecit, & Sapphira, sed totum vendere: & cum vendiderit omne, dare pauperibus, & sic sibi comparare thesaurum in regno cælorum. Et hoc non sufficit, nisi post contemptas diuitias Saluatorem sequatur, id est relictis malis; faciat bona.* Idem ad Iulianum epistolà tractans eadem verba: *Si vis perfectus esse: Vade,* inquit, *& vende non partem substantiæ, sed vniuersa, quæ possides: & da, non amicis, non consanguineis, non propinquis, non vxori, non liberis: plus aliquid addam: nihil tibi ex omnibus metu inopiæ reseruans, ne cum Anania damneris, & Sapphira: sed da cuncta pauperibus.* Idem ad Hedibiam quæst. 1. in principio: *Si vis esse perfecta, & tollere crucem tuam, & sequi Dominum Saluatorem, & imitari Petrum dicentem: Ecce nos dimisimus omnia & secuti sumus te: vade, & vende omnia quæ habes; & da pauperibus, & sequere Saluatorem. Non dixit, Da filijs, da fratribus, da propinquis: quos etiam si haberes, iure ijs Dominus præferretur; sed da pauperibus; imò da Christo, qui in pauperibus pascitur: Qui cùm diues esset, pro nobis pauper factus est.* Et infrà propè finem: *Si vis esse perfecta, non tibi iugum necessitatis imponit, sed potestati tuæ liberum concedit arbitrium. Vis esse perfecta, & in primo stare fastigio dignitatis? fac, quod fecerunt Apostoli, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere Saluatorem, & nudam solamq; crucem nuda sequaris & sola. Non vis esse perfecta, sed secundum vis tenere gradum virtutis; dimitte omnia quæcunque habes, da filijs, da propinquis.* Hæc Hieronymus, satis fauens huic nostræ sententiæ. Quam etiam Paulini Episcopi confirmat exemplum, de quo Ambrosius lib. 6. epist. 36. ad Sabinum ita scribit: *Paulinum splendore generis in partibus Aquitaniæ nulli secundum, venditis facultatibus, tam suis, quàm etiam coniugalibus, in hos se induisse cultus ad fidem comperi, vt ea in pauperes conferat, quæ redegit in pecuniam, & ipse pauper ex diuite factus tanquam deoneratus graui sarcina, domus, patria, cognationi quoque valdedicat, quò impensius Deo seruiat.* Hæc ille.

B. Hier. to. 9. initio.
Act. 5.
Quid contēptis diuitijs. Saluatorem sequi, Hier.
Psal. 33. & 1 Pet. 3.
Idem epist. 124. circa med. to. 2.
Idem epist. 150. tom. 3.
Matt. 19.
2. Cor. 8.
Duplex gradus virtutis, & perfectionis.
Ambros. to 3.

1. ratio.
Luc. 11.

Deinde secundùm B. Thomæ, & communem sententiam Doctorum; cum Dominus dixit, *Quòd superest, date eleemosynam,* ita intelligendum est, vt omne superfluum personæ, & status, quod est in quolibet fideli, debeat iuxta hoc præceptum in pauperes erogari, sub mortiferi delicti pœna, si in graui necessitate sint: sic ille, qui paratus est statum perfectionis assumere, vel ingredi probatam religionem, omnia quę habet siue ad personam, siue ad statum spectantia, quæ

tia, quæ illi sunt superflua, cogitur dispensare in pauperes eiusmodi, vt obediat præcepto Domini. Quod si quis obijciat, parentes, aut propinquos se habere pauperes, & in illos velle sua erogare, dicendum est iuxta doctrinam August. ep. 38. ad Lætum, parentes pauperes primum habere locum inter pauperes, & illis primo esse erogandum tanquam pauperibus, non tanquam propinquis: non ita tamen, vt ditiores inde fiant, & opulentiores, vt locus sit alijs pauperibus aliquid tribuendi. Quod si reuera non egent, nihil est illis dandum. Si verò parẽtes, vel propinqui nostra clam, aut per vim occupent, & intendere litem velint, & nolint dare quod suum non est, sed retinere: tunc teste B. Basilio, satis est protestari quod illi vim faciunt, & alienum retinent. Potest etiam se à litib. expedire, & non tardare ingressum religionis. Adhæc cum erogatione eleemosynarum, & bonorum nostrorum dispensatione, remissionem peccatorum, & vitam æternam consequamur, iuxta illud Tobiæ: *Præmium bonum tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo, eleemosyna omnibus facientibus eam.* Qui bona sua in propinquos, & parentes sponte distribuit, qui tamen non egent, iacturam facit tam bonorum, quam ipsius vitæ æternæ, & remissionis peccatorum. Secus esset, si egerent. Quare rectè Ambros. quodam loco hanc tractans quæstionem, scripsit: *Proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas. Melius est enim vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ob alijs sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitatis: non tamen vt illi ditiores eo fieri velint, quod tu posses conferre inopibus. Causa enim præstat, non gratia. Neque enim propterea te Domino dicasti, vt tuos diuites facias: sed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, & pretio miserationis peccata redimas tua. Putant se parum poscere: pretium tuum quærunt: vitæ tuæ fructum adimere contendunt. Et accusat quod eum diuitem non feceris, cum te ille velit æterna vita fraudare mercede.* Hæc ille, quæ cogitanda sunt, & expendenda.

Bona quare nus parentib. & consanguineis elargienda.
B. Aug. to. 2.
Basil. in regulis fusius disp. interrog. 9 tom. 2.
III. Ratio.
Tob. 4.
B. Ambr. li. 1. offic. c. 30 circa med.
Parentibus quatenus bene faciendum ex Ambrosio

IV. Ratio.

Amplius si Matth. 25. damnantur, qui non faciunt eleemosynam, qui cum habeant, nolunt porrigere: quanto magis illi, qui statum perfectionis assumunt, debent, vbi non habent egentes cognatos, in alios pauperes bona sua effundere, ne illis dicatur: *Discedite à me maledicti in ignem æternum. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, &c.* Ideo Dominus consuluit: *Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos, neque diuites; ne forte te & ipsi reinuitent, & fiat tibi retributio: sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos.* Et quomodo ille euadet sententiam Ioannis, dicentis: *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* Rursus in primitiua Ecclesia fideles quamplurima ponebant bona sua ad pedes Apostolorum, & distribuebantur, prout vnicuique opus erat, non autem ante pedes cognatorum, vel parentum. Quin & Canon Apostolorum 39. statuit: *Non licet Episcopo ex bonis Ecclesiæ aliquid omnino contingere, aut parentibus proprijs, quæ Dei sunt, condonare. Quod si pauperes sunt, tanquam pauperibus subministret, ne eorum occasione Ecclesiæ negotia deprædentur.* Hæc illi. Certè de B. Francisco legimus, adolescenti cuidam volenti suam ingredi religionem, consilium dedisse, vt prius in vsus pauperum bona sua distribueret: qui cum secus fecisset, & in parentes, & propinquos diuites erogasset, noluit eum in suæ admittere religionis cõsortium. Sequitur: *Et habebis thesaurum in cœlo.* Thesaurus propriè multitudinem auri reconditi significat: & vt plurimum transfertur ad omnia bona reposita, quæ sint recondita in magnitudine, & magni pretij. Ideo apud Ieremiam, *Decem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismael, Noli occidere nos, quia habemus thesauros in agro frumenti, & hordei, & olei, & mellis.* Et nititur hæc metaphora in eo, quod omnia rediguntur in pecuniam per commutationem, cum numismata sit fideiussor pro omnibus. Thesaurus igitur in cœlo, propriè in pecunia reposita non erit, quia non est ibi vsus pecuniæ, sed neque erit vsus naturalium diuitiarum, vt frumenti, vel olei, vel hordei: sed accipitur large thesaurus pro magnitudine præmiorum. Nam vt aliquibus respondent parua prẽmia in cœlo, ita alijs magna, qui dicũtur habere thesaurũ. Et quia prẽmia respõdent meritis: qui dando promerentur, accipiendo remunerantur, ideo relinquenti thesauros terrenos, accommode promittitur thesaurus cœlestis, ob quã causam nõ promittitur seruantib. castitatem, licet hoc sit difficilius, quam omnia ab se abdicare. Subdit: *Et veni, sequere me:* s. corpore, vt Apostoli, & discipuli sequebãtur Christũ quocũq; iret. Et ita sequi non erat per se actus perfectionis, sed eos qui se sequebantur, instruebat, & paulatim ad opera perfectionis perducebat. Vel, *Sequere me*, Euãgelizantẽ verbo, & vita: Sequere me, non tam corporis gressu, quã mẽtis affectu (vt ait Ambr.) imitatione

Matt. 25.
Luc. 14.
Qui vocandi ad conuiuium
1. Ioan. 3.
V. Ratio.
Act. 4.
Apostolica sanctio de distributione bonorum.
VI. Ratio.
B. Francisci documentum paupertatis.
Thesaurus propriè quid.
Ierem. 41.
Habere thesaurum in cœlo, quid.
Sequela Iesu quid conferret.
Quid sit sequi Iesum.

Ambr. in Luc. c. 10. 10.5.
Theophyl.
Marc. 10.
Tollere crucē quid sit.

vitæ meæ, & exempla actionum mearum consectando, & semper sequendo, non hodie quidem, cras autem non, vt ait Theophylact. Atque in hac sequela plane sita est omnis charitatis Christianæ perfectio, quā Christus singulariter mundo exhibuit. Et aduerte, Græcam literam apud Marcum habere: *Et veni sequere me*, tollens crucem, vel sublata cruce: id est, paratus ad paupertatem, & mortem perpetiendam pro nomine meo. Non ergo in abdicandis bonis suis, & pauperibus distribuendis consistit perfectio. Ita enim ait Abbas Moyses apud Cassianum: *Ob hoc, inquit, quis vtensilia cuiuslibet artis instituere sibimet, ac preparare festinat, non vt ea possideat otiose, nec vt emolumenti illis fructum qui speratur ex ipsis in nuda instrumentorum possessione constituat, sed vt eorum ministerio peritiam, finemq; illius disciplinæ, cuius hæc adiumenta sunt, efficaciter apprehendat. Igitur ieiunia, vigiliæ, meditatio Scripturarum, nuditas, ac priuatio omnium facultatum, non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt: quia non in his consistit disciplina illius finis, sed per illa peruenitur ad finem.* Hæc ille. Hinc & Hieronymus ponderat, quod cum non sufficiat omnia vendere, & relinquere, Petrus addidit, scilicet, Et secuti sumus te. Ita ergo cogitandum est, vota esse instrumenta perfectionis, non ipsam perfectionem. Si enim quis grauatus sarcinis, & vestibus præpeditus, montem esset conscensurus, maxima conscensionis haberet impedimenta, at si sarcinas poneret, & vestes præcingeret, non diceretur iam ascendisse, sed assecutum esse faciliorem dispositionem, & statum cursoris cuiusdam expediti ad ascendendum: ita de religione, & eius exercitijs, quæ ad perfectionem cōducunt, cogitandum est. Subdit Euangelista:

Cassian. Collat. 1. c. 7. circ. med.
Hieron. loco citato.
Vota sunt perfectionis instrumenta nō ipsa perfectio.
Simile.

Cum audisset autem adolescens verbum, abijt tristis, erat enim habens multas possessiones. Rogabis cur Dominus efficaciter non vocauit hunc adolescentem? Respondeo primum cum Apostolo in priori ad Corinth. dicente, *Videte vocationem vestram, fratres: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ita etiam, non multi diuites.* Deinde ostensum voluit, quantus sit homo cum carne, & quantus resuscitatus, cum dato Spiritu ipse suis ostendit quanta oporteat eos pro nomine suo pati. Et hic qui modo fugit, fortasse maiore animo reuertetur. Certè quamplurimi multo hoc ditiores, se, suaque reliquerunt pro nomine Iesu, vt digni essent, qui cognominarentur Christiani. Mœrore affectus est adolescens audito Christi verbo, præ verecundia, quod non assequeretur perfectionem,

Cur Dominus efficaciter non vocarit hunc adolescentem.
1. Cor. 1.
1. Ratio.
Secunda.
Adolescens ad statum perfectionis à Christo inuitatus, non acquiescens, cur mi nime peccauit.

de qua interrogauerat: nō tamen peccauit, quia agens in cōsilium citra contemptum, non peccat. Sed qui semel misit manum suam ad aratrum perfectionis, ille si non persistat, aptus non est regno Dei: nam in statu perfectionis peculiariter habetur regnum Dei: alioqui gloria non perditur omisso consilio: & Christus impedimentum quod diuites ab opibus habent, ostendere voluit. Et si vero multas possessiones haberet, non tamen vt vltimum finem diligebat: nec tantum quatenus vtiles erant, quod non est peccatum, sed etiam faciens ex vtilibus delectabiles, citra finem tamen, quod veniale delictum est. Et huiusmodi quidem amor etsi impediat perfectionem, non tamen diuinorum præceptorum obseruantiam. Ecce quomodo spinæ diuitiarum suffocent verbum ne crescat. Vnde Theophylactus: *Erat enim, inquit, habens possessiones multas. Nam qui paucas habet, non ita ab illis detinetur: in multis enim diuitijs violentius est vinculum.* Hæc ille. Vides ergo diuitiarum amorem illi non permisisse complecti perfectionem quam volebat: quo plura habebat, eo magis seruus eorum effectus erat, & additio diuitiarum additionem fecerat auaritiæ. Rectè profectò scripsit Augustinus ad Paulinum: *Nescio quo autem modo, cum superflua, & terrena diliguntur, arctius adepta, quam concupita constringunt. Nam vnde tristis ille discessit, qui consilium vitæ æternæ consequendæ quærebat à Domino, nisi quia magnas, vt Euangelium loquitur, habebat diuitias? Aliud est enim nolle incorporare quæ desunt, aliud iam incorporata diuellere. Illa velut cibi repudiantur, illa velut membra præciduntur.* Sic Augustin. Quare qui ad perfectionis statum vocati sunt, contendant indies maiores progressus facere, & meminerint vxoris Loth, quę à tergo respiciens, in statuam salis ad aliorum exemplum conuersa est: neque imitentur Israelitas gressibus corporeis in terram promissam pergentes, & corde in Ægyptum reuertētes. Nam videas quosdam religiosos adeo sui instituti immemores, vt quæcunque secularia iunt, & mundum spirant, religioni affingant, vt iam religio plane mūdana & secularis effecta sit apud nonnullos. Atque hi sunt, qui præter habitum & cæremonias nihil veræ religionis obtinent, cum corde mundum spirent, einsque honores, & dignitates affectent, illasque quibus possunt artibus & rationib. ambiant. At vero religiosi, qui semel mundo nuntium miserunt, sua vocatione contenti, sibi ipsis, atque adeo Christo viuant, eius beneficia meditentur, eius exempla consectentur, ad præmia cœlestia aspirent,

Luc. 9.
Amor qui perfectionem quidem impediat non tamē diuinorum obseruantiam præceptorum.
Matt. 13.
Theophyl. in Matt.
Aug. ep. 3. sub fin. tom. 2.
Gen. 19. & Luc. 17.
Num. 11.
Notantur religiosi quidam.
Veri religiosi quinam.

& ad illum thesaurum possidédum, quem huic adolescenti pollicitus est Christus Dominus noster, qui cum Patre, & Spiritu sancto semper viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

TRACTATVS LII.

De disceptatione Domini cum diuite adolescente, quem inuitauit ad statum perfectionis. Et habetur Matth. 19. Marc. 10. & Luc. 18.

SVperiori Tractatu explicuimus congressum diuitis adolescentis cum Domino illũ ad statum perfectionis vocanti: iam nonnihil aduersus hæreticos disserendum est, qui multis modis hunc perfectionis statum aut de medio tollere, aut certè obscurare nixi sunt. Ex verbis igitur Domini ad adolescentem dictis duo colliguntur status in Ecclesia, in quibus opera iustitiæ, & salutis exercere possumus: Alter communis & necessarius in baptismo ad obseruantiam mandatorum; altior secundus, quem propria assumimus electione Deo aspirante, & votis adstringimur ad cõsiliorum Euangelicorum custodiam vltra communia mandata. De his duobus vitæ in Ecclesia Dei institutis ita philosophatur Eusebius Cæsariensis libr. de demonstratione Euangelica: *Quocirca in Ecclesia Dei duo etiam viuendi modi instituti sunt: alter quidem naturam nostram, & communem hominum vita rationem excedens, non nuptias, non sobolem, non substantiam, non opum facultatem requirens: totus autem prorsus à communi & consueta cunctorum hominum vita abhorrens, & soli Diuino cultus, ex immenso rerum cælestium amore addictus, qui hunc modum amplexi sunt, quasi ab hac mortali vita seiuncti, ipsumq; duntaxat corpus in terra gerentes; cogitatione verò atq; animo in ipso cælo degentes quasi quidam cælites; reliquorum hominum vitam despiciunt: quippe qui pro vniuerso genere, supremo omnium Deo sacrati sint: idq; non boum mactationibus, non cruoribus, non libationibus, aut nidore vllo neq; fumo, aut ignis deuoratione, consumptioneue corporum; sed rectis veræ pietatis sententijs, & purgati animi affectione, adhac operibus quoq; ac verbis, quæ à virtute proficiscuntur, quibus rebus diuinitatem ipsam placantes, suum & pro ipsis, & pro alijs, qui eiusdem sint generis, administrant Sacerdotium. Et talis quidem existit in Christianismo perfectus vitæ modus. Alter verò remissior atque humanior; hic & modesto coniugio, & sobolis procuratione implicatur, & rei familiaris curam assumit, & iustè militantibus, quæ sint agenda, describit: agros quoq; & mercaturam, aliumq; magis ciuilem viuendi morem adiuncta religione, non negligit. Iis autem qui hunc modum elegerunt, & exercitationum tempora, & his quidem secundus pietatis attributus est gradus, dum aptam huic ipsi generi vita præbet vtilitatem, vt nullus planè ab aduentu salutari separetur, sed omne genus hominũ tam Barbarorum, quàm Græcorum, Euangelica doctrina fructum percipiat.* Hactenus Eusebius. Quid clarius, quid accommodatius, quid denique significantius de hoc religiosæ vitæ genere, quá cœlesté videtur appellare, aduersus nostri temporis hæreticos ab hoc homine aut dici, aut excogitari potuit? Quòd autem status perfectior ex illis Domini verbis colligatur, ex eo constare potest: quia cum rogasset adolescens Dominum, *quid boni faciam vt habeam vitã æternam?* Cui Dominus, *Serua*, inquit, *mandata*, cumq́ue ille dixisset: *Omnia hæc custodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deest?* Dominus subiunxit; *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, &c.* Ex quibus habes, sat esse ad vitam assequendam, mãdatorum custodiam in statu communi, non renuntiando bonis, neque se propter regnum cœlorum castrando, neque Iesum propè, & assiduè, sed à lõginquo sequendo, & his quæ sunt mundi, vacando. Ecce primus status communis, in quo potest homini esse salus. De secundo statu roganti adolescẽti quid sibi deesset, dixit Dominus: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, &c.* ac si expressius diceret; Nihil tibi deest, si obseruaueris mandata, vel in statu, in quo es, ad obtinendam vitam; ni velis perfectionis iustitiæ statum adipisci: ideò rectè ait, Si vis; vt cõsilium sit, nõ præceptum ex quo consurgit altior status, qui dicitur perfectionis: non quod hæc perfectio contingat statim abdicatis bonis, & emisso voto; sed quod hæc sit via & modus ad perfectionem obtinẽdam, *Vade*, inquit, *vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequere me.* Et quod hic sit verissimus, germanus, & Catholicus sensus, cõstat in primis ex his, quæ superiori tractatu disseruimus. Constat deinde ex vsu & praxi Ecclesiæ, quæ optima est Scripturarum interpres: hæc enim verba perpetuo intellexit Ecclesia de statu illo perfectionis, ad quem non omnes arctantur, nisi tantum qui volunt. Nam Apostoli à Christo vocati omnia reliquerunt, & hoc verbum Christi se secutos fuisse affirmarunt: in quorum persona dixit Petrus: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?*

B. Athanasius in vita S. Antonij cultoris

Hæreticorum vota vitæ monasticæ damnantium confutatio.

Duplex in Ecclesia Dei status, necessarius, & voluntarius, id est, perfectionis.

Euseb. Cæsar. lib. 1. de demõst. Euang. cap. 8.

Religiosæ vitæ, & secularis descriptio per Eusebium.

Statum hunc perfectionis ex Domini verbis apertè colligi.

Quid significet, Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, &c.

Ecclesiæ praxis optima Scripturarum interpres.

Matth. 19.

B. Athanas.

dare filijs vestris: non quod tales Deus nos condiderit, sed quod à primo parente nostro natura nostra viciata sit. Quod vero dicitur: *Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona*, & Timotheum Paulus vocat bonum ministrum, & bonum militem: & Barnabas appellatur in Actis vir bonus, & plenus Spiritu sancto, & fide: ad donum à Deo acceptum spectat. Et hæc expositio alijs locis Scripturæ iuuatur. Vocat enim Apostolus Deum solum sapientem, solum immortalem, solum æternum, & tamen nihil oberit, vt August. docet lib. de natura boni, & mali, si Salomon dicatur Sapiens, vel Paulus vt sapiēs architectus fundamētum ponens, & anima immortalis dicitur, & ignem æternum legimus: non tamen anima immortalis est sicut Deus, nec ignis æternus est, sicut Deus æternus est. Voluit etiam Dñs, vt ille Princeps ad responsum suum posset humiliari, & cogitare: si talis ac tantus Propheta non videtur agnoscere boni appellationem, quis ego sum, qui nō tantum bonus, sed & perfectus esse mihi videor? Non ergo negat Christus quod sit bonus, sed quærit, vnde sit bonus, à quo non perfectè cognoscitur. Neq; perpetuo huiusmodi quæstiones negationem inclusam habent, vt cum dixit: *Quid vocatis me Domine, Domine, &c.* neque tamen ob id se negat esse Dominum.

Matt. 12. 1 Tim. 4. Act. 11. 1. Tim. 6. Aug. libr. de natu boni, & mali, cap. 39. 1. Corin. 3. Matth. 25. Luc. 6.

Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Breuis est hæc sententia, sed quæ multum succi contineat. Diuina enim bonitas, quæ liberum hominem condidit, & sua sponte prolapsum seruare voluit, erigere eum præceptis, consilijs, & exemplis veluti fræno quodam, nunc strictiori, nunc laxiori decreuit vt in officio permaneret suo. Mandatis ergo præcipitur virtutis operatio, consilijs via expedita præstandi præceptum munitur. Et ne quis conquereretur artam esse viam ad vitam, voluit esse inter homines viua quædam, & animata exempla, qui inoffensè viam mandatorum Dei percurrerent. Magna misericordia Dei est, vt ille nobis præcipiat, vt tum homo agnoscat se habere superiorem, & Deus habeat occasionem remunerandi magna illa mercede vitæ æternæ, quam pro magnificentia sua dare disposuit. Et qui vt tanto præmio nostra opera digna efficeret, voluit, iuxta Prophetam fingere laborem in præcepto, & voluit vt illa à nobis seruata, seruarent nos quemadmodum castrum seruatum, ab hostib. obsidentibus seruantem ipsum seruat.

Explicatur hæc Christi sententia: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Eccles. 15. Matth. 7. Psal. 118. Psal. 93.

Ingredimur autem vitam per obseruantiam mandatorum: quia nemo verè viuit nisi qui se Deo morigerum præstat. Sunt ergo præcepta, via; terminus vero, vita. Innuit liberum arbitrium, dicendo, si vis, & illam, quæ speratur, vitam, absolutè vitam esse sine morte. Serua, inquit, mandata, nō solum in scrinio memoriæ, & meditatione intellectus, sed & in exercitio operis: non notitiam mandatorum, & Scripturam, sed ipsa mandata. Et vt Origen. hoc loco ait: *Omnis qui super terram est, quamuis iustissimus esse videatur, potest quidem in vmbra esse vitæ, non autem in ipsa vita, cum sit corpore mortis circumdatus. Introibit autem quis in vitam, abstinens quidem se ab operibus mortuis, appetens autem opera viua, etiam nunquam quidem mortua loquens, sed secundum verbum Dei viuum viua: & non habens iam cogitationes mortuas in corde, sed viuas.* Sic ille. Mittit ergo illum ad seruanda mandata quæ olim negligebat, vt innuat patres saluos, & in omni statu homines posse seruari, si illa quæ communia sunt, & rationi consona, obseruēnt. Refelluntur etiam hoc verbo, qui hodie opera nimis deprimunt, ac fidem solam extollunt: qui rogati quid faciēdum ad consequendam æternam vitam? responderent, crede in Filium Dei. Et quia Dominus nunc fidem, nunc opera exigit, pro occasionis opportunitate declarauit, & fidem & opera esse ad salutem necessaria.

Cur nisi Dei mandata seruando, in vitam ingredi possimus. Vera vita, quæ. Mandata diuina quomodo seruanda. Psal. 93. Orig. tract. 8. in Matth. sub init. tom. 2. Rom. 7. Heb. 9. Introibit quis in vitam secundum Orig. In omni statu homines quà seruentur. Contra hæreticos solam fidem asserentes sufficere ad salutem.

Dicit illi, Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidium facies, &c. Interrogat, Quæ? non fraudulenter, quia non putabat præcepta antiqua obligare, sed noua alia præter legalia, quæ vitam nouam promitterent, & impetrarent, & quia Christus quædam mutabat. Et per præcepta quæ assignat, omnia intelligit: quia qui totam legem seruauerit, vt ait frater Domini, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Et concupiscentia vxoris, & rei alienæ, ad dilectionem proximi reducitur, siue ad adulterū, & furtū. Vt igitur in ciuitate ciues primo disponuntur, vt recte se habeant ad Principem vnum, siue gubernatorem, & in militia milites ad Imperatorem, cui subsunt, deinde ciues inter se, & milites mutuo ordinātur, ita per præcepta primæ tabulæ homines instituuntur, quomodo recte se habeant ad Deum, at per illa secundæ, quibus officijs mutuo teneantur homines, indicatur. Recte ergo se habet ad proximum suum, tum illi benefaciēdo, quod illo verbo præcipitur: *Honora patrem tuum, & matrem tuam*, tum vitando malum eius: tum in persona propria, cum mandat non occidere, tum in persona sibi coniuncta, cum præcipit: *Non mœchaberis*, tum in rebus, & fama, siue bono nomine, dicendo: *Non furaberis. Non falsum testimonium dices.* Instituitur

Exod. 20. Quo animo adolescēs Christum interrogauit quæ essent mandata ad salutem necessaria. Iac. 2. Præcepta primæ tabulæ & illa secundæ, quomodo se habeant. Quando recte quis se habeat ad proximum suum. Exod. 20.

tnitur præterea quantum ad partem ratione præditam in ſeipſo, dum præcipit honorare parentes, & à falſo teſtimonio abſtinere: & quantum ad vim animæ iraſcentis, præcipiendo nō occidere. Et circa partem concupiſcentem, commoda, & vtilia: *Non furaberis*; aut delectabilia dicendo: *Non mœchaberis.* Quatuor præceptis negatiuis, in quibus futurum pro imperatiuo more Hebræorum ponitur; addunt omnes vnū affirmatiuum: *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* Marcus etiam addit ſextum: Ne ſcilicet fraudem feceris, aliena nempe vel concupiſcendo, vel rapiendo. Vt videatur poſitum pro vltimo præcepto ſecundæ tabulæ de non concupiſcenda vxore, aut re proximi. Quibus omnib' apud Matth. ſubijcitur generale illud præceptum, in quo omnia præcepta recapitulantur: *Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Omittit verò præcepta primæ tabulæ; quia notū quod magis ſint neceſſaria. Et præmittenda eſt dilectio Dei ad formatam dilectionem proximi: etſi fieri poſſit, vt naturalis dilectio proximi præcedere queat, & præcedat dilectionem Dei. Non tacet autem, quaſi illa ſecundæ tabulæ mandata ſufficiant, vel ad initium vitæ, vel tanquam ſtatueret gradum quendam ad vitā ducere, quia dixit: Vnum tibi deeſt, ſcilicet perfectio Euangelij; plura autem deeſſent, ſi dilectio Dei deeſſet. Et ea quæ malū inferre proximo prohibent, tanquam magis neceſſaria honori parentibus exhibendo præponit; id eſt, beneficentiam. Furtum autem falſo teſtimonio præponit: quia grauius delictum habebatur penes Iudæos auaros. Facilius etiam eſt negatiuis, quam affirmatiuis mandatis ſatisfacere.

More Hebræorum futurum pro imperatiuo ſumitur.

Fraudem facias quis.

Rom. 13.

De præceptis primæ tabulæ cur hic verbū nullū in Chriſti ſermone.

Quid eſt quod furtum Domino præmittat homicidio.

Quæ Dei præcepta difficilius obſeruentur.

In illo autem verbo: *Serua mandata*, non intelligit cæremonias, vel iudicia, quantum obſeruatio, id eſt, opus operatum, tantùm temporaria bona promerebatur. Nec ſunt neceſſaria, vel in lege olim naturæ, vel in lege gratiæ modo: ideò niſi exprimantur, non ſubintelliguntur. De moralibus autem præceptis ſecus ſe res habet: nam etſi ex opere operato vitam æternam non promereantur, ſicut nec cæremoniæ, vel iudicia, & ex gratia obſeruata gloriam promereantur; tamen ipſa opera moralia ſimpliciter ſunt ad vitam æternam neceſſaria, in quæ quicunque ageret, ſaluus minimè fieret. Etſi autem iuueni huic, quia Iudæo, neceſſaria eſſent præcepta legalia: nihil tamen de eis hoc loco dixit, tum quia hoc ipſe ſciebat, tum quia Chriſtus non venerat ad prædicandam legem, quia perpetuaret eam: ideò tantummodò legi non contradicendo, eam approbabat. Et nunc nō tantùm illi loquebatur, qui ſciebat ſe ad cæremonias, & iudicia obligari, ſed in illo omnibus poſteris. Huic enim homini multa ſunt neceſſaria ad vitā præter decalogum, vt obedientia præceptis Eccleſiæ, & Principum ſæcularium: ſimpliciter autem, id eſt, omni tempore, & loco, & omni homini tantum decalogus, & ea omnia, quæ natura duce ad illum reducuntur. Nam poſitiua præcepta cū ſimpliciter nō ſint neceſſaria, potuerunt non ferri, & poſſunt abrogari: multa etiam præter ea quæ expreſſa ſunt in decalogo, ad ipſum reducuntur, quia multa ſunt, in quibus Deus honoratur, præterquam in Sabbato ſanctificando: multa præterea, in quibus offenditur, præter Deos alienos, & periurium. Simile de ſecunda tabula eſt dicendum. Omnia tamen ad decalogum ſunt referenda, atque ideò ipſum dilectionis proximi præceptū, quod expreſſit, & in quo præceptum dilectionis Dei includitur.

Quæ ſint homini præceptā ad vitam neceſſaria præter decalogum.

Quæ mandata ad vitā ingredientibus obſeruanda.

De præceptis legis cur hic Domin. non meminerit.

Dicit illi adoleſcens: Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea; quid adhuc mihi deeſt? Cùm audiſſet bonus ille adoleſcens, nihil aliud à Chriſto præſcribi, quàm quæ Moyſes præſcripſerat; non modicum lætabatur, ſibi perſuaſum habens ſe factum voti compotem. Ait ergo: *Omnia hæc*, dicta, & incluſa in illis, imò legalia iudicia, & cæremonias ſeruaui: nam aliòqui nō diceret Dominus vnum ſibi tantùm deeſſe. Nec mentiri ſe putabat, quia id eſſet gloriæ, vel tentandi cauſa à ſe dictum: & non receſſiſſet triſtis, verùm Chriſti verba contempſiſſet, vt etiam Baſilius expendit homil. in auaros: nec à Chriſto diligeretur, vt tradit Marcus. Nā vbi illa verba dixiſſet, ſubiungit Euangeliſta: Ieſus autem intuitus eum, dilexit eum, & cum diuitias multas haberet, argumentum erat ſeruatæ ab eo legis, nam illæ ſeruantibus legem promittebantur. Et vt Theophylactus in Matth. ſcribit, Iudaico more, id eſt, pro mercede à lege propoſita mandata ſeruauerat, Denique ſi mentitus fuiſſet, vnum ei ſolùm non defuiſſet, ſed plura.

Huius adoleſcentis obedientia mandatorum.

Exod. 20.

Verè illum nō mendaciter Chriſto reſpōdiſſe.

Hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea.

Baſil. hom. 2. in diuites auaros, init. tom. 1.

Marc. 10.

11. Argum.

Theophylact.

Quòd autem ait: *A iuuentute mea*; intellige à parua ætate; aliàs propriè loquendo, adoleſcentiæ, quæ ad vigeſimumquintum vſque extenditur, vt quidam tradunt, annum, ſuccedit iuuentus. Sed hic accipitur forte impropriè, quia Princeps forte erat triginta annorum: quemadmodum alio in loco: Senſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua, pro eo quod eſt, à pueritia ſua. Vt igitur Moyſes abutitur voce adoleſcentiæ, ita Euangeliſta voce iuuentutis. Atque ita

Quid eſt: A iuuentute mea.

Gen. 8.

Orig. tract. 9. in Matth. Chrys. ho. 64. in Matth. Beda tom. 5. Hieron. to. 9. Leuit. 19.

iuuenem præcepta impleuisse docent Origenes, Chrysostomus & Beda: licet aliter teneant nonnulli, vt Hieronymus, qui ait in Matthæum: *Mentitur adolescens. Si enim hoc quod positum est in mandatis: Diliges proximum tuum sicut teipsum, opere complesset, quomodo postea audiens: Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, tristis recessit: quia habebat possessiones multas?* Producit Origenes in Matthæum ex Euangelio apocrypho, quod Hebræorum inscribitur, historiam, in hunc modum: *Dixit*, inquit, *ad eum alter diuitum: Magister, quid bonum faciens, viuam? dixit ei: Homo, leges, & Prophetas fac. Respondit ad eum, feci. Dixit ei: Vade vende omnia quæ possides, & diuide pauperibus, & veni sequere me. Cœpit autem diues scalpere caput suum, & non placuit ei. Et dixit ad eum Dominus: Quomodo dicis, legem feci, & Prophetas? quoniam scriptum est in lege: Diliges proximum tuum sicut teipsum, & ecce multi fratres tui filij Abrahæ amicti sunt stercore morientes præ fame, & domus tua plena est multis bonis, & non egreditur omninò aliquid ex ea ad eos? &c.* Hæc ibi. Videtur itaque iuuenis more Iudaico putasse satis se impleuisse legem de diligendo proximo, si nihil illi faceret mali, & communia illa beneficia exhiberet dilectionis, non autem cum proximis suas diuidendo possessiones, & facultates, quemadmodum Christiana exigit perfectio.

Orig. ibid. ex Euang. Hebr.

Eius Euangelij (si fide dignum sit) de hoc adolescente diuite traditio.

Leuit. 19.

Cur adolescenti dicitur: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, &c.

Basil. superiori loco, tom. 1.

Dominus verò vt doceret hoc non esse satis, nisi etiam beneficijs proximos quantum posset, iuuaret, subiunxit: *Si vis perfectus esse, Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Similia ferè docet Basilius homilia in diuites auaros. A mandato namque illo seruando palàm est, quòd procul absis, & in teipso mentiri deprehenderis; quod videlicet proximum sicut te ipsum diligas. Nam ecce præceptum illud, quod à Domino tibi propositum est, palàm te conuincit, quod charitate destitutus sis. Et Ambrosius in Psalmum primum sub initium: *Deinde, ait, dicenti quòd fecisset illa omnia, adiecit perfectiora, dicens: Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo. Tantumq; abesse docuit inter malorum declinationem, & imitationem bonorum, vt hæc abnueret, qui illa sibi facilia iudicabat. Sed quia nec illa ascenderat; ideò ad hæc aptare non potuit. Nam si dilexisset proximum, potuisset pauperibus subsidia sui patrimonij non negare.* Clemens præterea Alexandrinus libro Stromatum: *Iam verò eum qui gloriabatur se legis præcepta perfectè adimplesse, refellit, vt qui non dilexisset proximum.* Hæc illi, negantes iuuenem adimplesse mandata legis, sicut

Ambr. to. 4.

Psalm. 33. 1. Pet. 3.

Clem. Alex. lib. 4. Strom. aliquãto ante med. to. 2.

etiam negat in hunc locum Hilarius, & Tertullianus ita in Marcionem scribens: *Rescidit ne Christus priora præcepta: Non occidendi, Non adulterandi, Non furandi, Non falsum testandi, diligendi patrem, & matrem? An & illa seruauit, & quod deerat, adiecit? quanquam & hoc præceptum largitionis in egenos vbiq; diffusum sit in lege, & Prophetis, vti gloriosissimus ille obseruator præceptorum, pecuniam multo chariorem habiturus traduceretur.* Hæc ille.

Hilar. can. 19 in Matth. Tert. lib. 4 in Marc. non longè a fin. Exod. 20.

Sed Euangelium illud secundùm Hebræos verè videtur apocryphum: & expositio illa de diligendo proximo, id est, tantùm de non offendendo, & declinando malo; est prorsus violenta, cùm sit natura sua affirmatiuum. Præceptum etiam largitionis in egenos non est denuò additum, sed antiquum est: & ideò nihil noui addidisset Dominus ad legem hoc loco. Siue ergo seruauit, siue non, Dominus hoc loco doctrinæ gratia, admittit quod obseruauit, & vltra pergit docendo perfectionis statum. Vnde Theophylactus ait quosdam sic exponere: Da quod hæc omnia seruauerim, quid adhuc mihi deest? Quæ expositio cum ratione est cõiuncta, etiamsi ibidem subiungat Theophylactus: *Quæcunque* (inquit) *fecisti opera bona, Iudaico more fecisti: Si autem vis perfectus, hoc est, meus discipulus esse, & Christianus, vade, vende omnia quæ habes, & statim simul omnia, nulla reseruans, vt continuam facias eleemosynam. Non enim dixit, paulatim da pauperibus, sed dixit: Da semel, & nudus esto.* Hæc ille: quæ vt verum sensum, & Catholicum contineant, nõ sunt intelligenda de quolibet Christiano, quasi ad hæc omnia adstringantur Christi verbo, sed de ijs qui perfectionis viam aggrediuntur. Cùm ergo ille dixisset: *Quid adhuc mihi deest?* Iesus, vt Marcus ait, & Lucas, respondit: Vnum tibi deest: nõ quidem ad vitam æternam, ad quam satis esse dixit mãdata, sed aliquid vltra decalogum, & ad perfectionem spectans, ad quam videbatur hic iuuenis anhelare. Propterea rectè additum est à solo Matthæo: *Si vis perfectus esse.* Quod primò positum est, ad differẽtiam huius perfectionis iustitiæ status, vocatur sufficiens iustitia, & necessarius ad vitam æternam; secundus verò, est status perfectionis non necessarius; ideò dixit: Si vis esse perfectus, facies quæ præscribo. Deinde ostendit quod iuuenis non erat facturus quod Dominus consulebat; quasi diceret: Tu vis aliud vltra iustitiam necessariam; & à primò: nam primus status scio quod non præstabis illud: si tamen vis, vade, vende omnia quæ habes, &c.

De Euangel. (huius nominis) secundũ Hebr. quid sentiendũ sit.

Theophyl. in Matth.

Quo sensu Theophylactus asserat Christiano omnia esse propter Christum relinquenda, pauperibusque tribuenda.

Duplex status vitæ Christianæ.

Sed

Si libera, non autem etiam perfectio est, quare eà Marcus & Lucas videntur tanquam necessariam constituere?

Sed obijcies, Si perfectio non est necessaria, sed spontanea, quomodò Lucas & Marcus videntur illam constituere, vt necessariam? nam iuueni dicenti: *Omnia hæc custodiui à iuuentute mea*, respondit Dominus: *Adhuc vnum tibi deest*? tamẽ quæ desunt, de necessitate sunt. Respondeo, perfectionem necessariam non esse; aliàs perfectio non vocaretur: sed potest dici deesse, non simpliciter, sed ex conditione. Perfectio siquidem, absolutè loquendo, non erat necessaria: si quis tamen beatitudinem in excellenti gradu possidere velit, necessaria est. Hunc autem gradum gloriæ excellentem cupiebat habere hic iuuenis: proinde aptè Dominus respondit: *Adhuc vnum tibi deest*, ad perfectionem videlicet quam designas. Quòd si vrgeas; Quodnam horum dixit Dominus, an quòd Matthæus dicit, an quod reliqui duo? Respondeo, vtrumque Dominũ dixisse, etsi Euangelista quisque non plenè omnia retulerit. Cùm ergo iuuenis dixisset, *Quid adhuc mihi deest*? ait Dominus, *Adhuc vnum tibi deest: Si vis perfectus esse, Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni, sequere me*. Ac si diceret Dominus, Quòd præcepta seruaueris, laudo: sed ad perfectam iustitiam adhuc vnum tibi deest: Redi domum tuam, ac de venditis possessionibus, pecuniam collectam in pauperes eroga. Neque est vt te putes propterea dissipasse bona tua, sed de venditis possionibus recondes thesaurum in cœlis. Quamobrem quod Pelagiani quidam ex hoc loco colligebant, diuitem manẽtem in diuitijs suis, non posse ingredi ad vitam, sed opus esse ei, omnibus diuenditis, & in pauperes erogatis, nudum sequi Christum: asserentes in Veteri Testamento licuisse possidere diuitias, non autem in Nouo ob nouum Christi præceptum: omninò falsum est, vt egregiè ostendit Augustinus ad Hilarium, reprobans prædictam sententiam, & probans diuitẽ etiam in suis diuitijs manentem seruari posse, & in regnum cœlorum intrare. Idque tùm ex Paulo in priori ad Timotheum, vbi diuitibus non præcipit, vt omnia sua vendant, & dent pauperibus, & ex hoc ipso loco: quia diuiti quęrenti quid faciens vitam æternam possideret, nõ dixit: Si vis ad vitam ingredi, vade, vende omnia quæ habes; sed, *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*. Et ea, quæ mandata erant, enumerans, inter ea non posuit, Vade, vẽde omnia quæ habes; sed iuueni quęrenti quid adhuc sibi deesset, respondit: *Si vis perfectus esse, vade, vende, &c.* Significans facultatum distractionem, & erogationem in pauperes non esse necessariam ad ingressum vitæ æternæ, sed ad perfectionem profitendam, & amplexandam. Quare hunc errorem cum cæteris Pelagius conuictus abiurauit, & anathematizauit, vt recitat Augustinus in epistola trigesima quarta ad Paulinum. Etsi dici possit, illud: *Adhuc vnum tibi deest, vt vitam æternam consequaris*, nimirum contemptus diuitiarum, quibus nimium afficiebatur, & confidebat, ita vt si non diuitias, saltem hunc affectum abijceret, ne salutem impediret: *Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus*.

Perfectio vitæ Christianæ, monasticæ videlicet, quatenus ad salutem necessaria.

Aduersus Pelagianorum errorem, diuitem, quamdiu diues est saluari non posse asserentium.

August. epist. 89. tom. 2.

1. Tim. 6.

Exod. 20.

Pelagij recantatio.

August.

Perfectum quid sit.

Si vis esse perfectus, id est, si vis tibi nihil deesse, quod ad conseruandam salutem tibi est necessarium: perfectum enim est, cui nihil deest. ¶ *Vade, vende*. Non quòd vendere omnia, & dare, sit ad salutem necessarium; sed Dominus consilium dedit ei, qui affectu illo impediebatur ab ingressu. Et ita ad perfectionem hanc hoc modo intellectam consilium est accommodum vendere omnia, & dare pauperibus. Sed præstat sanè prior intellectus.

Quidam sunt qui existimant, *Vade, vende*, præceptum esse temporale illi diuiti, & personale, vt venderet bona sua, & in pauperes distribueret. Sed hic sensus non conuenit cum intelligentia Patrum veterum, neque cum his quæ sequuntur, ex quibus Dominum patet id diuiti cuicunq; dicturum, nulli tamen id præcepturum. Sed redeamus ad verba Euangelistæ. Audito igitur iuuenis Domini responso, recessit mœrens, frustratus laude sperata iustitiæ. Sed vt hæc apertiora fiant, declarabimus in primis quid sit perfectio, & in qua re maximè consistat. Deinde explicabimus tenebras quas hæretici in hæc verba Christi offuderunt, dissoluemusque eorum argumenta, quo perspicuum, catholicum huius loci intellectum reddamus. Perfectum igitur idem est, quod totum, siue integrum, & cui nihil desit, vt Aristoteles etiam docuit: & perfectio simpliciter solùm est in Dei totam entitatis, & bonitatis naturam habente, qua ratione solus Deus perfectus est, sicut solus dicitur esse: *Ego sum*, inquit, *qui sum*, & solus bonus, vt etiam Christus dixit in hac disputatione: *Nemo bonus, nisi vnus Deus*. Porrò perfectum ex parte, & secundùm quid, in quauis re inuenitur habente aliquam entitatis perfectionem secundùm suam speciem limitatam, & à Deo participatam. Duplex est autem perfectio, altera conueniens statui præsentis vitæ, licèt non sit absolutè perfectio: altera in patria, vbi tam corpora, quàm animæ meliorem conditionem sortientur, &

Quid sit perfectio.

Arist. 2. De cælo cap. 4.

Exod. 3.

Marc. 10.

Perfectio duplex.

Philip. 3.
1. Cor. 13.

maiorem perfectionem possidebũr, quod attinet ad esse humanum, de qua: *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim, sequor autem, si quomodo comprehendam, &c.* & alibi: *Quum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.*

Qua de perfectione hic sermo sit.

Hic autem sermo est de perfectione, non quæ spectat ad esse, sed de illa, quæ spectat ad operationem. Quod ex eo patet, quòd inuitamur ex Sacris literis ad perfectionem:

Matth. 5.
2. Cor. 13.

Estote vos perfecti; sicut & Pater vester cœlestis perfectus est: & Paulus: *Gaudete, perfecti estote, &c.* Et tamen ad ea, quæ non sunt in nostra potestate sita, non inuitamur. Ideò sermo est de perfectione operationis, & non ipsius esse.

Perfectio nostra in quo sita sit.

Deinde Christus dixit, *Si vis perfectus esse, Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus:* vendere autem, & dare pauperibus, opera nostra sunt. At perfectio nostra in charitate consistit, vt Apostolus docet ad Colossenses:

Coloss. 3.

Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, id est, vinciens omnes virtutes in quandam perfectam vnitatem.

Charitas quomodo vinculum perfectionis Apostolo.

Nam Theologicæ virtutes, quæ Deum & vt obiectum, & vt finẽ respiciunt, præstant moralibus, cũ morales non habeant Deum sed creaturam pro obiecto. Inter Theologicas porrò nulla tam perfectè coniungit Deo, atq; charitas, quæ Deum propter se ipsum amplectitur. Et quatenus cæteræ virtutes participant charitatem, eatenus dicũtur perfectæ, iuxta illud:

1. Corint. 1.
Quando sumus perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia.

Sitis perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia: quod fit, cum per charitatem, cognitiones, vel intellectiones nostræ conformantur veritati.

Rom. 5.
Iacob. 1.
Patientia etiam vti opus perfectum habeat.

Ita etiam patientia dicitur opus perfectum habere; quatenus ex charitate dilecti Dei fert quis aduersa, secũdùm id:

Rom. 8.
Act. 5.

Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? Et quæ sequuntur. Et, *Ibant gaudentes Apostoli à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.*

Perfectio simpliciter, & perfectio secũdum quid, quæ nam sint.

Rursus perfectio simpliciter, est secundùm id, quod pertinet ad rei naturã, & speciem, vt ad naturam animalis, secundùm quid verò, quantum ad accidentia, vt colorem, robur, & similia. Ad hunc modũ essentialis perfectio vitæ Christianæ, est in charitate, qua coniungimur Deo; aliæ verò virtutes ornamento sunt: esse namque spirituale à Christo per amorem nobis vnito participatum, est vita Christiani. Atq; hæc perfectio possibilis est in via, alioqui ad eã possidendam nõ inuitaremur:

Exhortationes quare adhibeantur.

nam exhortationes ideò adhibentur, vt ea præstemus, quæ necessaria sunt ad ea obtinenda, non autem pro his præstãdis, quæ in patria possidebimus. Non cõtingit autem tanta charitatis perfectio, vt amem' æquè ipsum obiectũ, quãtum amabile est: nam hoc est impossibile naturæ nostræ, cum sit infinito amore dignum, quem creatura reddere nequit.

Dilectio in hac vita qualis possit haberi.

Neque quantum diligens amare potest, ita vt actu secundum totum conatum feratur semper in Deum; sed quatenus non solùm excludit ab effectu nostro repugnantia dilectioni, quod est necessitatis; sed etiam quæcunque illam impedientia, seu retardantia, pro fragilitate nostra. Charitas autem non solùm est opus præcepti; quod quia ad finem est, mensuratum esse debet ad rationem finis, sed etiam finis est, iuxta illud;

1. Timoth. 1.

Finis præcepti, est Charitas; qui finis caret mensura: vt Medicus pro ratione sanitatis medicinam metitur, at sanitati mensuram non præscribit.

Dilectio Dei quæ necessaria ad salutẽ, quæ minime.

Diligere ergo Deum super omnia, præceptum est obligans omnes: gradus verò intensionis eius, id est, perfectio, etsi sit in præcepto, tanquam in demonstrante finẽ quò tendimus, quia quantumuis perfecta charitas est sub illo,

Deut. 6.
Matth. 22.

Diliges ex toto corde, &c. vel, *Sicut teipsum:* non tamen est sub eo, si obligationem spectes. Finis autem est ostensus in præcepto dilectionis secundùm August. lib. De perfectione iustitiæ; ne putaret homo se posse vltra modum amare, vt ieiunare, quod mediũ est.

August. lib. De perfect. iustitiæ Ratiocinatione 16. in responsio. tom. 7.
Explicatio dilectionis vnde pendeat.

In præcepto igitur, & non in consilio, consistit essentialis perfectio Christiani: nam dilectio explicatur per præcepta dilectionis, & non per consilia, in quibus, quasi vt instrumentis ad charitatem ordinatis, includitur, id est, ad tollẽda ea, quæ impediunt actũ charitatis: quemadmodum alia præcepta ad tollendum ea, quæ repugnant habitui charitatis, instituta sunt. Est ergo in consilijs modus tantùm peruehiẽdi ad perfectionẽ, nisi accipiantur inclusis præceptis, sine quibus non sufficiunt ad salutem. Charitas igitur absolutè cadit sub præcepto; eius autem perfectio non cadit sub obligatione præcepti, sed sub ostensione finis. Et prima incipit cum obseruantia præceptorum, secunda sequitur: sicut perfectio aucti, sequitur eam geniti. Status propriè spectat ad cõditionem libertatis, vel seruitutis: spiritualis autem libertas, aut seruitus potest considerari, aut secundùm id quod interius agitur, aut secundùm id quod foris ostenditur: homines enim vident ea quæ patent, Dominus autem intuetur cor.

1. Reg. 16.

Hinc est, quòd secundùm interiorem hominis dispositionem, accipitur conditio spiritualis status in homine per comparationem ad diuinum iudicium: nam quilibet qui est perfectus, est in statu perfectionis. Sed quia tam perfectio, quã status secũdum interiora nobis sunt ignota, non consueuimus statũ perfectionis sic accipere, sed quantũ ad Ecclesiã,

Ecclesia vnde iudicare soleat.

quæ ſecundum externa iudicat, & quæ diſtinguit ſtatum perfectorum à ſtatu imperfectorum. Vt igitur apud homines, vt quis conſequatur ſtatum ſeruitutis, vel libertatis, requirutur primò quædā obligatio, vel abſolutio; deinde ſolennitas quædam illis adiuncta: nec enim etſi ſeruus dicatur à ſeruiendo, ideò eſt ſeruus quicunque alteri ſeruit, ſed qui obligatur ad ſeruiendum: nā interdum ſeruiunt, qui ſerui non ſunt, iuxta illud Apoſtoli: *Per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem.* Nec ſufficit non ſeruire, vt quis non ſit ſeruus, vt patet de ſeruo fugitiuo, vel infirmo. Ideò qui ſe obligat ad tollenda impedimenta charitatis, vt religioſus expreſsè, & Epiſcopus tacitè, dicitur à nobis eſſe in ſtatu perfectionis quantum ad nos, & non laicus perfectus, qui tamē quantum ad Deum attinet, in quodam eſt ſtatu perfectionis nobis ignoto; non autem eſt in externo ſtatu perfectionis, à quo excludūtur etiam perfecti, & perfectam habentes charitatem, & in quo ſunt rurſus multi imperfecti ſuo vitio.

[margin: Seruus propriè quis.]

[margin: Gal. 5.]

[margin: Quid eſt: Si vis perfectus eſſe. 1. Ioan. 2.]

Ait ergo Dominus: *Si vis perfectus eſſe*, id eſt, ſi vis perfectam charitatem habere, abiecta triplici concupiſcentia per tria vota, vt explicabimus; vade, & vende: non quaſi ſit perfectio, vel omnimoda diſpoſitio ad perfectionem hęc rerum temporalium abdicatio: quia opus eſt continentia, & obediētia; ſed quia eſt bona pars: quia plus impedire ſolet cura rei familiaris, maximè diuitem auarum, quàm omnia alia. Eſt etiam facilior hæc dimiſſio, quàm vxorum. Nam paupertas facilior eſt continentia, de qua dixit: *Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt.* Dixit autem Dominus, *Vade*, id eſt, incipe facere. Et quia bona domi habebat, quæ venditurus erat, non antē præſentia; ideò opus erat abire. Tertiò, vt inſtrueret omnes appetentes ſtatū perfectionis non debere diu morari in bene vēdendo quod habent, ne interim accidāt impedimenta. Nam vt Hiero. ait ad Paulinum: *Nemo renunciaturus ſeculo, bene poteſt vendere, quæ contempſit, vt venderet.* Sic ille. Rurſus ait, *Vende*: per hoc prohibens res quas poſſidemus, pro derelictis relinquere: quia non relinquuntur tanquam malæ, ſed tanquam bonæ pro melioribus, id eſt, pro ſpiritualibus, & æternis: non enim bona temporalia mala ſunt; aliàs Deus aliquid malum, vel ſuperfluum condidiſſet. Ideò morituri adſtringimur de eis bene diſponere. Secundo dixit, *Vende*, ne alicui vni relinqueret eum ditādo, ſed vt moderatè, eleemoſynæ dentur pauperibus: Nam ſi non venderentur res, oporteret eas dari integras pauperibus.

[margin: Ibidem.]

[margin: Quare Chriſtus dixit adoleſcenti: Vade, vēde, & reliq.]

[margin: Hieron. epiſt. 103. tom. 3. in princ.]

[margin: Bona temporalia cur Dominus vendere, non autem iubeat derelinquere.]

[margin: I. ratio.]

Quædam autem ſunt magni valoris, vt domus, vel ager, vel ſeruus, & quę pauperibus non conueniunt. Tertiò pręcepit vendere, ne diſſiparet citò lautè viuendo: & mens Chriſti erat, vt cum ratione ea à nobis abdicemus. Venditio autē fit hic pro pauperibus, ne ditentur: & quia pecunia, quæ medium eſt commutationis, & adhibetur vt fideiuſſor circa omnia, vt docet Ariſtot. in Ethicis; ideò quæuis neceſſitas ea ſuppleri poteſt, non ſic autem rebus ipſis.

[margin: III. ratio.]

[margin: Ariſt. l. 5. Ethic. ad Nicomach. c. 5.]

Dixit autem, omnia; vt omnis cura, & ſolicitudo temporalium tollatur: ſpes omnis in Deo collocetur. Omnia etiā, & non tantùm partem bonorum; ne quod accidit Ananiæ, & Sapphirę, defraudantibus de pretio agri, nobis contingat: ideò melius hoc, quàm manere in ſeculo diſtribuendo diuitias: & verum eſt, quòd præſtat citò religionem amplecti, etiam paucas eleemoſynas faciendo, quàm diu manendo, magnas. Rurſus Hiero. in li. aduerſus Vigilantium eum arguens, rectè ſcribit: *Quod autem aſſeris, eos melius facere, qui vtuntur rebus ſuis, & paullatim fructus poſſeſſionum ſuarum pauperibus diuidunt, quam illos, qui poſſeſſionibus venundatis, ſemel omnia largiuntur: non à me eis, ſed à Domino reſpondebitur: Si vis eſſe perfectus, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me.* Et Auguſtinus ſiue Gennadius li. De Eccleſiaſt. dogmat. *Bonum eſt*, inquit, *facultates cum diſpenſatione pauperibus erogare. Melius eſt pro intentione ſequendi Dominum in ſimul donare, & abſolutum ſolicitudine cum Chriſto egere.* Sic ille. Præterea præſtat omnia vendere, quia qui adhuc omnia poſſidet, delectatur poſſeſſione, non mendicat: ſolicitus redditur, & non facit opera meliora, quam diſtribuere. Rurſus ait: *Omnia quæ habes.* Græcè, vt notat Clemens Alexandrinus, legitur ὑπάρχοντα, non ea quæ ſunt aliena in anima, vt quidam putant: nam quomodo ea diſtribueret pauperibus? Nec peccata, vt Theophylact. in Marcum ait, quæ vult dari pauperibus dæmonibus omni bono deſtitutis, vt poſſimus Chriſtum ſequi. Sed hæc abſurda, & dura eſt expoſitio. Ergo per *Omnia quæ habes*, ſiue ὑπάρχοντα, intellige facultates, quibus contemptis ſequendus eſt Chriſtus. Omnia ergo quæ habes actu, neque detineas litigando pro alijs. Hinc Hierony. epiſt. ad Paulinum propè finem, ait: *Si habes in poteſtate rem tuam, vende: ſi non habes, proijce. Tollenti tunicam, & pallium relinquendum eſt. Scilicet niſi tu ſemper recraſtinans, & diem de die trahens, cautè, & pedetentim tuas poſſeſſiunculas vendideris, non habet Chriſtus vnde alat pauperes ſuos. Totum Deo dedit, qui ſeipſum obtulit.* Sic Hieronymus. Si verò ex his

[margin: Cur omnia vendenda.]

[margin: Act. 5.]

[margin: Hier. propè fi. lib. to. 2. init. Contra Vigilantium.]

[margin: Aug. l. de Ecclef. dogmat. c. 70. to. 3.]

[margin: II. ratio.]

[margin: Omnia quæ habemus nobis quæ vendenda ſecundum aliquos inepte.]

[margin: Cl. Alex. l. 4. Strom. t. 2.]

[margin: Theophyl.]

[margin: Verus ſenſus ac proprius huius loci.]

[margin: B. Hier. epi. 103. to. 3. in princ.]

[margin: Matth. 5.]

quæ

tia, quæ illi sunt superflua, cogitur dispensare in pauperes eiusmodi, vt obediat præcepto Domini. Quod si quis obijciat, parentes, aut propinquos se habere pauperes, & in illos velle sua erogare, dicendum est iuxta doctrinam August. ep. 38. ad Lætum, parentes pauperes primum habere locum inter pauperes, & illis primo esse erogandum tanquam pauperibus, non tanquam propinquis: non ita tamen, vt ditiores inde fiant, & opulentiores, vt locus sit alijs pauperibus aliquid tribuendi. Quod si reuera non egent, nihil est illis dandum. Si verò parētes, vel propinqui nostra clam, aut per vim occupent, & intendere litem velint, & nolint dare quod suum non est, sed retinere: tunc teste B. Basilio, satis est protestari quod illi vim faciunt, & alienum retinent. Potest etiam se à litib. expedire, & non tardare ingressum religionis. Adhæc cum erogatione eleemosynarum, & bonorum nostrorum dispensatione, remissionem peccatorum, & vitam æternam consequamur, iuxta illud Tobiæ: *Præmium bonum tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo, eleemosyna omnibus facientibus eam.* Qui bona sua in propinquos, & parentes sponte distribuit, qui tamen non egent, iacturam facit tam bonorum, quam ipsius vitæ æternæ, & remissionis peccatorum. Secus esset, si egerent. Quare rectè Ambros. quodam loco hanc tractans quæstionem, scripsit: *Proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas. Melius est enim vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ob alijs sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitati: non tamen vt illi ditiores eo fieri velint, quod tu posses conferre inopibus. Causa enim præstat, non gratia. Neq; enim propterea te Domino dicasti, vt tuos diuites facias: sed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, & pretio miserationis peccata redimas tua. Putant se parum poscere: pretium tuum quærunt: vitæ tuæ fructum adimere contendunt. Et accusat quod eum diuitem non feceris, cum te ille velit æternæ vitæ fraudare mercede.* Hæc ille, quæ cogitanda sunt, & expendenda.

Bona quare [sic: "qpare"] *prius parentib. & consanguineis elargienda.* — *B. Aug. to. 2.* — *Basil. in regulis fusius disp. interrog. 9 tom. 2.* — III. Ratio. — *Tob. 4.* — *B. Ambr. li. 1. offic. c. 30 circa med.* — Parentibus quatenus bene faciendum ex Ambrosio.

IV. Ratio. Amplius si Matth. 25. damnantur, qui non faciunt eleemosynam, qui cum habeant, nolunt porrigere: quanto magis illi, qui statum perfectionis assumunt, debent, vbi non habent egentes cognatos, in alios pauperes bona sua effundere, ne illis dicatur: *Discedite à me maledicti in ignem æternum. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, &c.* Ideo Dominus consuluit: *Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos, neque diuites; ne fortè te & ipsi reinuitent, & fiat tibi retributio: sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos.* Et quomodo ille euadet sententiam Ioannis, dicentis: *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?*

Matt. 25. — *Luc. 14.* — Qui vocandi ad conuiuium. — *1. Ioan. 3.*

V. Ratio. Rursus in primitiua Ecclesia fideles quamplurima ponebant bona sua ad pedes Apostolorum, & distribuebantur, prout vnicuique opus erat, non autem ante pedes cognatorum, vel parentum. Quin & Canon Apostolorum 39. statuit: *Non licet Episcopo ex bonis Ecclesiæ aliquid omnino contingere, aut parentibus proprijs, quæ Dei sunt, condonare. Quod si pauperes sunt, tanquam pauperibus subministret, ne eorum occasione Ecclesiæ negotia deprædentur.* Hæc illi. Certè de B. Francisco legimus, adolescenti cuidam volenti suam ingredi religionem, consilium dedisse, vt prius in vsus pauperum bona sua distribueret: qui cum secus fecisset, & in parentes, & propinquos diuites erogasset, noluit eum in suæ admittere religionis cōsortium.

Act. 4. — Apostolica sanctio de distributione bonorum. — VI. Ratio. — B. Francisci documentum paupertatis.

Sequitur: *Et habebis thesaurum in cœlo.* Thesaurus propriè multitudinem auri reconditi significat: & vt plurimum transfertur ad omnia bona reposita, quæ sint recondita in magnitudine, & magni pretij. Ideo apud Ieremiam, *Decem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismael, Noli occidere nos, quia habemus thesauros in agro frumenti, & hordei, & olei, & mellis.* Et nititur hæc metaphora in eo, quod omnia rediguntur in pecuniam per commutationem, cum numisma sit fideiussor pro omnibus. Thesaurus igitur in cœlo, propriè in pecunia reposita non erit, quia non est ibi vsus pecuniæ, sed neque erit vsus naturalium diuitiarum, vt frumenti, vel olei, vel hordei: sed accipitur largè thesaurus pro magnitudine præmiorum. Nam vt aliquibus respondent parua prēmia in cœlo, ita alijs magna, qui dicūtur habere thesaurū. Et quia prēmia respōdent meritis: qui dando promerentur, accipiendo remunerantur, ideo relinquenti thesauros terrenos, accommodè promittitur thesaurus cœlestis, ob quā causam nō promittitur seruantib. castitatem, licet hoc sit difficilius, quam omnia ab se abdicare. subdit: *Et veni, sequere me:* s. corpore, vt Apostoli, & discipuli sequebātur Christū quocūq; iret. Et ita sequi non erat per se actus perfectionis, sed eos qui se sequebantur, instruebat, & paulatim ad opera perfectionis perducebat. Vel, *Sequere me*, Euāgelizantē verbo, & vita: Sequere me, non tam corporis gressu, quā mētis affectu (vt ait Ambr.) imitatione

Thesaurus propriè quid. — *Ierem. 41.* — Habere thesaurum in cœlo, quid. — Sequela Iesu quid conferret. — Quid sit sequi Iesum.

vitæ

Ambr. in Luca c. 18. 10. 5.

vitæ meæ, & exempla actionum mearum consectando, & semper sequendo, non hodie quidem, cras autem non, vt ait Theophylact.

Theophyl.

Atque in hac sequela plane sita est omnis charitatis Christianæ perfectio, quã Christus singulariter mundo exhibuit. Et aduerte, Græcam literam apud Marcum habere:

Marc. 10.
Tollere crucẽ quid sit.

Et veni sequere me, tollens crucem, vel sublata cruce: id est, paratus ad paupertatem, & mortem perpetiendam pro nomine meo. Non ergo in abdicandis bonis suis, & pauperibus distribuendis consistit perfectio. Ita enim ait Abbas Moyses apud Cassianum:

Cassian. Collat. 1. c. 7. circ. med.

Ob hoc, inquit, *quis vtensilia cuiuslibet artis instituere sibimet, ac præparare festinat, non vt ea possideat otiose, nec vt emolumenti illius fructum qui speratur ex ipsis in nuda instrumentorum possessione constituat, sed vt eorum ministerio peritiam, finemq́ue illius disciplinæ, cuius hæc adiumenta sunt, efficaciter apprehendat. Igitur ieiunia, vigiliæ, meditatio Scripturarum, nuditas, ac priuatio omnium facultatum, non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt: quia non in his consistit disciplinæ illius finis, sed per illa peruenitur ad finem.* Hæc ille.

Hieron. loco citato.

Hinc & Hieronymus ponderat, quod cum non sufficiat omnia vendere, & relinquere, Petrus addidit, scilicet, Et secuti sumus te. Ita ergo cogitandum est, vota esse instrumenta perfectionis, non ipsam perfectionem.

Vota sunt perfectionis instrumenta nõ ipsa perfectio.
Simile.

Si enim quis grauatus sarcinis, & vestibus præpeditus, montem esset conscensurus, maxima conscensionis haberet impedimenta, at si sarcinas poneret, & vestes præcingeret, non diceretur iam ascendisse, sed assecutum esse faciliorem dispositionem, & statum cursoris cuiusdam expediti ad ascendendum: ita de religione, & eius exercitijs, quæ ad perfectionem cõducunt, cogitandum est. Subdit Euangelista:

Cur Dominus efficaciter non vocarit hunc adolescentem.

Cum audisset autem adolescens verbum, abijt tristis, erat enim habens multas possessiones. Rogabis cur Dominus efficaciter non vocauit hunc adolescentem? Respondeo primum cum Apostolo in priori ad Corinth. dicente,

1. Cor. 1.
1. Ratio.

Videte vocationem vestram, fratres: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ita etiam, non multi diuites.

Secunda.

Deinde ostensum voluit, quantus sit homo cum carne, & quantus resuscitatus, cum dato Spiritu ipse suis ostendit quanta oporteat eos pro nomine suo pati. Et hic qui modo fugit, fortasse maiore animo reuertetur. Certè quàm plurimi multo hoc ditiores, se, suaq́ue reliquerunt pro nomine Iesu, vt digni essent, qui cognominarentur Christiani.

Adolescens ad statum perfectionis à Christo inuitatus, non acquiescens, cur minime peccauit.

Mœrore affectus est adolescens audito Christi verbo, præ verecundia, quod non assequeretur perfectionem, de qua interrogauerat: nõ tamen peccauit, quia agens in cõsilium citra contemptum, non peccat. Sed qui semel misit manum suam ad aratrum perfectionis, ille si non persistat, aptus non est regno Dei:

Luc. 9.

nam in statu perfectionis peculiariter habetur regnum Dei: alioqui gloria non perditur omisso consilio: & Christus impedimentum quod diuites ab opibus habent, ostendere voluit. Et si vero multas possessiones haberet, non tamen vt vltimum finem diligebat: nec tantum quatenus vtiles erant, quod non est peccatum, sed etiam faciens ex vtilibus delectabiles, citra finem tamen, quod veniale delictum est.

Amor qui perfectionem quidem impedit non tamẽ diuinorum obseruantiam præceptorum.

Et huiusmodi quidem amor etsi impediat perfectionem, non tamen diuinorum præceptorum obseruantiam. Ecce quomodo spinæ diuitiarum suffocent verbum ne crescat.

Matt. 13.

Vnde Theophylactus:

Theophyl. in Matt.

Erat enim, inquit, *habens possessiones multas. Nam qui paucas habet, non ita ab illis detinetur: in multis enim diuitijs violentius est vinculum.* Hæc ille. Vides ergo diuitiarum amorem illi non permisisse complecti perfectionem quam volebat: quo plura habebat, eo magis seruus eorum effectus erat, & additio diuitiarum additionem fecerat auaritiæ. Rectè profectò scripsit Augustinus ad Paulinum:

Aug. ep. 3. sub fin. tom. 2.

Nescio quo autem modo, cum superflua, & terrena diliguntur, arctius adepta, quam concupita constringunt. Nam vnde tristis ille discessit, qui consilium vitæ æternæ consequendæ quærebat à Domino, nisi quia magnas, vt Euangelium loquitur, habebat diuitias? Aliud est enim nolle incorporare quæ desunt, aliud iam incorporata diuellere. Illa velut cibi repudiantur, illa velut membra præciduntur. Sic Augustin.

Gen. 19. & Luc. 17.

Quare qui ad perfectionis statum vocati sunt, contendant indies maiores progressus facere, & meminerint vxoris Loth, quę à tergo respiciens, in statuam salis ad aliorum exemplum conuersa est: neque imitentur Israelitas gressibus corporeis in terram promissam pergentes, & corde in Ægyptum reuertẽtes.

Num. 11.
Notantur religiosi quidam.

Nam videas quosdam religiosos adeo sui instituti immemores, vt quæcunque secularia sunt, & mundum spirant, religioni affingant, vt iam religio plane mũdana & secularis effecta sit apud nonnullos. Atque hi sunt, qui præter habitum & cæremonias nihil veræ religionis obtinent, cum corde mundum spirent, eiusque honores, & dignitates affectent, illasque quibus possunt artibus & rationib. ambiant.

Veri religiosi quinam.

At vero religiosi, qui semel mundo nuntium miserunt, sua vocatione contenti, sibi ipsis, atque adeo Christo viuant, eius beneficia meditentur, eius exempla consectentur, ad præmia cœlestia aspirent,

& ad illum thesaurum possidédum, quem huic adolescenti pollicitus est Christus Dominus noster, qui cum Patre, & Spiritu sancto semper viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

TRACTATVS LII.

De disceptatione Domini cum diuite adolescente, quem inuitauit ad statum perfectionis. Et habetur Matth. 19. Marc. 10. & Luc. 18.

Hæreticorum vota vitæ monasticæ damnantium confutatio.

Duplex in Ecclesia Dei status, necessarius, & voluntarius, id est, perfectionis.

Euseb. Cæsar. lib. 1. de demonst. Euang. cap. 8.

Religiosæ vitæ, & secularis descriptio per Eusebium.

SVperiori Tractatu explicuimos congressum diuitis adolescentis cum Domino illū ad statum perfectionis vocanti: iam nonnihil aduersus hæreticos disserendum est, qoi moltis modis hunc perfectionis statum aut de medio tollere, aut certè obscurare nixi sunt. Ex verbis igitur Domini ad adolescentem dictis duo colliguntur status in Ecclesia, in quibus opera iustitiæ, & salutis exercere possumus: Alter commuois & necessarius in baptismo ad obseruantiam mandatorum; altior secundus, quem propria assumimus electione Deo aspirante, & votis adstringimur ad cōsiliorum Euangelicorum custodiam vltra communia mandata. De his doobus vitæ in Ecclesia Dei institutis ita philosophatur Eusebius Cæsarieosis libr. de demonstratione Euangelica: *Quocirca in Ecclesia Dei duo etiam viuendi modi instituti sunt: alter quidem naturam nostram, & communem hominum vita rationem excedens, non nuptias, non sobolem, non substantiam, non opum facultatem requirens: totus autem prorsus à communi & consueta cunctorum hominum vita abhorrens, & soli Diuino cultus, ex immenso rerum cælestium amore addictus, qui hunc modum amplexi sunt, quasi ab hac mortali vita seiuncti, ipsumq; duntaxat corpus in terra gerentes; cogitatione verò atq; animo in ipso cælo degentes quasi quidam cælites; reliquorum hominum vitam despiciunt: quippe qui pro vniuerso genere, supremo omnium Deo sacrati sint: idq; non boum mactationibus, non cruoribus, non libationibus, aut nidore vllo neq; fumo, aut ignis deuoratione, consumptioneue corporum; sed rectis veræ pietatis sententijs, & purgati animi affectione, adhac operibus quoq; ac verbis, quæ à virtute proficiscuntur, quibus rebus diuinitatem ipsam placantes, suum & pro ipsis, & pro alijs, qui eiusdem sint generis, administrant Sacerdotium. Et talis quidem existit in Christianismo perfectus vitæ modus. Alter verò remissior atque humanior; hic & modesto coniugio, & sobolis procuratione implicatur, & rei familiaris curam assumit, & iustè militantibus, quæ sint agenda, describit: agros quoq; & mercaturam, aliumq; magis ciuilem viuendi morem adiuncta religione, non negligit. Iis autem qui hunc modum elegerunt, & exercitationum tempora, & his quidem secundus pietatis attributus est gradus, dum aptam huic ipsi generi vitæ præbet vtilitatem, vt nullus planè ab aduentu salutari separetur, sed omne genus hominū tam Barbarorum, quàm Græcorum, Euangelicæ doctrinæ fructum percipiat.* Hactenus Eusebius. Quid clarius, quid accommodatius, quid denique significantius de hoc religiosæ vitæ genere, quā cœlestē videtur appellare, aduersus nostri temporis hæreticos ab hoc homine aut dici, aut excogitari potuit? Quòd autem status perfectior ex illis Domini verbis colligatur, ex eo constare potest: quia cum rogasset adolesceus Dominum, *quid boni faciam vt habeam vitā æternam?* Cui Domious, *Serua*, inquit, *mandata*, cumq́ue ille dixisset: *Omnia hæc custodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deest?* Dominus subiunxit; *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, &c.* Ex quibus habes, sat esse ad vitam assequeodam, mādatorum custodiam in statu communi, non reouutiando bonis, neque se propter regnum cœlorum castraodo, neque Iesum propè, & assiduè, sed à lōginqoo sequendo, & his quæ sunt mundi, vacando. Ecce primus status communis, in quo potest homini esse salus. De secundo statu roganti adolescēti quid sibi deesset, dixit Domious: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, &c.* ac si expressius diceret; Nihil tibi deest, si obseruaueris mandata, vel in statu, in quo es, ad obtinendam vitam; si velis perfectionis iustitiæ statum adipisci: ideò rectè ait, Si vis; vt cōsilium sit, nō præceptum ex qoo coosurgit altior status, qui dicitur perfectionis: non quod hæc perfectio cootingat statim abdicatis boois, & emisso voto; sed quod hæc sit via & modus ad perfectionem obtinēdam, *Vade*, inquit, *vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni, sequere me.* Et quod hic sit verissimus, germanus, & Catholicus sensus, cōstat in primis ex his, quæ superiori tractatu disseruimus. Constat deinde ex vsu & praxi Ecclesiæ, quæ optima est Scripturarum interpres: hæc enim verba perperoo intellexit Ecclesia de statu illo perfectionis, ad quem non omnes arctantur, nisi tantum qui volunt. Nam Apostoli à Christo vocati omoia reliquerunt, & hoc verbum Christi se secutos fuisse affirmarunt: in quorum persona dixit Petrus: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?*

Statum hunc perfectionis ex Domini verbis apertè colligi.

Quid significet, Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, &c.

Ecclesiæ praxis optima Scripturarum interpres.

Matth. 19.

B. Athanasius in vita S. Antonij cultoris

B. Athanas.

eremi, scribis, illum bonum patrem audito hoc verbo in Ecclesia: *Si vis perfectus esse*, & reliq. distractis suis omnibus bonis, & in pauperes distributis, secessisse in eremum: quod & de nonnullis sanctis alijs in historijs Ecclesiast. recensetur. His accedunt sacri & diuini interpres: inter quos primus Gregorius Nazianzen. Epist. ad Hellenium Demanachum Clidonium laudat, quòd omnia bona sua in pauperes distribuerit: & vocat margaritum inter gemmas, Luciferum inter sidera, primum Ver inter anni partes, rosam inter flores. Deinde B. Augustinus Epist. 89. & Hilarium quæst. 4. interrogatus an esset necessarium diuitibus omnia sua distrahere, & in pauperes erogare, ad salutem: respondet, & allegatis his verbis Euangelicis, subiungit: *Cui enim Dominus hæc præcepit? Profectò illi diuiti, qui vitæ æternæ consequendæ consilium quærebat accipere. Hoc enim Domino dixerat: Quid faciam vt vitam æternam consequar? Ille autem non ei respondit: Si vis venire ad vitam, vade, vende omnia quæ habes; sed, si vis venire ad vitam, serua mandata. Quæ iuuenis cùm sibi à Domino ex lege commemorata se seruasse dixisset, & quæsisset quid adhuc sibi deesset, responsum accepit: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Et ne se illa, quæ multum amabat, hoc modo perdere existimaret, Et habebis*, inquit, *thesaurum in cœlis. Deinde addidit: Et veni, sequere me; ne cuiquam, cùm hæc fecerit, aliquid prodesse existimetur, si non sequitur Christum. At ille quidem tristis abscessit, qui viderat quemadmodum illa legis mandata seruauerat. Puta enim quid se arrogantius, quàm verius seruasse responderat. Veruntamen magister bonus mandata legis, ab ista excellentiore perfectione distinxit. Ibi enim dixit: Si vis venire ad vitam, serua mandata; hic autem: Si vis perfectus esse, vade vende omnia quæ habes, &c.* Et infrà de se ipso: *Ego qui hæc scribo, perfectionem, de qua Dominus locutus est, quando ait diuiti adolescenti, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequere me; vehementer adamaui, & non meis viribus, sed gratia ipsius adiuuante sic feci. Neque enim quia diues non fui, ideo minus mihi imputabitur. Nam neque ipsi Apostoli, qui priores hoc fecerunt, diuites fuerunt, sed totum mundum dimittit, qui & illud quod habet, & quod optat habere, dimittit. Quantum autem in hac perfectionis via profecerim, magis quidem noui ego, quàm quisquam alius homo; sed magis Deus, quàm ego. Et ad hoc propositum quantis possum viribus alios exhortor, & in nomine Domini habeo consortes, quibus hoc per meum ministerium persuasum est: sic tamen hoc præcipuè sana doctrina teneatur, nec eos, qui ista non faciunt, vana contumacia iudicemus, dicentes eis nihil prodesse, quod pudicè quamuis coniugaliter viuunt, quod domos suas & familias Christianè regunt, quod operibus misericordiæ sibi thesaurizant in posterum; ne ista disputando, non Scripturarum sanctarum doctores, sed earum accusatores inueniamur.* Tertiò, B. Chrysostomus homil. super illud Epistolæ Pauli ad Romanos; *Salutate Priscam & Aquilam: Accedente*, inquit, *& dicente quodam: Quid faciendo vitæ æternæ hæreditatem assequar? cùm recensita essent omnia quæ in lege præcepta, & ille curiosius percunctaretur, & diceret: Hæc omnia seruaui ab adolescentia mea: quid adhuc mihi deest? Dicit ad ipsum: Vade, vende facultates tuas, quas habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Hic si præcipere voluisset, oportebat hoc principio dicere, & legem in ordine præceptorum ponere, & non tanquam consilium & exhortationem narrare. Enimuero cum dicit: Non possideto aurum, vel argentum: imperando dicit. Cum verò dicit: Si vis perfectus esse; consulendo, & admonendo dicit. Non est autem idem, consulere, & legem ponere. Nam qui legem statuit, modis omnibus fieri vult quod præcipit: qui verò consulit, & adhortatur, sententiæ & arbitrio auditoris permittit, vt ex dictis quod voluerit, eligat, sicq; faciendorum Dominus auditor relinquitur.* B. etiam Basilius Epist. 29. ad Eustathium Episcopum Sebastiæ, se huius vitæ perfectæ desiderio captum scribit: *Ego sanè, posteaquam multum temporis vanitati impendissem, & omnem propè iuuentutem inani studio attriuissem, quo tenebar, cum apprehendendis infatuatæ à Deo sapientiæ disciplinis immorabar: tandem aliquando, vbi velut ex graui somno expergefactus, ad Euangelicæ veritatis admirabile lumen respexi, agnouiq; inutilitatem sapientiæ principum huius seculi, qui abolentur, deplorata plurimum miserabili mea vita, ductorem mihi dari optabam, qui ad pietatis me dogmata introduceret. Et cum primis hoc mihi cura erat, vitiorum correctionem aliquam instituerem, quos per diuturnam consuetudinem cum improbis contractam peruerteram. Lecto itaque Euangelio, animaduersoq; illic quod plurimum occasionis & momenti adferat ad perfectionis studium si quis bona sua vendat, deq; illis egenis fratribus communicet, & prorsus nulla teneatur vitæ istius cura, nec patiatur mentem suam aliqua rerum præsentium affectione turbari; optabam dari aliquem ex fratribus, cui istud vitæ genus arrideret, quo vna cum profundum vitæ huius pelagus superare liceret. Inueni sanè multos apud Alexandriam, ne paucos apud reliquam Ægyptum, deinde & alios in Palæstina, & in Cœlosyria & Mesopotamia.* Hæc ille. Quæ propterea in medium protulimus, vt tanti Patris autoritate antiquum hoc vitæ genus confirmaremus, qui illud est ample-

Aug. tom. 2.

Augustinus omnia dimisit.

Totum mundum qui dimittat, eodem autore.

B. Chrysost. tom. 4. Rom. 16.

Matth. 19.

Consulere, & præcipere diuersa.

B. Basilius: filius post vanitatis studia, per Euangelij lectionè vt mutatus est in virum alterum.

xus ipse, & frequentissimum erat suo tempore: & vocat illud perfectionis studium, sicut Augustinus vocauit perfectionem. Præterea B. Hieronymus in hunc locum: *In potestate nostra est*, inquit, *vtrùm velimus esse perfecti. Tamen quicunque perfectus esse voluerit, debet vendere quæ habet, & non ex parte vendere, sicut Ananias fecit, & Sapphira; sed totum vendere; & cùm vendiderit omne, dare pauperibus, & sic sibi præparare thesaurum in regno cœlorum. Et hoc ad perfectionem non sufficit, nisi post contemptas diuitias, Saluatorem sequatur: id est, relictis malis faciat bona. Facilius enim sacculus contemnitur, quàm voluptas. Multi diuitias relinquentes, Dominum non sequuntur. Sequitur autem Dominum, qui imitator eius est, & per vestigia illius graditur. Qui enim dicit se in Christo credere, debet quomodo ille ambulauit, & ipse ambulare.* Idem, in epist. ad Hedibiam qu. 1. *Et si vis esse perfecta. Non tibi iugum necessitatis imponit; sed potestati tuæ liberum concedit arbitrium. Vis esse perfecta, & in primo stare fastigio dignitatis, fac quod fecerunt Apostoli: vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere Saluatorem. & nudam, solamque crucem nuda sequaris & sola. Non vis esse perfecta, sed secundum vis tenere gradum virtutis, dimitte omnia quæcunque habes, da filijs, da propinquis. Nemo te reprehendit, si inferiora secteris; dummodò illam scias tibi iure prælatam, quæ elegerit prima.* Idem ad Heliodorum monachum, qui è monasterio fugerat, scribens ait: *Sed forsitan dicturus es: Quid ergo? Quicunque in ciuitate sunt, Christiani non sunt? Non est tibi eadem caussa quæ cæteris. Dominum auscultâ dicentem: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia tua & da pauperibus & veni sequere me. Tu autem perfectum te fore pollicitus es. Nam cùm derelicta militia, te castrasti propter regna cœlorum, quid aliud, quàm perfectam secutus es vitam? Perfectus autem seruus Christi, nihil præter Christum habet. Aut si quid præter Christum habet, perfectus non est. Et si perfectus non est, cum se perfectum fore, Deo pollicitus sit, ante mentitus est. Os autem quod mentitur, occidit animam. Igitur, vt concludam, si perfectus es, cur bona paterna desideras?* Idem rursus epistola ad Demedriadem de virginitate seruanda: *Apostolici fastigij est, perfectæque virtutis, vendere omnia, & pauperibus distribuere, & sic leuem atque expeditum cum Christo ad cœlestia subuolare.* Et subiungit: *Si vis, inquit, esse perfectus; Non cogo, non impero; sed propono palmam, ostendo præmia, tuum est eligere, si volueris in agone atque certamine coronari. Et si consideremus quàm sapienter Sapientia sit locuta: Vende quæ habes. Cui ista præcipiuntur? Nempe illi, cui dictum est: Si vis esse perfectus, non partem bonorum tuorum vende, sed omnia: cumque vendideris, quid sequitur: Et da pauperibus. Non diuitibus, non propinquis: non ad luxuriam, sed ad necessitatem. Siue ille Sacerdos sit siue cognatus & affinis, nihil in illo aliud consideres, quàm paupertatem. Laudent te esurientium viscera, non ructantium opulenta conuiuia.* Hæc ille magnus Pater.

B. Hieronym tom 10. — *Act. 5.* — *Dominum quis sequatur. 1. Ioan. 2. Idem tom. 3.* — *Idem epist. 1. tom. 1.* — *Matth. 19.* — *Sapient. 8.* — *Idem* — *2. Tim. 2.*

Sed in hæc, multa obijciuntur ab hæreticis. Negant enim in primis, quòd seruare mandata, sit satis ad consequendam vitam æternam. Sed hoc est vim afferre literę perspicuæ & manifestæ: Nam Dominus dixit: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Et Lucę 10. post expressum vtriusque dilectionis præceptum, subiunxit: Hoc fac, & viues.

Proponuntur argumenta hæreticorum, atque refelluntur. — *I argumentum.*

Deinde obijciunt Paulum dicentem: *Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo.* Respondeo: Ex operibus legis, citra fidem, non consurgit iustificatio, quia principium operandi externum est, scilicet lex ipsa minax, aut promittens bona huius mundi: at cum fide per dilectionem operante ex ipsis operibus iustificatio contingit, non autem fides inanis & sola. Cum ergo Dominus dixit: *Serua mandata*; non intellexit, sine fide, sed illam subintellexit, sine qua, & charitate, præcepta intelligi, vel obseruari nequeunt.

Rom. 3. — *II argumentum.*

Tertiò aiunt, si satis erat illi ad vitam, seruasse mandata; cur Dominus addidit, Adhuc vnum tibi deest? Respondeo, quòd id non dixit ei deesse ad vitam illam vtcumque capessendam; sed ad hoc, nempe si vellet esse perfectus, id est, si vellet vitam illam cum merito perfectioris iustitiæ ingredi: non enim, vt stulti putant, & Iouinianus, quem impugnat Hieronymus, omnes erunt pares in gloria: nam in domo Patris mansiones multæ sunt. Ad hæc Lucæ decimo octauo iuxta Græcam literam ἒν σοὶ λείπει, non propriè significat, vnum tibi deest, sed vnum tibi relictum est, vel restat, seu relinquitur faciendum, si vis esse perfectior, & meliorem inuenire resurrectionem.

III. argumentum. — *Hieron lib. 1. aduer. Iouin. tom 2.* — *Ioan 14.* — *Illud: Adhuc vnum tibi deest, quid propriè.*

Quartò obijciunt, Christus Dominus Matth. 5. ad omnes dixit: *Estote perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.* Si ergo quis mandata seruet, aut dicetur perfectus, aut non dicetur. Si non; non ergo ingredietur in vitam (quanquàm non rectè negetur perfectus, qui tantùm seruat mandata) si sic, quid ergo dicitur quod ei quicquam deest? an perfecto potest deesse quicquam, aut illi addi? Respondetur, Dominum ab omnibus æquè exigere perfectionem, sed non ęqualem. Neque idem est exigere perfectionem; & exigere æqualem perfectionem: sed hæc valde differunt. Non ergo ab omni-

IV argumentum. — *Quam perfectionem Deus exigat à nobis.*

omnibus exigit æqualē perfectionem; sed ab omnibus perfectionem in suo statu. Vt verbi gratia sunt quędam animalia quę imperfecta dicuntur, si ad totum generis ambitum comparentur, quæ tamen in sua specie perfecta sunt. Sic dicitur status antiquus imperfectus respectu noui, vt docet Apostolus 1. Corinth. 13. & præsens respectu futuri in gloria: nam quum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: & tamen in statu gratiæ, ad perfectionem vocamur à Domino, & à Paulo. Imò etiam in statu legis perfectio aliqua erat, de qua Deuteron. 18. dixit Dominus ad populum: *Perfectus eris, & absque macula cum Domino Deo tuo.* Imò etiam in lege naturæ nonnulla erat perfectio, de qua Dominus ad Abraham: *Ambula coram me, & esto perfectus.* Et de Noe in eodem statu dicitur: *Noë vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit.* Et tamen si hi status ad se inuicem conferantur, vnus altero perfectior inuenitur. Nam vt sub statu legis Naturæ aliquid addidit lex Moysi, ita supra illam Moysi aliquid addidit Euangelium, iuxta illud: *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum*: & supra Euangelium maior erit glorię cœlestis perfectio. Et in ipso perfecto statu Euangelij, siue lege gratiæ plures sunt gradus, qui & ipsi statum faciunt: vnus eorum, qui à longinquo sequuntur Christum, & absque eo quòd renuntient re ipsa omnibus bonis; alius verò eorum, qui propè, & iuxta sequūtur, & omnia quæ possident, actu relinquunt, ad quem voluntariè tendunt, qui quidem status acceptari potest, & respui pro voluntate, sine peccato: sed vbi semel susceptus est, non potest, nisi turpiter deseri: atque hic respectu alterius quem includit, & aliquid addit, perfectior dicitur.

1. Cor 13.

In lege scripta, sicut, & in lege Naturæ aliquid perfectionis extitisse.

Genes. 17.
Gen 6.

Statuum Naturæ, legis, Euangelij, atque gloriæ inter ipsos comparatio.

Matth 5.

Duplex Christi sequela.

Quintò opponunt: Omnes Christum sequi debemus, ne in tenebris ambulemus, iuxta illud: *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ*: at hoc vt summū videtur exegisse Dominus ab illo adolescēte; non ergo amplius ab illo petijt, quàm quod exigit ab vnoquoq; nostrum. Respōdeo, omnes nos ad consectandū Christum ęquè obligari, sed non eodem modo. Nam alijs sat est longè sequi, vt omnes, qui in cōmuni classe relinquuntur: alij verò, qui se ipsos adstrinxerunt, & sequelam professi sunt, propiùs debent sequi. Qui enim plus accipit, plus debet. Petrus aliquādo sequebatur Dominum longè, quod narratur in vituperium eius pro illo tempore, qui iam sponte se obligarat voto ad propè sequendum. Sed nō est omnium hæc sequela, nec ab omnibus exigitur: neque imputatur alijs multis, qui longè sequebātur, quia nō promiserant. Adhæc sunt quædā eximia Christi opera, vt illa obedientia vsque ad mortem, mortem autem violentam, & turpissimam crucis: in qua sequi Iesum non est omnium etiam qui sequuntur eum in statu perfectionis; ideò dixit Petro: *Quò ego vado, non potes me modò sequi, sequeris autem postea*: quod enim sit hoc distinctum sequelæ genus, ex eo constat, quia ab initio dixerat ei: *Sequere me*, quod de sequela ad statum perfectionis intelligendum est: at post resurrectionem Christus dixit ei: *Sequere me*, quod nequaquam est intelligendum de eadē sequela, quā iam spoponderat, sed de sequela ad martyrium, quę verè perfectorum est, & non tantùm eorum, qui in via perfectionis ambulant. Hinc ergo explicatur, quòd modus sequendi Iesum sit multiplex. Nam alij sequuntur per viam præceptorum, quidam per strictiorem semitam consiliorum, quidam verò ad actum martyrij, & hi omnium sunt perfectissimi, quib. Paulus meliorem resurrectionem pollicetur.

V argumentum.

Ioan 8.

Qui minus, qui plus debebant Christū sequi.

Luc. 6.

Matth. 26.

Philip 2.

Ioan 13.

Ioan 1.
Matth 4

Ioan. vlt.

Quam sequelam Christus post resurrectionem a Petro requisiuit.

Sextò exponūt Erasm. & Melanchthon, illa verba: *Vade & vende omnia quæ habes*: non vt adolescēs cum effectu hoc præstaret, sed vt haberet in animi præparatione, si quando videlicet exigeret negotium Euangelicū, & gloria Christi illud reposceret: quod quia adolescens non intellexit, propterea abijt tristis. Sed in hūc sensum in primis est; quod si iuuenis ille non intellexit verba Christi, causam certè habuit non intelligendi, quia verba magis hoc porrigūt, quòd actu vēderet, & erogaret in pauperes, quæ iubebat Dominus, quàm in sola animi præparatione. Cur etiam Dominus non declarauit ei planè, vt res se se habebat, pręsertim cùm Marcus dicat Iesum illū dilexisse: cur ergo præbuit illi causam errandi, & tentauit eū? Item illa verba, *vade & vende*, magis implentur si facto ipso præstētur, quàm si sola animi pręparatione fiant: cur ergo id magis nō expressit Dominus; cum Scripturæ in pleniore sensu intelligendæ sint, iuxta illud: *Vt Scriptura impleretur*? sed quæ esset perfectio hoc facere, vt Euangelium postulat? humanum commentum est, quia verba ipsa Euangelij præsentaneā exigunt executionem. Non enim dixit Dominus: Vbi erit opus, *vade, & vende*: sed simpliciter: *Si vis perfectus esse, vende*: vt multi fecerunt. Adhæc quæ esset perfectio hoc facere, cum negotiū Euangelicum postulat? tūc enim pręceptū est, & inter præcepta annumerandū. Nullus. n. cū affectu quouis diuitiarū, & confidentia

VI. argumentum, Erasmi videlicet, & Philippi Melanchthonis.

Adolescētem illum ad statū perfectionis inuitatum, Christi verba intellexisse.

II ratio.

Mar. 10.

III ratio.

Ioan. 19.

IV. ratio

in il-

in illis, intrabit in regnum cœlorum. Et ita, supra communem vitam expressam in obseruantia mandatorum, nihil Christus denuo addidisset. Illud enim perfectum est, quod cùm non exigitur, præstatur tamen. Item si seruauit mandata, vt aliqui ex eis volunt, ergo dilexit proximum sicut seipsum, & in animi præparatione renuntiauerat omnibus quæ possidebat.

V. Ratio.

VII. argumen.

Septimò alij argumentantur, asserentes iuuenem hunc non seruasse mandata, & propterea Dominũ etiam supra quam vellet, imponere, vt tentaret eum. Sed hæc dicuntur pro voluntate, & sine ratione: vt quid enim præuaricatorem mandatorum volens Dominus allicere ad iustitiam, grauiore onere imposito grauaret, & quod ipse nollet, ab eo exigeret. Addunt etiam quidam, mendose legi, & addita esse verba: *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Et ad hoc confirmãdum adducitur Origen. qui motus est ad hoc opinandũ, duplici argumento: Altero, quòd apud Marcum, & Lucam hæc verba de dilectione proximi non leguntur, cùm tamen idem gestum narrent. Sed hoc vanum est: quia passim multa ab vno Euangelista commemorantur, quæ alij tacuerunt. Posteriori argumento, quòd si verè hic iuuenis proximum sicut seipsum dilexisset, implêsset legem, ac proinde non abijsset tristis, audiens relinquẽda esse bona illa, quibus non afficiebatur. Respõdeo per hoc nihil aliud euinci, nisi quòd ille falsò dixit se seruasse mandata, quod & nos facile concedimus, & Orig. ipse magis probat, & Hieronymus, & Augustinus, atque alij meliores existimãt. Inter quos Irenæus lib. 4. cap. 26. scribit: *Ille autem quum dixisset, Omnia feci, & fortè non fecerat, nam vtique non diceretur ei, Custodi præcepta, arguens Dominus cupiditatem eius, dixit ei: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & diuide pauperibus, & veni, & sequere me. Apostolorum partem promittens eis qui sic fecerint.* Hæc ille, tractans verba hæc tanquam consilium: & dicens adolescentem falsò dixisse se obseruasse, quia spreuisset diuitias pro thesauro in cœlo reposito, nec ita tristatus esset, si mandata seruasset. Sed reuera non seruauerat, licèt se seruasse putaret, ideò volens simul possidere terrena, & cœlestia, cogitabat nouum modum audire quo id posset fieri: nec tamen tentabat Iesum, quia dicitur Christus eum dilexisse, tolerans scilicet eum, donec se cognosceret, & adduceretur ad perfectionem: quanquam Dominus doctrinæ gratiæ admisit sermonem eius, ac si obseruasset, vt constitueret altiorem gradum perfectionis. Alij verò intelligũt verbum Domini: *Vade vende omnia quæ habes,* communiter quidem secũdùm animi præparationẽ, sed quibusdam qui Spiritu Dei aguntur, etiam secundùm effectum: ita vt nulli proponatur per modum consilij, sed per modum præcepti. Sed hoc falsum est, quia perturbaret pulchritudinẽ Ecclesiæ, quæ in varietate consistit: vt sint quidẽ qui in communi classe præceptorũ relinquuntur, quibus non datur ad altiorem statum aspirare: vel quia semel alligarunt se seculo per coniugium; vel quia intus corde à Domino non trahuntur; vel ipsi semetipsos non stimulant, aut tandem qui morbo vel impedimento redditi sunt inepti ad hanc vitam, de quibus Apostolus: *Alligatus es vxori: noli quærere solutionem:* & de quibusdam viduis testatur: *Volo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia.* Osiander, homo hæreticus nostri seculi, etsi fateatur, illa verba: *Vade, vende omnia quæ habes,* consilium Domini fuisse, sed priuatum illius iuuenis, ita vt personã illius non egrediatur, nec extendatur in alios. Sed id falsum est, & ab Euangelio, & praxi eius alienum. Ab Euangelio quidẽ, quia Apostoli quasi eius executores dixerunt: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?* Et Dominus in vniuersum doctrinam tradẽs, dixit: *Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* A praxi quoque Euangelij, quia de multis sanctis legimus, auditis illis verbis Christi, omnibus se bonis spoliasse, & ad vitam eremiticam, ac cœnobiticam conuolasse, perinde ac si ad seipsos Christus illa verba dixisset. Sunt enim quidam qui ita forti, & interna vocatione ad hoc vitæ genus amplectendum vocantur, vt grauiter delinquant, nisi spiritui pareant incitanti: de quibus Gregor. Magnus in epist. ad Mauritium Imperatorem, qui lege Imperiali interdixerat, ne militiæ Cæsareæ addicti, monachatus professionem susciperent, in hunc modum scribit: *Multi sunt qui possunt religiosam vitam etiam cum seculari habitu ducere. Et plerique sunt, qui nisi omnia reliquerint, saluari apud Deum nullatenus possint.* Hæc ille.

Inter hos autẽ, qui sic sequuntur Iesum, vt nouerint necessarium esse illis per viam arctiorem illum sequi: & eos, qui sic relinquuntur, vt sequi isto pacto non detur, medius locus est eorum, quorum in arbitrio id relinquitur, vt propositis duabus vijs, ipsi eligant vtram malint: & horum aliqui etiam interius peculiariter imitantur à re meliori: non coguntur tamen. Aliqui rursus ge-

Orig. hom. 8. in Matt. 10. 2

Hieronym. August.

Irenæus, Iacis præscriptis.

Secundùm Irenæum, Origenem, Hieronym. ac August. hic adolescens Dei mandata se seruasse mentitus est.

Alia quorundam expositio horũ verborum Do-[minl: Si vis perfectus esse, &c. satis inepta.]

Rom. 8.

Psal. 44.

1. Cor. 7.

1. Tim. 5.

Osiandri hæretici hominis interpretatio, tali digna viro.

Matth. 19.

Ibidem.

Greg. Magn. epist. 61. siue ca. 100. tom. 2

Diuersi quorũdam à Deo ad religionem impulsus exponuntur.

Adolescens ille ad statum perfectum inuitatus quos adumbrauit.

sus generali aliquo Dei cōsilio indifferenter in Scripturis proposito, nempe, Si vis perfectus esse,&c. inuitantur; quod illis præcipuè dicitur, qui diuites sunt: quorum typum constituit Dominus hūc iuuenem, volens indicare, raros diuites, etiam inuitatos, ad hunc statum accedere, verùm per diuitias, quæ sunt fomenta libidinum, periclitari, quibus impossibilem constituit Dominus vitæ adeptionem. Inter hos autem qui inuitantur,&non obligantur, gradus existunt.

Inter eos qui inuitantur, gradus assignantur.

Nam quidam, cùm non sentiunt se interius trahi, prece obtinent, vt trahantur. Quidam autem trahuntur suauiter, non tamen quasi præcepti necessitate, sed quadam fortiori adhortatione: qui licet aliò trahantur ab initio, inducias postulant, aut velut pulli equini sessorem recusant: blandè tamen allecti,& suauiter, frænum accipiunt. Quidam nec iussi, nec vocati, inconsultò aggrediuntur hunc statum, sine tamen ipso bono allecti, sed non seipsos prius metientes quid valeant, quò se conijciant, figuranturque in illo, qui dixit: *Sequar te, quocunque ieris*: quem Dominus admonitum volens de paupertate, dixit: *Vulpes foueas habent,& volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.* Et item: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei*: nam propter tales, qui leuiter ad hoc mouentur, nec apti sunt ad hunc statum amplectendum, diligenter cauit, dicens: *Si quis venit ad me,& non odit patrem suum, & matrem,& vxorem,& filios, & fratres, & sorores, adhuc autem,& animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam,& venit post me, non potest meus esse discipulus*, quæ verba tunc à Domino dicta sunt (Luc. 14) cùm turbæ multæ eum sequerentur: quod iuxta allegoriam, nihil aliud est, quàm quod videmus turbam innumeram monachorum Christū exterius consectantem, qui tamen non faciunt quod ab initio promittunt, quia absque consultatione,& nescientes quid agerēt, ab initio secuti sunt Iesum, non consilio, aut prudentia, vt debebant.

Luc 9.

Ibidem.

Luc. 14.

In quos quadrent Christi verba dicētis: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum,&reliq.

VIII. argum. hæreticorum

Octauò aiunt hæretici: Demus hoc, in Euangelio inueniri perfectam horum omnium bonorum abdicationem, non animo tantùm, sed & facto propositum castitatis consultum: nihil tamen legimus de votis indictis, quib. ipsi mirificè detrahūt, propterea quod non seruētur, quod & ipsi primò ex parte nouerunt apostatæ,& Religionum professarum desertores. Veruntamen è manibus nostris non propterea euadent: Dominus enim hæc ipsa vota indicauit. Quod igitur attinet ad votum paupertatis, ex vis horum verborum Christi elici videtur. Exigit enim Dominus bonorū renuntiationem: non puerilē, aut temerariā, sed perfectā, & per quam quis eius euadat discipulus.

Paupertatis votum, ex his verbis Dei cōprobari.

Perfectio autem renuntiationis non in eo solo sita est, vt quis re ipsa ad tempus bonis priuetur, sed in perpetuum: nam non dixit; Vade,& omnium, quæ habes, curam alteri cōmitte, vt me expeditius sequaris. Neque, inquit, vade, & mutuo, aut commodato da bona tua alteri, sed, *Vade, vende,& da pauperibus*: venditio autem omnē spem adimit, quas semel abiecerimus facultates, iterum recuperandi. Nec de ijs etiam quæ posset in futurū quærere, ac possidere, abdicatio præcipitur; nam aliàs quæ esset renuntiatio, præsentes opes abijcere, & ad futuras anhelare? Neq; rursus vera, ac perfecta est renuntiatio, nisi pacto aliquo firmetur, ad promissionē: aliàs inualida esset renūtiatio, quæ tam facilè posset reuocari. Esset itē puerilis, si nō fieret in manu alterius. Nam vt dicunt Iurisconsulti: *Nemo potest sibi legem vllam indicere, à qua nō liceat recedere*:& leges hominū non vocant renuntiationē, illam quæ facilè amittere vim suam potest. Vt igitur eunuchi nomine,& castrationis, nuptiarum ius &potestatē in perpetuum adimit, ac proinde promissionē continentiæ: ita nomine vēditionis, & voce renuntiationis, de qua dixerat: *Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus*, votum implicatur paupertatis.

Perfecta renūciatio quænam sit.

Renunciationes perfectæ quæ non sint.

Dictum Iurisconsultorum. *Matth. 19.*

Luc. 14.

Et cōfirmatur secundò, quia illa bonorum renuntiatio, in Ecclesia Ierosolymitana à multis, qui ponebāt omnia bona sua ante pedes Apostolorū, celebrata est: qui sunt autem, iuxta spiritum, illi pedes, nisi pauperes,& minimi Christi, in quorū vsum eroganda sunt quæ relinquimus? & illi quidē paupertatem Euangelicā profitebantur. Quòd autem in illa paupertatis professione votum, siue promissio fieret, testatur factū Ananiæ,& Sapphiræ, qui defraudarunt de pretio agri: ad quem dixit Petrus: *Anania, cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto,& fraudare de pretio agri? Nonne manens, tibi manebat, & venundatum, in tua erat potestate?* quod non ob aliam causam dictum fuit, nisi ob facti voti violationem: vt interpretatur B. Hieronymus in epistola ad Rusticum Gallum, idemque ad Paulinum de institut. monachi, & Cyprian. lib. de exhortatione martyrij,& Gregor. epist. ad Venantium Cancellar. Italiæ, qui habitum monasticū dimiserat: *Ananias*, inquit, *pecunias Deo vouerat, quas post diabolica victus persuasione subtraxit. Sed qua morte*

Act. 4

Pedes Apostolorum qui mysticè.

Act. 4

B. Hieronym.

Cyprianus.
Greg. lib. 1. de pist. epist. 33 siue cap. 38. to. 4.

Apostolos paupertatis votū emisisse. *Aug. to. 5.*

mulctatus est, scis. Hæc ille. Quod vero Apostoli paupertatis votum emiserint, testatur B. Augustinus libr. 17. de ciuit. Dei, cap. 4. *Dixerant enim potentes illi: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te; hoc votum potentissimi vouerant, sed vnde hoc eis, nisi ab illo, de quo hic continuo dictum est: Dans votum vouenti? Alioquin ex illis essent potentibus, quorum infirmatus est arcus. Dans, inquit, votum vouenti. Non enim Domino quisquam quicquam ratum voueret, nisi qui ab illo acciperet quod voueret.* Et hæc de voto paupertatis. post quod missum non licet ad priora reuerti, exemplo vxoris Loth, & eius, qui post manum suam missam ad aratrum, respicit retro. Et B. Gregor. hom. 20. super Ezechielem scribit: *Cum quis suum aliquid Deo vouet, & aliquid non vouet, sacrificium est. Cum vero omne quod habet, omne quod viuit, omne quod sapit, omnipotenti Deo vouerit, holocaustum est.*

1 Reg. 2. Ibidem. Gen. 19. Luc. 11. Supr. 9. Greg. to. 2.

Votum castitatis probatur. *Matt. 19.* I. Ratio.

Votum porro castitatis apertè expressit Dominus, cum dixit: *Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cælorum*, nam eiusmodi eunuchismus, siue castratio, non tantum actum, sed etiam potentiam adimit actus generationis, vt videlicet licite non queat, qui vouit vxorem, vel accipere, vel cum accepit, cognoscere, si ex mutuo consensu professi sunt castitatem: vt doctissimus Pater tradit Augustinus, epistola 45. ad Armentarium, & Paulinam. De hoc genere eunuchorum prædixit Esaias: *Et non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus eunuchis: Qui custodierint Sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* Vbi primum distinguit hos eunuchos ab alijs: ait eos eligere id, quod ipse Christus elegit, id est, carnis pudicitiam. Et hoc fœdere se illis iungunt in paupertate in perpetuum: & hos manere locum, & nomen melius in domo Dei promittit. Quod his quę Christus dixit, conforme est: *Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me in regeneratione, &c. sedebitis & vos super sedes duodecim*, & reliqua.

D. Aug. to 2. Esa. 54. Præmium eunuchorum Domini.

II. Ratio. 1. Tim. 5.

Adhæc cōfirmat hoc cœlibatus votum sententia Apostolica: quæ tradit, quasdam mulieres cœlibatum promissum colentes, quæ postquam luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quæ verba, quocunque se vertat hæreticus, & glossas nouas quærat, euadere nequit, quin votum promissæ castitatis cogatur admittere, atque ob id dignam cōdemnationem ob fidem promissam violatam: quia displicet Deo infidelis, & stulta promissio. Adhæc suadet Domin⁹ relinqui vxorē propter se, quod quid aliud est, quam exigere votū castitatis? nam vere non relinquitur vxor, cum facultas adest nuptias exercendi, vel contrahendi. Oportet ergo voto sanciri huiusmodi propositum.

Eccl 5. III. Ratio. Matt. 19.

IV. Ratio. 1. Cor. 7.

Præterea cum Paulus ad Corinth. ait: *Mulier innupta, & virgo, cogitat quæ Domini sūt, vt sit sancta corpore, & spiritu*; verbum *sancta*, ad hoc respicit, quod voluit. Nam sanctus dicitur, qui se Deo deuouit, sicut aries sanctus, vitulusque, & sancta quæcunq; Deo promissa ipsi offerimus.

Sanctus quis

Votum obedientiæ comprobatur.

De voto postremo obedientiæ, illud in postremis illis verbis includitur: *Sequere me*; id est, accinge te ad abnegandam tuam, & amplectendam in omnibus meam voluntatem. In voluntate enim nostra Deo per omnia subijcienda maxima pars sequelæ huius consistit. Ruclus: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*, quid est abnegare, nisi nulla in re sui iuris esse velle? à se ipso desciscere, & alterius voluntatem in cunctis sequi? Quod vero liceat obedientiam voto firmare, ratio ipsa porrigit. Licet namque mulieri se viri potestati subdere, atq; ad id perpetuo se obligare sponte contrahendo: licet etiam se sponte alteri vendere in seruum: at cum aliquis efficitur seruus alienę potestati subijcitur, imo deterioris est cōditionis, quam monachus: licet etiam se spontè alienæ voluntati subdere, quia hoc est conforme diuinæ voluntati, quæ vult vt inferiores superioribus subijciantur. Si ergo illa omnia licita sunt, quid ni licet seipsum propter Deum alteri subijcere? Dices fortasse, satis nobis esse, si Deo ipsi obediamus, quemadmodum Christus fecit. Martyres quoque & sancti Dei: quid opus est obedire homini? Respondeo, Deum etiam imperare per homines, siue per ministros suos, qui dixit: *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.* Sed iam Deus non loquitur nobis, quemadmodum Christo & sanctis, imo omniū artifex sapientia hoc antidotum adinuenit curandæ superbiæ nostræ: vt quia Deo ipsi præcipienti, homo obedire contempsit, iam homini obediendo subdatur. Et licet professio soli Deo fiat, adiungitur tamen sanctus aliquis tanquam protector, & patronus, additur & homo superior tanquam Christi Vicarius, & minister, cuius nomine votum suscipit.

I. Ratio. II. Ratio.

In eos qui dicunt: Quid opus subijcere sese homini, cum satis sit subijci Deo.

Luc. 10.

Diuina antidotes humanæ superbiæ.

Adhæc vt de omnib. votis simul loquamur, si obediētia, castitas, & paupertas Euāgelica per se est res sancta, & religiosa, quid

III. Ratio, de votis in genere.

Ierem. 35.
Num. 6.

ni liceat in perpetuū se ad illa seruanda obligare, si Nazaręi, & Rechabitæ in lege, perpetua edebant vota de rādenda cæsarie, de abstinentia à vino. Neque dici potest, eiusmodi vota Euāgelicæ libertati officere, aut aduersari: quoniám B. Virgo nouit virginitatem, vt docet August. & alij Patres: & Apostoli vouerunt externam paupertatem: sicut viduæ reprehenduntur à Paulo de violata prima fide: & innumerabiles sancti vtriusq; sexus, & miraculis, & sanctitate, & doctrina clarissimi, ad eadē illa voto se obstrinxerunt.

Aug. libr. de sancta Virginit. cap. 4. de Apostol. idem testatur.
Aug. lib. 17. de ciuit. Dei. cap. 4.
1. Tim. 5.

IV. Ratio.

Præterea, licitum est in cæteris vitæ conditionibus, perpetuas obligationes recipere, vt in sacris ordinibus, qui exigunt perpetuum cœlibatum: cur non ergo licebit monacho se ad cœlibatum perpetuo adstringere?

V. Ratio.

Item, potest vir licite se vxori adstringere, & vxor viro: licet alicui alteri se in seruum perpetuum obligare: licet libero hominis seruos suos in perpetuum alteri locare, vel domum, aut possessionem in perpetuum vendere: cur nō ergo magis Deo licebit?

VI. Ratio, ab incommodis.

Amplius, si non liceat per vota monastica se Deo perpetuo adstringere, nihil esset in statu monastico stabile, nihil constans, aut firmum, sed nutarent omnia, & mutationi essent obnoxia: & sic institutum monasticum non esset proprie status, quia nulla ibi statio, vel firmitas, sed esset cæteris abiectius, quod nulla firmitate subnixum esset: & daretur occasio monachis male proficientib. redeundi ad vomitum, ac deserendi animum firmum, magisque fixum in via difficili quā ingressi sunt. Nec enim feruor deuotionis, qui in principio sarcinam religionis leuiorem facit, semper in suo vigore perseuerat, vt intelligant ad mortem vsq; perseuerādum sibi esse, & memores sint sanctorū animalium, quæ cum ambularent, non reuertebantur, memores etiam legis, quæ in sacrificio iubet offerendum esse caput cum cauda, nimirum vt in bene cœptis habeatur perseuerantia. Alioqnin religio instar esset fornicarij ingredientis, & egredientis, vel instar canis Ægyptij, qui ad Nilum accedens bibit & abit, vel denique instar Catonis in theatro, qui in hoc tantum ingressus fuit, vt exiret. Possunt etiam religiosi tales cōparari Parthis, qui pugnam ineuntes fugere solent.

Quid quod animalia ibant, nec reuertebātur, & quod in sacrificijs erat caput offerendum cum cauda.
Ezech. 1.
Leu. 3.
Religio votis soluta, quibus rebus aptè cōpararetur.

VII. Ratio, & postrema à Christi exemplo desumpta.

Postremo, vota perpetua, quæ religiosi emittunt, probantur à Christo, qui genus vitæ monasticæ instituit, & ad illud suscipiendum inuitauit, & multis miraculis illustrauit: probantur ab Ecclesia tota, quæ religiones, vt meliorem partem Euangelij, colit & amplectitur: Confirmantur à Synodis generalibus, à Romanis Pontificib. à Doctoribus, à S. Patribus, à iure humano, à consuetudine pop. Christiani, ab omnib. recte sentientibus: tantummodo ab hæreticis, & apostatis, circa autoritatem, rationem, & exēplum loquentib. reprobantur. Sed hæc illorū reprobatio, apud intelligentes, & peritos, summa est instituti monastici comprobatio. Ex his ergo quæ disputauimus, colligimus, falsam esse annotationē Caietani in hunc locū, dicentis, q́ nullum indicitur votum à Iesu volenti vitæ perfectionem assequi, quia non in vinculis votorum, sed in operibus consistit perfectionis assecutio. Idem annotat in Luc. c. 14. quod renuntiare omnibus quæ possidemus, non mandatur à Christo omnibus Christianis, sed profitentibus Apostolicæ vitæ perfectionem. *Et intelligo*, inquit, *renuntiare facto, quicquid sit de voto: illa enim est vera renuntiatio, quam in Actibus legimus Apostolorum, & in sanctis Patribus antiquis, Ambrosio, Antonio, Paulo, Benedicto.* Hæc ille. Sed hæc falsa sunt & ex dictis facilè confutantur: & ex ipsis Actis Apostolicis habetur non simplex, sed renuntiatio facta cum voto. Et si attentius legisset SS. Patres intellexisset, nihil esse apud eos frequentius, quam voti, & promissionis Deo factæ mentionem. Proinde quod exponit: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei*, scilicet prædicando: non tam est exponere dictum, quam apponere ad dictum. Christus enim simpliciter ait: *Non est aptus regno Dei*, scil. assequendo: nam alias quid magni dixisset, si hoc tantum prohibuisset, curantem domestica non esse aptum ad prædicationē Euangelij, quis enim puer hoc nesciat? Quidam hanc autoritatem referunt ad hominem Christianæ religionis vitam profitentem: sed falso, & contra vim verborū pleniorem. Nam sermo hic dirigitur ad eum, à quo Dominus peculiarem sequelam exigebat domo propria relicta, non communem illam, nam ipse dixerat: *Sequar te Domine*, sed permitte mihi primū renuntiare his qui domi sunt.

Caietani error, nullum dicentis à Christo votum indici ad perfectionem statum aspirantis, refellitur.

Act. 4.

Luc. 9.

Alter error Caietani in illud: Nemo mittens manū suam, &c. aptus est regno Dei.
Alia quorundam expositio haud minus inepta.

Luc. 11.

Non est ergo sermo, vel de Euangelio prędicando, vt prior sententia dicebat, nec de communi sequela Iesu, & nō perpetua: nam ad illam non opus erat petere facultatem, vt iret domum renūtiatum suis, quos non relinquebat: multos enim habebat Iesus discipulos, qui eum tali perfecta sequela non sequebantur, vt Apostoli, idē hospitium, & conuictum cum eo habētes, sed ad tempus, & reuertebantur ad propria. Nec omnibus dixit, vt renuntiantes omnibus se sequerētur: nam erant multi, qui ministrabant ei de facultatibus suis. Erant discipuli

Vera atq; germana eorum verborum sententia.

Occulti Christi discipuli, & studiosi.

eius

eius Lazarus, Nicodemus, Ioseph ab Arimathia, & Gamaliel, & alij plures, quos diligebat Iesus, quibus nihil tale, vel præcepit, vel suasit. Alij autem perpetuò sequebantur cum Apostolis: & de quibusdam huius status legimus, quòd abierunt retro,

Ioan. 6.

& iam non cum illo ambulabant: quod in eorum dicitur vituperationem. Andreas etiam, & Petrus, qui piscatores erant, dicũtur à Matthæo, relictis retibus, & naui, secuti esse Iesum. Lucas verò ait: *Relictis omnibus*; licet antea vterque nouisset Iesum familiariter, vt habes Ioan. 1. sed non adhuc reliquerant omnia, sicut postea fecerunt.

Luc. 5.
Matth. 4.

De Iacobo & Ioanne legitur, quod statim relictis retibus, & patre, secuti sunt eum, de his, quia patrem habebãt, peculiariter scribitur, vt omnia ab eis relicta intelligas, cũ patrem, cum quo summa est necessitudo, relinquerent: nam filij familias patrẽ relinquentes, non valent relinquere alia bona, quæ habent in spe. De Matthæo verò scribitur, quòd relictis omnibus, surgens secutus est Christum. Interpretatur Caietan. relictis omnibus, scilicet negotijs. Sed hoc est adijcere de suo, & peruertere Euangelium, præsertim in re tanti momenti. Eodẽ modo exponit de Petro, quod relictis retibus, & naui, secutus est Christum. Expẽditque, non dixisse Euangelistam, relictis omnibus: quasi Lucas non dicat, relictis omnibus, aut quasi piscator si relinquat retia, & nauem, artemque suam nauigandi atque piscandi, vnde viuebat, non etiam consequenter & benignè omnia reliquisse intelligatur. Sed quid dicet ad verbum Petri: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te?* Quid hic clarius, & manifestius? Sed nihil est clarum animis volentibus Euangelio inducere tenebras. Quòd si hic proferat glossam: *Reliquimus omnia*, scilicet negotia, confutabitur ab ipso textu Euangelico; nã sequitur: *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meũ, &c.* Et præcesserat etiam: *Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus*, an negotia erant vendenda, & danda pauperibus? Nihil ergo Apostoli, nisi in communi possidebant, vt loculos. Et Christus, cùm dixit: *Vos qui reliquistis omnia*; intellige præterita bona, & spem omnem futurorum per votum sibi adimentes, aliàs non omnia reliquissent.

Luc. 5.
Eius etiam loci & relictis omnibus (scilicet Matth.) secutus est eũ, inepta Caietani glossa.

Matt. 4.

Quibus clarũ nihil.

Sed obijcit Dominus Caietanus, Dominum intrasse in domum Simonis, quomodo ergo domus Petri erat, si omnibus renuntiauerat? Quasi verò domus ex more non dicatur cuiusdam, non eo quòd sit in præsentia, sed quod ante fuerit, aut etiam iulius habitationis, vel locationis, & non proprietatis gratia: quanquam non vlterius domi suæ habitaret Petrus, quia semper sequebatur Iesum. Sic dicta est Capharnaũ ciuitas Domini, habitationis gratia, non quòd inde esset oriundus.

Si Petrus (ait Caiet.) omnia reliquerat, cur in eius domo Dominus intrauit.

Deinde arguit: *Matthæus*, inquit, *qui reliquerat omnia, & secutus erat eum, fecit illi grande conuiuium: nam si omnia reliquit, quomodo fecit conuiuium?* Respondeo: Homo qui inuitatur ad Iesu sequelam, deliberat secum prius hoc facere: & cum decernit hoc, statim animo relinquit omnia, quoniam non vult vlterius esse Dominus earum rerum, sed omnibus cedit, vt sint pauperum; nec tamẽ interim se priuat dispensatione bonorum suorum, sed proprietate. Vnde Matthæus quando fecit conuiuium Christo, fecit vt dispensator, non vt Dominus, & Christo, vt pauperi, non vt amico. Imò tantùm abest, vt ex hoc colligatur non reliquisse omnia, vt magis reliquisse prodatur, quia tum cœpit disponere de suis rebus, & ipso facto solẽniter dimittere: sicut & in prandio fecit Zachæus. Alioqui quomodò secutus esset Iesum, & ipse diues, & nihilominus manducans cum illo, & viuens de mendicatis?

Ad illud eiusdem Matth. si omnia reliquerat, qui fecit grande cõuiuium Christo?
Luc. 5.

Luc. 19.

Postremo, ex his quæ disseruimus, euinci potest absurdissimus error Erasmi, dicẽtis in suis illis antidotis in Hieronymum, nouum esse inuẽtum votorum, quæ emittunt religiosi, & antiquitati toti fuisse ignotum. Qua in re insignem prodidit suam insciriã. Nam vel ex nomine Abbatũ, quod Hebraicè patres significat, & ex nomine Monachorum, quod in antiquis Patribus est frequentissimum, admoneri poterat antiquitatis votorum, si attentè legisset, Actus Apostolorum, & vitam Christianorũ degentium sub B. Marco, quam Philo disertissimus duobus libris persecutus est. Si rursus diligenter inspexisset Dionysium Areopagitam, cap. 6. Ecclesiast. hierarchiæ, vbi tradit modum profitendi Monachatum ex traditione Apostolorum; si Basilium in asceticis, Chrysostomũ in vituperatores vitæ monasticę, si Hieronymum, & Augustinum, atque Cassianum, Palladiũque legisset accuratius: nequaquã in re tãti momenti tam turpiter aberrasset. Vide quid dicat Augustinus in Psalm. 75. *Sunt etiam vota propria singulorum. Alius vouet Deo castitatem coniugalem, vt præter vxorem suam non nouerit aliam: sic & fœmina, vt præter virum suum non nouerit alium. Alij etiam vouent & sic experti tale coniugium, vltra nihil tale pati, nihil tale concupiscere, aut sustinere: & ipsi vouerunt aliquid maius quàm illi. Alij virginitatem*

Erasmi in Hieron. venenosis antidotis.

Abbatum nomen apud Hebræos, quid sonet.

Philo.

Erasm. in lectione veterũ Patrum negligentissimus.

B. Aug 10 8.
Varia vota vouentium ex August.

ipsam

ipsam ab ineunte ætate vouent, vt nihil tale vel experiantur, quale illi experti sunt, & reliquerunt, & isti vouerunt plurimum. Alij vouent domum suam esse hospitalem omnibus sanctis aduenientibus: magnum votum vouent. Alius vouet relinquere omnia sua distribuendo pauperibus, & ire in communem vitam, in societatem sanctorum: magnum votum vouit. Vouete, & reddite Domino Deo vestro. Et infra: *Non sitis pigri qui potestis, quibus aspirat Deus apprehendere gradus meliores: quia non ista ideò loquimur, vt non voueatis sed vt voueatis, & reddatis.* Supra etiam inquit: *Non sitis pigri ad vouendum, non enim viribus vestris implebitis: deficietis si de vobis præsumitis: Si autem de illo cui vouetis, vouete, securi reddetis.* Et infra: *Nemo ergo positus in monasterio frater, dicat: Recedo de monasterio, neque enim soli qui sunt in monasterio, peruenturi sunt ad regnum cælorum, & illi qui ibi non sunt, ad Deum non pertinent. Respondetur ei; sed illi non vouerunt, tu vouisti, tu retro aspexisti.* Et proximè ante, tractans illud Apostoli: *Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quid est, primam fidem irritam fecerunt? vouerunt, & non reddiderunt.* Idem serm. ad fratres in eremo, & est 5. de obedientia ad sacerdotes suos se votis adstrictũ fatetur, ait enim: *Noli mihi resistere, quia omnis potestas à Deo est: & qui potestati resistit, Deo resistit. Non tamen veni, vt super vos potestatem haberem, sed tantum vt cum fratribus meis viuerem in solitudine. Et ecce nunc Episcopus sum, & pauperem me esse non erubesco. Quare? quia pauper, paupertatem seruare promisi. Cauete igitur ne me pauperem derelinquatis. Pauperes mecum esse voluistis, cauete ne à delitijs capiamini.* Hæc ille. Ex quo habes votum obedientiæ: & opus esse in quauis regenda cõgregatione non mutis tantum legibus, sed etiam viuis, vt sunt Principes in politia, parentes in familia, in Ecclesia pastores, in religione Abbates, vel Priores, vel Præfecti. Idem duos sermones de cõmuni vita clericorũ scripsit, quos promisit reponere inter epistolas, & non fecit, quos Erasm. vt Aug. germanos recipit, & si negaret, cõuinci posset à Gratiano, qui quatuor Canones ex illis accepit. Primũ, 12. q. 1. c. *Nolo vt*, & secundum, 12. q. 1. c. *Certè*; tertium, 13. q. 2. c. *Si quis*; quartum, 17. q. 4. c. *Quicunque. Ecce dico, audite: qui societatem communis vitæ iam susceptam quæ laudatur in actibus Apostolorum, deserit, à voto suo cadit, & à professione facta cadit. Obseruet iudicem, Deum scilicet, non me.* Et post pauca: *Ego scio quantum mali sit profiteri sanctũ aliquid, nec implere. Vouete,* inquit, *& reddite Domino Deo vestro. Et, melius est non vouere, quam vouere, & non reddere.* Idem epist. 16. reprehendit Iouinian. æquale præmium reddentem virginibus, & coniugatis. Epist. 34. ad Paulinũ gratulatur, quod multi hanc perfectam vitam eligebant, quam diues inuitatus à Domino recusauit. Epist. 38. ad Lætum, hortatur ne respiciat retro, redeundo ad seculũ, & parentes. Epist. 70. ad Bonifacium Comitem, hortatur ad implendum votũ monachatus, quod emiserat. In Psal. 132. laudat vota monachorum, sicut lib. 1. de moribus Ecclesiæ, cap. 31. & lib. de vnitate Ecclesię, cap. 14. Basil. in cap. 1. de constitutionibus monasticis: *Qui à mundi vinculis esse liber gliscit: hic coniugium, veluti compedes quasdam profugit, & Deo vitam suam consecrauit, & castitatem professus est, eare, ne sibi amplius liberum esset vxorem ducere, sed assiduè vsque pro tuenda castitate aduersus naturam decertaret, & naturæ impetu illos, qui omnium habentur acerrimi.* Et in serm. de institutionibus monachorum ante regulas fusius disputatas: *Ante præclaram istius vitæ professionem liberum est vnicuique, quatenus per Dei indulgentiam leges permittunt, communem cum cæteris viuendi morem sequi, sibique vxorem adiungere: vbi vero iam quis sponte sua ipse professus est, hic Deo custodire seipsum debet, veluti eorum aliquid quæ dicata sunt Deo, ne sacrilegij iudicium incurrat, cum videlicet corpus, quod semel Deo consecrauit, ministerio rursum communis vitæ contaminet.* Idem in regulis fusius disputatis interrogatione 14. *Cæterum horum vnusquisque, si postea quam intra reliquorum fratrum societatem adscriptus fuerit, factam iam ab se professionem resciderit, is perinde aspici debet, vt qui in Deum peccauerit, quem videlicet professionis suæ testem adhibuerit, cuique solenni se voto obligarit. Si vero in Deum quis peccauerit,* inquit, *& quis orabit pro eo? Etenim qui seipsum Deo semel deuouit, hic si ad aliud deinde vitæ genus transierit, sacrilegij se scelere obstrinxit, quippe qui seipsum Deo, cui se consecrauerat, veluti subterfuratus est.* Item libro de vera virginitate: *Mulier,* inquit, *alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit, sin vero mortuus fuerit, libera est, cui vult nubat, tantum in Domino. Vide quod non simpliciter dixerit, nubat, sed adiecit, in Domino tantum. Nam & quæ per mortem viri, liberam consequitur nubendi facultatem, non tamen ea libertate posita, vtcunque nubere debet, sed tantum in Domino. Quid est autem in Domino nubere? Non autem vt vilomancipium voluptatibus carnis ad concubitum pertrahi: sed iudicio, & commodioris vitæ ratione nuptias eligere. Ideo enim & matrimonij necessitatem creator in natura constituit. Sin autem ita se habet res, non se fallat qui à virginitatis curriculo ad carnis vitia deflexit. Coniugium quippe illi in peccatum reputabitur: primum quidem quia pessimum cõiunctionis huius fundamentũ voluptatem iecit, præuaricationisq́ malum, deinde quia*

Magnum votum qui vouerant.

Psal. 75.

Primam fidem irritam facere, quid Augustino.

1. Tim 5.

Idem tom. 10.

Rom. 13.

Magni Augustini exemplũ & modestiæ, & paupertatis.

In obedientia opus legibus non tantum mutis, sed viuis.

Idem.

Actor. 2.

Psalm. 75.

Eccles. 5.

Idem ad Marcellin de baptis. paruulo. tom. 2.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Basil. to... Coniugium, curarum abyssus, & compedes.

Idem.

Sacrilegij qui crimen incurrant vouentes.

Idem.

1. Reg. 2.

1. Cor. 7.

In Domino nubere quid.

Nuptiæ olim a Deo cur institutæ, teste Basilio.

caussa non esset libera, neque enim est mortuus vir eius, vt cui vult, nubat, viuente immortali viro, meritò censetur adultera, quæ mortalem hominem ob carnis vitia Domini thalamis intulit. Rursus in Psalmum 44. in illa verba: Adducentur Regi virgines post eam: Audiant hæc quæ virginitatem Domino vouerunt, quòd virgines Regi adducentur; Virgines planè, quæ proximæ sunt Ecclesiæ, nempè pone ipsam affectantes, nusquam aberrantes ab Ecclesiastica disciplina.

Idem.
Psal 44.

Nuptiæ monachorum quam abominabiles Chrysost.
B.Chrys.to.5
Idem.

Beatus Chrysostomus ad Theodorum Monachum scribens, asserit nuptias Monachorum esse peiores adulterio. Et in vituperatores vitæ monasticæ obedientiam ita commendat, vt in ea, vitę monasticæ proram, puppimque constituat.

Cassian.

Cassianus decimooctaua collatione Abbatis Pyamonis: & libro quarto, capite vigesimotertio obedientiam commendat, vbi Abbatem Ioannem propter obedientiā ait spiritu prophetiæ claruisse, vt Theodosius Imperator sine illius responsis & consilijs bellum non tentaret. Et capite 36. Caue ne quando, quam nunc incipiens ardore fidei, ac pia humilitate calcasti, cùm cœperis Psalmorum, vel professionis huius (scilicet monasticæ) quandam notitiam degustare, paullatim elatus resuscitare mediteris, ac secundùm Apostoli sententiam, quæ destruxisti iterum readificans, præuaricatorem constituas temetipsum, sed potius vt in hac nuditate, quam coram Deo, & Angelis eius professus es, ad finem vsque perdures, &c. Non enim qui cœperit hæc, sed qui perseuerauerit in his vsque in finem, hic saluus erit.

Gal.2.
Matth. 24.
Hieronym.

Hieronymus ad Rusticum Monachum: Præpositum monasterij timeas, vt dominum: diligas, vt parentem. Credas tibi salutare quicquid ille præceperit, nec de maiorum sententia iudices, cuius officij est obedire, & implere quæ iussa sunt.

Idem.
Matth. 20.

Idem ad Eustochium de custodia virginitatis. Quod ante plures annos Nitriæ gestum sit, referemus. Quidam ex fratribus parcior magis quàm auarior, & nesciens triginta argenteis Dominum venditum, centum solidos, quos lina texendo acquisierat, moriens dereliquit. Initum est inter monachos consilium (nam in eodem loco circiter quinque millia diuisis cellulis habitabant) quid facto opus esset. Alij pauperibus distribuendos esse dicebant; alij dandos Ecclesiæ, nonnulli parentibus remittendos. Macharius verò, & Pambo, & Isidorus, & ceteri quos Patres vocant, sancto in eis loquente Spiritu, decreuerunt infodiendos esse cum eodem dicentes: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Nec hoc crudeliter quisquam putet factum: tantus cunctos per totam Aegyptum terror innasit, vt vnum solidum dimisisse sit criminis.

Quantum Monachus quid proprietati studens, subsit in morte iudicium.
Act. 8.

Et Augustinus sermone primo, de vita clericorum: Nostis omnes, aut penè omnes, sic nos viuere in ea domo, quæ dicitur domus Episcopi, vt quantum possumus, imitemur eos sanctos, de quibus loquitur liber Actuum Apostolorum: Nemo dicebat aliquod proprium, sed erant illis omnia communia. Et infra: Ecce quomodo viuimus. Nulli liceat in societate nostra habere aliquid proprium, sed si fortè aliquid habent, nulli licet: & qui habuerint, faciunt quod non licet. Et subdit: Testamentum fecit Presbyter, socius noster (scilicet Ianuarius) nobiscum manens, de Ecclesia viuens, communem vitam profitens, testamentum fecit, hæredes instituit. O dolor illius societatis: ô fructus natus non de arbore, quam plantauit Dominus; sed Ecclesiam scripsit hæredem. Nolo numerare ista, non amo amaritudinis fructum. Ego illum Deo quærebam, Deo societatem professus erat, hanc teneret, hanc exhiberet, nihil haberet, testamentum non faceret: habebat aliquid, non se nostrum socium, quasi Dei pauperem fingeret.

Aug. serm. 52. ad fratres in eremo. to. 10.
Act. 4.
Ianuarius quidam propriatatis ab Augustino taxatus.

Rursus Hieronymus ad Rusticum Monachum: Per hæc omnia ad illud tendit oratio; vt doceam te, non tuo arbitrio dimittendum, sed viuere debere in Monasterio sub vnius disciplina patris, consortioque multorum, vt ab alio discas humilitatem, ab alio patientiam. Hic te silentium, ille doceat mansuetudinem: non facias quod vis: comedas quod iuberis, vestiare quod acceperis; operis tui pensum persoluas: subiectus sis cui non vis, lassus ad stratum venias, ambulansque dormites, & necdum expleto somno, surgere compellaris: dicas Psalmum in ordine tuo, in quo non dulcedo vocis, sed mentis affectus quæritur, dicente Apostolo: Psallam spiritu, psallam & mente. Et: Cantantes in cordibus vestris Domino. Legerat enim esse præceptum: psallite sapienter. Seruias fratribus: hospitum laues pedes: passus iniuriam, taceas. Hæc ille. Quibus nihil elegantius de voto obedientiæ, & totius vitæ monasticæ dici poterat.

Hieronym.
Officia hominis Religiosi, ex Hieronym.
1.Cor.14.
Ephes.5.
Psal. 46.

Idem in epistola: Audi filia, & vide, ad Eustochium de custodia virginitatis: Prima apud eos confœderatio est obedire maioribus, & quicquid iusserint, facere. Deinde reprehēdit Monachos dictos Remoboth, quod proprium haberent, & nulli obedirent. Posthæc subdit: Verùm, quia nunc de virginibus scribens, penè superfluum de Monachis disputaui, ad tertium genus veniam, quos Anachoritas vocant, qui & de cœnobijs exeuntes, excepto pane, & sale, ad deserta nihil perferunt amplius. Huius vitæ autor Paulus, illustrator Anton. & vt ad superiora conscendam, princeps Ioan. Baptista fuit. Talem verò virum Ierem. Propheta describit, Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua.

Idem.
[illegible]tissimi eremi [illegible]tores qui fuerint.
Thren. 3.

Idem ad Demetriadem virginem, de virginitate seruanda: Quando eras in seculo, ea quæ erant seculi, diligebas. Polire faciem purpurisso, & cerussa ora depingere, ornare crinem, & alienis capillis turritum verticem sternere,

Idem.

nere, &c. Nunc autem quia seculum reliquisti, & secundo post baptismum gradu misti pactum cum aduersario tuo, dicens ei: Renuntio tibi diabole, & seculo tuo, & pompa tua, & opibus tuis: serua fœdus quod pepegisti, & reliqua; Et infra: *Si vis, inquit, esse perfectus. Non cogo, non impero, sed propono palmam, ostendo præmia: tuum est eligere, si volueris in agone atque certamine coronari.* Ac infra: *Ex eo tempore, quo virginitati perpetuæ consecrata es; tua, non tua sunt, imò verè tua, quia Christi esse cœperunt, quæ auia viuente, vel matre, ipsarum arbitrio dispensanda sunt.* Idem In vita Malchi: *Cumque nihil cuiusquam proprium sit, omnium omnia sunt.* Et ad Paulinum de institutione Monachi: *Denique & tu, audita sententia Saluatoris: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me; verba vertis in opera, & nudam Crucem nudus sequens, expeditior, & leuior scandis scalam Iacob.* Infra: *Iam non sunt tua quæ possides, sed dispensatio tibi credita est.* Idem in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum: *Philo Iudæus natione Alexandrinus, de genere Sacerdotum, idcircò à nobis inter scriptores Ecclesiasticos ponitur, quia librum de prima Marci Euangelistæ apud Alexandriam scribens Ecclesia, in nostrorum laude versatus est: non solum eos ibi, sed in multis quoque prouinciis esse memorans, & habitacula eorum dicens monasteria. Ex quo apparet, talem primam Christi credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc Monachi esse nituntur, & cupiunt: vt nihil cuiusquam proprium sit, nullus inter eos diues, nullus pauper: patrimonia egentibus diuiduntur, orationi vacatur & Psalmis, doctrinæ quoque, & continentiæ, quales & Lucas refert primum Hierosolymæ fuisse credentes.* Hactenus ille; & nos quoque finem tractatui imponimus. Volui tantam nubem testium producere, quo compertum esset, atque exploratum omnibus, non tantùm qualis sit legitima huius loci intelligentia, sed etiam quàm fuerit antiquitati nota atque probata monachorum in communi degentium vita: & qua ratione votorum vinculis ad illam se adstringerent, vt ita impudentiam nostri seculi hæreticorum ora obtundamus, & veritatem cum antiquitate consentientem propugnemus, illamque per omnia secutam dicta & facta Apostolorum ostendamus, atque adeò ipsius Domini nostri Iesu Christi, quem cum Patre & Spiritu sancto laudat, benedicit, ac prædicat omnis creatura, præsertim rationalis, & beata, per omne seculum, Amen.

Matth. 19.

2. Tim. 2.

Idem tom. 1.

Idem tom. 9.

Idem tom. 1.

Idem tom. 2. Philonem Iudæum Hieronym. cui censuit inter scriptores Ecclesiasticos, eodem autore.

Act. 4.

Vnde orta vita monastica & eremitica

TRACTATVS LIII.

De disceptatione Domini cum diuite adolescente, in illa verba: *Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnum cælorum. Et iterum dico vobis, facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus, dixit illis: Apud homines hæc impossibilia sunt.* Et habētur Matt. 19. Marc. 10. & Luc 18.

OCcasione horum verborũ, & mœroris, quem iuuenis ille conceperat, ob id quod fuit ad perfectionē illam abdicandi à se omnia bona, inuitatus, Domin⁹ has sentētias de iis qui diuitiis, & opibus aut student, aut affluunt, pronũtiauit: quæ magni sunt ponderis, & momenti, legesque planè aureæ, & omnium hominum cordibus infigendæ: ita enim leges humanæ ab euentis magna ex parte cōditæ sunt. Abeunte ergo adolescente, dixit Iesus ad discipulos suos: ad quos conuersus est, vt ait Marcus, ne eos aliquando suæ paupertatis pœniteret, & vt eos confirmaret in contemptu diuitiarum, & in paupertate Euangelica, quam professi, & amplexi fuerant, constantes redderet: *Amen dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnum cælorum.* Marc. & Lucas habent: *Quàm difficilè qui pecunias habent, intrabunt in regnum cælorum.* Vbi per habentes pecunias, nō intelligit eos qui loculos habēt, & crumenas pecunia plenas, sed diuites, vt explicat Matthæus. Et nomine pecuniæ veniunt omnia bona fortunæ, siue mobilia, siue immobilia, quæ Græcè χρήματα dicuntur ab vsu diuitiarum, à verbo χρῶ, quod est vtor: quia non sunt recondendæ, sed in necessarios vsus expendēdæ, vt sine peccato possideantur. Diligenter scrutandum est quid hic significet diues; quid item sit illud difficilè. Et diues quidem duplex esse potest: alter quidē opibus, & censu; alter affectu, & voluntate, id est, qui studio ditescēdi tenetur: nā tales vix Satanæ retia euadunt ob multa peccata, & plures rationes planè illicitas amplificandi diuitias; & de huiusmodi dixit Apostolus: *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.* Radix

Leges humanæ vnde magna ex parte conditæ sint.

Marc. 10

Ibidem.
Luc 10.

Pecuniæ appellatione, quid veniat.

χρήματα, Græcè quid.
Qui sint illi diuites, qui difficilè intrabunt in regnū cælorum.
Diues quis dupliciter censetur: opibus & affectu.

1. Tim. 6.
Malorum diuitum miseria, & [illegible] tates, ex Apostolo.

enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt in fide, & inseruerunt se doloribus multis. In qualem laqueum inciderit Iudas, qui auaritiæ morbo laborabat; tanquam in rem, quæ sui iuris erat, nemo est qui ignoret. Quanquam enim diuitiæ per se mediæ sint, & indifferentes, & tantùm bonæ, vel malæ, pro animo vtétium: tamen quoniam post peccatum originale, Infirmati, ac debilitati permansimus; hinc est, vt in eis acquirendis, & comparandis plus operæ & studij, quàm saluti expediat, ponamus. Nam & plures quàm par sit quærimus; & illis partis, cupiditatem extinguere nō valemus. Accidit enim diuitibus, quod infirmis illis, de quibus ait Poëta.

Diuitiarum appetitus Iudam perdidit.
Ioan.12.
Matth.26.
Diuitiæ qualia sint bona.

Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda,
Quo plus sunt pota, plus sitiuntur aqua;

Et.

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Ouid.4.Fastorum.
Iuuen.Saty.14.

Deinde nō admodum solliciti sumus, quibus vijs aut rationibus illas comparemus: multaque ac grauia in earum acquisitione in Deum, & in proximum peccantur. Tertiò etiam, quia ita existimamus, vt post cōparatas diuitias felices simus, & beati. Vnde & nomē ipsum beati apud Latinos, & Græcos, diuitem significat. Et Propheta ex ore vulgi loquens; cum dixisset: *Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis: Boues eorum crassæ. Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum,* statim subiunxit: *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* Ex cuius verbis cōstat, beatos dici diuites. Sed reuera falluntur, qui sic existimant: nam vt ille dixit: *Diuitias inuenisti? requiem perdidisti.* Qui sic ergo diues est, difficilè intrabit in regnum cœlorum: quia diuitiæ impediunt fidem, & ingressum in Euangelium, quod earum cōtemptum præcipit. Ingressi etiam in Euangelium difficilè seruantur, nisi de peccatis pœnitentiam agant, & diuitias fructuosè dispensent. Alter diues est, qui multas diuitias possidet; & fortassis potius de hoc, quàm de priori diuite videtur loqui Dominus: nam & iuuenis ille, qui tristis abijt, erat multas habens possessiones. Et B. Marcus & Lucas hāc sententiam Domini ita reddiderunt: *Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt?* Quia diuitias possessas multa peccata consequuntur, de quibus Apostolus ad Timotheum; *Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo (qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum) benè agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare.* Vbi in primis diuites consequitur superbia; deinde confidentia in ipsis diuitijs, quæ securitatem quandam videntur promittere, & impediunt bona opera. Consequitur etiam illas amor quidam immoderatus, vnde Propheta dixit; *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere:* quod est tangere picem, & ab ea non inquinari; vel ambulare super prunas, neque comburi. Et Sapiens: *Beatus diues, qui inuentus est sine macula: & qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecunia, & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.* Comitatur prætereà diuitias loquacitas, contumelia, iactantia, iniuriarum in proximum illatio, luxuria, gula, rapacitas, auara retentio, vel prodiga profusio; & quamplurima alia, quorum fomentum diuitiæ præstant: adeò, vt verbum illud, Difficilè, exponat Theophylactus, id est, impossibile: quod exemplo sequenti cameli non valentis intrare per foramen acus, cōfirmat: nam illud nō difficultatem, sed (vt sic dicam) impossibilitatem continet. Vt ita difficile accipiatur pro impossibili, vt aliàs impossibile pro difficili, vt apud Paulum Heb. 6. *Impossibile enim est, eos, qui semel sunt illuminati,* & quæ sequuntur. Sed si difficile propriè accipiatur, non negat diuites seruari posse, sed cum difficultate quadam, ob multa peccata, quæ aut comparantes diuitias, aut illas possidentes consequi solent. Non ita tamē necessariò sequuntur, vt qui vigilanter sibi ipsi attendat, non possit ab eis cauere. Fuerunt enim Abraham, Isaac, & Iacob, diuites, multisq; opibus abundantes; quorum tamen in possidendis diuitijs vitium nullum legitur: adeò vt Deus, nonnisi illorum trium Deus appellari voluerit. Fuit prætereà Iob diues valde, sed insigni pietate præditus. Si autem difficilè pro impossibili accipiatur, vt volunt Hieronymus, & Theophylactus, quod dicitur impossibile posse intrare in regnum cœlorū, exponēdum est, neminem suis viribus diuitem sine peculiari Dei auxilio & fauore in regnum Dei posse introire. Vel impossibile, diuitem in diuitijs confidentem, vt ait Marcus, & vltimum finem in eis collocantem seruari, si in eo statu moriatur.

Beatus quid.
Psalm.43.
Quod minimè beati sint diuites, vt vulgus existimat.
Seneca.
Diuitiæ quæ præstent impedimenta, earum possessoribus.
Diuites in Euangelium ingressi qui difficilè seruentur.
1.Tim.7.
Diuitibus in quo sperandum vno, secundum Apostolum.
Quanta mala sequātur diuitias.
Psalm.61.
Eccles.13.
Supra 31.
Theophyl.
Matth.19.
Diuitem vt impossibile sit intrare in regnum cœlorum, iuxta Scripturam.
Qui diuites intrarint in regnum cœlorum teste Scriptura.
Gen.13.
Infra 36.
Exod.3.
Matth.22.
Iob 1.
Alter sensus.
Hieron. lib.3 in Mat.1.10.9.
Theophyl.

Sunt nobis hoc loco duo expediēda dubia. Primum est, cur dicit Dominus in singulariter de diuitibus, quòd difficilè intrare possint in regnum cœlorum, cùm omnibus id sit difficilè, & vt ait Petrus, si iustus vix saluatur, impius & peccator vbi parebunt? Ad quod respondemus, quòd etsi omnibus sit difficilè, peculiariter tamen diuiti, eo quòd homo infirmus suo vitio diuitias, quæ tanquam adminicula accepit à Deo,

Cur potius diuites, quam alij a Domino dicantur in regnum cœlorum difficilè introire.
1.Pet.4. & Prou.11.

Matth. 82.

Deo, ad regnum cœlorum cõſequendum, vertit ſibi in impedimentà ad illud aſſequendum. Nam affectus diuitiarum poſſeſſioni impenſus facit minus diligi Deum ex toto corde, & vt proximus non diligatur vt oportet,& vt diuitiæ non expendantur, quando, & quomodò oportet,ſed ex eis occaſionem aceipiat ad honores, & voluptates ex diuitijs captandas.

Cur Christus occaſione adoleſcentis, qui propter diuitias à perfectione retrahebatur, dixerit diuitem difficilè ingreſſurum regnum cœlorum.

Alterum dubium eſt, cur Dominus occaſione eius qui propter diuitias abſtrahebatur à perfectione, dicit difficulter ingreſſurum diuitem in regnum Dei,cum dicendum eſſet; Quàm difficilè eſt diuitem aſſequi perfectionem. Dicendum eſt, aptè admodum occaſione eius,qui amore diuitiarum à perfectione Impedlebatur, deſcendiſſe etiam ad oſtendẽdum, diuites per diuitias impediri ab ingreſſu regni cœleſtis: ſiue quòd affectus adoleſcentis iſtius,ad diuitias tantus eſſet, vt eum non tantùm impediret à perfectione,ſed etiam indignum redderet cœlorum regno, ſeu ſaltem difficilem illi redderet aditũ ad illud; ſiue quia ex amore diuitiarum retrahente hunc iuuenem à perfectione, cuius erat auidus, oſtendere voluerit,quomodò paſſim ab ingreſſu regni cœleſtis ſimili amore diuitiarum prohiberetur. Nam ſi hic,qui à pueritia ſemper inculpatè vixit,& tanto tenetur perfectionis ſectandæ deſiderio, ob diuitias paſſim ab eo retrahitur; ergo cum paſſim diuites non tanto amore ſuæ ſalutis teneantur, quàm iſte perfectionis,difficilè intrabunt in regnum cœlorum.

Et iterum dico vobis facilius eſt camelum per foramen acus tranſire; quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Quia res erat magni momenti diuitiarum poſſeſſio, quò altius inſideret ſententia Domini mentibus Apoſtolorum,repetit illud quod dixerat, & ſimilitudine quadam illud illuſtrare voluit.

Firmius menti hæret res ſimilitudine expreſſa.

Nam ſolet fortius in memoria aſſeruari, quod ſimilitudine aliqua exprimitur. Ideò dixit, *Iterum dico vobis.* Et Marcus addit: *Diſcipuli autem obſtupeſcebant in verbis eius; quia videbant multos eſſe diuites, & ambire diuitias.*

At Ieſus rurſus reſpõdens,ait illis,Filioli,quàm difficilè eſt confidentes in pecunijs,in regnum Dei introire?

Quos vocet Christus diuites.
Pſalm. 48.
Pſalm. 61
Matth. 5.

Vbi videtur interpretari quid intelligeret nomine diuitum, nempè eos,qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur: nam tales propriè dicimus in regnum Dei non poſſe introire. Dixit tamen in genere,confidentes in diuitijs:quia ſunt, qui etſi diuitias habent, tamen non apponunt illis cor, nec confidunt in illis, & coram Deo ſunt ſpiritu pauperes. Rarum etiam eſt inuenire diuites, qui in diuitijs ſuis non confidant.

Diuitum in diuitijs non confidentiũ raritas.
1. Tim. 6.
Eccleſ. 31.

Vnde dicitur à Salomone: *Qui confidit in diuitijs ſuis, corruet*, Et; *Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere,neque ſperare in incerto diuitiarum*, & alibi; *Beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula: & qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunia, & theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eum?* Et dixit, confidentes in diuitijs; non, amantes diuitias: quòd illud magis exprimat auarorum vitam, qui confidentiam In Deo collocandam ad aurum transferunt, & argentum, vt propterea Paulus auaritiam vocet idololatriam: In Eccleſiaſtico Lignum dicitur: *Lignum*, inquit, *offenſionis eſt aurum ſacrificantium* (vel ſacrificantibus, vt dicitur in Græca litera,) *Væ illis qui ſectantur illud,& omnis imprudens deperiet in illo.* Hoc eſt; Aurum eſt his qui colunt illud,veluti lignum offenſionis, id eſt, idolum, quod cultum occaſio eſt ruinæ.

Auaritia idolorum ſeruitus cur dicta ab Apoſtolo.
1. Tim. 6.
Eccleſ. 31.
Aurum, lignum offenſionis cur dicatur à Sapiente.

Vel ergo difficilè eſt confidentes intrare in regnum cœlorum, quia difficilè eſt abſtrahi ab illa fiducia; vel non tantùm eſt difficilè diuitem talem confidentem ſeruari, ſed etiam impoſſibile: & ita Marcus difficilè accepit pro impoſſibili. Sed impoſſibili etiam impoſſibilius aliquid eſt quodammodo. Eſt enim impoſſibile camelum viuum tranſire per foramen acus; & tamen impoſſibilius diuitem intrare in regnum cœlorum. Hoc dicto,ait Hieronymus, non difficilè eſſe, ſed impoſſibile diuitem intrare in regnum cœlorum. Chryſoſtomus: *Quod primò difficile dixit, id ipſum progrediens, cameli atq; acus comparatione valde impoſſibile oſtendit.* Sic illi. Eſt tamen hyperbolica locutio, ſicut cum dicitur apud Ieremiam: *Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.* Et liber Eccleſiaſtici: *Arenam, & ſalem,& maſſam ferri facilius eſt ferre, quàm hominem imprudentem, & fatuum, & impium.* Et Salomon; *Expedit magis vrſæ occurrere captis fœtibus, quàm fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua.* Vbi non ſimpliciter impoſſibile, ſed valde periculoſum eſſe occurrere velle ſtulto, inſinuatur.

Hierony. loco præciſato.
Chry. ho. 74. in Matth. circa medium. tom. 2.
Ierem. 13.
Homines qui vix ſolent quando.
Eccleſ. 21.
Prouerb. 27.
Supra. 17.

Et per foramen acus accipe aut foramen quod habet acus, aut foramen acu factum. Quid verò ſit camelus, in dubium quidam vertunt: nam non animal intelligunt, ſed funem quendã nauticum, quo ſolet alligari anchora, facta in ſimilitudinẽ cameli, vt exponũt Theophylactus, atq; Euthymius, atq; eos ſecutus Titelmanus: ea ratione, quia maiorẽ habet gratiam propoſita comparatio, quoniam non

Quid foramen acus, quid camelus hoc loco ſignificant.
1. Sentus, qui reijcitur.
Theophyl.
Euthym. ca. 41. in Matt.
Titelman.

ſolent

solent animalia transire per foramen acus, sed fila; funis autem nauticus crassitie impeditur, & tortuositate, quo minus possit per foramen acus transire. Ita Suidas interpretatur hâc vocem. Sed hunc sensum multi interpretes non agnoscunt, & in vno tantùm Poeta illã vocem dicunt vsurpari pro fune nautico: & vox גמלא Syriaca, vel Hebræa, qua vsus est Dominus, nil tale signi ficat vt Græca. Et eò maiorem gratiam habet similitudo, quò magis à re nota & impossibili ducitur. Quemadmodum alio loco dicitur: Excolantes culicem, camelum autem glutientes, nec enim in vsum cedere solet camelus, cùm sit animal minimè deglutibile; quemadmodum nec trabs potest esse in oculo; cum tamen dicatur: *Eijce primùm trabem de oculo tuo*: nec asinus pulsare lyram; & tamé dici prouerbialiter solet: *Tanquam asinus ad lyram*. B. Hieronymus quosdam dicit interpretari per foramen acus, portam quandam Ierosolymæ, per quam camelus, nisi deposito flexis genibus onere, transire nõ poterat: per quod significatur; non posse viam arctam, quæ ducit ad vitam, nisi oneribus peccatorum, & diuitiis positis introiri. Huius interpretationis meminit Glossa, quam vocamus Ordinariam. Sed hoc non est receptum, neque vlla Scriptura tradit talem portam in Vrbe sancta extitisse: & mirum non est, neque magnum, exonerari illos, aut genua flectere, vt per talem portam transirent. Quare Origenes, Hieronymus, atque Euthymius, de animali gibboso hoc ad literã interpretatur, quod impossibile est per foramen acus transire; sed multo difficilius hominem diuitiis elatum, ac in se ipso confidentem per arctam portam Christi introire. Origenes & Hilarius per camelum mysticè populum Gẽtilem putant esse intelligendum: per diuitem, populum Iudæũ gloriantem in diuitiis iustitiæ legalis, cuius Gentes erant pauperrimæ. *Camelus autem, quo Gentes significantur, verbis obedit*, inquit Hilarius, *metu commouetur, ieiunij patiens est, & oneri suo quadam disciplina ratione succumbit: cuius exemplo Gentium immanitas ad obedientiam praeceptorum cœlestium emollitur. Ha igitur angustissimum iter regni cœlestis introeunt, acus scilicet, qua est verbi noua praedicatio: per quam corporum vulnera assumuntur. Ergo huius noua praedicationis hoc est iter: in quod facilius infirmitas gentium introibit, quàm opulentia diuitis, id est, gloriantis in Lege.* Hæc Hilarius. Hieronymus etiam tum hoc loco, tum in 60. caput Esaiæ, per introitum cameli in foramen acus, Gentium conuersionem interpretatur. Sed hæc allegorica sunt. Gregorius verò tropologicè camelum interpretatur Christum: per foramen acus, eius passionem: per diuitem, elatum quemq; & superbum: Vt sit sensus; facilius esse Christum pro nobis crucem ac mortem subire, quàm elatum diuitem humiliari. Eius hæc sunt verba: Quid enim nomine diuitis, nisi quemlibet elatum; quid cameli appellatione, nisi propriam condescensionem signat? Camelus enim per foramen acus transiit, cum idem Redemptor noster vsque ad susceptionem mortis per angustias passionis intrauit. Quæ passio velut acus extitit, quia dolore corpus pupugit. Facilius autem camelus per foramen acus, quàm diues cœlorum regnũ ingreditur: quia nisi ipse prius infirmitatis nostræ onera suscipiens, per passionẽ suam nobis iter humilitatis ostenderet, nequaquam se ad humilitatem illius superba nostra rigiditas inclinaret. Hæc ille. Quæ quidem etsi mystica sint, non sunt tamen prorsus inutilia, aut insulsa.

Suidas Græcus autor.

Similitudo venustior sit quando.

Matth. 23. Supra 7.

II. Sensus, itẽ incongruus.

B. Hieron. Ibidem. Matth. 7.

Gloss. ordin. III. Sensus etiam improbabilis.

O lig. tract. 8. in Matth. tom. 2. Hieron. init. Euthym. ibidem loci. IV. Sensus, mysticus ille. Orig. Hilar. in Matth. Cant. 19.

Hilarius. Cant. 19.

Hieron. 10. c. V. Sensus tropologicus. Greg. lib. 35. Moral. cap. 17. tom. 1.

Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes, Quis ergo poterit saluus esse? Græca vox habet; ἐξεπλήσσοντο, id est, perculsi, siue exterriti sunt: non tantùm suo ipsorum nomine, quia iam ipsi omnia quæ possidebant, reliquerunt; sed quòd dolerent tot hominum millia à regno cœlorum, gratia diuitiarum, excludenda esse.

Quæ fuit admiratio discipulorũ Christi dicentium: Quis ergo poterit saluus esse.

Aspiciens autem Iesus, dixit illis. Placido eos vultu intuitus est Dominus, nimirũ tactus charitate discipulorum, qua dolebant interitum tot hominum. Et quando est ad propositum, solent historici oratoris dispositionem enarrare; ita Euangelistæ, motus & gestus Domini. Sed dicet aliquis; Qui fieri potest, vt pauci ingressuri sint regnum Dei, cùm diuitum ad pauperes collatorum, exiguus sit numerus? Adhoc dicimus, discipulos Magistri Domini sui verba intellexisse, non solùm de omnibus, qui actu diuitias possident, sed etiam qui illis inhiant, siue illas assequantur, siue minimè: de quibus Apostolus: *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli.* Horum autem in toto orbe ingens est numerus.

Iesu benignitas & charitas.

1. Tim. 6.

Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt. Voluit Dominus Apostolos perturbatos consolari, & aperire illis rem dulcissimam, suauissimamque, nimirum diuinæ gratiæ opitulationem esse, in nobis præstare, quæ nobis solis impossibilia sunt. Nam vt impossibile est lapidi se in altum erigere, sed homini, qui potest in altum proiicere; & aquæ calor natura non inest, si quis tamen supponat ignem aqua calidam efficiet: ita hominem affluere opibus,

Diuinæ gratiæ efficacia.

bus, & abundare, incertam ac difficilem reddit eius salutem, immò, sine Dei gratia omnino impoſsibilem. Nam diuitiæ cor ac se trahunt, securitatem, & vanam cõfidentiam pariunt, insolentioremque reddunt animum, pluraque semper habendi auidiorem, nisi Deus sua bonitate gratiam conferat, qua huiusmodi prauos motus, & sitim amplius habendi extinguat, & ad benè dispensandum, spiritum suum impertiat.

Diuitiarũ vis, & natura.

Ille ergo dicendi modus. Quis poterit saluus esse? Non tam significat charitatem, aut difficultatem, quàm impoſsibilitatem: sed naturæ, non quidem simpliciter, sed naturæ nostræ nudæ & solius, quæ propter antiquum peccatum in hanc prolapsa est impotentiam, vt nequeat sine Dei gratia præstare, quæ ante peccatum potuisset. Et ita intelligendi sunt similes loci Scripturæ: *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Quis ascendet in montem Domini? Generationem eius quis enarrabit? Quis potest dicere, Mundum est cor meum, purus sum à peccato? Delicta quis intelligit?* Nam in his, naturæ nudæ, gratia spoliatæ, impotentia designatur, vel certè raritas. Lætentur ergo diuites, nam salus eorum solius Dei opus sit oportet, confidantque in Deo, & salui erunt. Quòd si diuites ad prædicationem vestram conuertentur, suaque omnia vendiderint, & ad pedes vestros proiecerint, nolite hoc vestræ virtuti adscribere, sed Dei, apud quem poſsibile est, vt inquit Origenes, camelum per foramen acus intrare, non tamen apud homines. Quomodò autem faciat hæc poſsibilia Deus, ipse scit, & Christus eius, & cui reuelauerit Christus. Quod ergo dicit, *Apud homines hoc impoſsibile est:* intellige diuitem qui confidit in diuitijs se posse seruari, sed non apud Deum, cui omnia poſsibilia sunt, qui potest diuitis mentem mutare, ita vt iam nõ amet diuitias, sed paratus sit omnia pro Christo vel relinquere, vel exponere, vel saltem iam rectè vti opibus. Hinc ille in Psalmis clamat: *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam.* Nouerat enim quàm sit difficilè, collum suum, quod iugo mammonæ submisit, iugo inexcusso ad pristinam libertatem peruenire. At verò quoniam hac sententia postrema satis de humanarũ virium infirmitate, & diuinæ gratiæ virtute, & abundãtia admonemur; quisque nostrum in hoc vnum seriò incumbat, vt nemo quicquam boni sibi tribuat, nihil de suis viribus, aut meritis polliceatur, sed totus sibi diffidens, vni Christo, ac Dei misericordiæ inniti contendat. Est enim hoc elationis, & superbiæ vitium adeò nobis innatum, vt nisi naturæ nostræ deprauatæ motibus obuiam resistentes eamus, omnia nos posse mandata Dei implere, vniuersasque Satanæ tentationes ac machinas ex nobis ipsis vincere facilè nobis persuadeamus. Sed ab his semel imbibitis opinionibus ægrè diuelli patimur: tanta est philautia, & omnia bona nobis tribuendi sitis: eam intra viscerà ipsa nostra delitescit Pelagius. Sed non libet pluribus hunc morbum planè periculosum exaggerare; plura à nobis in alijs locis dicta sunt. Tantùm deprecemur Dominum, vt nobis oculos aperiat, quatenus cum primis parentibus nostris cernamus nuditatem nostram, atque propter illam erubescentes, diuinæ misericordiæ opem imploremus, qua nos omnes, & cogitatus nostros, atque consilia in illo vno collocemus, qui vnus est prora ac puppis salutis nostræ, Christus Iesus Dominus noster, per quem, & cum quo Patri est gloria in Spiritu sancto, in cunctis sæculis, Amen.

Id: Quis ergo poterit saluus esse, quid significet.

Psalm. 14. Psalm. 23. Esai. 53. Prouerb. 20. Psalm. 18.

Orig. tract. 8. in Matth. in fin. tom. 2.

Quis diues ille nequeat intrare in regnum cœlorum.

Psalm. 118.

A quo vna pendeat omnium hominum, præsertim diuitum salus, atque felicitas.

Elationis ac superbiæ vitiũ quam nobis inhæreat.

Gen. 3.

TRACTATVS LIV.

De cõsultatione Pontificum & Pharisæorum inter se post Lazarum suscitatum, de perdendo Domino. Et habetur tantùm Ioann. 11. *Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant; Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Vnus autem ex ipsis, Caiphas nomine, cùm esset Pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquam; nec cogitatis quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Et reliq.

NARRAT Euangelista, Lazaro suscitato à mortuis in Bethania coram tanta multitudine Iudæorum, multos credidisse in Dominum Iesum, alios verò ex his qui adfuerant, adijsse ad Pharisæos, & enarrasse tam illustre prodigium: quo audito, si sobrij, & sanæ mentis extitissent, debebant concilium indicere pro Domino Iesu, & in eo decernere, vt omnes Iesum tanquam verũ Messiam agnoscerent, fide amplecterentur, atque omnis venerationis cultu adorarent. Et tamen audi quid dicat Euangelista: *Collegerunt*, inquit, *Pontifices & Pharisæi concilium.* Vt cogaris contremiscere, & expauescere ad tantam hominum ma-

Euangelistæ scopus.

Caiphæ, & suorũ insignis stultitia, & nequitia.

litiam,

Quibus causis adducti fuerint Pontifices, & Pharisæi ad cogendum cōcilium aduersus Christum post Lazarū suscitatū.

litiam, & obstinationem. Adhoc autem execrandum, & sacrilegum concilium cogendum multæ caussæ eos impulerunt. Primò quidē terribile Dei iudicium, quo iustè erant dati in reprobum sensum, vt perficerent ea contra Christum, quæ manus, & cōsilium Domini decreuerant. Erant enim à se ipsis redditi vasa apta iræ ad contumeliam perpetuo lumini resistentes, & notam veritatem impugnantes. (*Actor. 4. Rom. 9. & 2. Tim. 2.*) Deinde stimulauit Satanas, qui est velut Dauus interturbans omnia, & qui tanto magis insaniuit, quanto plus vidit Dei gloriam clarius illustrari. (*II. caussa.*) Tertiò, quod attinet ad Iudæos, duos pessimos consiliarios secuti sunt, nimirum ambitionem, & auaritiam. (*III. caussa.*) Timebant enim & gloriam, & quæstum omnem sibi doctrina, & signis Christi peritura: per quos duos consultores homo in vniuersa vitia, & crimina præceps prolabitur. (*Ambitio, & auaritia, quibus nimirum Caiphas cum suis vtebatur, quales consiliarij.*) Ambitio effecit, vt Core, Dathan, & Abiron, cum suis omnibus in Moysen surgerent, & Absalon, vt proprium parentem regno spoliaret, & ad necem quæreret. (*Num. 16. 2. Reg. 17. & seq.*) Auaritiæ potentissimus affectus homines, sicarios, & viarum grassatores, fœminas vt omni pudore exuto corpora sua prostituant, & Iudam, vt Dominum vẽderet, & ad mortem proderet, reddidit. (*Eorum pernicies.*) Vt rectè dictũ sit: *Auaro nihil est scelestius:* hic enim animã suam venalem habet. (*Matth. 27. Eccl. 10.*) Ambitio, & auaritia coniunctæ in caussa fuerunt, vt Nabuchodonosor, Cyrus, Alexander, Iulius Cæsar, atque alij magni Imperatores tãtum sanguinis effunderent humani. Nec aliud nunc obstat, quo minus pax inter Christianos Principes coalescat, aut Ecclesia in pristinum suum decorem restituatur, quàm fastus, & cupiditas: neque hæreticos aliud magis retinet, quo minus ad Ecclesiæ gremium redeant, quàm superbia, quæ facit, quo minus sententias recantent suas; & vsurpatio bonorũ Ecclesiasticorum, quę omnino veris dominis suis restituenda essent; cum contra Ecclesiam pręscribere nullus valeat. Quisquis ergo salutis tuæ desiderio teneris, hos consiliarios à te abige, contemne mundi gloriam, & temporarias diuitias, si ad æternam coronam, cœlestiaque bona aspiras.

Pontificum proprium munus & Pharisæorum.

Expendamus iam singula verba. *Pontifices,* Penes quos regendi populi in spiritualibus potestas erat ordinaria. Pharisæi verò, qui vitæ sanctitate, & religione cæteros antecellebant, potestate subdelegata fungebantur, & populum vnà cum Pontificibus in his, quę ad legem, & ceremonias attinent, gubernabant. Et isti qui maiora beneficia à Deo acceperant, minus credebant, & magis erant Christo infensi; vt iam non liceat dicere cum Propheta: *Et erit, sicut populus, sic Sacerdos;* sed potius, Nec erit sicut populus Sacerdos. Isti ergo collegerunt concilium in Iesum. (*Esai. 24.*)

Hoc cōcilium Ioan. 11. ab illo Matth. 26. varium esse & diuersum.

Hoc autem concilium distinctum est ab illo, de quo Matthæus: Tunc, inquit, congregati sunt Principes Sacerdotum, & Seniores populi in atrium Principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas. Et concilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent; (*Matth. 26.*) tametsi alij quidam, inter quos est Simon de Cassia, secus opinentur. (*Simon de Cassia in libro Disputationũ.*) Quòd verò sit distinctum, ex duobus euincitur. Hoc enim die Veneris Lazari celebratum est; illud verò lõgè post per biduum, nempè ante Pascha. Deinde in hoc definitum est communi consilio, vt Christus moreretur: dicunt enim, Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo; illic verò de executione, siue de peculiari modo consilium suum exequendi tractarunt, nempè vt dolosè, & occultè eum caperent, quia aperta vi nõ audebant propter turbam. (*I. Argum. II. Argum.*) Ab initio mundi nõ fuit, nec futurum est tam iniquum concilium coactum. (*Impia quædã iniquaque cōcilia cum isto Caiphæ cōtrã Christum nullo modo comparanda.*) Legimus frequenter, impios consultationes contra iustos fecisse, vt fecerunt vndecim fratres filij Iacob contra Iosephum à patre suo præ cæteris dilectum; (*Gen. 37.*) Ægyptij contra Israelitas opprimendos; (*Exod. 5.*) Acbitophel & Absalon contra Dauidem; (*2. Reg. 17.*) impij Sacerdotes aduersus Ieremiam, de qua in Ieremia scribitur; (*Ierem. 11.*) Inuenta est coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ierusalem. Denique impij iudices contra Susannam. (*Dan. 13.*) Sed hoc omnia alia excellit, quia nõ contra hominem tantũm, sed contra Filium Dei, & Messiam, id est, contra bonum eorum, celebratum est, nec ob aliam caussam, quàm ob illud diuinum opus suscitati Lazari à Christo factũ; vt intelligas eos in ipsam Innocentiam contra omnem Iuris rationem coegisse concilium. Et in primis dicunt, *Quid facimus,* quod verbum pro futuro ponitur, id est, Quid faciemus? & verbum auaritiæ est, vt à Luca refertur de diuite quodam, dicente; (*Expenditur hoc verbum: Quid facimus.*) *Quid faciam, quia nõ habeo quò cõgregem fructus meos?* (*Luc. 12.*) Est etiam verbum timoris perdendi bona sua, vt villicus ille iniquitatis, qui dicebat; *Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem?* (*Infra 16.*) Est insuper verbum liuoris, & inuidiæ: hinc in Actis cōgregati Principes, & Scribæ, de Apostolis comprehensis dixerunt; *Quid faciemus hominibus istis? quia notum signum factum est per eos.* (*Act. 4.*) At vero hoc loco, & ex cupiditate, & ex timore amittẽdi bona sua, sed potissimũm ex inuidia gloriæ Christi ex suscitatione Lazari partæ, (*Iudæorum in Christum malignitas immensa.*) mirabiliter discruciabantur, dicebant, *Quia*

facimus? Est simul verbum, quo se inuicem ad perpetrandum homicidium cohortantur. Est enim sensus, Quid cessamus? quid torpemus? aut quid occasiones nobis oblatas eum interficiendi negligimus? Expende etiam admirabilem sitim malefaciendi. Nam cùm vitam, doctrinam, miracula, & parentes eius calumniati essent, & in faciem eius conuitia multa iactassent, atque eum Sabbati violatorem, vini potatorem, peccatorum, & publicanorum amicum appellassent, atque in eum manus inijcere, eumque comprehendere tentassent, atque omnes qui eum sequerentur, atque eius doctrinam profiterentur, excommunicationis vinculo innodassent: tamen quasi nihil egissent, dicunt. Quid facimus? tanta est malè operandi sitis in impijs, mirumque fastidium benè agendi in bonis, qui subito, vbi virtutis viam arripuerint, lassantur, quasi magnum quid præstiterint. Hoc est illud concilium, de quo Dauid cecinit; *Odiui Ecclesiam malignantium; & cum impijs non sedebo*: ad hoc enim cōcilium nec propheta aliquis, nec Moyses ingressus est. Si enim intrasset, vtique pro Christo respondisset, ac dixisset; Si tot signa facit; credite in eum. Hinc multa in nostris consultationibus absurda, & inconuenientia facimus, quia in illis diuinas Scripturas non admittimus, nec per vitæ, & morum sanctitatem, & honestatem disponimur, vt sanum consilium possimus accipere. Gregorius lib. 18. Moralium cap. 19. de his verbis disserens: *Videbant*, inquit, *vnde conuerti debuerant, atq; exinde perditiores fiebant.*

Quibus illum maledictis onerauerint. Matth. 12. Infra 13. Ioan. 9. Matth. 11. Ioan. 8. & Infra 10. Supra 9.

Quale illud cōcilium Caiphæ contra Christum.

Psalm. 25.

Greg. tom. 1.

Hic homo. Cōtemptim, & ex inuidia proprium reticent nomen, sicut Pharisæus alibi dixit: *Velut etiam hic publicanus*: Ita hic homo, Galilæus, fabri filius, & vilis, abiectaque persona. Sed vt erat illis grauis ad videndum, ita & ad nominādum: & quē verū Christum, ac Dei Filium agnoscere potuerunt, tum ex Ioannis testimonio, tum ex doctrina mirabili, tum ex scripturis sacris, tum ex admirandis operum signis, eum hominem vocant. Nam vt ex fructu arbor dignoscitur, ita Christus ex diuinis operibus se Deum comprobabat. Addunt: *Multa signa facit*. Quo verbo inuidum animum, & exulceratum suum aperiunt, & ex eo solùm torqueri, quòd tot coruscaret miraculis. Vide etiam insignem nequitiam: alibi petunt signa, vt credant, dum dicunt; Quod ergo tu facis signum, vt videamus, & credamus tibi? quid operaris? Nunc signa confitentur, & propter illa Christū perdere conantur. Quemadmodum multi de aperta via salutis diu dubitant, & in longum pro-

Luc. 18.

Sap. 2.

Ioan. 1. Vnde Iudæi agnoscere potuerint, ac debuerint Christum Messiam, ac verum Filium Dei.

Matth. 7.

Ioan. 6. Iudæorum inconstantia, peruersitas.

trahunt consilium, & interim percepta veritate præcipites se dant in latam viam perditionis. Deinde pro crimine obijciunt, quod omni laude, & admiratione dignum erat. Adhæc etsi ex liuore illū vellent perdere; nihil mali tamen ei poterant obijcere, nisi tātùm benefacta eius: tanta scilicet fuit Christi Domini innocentia. Ac proinde tā irreprehensa, & pura debet esse Christiani vita, vt aduersarij non habeant, quod verè accusare possint. Hinc maiori damnatione digni extiterunt Iudæi, quòd talia opera præstantem damnauerint, sicut ipsemet dixit; *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit; peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum.*

Christiani vita qualis esse debeat. 1. Petr. 2. & 3.

Ioan. 15.

Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & reliqua. Id est, Nisi citò nobis prospiciamus, & illū, ne vltra pergat, via signorum & doctrinæ impediamus, actum erit de nobis. Et vide quanta hypocrisi iniquum animum sub specie boni velent, fingentes se de communi salute consultare, deinde de fidelitate Romanis seruanda; & ita sub honesti specie curabāt homines fallere, nihil de diuino iudicio curantes, quasi plus timendi homines sint, quàm Deus. Sed horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Quid enim tibi prodest, miser, si hominibus verba dare possis; cùm Deum, & conscientiam tuam fallere nequeas? Iam, quæ inferant, expendamus. Primum est: *Omnes credent in eum*: Hoc est, habebunt eum pro Messia: & vnde lætari debuerant, contristantur: & vt Cyrillus exponit, inuident soli, quòd in plures suæ lucis distribuat radios. Cumque omne concilium ad propugnandam fidem, & morum disciplinam restituendam, congregari in Spiritu sancto legitimè consueuerit; solùm hoc Concilium, aut conciliabulum potius, ad Christi fidem extinguendam, ac proinde ad morum corruptelam inuehendam celebratum fuit. Illa verò illatio, *Omnes credent in eum*, vitiosa erat. Nam feruor fidei nonnisi à paßione, & morte eius ortum habet; quod & ipse Dominus asseruit, cùm dixit; *Nisi granū frumenti cadens in terrā mortuum fuerit; ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit; multum fructum affert.* Et Esai. *Si posuerit pro peccato animā suam, videbit semen longæuum.* Id ipsum & ratio cōfirmat. Amor etenim noster, amorem Dei ad nos consequitur, iuxta illud: *In hoc est charitas, nō quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos.* Nusquam autē maius argumentum diuini erga nos amoris declaratū est, quàm in Cruce, de qua dixit; *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Dein

Caiphæ, Sacerdotum, & Pharisæorum insignis hypocrisis.

Heb. 10.

1. Argum. Iudæorum de Christo perdendo.

Cyrill. lib. 8. in Ioan. cap. 1. ante medium, tom 1. Cōcilium omne cuius rei gratia cogi cōsueuerit.

Feruor fidei ortum vnde habeat.

Ioan. 12.

Esai. 53.

Ioan. 4. Vbi magis Christus suum erga nos amorē declarauit.

Ioan. 12.

depro-

Inuidorum ingenium.

de proditur ingenium inuidentium, quibus quoduis paruum bonum videtur magnum. Aliàs enim dicebant; *Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis?* Tertiò detegitur stultorum argumentum, qui dicebant: Si omnes continerent: si omnes paupertatem, & virginitatẽ profiterentur, periret mundus. Quasi verò Deus dimissus agere nesciat, aut nequeat gubernare mundum multò melius quàm nos ipsi. Timebant isti quod valde optare debebant, scilicet, vt omnes in eum crederent. Sed tales erant isti pastores, qui non contenti lana, & lacte ouium, etiam vitam ab eis auferebant; nec illam quidem temporariam, sed æternam.

Ioan. 7.

Hæreticorum stultissimum argumentum.

Falsum esse quod Iudæi colligebant in Christum credentibus vniuersis, in ipsos à Romanis animaduersum iri, bonisque omnibus fore spoliandos.

Secundum inconueniens, quod nequaquam interfecto Christo deducebant, est, quòd cùm omnes illi crediderint, huius rei rumor ad Romanos perueniet, Iudaicam gentem deserto Cæsare desciuisse ad Regẽ nouum suum iamdiu ab ipsis exspectatum, & sæuient armis in nos, & simul hũc locum sanctum profanæ gentes occupabunt: & totum Iudaicum genus internecioni delebunt. Quod genus argumenti ab extremo periculo maximum habet põdus apud carnales, qui nonnisi carnalia, & temporalia bona amittere verentur. Et ita populum Iudaicum plus æquo terrena diligentem, his verbis magis contra Christum irritant, & magna ignominia Filium Dei afficiunt, quem satis non fuit illis seductorem, & seditiosum indicare, sed etiam tam damnosum, vt propter eum, si viuere permitteretur, necesse esset totam gentem Iudaicam exscindi. Sed primò certè cõsiderandus erat status caussæ, an videlicet Christus seditionis esset autor, & an defectionem doceat à Romanis, qui soluit, & soluendum iussit tributum Cæsari: qui cùm regnum illi offerrent, fugit in montem: qui cum duodecim Apostolis comitatus incedebat, & coram Pilato dixit, *Regnum meum non est de hoc mundo*: ita vt ne minimam quidem suspicionem tyrranidis exhibuerit; imò mansuetudinem docuit, alapis cæsos non vlcisci, iniuria affectos tolerare, potiusque ad ferendam iniuriam, quàm ad inferendam, vel referendam paratos esse: quæ omnia officia potius sunt tollentis, & penitus damnantis, quàm constituentis tyrannidem. Quòd si se Messiam, vel Regem, quandoque dixit, vel ab alijs dici passus fuit, vidissent ex lege ipsum Regem esse: sed non talem, qui non ferat Romanorum Regem: quia est Rex iustitiæ, pacis, salutis, & vitæ æternæ; dominaturque super omne peccatum, mortem, Satanam, afflictionem, & infernum. Quid hæc ad Cæsarem? Dominetur ille super Gentes, prouincias, populos: Christi regnum non est de hoc mundo: &, *Non eripit mortalia, qui regna dat cælestia.* Vnde hic aperta proditur malitia Pharisæorum, caussas merè spirituales, qualis erat illa, an Iesus esset verus Messias, ad secularia iudicia, & tribunalia mundi deferendo, & quæstionem de doctrina Messiæ referendo, quasi caussam ad statum, principatumque Cæsaris spectantem; quò ita tegerent immoderatos suorum animorum affectus; ac priuata odia.

Ratio prima.

Christus quã longe fuerit ab omni principatus, regnique ambitu.

Matth. 17. & infra. 22.
Ioan. 6.
Infra. 18.

Christi de mansuetudine documenta, Iudæorum de affectato regno calumnijs omnino contraria.

Matth. 5.

Ioan. 1.
Infra. 4.

Rex qualis erat Christus tantummodo.

Ioan. 18.

II ratio.

Secundò consultandum illis erat, num gens peritura sit, si in Christum crederet. Hi si Scripturas cõsultassent, vidissent quod non propter fidem in Deum, & bona opera, sed propter incredulitatem, & peccata sinit Deus populos perire, & gentes: Regnũ enim à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Vidissent quòd pij, & iusti homines vel decem, vt de Sodomitis scriptum est, caussa essent tuendæ, & propugnandę ciuitatis ab ira Dei.

Vnde populorum & gentiũ interitus omnium teste Scriptura.

Eccles. 10.
Genes. 18.

III. ratio.

Tertiò in consilium aduocandum erat, quòd credentibus omnibus credidissent etiam Romani; & nõ venissent ad tollendum regnum, & gentem, sed ad honorificandũ; cùm regnum Christi sit spirituale, & bellum indicat peccatis, & dæmonibus, non Romanis: qui si venissent ad euertendam fidem, & Christianos debellandos, debebãt sibi persuadere, quòd victoria à seipsis staret, & quod is qui olim ab Ægypto, inuito Pharaone, liberauit, & à Babylone eduxit, inspirando Cyro Regi, vt reditum concederet Iudæis, illum eundem, qui miraculis se inuictum, & potentem demõstrabat, ipsos propugnaturum, atque defensurum. Maximè quia ipsi exspectabant suum Messiam temporali regno regnaturum, & ab omnibus Gentibus Iudaicum populum liberaturum. Nam alioqui nunquam foret Messias à Iudæis suscipiendus, ne Romanorum paterentur incursus. Imò Daniel capite nono prædicit, ciuitatem, & sanctuarium dissipandum à Romanis, eo quòd Messiam non acceperint, sed negauerint.

Quale regnũ sit Christi.

Exod. 12.
2. Paral. 36.
1. Esd. 1. & 2.

IV. ratio.

Quartò diligenter erat inspiciendum, num propter commodum temporale Reipublicæ interficiendus esse innocens, & iustus, vidissentque nõ esse facienda mala, vt veniant bona; nec ita commodis Reipublicæ prospiciendum, vt impiè agatur in legem Dei, quia bonum Dei maius est omnibus Rebuspublicis. Idcircò in potestate constitutis opus est Dei gratia, vt rectè publica res administrari valeat: quamobrẽ

Reipublicæ quatenus prospiciendum.

1.Tim.2. Paulus iubet orare pro Regibus & in potestate constitutis: & Regibus Israël Rem publicam gubernantibus in lege præcipitur, vt habeant semper penes se librũ Deuteronomij ad institutionem Regis. Vbi enim non est fides, aut timor Dei, cuncta indebitè fiunt. Quare cum à Regibus destinantur iudices, & gubernatores ciuitatum, vel prouinciarũ, quemadmodũm illis præscribitur, vt omni ratione bona regia conseruent, & augeant: quod non ausim reprehendere, quia æquum est, sed illud prius, & ante omnia admonendi, vt Dei gloriam, & laudem, eiusque cultum commendatissima habeant: vt Episcopos, & Sacerdotes Dei ministros omni honore prosequantur: vt alios etiam suo exemplo permoueant: vt pax summa, & concordia coalescat inter laicam & spiritualem potestatem; vt ea ratione gubernatio sit suauior, fortior, & consentientior in bono eorum qui gubernantur. Nam ita tandem fiet, vt seruato ordine à ratione præscripto, si Regi in sua administratione Dei gloria sit curæ, & suorum ministrorum protectio, ac tuitio, vt ipse pro sua singulari prouidentia eorum regnum conseruet, & augeat.

Ad regimen ciuitatis prouinciæq; quid opus sit nosti me. *Deut.17.*

Qua ratione Reges ac Principes subiectis sibi populum optime gubernabunt.

V. ratio. Quintò poterant cogitare, quòd si secus facerent, contrarium eueniret, vt & factum est. Nam in Messiam ab eis interfectum credidit mundus vniuersus, atque adeò Romani ipsi. Venerunt etiam Romani, & sustulerunt locum, & gentem: & quod maius est, admirabiliusque, credentes non tetigerunt. Quia vt legitur in libris Ecclesiasticæ historiæ, ante aduentum Titi fideles omnes à Spiritu sancto præmoniti, & Ierosolyma relicta, in Pellam ciuitatem spectantem ad regnum Agrippæ se receperunt; & solos incredulos Iudæos gladius Romanorum oppressit, iuxta illud Salomonis: *Quod timet impius, veniet super eum;* Et, *Incidit in foueam, quam fecit.* Vt Ioseph venditus à fratribus Ismaëlitis, ne regnaret super eos, Rex factus est, & adoratus ab eis in Ægypto toties, & Ionas fugiens à facie Domini, ne iret in Niniuen, fugientem minimè opinantem direxit in Niniue, & Aman suspensus est in patibulo, quod parauerat Mardochæo. Vt rectè sit dictum; Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Et volẽtes impedire opus Dei, id ipsum perfecerunt, vt in Actis habetur.

Eusebi.lib.3. histor.c.5. tom.1. *Prouerb.10.* *Psalm.7.* *Genes.38.* *Infra 42. 43.44.& 45* *Ione.1.* *Infra 3.* *Esther.7.* *Esai.46.* *Act.2.& 4.*

Quòd si in contrarium obijcias; Vbi est ergo hominis liberum arbitrium, si homo Deo repugnando, eius voluntatem facit? Respondeo, illud minimè cogi, quod coactionis capax esse nequit, sed executionem excogitati, & deliberati consilij impediris *Hominis est enim animam præparare, & Domini gubernare linguam.* Et rursus, *Scio Domine, quia non est hominis via eius: nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos.* Id est, Non est in homine situm, vt perficiat cogitationes, vel voluntates suas. Deus enim sibi executionẽ reseruat: nisi enim ipse nobiscum operetur, nihil fiet. Paulus enim cupiens venire Romam, impeditus est, sicut volens prædicare in Asia, & Bithynia, prohibitus fuit; Dauid volens templum construere, per Prophetam Nathan reuocatus est.

Quomodo Dei voluntatem homo vel inuitus faciat integra libertate. *Prouerb.16.* *Ierem.10.* *Rom.1.* *Act.16.* *2.Reg.17.*

Deinde obijcies; Quomodò Iudæi facientes voluntatem Dei, non promeruerunt apud Dominum? Respondeo: Non satis est velle, quod Deus vult; nisi etiam addas modum, quo Deus ipse vult. Siquidẽ carnifex alicuius ad mortem damnati caput amputans, si vltionis propriæ studio id faciat, facit quidem voluntatem Dei, & magistratus, quod attinet ad obiectum; non tamen eo modo, quo Deus, aut lex decernit. Nam Deus, & iudex eius minister, ex affectu iustitiæ, non autem propriæ vindictæ vult puniri homines. Deus etiam simpliciter Christi mortem non voluit, nec illa per se optabilis erat, aut expetenda: nam alioqui Iudæi summum cultum, Christum interficiendo, Deo impendissent; tantum abest, vt in peccatum esset illis imputandũ: quod tamen ad summum flagitium, & atroces pœnas illis est deputatum. Præceptum ergo fuit Christo, vt prædicaret veritatem, & offerret se morti, si daretur pro illa sustinenda, & per illam oblationem salutem operaretur, illamq; Pater ad reconciliationẽ mundi acceptaret: quemadmodum voluntatẽ Abrahæ volentis immolare filium suum Isaac, probauit, ac amplissimo promissionis Messiæ præmio remunerauit, illamq; loco holocausti tulit acceptam, cum dixit: Quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me; benedicam tibi, & multiplicabo semen tuũ, & quæ sequuntur. Durũ proinde est, & incredibile quod quidã asserũt, quod si Iudæi Christum nõ occidissent, mater eum crucifixisset: quod nõnullis dictu horribile videtur, nedum falsum. Nam alioqui ipse Dominus nostræ salutis amantior, quàm mater, in se ipsum manus iniecisset, ac sibi mortem consciuisset: quod est multò horribilius, & absurdius. Sed vt Martyres veritatem testificati sunt, & pro veritate tuenda, illatam ab aduersarijs mortẽ & pendentem ab eorum voluntate libenter acceptarũt: simili ratione missus est Christus ad nos, & mortẽ violentã ab hostibus illatam volens sustinuit. Oblatus enim est, quia ipse voluit, id est, quia

Quid Iudæi peccarunt Christum occidendo, cum in eo fecerint Diuinam voluntatem. *Qua ratione Deus Christi mortem voluerit.* *Genes.22.* *Ibidem.* *Esai.53.*

Mortis Christi necessitas vnde.

quia Pater permisit, & ipse non impediuit, qui mille modis impedire poterat. Atque ex eo mortis Christi necessitas ex præuisione Iudæorum illam inferre deliberantium, imò illam in oculo suo æterno iam inferentium nata est, non autem simpliciter, & ante omnem præscientiam.

Quale fuerit consiliũ Dei, Iudæorũ peccato mundi redemptionem per Filij sui mortem operantis.

Tertiò si objicias, non esse boni consiliarij per obliquas, vel iniquas vias rectum finem assequi, si liceat assequi per recta adiumenta, & præsidia. Respondeo: Verum est, si ipse per se vias illas statuisset: sed ipse non fecit eorum malam voluntatem, aut odium, aut inuidiam, sed prudentis est, & beneuoli, malo aliorum inuento in bonum suum vti. Hinc sapientissimè ex tanto odio eduxit tantam charitatis flammam, ex stultitia crucis tantam sapientiam, ex tanta morte vitam nostram tam pretiosam, ex flagellis tantam sanitatem, ex illa iniustitia tantam nostram iustitiam, ex tanta sæuitia tantam misericordiam, denique ex tanta ingratitudine tantam potuit gratiam eruere, ex tanta ignominia tantam Christi, & nostram gloriam.

Quamobrem Deus cum posset, noluerit tamen mortẽ impedire vnigeniti Filij sui. Genes. 22.

Quod si postremò vrgeas: Quare Deus executionem mortis filij sui non impediuit, quemadmodùm mortem Isaac à patre mox inferendum repulit? Respondeo, Nõ est Dei rerum violare naturas; & ob id nec liberum arbitrium, aut eius consilia sine caussa. Deinde voluit ostendere, quanti facere Patrem debeamus æternum, & quantum obedientiæ obsequium ei pendere oporteat. Vidit etiam quòd hic modus esset summè amabilis, dulcis, & ad corda hominum ad se trahenda accommodatus; proinde meritò noluit impedire. Discant igitur principes, atque eorum cõsiliarij, vt Deum primùm ante oculis habeant, & eius gloriam in primis in suis consultationibus quærant: neque à munere suo cessent, propreà quod iacturam amicitiæ, & gratiæ Principum facturi sint. Nam quicunque voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur: vt ait frater Domini.

I. Ratio.

II. Ratio.

Reges ac Principes quibus consiliariis vti debeant.

Iacob. 4.

Quare Caiphas dixit; Vos nescitis quicquam, neque cogitatis & reliq.

Vnus autem ex ipsis, Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, &c. Hæc consultatio cùm eò videretur tendere, vt prætextu publicæ salutis Iesu salutis omnis autor occideretur, Caiphæ viro sanguinario anni illius Pontifici, ac proinde concilij præsidi segnior, ac dilutior visa est, quàm res ipsa posceret; proinde illorum cœpit increpare ignauiam, quod lentis consilijs deliberarent, an Iesus esset occidendus, nimirum, quod id omnibus rebus omissis, esset cum primis agendum. Verisimile est enim multas in medium ac varias fuisse prolatas sententias.

Simon de Cassia lib. 11. cap. 45. ante med.

Concilij Iudæorum sub Caipha Pontifice de Christo perdendo sententiæ variæ inter se ac diuersæ.

Quidam ex recentioribus haud absurde de his meditatus est: tractans enim hæc verba, scripsit: *Et mira erat altitudo diuini consilij super salutem generis humani, quod in anima mortui de proximo in corpore morituri; æternas subituri pœnas, ignari mysterij, de vita ex morte consultabant, iniqui de magna virtute, iniusti de summa iustitia, captiui de redemptione, venditi de pretio atque officio charitatis, & cæci de lucis mysterio, terrem de cælo, homines de Deo, filij diaboli de Filio Dei. Et hæc similia ignotè gnetè ab illis fiebant. Proinde veniant in imaginationem, quæ hinc pro parte Iudæorum, pro temporalibus intendentium, quæ pro communi vtilitate mortalium erant huic optimo consilio. Equidem Iudæis duntaxat temporalia conspicientibus, & à diuinis bonis auertentibus intellectum, erant varij oratores, quorum poterat quis in concilio huiuscemodi sic orare. Hominem nobis infestum, extorrem fieri à patria, vt pax sit his, qui illam affectu patrio colunt, censeo dignum. Alius; Si aduersus hunc absre odio exarsescimus, cum tamen eum insequendi iusta caussa prorogata non fuerit; nulla excusatio criminis remanet. Alius; Quo iure desæuitur in hominem feruentem? Alius; Deperit omne honestum, si sancitur pœna pro cultore honestatis. Alius; Nescio ad quid sunt edita iura, si non seruantur in caussa. Ventiletur ergo caussa hominis criminati, antequam iudicium pœnale concedat. Alius; Diuina, atque humana legis non est sine propria culpa iudicare hominem in persona. Quid fecit homo iste? Alius; Quid lex, si eius non custoditur honestas? Alius; Diuinum est, nec non & humanum quempiam præseruare, si eum legis præuaricatio non accusat. Alius; Crimen, & delictum, quibus impetere satagimus hominem, aut fecit, aut nos fecimus imposturam. Si fecit, secundum legem procedere turpe sit: si fecimus imposturam, versa vice mulctandi sumus. Alius; Cur sauimus iniustum nostras iniustitias arguentem? Etsi de foris audaciam fingimus, intus conscientia nos accusat. Alius; Quàm turpe censendum, quod constitutus in caussa quæratur ad iudicium, si primo non sollicitatur examine? Alius, O quam turpius si quispiam inuenitur innocentia tutor, atque defensor: etiamsi suspectus esset in caussa, tentandum esset pro eius tuitione, ne iam publico iudicio deperiret. Alius; Lex non agit nisi aduersus eos propter quos posita est. Si præuaricator est legis, consummat cum malitia sua, non impetuositas nostra. Alius; Etiamsi iustus esset, plectendus est pœna, cum ipsius verbis, & moribus Respublica commouetur. Alius; Non est necessaria illa virtus, per quam sæpe tumultibus inhorrescit. Alius; Homo factionis periculo patria, sit igitur abolendus. Alius; Is qui sibi vendicauit plebeiorum fidem, facilè potest ad id quod voluerit, corda ipsorum inflectere, quorum est perniciosa seditio.*

Qui pro Christo steterint in illo concilio.

Qui steterint contra Christum.

ditio. Alius; Etsi iustus, aut iniustus, omninò à politicis moribus dissimilitudinem habet, nulla ratione tollerandus est amplius. Alius; Etsi iustus, aut illum auellamus ad nos, aut nos sibi honestè sociemus. Alius. O quàm decorum requirere ad scissuram persequitur, nec minus fœdam, si sibi societate copulemur, quoniam aut eum iustam, aut nos fatebimur peccatores. Alius; Etsi nulla ex vtraq; parte ascissitio facienda est: quid cunctamur in eum aut exilio aut morte decernere? Alius; Exilio tradere, mitius, & honestius est. Alius; Captus mittatur ad Cæsarem. Alius; Sub interminatione cuiuspiam supplicij pellatur à finibus nostris. Alius; alligetur compedibus in silentio. Alius; Fiat fœdus vt non aduersetur, etiamsi placita nostra non quærit. Et his similia, q̃ potuerunt in tanto concilio perorãdo educi. Hæc ille. Et rectè meo iudicio, quia in eo concilio adfuisse Ioseph ab Arimathæa, verisimile est, de quo testatur Lucas, quòd non consenserat consilio, & actibus eorum; Nicodemus verò proponebat signa, quæ Dominus edebat, sed præ timore non asserebat eum Messiam. Gamaliel etiam fortassis, sicut in caussa Apostolorum vinctorum dixit: *Si est ex hominibus, consilium hoc, aut opus dissoluetur: Si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere, ne fortè & Deo repugnare videamini.* Sed nouum non est, improborum consilia sæpe superiora existere, & in more esse, vt potius numerentur, quàm ponderentur sententiæ. Vnus erat igitur ex eorum numero, qui in necẽ Christi machinabantur, & significatur singularis inter malos. Rectè autem Interpretatur Caiphas, scrutator, siue inuestigator, vel Vomens ore: quia scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio; Vel quia indigesta, & quæ non intelligebat, immundoq; ore protulit ad sensum suum, & non est factum verbum Domini ad eum, vt solet Scriptura loqui, quoties Prophetam aliquem Sanctum alloquitur Dominus.

Qui fuerint minimus sententiæ inter eos.

Ioseph Arimathæus, & Nicodemus an adfuerint huic concilio Iudæorum.

Luc. 23.

Act. 5.

In concilijs improborum quid spectetur inique.

Caiphas quid significet.

Psalm. 63.

Cùm esset Pontifex anni illius, dixit eis. Ex quo verbo primùm constat, illum non legitimè Ingressum per ostium ad Pontificatum, sed numerata pecunia. Etiam illa Pontificia potestas, quæ ex lege in libro Numerorũ perscripta perpetua erat, auaritia Romanorum reddita erat annua, ac venalis: & propterea Euangelista dixit, anni illius; vt innueret dignitatem illam mox desituram, quæ destiti sset esse perpetua. Anni ergo illius, in quo occisus est hæres à pessimis agricolis, & in quo, otioso pastore, lupus posset intrare in ouile, & pro voto oues rapere: denique illius, in quo Iesus verus Sacerdos per sanguinem suum, & victimam sui corporis initiaturus erat nouum Sacerdotium.

Quid est quod Caiphas dicitur Pontifex anni illius.

Num. 35.

Marc. 12.

Ioan. 10.

Heb. 9.

Hinc etiam decernere licet, Pontificem per simoniam assumptum, si non sit in contrarium decretum eius electionem infirmans, verum esse, atque legitimum, etsi nõ legitimo modo creatum. Et stat plerunque, aliquem esse Pontificem coram hominibus, sed non coram Deo: vt si quis canonicè non intret, sed per simoniam, condito decreto, quòd infirmet electionem simoniacè intrantis.

An Pontifex per simoniam assumptus verus sit atque legitimus.

Deinde illud statuimus, Deum adesse ipsis gubernantibus, & maximè summis Pontificibus. Nam si non defuit moribundæ, & illo anno perituræ Synagogæ; minus Christi Vicario, & Pastori Ecclesiæ vniuersalis deesse poterit, ob amorem singularem, quem erga Ecclesiam suam habet, & quæ pastoris sui vocem audire adstringitur. Vnde vel pro eo solo rogauit Dominus, ne deficeret fides eius: & omne consilium siue negotium, à verbo summi Sacerdotis in Veteri Testamento pendebat, vt præcipitur in Deuteronomio.

Deus cunctis gubernantibus adesse, præsertim verò summis Pontificibus.

Luc. 22.

Leuitici summi Sacerdotis autoritas, vsque.

Deut. 17.

Vos nescitis quicquam, neque cogitatis. Caiphas instar cymbali magnum edere sonũ, sed non Intelligere quæ locutus est, videbatur. Pronuntiabant alij varias sententias de remedio citra mortem Christi; sed illa consilia imprudentia visa sunt. Ideò ambitiosus & moræ impatiens in consultando, quia & sitiebat sanguinem Innocentem, in illa prorupit verba. Vbi primùm nota, ingenium arrogantis esse, vt se solum sapere, & scire reputet, cogitationesque suas magnificas existimet: reliquos verò inscios esse, & minus se intelligentes. Atque hæc erat vna pars prophetiæ eius: qui ipse Caiphas nihil de Scripturis, vel Christo sciebat. Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei: hi autem nesciebãt, obscurati proposito, & affectu auaritiæ, & ambitionis, quem sibi præstituerant. Vnde in libro Sapientiæ, vbi de morte turpissima Christo infligenda deliberarunt, subditur: *Hæc cogitauerunt*, inquit, *& errauerunt; excæcauit enim illos malitia eorum. Et nescierunt Sacramenta Dei.* Ignorans etiam vim passionis Domini nostri nihil nouit: vnde Apostolus non iudicauit se scire aliquid, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Deinde inquit; *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam; Ipsis autem vocatis, Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.*

Qualis hic vomitus Caiphæ: Vos nescitis quicquam neque cogitatis?

Arrogantis ingenium quod sit.

Sap. 13.

Vnde Iudæorum omnis ignorantia in illo conciliabulo contra Christum.

Sapient. 2.

Nescius etiam qui nihil.

1. Cor. 2.

Supra 1.

Expedit vobis. Verbum Expedit, vim habet comparatiuorum nominum, id est, ex duobus malis minus est eligendum, & maius fugiendum: hoc est, expedientius est vnum mori, quàm omnes. Quemadmo-

Expenditur hoc verbum Caiphæ Expedit vobis.

dùm

dùm apud Poetam Iupiter placari fingitur vnius focij Aeneæ morte, nempè Palinuri, cùm ait:

Virg. lib. 5. aeneid. iuxta finem.

Vnus erit tantum, amiſſum quem gurgite quæres:
Vnum pro multis dabitur caput.

Duplex horũ verborũ ſententia: Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo &c.

Et quoniam hæc verba non tantùm dixit à ſemetipſo, ſed prophetando, quia erat Pontifex anni illius; propterea habere poſſunt duplicem ſenſum. Alterum, quem ipſe à ſe ipſo, ſiue potius à dæmone accepit, & quo necem Chriſti deſignabat; alterum verò, quatenus à Spiritu ſancto: ita temperata ſunt eius verba, vt id ipſum quod Spiritus ſanctus vellet, neſciens tamen, quod ad hoc attinet, pronuntiaret.

Prima quidẽ ipſius Caiphę pontificis, impia penitus, & iniqua ſententia.

Quod igitur attinet ad priorem quem ipſe oſtendebat ſenſum, ita vt hoc eſſet eius conſilium, ita ratiocinabatur. Pro ſtatu veſtro tuẽdo, veſtriſque capitibus ſeruandis nihil magis expedit, quàm vt vnus homo aliàs perdendus per Romanos, moriatur pro populo toto ſeruando. Quod ſanè contra omnem æquitatem conſultum fuit. Nec enim ſunt facienda mala, vt veniant bona: neque ſi Chriſtum dimiſiſſent, & omnes in eum credidiſſent, Romani vnquam contra eos veniſſent.

Rom. 3.

Eadẽ quàm pernicioſa populo Iudæorum extiterit.

Et plus nocuit Caiphas hoc verbo Iudæis; quàm decem Pilati exactiones facientes; quemadmodum etiam plus nocet impius doctor ſuo conſilio impio, quàm ciuilis tyrannus pecunias emungendo. Nã hic aufert bona temporalia, fluxaque; Ille bona animi, & æterna. Scribit Ariſtoteles in Politicis, Traſibulum tyrannum miſiſſe nuntium ad Periandrum, quò ab eo conſilium peteret, & quid ſibi de ſuis ſubditis potentiſſimis eſſet agendum, intelligeret. Noluit Periander quicquam verbo reſpõdere, ne nuntius eſſet conſcius conſilij ſui; ſed in eius præſentia ſpicarum, quæ cæteris eminebant, vertices præcidit, vt quaſi area videretur plana. Reuerſus nuntius, retulit ſe nihil accepiſſe reſponſi, ſed tãtùm quòd viderat eum facientem, recenſuit. Quod intelligens Thraſibulus, ſapientiores, & potentiores quoſque, qui cæteris eminebant, ne ſibi in poſterum obſiſterent, de medio ſuſtulit. Ita Caiphas hoc loco Chriſtum ſignorum magnitudine, atque doctrina populum ad ſe trahentem, & ſuis cupiditatibus obſiſtentem, de medio auferendum eſſe conſuluit.

Ariſtot. lib. 3. Polit. c. 9. Periandri ad Thraſibulũ ſibi rebellionẽ à ſuis ſubditis metuentem.

Prædicti Caiphæ reſponſi verba ſingula ponderantur. *Num. 22.*

Quòd ſi hæc verba expendamus, quatenus prophetica ſunt, licèt ipſe ea non intellexerit, quemadmodùm nec aſina Balaam, nec pueri legentes in Eccleſia propheticas voces, quas non intelligunt; dicendum eſt, ſingula verba Caiphæ vim ſuam, & pondus habere. Primum enim eſt, *Expedit*, vt videlicèt à ſumma miſeria peccati, captiuitate dæmonis, ſeruitutẽ carnis, ac mundi, gehennæque reatu liberemini, & ſummã ſalutem conſequamini: eo videlicet poſito, quòd Deus àliquos donare vita æterna decreuerit, iuxta illud Apoſtoli; *Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius in charitate.* Eo etiam admiſſo, quòd peccatum Adæ effectum prædeſtinationis Dei impediuiſſet: etenim iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos, & Deum noſtrum: dicebat igitur, hominem iuſtè liberari, vt vitam cõſequeretur æternam, ne diuinæ prædeſtinationis propoſitum fruſtraretur, vel impediretur. Hinc per Eſaiam dixit; *Si non vt putaui, ita erit; & quomodo mente tractaui, ſic eueniet.* Et infrà: *Dominus exercituum decreuit; & quis poterit infirmare? Et manus eius extenta; & quis auertet eam?* Propterea prudenter non dixit, Neceſſarium eſt, vel oportet, vel opus eſt; ſed *expedit*, quia multis alijs modis poterat, quàm morte, redimere: vnde dixit: *Pater omnia tibi poſſibilia ſunt: transfer calicem hunc à me.* Sed hic erat vtiliſſimus ſimul, & decentiſſimus, atque expedientiſſimus modus.

Expedit.

Epheſ. 1.

Eſa. 59.

Eſa. 14.

Quare nõ dixit Caiphas; Oportet, vel Opus eſt, ſed Expedit.

Mar. 14.

Deinde ait, *Vobis*: Non dicit, nobis, ſeipſum videlicet excipiendo à fructu paſſionis (quamuis Græci codices, & Latini quidam manuſcripti, & Syriacum Euangeliũ non vobis, ſed nobis, habent:) nam probabile eſt, nonnullos ex Sacerdotibus, qui illi Concilio interfuerunt, ad Dominum fuiſſe conuerſos, & compunctos errorem ſuum agnouiſſe: quia vt dicitur in Actis, multa turba Sacerdotum obediebat Fidei: Caiphas verò, qui ſummo Sacerdotio functus eſt eo anno, & ſententiam tulit in Chriſtũ, mortem ſibi conſciuit, vt autor eſt Clemẽs in libris Conſtitutionum Apoſtolorum; quemadmodùm Pilatum, qui morti Chriſtum adiudicauit, vt præſes Iudææ, in ſeipſum manus iniecisse teſtatur Euſebius.

Vobis.

Act. 6.

Clement lib. 8. c. 2. Conſtit. Apoſtolicar.

Caiphæ Pontificis, & Pilati præſidis Chriſtum iniquè condemnantium, infelices interitus.

Euſeb. lib. 2. Eccl. hiſtor. cap. 7.

Tertium verbum eſt, *Vnus homo*, & non contemptim iſte, vel ille homo, ſed vnus ille, de quo ſcriptum eſt: *Non eſt vſque ad vnum:* Et, *Virum de mille vnum reperi, mulierẽ ex omnibus non inueni.* Vnus igitur, non plures: quia ſi vnus Adam peccatum, & mortem in vniuerſum hominum genus deriuauit; potuit multò magis vnus Ieſus iuſtitiã, & vitam in omnes transfũdere, de quo meritò dixit Apoſtolus quidam; Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi. Vnus etiam homo, & non Angelus quia qui debitum contraxerat, ſolus debebat ſoluere. Et ſi Angelus extitiſſet, homo

Vnus homo.

Pſalm. 13.

Rom. 3.

Eccl. 7.

Rom. 5.

1. Ioan. 2.

ad digni-

Christum cur minime decuerit Angelū esse, sed hominem.
Psalm. 8.
Heb. 2.

ad dignitatem antiquam non repararetur: semper enim Angelus superior homine, & ab illo adorandus fuisset; cui tamen in principio pene par erat conditus, & paulò minus ab Angelis minutus, vt verbo Prophetæ vtar: non minus enim redimenti, quàm creanti debemus. Ergo non debuit esse Angelus: nec purus homo tantùm, quia scriptū

Psalm. 48.

est: *Frater nō rèdimit, redimet homo? non dabit Deo placationem suam, & pretium redemptionis animæ suæ.*

Christus cur debuerit esse Deus & homo.

Si ergo pro senó potest satisfacere, minus pro alijs. Debuit igitur esse Deus, & homo. Et hic vnicus est, & singularis homo, liber suapte natura ab omni peccato: qui vt homo corpore pati, & animo promereri posset; vt Filius Dei gratia valeret apud Patrem, qua in infinitum gratam redderet mortis suæ obedientiam pro toto mundo: & qui tantum posset reddere Deo, quantum peccato abstulimus, nempè diuinitatem, quam vt ambitiose appeteret, ait

Gen. 3.

dæmon; *Eritis sicut dij, scientes bonum, & malum.* Hic est igitur ille vnus homo, de quo

1. Tim. 2.

dixit Apostolus, *Vnus Deus, vnus & mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.*

Moriatur.

Quartum verbum est, *Moriatur*: Non dixit, interficiatur, aut violenter de medio auferatur: quia sponte mortuus est, &

Esai. 53.
1. Pet. 2.
Passio, & mors Christi quàm expediens modus fuerit redemptionis humanæ.

oblatus est, quia ipse voluit: & potestatem habebat ponendi animam suam. Etsi autem alij modi non deessent diuinæ sapientiæ; hunc tamen elegit quasi acceptissimum ad Deum placandum. Nihil enim magis asperum, nihilque magis difficilè, quàm mortem indebitam ad honorem Dei vltro perferre. Hic etiam modus fuit conuenientissimus ad curandum morbum nostrum. Primus enim homo per superbiam, & gulam, & inobedientiam ceciderat, volens Deo as-

Gen. 3.

similari, gustansque lignum scientiæ boni, & mali, atque diuinū præceptum transgressus; quamobrem humilitate, acerbitateque pœnæ, atque obedientia Deo satisfaciendū fuit.

Humanū genus, qua vna retrahitur magis.

Fuit præterea modus efficacissimus ad trahendū ad se genus humanum; quod nulla re magis, quàm ostensione amoris rapitur. Fuit præterea prudētissimus modus ad expugnandum inimicum. Nam decebat, vt dæmon: qui astutia & dolo vicerat hominem, prudentia Christi superaretur, & in muscipulam sibi à Christo paratam incideret, proprioque ense iugularetur Goliath,

1. Reg. 17.
Esther. 7.

& superbus Aman in cruce, quam parauerat Mardochæo, suspenderetur.

Pro populo.
Heb. 13.
Tit. 2.

Quintum verbum est, *Pro populo*. Nam Iesus extra portam passus est, vt sanctificaret populum, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Ideò à populo nequaquam nos segregemus, vt participes meritorum sanguinis Christi efficiamur.

Et non tota gens pereat.

Vltimò prophetauit, *Et non tota gens pereat.* Omnes enim Iudæi, tum originali peccato, tum personali, apti nati erant perire, & in æternos gehennæ ignes detrudi, nisi tāto de salutari prospexisset Deus. Significaturque mors Christi multis profutura, non omnibus, ob eorum defectum, & culpam. Et quoniam Iudæi, recentiores etiam, alias nationes per contemptū vocant Gentes, siue Hebræa lingua גוים; aduerte, hic Iudæos, & Caipham, atque adeò Euangelistam ipsum se ipsos gentem vocare. Vt autem Spiritus sanctus interpretatur, per totam gentem intelligit Dei filios per vniuersum orbem dispersos. Vt enim dixerat

Esai. 49.
Act. 13.

Esaias; Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israël conuertendas. Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremū terræ. Vides iam singula verba Caiphæ expensa esse; de quibus subdit Euangelista: *Hoc autem à semetipso non dixit; sed cum esset Pontifex anni illius, prophetauit quod Iesus moriturus erat pro gente: Et non tantum pro gente, sed vt filios Dei* (vel, vt habent nonnulli codices Latini, & Græci, sed vt filios Dei) *Qui erant dispersi, cōgregaret in vnum.*

Quorsum hoc de Caipha: Hoc autem à semetipso nō dixit.

Quod attinet ad hunc sensum propheticum, dicitur Caiphas à se ipso non locutus; vt intelligas, à se ipsis non loqui Prophetas, sed ab Spiritu sancto; & accipias non tantùm sanctos, & bonos, sed etiam improbos habere spiritum prophetiæ, vt constat de Balaam, & Saule, & illis, qui dicturi sunt;

Num. 24.
1. Reg. 10.
Matth. 7.
Psalm. 6.

Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus; & in nomine tuo dæmonia eiecimus; & in nomine tuo virtutes multas fecimus? quibus dicetur, *Quia nunquam noui vos. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.*

Prophetæ, licet mali sint, cur honorificandi.

Sunt ergo honorandi Prophetæ, quantumcunque sint moribus contaminatis notati, ob Dominum, qui per eos loquitur, de quibus alibi dicitur:

Matth. 23.

Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, seruate, & facite; secundum opera verò eorum nolite facere: dicunt enim, & nō faciunt. Ostendit etiam, Prophetas, etsi sibi iniqui sint, & inutiles, alijs tamen cōducibiles, & salutares existere.

Caiphas quatenus fuerit propheta.
1. Reg. 10.

Quod verò dicit prophetasse; accipe, illum non habitum, sed actum prophetiæ habuisse: quēadmodùm de Saule dicitur; Insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis:

Num. 22.

& de asina Balaam, & pueris in templo canentibus prophetias nec intelligentibus dictum est. Necnon illud animaduersione dignum videtur, ex omnibus verbis Caiphæ, quæ vt ostendimus, prophetica fuerunt, Euangelistam postremum tantum

modò

modò verbum expedisse, cum dixit, quòd Iesus moriturus erat pro gente; & non tantum pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum: explicans nomine Gentis intelligendos etiam Gentiles, qui cùm antea diuersis deorum cultibus, ac religionibus essent distincti, ac dispersi; erant tamen per prædicationem Apostolicam in vnum populum, & in vnam Ecclesiam congregandi, & in vnius Messiæ religione coniungendi. Quod autem ait, filios Dei, qui erant dispersi, B. Chrysostomus intelligit eos, qui nondum erant, sed qui futuri erant. At Augustinus hoc verbū retulit ad Dei prædestinationem, quod ferè in idem recidit, in qua multi filij Dei erant, licèt nondum vocati, nec iustificati. Alij verò intelligunt de his, qui tunc Actu filij Dei erant, & virtutem, Dei gratia colebant, etsi Christum nondum agnoscerent: qualis erat ille Candaces Reginæ Aethiopum Eunuchus, & ille Centurio Cornelius: de quibus alio in loco dixit, *Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus Pastor.* Hoc autem Ioannes, in gratiam Gentilium dictum esse ab Spiritu sancto edoctus, aperuit. Nam cùm vltimus inter Euangelistas scripserit, & experientia instructus Gentes ad Christum certatim accurrere cerneret; declarauit etiam, Christi hostem, & iudicem iniquum conuersionem Gentium prædixisse.

Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Greçè dicitur, συνεβουλεύσαντο, id est, communi consilio decreuerunt, atque statuerunt. Vnde Theophylactus post Chrysostomum ait: *Manifestum quod ab illo die sententiam confirmarunt, & antea quidem eadem eius meditabantur, sed remissius. Et quæstio magis erat, quàm sententia: nunc autem postremum iudiciū, & firma sententia.* Hæc ille.

Nos igitur, vt aliquem fructum ex his eliciamus, concilium vnum cum Conscientia, & Angelo, & Sacerdote qui est à confessionibus, faciamus; quia vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et dimittamus Christum in nobis viuere, vt credant omnes nostræ animæ partes sensus, & facultates. Et irasceti erimus à Rumanis, id est, dæmonibus, diuinæ iustitiæ vindicibus. Peccans enim in se ipsum, vel in proximum; Christum, cuius est mēbrum, offendit. Quod si de morte danda deliberandum sit; expedit, vt noster homo vetus ad mortem Crucis damnetur. Nam si dimittitur perficere sua desideria, & non cohibetur, omnes credent in eum, & omnes animæ rationalis facultates consensu mortifero credent in eum; & ita totus homo peribit; & venient dæmones, tanquam Romani, hoc est, diuinæ vindictę fortes executores, qui nos corpore, tum animo in gehennam præcipites dabunt.

Sequitur in textu: *Iesus ergo iam non in palàm ambulabat apud Iudæos, sed abijt in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.* Euangelista propterea fugam, & latibula Christi toties inculcat, vt hinc fiduciam concipiamus, nihil in nos posse aduersarios ante præstitutam à Domino diem; cùm tamen posset diuina virtute ille Iesus inter eos ambulare, ac diuina virtute se protegere. Sed abstinuit, ne ipsis furorem adderet; nos interim docens, vt demus locum iræ, & ne temere nos in præsentia pericula inijciamus, si possumus citra Dei offensam effugere: licetę enim iusto ex persecutionibus per fugam se subtrahere. Pulchre autem à Hierusalem Prophetarum interfectrice discessit in desertum: Iudæorum innuens desertionem, vt alibi dixit; *Relinquetur vobis domus vestra deserta.* Morabatur autem cum discipulis suis in ciuitate Ephrem, siue vt aliqui codices habent, Ephraim. Quod accidit ex eo quod α, & ι, in dictione Ἐφρεμ, per diphthongum cohærent, tam hic, quàm in Psalmo 77. vbi dicitur: *Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum;* & Hieronymus lib. de locis hebraicis legit Ephraim: & indicat hanc ciuitatem olim dictam Ephron in tribu Iuda: *Ephraim, inquit, iuxta desertum, ad quam venit Dominus Iesus cum discipulis suis. Diximus de hac etiam supra sub Ephron vocabulo.* Sic ille. Fit autem eius mentio 2. Paralipomen. 13. his verbis; *Ephron quoq́, & filias eius.* Et non longè erat à Iordane & Iericho, & interpretatum cum Hayn in principio, puluis, aut puluerulentus: quia tribulationes redigūt nos ad nostri ipsorum, qui puluis sumus, cognitionem. Cùm ponitur verò pro filio Iosephi, & tribu peculiari, scribitur cum Aleph in principio, & fructifera interpretatur: quoniam persecutiones, ac tentationes haud secus nos frugiferos reddunt, quàm ictus & flagella reddunt nucem fructuosam. Dum autem ibi Dominus moram traheret, accepit literas ab Abagaro Topatcha Edesæ ciuitatis, vt scribit Eusebius: quibus & respondit promittens se ad eum discipulum missurum: & imaginem suam ad eum misit. Quam historiam etsi Gelasius non admittat, Greçi tamen historici magna recensent miracula ad illam imaginem edita, & liberationem totius ciuitatis ab imminenti eius vastatione à paganis: quam historiam latè persequitur Euagrius.

Marginalia (left): Pro qua etiam gente Christus erat moriturus teste Ioanne. — Qui nam illi filij Dei per Christi mortem erant in vnum congregandi. — B. Chrys. ho. 64. in Ioan. tom. 3. — Aug. tract. 49. in Ioan. in fine, tom. 9. — Act. 8. & seq. infra. 10. — Ioannes vltimus inter Euangelistas conscripsit Euangelium. — Chrys. ibidem. Theoph. in c. Ioan. 11. — Matth. 18.

Marginalia (right): Quare Christus Iudæis fugam in necem conspirātibus in ciuitatē Ephrem se se recepe rit. — Rom. 12. — Matth. 23. — Ibidem. — Ephrem quæ ciuitas Hieronymo. Hieron. to. 3. — Eius vrbis duplex etymologia. — Persecutiones ac tentationes quales reddant nos. — Euse. li. 1. Eccl. hist. c. 16. — Gelas. dist. 15. c. sancta Rom. Eccl. — Euagrius.

Proximum autem erat Pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctificarent seipsos. Quærebant ergo Iesum: & colloquebantur ad inuicem, in templo stantes. Quid putatis quia non venit ad diem festum istum? Dederant autem Pontifices & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum. Describit Euangelista tempus huius concilij sub Pascha fuisse Iudæorum, ad differentiam Paschę Christianorum, quod iam fideles tempore quo Ioannes hæc scripsit, celebrabant, quo tempore multi se tempestiue in Hierusalem recipiebant, vt priùs purificati ab immunditijs legalibus, Pascha possent legitimè celebrare. Nec enim immundus aliquis illud poterat celebrare; imo ne in templum quidem intrare. Hinc Ezechias coactus fuit phase secundo mense facere; quia Sacerdotes primo mense sanctificati non erant, vt dicitur in libro Paralipomenon. Qua in re erudimur, quanto tempore, & studio se se fideles præparare, & purificare debeant, priusquam nostrum Pascha celebremus, & dignè edamus panem viuum, ne per negligentiam nostram, & culpam, iudicium nobis manducemus, & bibamus. Deinde exprimitur desiderium Iudæorum quærentium Dominum Iesum, nimirum quòd ad Festum tempestiue non venisset, vt aliàs solitus erat venire. Sed ipsi nesciebant quòd Iesus sciret in se iam esse publico consilio conspiratum, & mandatum datum de eo capiendo, & vt quisquis cognosceret vbi esset, indicaret: quanquàm pluries frustrati essent sua spe toties tentantes in illum manus injicere. Quòd verò mandatum dant vt Christum prodant qui scirent vbi esset: pulchrè præfiguratum fuit in Saule persequente Dauidem ad mortem, & inquirente vbi esset; vt refert primus liber Regum. Eximia autem fuit Domini fortitudo, qui cum sciret, mandatum esse datum de se comprehendendo, ipse tamen solenni pompa ingressus est in Hierusalem, atque ipsis inuitis Rex salutatus est; vt indicaret quanti faceret eorum mandata, & quam sibi esset integrum omnem eorum astutiam eludere, & potestatem omnem dissipare. Et cùm captus esset, suo permissu, & voluntate, & eis retrorsum reiectis, factum fuisse; atque exinde agnosceretur verus Messias in lege promissus, ac verus Filius Dei, cui cum Patre & Spiritu sancto omnis reddatur honos, & gloria, nec non gratiarum actio in sempiterna secula.

Amen.

Cur Ioannes illud fuisse concilium dicit congregatum sub tempus Paschæ.

2. Par 25.

Mysticum pascha, id est, Eucha[ristiam] manducaturis, quid præmittendum.

1. Cor. 11.

II. ratio.

Iudæorum de Christo prodendo vbi esset, mādatum ad exitū, vbi præfiguratum 1. Reg. 21. & seq.

Christi fortitudo.

Ioan. 12.

Infra. 17.

Deut. 28.

TRACTATVS LV.

De Disceptatione Domini cum Iudæis, quando Gentiles eius visendi desiderio tenerentur, vt illi per Andream & Philippum est significatum: & habetur Ioan. 12.

Erant autem quidam Gentiles ex his qui ascenderant vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum qui erat à Bethsaida Galilææ: & rogabant eum, dicentes, Domine, Volumus Iesum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ; Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu: Iesus autem respondit eis, dicens, Venit hora vt clarificetur Filius hominis. Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuū fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert. Et reliq.

ETsi, hæc quæ sequuntur, ad historiam nudā pertinere videantur: tamen quia inferius in contextu verborum Christi se Iudęi opposuerunt, & Christus illis respondit, illosq; placare conatus est, procul dubio apertam disceptationis speciē habent, ac proinde hoc libro enarrare placuit. Ad quorum pleniorem intellectum perpēde, quod etsi Christus potissimum natus esset in Iudæa, magnumq;, & inclytum esset nomen eius in Israël, tamen non pauci è Gentibus notitiam eius habebant, pietatemq; colebant: vt exemplum Iobis docet, & Eunuchi Candaces Reginę Aethiopū, & Cornelij Centurionis tātopere laudati à B. Luca: ascendebantq; ad templum Hierosolymitanum, vt adorarēt. Auditum enim erat in Gentibus, quāta Deus in Israel esset operatus: id quod Achior Princeps Ammonitarum, Holoferni clarè testatus est. Isti ergo vel erāt proselyti, vel planè Gentiles, quib[us] accessus templi non erat interdictus. Cùm igitur audissent, aut vidissent solennem, & honorificū Christi ingressum in Hierusalē in die Palmarum, voluerunt Iesum, de quo tanta audierant, familiariter nosse: quæ omnia præsagium quoddam erant futurorū, nimirum, ad Ecclesiā, cuius templum gerebat typū, Gentes idololatras spontè accessuras, & Iesum à Pharisæis desertum debita religione amplexaturas. Nam hoc est Dei ingenium, vt ab vno despectus, ad amatorem alterum se cōuertat, secūdùm illud: *Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt*

Hæc quæ proposita sunt speciem disceptationis ... obscuram præ se ferre.

Psal 75.

Dei Hebræorum ... celebre nomē esset, etiam apud Gentes

Iob 1.

Matth 2

Act 8.

Infra. 10.

Iudith. 5.

Gentiles in Aedem Hierosolymitanam precandi causa, ... habebant accessum.

3. Reg. 8.

Gentium duorum ad Christum accessus quæ caussa extiterit, quid ... ille præsagiuit.

Dei ingenium.

Deut. 32.

tauerunt in vanitatibus ſuis: & ego prouocabo eos in eo qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos.

Hi ergo acceſſerunt ad Philippum qui erat à Bethſaida; & rogantes eum, dicentes, Domine, volumus Ieſum videre, Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rurſum & Philippus dixerunt Ieſu.

Philippum eſſe à Bethſaida Galilææ cur dixerit Euangeliſta. *Ioan. 1.*

Non ſine cauſſa Euangeliſta dixit Philippum eſſe à Bethſaida Galilææ, ex qua etiam erat Andreas, vt conſtat ex alio loco Ioannis: nam inſinuatur, iſtos Gẽtiles, ſiue Græcos, vt Græca habet litera, qui deſiderio videndi Chriſtum tenebantur, non ignotos illis fuiſſe; ac proinde per eos quos nouerant, & qui fortè habitabant in Galilæa Gentiũ, aditum ſibi ad Ieſum videndum, & alloquendum, fieri cupiuiſſe. Et Dominum vocant Apoſtolum, modeſtè loquẽtes, quem Phariſæi cum reliquis aſpernabantur: & diuinabant Apoſtolos futuros dominos, & Principes ſuper omnem terram. Videre etiam non ſimpliciter volebant, quia id illis ſemper licuiſſet, ſed inuiſere & familiariter colloqui. Ita fornicaria adoleſcenti ait; *Egreſſa ſum in occurſum tuum deſiderans te videre;* id eſt, inuiſere, & alloqui. Illi ergo duo Apoſtoli rem aperuerunt Chriſto Domino, qui poſtea Gentiles introducturi erant ad fidem. Pudor autem obſtabat quo minus illum adirent: cupiebant enim non ſolùm in turba videre, ſed cominus eum ſalutare, & audire loquentem. Impediebat etiam humilitas, quia nõ habebant Gentes commercium cum Iudęis, & vt rogatus ab Apoſtolis ſuis Iudæis pro Gentibus, Iudæorum animi qui aderant, irritarentur minus, atq; offenderentur. Et ſignificare voluit, quòd ſicut ad vnius Lazari ſuſcitati miraculum non ſolum Iudæorum plurimos ad ſui amorẽ pertraxerat; ita mors, & reſurrectio ipſius omnes mũdi nationes ad ſe attracturæ erant, reprobatis Iudęis, per miniſterium Philippi & Andreæ, id eſt, Apoſtolorum.

Quid eſt quod duo illi Gentiles Philippũ Apoſtolum Dominum vocarunt.

Pſal. 44.

Prou. 7.

Cur illi per ſe minime ad Chriſtum acceſſerunt.

Ioan. 11.

Infra 12.

In hoc loco explicando duo peccauit Ioannes Caluinus. Primum eſt, quod per Gentiles iſtos, ſiue, vt Græcè dicitur ἕλληνες, hoc eſt, Græcos, non intelligit eos, qui Gręci erant religione, & regiones Græcorum habitantes. Nam propter varias Iudaici populi captiuitates factum erat, vt Iudæi in alias à Terra promiſſa regiones & prouincias abducti eſſent: de quibus Actor. 2. *Erant autem Ieroſolymis habitantes Iudæi viri religioſi ex omni natione quæ ſub cælo eſt.* Et probat Caluinus: quia Gentes idololatræ non colebant Deum Iſrael, & ſi colere tentaſſent, Proconſules Romani per prouincias diſpoſiti ſeuerè in eos animaduertiſſent, qui à Græcorum, vel Gentilium cultu ad Iſraelis Deum defeciſſent. Sic ille nouitatum amator. Sed hoc apertè falſum deprehenditur: nam etſi verum ſit Iudæos per omnes Gentium prouincias diſperſos, & ex illis multos ſolitos aſcendere ad venerandum templum in Paſcha: qui tamen hic vocantur Græci, non erant Iudæi. Primò, quia vt annotant eruditi; alij erant ἕλληνες, id eſt, Gręci, alij erant ἑλληνισταί, id eſt, Græcanici. Primi, erant & religione, & lingua, & habitatione Græci; alij verò Græcanici, id eſt, Iudæi quidem religione, lingua verò, & loco natiuitatis Græci. Quod in illud Act. 6. *Factum eſt murmur Græcorum aduerſus Hebræos, eo quòd deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum,* annotauit Oecumenius, dicens Græcè haberi non ἑλλήνων, ſed ἑλληνιστῶν: nam illi Hebræi, & Græcanici vtrique erant religione Hebræi, ſed non lingua, neque loco natali. Idem habetur Act. 9. de Paulo, qui loquebatur Gentibus, & diſputabat cum Græcis, id eſt, hominibus natis in Græcia, & Græcizantibus, ſed tamen religione Hebræis, quia habetur ἑλληνιστῶν: vt idem annotauit Oecumeni⁹. Alioqui idem eſſent Græci, & Gentiles, inter quos vt diſtinctos, differentiam facere videtur B. Lucas. Sicut etiam Act. 11. *Qui diſperſi* (inquit) *fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat ſub Stephano perambulauerunt vſq; Phœnicen, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, niſi ſolis Iudæis. Erant autem quidam ex eis viri Cyprij, & Cyrenæi, qui cum introiſſent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos* (ſiue Græcanicos, ἑλληνιστάς) *annuntiantes Dominum Ieſum.* Secus verò vbi Iudęis opponuntur ἕλληνες, ſiue Gręci, quia tunc Gręcus ſignificat, qui Græcam, vel Gentilium probat religionẽ, vt illud, Iudæo primũ, & Græco. Et Act. 14. *Factum eſt in Iconio, vt ſimul introirent Synagogam Iudæorum, & loquerentur ita vt crederet Iudæorum, & Græcorum copioſa multitudo.* Vbi accipitur nomen Græcorum pro Gentilium voce.

Caluini de duobus illis Gentilibus ſententia ſane falſiſſima refellitur.

Ratio Caluini leuiſſima, tanquam nouatore digniſſima diluitur.

Ἕλληνες, & ἑλληνισταί, inter ſe quid differant.

Oecumen.

Idem.

Act. 6.

Rom. 1.

Falſum ergo eſt, per Græcos hic ſignificari Iudæos religione, quia non ἑλληνισταί, ſed ἕλληνες, habetur. Deinde Theophyl. hoc loco ſcribit: *Græci qui volebant eum videre, omninò Gentiles erant; Iudæos autem ſciebat ſibi inſidiari.* Et Euthymius. *Multi ſiquidem Græci cultum amantes Iudæorum, & cupientes fieri proſelyti, aſcendebant, & adorabant in Feſto.* Et ante eos Euſeb. Emiſ. *Gentiles* (ait) *iſti non abſimiles erant Centurioni, de quo; Non inueni tantam fidem in Iſrael.*

Theoph. in Ioan.

Euthym. in Ioan.

Euſeb. Emiſ. hom. in die m Palmar.

Matt. 8.

Tertio accedit, quod in textu habetur, iſtos veniſſe in Ieruſalem, vt adorarent in die feſto: quòd ſi de Iudæis, vel proſelytis eſſet ſermo, adderet Euangeliſta, quod aſcenderant ad diem feſtum celebrãdum, vel vt ſancti-

ficarent se ante diem festum, vt Ioan. 11. habetur, vel adorarent, vt sanctificarent Domino, vt dicitur de Elcana, & vxore eius; & Tob. 8. ad adorandum veniebant, & ad offerendum primitias, & decimas suas. Quia verò simpliciter dicitur, vt adorarent, intelligimus fuisse Gentiles, qui orandi gratia in templum tantum veniebant. Ita enim Act. 8. dicitur de Eunucho ob id venisse. Et additur hic, *In die festo*, tanquam maioris deuotionis, & concursus tempore.

1. Reg. c. 1.

Secundò falsum est, Proconsules Romanos insurgere solitos in eos, qui venerabundi templum Ierosolymitanum inuiserent: nam nullibi tale quid lege aliqua à Romanis dictum fuerat. Repugnat ratio proselytorum, qui ex Gentilium idololatrarũ cultu transibant, & sine vllo Proconsulis metu ab Hellenismo ad Iudaismum deficiebant. Certè Eunuchus Candaces Reginæ Æthiopum Gentilis erat, & nihil à Pilato contra eum factum: & M. Agrippa Augusto Cæsari coniunctus templum & inuisit, & honorauit, vt testis est Philo. Erat etiam persuasum Gẽtibus, virtutẽ Dei adesse in templo Ierosolymitano: id quod Heliodorus re ipsa expertus fuit. Adhæc Scripturæ Hebræorum etiam in linguã Græcam conuersæ, & Gentib. communicatæ: vnde pietate quadam ad locum illum affecti erãt. Postremò Salomõ in templi dedicatione precat⁹ erat Dominũ, vt Gẽtiles ad templum venientes, & Deum inuocantes, eorum preces exaudirentur: ex quo & locum illis proprium à Iudæis distinctum, ad orandum deputauit. Erat præterea templũ celebre, & memorabile, atq; in veneratione habitum cunctis populis, & Regib. vniuersæ terræ. Idcircò Cyrus Imperator iussit illud reædificari, & maximis muneribus exornauit: Alexander Macedo magna cum reuerentia procedentem sibi Iaddum summũ Sacerdotẽ excepit & templũ ingressus est: vt tradit Iosephus: & Seleucus Rex de reditib. suis præstabat omnes sumptus ad sacrificiorum ministeriũ: quod prius fecerat Darius Rex Persarum, vt 1. Esdr. 6. legitur. Et Augustus Cæsar teste Philone in legatione ad Caiũ, per literas iussit vndecũq; illuc mitti primitias: instituto ibi etiã quotidiano sacrificio; licèt peregrinarum ceremoniarum alioqui contẽptor, teste Suetonio in Augusto: & Caium nepotẽ quod Iudæã prætereuntem apud Ierosolymam nõ supplicasset, collaudauerit. Secũdò, dicet Caluinus, Qui fieri poterat, vt qui idola colebant, in templo Dei adorare possent? Respõdeo, illo eodẽ modo, quo Alexander Seuerus Christũ in Larario cũ alijs dijs colebat, & Tiberius voluit Christũ à Romanis

In eos, qui religionis caussa Ierosolymitanum templũ inuiserent ni mime (vt Caluinus mentitur) animaduerti solitum à Romanis, ostenditur mul tis argumẽtis. II. argum.

Philos. lib. de legatio. ad Caium par. 2. in fine.

III. argum. *2. Machab 3. & seq.*

IV. argum. *3. Reg. 8.*

V. argum.

Quanta olim Ierosolymitani templi esset religionis opinio apud omnes Gentes.

2. Machab. 3. & seq.

Ioseph. lib. 11. Antiq. cap. 8.

Philo. vbi supra.

Ad illud Caluini: Gentiles idolorum cultores cum essent, Ierosolymam ne cultus veri Dei gratia venirẽt.

in Deum suscipi cum alijs. Denique eo modo, quo Athenienses. *Ignotum Deũ*, inter alios Deos colebant. Ita n. Aræ inscriptio habebat: *Diis Lybiæ, Asiæ, & Europæ & Ignoto Deo*: de quo subdit Apost. *Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis*. Et Dñs ad Samaritanã; *Vos adoratis quod nescitis; nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est*. Vt ergo Athenienses licèt idolis addicti essent, inter multos etiã verum Deum colebãt, ita Gentiles isti, etsi superstitionis Græcę professores essent, in Ierusalem tamen verum Deum adoraturi venerant. Poterãt n. inter multos etiam Iudæorum Deum amplecti, qui, vt refert Oenomaus, 30. deorum millia colebant.

Alexand. Seueri superstitio. *Euseb lib 2. hist. Eccl. c. 2.* *Act. 17.* *Ioan. 4.* Gentilium more superstitio.

Oenomaus. Illud quoque Caluini diluitur: Quid verò, falsiq; cultus cõmixtio . . .

Quòd si arguas, nullius vtilitatis esse cultũ Dei veri simul cũ alijs falsis dijs; Dicem⁹ quod Aug. in libris Confessionum tradit: cùm enim esset Manichæus, longè aberat à Catholicis: posteà tamen cœpit cogitare, tam catholicã fidem, quàm Manichæorũ sectã posse defendi: ex quo gradu posteà cognouit nõ posse aliam præter Catholicã teneri. Ita sanè peior est cultus illius, qui sola idola, & deos Gentium, siue dæmonia amplectitur, medi⁹ est eorum, qui cum idolis etiam verum Deum colunt: ex quo in tertium gradum peruenitur, in quo agnoscitur solus Deus verus colẽdus, reliquos oẽs reijciendos. Multi etiã verum vnum Deum ex Gẽtilib. colebãt, vt docet Theod. ser. de dijs. & Iustin. in Apolog. ex Musæo producens illud; *Iupiter & Plato, Phœbus, Dionysius vnum*: & Sybillæ vbiq; vnũ Deum esse colendum docebant: & Iudæi dispersi per Gentes eius vnius veri Dei cultum tradebãt. Adde quę scripsit Iosephus lib. 11. ca. 1. De Cyro Persarum Rege: *Hæc dicit Cyrus Rex; Quoniam me Deus Maximus orbis Regem constituit, hunc illum esse credo, quem Israelitarum adorat populus. Iste nim meum nomẽ per suos Prophetas dixit, & quòd templum eius ædificaturus sum Ierosolymis in terra Iuda. Hoc autem cognouit Cyrus ex lectione libri, qui Esaiæ Prophetias continet, ducentis, & decem annis ante ipsius ætatem conscriptas.* Hæc ille. Ex quibus habes Regem Ethnicum nullum alium pro vero Deo habuisse, nisi verum, à Iudæis cognitum, & cultum.

Aug lib. 5. Confes. c. 14. sec. 10 & per totũ. lib. 6. ind. Quibus gradibus vt ipse tradit est, ad verum atq; catholicam fidem peruenerit Augustinus.

Theod. ser. 2. Iustin. mart. tom. 1.

Sibillæ, & Iudæi per Gentes dispersi vnius veri Dei cultum prædicabant.

Iosephus lib. 11. Cyrus Persarum Rex Israelitarum Deum, verũ, & solum & agnouit, & coluit, teste Iosepho.

1. Esd. 1. Esa. 44.

Alterum peccauit Caluinus: quia ex hoc facto Philippi, & Andreę, qui adierunt Iesum, & locuti sunt pro Græcis, irridet Ecclesiasticum de inuocandis Sanctis morem vt per eos nobis accessus pateat ad Deũ: & fatetur id illis licuisse per viuos, & præsentes Apostolos, non aũt per eos (ait) qui nũc & mortui sunt, & à nobis seiuncti. Sed in media luce cæcutit Caluin⁹: sancti enim in Christo defuncti, neq; mortui dici possunt quia eorum spes immortalitate plena est, & qui-

Vt stulte, & impie abutitur hoc loco Caluinus contra inuocationem Sanctorum.

Sanctos verè apud Deum viuere, & a nobis esse minus disiunctos, aut separatos.

Sap. 3. Matt. 22.

& quibus vita æterna rependitur. Et vt Dominus dixit ad Sadducæos, Non est Deus mortuorum, sed viuẽtium. Nec tales à nobis reuera separati sunt, quia etsi corpore absunt, spiritu tamen & charitate præsentes sunt nobis: Magis enim est homo vbi amat, quàm vbi corpus animat; Et, *Omnes vnum corpus sumus in Christo*, in quo sympathia & harmonia Christi corporis mystici in ea viget, quæ solet esse membrorum in se inuicem in vno & eodem corpore. Sanctorũ etiam cõmunionem in Ecclesia in Symbolo didicimus. Quis ergo coniunctissima eiusdem corporis membra, & vitam Spiritus eandem participãtia, à se inuicem diuellere queat? Quod si Sancti qui dormierunt, viuunt, possumus sanè per eorum intercessiones Christum adire, qui si dum viuerẽt, caussam nostram apud Deum agere poterant, moltò equidem magis nunc poterũt, vbi eorum charitas est perfectior, & Sancti amplius pro seipsis non sunt soliciti: & idcircò Ecclesia sancta de eorum erga nos charitate, & patrocinio certissima nũquam non per sanctorum Angelorum, aut Apostolorum, aut Martyrum, aut sanctissimæ Deiparæ merita & preces Deum interpellare consueuit. Qui verò ex hæreticis aliter statuunt, reijciendi sunt, & illis cum Apostolo dicendum; *Nos talem consuetudinem non habemus, neq; Ecclesia Dei.*

Magis est homo vbi amat quàm vbi corpus animat.

1 Cor. 10.

1. Cor. 11.

An hi Gentiles fuerint ad Christum admissi, necne.

Sequitur in textu; *Iesus autem respondit eis, dicens, Venit hora vt clarificetur Filius hominis.* Quidam hic tacite indicari asserunt, etiãsi non exprimatur, videlicet, Gentiles illos ad Iesum perductos esse, & admissos vt eum viderent: vnde quæ sequuntur verba, corã illis, & alijs astantibus discipulis, & turbis prolocutus est. Nam solitarius non erat Christus, cum ista diceret, sed magis turbis immixtus, vt declarat quod infrà dicitur. Turba ergo quę stabat, & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij verò testantur, eos ad conspectum suum non admisisse, ne Iudæos offenderet, & Gentilium fauorem venari id temporis videretur, quo in honore venerat in Ierusalem: quoniam Iesum nisi post mortem nemo Gentilium visurus erat, iuxta illud in spiritu intellectum: *Non videbit me homo, & viuet.* Ideò de morte sua, & suorum, quo ad visionem sui admissurus erat, statim loquitur. Verum quoniam hora eorum appropinquabat, & vt ipsi ad Iesum saltem per fidem videndum admitterentur, nempè post mortem suam, idcircò voce quadam lætabunda dixit: *Venit hora vt clarificetur Filius hominis*, Est autem admiratione dignum, quod cum Pontifices & Iudæi in eius necem conspirarent, Gentes ad

Altera opinio.

Exod. 33.

Quorsum id, Venit hora, vt clarificetur Filius hominis.

eum amplectendum, & cognoscendum accurrerent, & quod per mortem quam illi intulerunt, & nomen eius extinguẽdum putarũt, & fructum prædicationis eius imminuendum, inde tamen nomen sit redditum gloriosum, & celeberrimum, indeq; auctus, & multiplicatus credẽtium in eum numerus. Idcircò ait, *Venit hora*, non præsens, sed imminens, & quasi instans mortis, in qua & signis dè cælo glorificatus est Iesus, & Centurio cum suis clamauit, *Verè Filius Dei erat iste*; & Iudęi redierunt ab spectaculo crucis percutientes pectora sua: inde Christus è morte, & inferno victor prodijt, ascendit cælos, misit Spiritum S. & vocauit, ad se vniuersas gentes. Venit ergo hora; hoc est; reprobatis Iudæis, quàm primum Gentes ad fidem Iesu amplectendam admittẽtur iuxta vaticinium Zacharię; *Apprehendunt decem homines ex omnibus linguis Gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes, Ibimus vobiscum: audiuimus enim quoniam Deus vobiscum.* Est autem fimbria viri Iudæi, Apostolus, ducens prædicatione sua ad Iesum. Quoties autem aut in Veteri Testamento prædicitur Gentium conuersio, aut in Nouo aliquorum ad Fidem traductio describitur, semper aut Christus, vel Propheta, aut Ecclesia cum lætitia, & exultatione introducitur loqui. Vt Esaias ait; *Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium: Germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans: gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron: ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri.* Et alio loco: *Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi:* Et quæ sequuntur. Et alio loco: *Lauda sterilis quæ nõ paris: decanta laudem, & hinni, quæ non pariebas: quoniam multi filij desertæ magis quàm eius quæ habebat virũ, dicit Dominus.* Et alibi rursus: *Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & feces Israel conuertendas. Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ.* His Prophetarum vocibus respondet gaudium Christi, cum hic ait: *Venit hora, vt clarificetur Filius hominis*: sicut & occasione Centurionis cum gaudio dixit; *Multi ab Oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum; Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.* Et apud Ioannem; *Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam; vt & qui semi-*

Mira Christi potentia.

Matth. 27. Luc. 23.

Act. 2.

Zach. 8.

Fimbria viri Iudæi apud Zachariam quid mysticè, Qualis ferè sermo de conuersione Gentium, in Scripturis.

Esa. 35.

Infra 60.

Sup. 54. & Gal. 4.

Sup. 49. & Act. 13.

Matth. 8.

Ioan. 4.

Illustrandi diuini nominis occasio per quàm opportuna.

nat, simul gaudeat & qui metit. Est enim profectò magnificandi diuinam gloriam occasio, pellere tot dæmones, & tot peccata à Gentibus idololatris, conferreque tantum diuinæ scientiæ, & gratiæ munus, Iudæis (quibus potissimum promissa erant) reiectis, & Gentibus, qui neque illa quęrebant, neque cogitabant, vocatis. Sed quoniam ante hanc charitatem Domini à mortuis excitati, & in cælum ascendentis, & Spiritum S. mittentis, & Gentes ad se per Apostolos vocantis, præcedere debebat eius mors ignominiosa; propterea rectè subiungit: *Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit; ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructũ affert.* Vbi primum perpéde, Principes cum ex longinquis regionib. homines ad ipsos spectandi gratia accurrunt, solitos esse nõnisi cum magna gloria, & Principum assidentium comitatu, seruorumque splendore seipsos spectandos exhibere. Contra Christus, crucem & humilitatem, & probrosam, ac ignominiosam suam mortem obijcit. Posset que Christo merito obijci; Nonne Dominus per Apostolum tuum dictum est; *Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiã?* Nonne scriptum est, Verbum mortis absconditum fuisse Apostolis, & non intellexisse quæ dicebantur? Nonne Petrus offensus verbo crucis, dixit; *Absit à Domine: non erit tibi hoc?* Cur ergo Gentibus te quærentibus prædicas crucem tuam, quæ potius poterat eos deterrere à Fide, quàm eam conciliare? Sed Dominus Gentes consultò mittit ad crucem suam: quia nonnisi post mortem, & crucem Dominum cognouerunt, & in ea Dominum vincentem, superantemque dæmones omnes, sapientiam quoque eius apprehendentem homines in astutia eorum, & consilium prauorum dissipantem, denique bonitatem, & charitatem singulari virtute hominum corda ad se trahentem intellexerunt. Fuitque proinde Gentilium fides illustrior, Christum crucifixum tanquam Dei Filium, & mundi liberatorem, ac Messiam amplectentium; quàm fuerit Iudæorum fides, qui ne Christo quidem, & innumeris miraculis coruscanti, & mortuos ad vitam reuocanti credere voluerunt.

Act. 2.

Inf. 2.

Alia Christi Regis cœlestis, alia Regum terrenorum conditio.

. Cor. 1.

Luc. 18.

Matt. 16.

Cur verbum crucis Gentibus sit stultitia; quid eam Christus hisce Gentibus annunciat.

Iob 5. & 8. Cor. 3.

Gentilium in Christum quã illustris extiterit fides.

Expenditur illud Amen amen dico vobis, nisi granũ, &c.

Ioan. 12.

Verùm singula iam verba inspiciamus, Quod ait, *Amen amen*; consueta est Domino asseueratio: nam res magni momenti ita asseuerare solet, quasi diceret; Cernitis populos acclamare, *Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini. Rex Israel:* Videtis Gentes simili auiditate accurrere: nunc certè tempus instat, vt cum Pharisæi credant Filium hominis prorsus extinctũ esse, túm maximè clarificetur apud vniuersas orbes nationes. Nouum genus glorię est, nouaq; ratione parandum: viuus paucos attraxi, mortu⁹ multos traham. Vos horretis mentionem mortis, scitote tamen certissimam futurã, & vobis maximè salutarem. Ideò duplicat verbum. *Amen amẽ dico vobis. Nisi granum frumenti, &c.* Id est: Accidit mihi, quod grano, quòd nisi moriatur, fructum non edit: sic ego nisi moriar, solus cum paucis Iudæis ero, inter quos ingens agenda est solitudo: ad Gentes (quæ fructus meæ mortis sunt, secundùm illud; Postula à me, & dabo tibi Gentes hęreditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ) eundum mihi est, & per eas etiam ducendi sunt Iudęi: quare vos ministri mei Apostoli in hoc sitis parati oportet. Cecidit granum propter ingratitudinem eorum, quod in arca cordis eorum recipere noluerunt: & ita quod ad eos attinet, mortuum est, attulit verò fructũ quantum ad Gentiles. Et ad corticem metaphoræ melius intelligendæ, pręmittendum est, granum frumenti partem quandam veluti corpus habere, cui⁹ ratione moritur; habere etiam vim seminalem instar animæ, quæ non est morti subiecta. Estq; optimum semen granum frumenti satians, & corroborans cor hominis, album & torridum, paruum mole, magnum virtute, ponderosum grauitate, nec facilè vento vt palea agitatũ. Huic grano meritò comparatur Christus, qui corpore mortalis erat, vt passibilis, sicut deitate, & anima ratione prædita prorsus immortalis, & corruptionis expers. Eratq; granum præstantissimum, vtpote frumenti, satians atq; roborans cordа hominum, de quo Psalles, *Et adipe frumenti satiat te,* cum nos omnes poti⁹ simus semina hordei, & nostrapte natura cibus belluarum infernalium. Intus album gloriam deitatis, & animæ, torridum afflictionibus, & carne passibili, paruum humilitate, virtute, magnum, & virtutum maturitate graue, leui adulatorum auræ, aut linguæ detractoriæ vento cedere nescium. Seminatum per incarnationem, editum in lucem per natiuitatem, crescẽs in vitæ conuersatione, & doctrina contritũ molendino passionis, coctũ in clibano crucis, in panemq; vitæ cõfectũ per resurrectionem, collocatũ in mensa cęlesti per ascensionem, vt inde beatos spirit⁹ alat ac nutriat, repositum etiam in mensa altaris sub Eucharistię speciebus nutrimentum fidelium: vnde & in hac tantum grani frumenti specie conficitur Sacramentum.

Quid est: Nisi granũ frumenti cadẽs in terram, mortuũ fuerit, &c.

Psal. 2.

Act. 13.

Heb. 1. & 5.

Iudæorum sterilitas.

Quàm verè sit Christus granum frumenti nominatur.

Psal. 103.

Psal. 147.

Filij Adæ quales semina sint ex se

Hoc ergo granum cecidit in terram, siue in

Christus granum frumenti in qualem terram ceciderit.
Ioan. 12.

ue in agrum, hoc est in vterum putissimum Mariæ Virginis. Pater autem agricola est huius seminis, qui bobus Sanctorum Patrum, & ministris Angelis boues ducentibus terram humanæ naturæ ararunt, excolueruntque, sed præcipue hortum benedictæ illius terræ Virginis Mariæ, quæ per Gabrielem Angelum preparata fuit ad excipiendum tantum granum, dicente Propheta, *Aperiatur terra, & germinet Saluatorem:* quæ tunc aperta est, cum dixit, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Irrigatum est autem hoc granum pluuia doctrinæ diuinæ, fotum calore Spiritus sancti. Bene autem cadens in terram, quia exinaniuit semetipsum, & quasi perdidit se. Vel fortasse melius, quia granum iam natum erat, & aptum seminationi. Cecidit in terram, quando per violentiam terra Iudæorum, & Gentium eum occidendum accepit, iuxta illud, *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum,* Et, *Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum,* & quando Iesum tradidit voluntati eorum, vt ait Lucas, & ipsi dixerunt, *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Cadere ergo, violentiam designat. In incarnatione autem sponte descendit, quemadmodum Lucifer, & Adam volentes ascendere ceciderunt. Rursus subiungit, *Mortuum fuerit.* Nimirum secundum eam partē, qua mortalis erat, hoc est corpus, nō quantum ad viui seminalem Deitatis, & animæ. *Ipsum solum manet.* Nam vel etsi minime esset passus, incarnatus tamen, & saluus fuisset, vt quidam non improbabiliter opinantur, & Scripturis, & rationibus comprobant: nec tunc alius modus salutem nostram perficiendi defuisset: posita tamen Dei præscientia, ac proinde etiam prouidentia de morte Christi præuisa, atq; ea ad salutem mundi cōparandam instituta, vt sępius diximus, tunc recte quadrat similitudo grani frumenti, quod nisi moriatur, fructum multiplicatum nō profert, iuxta verbum Prophetæ, *Singulariter sum ego, donec transeam,* hoc est, solitarius, nisi ex mundo ad Patrem transeam per mortem de quo subdit; *Si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert:* quia simplici morte, & illa quidem corporis vnius hominis innumerabiles gentes ad Fidem conuersæ sunt, & ad vitam spiritualem à morte reuocatæ, & adiecta corporum ad vitam æternam suscitandorum promissio. Morte igitur sua Dominus vitam nostrum comparauit: nam etsi vilius emere potuisset, voluit tamen tāti nos facere, vt amore suo fortissimo traheret, atq; suauissimo. Et quoniam semen iactum in terram aliud attulit tricesimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum: Christi tamen fructus sub numerum vllum cadere nequit, sed fecit fructum magnum tum in se, tum in alijs. In se quidem, quia primo fragile erat hoc granum, quod dentes bestiarum contriuerunt: & ipsis insipidum visum est, adeo vt & ipsi Apostoli, vel vocabulo mortis suæ offenderentur, & paucis notum erat: per mortē redditum est immortale, robur, & soliditatem consecutum, & omnibus bonis suaue, omnibus vero malis contremiscendum, & per vniuersum orbem celebre. Repositumque in sporiis Apostolorum, vt per eos in omnem terram deferatur, & in cordib. hominum seminetur ad salutē, sicut de Paulo dictum est; *Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filijs Israel:* cum prius tantum exisset fama eius in totam Syriam.

Luc. 1.
Esa 45.
Luc. 1.
Philip. 2.
Idem vti cecidit in terram.
Luc. 22.
Ioan. 18.
Luc 23.
Matt. 27.
Esa 14.
Gen 3.
Quatenus mortuum fuerit.
Expenditur: Ipsum solum manet.
Psal. 140.
Quid illud: Singulariter sum ego, donec transeam.
Idem semen mortuum vt fuit, quantum fructum attulit.
Matt 13.
Quem fructum attulit sibi ipsi.
Luc. 9. & infra 18.
Act 9.
Matt. 4.

Quem vero alijs, quam multiplicem.

In alijs verò multos fructus attulit, quorum primus est, terram, & aquam formam suam reliquisse, imo & aërem, dum cōuertitur in granum: hoc est, Homo peccata sua deseruit, & affectus peccandi oēs exuit. Vnde dictum est à Propheta, *Terra, terra, terra, audi sermonē Domini.* Quando.n. audit Christum, aliam formam induit, & culpas relinquit, quia iste est omnis fructus, vt auferatur peccatum. Secūdus fructus est, induere formam herbæ, quam primo granum producit: hęc est gratia Dei, quæ viridis est, spéque sui tribuit, pascitq; agnum Christum, est.n. mollis, ac tenera. Terti⁹ est, formatio ipsius grani, sed lactei, id est, perfectio animi, quæ futuræ gloriæ imago est: sed nondum firma, quia & animus peccare, & corpus potest mori. Quartus est, obduratio, & consolidatio granorum, quæ proficiscitur à gloria animæ, & in glumam per gloriam corporum proficiscitur, adeo, vt oēs beati, & charitate coniuncti vnam spicam ex grano illo, & cum illo vnde oriūtur, efficiant: Nam & ad inferos ob hanc causam descendit Dominus, vt partem spicæ vacuam, id est, animas Sanctorum Patrum impleret. Omnes igitur electi vnam spicā per fidem, & amorem conficiunt. Dandaq; est opera, vt nemo maneat in horreo cōmoditatum suarum, sed vt, si velit fructum proferre, seminetur. Deinde cauendū est, ne in hyeme nascamur, id est, in hac vita, ne frigoris iniuria congelemur. Et hactenus de hac clausula dictum sit. Sequitur: *Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Dubitabis primo quorsum hæc subiungantur, & quomodo sui odium præcipiatur, cū Apostolus dicat, *Nemo vnquam carnem suam odio*

Ierem. 22.
Esa 27.
II. Fructus.
Gratia Dei qualis.
Tertius.
Quartus.
Christus cur descendit ad inferos.
Qui grani frumenti in mortem in hyeme nascantur.
Matt 10 & 16.
Quo tendant hæc, Qui amat animam suam perdet eam, & quæ sequūtur.
Ephes. 5.

habuit, ſed nutrit, & fouet eam: gratia autem non deſtruit, ſed perficit naturam. Ad primum dicendum: Poſtquam Dominus dixit de ſeipſo, quomodo eſſet videndus, nempe poſt crucem ſuam, iam ſui exemplo cæteros prouocat ad ſui odium, & crucem ferendam, vt ita crucifixi crucifixum, & nudi nudum, & mundo, nobiſque mortui ſequamur mortuum.

Quo iure odiũ ſui præcipitur, quod naturæ omnino repugnat.

Ad ſecundum vero dicendum, carnem, quæ in ſe bona eſt, nõ eſſe odio proſequendam, nec odio dignam, cum ſit Dei creatura, eius tamen appetitiones, & cupiditates, quæ ex peccato originali remãſerunt, cum ad malum impellant, vitioſas eſſe, quare & reprimẽdas, ac odio proſequendas, de quibus ait Paulus, *Carnis curam ne feceritis in deſiderijs*, & rurſus, *Scio quia nõ habitat in me*, hoc eſt, in carne mea, *bonum*, & iterum, *Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini*. Hoc vero odium animæ ſuæ (id eſt, vitæ animalis, ſiue carnalis) verè eſt amor animæ ſuæ, ſiue carnis: nam ſi amare, eſt velle alicui bonũ, & per macerationem, & afflictionem corporis caro fit de mortali immortalis, de terrena cœleſtis, de immunda pura, eam appellatione magis amoris, quam odij dignã cenſere deberemus. Sed quoniam, ſi dixiſſet, Diliges carnem tuam, indulge eius deſiderijs, & concupiſcentijs, tu intellexiſſes complendas eſſe carnis voluptates, & genio indulgendum, ideo illud, ad quod ſatis per ſe erat procliuis natura noſtra deprauata, non præcepit, imo contrarium.

Rom. 13.
Supra 7.
Infra 8.
Sui odium quid ſit.
Amare quid ſit.

Cur ſui amor non præcipitur.

Sed vrgebis, qua ratione caro blanda, & ſenſus demulcens, atque dilectus odio haberi queat? Reſpõdeo, Si erga carnem nos habeamus, nõ ſecus quam ad amicum aliquem quem odio habere cœperim⁹. Nam in primis eius defectus, quos olim amicitia tegebat, incipimus acutè cernere, dolemus publicè, ac profitemur aliquod pœnitentiæ ſignum, quod nos inter & illum aliqua interceſſerit neceſſitudo. Adhæc confitemur illum peſſime in hac, vel illa re ſe habuiſſe, omnique pœna, ac ſupplicio illum dignum iudicamus: neque hic ſiſtimus, ſed ſi poſſumus, vltra progredimur, vt de illo debitas pœnas ſumamus. Ad hunc propemodum nos erga carnẽ habere debemus. In primis cogitando infirmitates, plagas, atque dolores quos infert, de quibus Apoſtolus, *Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria*, & quę ſequuntur. Amare flendum eſt, quod illi ad peccatum excitanti cõſenſerimus, eiuſque voluntates impleuerimus. Adhæc publicè teſtari debemus quod ſimus mali, & inter peccatores primi, nec digni vocari filij Dei: præter hoc omni nos ſupplicio grauiſſimo dignos iudicare, & dicere cum Dauide, *Dimittite eum vt maledicat: Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid*, & cum affligimur, cum latrone dicere, *Et nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus*. Et vt oculos, & voluntatem auertimus ab his, quos auerſamur, etſi nos alloquantur, eos reſponſo vix dignamur: ita metaphoricè gerendum eſt odium ad carnem, ad eius deſideria, ac ſtudia non aduertendo, eiuſque ſuaſionibus, & conſilijs non acquieſcendo, neque per conſenſum reſpondendo: atque hoc ſancto animæ ſuæ odio, ad ſincerum Dei, & proximi amorem, qui eſt plenitudo diuinæ legis, facilè perueniemus. Qui ergo amat animam ſuam in hoc mundo, molliter, & iocunde nutriendo eam, plane odit illam: quia qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Qui vero metaphoricè, vt diximus, illam oderit, in vitam æternam cuſtodit eam. Nam qui odit, necem meditatur, iuxta illud: *Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt*: Eſt ergo praſeos, & animalis vita, quæ hic nomine animæ denotatur interficienda gladio verbi Dei, quod veteri homini plagas lethales intulerit manibus bonorum operum, quæ non ſinunt carnem pullulare, necanda, igne diuini amoris abſumentis omnem ſcoriam peccati comburenda, ſuſpendio certę ſpei, ac fiduciæ æternæ vitæ comparandæ exaltanda, quæ nos, ne terram contingamus, ſuſpenſos tenet, aqua tribulationis motus omnes carnis frigefacientis, ſuffocanda, fame & ſiti amplioris iuſtitiæ excrucianda, cruce denique voluntaria timoris Dei configentis carnes noſtras, iuxta illud, Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui, in crucem ſalutarem tollenda.

Galat. 5.

Semei maledicens Dauid, quid myſticè.

2. Reg. 16.

Luc. 23.
Quale odium carnis noſtræ eſſe debeat: & quid parſat.
Rom. 13.

Amat animã ſuam in hoc mundo quo.
Pſal. 10.

1. Ioan. 3.

Animã quam odiſſe debemus præcepto Domini, & quomodo.

Pſal. 118.

Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Quia non ſatis eſt, interno amore, & odio eſſe bene diſpoſitum, niſi externis officijs Ieſu Chriſto inſeruiat, ideo interno odio adiungitur miniſterium Chriſti in actionibus exterioribus ſitum. Ait igitur, *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur*. Miniſtrum hic intellige Chriſti in verbo, & Sacramento, figuratum in Philippo & Andrea, qui debent granum imitari, vt fructum in alijs adferant. Interpretatur autem Philippus, belliçoſus, Andreas, virilis, ſiue decorus. Bellator autem mundi cum occiditur, vincitur, quia priuatur ſcopo gloriæ, & vtilitatis, atque voluptatis opprimentis alios. Contra vero Chriſtus, & ſui, quorum fortitudo ſita eſt in ferendo, non autem in in-

Odio habens animam ſuam, Chriſto etiam eum miniſtrare debet, & quale ſit illud miniſterium.

Philippus, & Andreas quid ſonent.
Mundi excelſa ab illa Chriſti & ſuorum quam diuerſa.

ferendo

Quid est: Si quis mihi ministrat, me sequatur.

ferendo malo. Hinc occisi propter Christum obtineot finem belli, hoc est, Dei gloriam, & suam in alia vita. *Si quis mihi ministrat*, inquit, *me sequatur*. Quasi dicat, Mors mea vos non perturbet, quia illa vobis aliquando imitanda erit, vt gloriç, & immortalitatis sitis consortes, qui mortis fuistis. Ego velut autor Euangelici negotij vitam meam libenter impendam pro salute vestra, & Patris gloria: vos eritis mihi eiusdem negotij ministri, quæ feci, quæ docui, vestra prædicatione per orbem spargentes: & quod mihi Pontifices, & Pharisæi machinantur, hoc vobis molientur impij, qui mundum magis diligunt, quam Deum: qui dum vitam hanc stultè seruant, æternam, quæ futura est, amittunt, & io æternam mortem agunt se præcipites.

Ministrorum Christi, qui veri sint, paucitas quanta.

Mirum autem alicui videri posset, cur Christus Dominus, qui præsciebat, tot & numero, & officio Christianos qui se tales profiterentur, & tamen in singulari dixit, *Si quis mihi ministrat*, &c. *Si quis mihi ministrauerit*, & reliqua. Sed hoc factum est, ad significandam raritatem eorum, qui verè seruiunt Iesu Christo. Quidam enim, vt Pagani, illi non serulunt, sed Satanç: & idolis. Alij vero ministrant Christo quidem, at nomine tenus, reuera tamen sibi ipsis, & suis cupiditatibus seruiunt; vt pleriq; Ecclesiastici viri, qui prætextu religionis, Canonicatus, & Episcopatus amplissimos venantur. Pauci ergo verè, & ex animo seruiunt Iesu Christo. Vnde Deus dixit Satanæ: *Nunquid considerasti seruum meum Iob; quod non sit ei similis in terra?* Vbi inter innumeras hominum myriades vnum tantum laudat, & propter decem iustos parcit ciuitati Sodomç. Qui ergo mihi ministrat, tanquam seruus, & discipulus, me sequatur, quanquam à mundo reiectum, quia vt Pater, cuius gloriam ego quçro, me in vitam çternam euehet, ita & qui gloriam meam quæsierat, ad me adducam, ita vt vbi ego fuero, & ipse sit mecum, eadem fortuna vtens, eundem locum, mēsam, cibum, potumq; participans, sicut alio loco dixit; *Vt edatis, & bibatis in mēsa mea in regno meo*. Rursus ait, *Me sequatur*, Non moretur, neque præcedat, ne fortè in manus hostis incidat, vt olim Israelitæ, qui deserto consilio Mosis, voluerunt ascendere contra hostes, vt habes in libro Numerorum: protestabatur enim, *Nolite*, inquit, *ascendere*, nō enim est Dominus vobiscum, ne corruatis coram inimicis vestris. Christum præcedit, qui aliam viam ab humilitate, & cruce Domini inuenire conatur: cum satis sit, si minister sequatur dominum suum. Et rectè ait de præsenti, *Vbi ego sum*,

Iob 2.
Iob qualis Dei minister.
Gen 18.

Christi minister quem locum Christi tenebit in cœlo.
Ioan. 17.

Luc. 22.
Christo ministrans cur eū sequi debeat.

Num. 14.

Christum quis præcedat.
Matt. 10.

Quare Christus de præsenti dixit: Vbi ego sum, &c.

id est, Vbi ego breui ero, accipiens præsens pro futuro, more Hebrço, vel, vbi ego nunc sum de præsenti, non vllum corporeum locum, sed gaudium felicitatis, in quo Iesus etiam inquantum homo ipso instanti suæ conceptionis fuit, designans, ad cuius gaudij coronam vocantur omnes electi, & veri Christi ministri.

Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. Mundani cogitant illud, quod in eorum persona dicit Malachias: *Vanus est qui seruit Deo: & quod emolumentum quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram Domino exercituum?* Sed Paulus secus ait, cum ad Timotheum scribit, *Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autem ad omnia valet, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ*, & Dominus ad Samuelem, *Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Ita nunc Dominus, *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus.* Doctè annotauit Chrysostomus, non dixisse Dominum, *Ego honorificabo*: quoniam nondum debitam vendicauerat autoritatem, vt Pater: qui enim nondum ipsam resurrectionem sciebant, quomodo poterant tantam de eo concipere opinionem? Vnde & filijs Zebedæi dixit, *Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.* Etsi autem in futurum promittat quod eos honorificabit, sæpe tamen illos reddit illustres, & conspicuos in hanc vita, dum aut dono sapientiæ, aut interpretatione Scripturarum, aut gratia sanitatum, aut miraculorum munere exornatos ostendit: nam vnicuiq; datur manifestatio Spirit⁹ ad vtilitatem. Post mortem vero eos magnis honoribus afficit, dum signa ad eorum corpora, & inuocationem efficit, reliquias eorum illustrat, in album Sanctorum eos referri inspirat, eos die solenni quotannis celebrando, & templis sibi dicatis exornat, eorum vitam, & mores per prædicatores proponi iubet, ad eorum patrocinium, & tutelam implorandam homines instante tribulatione, aut graui aliqua infirmitate, cōfugere facit. Vt interim omittam quanta cum gloria, & triumpho, & Angelorum societate ingressi sint in cœlum, quanta felicitate coronati à sanctissima Trinitate, de qua dixit Propheta; *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Vitam petijt à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum, & in seculum seculi. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam, & magnum decorem impones super eum*: & de qua etiam alio loco ait Dominus, *Qui vicerit, dabo ei sedere mecū in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius.* Quisquis ergo est

Quam vanum sit, impium, ac temerarium illud iudicium vulgi: Vanus est qui seruit Deo.
Malac 3.
1. Tim. 4.

1. Reg. 2.
Quare Christus dixit, sibi ministrantem honorificandum fore à Patre, nō autem à se secundum Chrysost.
Chrys. ho. 66. in Ioan. to. 3.

Matt. 20.

Quantopere vel in præsenti seculo Deus, nedum in futuro seruos honorificet suos.
1. Cor. 12.

Psal. 20.
Quem Pater Christi ministro exhibiturus est, qualis quantusque honor ille sit, & quanti faciendus.
Apoc. 3.

go est honoris cupidus, huc oculos conuertat: quia nihil his verbis potest excogitari magnificentius, nihil his promissis illustrius, solidius, vel angustius. Quis ad hæc promissa non inardescat? aut quis non ministerium Christi magno, & alacri animo arripiat? aut quos labores, siue tormēta subterfugiat, qui amplissimis his, & supra omnem cogitationem nostram positis præmijs ad palmam à Domino inuitatur? Studeamus igitur, ne oscitanter ac somniculosè has Christi pollicitationes audiamus, aut inauditas contemnamus: illud ante oculos habendo, quantus sit ille, cui ministerium impendimus, quantoque honore per se dignus, etiamsi nulla adsint præmia, quam breue sit tempus ministerij, & laboris, & quam diuturnum & perpetuum remunerationis, quam in suos omnes largiter effundet Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu sancto, perfectissima felicitate, & æterna potitur, Amen.

TRACTATVS LVI.

De disceptatione Domini cum Iudæis in illa verba: *Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc: Pater clarifica nomē tuum. Venit ergo vox de cœlo dicens, Et clarificaui, & iterum clarificabo. Turba ergo quæ stabat, & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij autē dicebant, Angelus ei locutus est. Respōdit Iesus, & dixit: Nō propter me hæc vox venit, sed propter vos.* Et reliq. Ioan. c. 12.

Qui tendant verba proposita.

PErsequitur Dominus quod metaphora de grano mortuo fructum multum proferente cœperat dicere, ostēdens se verum hominem esse, passioniq; obnoxium, non solum corporis; sed animi: ne paruipendas quod ear ad mortem cum animo, vt ita dicam Stoico, siue indolenti proponēs sibi ante oculos mentis flagella, crucē, dolores, clauos, spineam coronam, cæteraque mortis instrumenta: similem conflictum illi, quem in horto habuit, sustinuit, licet non fuerit æqualis agonia, nec subsecutus sit sudor sanguineus, vt ibi. Proinde rectè ait: *Nunc anima mea turbata est.* Quod simile est illi orationi, quam in horto effudit, ac dixit, Pater, si vis, transfer calicem istum, à me, veruntamen non mea volūtas, sed tua fiat: ita hic proponit animæ suæ turbationem, & petit ab illa liberari, cum ait, *Pater, saluifica me ex hac hora.*

Luc. 22.
Quid sit quod Dominus ait: Nunc anima mea turbata est.
Ibidem.

Rursus corrigit precationē suam subiungendo, *Sed propterea veni in horā hanc*, id est, Imple in me volūtatē tuam: & hac accepta tione volūtaria facta est victoria suæ infirmitatis. Quasi diceret: habet præsens afflictio cruciatum suum propter humani corporis imbecillitatem. Sed hanc humanæ naturæ trepidationem, considerata multorum salus, & vitæ perennis felicitas, & ante omnia Patris gloriā inde illustranda, vincere debet. Vnde, vt Apostolus ait, proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atq; in dextera sedis Dei seder. Turbari vero sic Dominum Iesum, secundum Theophylact. verè fuit adhortatia ad contemptum mortis, etiamsi contristatio accidat. Omnis enim virtus ob id circa difficile versari traditur, quia vincere debet oppositum quod sibi obsistit, ob quam causam virtus omnis fortitudo quędam est oppositum suum superans. Quod si oppositum sit maximum, tunc simpliciter dicitur fortitudo. Amor autem vitæ, qui opponitur morti, vehementissimus est, ac proinde eum vincere, summa fortitudo est. Ideo cum turbatus sensu probrosæ mortis imminētis dixisset, Quid dicam? hoc est, quo me vertam? video enim grauissimam tempestatem mihi imminere, an obtemperabo corporis imbecillitati mortem horrentis? an ad mundi pręsidia confugiam? an amore vitæ meæ, mundi salutem negligam? an iubebo mari ne fluctuer, quia propter me orta est hæc tempestas? an ad Patris voluntatem ne accommodabo? an naturę infirmitas mortis horrore turbata dicet, Pater, saluifica me, id est, si fieri potest, saluum me fac ex hoc instanti periculo mortis? Sed mox humanæ salutis auida, & fortissima charitas addit: *Sed propterea veni in horā hanc.* Quasi diceret. Imò si sic expedit, veniat optata mors, quando sciens, ac volens iuxta Spiritus voluntatem, quę nonquā à tua dissentit, memet obruli in mortem, vt saluus fiam per ignem tribulationis, & afflictionis. In his autem locutionibus est synecdoche. *Veni in horam hanc*: vt scilic. horam hanc supplicij subitem: & superius, *Pater saluifica me ex hac hora*, id est, libera ab hora mortis imminentis, id est, supplicio mortis, quod instat. Quia vero cogitabāt Iudęi per mortem illius nomē extinguere, subiunxit, *Pater clarifica nomen tuum.* Etsi per nomen intelligere valeamus illustre, & gloriosum Dei nomen, propter quam illustrandum mori cupiebat, tamen congruentius est, vt

Quid etiam: Sed propterea veni in horam hanc.

Heb. 12.

Turbatio animæ Christi quid doceat nos.

Theophyl in Ioan. cap. 12.

Omnis virtus circa difficile versatur.

Expenditur verbum Christi Quid faciam?

Ioan. 6.

Christus paternam voluntatem obsequutus.

Quod nomen suum Christus clarificari petit à Patre.

per

per nomen intelligamus ipsum Christum, qui Verbum, & notitia, & nomen Patris est, quod cùm esset per mortem, & resurrectionem, & ascensionem in cœlum, & prædicationem fructuosam in Gentibus illustrandum, voluit illud orationis suæ merito comparare, quatenus homo est; proptereà rectè dixit, *Clarifica nomen tuum.*

Luc. 22.

Et vt in horto ad Christum orantem venit Angelus de cœlo confortans eum; ita hic ad hanc petitionem venit vox de cœlo, dicens: *Et clarificaui, & iterum clarificabo.* Et est sensus; Hactenus te signis multis, & admirandis operibus illustraui, pergam te clarificare per mortem & resurrectionem. Et prius quidē inter Iudæos paucos clarificaui viuentem, deinceps in vniuerso terrarū orbe illustrem, & clarum post mortē tamen efficiam. Ex quib⁹ apparet, quòd voce nominis intelligebat ipsum Christum. Hac autem voce non solum præsentes, ob quos venit, sed etiam ipsa Christi humanitas corroborata est, & cōfirmata, nouoque, & aduentitio gaudio perfusa, & ad fortitèr sustinendam mortē corroborata. *Turba ergo quæ stabat, & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij autem dicebant, Angelus ei locutus est.* Vide quid sit humano spiritu atque sensu mysteria Euangelica pertractare. Quidam enim ex turba, quæ aut procul stabat, aut certè animo parum attenta, dicebant esse tonitruum factum, id est, sonum quendā horrificum, & inarticulatum, in quo nihil esset intelligibile; Alij verò, qui mitius, & altius de Christo sentiebant, locutionem esse putarunt Angelicam: neutri tamen veritatem attigerunt, quia vox erat Patris, etsi ministerio Angelorum formata: Dei enim est, & non Angeli, clarificare Christum. Et vt scribit Rupertus Tuitiensis, idem clarificationis Christi Euangelium alij sicut stultitiam, & scandalum accepturi erant; alij verò vt Dei virtutem, & Dei sapientiam: & quia cœlestia signa, & testimonia aliqui magicæ arti, alij verò diuinæ tribuebant virtuti. Et si Iudæi fuerunt, qui putarunt esse tonitruum, suspicati sunt, Deum per tonitruum exaudisse orationē Christi; quemadmodum Samuele orāte, auditæ sunt voces, & tonitrua. Deinde nouerāt Iudæi, Angelos frequēter sanctis hominib⁹ precantibus fuisse locutos, nec aliter Deum hominibus, quàm per Angelos loqui solitū: vnde nō putabant per se Christo fuisse locutū, quem nō censebant maiorem esse Moyse.

Hæc vox Patris: Et clarificaui, & iterum clarificabo: quem sensum habeat.

Duplex turbæ de paterna illa voce iudiciū, falsum scilicet, vnde prouenerit.

Dei esse, & nō Angeli Christum clarificare.

Rupert. Tuitiens. lib. in Ioan.

1. Cor. 1.

Iudæorum (si Iudæi fuerūt) dicentium tonitruum esse factum, sententia qualis fuerit.

1. Reg. 12.

Respondit Iesus, & dixit, Non propter me hæc vox venit, sed propter vos. Verus ėst Christus diuinæ vocis interpres, qui ait; *Nemo nouit Filium, nisi Pater, neq; Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare:* hunc interpretem qui non habet, nunquam intelliget vocem Dei. Nam vt Iudæis velatus est Moyses, neque eum, neq; alios Prophetas intelligent, donec ad Christū reuertantur. Non igitur propter me venit hæc vox, vt sciē quæ antè nesciebam, cùm Pater semper me alloquatur, & sciam me ab initio mundi clarificatum, & in futurum ad iudicium, vsque clarificandum, sed propter vos erudiendos venit, vt intelligatis mihi cum Patre optimè conuenire, meq; Filium eius esse, & ab eo in mundū destinatum ad vincendam mortem, & mundi principem; & vt vobis persuadeat me summè glorificandum, etiamsi me crucifigi, & mori videritis. Deniq; omnis vox Dei propter nos facta est, & de cęlo venit: nam quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinā scripta sunt.

Christus quā [...]rus sit, & legitimus Diuinæ vocis interpres.

Matth. 11.

2. Cor. 3.

Quare Patris vox illa: Et clarificaui, & iterum clarificabo, nō propter Christum venit, sed propter astantes. Ad quos pertineant Diuinæ voces tantummodo.

Rom. 15.

Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Verba hæc prægnantia sunt, & multis fœcunda mysterijs; ideò diligenter excutienda, atq; expendenda. Et primo quidem loco dicendum, quorsum hæc Dominus proferat, aut quomodò cum prioribus coniungantur; Deinde quale sit hoc iudicium mundi, num futurum, an præsens; & si præsens est, num sit actiuum, an passiuum mundi. Tertiò, quàlis sit hæc dæmonis eiectio, cum adhuc Ecclesię, & fidelibus bellum indicat; Denique quomodò Christus exaltatus traxerit ad se omnia. Ad primum, Cùm Dominus sermone generali tempus suæ glorificationis adesse, granumq; illud frumenti multum fructum allaturum dixisset; nunc ostendit quæ sit futura glorificatio, & qui fructus mortis eius: & in vtroque, hoc est, mundi iudicio, & principis eius eiectione, exponit vocem de cœlo factam: nam in vtroq; clarificatio eius ostensa est, vt explicabimus.

Quorsum hæc: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi, & reliq.

Ad secundum dicimus, sermonē esse de præsenti mundi iudicio, nō de futuro in fine seculi: quod ostendit aduerbium Nunc, manifestè indicās se loqui de præsenti mūdi iudicio. Proptereà quod obijciunt quidam ex alio verbo Domini apud Ioannē; *Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mūdum; sed vt saluetur mundus per ipsum,* nihil officit præsenti sententiæ. Quia in illis verbis de extremo iudicio est sermo, non de præsenti, de quo in alio loco ait; *In iudicium ego in hunc mundū veni; vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant.* Loquitur enī de pręsenti iudicio mūdi passiuo: nec enim Christus loquitur de iudicio, quo ipse à mūdo dignus morte iudicatus est, sed quo

Quale sit hoc iudiciū mundi, præsens ne, an futurum.

Ioan. 3.

Si non misit Deus Filium suum vt iudicet mundum; cur hic iudiciū mundi dicitur aduenisse.

Infra 9.

ipse dignus morte iudicatus mundum iudicauit, atque damnauit. Mundus autem hoc loco bifariam accipi potest: aut pro omnibus in communi, siue bonis, siue malis, vt cùm paulò ante dicebant Iudæi, Ecce mundus totus post eum abijt. Et ita sensus huius sententiæ erit, Nunc iudicium est mundi: id est, Hactenus certatim ad me homines confluebant, sed nunc iudicium est; iamque apparebit qui ex animo me secuti sint: iam imminet passio mea, quæ manifestè discernet bonos à malis: nam tentatio probat qui sint electi, & qui non, etiamsi modò non tanta fiat discretio bonorum à malis, quãta futura expectatur in iudicio. Et ita iudicium hic acciperetur pro discretione electorum, & reproborum. Ita vt duos mundos velit intelligi, alterum damnatum, alterum reconciliatum. Damnatus dicebat vocem tonitruum; reconciliatus, Angeli fuisse locutionem. Taleque iudicium, præludium quoddam est futuri illius in fine sæculi iudicij. Imminebat etiam ratio iudicij cuique pro meritis retribuentis, vel gloriam, vel infernum adueniente luce gratiæ, atque Euangelij. Accipiens enim, salutem consequitur; respuens Redemptorem, magis damnatur. Si autem non venisset lux in mundum, iam in Adam mundus fuisset iudicatus. Deinde mundus accipi potest pro malis tantùm, vt frequenter fit in Euangelio, vt cum dicitur; Non potest mundus odisse vos; me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo quod opera eius mala sunt. Et ita esse accipiendũ mundum hoc loco, testãtur sequentia verba de mundi principe eijciendo, & ita de iudicio mundi loquitur, qui subiectus est principi dæmoni, atque illi seruit. Et iudicium capitur pro damnatione, vt frequenter accipi consueuit: vt cùm dicitur, *Hoc est iudicium: quia lux venit in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem.* Et rursus, *Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij*; & Apostolus, *Iudicium sibi manducat, & bibit.*

Mundi duplex acceptio.

Tentationis prius effectus.

Alter significatus mundi, Scripturis frequentissimus.

Ioan 3.

Quid iudiciũ mundi venisse, more Scripturæ.

Ioan 3.

Infrà 5.

1. Cor. 11.

Sensus ergo est, Nunc instat mundi damnatio, quia ego pro peccato mundi condemnor, & iudicor. Mundus dicit, *Bonum est nos hic esse.* Christus verò; *Adhærere Deo bonum est.* Mundus non vult plorare, nec agnoscere viduitatem suam, Christus autem plorat. Mundus horret mortem, Christus autem desiderio desiderauit illam. Hucusque mundus peccato fuit obnoxius, & Iudæi, & Gentes peccarunt, non tamen agnoscebant peccatũ suum; iam deinceps agnoscent, & damnabunt illud, & seipsos peccatores agnoscent, postquam viderint me illud mea morte, & cruce damnasse: quisque propter peccatum se peccatorem agnoscet, atque damnabit, & ad sumendum de illo pœnas armabit, secundùm illud; *Si nosmetipsos dijudicaremus, non vtiq; iudicaremur.* Hoc est ergo iudicium Christi in cruce peccata damnantis, & in cordibus bonorum damnationem peccatorum operantis.

Mundi voces, & Christi contrariæ.

Matth. 17.

Psalm. 72.

Luc. 22.

1. Cor. 11.

Ad tertium respondeo: quia dicitur, *Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras.* Hæc etiam est clarificatio Christi, vt mundo reconciliato, in quo olim dæmon habitabat, foras eijciatur, dum iure victoris soluta est captiuitas electorum omnium, qui erant in limbo. Sed quia post missionem Spiritus sancti dæmon de cordibus & templis Gentilium eijciendus erat, de futuro ait, Eijcietur foras. Quod si quisquã obijciat; Quomodo dicitur eijci, qui in mundo est, & electos vexare nõ cessat? Dicendum est, illum eiectum esse à dominio, & principatu quem per peccatum Adæ in posteros omnes habebat eosque quò volebat, vt tyrannus ducebat. Quod si adhuc electos tentet, mirum non est, cùm & Adam antequam sui iuris esset, tentauerit, & Christum Dominum, in quem nullum ius habebat. Et aliud est intrinsecus regnare, aliud de foris oppugnare: nam hostis vbi mœnibus eiectus est, nõ cessat machinis muros quatere & hostiliter agere. Quod si secundo obijcias; Quomodo eiectus est, cum adhuc energumenos, & pueros arripiat? Dicendum, id non euenire ab vllo iure, vel dominio antiquo, quod supra hominem habeat, cùm iam illi sublatum sit, sed à nouo peccato accidit: quia à quo quis superatus est, huius & seruus est; vel ad maius meritum iustorum, quanquam plenum dominium ob misericordiam Christi dæmon non habeat. Eijcietur ergo merito meæ mortis, & obedientiæ. Eijcietur etiam foras, quia Christus morte sua pro peccatis hominum Diuinæ satisfecit iustitiæ; ac per hoc iustè hominum genus à diaboli tyrannide & potestate exemit, quam ratione peccatorum in homines habebat. Adhæc quia in Christum innocentem iniustè manus iniecit, dignus fuit perdere eos, in quos vt peccatores ius habebat. Quod his exemplis illustrat Chrysostomus in Ioannem: *Sit*, inquit, *violentus quispiam tyrannus, qui omnes qui in manus suas venerint, plurimis malis afficiat: hic si vel Regem, vel Regium filium captum, iniustè interimat, illius mors etiam in alios vlcisci poterit. Sit aliquis, qui debitores postulet, verberet, in carcerem eijciat, & hac insania*

Si Princeps huius mundi foras eiectus est, quid adhuc ibi homines tentat, ac vexat.

Gen. 3.

Matth. 4.

Si de mundo dæmon eiectus est, cur habet in energumenos potestatem.

2. Pet. 2.

Chrys. ho. 66 in Ioan. to. Eiectio dæmonis illa qualis Chrysostomo.

etiam

tiam nihil debentem coerceat: hic etiam eorum quæ in debitores commisit, dabit pœnam, interficietur ab illo. Non aliter in Iesu vsu venit. Sic ille.

uomodo ristus exaltatus à terra axerit.

Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Hoc erat postremo loco propositum ad declarandum. Vbi primum aduerte, coniunctionem, & , à quibusdam accipi pro causa, vt sit sensus: quia ego patiens omnia traham ad me. Quod verò ait. *Omnia*, Græcè est πάντας, hoc est, omnes, & sic legunt Chrysostomus, & Theophylactus; & interpretantur: Omnes, scilicet Gentiles, quos post passionem suam, & ad se venientes traxit. Alij verò Iudæos simul, ac Gentiles. Sunt qui libenter etiam legant, Omnia, vt nostra Vulgata habet editio, & Augustinus. Dicitur autem crucis humiliatio tanta exaltatio, vnde verbo aliquo Hebræo æquiuoco Dominus vsus est, quod exaltare, & de medio tollere significabat. Vnde turba obiecit: *Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum; & quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis?* Vocauit ergo Christus mortem crucis, exaltationem prouerbij loco apud Iudæos, teste Lyrano, non solum quia ad literam crucifixi in celsiori crucis ligno reponebantur, sed etiam ne turbaret auditores, & maximè Apostolos crucem horrentes, vt ait Chrysostomus: qua ratione alijs in locis vocauit illam somnum, calicem, baptismum, solutionem templi, lapidis reprobationem, grani frumenti casum in terram, & Euangelista Lucas excessum, siue exitum. Atque hic simpliciter exaltationem, & in alio loco Serpentis exaltationem vocat. Nam eam rationem sequuntur Medici, vt quæ amara sunt, & acerba, dulcioribus quibusdam condiant, quo fallant infirmos.

hrysostom.
idem.
heophyl.
ugust. tract. . in Ioan.
om. 9.
sal. 88. & 09. & 116.
Mors crucis ur dicitur exaltatio.
oan. 11.
Matth. 20.
uc. 12.
oan. 2.
Matth 21.
uc. 9.
oan. 12.
Supra 3.

I. Ratio.

Deinde, quia labores, & dolores pro amicis, & charis susceptos, honorificos habemus & gloriosos; vnde & cicatrices vulnerum suorum Dominus etiam post resurrectionem seruauit in gloriam suam.

Ioan. 20.

II. Ratio.

Adhæc omnis aliorum mors potius est defectus, depressio, seu, vt sic dicam, exinanitio quædam, nam per illam lumen rationis incipit deficere, calor naturalis imminuitur, sicut & sensuum vigor; priuanturque omnes inuiti re charissima, hoc est, vita, Christus verò sponte, integra mente, vigentibus sensibus, & calore naturali, cum voluit, emisit spiritum, tanquam potestatem habens ponendi animam suam, & vt alter Samson plus vixit in morte, quam in vita.

Ioan. 10.
Iudic. 16.

IV. Ratio.

Prætereà meritò dicenda est mors Christi, exaltatio, quod in illa diuinitatem suã, potentiam, sapientiam, diuinamque liberalitatem, atque adeò iustitiam summo odio habentem peccata summo quodam modo exaltauit, quantaque sit, demonstrauit. Exaltauit dignitatem animæ nostræ ratione præditæ, eiusque immortalitatem, pro qua tanta, ac talia perpeti, nisi nobilissima, & immortalis esset, mera stultitia fuisset. Grauitatem porrò peccati in eo maximè indicauit, quòd maluerit Filium morti tradere, quàm peccatum viuere.

Quanto odio peccati Deus teneretur.

Atque eodem modò mundi vanitatem, ac prauitatem, impietatemque detexit, qui tam ingratum se exhibuit tanto muneratori, quanta sint gaudia cœlestia, quæ iustos manent, & supplicia gehennæ, pro quibus à nobis fugandis, & potioribus felicitatibus donandis passus est, in conspicuo posuit.

V. Ratio,

Pœnas prætereà præsentis vitę, flagella, ac dolores, quanti debeant à nobis fieri ad nomen Dei illustrandum, & vitam æternam comparandam declarauit, Sacramenta ipsa quàm sint pretiosa, quæ de pectore Christi crucifixi emanarunt, in quanta sint à nobis veneratione habenda; & quanta cum animi puritate suscipienda; quod in eis nimirum merita Crucifixi contineantur, non obscurè indicauit. Dominus etiam morte virtutes suas, vtpotè humilitatem, paupertatem, obedientiam, patientiam, abstinentiam, orationis feruorem, sanctitatem, spiritus dulcedinem, & charitatem maximè euexit, & in sublimi gradu collocauit, & proposuit ad imitandum.

Ioan. 19.

VI. & postrema ratio.

Postremò exaltatio dicitur crux, & mors eius, quod ab omni creatura fuerit illustrata: quod abunde testata sunt Sol ipse obscuratus, terra tremens, petræ scissæ, velum templi in duas partes scissum, monumenta aperta, suscitati mortui, Centurio clamans, *Verè Filius Dei erat iste*, Dionysius exclamans: *Aut Deus naturæ patitur, aut tota mundi machina ruit*; turba rediens ex spectaculo, & percutiens pectora sua. Ita vt rectè dictum sit à Paulo: *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* His ergo de causis meritò dicta est mors crucis, exaltatio.

Matth 27.
Dionys. Areopagit.
Luc. 23.
1. Cor. 1.
Philip. 2.

Christus in cruce exaltatus vt traxerit ad se omnia.

Sequitur; *Omnia traham ad meipsum.* Christus siquidem Iesus Dei virtus, & Dei sapientia, dum vixit, omnes ad se trahebat: nec immeritò. Nam si pulchritudo per se vim trahendi habet, si eloquentia, si doctrina, si mansuetudo, si beneficentia, si opera admiranda ad se alliciunt,

Quæ res ferè trahant homines ad se.

& ad sui amorem rapiunt; quid mirum si Christus, in quo non hæc singula, sed simul collecta emioentissimo modo inueniebantur, ad se attraherent? Vt interim omittam magoetem illum diuinitatis occulta quadam virtute ad se trahentem Angelos de cœlo, pastores festinantes, Reges Magos ex Oriente; Simeonem & Annam ad templum. Hinc pertraxit duodecim Apostolos, septuaginta discipulos, populos, turbas, Samaritanos, peccarores, peccatrices, sanos, infirmos, amicos, inimicos, Iudæos, & Gentiles voleotes videre Iesum, vt paulò antè diximus: Et si autem Christus dum viueret, virtutem hanc alliciendi, & ad se trahendi exercuerit, sed nunquam magis, quàm in cruce mortuus, ex qua diuina virtute omnia ad se pertraxit; Patrem quidem, placando eum, vt nonnisi inclinato capite, id est, reconciliato Patre emiserit Spiritum. Traxit Spiritum Sanctum, quem merito suæ mortis, & effusionis Spiritus sui ad effundendum in nos comparauit. Angelos quoque ad se duxit, vt sibi, & suis electis ministrarent. Dæmones quoque, vt eis tanquã suis lictoribus, & apparitoribus ad salutem piorum vteretur. Sed nullos magis trahendo ad se adducere voluit, quàm electos, pro quibus peculiariter sanguioem suum fudit, quos virtute suæ passionis vocauit, vt vocati respondereut, respondentes iustificarentur, iustificati operarentur, & paterentur, operantes & patientes propter Dominum remunerarentur, & glorificarentur. Hinc Sponsa ait, *Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum*; id est, post pretiosi tui sanguinis, & obedientiæ, patientiæ, & charitatis, heroicarum virtutum odorifera vnguenta. Vt propterea Maria Virgo typus Ecclesiæ prope crucem steterit, & aliæ nonnullæ piæ mulieres per eam, & propter eam. Omnia ergo trahit, modò tracti non resistant, sed sponte veniant: nam redemptus secundum iura, seruus est redimentis. Quod autem tunc factum est, retro trahitur ad præcedentes Domini mortem; in qua primo id quantum ad meritum est factum, etsi pro alijs antea Deo acceptatum. Rectè etiam verbo trahendi visus est: quo significatur aliquid resisteos, & repugnans adduci. Nostræ autem ad Deum conuersioni diabolus impedimentum præstat, mundus suis blanditijs retinet nos, ac moratur; natura ipsa mala, ac deprauata repugnat; ita vt ad Christum amplectendum opus sit mundo, carni, diabolo, atque adeò nobis ipsis

Luc. 2. Ibidem. Matth. 2. Luc. 2. Infra 10.

Christi attractio omnium fortissima.

Ioan. 19.

Pro quibus præcipuè sanguinem suum Christus effudit.

Cant 1.

Quid illud: Trahe me: post te curremus in odorẽ vnguentorum tuorum.

Ioan. 19.

Quos Christus ad se trahat.

Verbo trahendi cur Dominus magis sit vsus quam ducendi.

Vt Christum amplectamur, quid facto opus sit.

vim facere: nam regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

Matt 11.

Obijcies, Deum non omnes trahere, quia Augustinus in Ioannem scribit: Quare hunc trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare: semel accipe, & intellige: Non trahetis, ora vt traharis. Sed in promptu est responsio: Quemadmodum Iesus omnium est Saluator, & omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, ita etiam & Christus attractor est: & sicut in meritis habuit vt omnes seruaret, ita vt & Pater omnes illuminaret, & traheret. Multi tamen sunt, qui tracti, & Spiritui sancto resistunt, & rumpunt vincula inspirationum, & donorum Dei, quibus trahebantur; vt in eorum persona dicatur; *Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum*. Quam recalcitrationem deplorauit Dominus, cùm dixit; *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti?* Sed non tantum trahit ad se electos, & venientes, sed etiam omnes reprobos in iudicium trahit, & velint nolint, sibi subesse cogit, vt ab ipso secundum merita sua iudicentur: ita vt qui nolunt trahi ad Saluatorem, intelligant se trahendos ad iudicem. Cumque superius dixisset: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum*, eandem sibi trahendi potentiam vẽdicans, quam communẽ habet cum Patre, ait: *Omnia traham ad me ipsum*. Hoc etiam trahendi verbo signare voluit laborem, quem in trahendis nobis sustinere oportebat. Cùm enim diabolus omnes homines captiuos sub peccati seruitute teneret, priusquam redimeremur, opus fuit in congressu cum eo sudare & laborare: qui labor nobis illa voce indicatus est. Vt & nos ipsi libeo ter quemuis laborem sustineremus in sequela Christi perficienda, & in alijs ad Christum nostra prædicatione, aut vitæ conuersatione trahendis. Ita enim ipse electos ad se traxit; vt eos organa sua ad aliorum salutem procurandam, & ab Ægypto huius mundi educendos constituerit. Tradunt præterea Sapientes, & naturæ rerum indagatores, magnetem occulta quadam virtute ferrum ad se trahere; quod vbi coniunctum est cum magnete, non est maioris ponderis magnes cum ferro, atque antea erat solus magnes. Qua in re mirifice adombratur in eo, graues peccatorum nostrorum sarcinas, & flagitiorum pondera nihil de illius gloria, vel sanctitate detraxisse: quia omnia delicta

August. tract. 26. in Ioan. prope mediũ.

Cur Pater omnes non trahat.

1. Tim. 2.

Psalm. 2.

Matth. 23

A Deo etiam vt reprobi trahantur vel inuiti, atque repugnantes.

Ioan. 6.

Cur etiam Christus vsus sit verbo trahendi, non ducendi.

Electos suos ad se quomodo traxerit Christus.

Verbi diuini impassibilitas in humanitate passibili, atque mortali qualis in magnete perspici possit.

noſtra ingenti ſuæ charitatis flamma abſumit,nec ipſe proptetea peccatis noſtris grauatus, ſed nos ipſi pondera iniquitatum noſtrarum in ipſum reijcimus. Et dum illi per amorem coniuncti ſumus, vnum corpus efficimur cum eo, & grauitatem non ſentimus noſtram. Et hactenus de his verbis philoſophati ſimus.

1.Cor 6.

Hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus. Declarat illo verbo exaltationis mortem ſe crucis intellexiſſe, quemadmodum alias, cum Dominus diceret Petro, *Cum ſenueris, extendens manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis*: quæ verba declarauit Euangeliſta de morte, qua Petrus erat Deum clarificaturus. Et ita mors crucis ſignificata eſt non ſolum per exaltationem, ſed etiam per extenſionem manuum.

Ioannis interpretatio vocis exaltationis, qua vſus eſt Dominus.
Ioan.vlt.

Reſpondit ei turba, Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Hæc turbæ reſponſio ponit Dominum inter alia dixiſſe: *Oportet exaltari Filium hominis*: quod prætermiſſum eſt ab Euangeliſta: & pro declaratione illorum verborum: *Ego ſi exaltatus fuero à terra*, addidiſſe id quod olim dixit Nicodemo: *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis.* Qua comparatione poſita, facile potuit turba per exaltationem à terrá intelligere ſuam mortem,& crucem. Intellexerunt ergo Iudęi per exaltationem à terra, mortem crucis: atque eo facilius, quo vehementius facere cupiebant: quæ enim optamus, facilè intelligimus. Hinc Auguſtinus ait: *Non ergo eis verborum iſtorum obſcuritatem aperuit infuſa ſapientia, ſed ſtimulata conſcientia.* Sic ille: Et cum audirent ſe Filium Dei, Chriſtum, & Meſſiam prædicantem, Meſſiam autem exiſtimarent perpetuo regnaturum, etiam vita hac temporali, praue Scripturas intelligentes, fieri non poſſe iudicabant, vt qui ſe exaltandum dixiſſet, Meſsias eſſet. Acceperant autem perpetuitatem ex cap. 7. Dan. in quo poteſtas eius deſcribitur æterna, & regnum quod non corrumpetur. Et in Michæa dicitur, *Egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis*, & à Dauide; *Tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech*, & rurſus, *Permanebit cum Sole, & ante Lunam in generatione & generationem.* Sed abſurde iudicabant regnum Meſsiæ ciuile, & terrenum, quod etſi in finem vſque mundi perduraſſet, æternum tamen non fuiſſet. Cum tamen regnum eius futurum dicatur æternum nimirum quod hic inchoetur, & in futura patria perficiendum ſit. Vide tamen tenacem ad malum Iudæorum memoriam. Cum enim audiſſent paulo ante de morte diſputantem: *Oportet exaltari Filium hominis*, de qua re nihil hic dixerat, ſed tantum, Si exaltatus fuero à terrà; & tamen hic ſperabant conuinci poſſe ipſum non eſſe Chriſtum, tanquam dicentes, Nos audiuimus ex Scriptura quod Chriſtus non moriatur, & quomodo tu dicis, quod ipſum mori oportet? Deinde ne hoc de eo dicere videantur, ſubiungunt: *Et quis eſt ille Filius hominis?* Etenim ſi Chriſtus eſt, non moritur: quod ſi moritur, non eſt Chriſtus. Atqui, ô dementes Iudæi: debilis eſt ratio veſtra, nam & hoc & illud verum eſt: Immortalis eſt ſiquidem diuinitate, mortalis autem humanitate. At quoniam huius ignorantiæ cauſſa erat voluntaria eorum mentis cæcitas, nihil eis reſpondendum putauit, antequam cæcitatem deponerēt, ſciens, eos de ſua immortalitate ſermonem non ſuſcepturos. Quod tanto facilius præſtare poterant, quanto veram lucem præſentem habebant, à qua poterant illuminari. Vnde ſubiungit: *Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis.* Poterat facilè Dominus reſpondere, ſe non hominem eſſe tantum, ſed Deum, & corpus quidem ex ſe moriturum, ſed mox reſurrecturum, nec hanc mortem obſtare regni ſui perpetuitati, cum ſit ſpirituale; verum illi horum capaces myſteriorum haud fuiſſent; propterea monet eos, vt cæcitatem exuant. Et dicendo, *Adhuc modicum lumen in vobis eſt*, verbum modicum, vel adiectiuum eſt, vt accipit Auguſtinus: ac ſi dicat, Modicum, & exiguum lumen in vobis eſt, vt intelligatis quomodo Meſſias manet in æternum. Alter ſenſus eſt, vt Modicum accipiatur inſtar aduerbij pro modico tempore, quæ lectio cum Græcis codicibus magis congruit, vbi legitur, μικρὸν χρόνον id eſt, modicum tempus, vt ſupra dixit, adhuc modicum tempus vobiſcum ſum. Suſpicantur tamen aliqui, nomen χρόνον ab aliquo eſſe adiectum ad tollendam ambiguitatem, vt Chryſoſtomus, atque Theophylactus teſtantur. Eſtque ſenſus; Adhuc modico tempore, ego qui ſum lumen mundi, vobiſcum tranſigam, idcirco non prætereat vos tempus lucis. Putant etiam illi Patres, Dominum obiectioni Iudæorum propoſitæ reſpondiſſe, quaſi exemplo oſtendat, quomodo paſſio, & mors nihil obſtet ipſius æternitati. Vt enim lux Solaris (inquiunt) quando occidit, non omnino perit, ſed iterum exoritur, neque vnquam deficit: ad hunc modum

Pſal 80.
Pſal.109.
Pſal 116.
Eſai.40.
Ezech.37.
Dan.7
Ioan 3.
Num 21.

Quid per exaltationem à terra Iudæi intellexerunt.

Quænam facile intelligimus
Aug. tract. 53. in Ioan. in fin. tom 9.

Iudæi vndenā Meſſiam nouerint perpetuum fore.
Mich.2.
Pſal.109.
Pſal 71.
Eorundem de regno Chriſti ſtulta cogitatio.

Iudæorum tenacitas ad malum.

Illis interrogantibus, ecquis eſſet Filius hominis Chriſtus cur minimè reſpōdit ad rem.

Quorſum id: Ambulate dū lucem habetis, vt non tenebræ vos cōprehendant.

Quid eſt: Adhuc modicum lumen in vobis eſt.
Auguſt tract. 53. in Ioan. tom.9.
Alter ſenſus.

Chryſoſt. ho. 66. in Ioan. initio.
Theophyl.

Obiectioni Iudæorum propoſitis verbis vti Dominus reſpondit ſecundū Chryſoſtomum.

mors Christi non est corruptio, sed occasus, & translatio quædam, exorieturque per resurrectionem, atque ita nihil prohibet passio, & mors, quin sit æternus.

Quid est: Ambulare dum lucem habetis

Ambulate dum lucem habetis. Id est, Dum me vobis ore ad os loquentem, & miraculis excitantem habetis, studete vt messem salutis vestræ non negligatis: qui enim messem negligit, in hyeme esuriet. Vel, Dum ergo veritatem aliquam vobis tanquam lucem in corde prælucentem auditis, ambulate, hoc est, fructum eius edite, hoc est enim ambulare, vt digni sitis maiori luce veritatis illustrari, non quòd post mortem luce ista sublata non possint credere, sed adhortatur vt præsentem modò lucem amplexentur, quòd breui sic eam non sint amplius habituri; & tunc à tenebris plus fore periculi.

Quomodo ambulans in tenebris nescit quo vadat

Qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Id est, qui cognitionem Christi, & Euangelij non habet, verè in tenebris versatur, nescit vnde venit, aut quo vadat, nescit an procedat, vel retrocedat, & vt se credit piè agere, impingit in mortem, neque actus suos intelligit; nec eos ad finem debitum dirigit. Et subdit: *Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis.* Videtur explicare præcedentia, quasi diceret; Ipsa lux in se nequaquam peribit, sed vobiscum non semper erit, quemadmodum & lux Solis: igitur credite, dum eam habetis. Duo ergo præsente luce facienda sunt, ambulare scilicet, & credere: nec enim fides sine operibus, nec opera sine fide placent. Vtrumq; autem opus, & fidei, & operum præstando, efficimur filij lucis, hoc est, Christi, vel gratiæ sectatores, imitatoresque. Id est enim in Scripturis esse filium alicuius. Quemadmodum filij tenebrarum illi sunt: qui sectantur opera tenebrosa, & delectantur in eis. Et idem est, credendo in lucem, effici filium lucis, atque illud quod Euangelij initio idem Ioannes dixit: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.* Nisi quòd ibi dicuntur filij Dei Patris, hic verò filij Christi lucis, vt notauit Euthymius, vt intelligamus vnam & eandem operationem esse Patris, & Filij, & amborũ omnia esse communia.

Quæ duo præsente luce Iudæi præstare debebant. Filij lucis, & filij tenebrarũ qui sint. Iacob. 1. & 2

Ioan. 1. Quid est quod fideles modo filij Dei Patris modo Christi lucis filij nominantur. Euthym. c. 13. in Ioan.

Quomodo nũc Christus sese abscondit à Iudæis, & quare.

Ioan. 8 & Infra 10.

Hæc locutus est Iesus, & abijt, & abscondit se ab eis. Absconsio hæc non est miraculo aliquo facta, qualis fuit, cùm Iudæi tollerent lapides, vt in eum iacerent: nec est ad aliquot dierum tempus facta: sed vocat absconsionem, quam alij Euangelistæ alio modo explicant, nempe vespertino tempore Dominum egressum in Bethaniam, & montem Oliueti, & ibi delituisse: sed manè reuersum in Ierusalem ad docendum, vicissim in se indicans, & humilitatem hominis, & virtutem Dei. Abscondit ergo se ab eis, hoc est, non amplius eo tempore locutus est illis, ne furorem illorum, quem sciebat ad omne facinus esse promptissimum, concitaret magis: sed abijt, quasi absentia sua illorum mitigaturus insaniam.

Vide quàm tristem finem habuerit illa fides, quæ tam lætum habuit exordium: qui enim ei primùm occurrebant cum palmis, & laudibus, ab his nunc se abscondit quasi iratus. Ab obstinatis autem, & qui verbis eius scandalizabantur, recessit, subtrahens lucem suam, ne magis irritaret eos. Et quamuis se absconderit, tamen hæc absconsio magis eum manifestum Gentibus fecit, ignominia gloriam, infirmitate potentiam, & morte vitam regens. Similiter faciens ac Sol, qui cum nimia sua luce sustineri non possit, nube aliqua obiecta facilius, & diutius sustinetur, ac multo plus lucis oculis datur, quàm si purus videretur, quia infirmos oculos læderet. Quamobrem nobis danda est opera, vt dum lucem habemus præsentem, nempe Christum irradiantem oculos mentis nostræ, eum per fidem amplectamur, & charitatis operibus in ea ambulemus, ne postquam tot eius signa, tot inspirationes, tantamque disciplinæ lucem hauserimus, si nihil dignum tanta luce proferamus, recedat à nobis, & in perpetuum se nobis abscondat, vt fecit cum Iudæis. Quod horrendum exemplum nobis semper ante oculos habendum esset, vt cum Sponsa dicere valeamus: *Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genetricis meæ,* Dominum nostrum Iesum Christum, cui cum Patre, & Spiritu sancto perpetuas laudes decantemus omnibus seculis, Amen.

Pulchra comparatio Solis iustitiæ Christi cum Sole corporeo.

Nobis præsente Christi luce quid agendum.

Cant. 3.

(?)

TRACTATVS LVII.

De Disceptatione Domini cum Iudæis in die Palmarum, in illa verba: *Cùm autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum. Vt sermo Esaiæ impleretur quem dixit, Domine quis credidit auditui nostro, aut brachium Domini cui reuelatum est: Propterea non poterant credere, quia iterum dicit Esaias,* & reliq. in fin. vsque cap. 12. eiusdem Ioan.

Quo tendit Euangelista. *Ioan. 8. & Infra 10.*

HACTENVS Euangelista diligenter expressit congressum Domini in die Palmarum, & qua ratione Dominus se ab illis subduxerit, & propter incredulitatem eorum absconderit. Nam etsi lapides non acceperint, quibus eum peterent, vt superius fecerunt, ob quam causam secessit ab eis, & delituit; Dominus tamen non erat illorum animos efferatos, atque instar lapidis obduratos, & ad omne facinus perpetrandum contra Dominum paratissimos, vt non mirum sit, si Dominus se illorum oculis subtraxerit. Nam quo magis inclarescebat miraculis, eò illi insaniebant magis, & offendebantur, vsque adeò, vt Euangelista prorupit in hæc verba: *Cùm autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum.* Quod verbum admirantis est atque stupentis, quòd homines in tanta luce caligauerint, tantaque diuinitatis suæ manifestissima testimonia, tantaque opera, quæ Messiam à Patre ad se missum loquebantur, respuerunt. Ab hoc ergo loco in finem capitis quasi concludit narrationem eorum, quæ Christus gessit, docuitque in populo Iudæorum: quia non erat amplius alia miracula commemoraturus: deinceps verò ea tantùm narrat, quæ Christus post discessum suum inter discipulos gessit, & docuit, & maximè quæ ad eius passionem, & mortem pertinent, incipiens à 13. cap. ad 18. vsque in quo inchoatur passio. Necobstat huic verbo. *Non credebant in eum*, quod superius dixit, multos scilicet in deserto trans Iordanem venisse ad eum, & credidisse, Ioan. 10. & multos etiam in suscitatione Lazari credidisse Ioan. 11. adeò vt propter hoc etiam vellent Lazarum Pharisæi interficere. Dicendum est enim, vel Euangelistam loqui hic tantùm de Pharisæis, & Pontificibus Iudæorum, qui adeò non crediderunt in Christum, vt eum interficere destinauerint. Vel si loquitur de populo, intellige illum non rectè, nec perseueranter, nec propter Dei verbum, sed tantùm propter miracula credidisse ad tempus, de quibus aliàs dixit: *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis:* at fides virtute tantùm signorum expressa, non est adeò firma, neque constans, vt verè illi dicatur non credidisse, quia nõ perseuerauerunt credidere.

Iudæorum in Christum ob summam perfidia, ingratique animi labe plenissima.

Cur hic Euangelista Iudæos negat, alibi affirmat in Christum credidisse. *Ioan. 12.*

Altera solutio

Supra 4.

¶ *Tanta signa*, τοσαῦτα est in Græco: quæ vox apud illos, & tot, & tanta signa significare solet. Quod verò sequitur: *Vt sermo Esaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit:* dubium videtur quomodo verum sit, illos propter Esaiam non credidisse. Sed dictio illa, *Vt*, non tam causam siue finem, quàm euentum, & consecutionem rei indicare solet, vt diligenter annotat Euthymius, vt in alijs locis multis exemplis est à nobis declaratum. Nec enim necessum fuit eos non credere, quia prædixit Esaias, sed quia non erant credituri, propterea prædixit hoc Esaias. Prædictio autem, sicut & præscientia, nullam malè agendi reprobis necessitatem imponit. Non ergo credebant ita, vt impleretur, &c. Ex eo igitur quòd non credebant, implebant verba Spiritus sancti dicta per Esaiam. Sed talis loquendi modus idioma est sacræ Scripturæ, quo significatur certus, & indubitatus euentus prophetiæ.

Quomodo verum sit Iudæos non credidisse, vt sermo Esaiæ impleretur.

Euthym. c. 25. in Ioan.

Particula vt in Scripturis duo denotat.

Quæ vt apertiora reddantur, audi quid magnus Athanasius tractatu in Euangelium de Passione & Cruce Domini, de hac re verba faciens, rectè, & sapienter admoneat: *Multi certè, inquit, qui incidunt in Euangelia, audiuntque illam vocem, Vt implerentur Scripturæ, arbitrati sunt nulla alia de causa illa facta esse, quàm vt Scriptura adimplerentur, atque istinc opinionem collegerunt, eos qui ista egerunt, extra culpam esse, atque adeò laude dignos, quòd non vt delinquentes, sed vt obsequentes Scripturis ista facerent: alioqui Prophetarum sermones non veros fuisse futuros, nisi acta ista subsecuta fuissent: præcipuè autem ista excerpserunt ex verbis Ioannis, in enarratione incredulitatis Iudæorum, vbi inquit, Secundùm Prophetiam Esaiæ, cur tot signa coram eis fecisset, non crediderunt, vt sermo Esaiæ, quem dixit, impleretur; Domine, quis credidit auditioni nostræ, & brachium Domini cui reuelatum est? Si enim ideò, vt sermo Esaiæ, quem dixit, adimpleretur, non crediderunt Iudæi, non ipsi sibi eius incredulitatis autores sunt, sed is qui ea dixit futura, vnde euenit, vt & opere adimplerentur. Auser enim, inquiunt, sermonem Prophetæ, & omnino futurum est, vt illi credant.*

Athanas. to. 2

Athanasij magni de Iudæorum incredulitate à Prophetis prædicta aurea planè doctrina.

Esai. 53.

Iudæos nequaquam Christũ interfecisse, vt Prophetarum de eius cæde vaticinia implerent.

Cæterùm hæc atque huiusmodi opinatio mul- tum

tum à veritate destituitur. Non enim Propheta istis autor est, neque Iudæi extra culpam istius incredulitatis consistunt, sed Propheta ea quæ ipsi facturi essent, prospiciens, futura esse denuntiauit, illique postea id ipsum opere executi verum esse sermonem Prophetæ declarauerunt. Neque vt inseruientes Propheticis verbis ista contra Christum ausi sunt, sed suo ipsimet studio, sponte, volentesque illa perpetrauerunt, vt non Propheta istarum rerum autor sit, aut caussa, sed ipsorum voluntas, quin potius ipsi in causa fuerunt, vt talia de ipsis Prophetæ prædiuinarent. Siquidem Prophetæ proprium est futura prospicere, & in eo non hallucinari: hominum autem proprium est agere quod velint. Et sicuti oculis contuentes, in contuendo non fallimur, neque aliter videmus, & aliter res agitur, sed vt agitur, videmus, & vt videmus agitur: ita quoque Prophetæ futura, & præsentia cernebant, verùm quæ cernebant oportebat fieri, & ea quæ fiebant, non poterant non videre. Rursum vt ea quæ nos nostris oculis conspicimus, necesse est omnino esse, cùm ea quæ sint, sub conspectum veniant, neque fieri potest vt aliter sint quam à nobis videntur: ita quoque quæ à Prophetis prospiciebant, necessarium erat ea esse: neque fieri poterat vt aliter essent quam ipsi præuiderant. Nam si ea quæ fiant, non prospicerent, iam Prophetæ non essent. In summa id pro certo haberi debet, Prophetas non solùm legum esse magistros, vt quæ præcipiunt, fieri debeant; sed rerum quoque futurarum indices esse. Siquidem non eo quòd dicunt, ideò quid fit: sed quia id futurum est, ideò ab illis prædicitur: nec fieri potest vt Prophetæ mentiantur, cùm verè videant. Si enim res sub conditione, & in dubio hæsissent, non pronuntiassent Prophetæ. Iudæi ergo sua voluntate inducti sunt, vt ea facerent, neque sancti per sua verba necessitatem addunt negotijs, vt cogantur ita fieri: sed cùm præuideant studia eorum, voluntatesq́, qui talia acturi sunt, rem, vt est futura, denuntiant. Neque, vt isti aiunt, qui refragantur, tolle Prophetæ verba, & futurum est vt omnes Iudæi ei credant: ita quoque, & ego dixero, sed in contrarium aufer acta Iudæorum, & prorsus nihil de ijs prædicet Esaias. Ne igitur, cùm Ioannes dicit, Non crediderunt in eum Iudæi, vt adimpleretur sermo Esaiæ, sermoni Prophetæ attribuas causam incredulitatis eorum, sed actiom ipsorum. Hæc diuinus Athanasius.

Prophetæ proprium munus

Athanasij exemplum aptissimum de necessario Propheticæ euentu cum arbitrij libertate.

Prophetas, legum esse magistros, & rerū quoq; futurarum indices.

Ait igitur Euangelista: *Domine, quis credidit auditui nostro? aut brachium Domini cui reuelatum est?* Esaias enim eo loco prædicit paucos credituros, eo quòd Messias propter passionem habendus sit pro despicabili: ideò Esaias confestim subiungit Domini passionem: sicut & Euangelista hoc loco enarrat Christum signa edentem, & passionem suam prænuntiantem. Verbum, *Domine*, non est in Hebræa veritate, sed additum est à Septuaginta Interpretibus primùm, deinde ab Euangelista, & Paulo, explicationis gratia, ne videatur ipse Deus in persona sua loqui, & vt inducat Apostolorum chorum cum Deo loquentem.

Esa. 53.
Iudæorū vnde in Christum tam parua fides.
Rom. 10.

Sic enim solent Prophetæ, cùm vident se frustra hominib. loqui, ad Deum, vel ad alias creaturas conuertere sermonem, vt cùm Moyses ait: *Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.* Vtitur autem, more Prophetico, Præteritis pro Futuris, vt vaticinationis firmitatem ostendat. Vt sit sensus, Domine, quis credet verbis nostris? aut quibus Verbum Domini reuelabitur? hoc est, paucis. Vocat auditum, id est, verbum de Christo à nobis auditum, & de cœlo reuelatum, vt illud proponamus, secundùm id: *Domine, audiui auditionem tuam, & timui.* Et, *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Chrysostomus homil. 5. Quòd Christus sit Deus, ponderat, Prophetam non dixisse: *Quis credidit doctrinæ nostræ,* sed auditui nostro, vt ostendat quòd nihil proprium loquebantur, sed illa tantùm quæ à Deo ipso audierant. Vel auditum, vocat prædicationem à se ipsis propositam, & à Iudæis auditam, siue Gentibus, ministerio prædicationis. Quod etsi in idem incidat, tamen hoc magis quadrat, quia Apostolus ad Roman. 10. ex his verbis infert: Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Porrò Dominus IESVS familiari tropo ipsi Esaiæ dicitur brachium, de quo subdit Propheta: *Et ascendat sicut virgultum coram eo:* quis ascendet, nisi brachium quod præcedit? Et sicut per brachium consubstantiale homo operatur, ita Pater per Christum sibi consubstantialem Dei virtutem, & Dei sapientiam.

Mos Prophetarum.
Deut. 32.
Præteritis pro futuris cur sæpè vtantur Hebræi.
Auditus Prophetæ si quis.
Habac. 3.
Psal. 84.
Chrysost. to. 5.
Christus brachium cur dicitur ab Esa.
1. Cor. 1.
Luc. 1.

Ad quod allusit B. Virgo, cùm dixit: *Fecit potentiam in brachio suo:* quòd vt in brachio sita est potentia, & robur ad dimicandum, ita in Christo fortitudo fuit ad debellandas aëreas potestates. Vt etiam brachio eleuamus debiles; ita in Christo tanquam in brachio erigimur, eleuamurque. Vnde Esaias: *In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit.*

Quid illud: Fecit potentiam in brachio suo
Coloss. 2.
II. Ratio.
Esai. 40.

Brachio etiam amplexamur quos diligimus, ac fouemus: & Deus per Christum vt brachium nos amplexatus est. Ideò in Cruce brachijs expansis mortuus est, vt omnes ad se venientes amplecteretur: qui dicere possunt cum Sponsa: *Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Hoc brachium fuit velatū in carne, quādoquidem

III. Ratio.
Matth. 26.
Cant. 8.
Brachium Domini, quod

in hu-

(est Christus, cui reuelatum sit.) in humanitate delitescebat Diuinitas: sed reuelatur credenti, quia sine dono fidei cœlitus datæ non possunt homines in Iesum credere. Non enim omnium est fides. (1. Thess 3. 1. Tim. 2. Quare non omnium sit fides.) Quanquam vitio hominum contingat, vt non sit omnium: quoniam Deus, quod ad se attinet, omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

(Esai 6.) *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias, Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur & sanem eos.* Hoc (Tract. 2.) testimonium libro præcedenti, de Parabolis inscripto, latius fuit à nobis explicatum: hic tamen nonnulla sunt dicenda. Et in primis, illud, quod ait, *Propterea non poterant credere*, nonnihil videtur offendere, & (Iudæos non potuisse credere, vt ait Ioannes, quomodo verum sit.) liberum arbitrium eleuare. Hæc enim verba ex cap. 6. Esaiæ sumpta sunt, in quo Deus in conspectu Angelorum tanquam iudex considens, sententiam excæcationis in Iudæos protulit, quam Prophetæ enuntiandam commisit, inquiens: *Audite audientes, & nolite intelligere*: & quæ sequuntur. Adhoc respiciens Ioannes, significat, sententiam Dei, iam in Iudæos præuenisse, & actum esse de ipsorum salute, datosque in reprobum sensum, vt qui hactenus credere potuerunt, & noluerunt, iustè cæcitate puniantur, vt credere non possint. Quod (Marc. 11.) indicauit, cùm maledixit ficui, dicens; Iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet. Verbum autem il- (Non posse, in Scripturis varie sumitur.) lud: *Non poterant credere*, non semper omnimodam impotentiam ad credendum designat, sed vel contrariam voluntatem, vel difficultatem, vt testantur Chrysostomus, (Chrysost. ho. 97 in Ioan. tom. 3. Theoph. 1. sensus. Matth. 19. Ioan. 7.) & Theophylactus. Nam interdum non posse, capitur pro, non velle, sicut posse pro velle, vt cùm dicitur: *Qui potest capere, capiat*, id est, qui vult; Et, *Non potest mundus odisse vos.* Et Augustinus in hunc locum: (Aug. tract 53 in Ioan. to. 9.) *Quare non poterant* (scilicet credere) *si à me quæratur: citò respondeo: Quia nolebant.* Sic ille. (Alter sensus. Ioan. 9.) Aliquando etiam non posse, difficultatem significat, vt cùm Dominus inquit: *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis?* Et Ieremias: (Ierem. 13.) *Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum.* Et ita hic, (Iudæi cur credere non poterant.) non poterant credere; hoc est, vel nolebant, vel seruientes suis affectibus, difficulter poterant credere, & non nisi coacti à signis. Vnde paulò inferius subiungit: *Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è Synagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei.* Vides igitur, illos eosdem, de quibus dixerat, non potuisse credere, postea asseri credidisse signis conuictos, sed sine fructu vllo, quia gloriam propriam gloriæ Dei præferebant. (Quid Iudæos à fide in Christum retinuit, & impediuit.) Amor igitur mundi, & propriæ gloriæ, aut credendi, aut fidem profitendi impedimentum præstabat. Proinde quisque cor suum discutiat, & videat an in eo eiusmodi affectus insideat, vt cognoscat se aut fide, aut fructuosa, & viua fide carere.

Quod verò ait: *Quia iterum dixit Esaias*: (Quid sit: Non poterant credere, quia iterum dixit Esaias, secundũ Chrysostomũ.) clarius dixisset; Iuxta quod iterum dixit Esaias. Nam vt Chrysostomus annotauit, particulæ, Propterea, & Quia, non causam significant, sed euentum: Nam reuera illa prior solutio, etsi bona sit, & Catholica, hic locum non potest habere. Caussa enim impotentiæ credendi affertur, non voluntas eorum deprauata, sed Esaiæ prædictio, quæ caussa non fuit, vt prædicto modo non possent credere. Nota ergò (Alter sensus.) pro vera solutione, quòd sicut particula, *Vt*, quæ propriè caussam finis significat, nonnunquam non finem intentum, sed euentum, & consecutionem denotat, ita coniunctiones illæ, *Propterea*, & *quia*, & similes, non designant causam, vt sic dicam, essendi, sed tantùm consecutionis necessitatem, & sequelæ, siue euentus ordinem. (Quibus sententijs particula, quia, vel, quoniam, non causam, sed effectum significet.) Vt cùm dicimus; Ignis necessariò est in foco, quia fumus egreditur: vbi non significatur necessitas absoluta, sed necessaria sequela, ac dependentia vnius sententiæ ex altera; ita vt sensum faciat compositum, non diuisum. Sic etiam dicere consueuimus, Ioannes non potest literis vacare, quoniam neque libros, neque præceptores habet: vbi coniunctio quoniã non causam alicuius rei significat, sed tãtùm sequelam vnius ex altero. Ita hic cùm dicitur: *Propterea non poterant credere, quia dixit Esaias*: quia, & propterea coniunctiones illatiuè, & non causaliter sunt accipiendæ. Et illud: *Non poterant credere*, significat, fidem Iudæorum non potuisse consistere cum prænuntiatione Prophetæ, qua prædixit illos non credituros. Non ergo designatur in Iudæis impotentia aliqua, vel impossibilitas ad credendum, cuius caussa extiterit Prophetæ prædictio, sed tantùm quod ad præscientiam Dei, & Prophetæ prædictioné necessariò sequitur incredulitas Iudæorum, quæ futura erat, caussa fuit vt prædiceretur à Propheta, non contrà prędictio incredulitatis. Quam explicationem & intelligentiam indicat Chrysostomus in hunc locum (Chrysost. ho. 67. in Ioan.) scribens, vt supra citauimus. Qui etiam

addit: *Ecce iterum hanc particulam, Quia dixit: non caussalem esse, sed euentus. Neque enim quia dixit Esaias, non crediderunt, sed quia non erant credituri, ideò dixit. Sed quare non ita dixit Euangelista, sed incredulitatem à Prophetia, non prophetiam ab incredulitate esse dicit. Hinc magnam vult Scriptura certitudinem demonstrare, & quòd non aliter quàm prophetatum sit, euenit.* Sic ille.

Theophylact.

Cui similia etiam tradit Theopbylactus, Quod verò inquit: *Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor illorum*: iuxta Scripturæ idioma dictum est, quæ Dei permissionem, quasi opus eius appellare cōsneuit. Dicitur enim excæcate, vel indurare, quos excæcari, vel indurari permittit, & homines suæ naturæ vitiosæ, ac depranatæ relioquit. Quemadmodum si ignem subtrahas plumbo, illnd ioduraueris: si lumen subducas cubiculo, illud obscuraneris. Insto eoim indicio sua luce arque calore abutentes priuare solet, ne grauius offendant.

Dei permissio quasi opus eius appellatur more scripturæ.

Simile.

Cæterùm ne quis cum bæreticis asserat hanc explicationem extortam esse ac violentam, perpeode, Deum noo posse dici aliquem excæcate, qnia illuminat ex se omnem bominem venientem in bunc mnndum, & oeminem ipse ad malnm tentat, vel impellit. Et in Exod. vbi dicitur Deus iodurasse cor Pharaonis, frequentet ipse Spiritus Dei testatur, ipsum Pharaonem, vel aggrauasse & indurasse cor sunm. Et nobis dicitur: *Nolite obdurare corda vestra.* Et in hoc Ioannis testimonio: *Excæcauit Deus oculos eorum, & indurauit cor eorum,* translatio Septuagiuta producta à Domino Matth. 13. & à Paulo Act. vlt. habet: *Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus granter audierunt, & oculos suos clauserunt*; vt intelligamus Deum dici excæcare, & indurare, quia ipso permittente, impij à seipsis excæcantur, & indurantur. Ad eum, quo Deus excæcat, modum, dicuntur munera excæcare oculos sapienmm, quatenus bomines suo vitio accipiunt suæ excæcationis occasionem: ita Deus sua bonitate, & beneficijs, correptionibus, miraculis excæcat, ob id, qnòd impij, vnde ad fidem, & Dei cognitionem prouocari debebant, cæcitatis occasionem arripiunt. Proptiè enim homo excæcat seipsum, iuxta illud: *Excæcauit illos malitia eorum*: vel diabolus, de quo Paulus Deum buius seculi excæcasse dicit mentes infidelium. Solet autem Scriptura ita loqui, scilicet excæcare, indurare, aggranare, & tradere in teprobum sensum, inducere in tentationem, connertere cor ad odium, & similia, vt magis lectores terreat, & intelligant hæc ab irato Deo accidere, illiq; magis nos commendare studeamus,

Excæcare aliquem, vel indurare quatenus Oeus dicatur.

Ioan. 1.
Iacob 1.
Exod. 8. & alibi.

Munera vt excæcant oculos sapientum.
Exod 23.
& Deut. 16.
& Eccles 20.
Hominis cæcitas propriè vnde tantum sit.
Sap. 2.
2. Cor. 4.
Indurandi, & excæcandi, & similibus verbis cur vtātur Scripturæ.
Rom. 1.
Matth. 6.

Iil 2.

& cum metu ac tremore salutem nostram operemur, metuentes ab eo nobis ipsis dimitti, sine qno nil boni agere possumus, neque salntem assequi.

Quod verò dicitur in eodem testimonio; *Vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos*: coniunctio illa prima, *Vt*, non canssaliter, sed coosecutiuè accipienda est, vt sæpè aliàs. Non enim Deus qneoquam excæcat, vt oon videat, vel non conuertatur, quia Deus non permittit malum propter malum, sed propter bonum quod inde nouit elicere, nempe vt ad Rom. 9. ait, vt ootam faceret potentiam suam, & ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. Et quòd sic veniat interptetanda illa coniunctio, indicat editio Septuaginta Interptetum, qoæ habet: *Oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis, & corde intelligant, & conuertantur.* Certum enim est, quòd non eo fine clauserint oculos, ne quando viderent, nec conuerterentur, cùm boc ab eorum animo planè aliennm extiterit: sed tantùm explicatum est quid sit consecutum ad id quòd oculos suos clauserunt. Posset quoque. *Vt*, canssaliter accipi, si negatio quæ additur in verbo, Videant, & intelligant, non referatur ad verbum conuertatur, vt sit sensus: Excæcari permisit eos, vt ad tempus non videant, nec intelligant: & postea agnita cæcitate conuertantur & saneomr. Cuius intelligentiæ meminit etiam hoc loco Augustinus, sed præstat prior sensus. Reliqua huius testimonij clara sunt.

Deus vt dicitur quemquā excæcare, vt nō videat, &c. Malum cur Deus permittat.

Altera Solutio

Aug. tract. 53 in Ioan. to. 9.

Hæc locutus est Esaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est deeo. Geminom sensum hæc verba habere possunt. Primò, quando vidit gloriam eius, tnnc scilicet, cùm vidit Dominum sedentem snper solium excelsum, & eleuatum, buiusmodi enim visiones, qnòd cum luce, & illustratione fierent, dicuntur gloria. Vnde Petrus: *Accipiens enim à Deo Patre bonorem, & gloriam, voce delapsa ad eum buiuscemodi à magnifica gloria.* Vbi gloriam vocat visionem glotiosæ nubis, vnde vox ptodijt. Vnde in Exodo dicitur, *Ecce gloria Domini apparuit in nube*: Et infra: *Habitauit gloria Domini super Sinai*: Ita ergo Esaias vidit gloriam Dei repræsentatā per Angelum, non essentiam, quæ sub aspectum non cadit. Secundò, quando vidit gloriam eius, hoc est, Filij. Vel vidit Christum, qui est gloria Patris: nam Deus nunquā magis clarificatus est, quàm per Cbristum. Quod dicitur, *Locutus est de eo*: de Christo videtur esse sermo, vt præcedentia testantur, & sequentia, in quibus dicitur: *Multi crediderunt in eum.* Quan-

Quæ sit gloria Oomini, quā vidit Esaias.

2. Petr. 1.
Matth. 17.

Exod. 16.
Infra 24.

Alter sensus.

De quo [illegible] locutus sit, quando gloriā Dei vidit.

quam

quam alij de Patre interpretantur. Paulus verò in Actis, de Spiritu sancto intelligit, ait enim: *Quia benè Spiritus sanctus locutus est per Esaiam Prophetam ad Patres nostros, dicens, Vade ad populum istum, & dic; Aure audietis, & non intelligetis*, & quæ sequuntur. Ex quibus Ambros.lib.de Spiritu sancto colligit, eandem operationem tribui Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nam opera Trinitatis extra se indiuidua sunt. Et dicendo: *Hæc locutus est Esaias, quando vidit gloriam eius*, indicat illa verba: *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua*, & reliqua verba, potius esse Prophetæ ad Deum, sub precandi forma denunciantis Deum excæcaturum Iudæos, quàm quod (vt alij volunt) verba sint Dei ad Prophetam, quia in Scripturis non tam dicuntur Prophetæ, vel Apostoli excęcare, quàm ipse Deus.

Act. vlt. *Ambros. lib. 3 de Spiritu S. ca 23 tom. 2.* *Opera Trinitatis vnde con fiet extra se esse indiuisa.*

Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è Synagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam Dei. Cùm superius excæcatos dixisset fuisse Iudæos, ne quis putaret totam gentem abiectam, mitigat sermonem suum. Quemadmodum Apostolus facit, cùm ait ad Romanos: *Nunquid Deus repulit populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum*, & reliq. Tradit autem Euangelista, aliquos ex principibus credidisse, tum vt falsum esse ostenderet, quod supra Pharisæi de Christo obiecerunt: *Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis?* tum vt ostenderet, etiam diuites, & potentes posse consequi salutem, si velint. Eorum tamen fides imperfecta in eo ostenditur, quòd credentes non confitebantur, quia timebant extra Synagogam fieri. Ad salutem autem non satis est credere, nisi accedat oris confessio, iuxta dictum Pauli: *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Non facilè enim ferunt qui in mũdo magni sunt, ab alijs contemni. Illi verò etsi imperfectè crederent, excusatione tamen aliqua digni sunt. Non enim ex inuidia, aut liuore peccabant, sed ex timore humano: timor autem facilè regnat in hominibus natura sua imbecillibus. Dicuntur isti gloriam hominum magis dilexisse, quàm Dei: quia nondum in eis radices egerat Dei amor, vt nuda fronte tyrannis resisterent, & contradicerent.

Cur Ioannes multos ex Principibus referi in Christ credidisse. *Rom. 11.* *Ioan. 7.* *Eorum quam fides imperfecta, & insufficiens ad salut.* *Rom. 10.* *Hic fidei defectus vnde prouenerit.* *Timidi ferè qui.*

Durum est etiam Euangelium amantibus mundũ, quia graue est abnegare pompam, & tyrannidem his qui principatum habent, sicut diuitibus molestum est abnegare diuitias, sapientibus captiuare intellectum in obsequium Christi. Neque accusantur isti principes, quod bonum nomen coram mũdo habuerint: quia scriptum est: *Curam habe de bono nomine.* Et, *Melius est nomen bonum, quàm diuitia multæ*: sed quòd gloriam propriè anteferrent gloriæ Dei, cùm tamen Moyses maiores diuitias arbitratus sit improperium Christi, quàm omnes thesauros Ægyptiorum. Gloria hominũ erat, vt non confiterentur Iesum esse Christum, nec errare apud homines id negantes viderentur. Gloria Dei erat, cõfiteri Iesum esse Christum, etiamsi propterea extra Synagogam fierent. Gloria item hominum erat vt ipsi glorificarentur ab hominibus, non confitentes Iesum esse Christum: & vtroque modo amauerunt gloriam hominum magis, quàm Dei. Ex his colligimus, magnam fuisse Pharisæorum apud Iudęos autoritatem, vt quæ etiam principibus ipsis fuerit formidabilis: quemadmodum etiam Iosephus testatur. Patet etiam, Pharisæos præ omnibus fuisse Christi inimicos, eùm præ omnibus haberi vellent sanctiores. Et nota ex istis, credere in Iesum non esse necessariò cum charitate, & communiter dicitur, & fidem posse sine charitate esse. Et vt sit antithesis inter gloriam Dei, & hominum, sicut gloria hominum est, quam quis quærit apud homines in hac vita, vt honorificentur ab eis, ita gloria Dei est, quàm de illo quis consequitur in futura vita, & interdum etiam in præsenti. Nam gloriosum est apud Deũ, aliqua ignominia propter ipsum ab hominibus affici, vel à Synagoga excludi, iuxta illud: *Ibant gaudentes Apostoli à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Ita etiam aliàs Ioannes opposuit gloriæ hominum Dei gloriam, cùm dixit: *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis.*

Quibus durũ Euangelium videatur. *Principes illi vt propriam gloriam quærendo, & amando, peccarent.* *Eccles. 41.* *Prou. 22.* *Hebr 11.* *Exod. 2.* *Quomodo Iudæi dilexerin gloriam hominũ magis, quam gloriã Dei.* *Pharisæi quas te erant apud Iudæos autoritatis.* *Pharisæi necnon omnium ante Christi hostes.* *Diligere gloriam Dei quid.* *Act. 5.* *Ioan. 5.*

Iesus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Mitigata Iudæorum ira, apparuit iterum (vt ait Euthymius) & docet tanquam lux ipsa eos, qui in luce manserunt, sciens eorum infirmitatem, hac eos voce magis illustrare volens: ad corda enim eorũ magis quam ad aures inclamabat.

Christi zelus animarum. *Euthym. c. 35. in Ioan.*

Qui credit, inquit, *in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.* Videtur esse contradictio in adiecto: quomodo enim qui credit in eum, non credit in eum? Respondeo, Principium credendi in Christum, est Pater, qui dat donum Fidei, de quo dixit: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum.* Ille ergo loquendi modus significat, quod principium, & finis credendi in Chri-

Illud Qui credit in me, nõ credit in me, quomodo verum sit. *Principium credendi quis. Ioan. 6.*

in Christum sit Pater: ita vt credēs in Christum, moueatur à Patre, & Spiritu sancto ad credendum. Qui etiam credit in Christum, non sistit in illo, sed per eum pergit ad Patrem: nam vna est natura, & diuinitas amborum: & honor qui exhibetur ei qui missus est, redundat in eum, qui illum misit. Et quod ait: *Non credit in me*, videtur quidem negare, sed reuera non negat, sed magis ad credendum hortatur. Sicut cùm dixit: *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me*. Et alibi: *Quicunque me susceperit, non me suscipit, sed eum qui misit me*. Et Samueli dictum est à Domino: *Non te abiecerunt, sed me*. Et Paulus de quibusdam suis mandatis: *Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum*.

Ioan. 7.
Mat. 9.
1. Reg. 8.
1. Thess. 4.

Quibus locutionibus significatur, qnod huic vel illi homini factū est, non æstimandum secundùm qualitatem hominis, cui illud factum est, sed secundùm dignitatem Dei, qui illud sit remuneraturus, aut vindicaturus tanquam sibi factum. Negatio ergo in istis non tam negat, quàm exaggerat: qua etiam ratione legatus meritò dicere potest honorem qui sibi impenditur, non sibi, sed Principi suo mittenti impēdi, qnia honor exhibitus redundat in enm qui misit, & propter quem missio exhibetur. Vt ergo eos, qui metu & pudore à confessione fidei in se detinebantur, in fide confirmaret, & ad confessionem stimularet, ostēdit fidē in se ad Denm non tantùm vt mittentem extendi, sed etiam vt ad Christi Patrem, & vnum cum eo Deum, & eandem diuinitatis naturam habentem, non ergò ad se humilem, & secundùm apparentiam hominem. Annotauit autem hoc loco Euthym. hanc formam loquendi his verbis: *Scire autem oportet, quòd aliter est credere ei, quàm credere in eum: Illud siquidem est credere sermonibus eius, quod de cæteris etiam sermonibus dicitur; hoc autem est credere in diuinitatem eius, quod de solo Deo dicitur*. Hæc ille. Vbi aduerte, quòd in profanis autoribus non inuenitur hæc phrasis, sed in Scripturis tantùm, & non semper, sed aliquando. Nam dictum est: *Credidit Abraham Deo*. Et, *Pœnitemini, & credite Euangelio*; &, *Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat*; Item, *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi*. Frequentissimum tamē est credere in Deum, à qua voce inchoat Symbolum Apostolorum, & prægnantius videtur, atque significantius.

In proximum officia vnde æstimari debeant.

Euthym.
Credere Deo, & credere in Deum differunt secundū Euthymium.

Rom 4. & Gen 15.
Mar. 1.
Ioan. 4.
Infra 5.

Et qui videt me, videt eum qui misit me. Quod nequaquam intelligendum est de visu corporis Christi, quia sic non spectaret ad nos hæc visio, nec ad maiorem partē fidelium, qui non viderunt Christum in carne; sed intelligitur de Christi operibus, quæ fecit, & passus est pro salute nostra, quæ à paucis oculo corporis, à multis verò oculo spiritus sunt visa, & videntur, & in ipsis videtur Pater, de quo dixit ad Philippum: *Philippe, qui videt me, videt & Patrem*. Et, *Pater autem in me manens, ipse facit opera*. Est enim Christus expressa imago Patris: hinc suprà dixit Euangelista: *Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit*. Vnde & Græcè legitur verbū θεωρῶν, quod est speculans, siue contemplans, vel potius τὸν θεὸν ὁρῶν.

Quomodo videns Christū (vt ipse ait) videt eum qui misit illum.

Ioan. 14.
Ibidem.
Supra 1.

Habet hæc concio Christi pauca verba, verùm insignes, & graues sententias: & in summa complectitur quæ prius docuerat Christus. Et primò seipsum prodit quis sit, deinde quantum fructus sibi concilient credentes, postremò quantam perniciem asciscant sibi in incredulitate permanentes. Ac videtur his postremis verbis respondere tacitæ quæstioni, qua quis dicere posset, Cnr non contentus es, vt credamus verbis tuis, quod nullus Prophetarum, imò nec Mnyses fecit ipse? Respondet Christns: *Qui videt me, videt eum qui misit me*. Id est, quia ego sum vnius & eiusdem substantiæ cum Patre, ita vt qui me videat, videat & Patrem meum, sicut dixi Philippo. Vt si lnx, quæ in domos penetrat, reflexo radio loqueretur, diceret; Qui videt me, videt lucem Solis eam, quæ me misit; & tamen aliquando tenuior est, quàm sit prima lux, cuius est hæc echo. Item, si radius transear per vitrum coloratum, & coloratus reddatur, & tamen dicat, Qui videt me, videt eum, qui me misit, licèt colnrem à vitro duxerim. Item, Qui videt in speculo Solis imaginem, & illa dicat, Qui videt me, videt Solem qui me misit: nam ipsa Sol qnidam est reflexus, & tanquam echo Solis. Rursus subiungit: *Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat*. Adhuc magis se aperit; quid enim prodesset lux, si non luceret? lncem se nominat, & ideò venisse in mūdum veste humanitatis contectam, & orientem ex alto, vt illuminet, & per quem etiam excæcati Iudæi lucem possunt recipere. Et non lucem participatam, vt Apostoli erant, de quibus dicitur: *Vos estis lux mundi*; sed nisi illuminentur à DEO primum, alios non illuminant: Christus autem lux est vera, & per essentiam, & illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, & id præstans hominibus, quod Sol iste visibilis confert mundo: nam vt ille tenebras, ita hic omnem mentis cæcitatem, & incre-

Ioan 14.
Exemplis similitudine eiusmodi visionis Christi, scilicet in Patre.

Christus lux cur venerit in mundum.
Luc. 1.

Matth. 5.

Christus qualis sit lux.
Ioan. 1.

Quæ tenebras maiorem lucē expetant.

dnlita-

dubitatem pellit. Et si tenebræ corporeæ horrorem & torporem ingenerant hominibus, multò magis tenebræ spirituales incredulitatis, & vitiorum exhorrescendæ sunt, & quærenda lux, quæ illas pellat; ac proinde non oportet vos homines metuere, atque ita in tenebris, & in abscondito discipulos vos profiteri meos; sed oportet vos in lucem prodire, vt cæteris lumini, & testimonio sitis, sicut & quæ Pater loquitur, palam loquitur.

Legislatoris munus quod.

Et si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico eum. Legislatoris est præmia proponere legis obseruatoribus, & pœnas decernere in transgressores, vt magis ad legem obseruandam inducat, quemadmodùm Moyses fecit. Ita etiam hoc loco Christus facit: quanquam æterna proponat siue præmia, siue supplicia, vbi Moyses tantùm temporaria. Et quod ait: *Ego non iudico eum*, intellige in præsenti tempore: nam in fine iudex erit vniuersorum. Parum est quod verbum Non custodierit, Græcè dicatur, Non crediderit. Verba enim Christi fide, & audienda, & seruanda sunt.

Christus vt non iudicat audiētem verba sua, & non custodientem ea.
Verba Christi quomodo & audienda, & seruanda sunt.

¶ *Non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum.* Quos hactenus confirmauerat ad confitendum Christum terrore impellendo, nunc blandè, & amabiliter admonet. Et mundi nomine homines intelligit, quos saluos fieri per fidem, & constantem confessionem ac robustam optabat. Sed si venisti, Domine, vt mundum salues, cur non totum saluas? quid tibi obstat omnipotenti? nam & mūdus vult saluus fieri. Dixit iudicatos esse incredulos, & dixit non venisse se, vt saluet incredulos, sed vt saluet mundum per fidem. Fidem autem non habentes, dicit se non iudicare, quia venerit vt saluet, non vt perdat. Perditio igitur ex nobis prouenit, auxilium ex Deo, vt ait Oseas; vt proinde magis à nobis, quam à Deo ipso timēdum sit nobis. Hoc item dixit, ne putarent eum magis studere laudi propriæ, quam eorum saluti. Si enim iudicare tunc mundum voluisset, contentus primis eorū peccatis esse potuisset, & eos puniendo, gloriā sibi comparare: sed maluit ad salutem inspirare, & vrgere.

Cur Christus cùm omnipotens sit, & saluator, non seruet vniuersos.
Ioan. 3.

Osee. 13.

Iesum qui spernerent Iudæi. Simile.

Qui spernit me, & non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo, quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Hæc verba ad cor loquitur eorum, qui dum graue putant eijci è Synagoga, incipiebant Iesum spernere, & verba eius non accipere. Quemadmodùm cùm rem gratam aliquam habemus, & audimus Deum præcipere, vt illam à nobis abdicemus, primò quidem credimus id Deum nobis præcipere, & malum nobis interminatum, ni Deo pareamus, timemus: deinde quia non tam facilè re illa carere possumus, nobis persuadere incipimus, Deum hæc tantopere non curaturum: tandem sensim eò delabimur, vt nihil credamus. At quoniam magnus tortor est conscientia; aut peccatum, aut ipsam deponere necesse est: certè diu simul esse non possunt. Hac ergo eorum conscientia teste vtitur Christus, cùm dicit: Habet qui iudicet eum. Ne ergo fidem & conscientiam deponat, eos ad illam cōfidetandam reuocat. Nam qui conscientiæ non attendit, naufragium in fide facit, vt Apostolus docet. Et quod ait, sermonem iudicaturum in nouissimo die: significanter dictum est. Quia etsi modò conscientiæ repugnare possimus, & eius stimulos alijs intenti negligere valeamus: tunc tamen certissimum, & inuictum reddet testimonium, & quale nemo effugere valeat. De quo ait Paulus: *Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium illis reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, in die cum iudicabit Deus occulta hominum secundùm Euangelium meum per Iesum Christum.* Potest & sermo accipi pro ipso Christo, teste Augustino, cui Pater omne dedit iudicium. Hunc sermonem locutus est Iesus, quatenus se ipsum mundi iudicem declarauit, atque expressit: siue sermo ipse Euangelicus, quem Christus prædicauit. Sicut enim lex dicitur iudicare latronem, quia ostendit, eum indicio & supplicio capitali dignum: ita verba, & opera CHRISTI iudicabunt infideles, & legis suæ transgressores. Hoc idem superius dixerat, etsi alio modo: *Hoc est, inquit, iudicium: quia venit lux in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem.* Vbi lux oblata, & contempta dicitur condemnare infideles. Et dicit potius, sermonem quem locutus est, indicaturum, quàm contemptum sermonis (etsi non condemnabit nisi ob id quòd contemptus est) vt significet, oblatum sermonem omnem adempturum infidelibus excusationem, iuxta illud: *Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.*

Quantus tortor sit conscientia.

Naufragium quis in fide facit, teste Paulo.
1. Tim. 1.

Rom. 2.
Sermo etiam quis condemnabit contemptorem eius in nouissimo die.

Aug. trac. 54. à med tom 9. Ioan. 5.

Ioan. 3.

Infra 15.

Et potius dixit sermonem iudicaturum, quàm ipsum qui iudex est vniuersorum; vt à se amoueret omnē suspicionem vindictæ ob sui contemptum concupitæ, & infidelē sibi fore suæ condēnationis causam. Simili loquendi schemate, cùm æquè sibi competeret

Cur potius sermo Christi, quam Christus ipse iudicaturus dicatur sui cōtemptores.

petetet accusare Iudæos incredulos, non sibi, sed Moysi tribuit aecusationem Iudæorum, cùm dixit: *Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud Patrem. Est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis.*

Suprà 5.

Quia ego ex meipso non sum locutus. Inculcat se missum à Deo tanquam legatum, qui mitteutis præcepta illis aperuit, vt sibi ipsis caueaut, & timeant ne verba sua contemnaut, cùm sint Dei Patris. Et sicut mandatum Moysi à Domino datum ad populum, erat lex; ita mandatum datum Filio à Patre, est Euangelium. Sed vt illud mandatum dabat vitam temporariam, iuxta illud: *Dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis; quæ faciens homo, viuet in eis*; Euangelium autem præstat vitam æternam, de quo subdit: *Et scio quia mandatum eius vita æterna est.* Eoangelium enim est potentia Dei in salutem omni etedenti: & ad vitam gratiæ modò reuoeat, & vitam corporis meliorem restituit. Dicitur ergo mandatum Dei vita æterna: quia illam docet, ad illam ducit, & illam præstat. Ob id ergo, quia uon constabit vobis vita æterna sine tali, ae tanto mandato; propterea subiungit: *Quæ ergo ego loquor; sicut dixit mihi Pater, sic loquor.* Fidelissimus legatus Patris est Christus, qui non solùm docet quæ Pater ei dixit, sed etiam modum, quo illa dicenda erant. Nam dixit se locem, panem vitæ, viam, veritatem, & vitam; vt nemo mihi fidem non præstans excusari possit: quandoquidem omuia, quæ ad legatum spectabant fidelissimum, præstitetat. Atque ita hoc verbo Christus concionem suam ad populum deflexit, quasi diceret, Fũctus sum officio meo, satis hucusque docui, quod meum est, feci: hoe tamen vobis prædictum volo, me ex Deo locutum esse: nunc, si libet, contra Deum pugnate. Ostendit Christus quales debeãt esse, qui legatione funguntur Apostolica; hoc est, concionatores, & verbi Dei ministri, & quàm fideles in verbo Dei dispensando. O nos millies beatos, si prædicatores omnes sic loquerentur, sicut eos Deus loqui mandat, & nihil adminiscerent de suo, & crebrò eadem nobis inculcarent, vt Dominus facit. O nos etiam secundò beatos, si non fugeremus ab audiendis illis, qui tantùm prout Pater mandat, loquuntur, & patienter ferremus eorum increpationes, & vulnera pro salute nostra nobis illata: quia ita tandem resipisceremus, & fidem ministris Dei præberemus, perinde atque ipsi mittenti eos Iesu Christo Domino nostro, cui cum Patre, & Spiritu sancto immortales ab vniuersa creatura pro infinitis donis, & beneficijs io ipsam collatis agendæ gratiæ sunt in secula seculorum, Ameo.

Verbi Mosis, & verbi Christi discrimen.

Ezech. 20.

Rom. 1. Euangelium quid sit.

Mandatum Dei, vita æterna cur dicitur.

Nuntius Patris qualis Christus. Ioan. 8. Supra 6. Ioan. 14.

Quales debeant esse, qui legatione funguntur Apostolica.

TRACTATVS LVIII.

De disceptatione Domini cum Pharisæis in templo in die Palmarum, super illa verba: *Et cum venisset in templum, accesserunt ad eum docentem, Principes Sacerdotum, & Seniores populi, dicentes: In qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem? Respondens Iesus dixit eis, Interrogabo & ego vos vnum sermonem: quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate facio. Baptismus Ioannis vnde erat, è cælo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicentes, Si dixerimus, è cælo; dicet nobis, Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus; timemus turbam. Omnes enim habebant Ioannem sicut Prophetam,* & reliqua. Matth. 21. Marc. 11. & Luc. 20.

PRIMO die Palmarum, quando Iesus ingressus est ciuitatem, & templũ, nullus ausus est eũ redarguere, tertia verò die cùm non stipatos esset tanta popoli turba, & ex more venisset in templum, Principes Sacerdotum, adiunctis sibi Scribis, populique primorib⁹, quo res videretur legitimo consilio geri, eùm viderent eum in templo doctrina sua antes multitudinis occupantem, & verbo Dei regnantem, accesserunt ad eum, veterem calumniam refricantes, In qua potestate hæc facis? Hic autem dies, qui à Luca dicitur vna dierum, scilicet quibus populus erat attentus ad audiendum, dies Martis fuit, nempe post ficulneã arefactam, quę post diem Palmarum accidit, teste Marco, qui tribus diebus cõtinuis Christum commemorat venisse io templum, de quo: *Quotidie apud vos sedebã docens in templo.* Vocat Principes Sacerdotum, id est, duos illos supremos, quorum alter erat super octo, ex familia Ithamar, alius ex familia Eleazar supra sexdecim, vt in primo libro Paralipomenon scribitur: vel Summi Sacerdotes erant, vt Marcus ait, quia venale erat summum Sacerdotium, & pluribus poterat contingere. Venerunt autem ex ira, & inuidia populi suspensi ad eum audien-

Cur modo, & non in die Palmarum Principes Sacerdotum Christum accesserunt dicentes: In qua potestate hæc facis, &c.

Luc. 20.

Matth. 26. Principes Sacerdotũ quinam essent.

1. Paral. 25.

Marc. 11.

Quo spiritu illi Christo

dum

[...]dixerint: In qua poteſtate hæc facis? [...]populum fallit et docendo. Luc 19. & 20. Quando hæc Chriſto dixerint Principes Sacerdotum.

dum, qui manè ſolitus erat eum expectare, vt aſſerit Lucas, vt eum ab exercitio prædicationis impedirent, & tanquam vſurpantem ſibi diuinam poteſtatem punirent.

In qua poteſtate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc poteſtatem? Non poſſunt hęc ad literam intelligi de ſolenni ingreſſu in ciuitatem Ieruſalem, & de his quæ illo die egit in templo, vt quidam ſecuti verba Matthęi contenderunt, cum eſſet Marcus conſulendus: quia hæc tertio die ab illo ingreſſu acciderunt. Rurſus non videtur loqui de ſignis quæ edebat: quia non eſſet inconueniens reſponſio, ſi diceret in Dei poteſtate ſe feciſſe ſigna, & tertia die ab ingreſſu nulla ſigna fertur edidiſſe. Signa etiam, atque doctrinam non poterant calumniari, bene autem etiam veram doctrinæ prædicationem poterant reprehendere ob defectum poteſtatis: vnde & apud Iudęos aliquis ex ſummis Sacerdotibus dabat poteſtatem prædicandi, & Sacerdotum id erat, vt ex Oſea colligitur, vbi dicitur: *Conticuit populus meus, eo quod non habuerit ſcientiam: quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi*; ergo ipſorum erat prædicare: & Aggæus Propheta: *Interroga Sacerdotes legem* & Malachias: *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius.* Ex quibus habemus, ad Sacerdotum munus ſpectaſſe verbum Dei prædicare. Si autem Chriſtus non eſſet Deus, vel non haberet Dei poteſtatem, non licuiſſet ei prædicare: quia priuatus ex ſe facultatem non habet, & nullus homo ei illam dedit. Et dicendo: *In qua poteſtate hæc facis*, vt Hieronymus exponit, de Dei iudicant poteſtate, & ſubintelligi volunt diaboli eſſe quod faciat. Addentes quoque: *Quis tibi dedit hanc poteſtatem?* manifeſtiſſimè Dei Filium negant; quem putant non ſuis viribus, ſed alienis ſigna facere. Sic ille ferè. Quaſi dicant, Non es de familia Sacerdotum genitus, Senatus tibi hoc non conceſſit, Cęſar non donauit. Sed neſciebant cęci, quod omnis poteſtas à Deo eſt, qui & plus ſibi reſeruauit, quam hominibus dedit, tum in externis, tum in ſpiritualibus: vnde & ipſa poteſtate præditos, ſi ea abutantur, poteſt deijcere, ac alios eorum loco ſubrogare, alioquin quomodo conſiſteret Eccleſia, ſi Deus nullam poteſtatem ſeruaſſet ſibi? Male ergo interrogant, in qua poteſtate hæc facis? quaſi Deus ſuam potentiam illis alligaſſet, ac ſine ipſis opera ſua exequi nequiret; cùm Deus opera ſua poſſit, & quomodo, & per quemcunque vult, exequi: nihil illi obſtat hominis cuiuſquam infirmitas. Paſtor erat Amos, puer erat Ieremias; puer & Daniel: ſed primum Prophetam fecit; ſecundo dedit poteſtatem ſuper Gentes, & Regna; per Danielem ſenes iudices damnauit. Petrus erat piſcator, ſed per eum orbem terræ ad ſe traxit. Adhæc ſi ab exordio prædicationis hæc obieciſſent, illi facilè veniam mererentur: nunc autem poſt toties auditos ſermones eius, poſt tot miracula viſa, poſt tot de Chriſto teſtimonia, necdum agnoſcunt, ex Deo, an ex hominibus ſit quod egerat Chriſtus. Certum indicium præſtant, quod ſuper ipſos irruerat maledictio, qua ficulneæ maledixerat Dominus.

De ſignis quæ edebat illa verba intelligi non poſſe.

Oſe. 4. Prædicandi munus apud Iudæos ad quos ſpectabat. Agge. 2. Mala. 2.

[...] Chriſtum in templo populum docendo [...] eo manifeſte ſe Deum comprobaſſe.

Hieron. in Matt. 21.

[...]d Chriſtum [i]n qua poteſtate facere [S]acerdotum [P]rincipes in[...] cur arguerent.

[...]ap. 6. [...]om 13.

Quam ſtulte [...]li interrogauerint, in qua [...]liud poteſtate faceret.

Poteſtas Dei quanta, & in quibus enituit. Amos. 1. Ierem. 1. Dan. 1. Ierem. 1. Dan. 13. Matth. 4.

Et quanquam Dominus potuiſſet reſpondere, ſe à Deo habere hanc poteſtatem, quemadmodum alibi dixit: *Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me*, noluit tamen ita reſpondere, vt ſe cornuto dilemmate aggredientes, altero fortiori dilemmate confutaret; nam etiam neſcientes reſpondere, ignorantiæ eorum, quæ ſcire ipſorum intererat, & quæ ignorare erat in damnum populi, apertiſſimè conuicit; nimirum an religio, vel ſuperſtitio eſſet ſequenda. Indignos igitur reſponſo confundere voluit. Et quia licitum eſt vti cautelis bono animo, non tamen auferendo ius alterius, quemadmodum Paulus fecit in Actis ſæpiſſimè. Interrogatio autem Iudæorum, calumniam adiunctam habebat. Si enim dixiſſet: Accepi autoritatem hanc à Deo, putaſſent blaſphemum eſſe; Si verò: Propria autoritate facio, cogitaſſent eum ſeditioſum. Sed Chriſtus hos dolos agnoſcens, reſpondit eis: *Interrogabo vos & ego vnum ſermonem: quem ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicam, in qua poteſtate facio.* Non congruebat longe mouere quæſtionem de autoritate Ieſu, cum ipſa facta clamarent Deo autore geri quæ gerebantur, res ipſa ſatis loquebatur, hunc eſſe, quem venturum Prophetæ prędixerant, & quem Pater poſt baptiſmum ſua voce declaraſſet hunc eſſe Filium ſuum vnicè dilectum, cui deberent omnes obedire. Noluit ergo Chriſtus ſimplici verbo interrogatoribus tam callidis reſpondere, ſed interrogationem interrogatione, & quæſtionem quæſtione compenſat, ſic clauum clauo repellens. Docet ergo Dominus, non omnibus interrogantibus eſſe reſpondendum, maxime cum interrogant non vt diſcant, ſed vt nobis inſidias nectant. Hinc Salomon, *Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis.* Qui verò ſyncere, & ex animo vt diſcerent aliquid interrogabant Domi-

Mar. 11. Quare Chriſtus ipſis Principibus Sacerdotum non aliter, vt poterat, quam dilemmate reſpondit. Luc. 4. Eſa. 61. Quæ ſcire, vel neſcire maxime illorum intererat. Cautela vel quatenus liceat. Actor. 16. 22. 23. 25. & 28.

Chriſti poteſtatis diuinæ inuictiſſimum argumentum. Matth. 9. & 17. Quibus præcipue interrogantibus minime reſpondendum exemplo Chriſti.

Prou. 26.

Respondendū quibus.

num, digni erant, qui docerentur à Christo veritatem, vt Apostoli.

Interrogate sermonem, quid & cur Christus respondit.

Quod ait, *Interrogabo vos & ego vnum sermonem*, sermonem accepit pro quæstione siue interrogatione, & quæ facilè verbo expediri poterat: quod melius fuit quã dicere:se nolle vel respondere, vel fateri ignorantiam. Nec debuit tacere, ne videretur sibi conscius vsurpatæ potestatis, accedere illorum autoritati: nec dicere ei conueniebat quod erat rogatus, quòd illi indigni essent audire illud, & sine fructu essent audituri. Admiserunt Domini quæstionem Iudæi, ne haberet occasioné euadendi responsum ad suam quæstionem; & quia facilem putabant, & prius requiri ad solutionem suæ prioris quæstionis. Si Iudæi respondissent, Christus etiam respon-

Huius responsi vis: Baptismus Ioannis e cœlo erat, an ex hominibus.

deret ex se habere: sed illis dicentibus quod ab hominibus, id est, fictione humana, habuisset Ioannes potestatem, lapidaret eum populus, neque posset audire solutionem suæ interrogationis. Si autem respondissent Ioannem à Deo missum, poterat argui coram populo, vt indigni responsione: quia illum, quem sciebant à Deo missum, non solum non recepissent, sed contempsissent, atque adeò persecuti fuissent; vel respõdere poterat, se quoque accepisse à Deo potestatem, & signo aliquo comprobare, si de Ioanne id fatebantur. Poterat & Scripturam allegare Esaiæ, &c, si quid dubij superesset, miraculo confirmare.

Quid Ioannis baptismus hoc loco.

Baptismus Ioannis vnde erat? E cælo. an ex hominibus? Vbi primum aduerte, quòd est sermo de potestate baptizandi, quia actus à Ioanne ipso erat. Et nomine baptismi, omnem administrationem, omne officium Ioannis, non minus doctrinam, quàm baptismum intelligit. Vt sit sensus, Ioannes Baptista antequam ego prodirem ad publicam hanc functionem, prædicabat liberè turbis in deserto, & circa Iordanem baptizabat ingentem turbam, colligebat discipulos, liberè damnabat vitia, inuitabat ad pœnitentiam, quis illi tradidit autoritatem talia faciendi? Expedite mihi primum hanc interrogationem, & ego expediam nodum mihi à vobis propositum. Et tacitè videtur mihi Dominus reuocare

Iudæorum memoria defectus.

in memoriam Iudæis, quod olim Ioanni in deserto agenti legationem miserunt, vt interrogarent eum, *Tu quis es?* Et post multa Ioannes prodnxit testimonium Esaiæ: *Ego vox clamantis in deserto*, quo eorum ora ita obturauit, vt ne hiscere quidem ausi fuerint. Tunc etiam Ioannes

Esa. 40.

Ioan. 1.

prædixit, in foribus esse Christum, & baptizaturum populum Spiritu sancto, & igni: ad quam liberam confessionem respexit Christus, & eius admonere voluit Sacerdotes, vt recordarentur eorum, quæ à Ioanne audierant. Baptismus igitur Ioannis recẽtis, & tantę autoritatis, & qui de Christo testatus est, & qui sine signo vllo habebatur tanquam à Deo missus, vnde erat? Ex Deo, an ex hominibus? quanquam malis ac reprobis nec ille, nec Christus suffecerit.

Matt. 3.

Quare Christus de baptismo Ioannis, & non potius de vita & prædicatione Iudæos interrogauerit.

Non quæsiuit autem de vita, vel prædicatione Ioannis: primò, quia populus non ita molestè ferret dici de vita, vel doctrina (in quibus non ita discordabãt Pharisæi) quod non erat à Deo, sicut de baptismo, quem susceperant, ægerrimè tulissent. Vel dicendo quòd à Deo esset baptismus, dicerent quod vitam austeram & potius ad consilia spectantem non sequebantur, prædicationem in aliquibus sequebantur, quia canebant à vitijs. Deinde de doctrina, & vita, quin esset à Deo, dubium non erat illis, quia bona, & sancta erat; baptismus verò quia pura erat externonia, reuocari poterat in dubium. Tertiò, quia baptizando Christum, testatus est Ioannes de illo; ideò si è Deo erat: ergo etiam & Christus.

Ibidem.

II. ratio.

III. Ratio. Ioan. 1.

Baptismus Ioannis cur de ceretur.

Postremò perpende, baptismum dici Ioannis: quia etsi dici possit esse Dei, quia ab eo institutus est, & Ioannes ministret, & in nomine venturi, & non Ioannis conferebatur; Ioannis tamen propterea dicitur, quia dicendo Dei, inepta esset ac nulla quæstio: Ioannes etiam primus fuit, qui baptismum exercuit; & nullus gratiæ effectus dabatur per illum, quem Ioannes non posset conferre. Secus est de nostro, qui Christi dicitur, quia gratiam confert; ideò non est Pauli, vel Appollo, vel Cephæ, etiamsi per se Christus ferè nunquam baptizasset.

Baptismus noster, cur dicatur Christi. 1. Cor. 1. Infra 3.

Pharisæos apud se quid respondere cogitasse, re de nouerat Euangelista. Marc. 11.

At illi cogitabant inter se dicentes, siue vt Græcè habetur, *apud se*, quæ clarior est lectio: nisi intelligamus, inter se, id est, in intimis suis, & cordibus: vnde Marcus dixit, *At illi cogitabant secum*. Dubium est, vnde cognitum fuerit Matthæo, quod ita cogitarent? Dicendum, hoc reuelante Spiritu sancto Euangelistã sciuisse: & quoniam quæ illi cogitabant, nulla humana ratione comprehendere valebant; statuendum est, Euangelistas à Spiritu sancto hoc accepisse.

Quid est quod illi cogitabant, si dixerimus, è cœlo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis? Luc 7.

Cogitabant ergo, Si dixerimus, è cœlo; dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Nempè acceptando baptismum; qui etsi esset consul-

conſultus, nec præceptus, vt innuit Dominus apud Lucam, tamen quia ſine difficultate accipi poterat, & quoniam conſilium Dei ſpreuerant in ſemetipſos, eiuſmodi cõtemptus peccatum erat, hortante Ioanne, ipſum non accepiſſe. Ideò à Chriſto redarguuntur, dicente, *Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei*. Vel, non credidiſtis Ioanni de Chriſto teſtificanti, & digito eum tanquam agnum peccata mundi tollentem oſtendenti, & ad pœnitentiam adhortanti. Et licèt Sacerdotes, & Phariſæi fateri poſſent, baptiſmum Ioannis ex Deo fuiſſe, & adiungere. Quid ad te ſi nõ accepimus baptiſmum? & ita Chriſtus adſtringeretur reſpondere eorum quæſtioni: noluerunt tamen ita ſatisfacere: aliter manifeſta videretur eorum iniquitas & ſimiliter erga Chriſtũ poſſet argui. Eratque baptiſmus Ioannis à Deo quantum ad inſtitutionem, & formam; non autem quantum ad efficaciam; quia nihil faciebat, quod purus homo facere non poſſet: nec erat propriè Sacramentum, quia non conferebat gratiam; ſed Sacramentale quid erat, rem ſacram, hoc eſt, baptiſmũ Chriſti, deſignans. Et quanquã impoſitio ad ſignificandum poſſit à communitate eſſe; tamen quod res ſignata, eſſet baptiſmus Chriſti, à ſolo Deo poterat eſſe, qui ſolus dat gratiam, & gloriam. Vt autem eſſet vtilis ad aliquid, neceſſario à Deo eſſe debeat. Vnde interrogantibus legatis, *Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neq; Helias, neq; Propheta?* reſpondit, *Ego vox clamantis in deſerto*, inſinuans ſe à Deo miſſum eſſe: &, Ego quidem baptizo vos in aqua. Vides igitur in quas anguſtias Chriſtus eos redegerit, vt neſcirent quid reſponderent? Sed ſciebant ſe eſſe comprehenſos. Nihil enim poteſt conſcientia occultare, vbi Deus loquitur: quanto minus reſponſioni locus erit, vbi manifeſta erunt conſilia cordium? Dixerunt igitur fingentes, *Neſcimus*. Hoc genus reſponſi potius elegerunt, quam dicere, Nolumus & cogere Chriſtum ad reſpondendum, quia populus non permitteret, & malitia eorum agens contra pacta, atque conuenta pateret. Illud etiam prætulerunt magis, quam omnino ſilere: quia viderentur aliquid mali attuliſſe in Chriſtum, & ſibi ab eo ſilentium impoſitum. Vel putabant, Chriſtum reſponſurum etiam, Neſcio, ſicut & ipſi: quod nõ debuit Chriſtus dicere, quia mendacium fuiſſet, quo ſe non eſſe Deum, nec ab eo miſſum proderet; quare & ſua omnia vana eſſe. Dicunt igitur, Neſcimus, mentientes in caput ſuum, cùm aliud indicaret ipſorum conſcientia: nam impij culpam non confitentur, etiamſi in ea deprehendantur, ſed aut excuſant, vt Adam, & Saul; aut omnino negant, vt Cain. Et licèt criminis excuſatio vel negatio nonnunquam liberet; apud Deum tamen ſola confeſſio liberare poteſt. Cùm igitur illi crimen occultarent, & ob id augerent magis, Dominus illis reſpondit: *Nec ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio*. Scribit Hieronymus: *Illi in eo quod neſcire ſe reſponderant, mentiti ſunt: conſequens ergo erat iuxta reſponſionem eorum, Dominum quoq; dicere, Nec ego ſcio: ſed mentiri veritas non poteſt; & ait, Nec ego dico vobis. Ex quo oſtendit & illos ſcire, ſed reſpondere nolle; & ſe noſſe, & ideò non dicere, quia illi quod ſciunt, tacent*. Hæc ille. Rectè ergo reſpondit; *Nec ego dico*, quia me initum pactum non cogit: & quia ſi Ioanni de me teſtificanti credere noluiſtis; quomodo credetis mihi de memetipſo teſtanti? Quemadmodum apud Ioannem inquit; *Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo; teſtimonium meum non eſt verum. Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me: & ſcio quia verum eſt teſtimonium eius quod perhibet de me. Vos miſiſtis ad Ioannem; & teſtimonium perhibuit veritati*. Ex hoc igitur loco licet cernere Chriſti ingenium, qui ſiue nihil reſpondeat, vel dicat ſe quicquã ignorare, aduerſarios cogit ſuam fateri ignorãtiam. Oſtendit etiam ſe nolle reſpondere, eo quod illi quod ſciebant, tacerent malitioſe. Hac de cauſa frequenter Deus gratiam ſuam ſubtrahit: quia interdum diſſimulamus nos accepiſſe, quæ accipimus, ac ingrati ſumus largitori. Videndum igitur eſt, ne dicas, Neſcio, vel, Non habeo, aliud teſtificante conſcientia, aliòqui quod iam habes, iuſto Dei iudicio à te auferetur. Reuelatur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent: id eſt, qui veritates de Deo ſibi notas & compertas ad aliorum vtilitatem, cùm opus eſt, non proferunt, ſed in ſuam, & aliorum perniciem occultant, & tegunt. Ei enim qui non habet (id eſt, qui non ad Dei gloriam vtitur, & ſuo tempore profitetur) & quod videtur habere, auferetur ab eo, Vt alio loco dixit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cui cum Patre, & Spiritu ſancto tribuendus eſt cultus omnis atque veneratio in ſempiternum,

Amen.

Marginalia (left): *Matth. 21.* — *Ioan. 1.* — Cur aliter Phariſæi cum poſſent, noluerint Chriſto reſpõdere. — Quid eſſet baptiſmus Ioannis, & cuius poteſtatis. — *Pſalm. 83.* — *Ioan. 1.* — *Eſai. 40.* — *Matth. 3.* — Vbi nil poſſit occultare conſcientia. — *1. Cor. 4.* — Phariſæi cur Chriſto reſponderint, Neſcimus, nõ autè dixerint, Nolumus.

Marginalia (right): Impiorum ingenium. — *Gen. 3.* — *1. Reg. 15.* — *Gen. 4.* — Quæ ratio huius Chriſti reſponſi: Nec ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio. — *Hieron. hoc loco tom. 9.* — *Ioan. 5.* — *Supra 1.* — Chriſti ingenium. — Gratiam ſuam Deus cur nobis frequenter ſubtrahat. — *Matth. 25.* — *Rom. 1.* — Qui ſint qui veritatem Dei in iniuſtitia detineant. — *Matth. 25.* — *Luc. 8.*

TRACTATVS LIX.

De disceptatione Domini cum Pharisæis & Herodianis de tributo dando Cæsari: & habetur Matth. 22. Marc.12. & Luc. 20.

Series huius disputationis.

CVm hæc dispotatio à tribos Euangelistis describarur, proponemus verba Matthæi, atque illis adiongemus si quid fuerit ex Marco, Lucaque addendum. Verba ergo Matthæi sunt, *Tunc abeuntes Pharisæi, consilium inierunt vt caperent eum in sermone. & mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes, Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, &c.* Eadem ferè dicit Marcus. Sed Lucas sic habet: *Et obseruantes, miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, & traderent illum principatui, & potestati præsidis.* Protulerat Dominus tres parabolas coram Pharisæis, priorem de filijs missis ad vineam, quorum alter, qui dixerat se iturum, oon iuerat; alter verò dixit se oon iturum, & postea pœnitētia ductus profectus est: alteram de vioea locata agricolis, qui non reddiderunt fructum in tempore suo, & alijs colonis ad excolendū data; postremam de iouitatis ad noptias, & nolentibus venire. His autē parabolis poncti fuerant; & offensi Pharisæi, qoemadmodum de secunda testatur Matthæus, & Marcus, ac Locas. Vnde velut iniuria affecti; vindictam meditantes quandam, consiliom inierunt, qua ratione eum confunderent, & sermonibus illaqueareot. Sed vt dici solet: *Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.* Recesseruot enim maiori confusione pleni, quàm erat illa, qua Christum inuoluere volebant. *Tunc ergo abeuntes Pharisæi.* Addit Marcus, *relicto eo*, nempe de malo in peius progredientes. Et oihil boni in se continet recedere à Christo, & à vita, & vt ait Propheta, *Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur; recedentes à te in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum.* Non sic Apostoli, quibus cum dictum esset, *Nunquid & vos vultis abire? dixerunt, Domine, quò ibimus? verba vitæ æternæ habes.*

Marc. 12. Luc. 20. Matth. 21. Ibidem. Infra 21. Supra 21.

Cur Pharisæi Christū tentauerunt de censu Cæsari dando.

Prouerb. 1.

A Christo recedere quantum malū sit. Ierem. 17.

Ioan. 6.

Cur Pharisæi cōsilium inierint vt caperent Iesum in sermone.

Consilium inierunt. Res ardua eis sæpè confusis videbatur capere Iesom in sermone; ideò sine consilio diffidebant se posse obtinere: quia sæpè alias illusi fueraot, vt cùm adduxerunt adulteram, & proposuerunt ante eum: & paulò antè: *In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem?* Sed vide, à quo, id est, Christo, & ad quos, id est, Herodianos, confugiant, vt coosilium capiant. Qui enim à Christo recedit, nullum bonum consilium iouenire porest. Sanum siquidem consilium petitur, vel à Deo, vnde pater Tobias filio consolebat: *Omnia consilia tua in ipso permaneant*; vel ab homioe booo, & sapienti: vnde ait Iesus filius Sirach; *A consiliario serua animam tuam:* & Tobias, *Consilium semper à sapiente perquire.* Quòd si in Iesum coosilium initum est, noli turbari, si contra te homines tracteot consilia: quia non est seruus maior Domino suo. Qui dixit: *Si me persecuti sunt, & vos persequentur.* Sed esto bono animo: quia sicut consilium illorum infatuauit, ita si tu patienter feras, confutabit Deus consilia, & sententias tibi paratas. Quod ait: *Vt caperent eum in sermone*, Græcè dicitur παγιδεύσωσιν, id est, illaquearent, vel laqueo caperent. Est eoim παγὶς Græcis, idem quod Latinè laqueus, qoo fera, vel auis capitur. Et ita insinuatur quod volebaot capere ad mortem. Hinc Lucas, qoasi vim verbi hoius explicans, subiungit: *Vt traderent illum principatui, & potestati præsidis*, oimirum vt reom mortis. Et subdit, *In sermone*, Id est, vt inducerent eum ad dicendum aliquid, vode possent morti tradere: quia alias vi & potentia non audereot ob plebem: atque hoc ex odio, vt confusionem rependerent. In sermooe etiam: quia io vita licet aliqua mala potarent, vt, edere cum publicanis, & peccatoribus, oihil tamen erat digoum morte: sed in sermooe, quia sciebant lubricam esse homanam linguam. Vnde frater Domini dixit: *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Et Scriptura alio loco, *Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo*, Adde, quòd verba citius trahi possunt ad calumniam, quàm facta: hæc enim quoniam manent, facilè iodicari possunt: at verba emissa semel, quoniam reuocari nequeunt, non magno labore à detractore peruertuntur.

Infra 0. Matth. 21.

Christum deserens quid sequatur infelix

Tob. 4.

Consilium à quibus peti debeat.

Eccl. 37. Tob. 4.

Ioan. 15. Ibidem.

Quid est, capere Iesum in sermone.

Luc. 20

Cur Pharisæi voluerint capere Iesum in sermone.

Matth. 9.

Iacob 3.

Eccl. 14.

Verba cur facilius ad calumniam trahi possunt, quam facta.

Et mittunt discipulos suos cum Herodianis. Non audent ipsi Pharisæi per se ipsos Dominum aggredi, ne videlicet toties confusi, denuo confundantur. Et præcipuè hæc quæstio eo tempore apud Pharisæos agitabatur, qood Iudas quidam Gaulonites de secta Pharisæorum cum moltis alijs Pharisæis asserebant indignom esse, & illicitum, vt popnlus Dei alium præter Deum agnosceret, & vocaret Dominum, & seruitutem eius profiteretur. Deinde quod Pharisæi de iustitiæ studio sibi præ cæteris applaodebant, idcirco in huius quæstionis solutione laborabant. Deinde ne Christus fucum, & malitiam eorom persequeretur,

Quare Pharisæi miserint discipulos suos vt caperent Iesum in sermone, nō ipsi venerint.

si per

si per se venirent. Postremo, ne populus vindictam illos meditari arbitraretur. Ideò consilium eorum fuit, quosdam ex discipulis suis mittere; vt maior esset Christo ignominia, si à talibus Christus vinceretur; minor gloria, si vinceret. Vel vt etiam minus eos obseruans impingeret in sermonem. Sed quicunque illi erant, Lucas ait fuisse insidiatores, qui se iustos simularent, id est, qui simularent se teneri studio iustitiæ, & solicitudine cognoscendi quid iustum, & quid secus. Vnde nocentissimi & impijssimi erant, qui cum Christo aperto Marte noluut congredi: & quòd simularent se iustos, cùm essent iniustissimi. De quibus Autor Oper. imperfect. in Matthæum hoc loco: *Discipuli illi*, inquit, *magistris suis ætate minores erant, malitia autem pares. Nam & pulli serpentum statura breuiores, veneno autem æquales sunt. Et catuli luporum adhuc teneri constituti, etsi venationem exercere non possunt, iam tamen sanguine gaudent, & morsibus ludunt.* Deinde aduerte cum quibus mittantur isti, nempe cum Herodianis.

Luc. 20.

Autor. Oper. imperfecti in Matth. ho. 42. to. 2. operum D. Chrys.

Discipuli Pharisæorum quales.

Qui fuerint Herodiani, non satis compertum est. Quidam enim tradunt fuisse ministros, stipendiariosque milites Herodis Regis, qui eo tempore erant in Ierusalem, & præerant exigendis tributis nomine Cæsaris. Alij sunt, qui putant, Herodianos, Iudæos fuisse, qui dicebant Herodi iustum esse, vt penderet populus tributum Cęsari; quos derisoriè Pharisæi, vt testatur Hieronymus hoc loco vocant Herodianos. Sed primum certè parum videtur cohærere: quæ enim fuisset commixtio discipulorum Pharisæorum cum militibus armatis, vel cum exactoribus tributorum, & quę caussa interrogandi seditiosam quæstionem? Quia ilico Christus agnouisset fraudem, & cauisset sibi ab illis, cum illi vellent, rem esse occultam, atque tectam.

Qui fuerint Herodiani.

II. opinio.

Hieron. in ca. Matth. 22. tom. 9.

Quid incommodi habeat vtraque opinio.

Contra secundum: non videtur quę Secta esse posset hominum, tributa Cæsari esse persoluenda, asserentium: hoc enim neque impium, neque iniquum erat, vt Christus suo responso ostendit. Quamobrem alij docent Herodianos fuisse, qui Herodem pro Messia colerent, & haberent: quia iam sceptrum de domo Iuda ablatum erat, & Danielis Hebdomadæ videbantur impletæ: quemadmodum docent Epiphanius in Herodianos, & Damascenus in Catalogo suo, quo hæreses recenset, dicens: Herodiani, Iudæi quidam erant secũdum omnia; Herodem autem Christum existimabant, & ipsi Christi honorem tedebant, & nomen, Idem Theophylactus docet hoc loco, & apud Marcum. Adhæc Tertullianus lib. de præscriptionibus aduersus Hæreticos sub finem, idem docet, sicut & Egesippus libro de Excidio Ierusalem, & Philaster Brixiensis in Catalogo hæresum, vbi Herodem Regem percussum ab Angelo, ipsum vt Christum expectari tradit. Verum est tamẽ, Hieronymum hoc loco asserere: *Quidam*, inquit, *Latinorum ridiculè Herodianos putant, qui Herodem Christum esse credebant: quod nusquam omnino legimus.* Hęc ille. Sed hæc, posito quod nunquam aliquid de hac re in Euangelio legatur, certè consulenda erat traditio: quæ cùm non tantum autores Latinos, sed etiam Gręcos habeat, & non vnum, vel alterum, sed plures quos citauimus, non videtur à vero alienum, talem, sententiam habuisse Herodianos. Quod autem minimè milites, vel exactores tributi intelligantur, ex eo colligi videtur, quod Marcus dicit: *Videte, & cauete à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis*, siue vt Græcè dicitur, Herodianorum. Et quia idem refertur à B. Matthæo, vbi dicitur cauendum esse à fermento Pharisæorum, & Sadducæorum; videtur quibusdam quòd Herodiani cum Sadducæis conuenirent, quos non est improbabile aliquid de soluendis tributis Cæsari sensisse contra sententiam Theudę, & Iudę Galilęi, de quibus meminit Lucas in Actis. Idem ergo erant Sadducęi, qui Herodiani. Sed huic sensui videtur repugnare, quod in sequenti interrogatione dicitur, nempe in illo die accessisse ad eum Sadducæos: & Luc. *Accesserunt autem quidam Sadducæorum; qui negant esse resurrectionem*: quo verbo videtur distinguere Herodianos à Sadducæis, & distinctum hominum genus fuisse. Proinde videtur redire sententia eorum, qui sentiunt, Herodianos tenuisse Herodem pro Messia: nisi dicamus quosdam ex secta Sadducæorum asseruisse, iustum esse, vt Cęsari tributa penderentur. Sed cum nihil solidi sit, quod ad hoc cogat, vides nihil aliud esse quàm diuinare. Euangelium Syriacum, tam apud Matthæum, quam apud Marcum habet: De beth Heroudes, id est, domesticos Herodis. Et ita significaret homines de familia Herodis, & qui illius in domo alebantur: & esset sermo de Herode Tetrarcha, non Agrippa, vt docet Philaster, quia nondum ille erat Rex. Quemadmodum in priori sententia illorum, qui dicebant Herodianos esse, qui Herodem colerent pro Messia, non esset intelligendus Herodes Magnus: qui iam

Tertia verior ac probabilior opinio.

Gen. 49. Matth. 2. Gen. 9. Epiphan. in hæres. 20. lib. 1. tom. 1. Damasc lib. de 100. Hæresib. nu. 20.

Theophyl. in Matth ac Marcum. Euthym in Matth. c. 10. et 22. & in Marc. c. 3. & 12. Tertull. Egesip. lib. 6. de Excidio Ierosol. Philast. Brixien. Act. 12. Hieron.

Herodianos milites, exactoresve tributi intelligi non posse. *Marc. 8. Matth. 16.*

Act. 5.

Herodiani quod minimè iidem illi sint, qui & Sadducęi. *Matth. 22. Luc. 20.*

IV. opinio longe adhoc probabilior.

Philast.

diu defunctus erat. Non enim post mortẽ haberetur amplius, vel coleretur vt Messias. Quamobrem superest vt solidior videatur sententia, quæ ex Codice Syriaco colligitur. Illud addit quidam, non sine ratione, Herudianos incognitos, & infrequentes fuisse sermonibus Christi, vt liberius coram eis loqueretur.

Lyran.

Pharisæorum hypocrisis.

Dicentes, Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum. Eadem ferè Marcus, & Lucas. In primis igitur alliciunt laudibus, & de libera veritatis prædicatione eum commendant, vt placatum sibi & reconciliatum reddãt, & vt liberius veritatem proferat etiam cõtra Cæsarem. Nam vt ille: *Fistula dulce canit, volucrem dum decipit auceps*: Et Scriptura; *Molliti sunt sermones eius super oleum: & ipsi sunt iacula.* Isti sunt vt apes habentes mel in ore, in cauda aculeum; & vt Scorpius facie blandiens, & cauda percutiens. Rectè Salomon in Prouerbijs dixit; *Homo qui blandis, fictisq; sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius: & talis lingua laudans sicut nouacula acuta facit dolum.* Commendant igitur eum de veritate vitæ suæ inculpatæ: *Scimus*, inquiunt, *quia verax es.* Deinde veritatem doctrinæ efferunt, dicendo; *Et viam Dei in veritate doces*: id est, viam Deo gratam, & qua peruenitur ad Deum, liberè, & apertè, absque errore, vel fuco doces, & nullo prætextu moueris ad eam docendam, nisi propter solam veritatem. Postremo celebrant eum à veritate iustitiæ, vnde subdunt: *Non est tibi cura de aliquo.* Nimirum vt propter eius metum veritatem taceas, aut dissimules. Callide ita prouocantes, vt magis Deum, quã Cæsarem timeat. *Non enim respicis personam hominum.* Marcus ait: *Nec enim vides in faciem hominum* Et Græcè semper dicitur, Οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων. Significat autem illa vox Græca & faciem, & personam, & melius vertitur persona, etsi Hebræa vox פנים magis significet faciem, quam personam, quando significando hoc vitium dicunt נשאפנים, id est, Accepit faciem, vel facies. Et nomine faciei, & personæ, comprehenditur omnis externa hominis qualitas, quæ ad statum causæ non spectat. Magna hæc est & singularis virtus, vbi negotium Dei agitur, vel iustitia cuique reddenda tractatur, carere vitio acceptionis personarum: quo vitio iudex qui non est spoliatus, non potest rectè administrare magistratum. Hoc autem vitium tunc committitur, quando magis ad personam solã, vel ad extrinseca respicimus quàm ad merita caussæ ipsius. In quo maximè Deus offenditur, maximè respiciendus esset, cùm præceperit toties, ne ad personas respiciãt in distribuendis honoribus in iudicio, sed vt merita causarum ante oculos habeant, & pro ratione illorum distribuant honores, vel iudicium ferant. Et ita putabant quòd Iesus non acciperet personam Cæsaris, vel Pilati, quia iustè definiret quod æquum est, & Dei voluntati consonum.

Psal. 54.

Adulatores quales.

Prou. 29.

Psalm. 51.

Viam Dei in veritate docere, quid.

Christo secundum Pharisæos, vt non sit cura de aliquo

Mar. 12.

Quemadmodum Christus non respicit faciem, vel personam hominum.

Quis maxime vitio carere debeat acceptionis personarũ.

Acceptor personarum quis quando sit & quanto cum scelere.

Deut. 10. & 2 Par. 19. Tob. 34. Sap. 6. Eccles. 35. & alibi.

Dic ergo nobis, quid tibi videtur: licet censum dare Cæsari, an non? Vigebat hęc quęstio tunc temporis, eratq; fortassis per id tempus soluendus census. Quæ vt magis intelligantur, non est ignorandum, Iudæam factam Romano Imperio tributariam sub Aristobulo & Hyrcano inter se decertantibus: nam tunc Pompeius per fraudem ingressus est, tunc enim ingens exorta est seditio in populo, quibusdam asserentibus iustè pendi Romanis tributa, qui pro Iudæorum communi salute, & pro pace militarent; quibusdam verò, qui se iustos haberi volebant, minimè id licere populo Dei negantibus, quod decimas, & primitias Sacerdotibus Domini soluerent. Ideò quæstionem hanc seditiosam, & cornutam Christo proponunt, vt quocunque se verteret, impingeret, vel in Deum, vel in Cæsarem. Nam si diceret quod ipsi maximè desiderabant, non esse dandum censum Cæsari, eum coram Pilato accusarent, & traderent principatui, & potestati præsidis, vt ait Lucas; Si etiam, cum non negauerit censum pendendum Cæsari, dixerunt; *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari*: & ad hoc magis inclinabãt quia sciebant Iudam Galilæum paullò antè oppressum propterea. Si autem diceret, licitum esse pendere tributum, Principibus blandiri, & eorum fauorem conciliare sibi censeretur, & gratiam, auramque popularem amitteret, qui dicebant, *Nemini seruiuimus vnquam*; & ita traducerent eum, quod non zelaret pro lege, & libertate populi Dei, qui hanc à Messia suo expectabat, vt verus Dei populus, apud quem poterat in discrimen venire. Si verò neque hoc, neque illud assereret, sed taceret; arguerent eum vt pusillanimem, ac timidum in confessione veritatis, quam tamen velle profiteri videbatur.

Quæ occasio fuerit Iudæis Christo quæstionem proponendi de censu soluendo. Et quando primum Iudæi Romanis seruierint.

Egesip. lib. 1. cap. 17.

Quam captiosa illa fuerit quæstio Iudæorum, ac Christo mortifera.

Luc. 20.

Infra 23.

Actor. 5.

Erat autem census annuus denarij pro capite, & videtur diuersum census genus ab eo, de quo Matth. 17. quia hoc viritim persolutũ tẽplo inferebatur ex Dei mãdato, istud verò pro census ratione Romanis

Census Cæsari dandus quis ille.

Matt. 17.

Exod. 30.

pende-

Quoties solueretur. Luc. 2. Matth. 17.

pendebatur, eratque didrachmum, hic verò drachma, vel denarium tantum. Quòd autem pẽderetur quotannis, indicat quod ait Lucas: *Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino.* Illud etiam ostendit, quod Christ⁹ pro se, & Petro iussit solui didrachma. Et tandem huius rei gratia Hierosolyma subuersa fuit post ascensionem Domini, quia tributariæ legi subijci noluit.

An Iudæis per legem licitum fuerit tributũ pendere Romanis.

Sed vt adhuc hæc melius percipi queant, ponderanda sunt verba: *Si licet censum dare Cæsari; an non?* hoc est, vtrum in conscientia liceat Cæsari pendere tributum. Videtur enim quod interrogantes putarent non licere, propter legem Dei Deuterono. 23. *Non erit meretrix de filiabus Israël, nec scortator de filijs Israel.* Quibus verbis addunt LXX. οὐκ ἔσται τελεσφόρος ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραήλ id est, neque tributum pendens de filiabus Israel. Et hæc verba cum essent in textu Hebræo, vt adularentur Cæsari, fortassis à Rabinis fuerunt expuncta, & posteà in nonnullis Græcis, vt in Hispaniensi, siue Complutensi, & in Regijs Biblijs reperta, cum tamen hodie & Aldinus codex, & Basileensis illa verba habeant.

Deut. 23.

Tertul. multo ante medium tom 2. B. Hierony. epist. 147. non longe à principio. tom. 3. Luc. 15. Publicanos & peccatores conuiuatores cum Domino fuisse Iudæos, contra Tertullianum Hieronym. ostendit. Deut. 23. Luc 5. Infra 18. Supra 7.

Et confirmatur autoritate Hieronymi, & Tertulliani qui idem citant. Scribit enim Hieronymus in Epistola ad Damasum, quæ incipit: *Beatitudinis tua interrogatio disputatio fuit*, In expositione parabolæ de filio prodigo: *Vehementer admiror*, inquit, *Tertullianum in eo libro, quem de Pudicitia aduersum pœnitentiam inscripsit, & sententiam veterem noua opinione dissoluit, hoc voluisse sentire; quod publicani, & peccatores, qui cum Domino vescebantur, ethnici fuerint, dicente Scriptura: Non erit vectigal pendens ex filijs Israël, quasi verò Matthæus non ex Circuncisione fuerit publicanus: & ille, qui cum Pharisæo in templo orans, oculos ad cælum non audebat erigere, non ex Israel fuerit publicanus: aut non Lucas memoret; Et omnis populus audiens, & publicani iustificauerunt Deum baptizati baptismo Ioannis. Aut cuiquam credibile possit videri, ethnicum templum ingressum, aut Dominum cum ethnicis habuisse conuiuium, cum id maxime caueret, ne legem soluere videretur; & primum venerit ad oues perditas domus Israel; Cananæa quoque deprecanti pro salute filiæ responderit: Non oportet tollere panem filiorum, & dare eum canibus. Et alibi discipulis præceperit: In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Ex quibus omnibus edocemur in Publicanis, non tam Gentilium, quam generaliter omnium peccatorum, id est, qui erant & de Gentibus, & de Iudæis, accipi posse personas.* Hæc ille. Ex quibus habemus, tempore Tertulliani legi in Denteron. *Non erit vectigal pendens ex filijs Israel:* & Hieronymum illum locum ab eo citatum non reprobasse, sed acceptasse vt verum, & legitimũ. Et cum illa via posset facilè dissoluere textum allegatum, voluit alia ratione dubium dissoluere. Et non minus pendebant tributa filij Israel, quam ipsimet publicani: nisi quod publicani redimebant census exigendos sub certo pretio. Ex quo sequitur, quod ille Textus tunc nondũ de Hebræis, vel de Græcis codicibus expunctus erat; & ideò interrogabant, an stante illà sententia Dei in Deuter. liceret in conscientia Hebræis pendere tributum regibus alienigenis: quare à principio vrgebant; *Scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non respicis personam hominum*, vt Pharisæi, sed Deum ipsum.

Matth 5. Infra 15.

Ibidem. Supra 10.

Publicanorũ officium apud Iudæos.

Virtus quæ prima respondentis, Hieronymo. Hieronym in hæc verba tom. 9. Psalm 7. c. & alibi passim. Sap 8. Prou 21.

Sequitur in Textu: *Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait; Quid me tentatis, hypocritæ? Ostendite mihi numisma census.* Prima virtus est respondentis, teste Hieronymo, interrogantium mentem cognoscere: nihil autem potest Deum latere, qui scrutatur corda, & renes; & vt dicitur in libro Sapientiæ, scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum. Et in vniuersum, non est sapientia, non est prudentia, nõ est consilium contra Dominum. Et vocat nequitiam, siue verbo Greco τὴν πονηρίαν, id est versutiam, siue malitiam, eorum malum animum simulantem in primis beneuolentiam, & amicitiam eius; deindè simulãtem iustitiam, & sanctitatem, vt magis noceant; quod est duplex iniquitas, & imitatio dæmonum, qui se transfigurant in Angelos lucis, quò facilius seducant. Qua in re manifestè se Deum ostendit, & gloriam suam ex eis confusis, contra eorum mentem, elicuit: & ita curauit, vt desistant à calumnijs. Et vt asperè loquentibus solet blandè respondere; ita nunc mollibus verbis vtentes seuera obiurgatione corripuit, eos tentatores vocando, & hypocritas, vt ostendat se maiorem vtraque fortuna. Ideò neque laudibus intumescendum, neque detractionibus à virtute constantiæ cadendum, & plus standum conscientiæ, quàm alienæ linguæ. Multi enim sunt, qui quæ non cognoscunt, laudant, & ea quæ vituperatione potius digna erant, in cœlum vsque euehunt.

Quid Pharisæorum, quã Christus cognouit, nequitia.

2 Cor 11. Christi argumentum diuinitatis.

Christi mollis ac lenis ad aspera quæsita, & contra dura atque aspera ad blandas interrogationes respõsio quid doceat nos.

Mar 12. Luc 20.

Ostendite, inquit, *mihi numisma census.* Hoc loco obserua, Marcum, & Lucam expressisse nummi speciem, nempè denarium: Matthęus tamen in genere ait, quod Christus numisma census fecit sibi afferri. Et subdit: *At illi obtulerunt ei denarium.* Mirantur quidam quomodo denarius simplex esset numisma census: quia supe-

Denarius vt simplex fuerit numisma census. *Matth.17.*

rius Christus pro se, & pro Petro penderat tributum stateris, quæ est moneta quatuor denarios continens, & pro quolibet soluit denarios duos, siue didrachmum. Sed responsum est superiùs, diuersi generis esse tributa; illud, quod Dominus pro se, & pro Petro soluit, erat illud, de quo Exod. 30. & quod inferebatur in templum pro censitione quæ interdum fiebat; hoc verò viritim pro capite pendebatur quotannis, & erat propriè pendendum Cæsari. Eratque certum genus monetæ ad hoc ipsum factæ, vt penderent censum; & ideò dixit: *Ostendite mihi numisma census*, quasi esset certa quædam, & peculiaris moneta, quam ad hoc ipsum cudebat Princeps, & tempore census colligebat eam, & permutabat cum alia. Quòd verò esset vnus denarius, & non duplex, qui dicebatur didrachmum, potest solui hoc per diuersitatem tributorum, vel quòd Principes interdum maiorem censum, interdum minorem exigerent. Quare Alexander Mammeæ filius (vt in eius vita refert Ælius Lampri.) vectigal decem aureorum, quod pendebatur sub Heliogabalo antecessore, mutauit in semissem, scilicet mediam partem, & in tremissem, id est, tertiam partem; imò etiam quartarios cudi fecerat, qui quartam partem antiqui vectigalis soluerent, vt minus grauaret: & eos formatos in pecunia detinuit, expectans si vectigal posset contrahere, sed non potuit per publicas necessitates efficere. Adde, quòd seruus Sauli volenti visitare Prophetam Samuelem, dixit; *Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti*. Consueuerat enim Imperator Romanus sinere vnãquamq; gentem viuere suis legibus, & moribus, & vti pecunia sua. Vndè Pilatus: *Accipite*, inquit, *eum vos, & secundùm legem vestram iudicate eum*, id est, interficite.

Exod 30.

Quomodo Mammeus Alexander Antoni Heliogabali tributa contraxerit.

1. Reg 9.

Ioan 18.

At illi, ait, obtulerunt ei denarium. Verisimilius videtur, Marcum, & Lucam denarij nomen verbis Christi posuisse; nõ quod numismatis speciem Dominus expresserit, volebat enim similium cògnitionem sibi cordi non esse ostendere, sed quòd denarius fuerat, quem postulauerat sibi exhiberi.

Christus an dixerit; Ostendite mihi numisma census an verò denarium.

Deindè aduerte, illas duas voces, numisma census, sicut & denarium, Latinas esse, & à Matthæi Græco interprete Græcè vsurpatas esse νομίσμα τοῦ κήνσου. Cẽsus enim dicitur à censendo capite cuiusque: & Numus, vel à Numa Pompilio, qui primus inuenit vsum monetæ; vel à voce Græca νόμος, quæ significat legem; eo quòd pecunia lex sit omnium rerum. Denarius verò dicebatur, eo quòd decem contineret asses. Et Syriacum Euangelium habet: *Ostẽdite mihi denarium argenti Principis, quod sua lingua vocat dinoro.*

Hæ voces, numisma census, quales sint, vnde ducantur, vt denarius item.

Et dixit, Ostendite; vt ex propria moneta eos conuincat. Et quia gerit personam nescientis, vt ex nummo percipiat veritatem facti. Hinc à Iuda non petijt numum, sed ab ipsis.

Quorsum illud. Ostendite mihi, numisma census.

Et ait illis, Cuius est imago hæc & superscriptio? Nouum non est, eius Principis autoritate, cuius gratia moneta cuditur, imaginem gerere, & superscriptionem. Et Dominus quod nouerat, interrogat, vt ex cõfusione magis confunderet; & vt se à negotijs secularibus alienum ostenderet; & futuros in Ecclesia Dei Episcopos, & pastores instrueret suo exemplo, vt temporalia, & pecuniaria negotia per suos Diaconos administrent, animarum verò ad Deum reducẽdarum munus, & verbi Dei ministerium per seipsos tractent. Etsi hodie multi inueniuntur in Ecclesia Dei pecuniæ turpe lucrum sectantes, & ouium creditarum curam & salutem negligentes. Dixit ergo Dominus, Cuius est imago hæc & superscriptio? Quasi dicat, quia moneta testatur vos cum Cæsare fœdera inijsse, & illi subiectos esse, permittente Deo propter peccata vestra, obedientiam debetis, & censum dare illi, qui vobis iustitiam administrat per Præsides, & regionem vestram in pace tuetur per legiones militantes. Et plus multò est quod dat Princeps, nempè iustitiam, pacem & abundantiam, quam sit quem populus pendit census, quem ego etiam solui. Nam si non liceret dare censum, peccarent se ad illum pendendum obligando; cum tamen liceat euitandæ seditionis gratia subire onus ad quod eras adstrictus. Hi autem ob peccata sua iustè erant sub Cæsare, quanquam ex nullo alio iure quod Cæsari competeret: qui tamen quia non habebat in terris superiorem, ad eum erat causa deferenda, & illi parendum. Atque ita Dominus sine auersione plebis locutus est, quia ea ratione cõcludit, & ostendit non præiudicare debitis Dei pensionem tributorum, ait: *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.* Ponderat Chrysostomus dixisse, ἀπόδοτε, non δότε, id est, Reddite, non date: hoc est. Ego non dico dandum tributum, quod verbum venari à me tentatis; sed reddendum Cæsari, quod suum est: & quod suum est, Deo. Syriacum verò etsi habeat, Date quod est Cæsaris, Cæsari: & quod est Dei, Deo; tamen perinde est ac si dixisset, reddite: quia cum datur vnicuiq; quod suum est, verè redditur. *Reddite ergo*, inquit,

Christus quære quod sciebat, interrogat.

Episcoporum cura.

Iudæi cur in potestatem Romanorum venerint.

Quid est ad literam, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari.

Chrysost ho. 71. in Matth tom. 2.

quæ

Quæ Deo, quæ Cæſari reddenda.

quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, &c. Vult dicere; Non repugnant, neque ſe mutuo impediunt, reddere temporaria bona Deo pro miniſtris, & temporali cultu, & ſacrificijs, quæ neceſſaria ſunt, & ſoluere Cæſari tributa ſua: & poſſunt ſtare ſimul, etiam ſi aliter Phariſæi cogitarent. Imò vos eſtis Dei, & Cæſaris, nam omnia habetis à Deo, vt animam, corpus, diuitias naturales; aliqua per Cæſarem, vt iuſtitiam, pacem, abundantiam. Reddite ergo vnicuique quod ſuum eſt; ſicut etiam Paulus præcipit, fortaſſis quòd aliqui inter Chriſtianos de ea re dubitarent. *Reddite,* inquit, *omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.* Non autem quòd eſſet vlla imago Dei monetæ impreſſa: quia nec Romani id facerent, nec Iudæi paterentur, & debita Dei temporalia licèt fauorabilia ſint, tamen quia agitur de eis extrinſecè, & præcipuè de debitis Cæſari dandis: hinc illa Dei, debitis Cæſari poſtponuntur, qui Rempublicam adminiſtrabat, & iuſtitiam, pacemque tuebatur.

Rom. 13.

Quorſum hęc: Reddite quæ ſunt Cæſaris, &c.

Plus autem reſpondit Dominus, quam interrogaretur: nam ſolùm interrogatus erat de cenſu Cæſaris. Et addit de debitis Deo ſoluendis: tum ne obijcerent ſibi præceptum Dei de decimis ſoluendis; tum vt oſtenderet ſe curare quæ Dei ſunt, non ſuo commodo, ſed vtilitate reddentium; tum denique vt indicet vtrumque reddi poſſe, ſicut olim Deo, & Regibus Iuda, Dauid, & Salomoni ſoluebant tributa. Nec obſtat illud; *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire:* quia id de contraria præcipientibus dominis intelligendum eſt, Cæſari verò obediendum, & tributum præſtandum propter Deum: & virtus iuſtitiæ vnicuique reddit quod ſuum eſt. Ita autem reſpōdit aliquid ſoluendum, vt nō incurrerit inconueniens coram populo, neque reprehendi à Phariſæis potuerit. Vnde Lucas ait: *Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe; & mirati in reſponſo eius, tacuerunt.* Quia non quaſi ex ſe, ſed ratione cogente concluſit, non ſolum de Cæſare, ſed de Deo, & non nominans tributum, quod erat odioſum nomen; ita vt ab imperitis poſſet reduci ad propoſitionem conditionalem; Id eſt, ſi quid debetis, aut Cæſari, aut Deo, illud pendite. Quod reſponſum, vt admiratione dignum, ab omnibus receptum eſt, & illo euaſit inſidias, & technas eorum, & ipſos confutauit, & cum ratione magna locutus illis ſilentium impoſuit. Vnde dicitur, quòd audientes mirati ſunt, & relicto eo abierunt; vel, vt Lucas ait, mirati in reſponſo eius tacuerunt. Mirati ſunt, non conuerſi, & tacuerunt confuſi, & abierunt, ne plus confunderentur.

Quare Chriſtus addidit: Et quæ ſunt Dei, Deo?

Matth 6. Illud: Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire: quem ſenſum habeat.

Proprium iuſtitiæ quid:

Luc. 20.

Phariſæi cur mirati ſint in reſpōſo Chriſti, Reddite quæ ſunt Cæſaris, &c.

Ex qua reſponſione primum inſtruimur, Iudæos duplicem habuiſſe magiſtratum, & cœleſtem, & terreſtrem. Cumque vterque perſcripſerit mandata, vtrique eſſe ſeruiendum; ſed ita terreſtri magiſtratui obtemperandum, vt interim nihil in Deum mali committatur. Deinde inſtruimur, Chriſtianos non repugnare eſſe ſub principibus infidelibus vt Turcis, vel Paganis, ſub quibus ab initio multis annis fuerunt, modò illis non pareant in his, quæ contra religionem faciunt vel præcipiunt. Vnde Mauritius, & Exuperius, atque alij Duces Chriſtiani, Imperatore Maximiano mandanti vt idolis ſacrificarent, reſpōderunt: *Milites quidem tui ſumus, Imperator, ſed tamen ſerui Chriſti. Tibi quidem diſciplinam & operam omnem militarem; Deo autem debemus obedientiam, & innocentiam. In hoc te ſequi non poſſumus, vt noſtrum abnegemus Conditorem.* Hæc illi, quibus Chryſoſtomus hoc loco conſentit, dicens; Tu verò cum audias reddenda eſſe Cæſari, quæ ſua ſunt; illa ſolùm dici non dubita, quæ pietati, ac religioni nihil officiunt. Nam quod fidei, ac virtuti obeſt, non Cæſaris, ſed diaboli tributum, & vectigal eſt. Hæc ille ſapienter. Etenim libertas Euangelica, ſiue Chriſtiana à dæmone liberat, & à peccatis; non tamen vel à ſeruitute, ſi illam quiſquam aliquo caſu incurrit, vel à ſubiectione principum infidelium, & multò minus à lege Dei, & Decalogo, qui iuris naturæ eſt, nec ab obedientia debita poteſtati Eccleſiaſticæ, aut ſeculari: ob cuius rei ignorationem multi noſtro ſeculo ſeducti fuerunt audientes voces hæreticorum, & non intelligentes libertatis Euangelicæ rationem tantùm eſſe à Satana, & peccati reatu. Imò debent fideles orare pro principibus infidelibus, quemadmodum Baruch ſcripſit ad Iudæos: *Orate,* inquit, *pro vita Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & pro vita Balthaſar filij eius, vt ſint dies eorum ſicut dies cæli ſuper terram:* & quæ ſequuntur: Apoſtolus etiam ad Timotheum ſcribit: *Obſecro,* inquit, *primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, &c. pro Regibus, & omnibus, qui in ſublimitate conſtituti ſunt;* & reliqua. Et Tertullianus in Apologetico, non longe à fine: *Denique ſine monitore, quia de pectore oramus, precantes ſumus ſemper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, populum probum, orbem quietum, quæcunq; hominis, & Cæſaris vota ſunt.* Sic Tertullianus ſentit.

Iudæi olim duplicem habuere magiſtratum.

Terreno magiſtratui quatenus obtemperandum.

Chriſtianam libertatem cum ciuili obſequio, & ſeruitute poſſe conſiſtere.

Verba Mauritij, & ſociorū ad impium Maximianū.

Chryſoſt ho. 71. in Matth.

Chriſtiana libertas vel Euangelica à qua ſeruitute nos liberet.

Exod 20.

Baruch 1.

Infidelibus nō modo principibus, & regibus obtemperare, ſed & prò illis Chriſtianos preces fundere debere.

1. Tim. 2.

Tertullian.

Potestatis secularis, & Ecclesiasticæ iura esse distincta.

Tertiò edocemur, iura vtriusque potestatis, & secularis, & Ecclesiasticæ distincta esse. Debet ergo Cæsar vel Rex, si est Christianus, contentus esse sua iurisdictione, & non mittere falcem in messem alienam, nec velle incensum offerre, vt Ozias, vel definire res fidei, quod est Pontificis: nec contra Sacerdos, relicto grege suo, debet sibi potestatem laicam vsurpare, aut in aulis, vel in bellis, aut in negotijs mundi seruire. Nemo enim militans Deo ait Apostolus, implicat se negotijs secularibus; vt ei placeat cui se probauit. Principes etiam laici debent cauere, ne Episcopos ad profana munera asciscant, ne à pascendis gregibus suis, & propulsandis Hæreticis, & ministrandis Sacramentis, & populo suo exhibenda præsentia impediantur. Studeamus igitur, vt omnibus omnia debita persoluamus, non tantum Deo, & Principi, sed etiam quæ proximo debemus, & nobis ipsis: sed in primis debemus Deo amorem, vt parenti; honorem; vt summo, & excellenti Enti; obedientiam, vt domino, timorem, vt iusto iudici, & punire valenti, tremorem, gratiarum actionem, vt benefico; fiduciam, vt misericordi; fidem, vt primæ veritati; iuramentum, vt testi, qui falli nequit, nec fallere; inuocationem, & preces, vt omnium largitori, ac dispensatori. Debemus illi decimas & primitias in Sacerdotibus; vt bonorum omnium conditori, & seruatori; eleemosynam in paupere, vt mendico petenti; vitam, & sanguinem illi, qui diuinum sanguinem pro nobis fudit. Debemus etiam Regibus, & principibus honorem; obedientiam, timorem, & tributa: nobis verò, qui corpore, & spiritu constamus, vt corpori indies debita pendimus, ita & quæ spiritu debentur, à nobis essent serio persoluenda; vt ita iustitiæ cultores inueniamur, & verbo huic obtemperemos, quod dixit Dominus noster Iesus Christus, quem vnà cum Patre, ac Spiritu sancto summis honoribus prosequi debemus in sempiternū, Amen.

2 Petr 26.

2. Tim. 2.

Quid, & quantum Deo debeamus.

Regibus & nobis quid pendendum.

TRACTATVS LX.

De disceptatione Domini cum Sadducæis proponentibus quæstionem de muliere, quæ septem viris nupserat, cui in resurrectione sit tradenda: Et habetur apud Matthæum, cap. 22. Marc. 12. Luc. 20. Matthæus ita exorditur historiā hanc. *In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem; & interrogauerunt eum, dicentes, Magister, Moyses dixit, Si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & suscitet semē fratri suo. Erant autem apud nos septē fratres: & primus vxore ducta defunctus est, & non habens semen, reliquit vxorem suam fratri suo: similiter secundus, & tertius vsque ad septimum, &c.*

Quales Iudæi nouis semper quæstionibus Christum importune pulsantes.

QVEMADMODVM de Hercule fabulantur Poëtæ, quòd vno Capite Hydræ Lernæ reciso, alia septem orirentur, ita vt nullus esset finis congressus: ita cum Dominus Iesus multis disputationibus cum aduersarijs habitis, semperque victor triumphum de illis egisset, noua bella, nouosque conflictus hostes eius, quasi multa renascentia capita Hydræ, subindè reparabant. Vides paullò superiùs summos Pontifices cum Scribis, & Pontificibus de potestate prædicandi disputantes ab eo conuictos fuisse. Vidisti postea discipulos Pharisæorum cum Herodianis interrogantes de censu dando Cæsari, plenè confusos abijsse. Iam Sadducæi (quibus cum Pharisæis nihil erat commercij, quod attinet ad dogmata; negabant enim resurrectionem, spiritum, & Angelum, ac proinde futuram vitam) studio confundendi Dominum inflammati eum adoriuntur; ve qui Euangelium, id est, vnicam, ac salutarem doctrinam disseminabat, omnes omnium errores refelleret, atquè conuinceret, Ait ergo Matthæus: *In illo die.* Scilicet quo præcedens quæstio habita est, nempè tertia die à Dominica palmarum. *Accesserunt ad eum Sadducæi*: Nimirum ad Dominum præsentibus turbis, vt in fine disputationis dicitur. Sadducæi verò, etsi placitis, & sententijs longè à Pharisæorum dogmatis discreparent: in vno tamen Christo confutando, & reprehendendo conueniebant. Nam peculiariter Pharisæorum vitia reprehendebat, & resurrectionem contra Sadducæos statuebat. Paulus autem cum in Actibus, dixisset se Pharisæum; filium Pharisæorum, & de resurrectione mortuorum iudicari, non erant à Paulo offensi; ideo contra eum cum Sadducæis non fuēre coniuncti, sicut hic fuerunt contra Dominum. Hinc quod scribæ quidam responsum Domini probarunt; vt Lucas refert, dicentes;

Matth. 21.

Infra 22. Sadducæi cum Pharisæis in quo minimè cōsentiebant.

Act. 23.

Quando Sadducæi interrogauerunt Dominū de muliere septies nupta. In quo illi cū Pharisæis conuenirent tantummodo.

Actor. 23.

Luc. 20.

Dogma Sadducæorum quod nam esset.

Sadducæi qui negarent esse spiritum. Sapient. 2. Genes. 2.

Pharisæi qua tenus resurrectionem mortuorum asseresent.

Num. 15. Quales essent Sadducæi.

Ioseph lib 2. de bell Iuda. cap. 7. Cur Sadducæi resurrectioné negarent.

Iob 19. Ezech. 37. & seq. Daniel. 12. Psal. 112.

Poetæ de animorum immortalitate quid sense-runt. Ioseph. ibid.

Sadducæi cotius sectæ videantur fuisse. De qua resurrectione Sadducæi sermo-

Magister bene dixisti, fortassis etiant Pharisæi. Hi ergo Sadducæi resurrectionem negabant, à sensu, qui hoc non capit, & Satana decepti, & putantes animam cum corpore interire, & corrumpi, quia sanguinem, vel cerebrum, vel vim materialem vegetantem arbitrabantur esse, vel saltem mollem aerem, vt in Sapientia describuntur impij cogitare: & hoc quia sacra Genesis vocat animam spiraculum vitæ, id est, flatum. Lucas enim asserit, Sadducæos negasse Angelum, & spiritum, id est, animam ratione præditam, vnde ibidem dicitur; *Quid si spiritus locutus est ei, aut Angelus?* Vbi spiritus pro anima accipitur: quia non excusaretur, si dæmon ei esset locutus. Si etiam admitterent animam separatam, concederent etiam præmium, & pœnas, & Angelos, quia eos negabant, & non nisi corpus eos esse putabant. Non erat autem hic articulus de resurrectione mortuorum inter Iudæos definitus, quasi contra legem existeret; alioqui Sadducæi puniréctur vt Hæretici, si colligens ligna in Sabbato, erat lapidationis reus. Et tamen Sadducæi, vt nomen ipsum indicat, iusti habebantur, nec erant, vt Samaritani, alienigenæ, sed eiusdem generis & gentis, secundùm Iosephum, qui morabantur cum Iudæis, & in templo eodem cum alijs versabantur, cùm Samaritani versarentur tantùm in monte Garizim. Hinc Pharisæi resurrectionem, vt opinionem, non vt fidem amplectebantur: quia Scripturæ de illa loquentes, vt Iob, Ezechiel, & Daniel, à Sadducæis quidem non recipiebantur; Pharisæi vero putabant posse aliú sensum recipere, sicut illud: Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem: & ne nunc quidem Iudæi habent certam de resurrectione sententiam. Deinde difficile erat illud statum alterius vitæ describere: hinc errabant, non secus atque Poetæ, dicentes bonas animas vltra Oceanum in loco delectabili & amœno collocádas, malas verò in alio loco remoto, atque incommodo statuendas: vt docet Iosephus libro de bello Iudaico, agens de tribus sectis Iudæorum. Vbi Sadducæos docet non posuisse honores, ueque pœnas animatum post mortem, & ita Iosephus tradit non fuisse Iudæis maiorem euidentiam de resurrectione corporum, & præmijs bonorum, & malorum supplicijs post mortem, quam erat de his apud Poëtas, vel Sapientes Græcorum. Erat enim parua Iudæorum cognitio, qui Messiam suum purum hominem futurum existimabant. Et videntur Sadducæi dogmata Epicureorum secuti, quemadmodum Esseni & Pharisæi Platonem, & Pythagoram. Quamquam autem Sadducæi, negantes animam post corpus manere, etiam particularem resurrectionem ad vitam mortalem negare deberent, quia possent dicere aliam animam in illis à Christo suscitatis, vel olim suscitatis ab Helia & Helisæo genitam fuisse; hic tamen de generali resurrectione ad vitam immortalem interrogant. Tum quia casus propositus de septem fratribus, & vna eorum vxore, cuius erit vxor in statu resurgentium, videntur ponere ex dictis Christi, & Pharisæorum, futuram vniuersalem resurrectionem, in qua omnes tam viri, quàm fœminæ resurgent.

Deindè si esset sermo de particulari, etsi suscitaretur mulier, certè non suscitarentur fratres, qui fuerant viri illius; & ita non esset difficultas circa coniugium, sed posset transire ad alia noua vota. Quod si aliquis illorum ad nouam vitam suscitaretur, non statim suscitarentur omnes; & ita non haberet locum dubitatio Sadducæorum ponentium omnes fratres suscitatos.

Præterea Dominus dixit; *In resurrectione neque nubent, neque nubentur; sed sunt sicut Angeli Dei in cœlo*, id est, viuunt spiritualiter; & tamen in suscitatione, qua quidam ad hanc vitam reuocantur, & nubunt, & nubuntur, & non sunt sicut Angeli Dei, sed manducant, & bibunt, ac posteà moriuntur. Et si de particulari esset sermo Sadducæorum, non egeret Christus aliqua probatione ex Scripturis, sed suscitasset coram eis mortuum aliquem, & fuisset probatio apertior. Ideò statuendum est, Sadducæos de vniuersali resurrectione potissimùm dubitasse, quia vniuersalis erat, & ad vitam spiritualem instituta; & quia corporea omnino aliena erant ad suscipiendam animam: nam de particulari mortuo statim suscitato, vt puella Archisynagogi, & filio viduæ, & Lazaro quatriduano, etiam fœtenti, dubitaret magis Martha. At id maximum, & admiratione dignissimum, quòd corpora omninò à naturali dispositione alienata; & in cineres, & pulueres resoluta, & ex illis in prima elementa conuersa, possint iterum vniri, & animæ suæ coniungi; maximè cum corpora hominum deuorata sint sæpenumero.

Sed iam illud pulchrum est: Si Sadducæi resurrectionem, & animæ immortalitatem negabát, quo præmio excitabátur ad virtutem colendam, & opera iustitiæ præstan-

nem haberet in mulieres exemplo septem iuræ. 3. Reg. 17. 4. Reg. 4.

Vnde probatur de generali resurrectione sermone fieri.

II. Ratio.

III. Ratio.

Matth 22.

Luc 8. Supra 7. Ioan. 11.

Quomodo cum Sadducæi animi immortalitatem, corporumve resurrectionem negarent ad bonum possent impelli.

præstanda ? quia ablata spe resurrectionis mortuorum, nullum videtur esse boni operis incitamentum. Vnde Paulus: *Si mortui non resurgent : neque Christus resurrexit, &c. Si in hac vita tantùm, in Christo sperantes sumus; miserabiliores sumus omnibus hominibus.* Et rursus: *Si*; (secundum hominem) *ad bestias pugnaui Ephesi; quid mihi prodest, si mortui non resurgunt ?* Et Autor operis Imperfecti hoc loco : *Videns itaque* (diabolus scilicet) *quia notitiam Dei omnino extinguere non potuit, aliam adinuentionem excogitauit errorum; vt etsi cognoscatur Deus virtutum, tamen nullus obediat præceptis eius. Quid ergo ? Introduxit hæresim Sadducæorum, qui dicerent non esse resurrectionem mortuorum. Quæ res omnium propositum faciendæ iustitiæ frangit. Nam in omni re, aut actu, siue corporali, siue spirituali, agendi virtus spes est præmij futuri. Qui enim arat, arat vt metat. Qui pugnat; pugnat vt vincat. Nam cùm sit ita difficile in hoc mundo seruare iustitiæ sanctitatem; quis contentus esset aduersus seipsum quotidie luctamina exercere, nisi ad spem aspiceret resurrectionis ? Tolle ergo spem resurrectionis, & soluta est tota obseruantia pietatis.* Hæc ille. Dicendum est, nihil esse, quod magis à malo arceat, & ad bonum impellat, quàm spem resurrectionis, & immortalitatis, futuræque vitæ gaudia, aut æterna, quæ malos manens supplicia. Vnde vel Gentiles, qui vel de resurrectione nihil certi habebant, finxerunt futuram esse vitam quietam, & omni felicitate refertam, ad quam boni & iusti essent peruenturi, improbis verò tormenta, & supplicia imminere perpetua. Ita enim Cicero in libr. de somnio Scipionis, atque lib. de senectute sub finem, definire videtur, & Virgilius in 6. Æneidos, atque alij Poëtæ, vt homines ad virtutem colendam impellerent. Vnde Iosephus libro de bello Iudaico laudat sapientes Græcorum, quòd illa ob eam causam confinxerint. Et Ouidius de Pythagora scribit, hoc fuisse introductum ad incutiēdum hominibus terrorem: quem sic ille loquentem introducit:

O genus attonitum gelidæ formidine mortis;
Quid Styga, quid tenebras, quid nomina vana timetis.
Materiem vatum falsiq; pericula mundi ?

Quidam etiam alius Satyricus hæc ipsa inuentata supplicia irridens, ait:

Esse aliquos manes, & subterranea regna,
Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lauantur.

Et tamen isti putantes se falsum dicere, verum dixerunt, ponentes animas immortales, & gaudia, & pœnas post mortem. Sadducæi igitur licet non sperarent resurrectionem, excitabantur tamen ad præstandum bonum, & cauendum malum, spe præsentis boni, & timore præsentis mali: ad quod etiam ipsa lex Moysi incitabat. Vnde liber Leuitici, ac Deuteronomij interdum vniuersa mala præsentia transgressoribus legis comminatur; & vniuersa bona præsentia seruantibus pollicetur. Esaias quoque: *Si volueritis*, inquit, *& audieritis me; bona terræ comedetis.* Et statim subdit: *Quòd si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos.* Etsi ergo præsentia bona vim non præstent ad tanta mala à mundo sustinenda, & ad proprias voluptates, & cupiditates reprimendas, & ad illam perfectionem præstandam, quam Euangelium exigit: vnde æterna præmia, vel supplicia Dominus frequenter inculcat; ad seruandam tamen legem Mosaicam, satis erant præsentia bona, quæ Dominus illis pollicitus est, non tamen ad Euangelium seruandum. Vt rectè dixerit Apostolus, Christianos miserabiliores esse omnibus hominibus, si in hac vita tantùm spem suam collocarent.

Quòd verò Sadducæi negarent Angelos, de quibus frequens est mentio in Genesi, & in Pentateucho: dicendum est, Sadducæos per Angelos intellexisse Dei nuntios, vt nomen ipsum Græcum significat, sicut & apud Hebræos vox Malach; & ita concederent Sadducæi Angelos; id est, homines à Deo missos, & alijs hominibus incognitos; non tamen Angelos, qui essent puri spiritus. Vel dicerent, Angelos, si homines non significarent, nec etiam puros spiritus, sed substantias quasdam corporeas ratione præditas, & corpora subtiliora habentes: vnde nonnisi sumpta forma corporea apparebant, & manducauerunt, & biberunt cum Abraham, & Loth; & Angelus quidam luctabatur cum Iacob. Et ita non putabant esse puros spiritus. Nam si Philosophi aliqui, vt Apuleius, & alij Platonici dixerunt, Angelos esse animalia corporea aeria, mente rationalia; idem etiam putare poterant rudiores Sadducæi.

Quòd vero negarent spiritum, id est, vel animam separatam, vel dæmonem, mirum non est: quia Spiritus Domini, de quo Genesis, erat Spiritus sanctus, vel, vt alij volunt, ventus. Spiritus desiccans aquas ventus erat; & rursus cùm dicitur: *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum,* & infrà dicitur: *In quibus spiraculum vitæ est in terra*, in his omnibus locis spiritus pro

anima

1. Cor. 15.
Ibidem.
Autor Oper. Imperf. act. in Matth. hom. 42. tom. 2. operū B. Chrysost.
Diaboli astus, & inuidia.
In omni re, aut actu, siue corporali, siue spirituali, agēdi virtus spes est præmij futuri.
Spem resurrectionis tollere, quid sit.
Spei resurrectionis, & immortalitatis ad studium pietatis quanta vis.
M. Tullius.
Virgilius.
Ioseph lib. 2. de Bel. Iudai. cap. 10
Ouid lib. 15. Metamorph. initio ferè.
Iuuena. Saty. 2 prope finem
Sadducæi vnde mouerentur ad bonum.
Leuit. 26. & seq.
Deut. 28 & 29. & seq.
Esa. 1.
Ad obseruantiam legis Mosaicæ quæ præmia sufficiant.
1. Cor. 15.
Actor. 23
Vnde Sadducæi tam grauiter hallucinati sint, vt dicerent non esse Angelos.
Gen. 18.
Infr. 19.
Infr. 32.
Apuleius, & cæteri Philosophi, præsertim Platonici, de Angelis quid senserint.
Vnde factum sit, vt Sadducæi negauerint spiritum esse.
Act. 23.
Gen. 1.
Infr. 8.
Suprà 6.

anima coniuncta corpori significatur. Sicut cùm dicitur: *Auferam de spiritu tuo*, pro inspiratione accipitur ad prophetãdum, quæ accidens est, & non substantia. Et ita in Pẽtateucho nihil poterat Sadduceos cõstringere ad accipiendam vocem Spiritus pro substantia spirituali, & separata.

Quare Sadducæi reciperent solos quinque libros Moysi, & non alios.

Sadducæi autem non recipiebant nisi quinque libros Moysi, quemadmodum & Samaritani, quia in libris Moysi continebatur tota lex, quam obseruare cogebantur: ita vt non seruantes, veri Iudæi non haberentur. Cæteri tamen libri, qui nunc in Canone sunt, certi erant, & repositi inter libros sacros, & semper custoditi, vt de illorum fide nulla esse posset ambiguitas: vt docet August. libr. de ciuitate Dei. Nunc autem sicut Iudæi certum canonem habẽt librorum Veteris Testamenti, ita & nos: de quo lege Hieronymum in prologo galeato. Samaritani verò non recipiebant alios libros, quàm quinque Moysi: nõ quòd eo tempore, quo ipsi missi sunt ad colendã terram decem tribuum, non essent alij libri scripti præter illos quinque, quia erant nonnulli alij, sed quia, vt legitur in quarto Regum volumine, cùm Gentiles illi terrã decem tribuum colentes, ritus suos profanos retinerent, & Deum Israël non colerent; ob id misit Deus Leones, qui lacerarunt illos, & intellexerunt Gentes, idcircò illis hoc euenisse: quod cùm Regi Assyriorum innotuisset, præcepit vt vnum de Sacerdotibus captiuis secum haberent, qui ritum colendi Dominũ eos doceret. Cùm autem cæremoniæ diuini cultus in quinq; libris Moysi contineantur, ideò Sacerdos ille non reliquit eis alios libros, prçter illos Moysis. Posteà verò reliquos libros recipere noluerunt ob odium antiquum, quo Israëlitas redeuntes ab ædificatione impedire voluerunt, & propter templum in monte Garizim erectum, in quo, & non in Ierusalem dicebant esse adorandum.

Aug lib. 15. de ciuit. Dei, c. 23. tom. 2.

Hieron to 3.

Samaritani cur solos quinque Moysi reciperẽt libros.

4 Reg. 17.

1. Esd. 4. & seq. & 2. Esd 6 Ioan 4.

Quo animo Christo Sadducæi interrogauerint de resurrectione mortuorum.

Et interrogauerunt eum dicentes. Hæc interrogatio non est simplici animo facta ad discendum, sed animo tentandi, & explorãdi, non quidem vt eum proderent, quemadmodum Pharisæi, sed vt ostentarent scientiam, & confunderent Dominum. Nam si tantũ discendi gratia interrogassent, non diceret Dominus *Erratis nescientes Scripturas, neque virtutem Dei*, nec diceret Euangelium silentium eis esse impositum; nec Lucas diceret: *Amplius non audebant eum quicquam interrogare.* Interrogant autem potius Sadducæi de resurrectione, quia ipsi volebãt gloriam captare, Christum disputatione superando; & circa hoc se putabant habere firmius argumentum, quàm in alia materia & quia hanc nominatim sententiam sustinebant aduersus Phariseos; & Christus frequenter contra eam solebat disserere: ideò vt eã tuerentur, voluerunt de ea argumentum formare, quò si Christum vicissent, viderentur Pharisæos aduersarios suos quoque superasse. Ad hæc cùm vidissent Christum Pharisæos tentantes de Censu Cæsari dando à se confutatos recessisse, cogitabãt fortassis Christum indignatione commotum contra Pharisæos velle asserere, & negare resurrectionem, vt ipsimet Sadducæi negabant: qui etsi spiritum & Angelum negarent, potiùs tamen quæsierunt de resurrectione, quàm de Angelis, vel spiritibus. Nam resurrectionẽ sæpè prædicabat, cùm diceret: *Appropinquauit regnum cælorum*, & Apostolis illud præciperet prædicare: regnũ autem cœlorum est post resurrectionem: de Angelis verò, vel spiritibus rarò Dominus loquebatur ad populum. Deinde maior contentio erat de resurrectione: quia magis curant homines de eo, quod ad ipsos spectat, qualis est resurrectio corporũ, in qua totum hominis bonum, in quod tẽdit, situm est: esse autem Angelos, vel spiritus, parum curant, ad quos etiam negãdos non ita validum argumentum suppetebat, atque ad resurrectionem subuertendam. Postremò declarata resurrectionis quæstione, declarantur & aliæ duæ: quia si resurrectio est, necesse est manere animã corpore solutã, quæ debeat corpore coniungi. Soluitur etiam quæstio de Angelis, quos propterea negabant Sadducæi, vt diximus, quia Angeli sunt puri spiritus, & putabant ipsi quòd non posset esse aliqua substantia purè spiritualis. Quòd si resurrectio est, ergo anima separata est, & spiritus est, & substantia incorporea est; ac ob id Angelus esse potest. Et tamen si concedatur, Angelum esse vel spiritum, non sequitur resurrectionem esse, quia multi Philosophi ponunt animas separatas manere incorruptas; qui tamen negant resurrectionem.

Matth. 22

Luc. 20.

Cur potiùs de resurrectione, quàm de aliis interrogauerint.

Act. 23.

Cur Sadducæi potius quæsierint de resurrectione, quã de Angelo, vel spiritu.

Matth 4. Infra 10. Luc. 10.

II. Ratio.

III. Ratio.

Magister, Moyses dixit, Si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Quasi dicat, semen à viro mortuo susceptum viuificet, nõ secùs, quàm Sol granum mortuum secundùm vulgarem modum cogitandi: nam reuera semen non viuificatur per semẽ, quia formari nequit, sed potiùs ipsum format. Dici etiam potest, semen accipi pro filio, vnde semen mulieris, & semen Abrahæ, quia ex semine prodeunt. Seruiebat autem ista seminis suscitatio ad mortui consolationem.

Deut 25.

Quid sit suscitatio seminis.

Alter sensus.

Gen. 3. Infra 17. & 22.

Hæc suscitatio seminis ad quid valeat.
Gen. 24.
Infra 30.
Ibidem.

tionem. Nam habentes filios, felices habebantur. Vnde Rebeccæ dicitur: *Crescas in mille millia*; & rursum ait Lia: *Beatam me dicent omnes mulieres*, ob filium susceptū à viro suo ex Zelpha ancilla sua: & Rachel dicebat viro suo: *Da mihi liberos, alioquin moriar.* Relinquebant etiam in filijs nomen, & famam suam: vnde Saul Dauidem rogabat, ne deleret nomen suum. Vt ergò esset successio in hæreditate; & linea defuncti, quãtum ad nomen, continuaretur, erat hęc lex suscitandi seminis, ita vt suscitans non gigneret sibi filios, vt Onan non cognoscebat Thamar, ne filium suscitaret fratri suo Her: & cognatus Booz noluit cognoscere Ruth Moabitidem. Reuera ergò manebat nomen, & opinione habebatur filius; ob quã caussam, non obstante zelotypia, supponebant ancillas maritis, ex quibus filios suscriperent. Et ob id fiebant etiam apud Gentiles ante legem, vt constat ex sacra Genesi. Et idcircò concessum fuit Iudæis diuortiũ, sicut datus est Rex, vsura permissa, & vxorum multitudo tolerata, quia imperfecti, & illis assueti, & habentes exempla à Gentilibus. Nam Iudæi prorsus legem omisissent, nisi in his, quæ libertatis erant aliquid concederet. In cultu autem Dei falso, non permisit vt Gentes imitarentur, vt in Deuteronomio perscribitur, vbi omnia spectantia ad deorum cultum iubet subuerti. Etsi autem Gentes ab initio suscitationem seminis impensè desiderarent; Gẽtiles tamen posteri, & zelotypi non ita nomen curantes, potiùs cauerunt ne vxores secundò nuberent, & magis concupierunt vt manerent in perpetua viduitate, adeò vt gloriæ & decori duceretur fœminam secũdò non nubere. Vnde Dido secundas nuptias cogitans, dixit apud Poëtam, culpam vocatis:

1 Reg. 24.
Cur hęc lex de semine suscitando data fuerit Iudæis: & an gentes, illam haberẽt.
Gen. 38.
Ruth 4.
Iudæis olim quæ permissa.
Ibidem.
Deut. 24.
1. Reg. 8. & seq.
Deut. 23.
Deut. 12.
Suscitationẽ seminis qui negligerent.

Si non pertæsum thalami, tedæq; fuisset,
Huic vni forsan potui succumbere culpæ.

Virg. 4. Æneid.
Cur lex suscitandi seminis ad Nouum nõ pertinet Testamentum.

In Nouo verò Testamento lex suscitandi seminis non est cõueniens: quia huiusmodi suscitatio seminis repugnat ex parte fidei & spei certæ resurrectionis, vt non opus sit conseruari nomen in filio. Hinc Apostolus inquit: *Consolamini inuicem in verbis istis*; & rursus: *Nolumus vos ignorare fratres, de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent*, scilicet de resurrectione. Nam qui vult suscitari sibi semen, desiderat in filio viuere; at nos non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, vt non opus sit conseruari in filio, de quo dicitur, *Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se.* Non erat etiam in Nouo Testamento illa opinio hominum, vt curarent de nomine suo per suscitationem seminis tuendo, neque in optimis legibus Gentilium, quales erant leges Romanorum, tale quid mandabatur. Non conuenit etiam suscitatio seminis honestati graduum matrimonij: nam contingeret coniugia fieri in primo gradu affinitatis, vel saltem eundem virum habere duas sorores simul in vxores, vbi contingeret alterius illarum virum absque semine defunctum esse, neq; extare alium, qui possit suscitare semen. Frater autem directè lege tenebatur semen suscitare, sed poterat cognatus alius suscitare, alio cedente, vt habes in libro Ruth. Et habens vxorem debebat suscitare, quia licita pluralitas tunc erat, aliàs ratò suscitaretur semen: & Booz laudauit Ruth, quòd nõ sit secuta iuuenes, ex quo videtur vxoratus fuisse. Septimus etiam frater non videtur expectasse ante matrimonium mortem sexti. Et hæc pauca de suscitatione seminis sint dicta. Ex hac autem lege, quam Moyses superapposuit, benè considerata, multæ soluuntur in Scriptura quęstiones, quòd alij sint partes secundùm legem, alij secundùm naturam, & tamen vtriq; veri Partes. Hinc Ioseph sponsus Mariæ Virginis duos habuit patres, alterum secundùm carnem, qui dicitur Iacob, alterum secundùm legem, qui nuncupatur Heli: ex cuius rei consideratione dissonãtia Euangelica cõciliatur, vt suo loco fuit dictum.

2. Thess. 4.
Ibidem.
Heb. 13.
Eccl. 30.
II. Ratio.
III. Ratio.
Optimæ leges Gentilium erant leges Romanorum.
Ruth 4.
Supra 3.
Mosaica lege suscitandi seminis recta intelligentia quid conferat.
Matth. 1.
Luc. 3.
Lib. 3.

Erant autem apud nos septem fratres. De his enim, & non de cognatis lex Deuteron. loquitur, quam tantùm recipiebant Sadducæi, & fratres tantùm obligãtur. Et factum hoc contingere potuit, vt de Sara Tobiæ, quæ septem viris nupsit, & de Samaritana, quæ quinque habuerat viros præter eum, quem tũc habebat. Martialis meminit cuiusdam Gallæ, quæ septem viris nupserat, ait enim:

Deut. 25.
Ad quos tantum lex spectaret seminis suscitandi.
Tob. 3.
Ioan. 4.

Funera post septem, nupsit tibi Galla virorum,
Picentine: sequi vult, puto, Galla, viros
Et de altera:
Inscripsit tumulo septem celebrata virorum
Se fecisse Cloe: quid pote simplicius?

Martial. lib. 9 epigram.

Ideò valet argumentum, licèt fortè non acciderit de septem fratribus sine semine: sed non constat. Et non ponunt decem, vel plures, quia non esset verisimilis historia. Quanquam Hieronymus ad Gerũtiam testetur virum quẽdam suo tempore Romæ vixisse, qui viginti sepelisset vxores, alteram, quæ vigesimum secundum habuisset maritum, matrimonio copulatos, & summam omnium fuisse expectationem quis

Quare Sadducæi de septem fratribus cũ tum pet... non plur... vel paucioribus.
Hieron.

quem

Viri cuiusdam & mulieris ité prodigiosa incontinentia.

quem prior efferret, & vicisse tandem maritum. Nec ponunt duos tantùm, quia etsi idem sit neruus argumenti, imperiti tamen magis ex multitudine turbantur: & maius inconueniens videtur, quòd sex viri maneant incóiugati post resurrectionem, quá vnus. Et maior vis esset argumenti, si non esset accepta ad semen suscitandum, quia posset videri primi vxor:sed esset tanquam Sara, quam septem viri acceperunt. Tamen primum proponunt, quia ratum est, quod sine lege ita sit vna incontinens, vt septem copuletur.

Tob. 3.

Et subiungunt: *Nouissimè autem omnium, & mulier defuncta est.* Et ita non potuit habere alium, de quo esset dubitandum:nam si aliquis septem fratrum superuiueret, illius esse videretur.

Per resurrectionem quid hoc loco.

In resurrectione ergo, cuius erit de septem vxor? Omnes enim habuerunt eam. Resurrectionem, vocát statum resurrectionis: nam resurrectio ipsa in momento fiet, vt ait Apostolus. Omnes autem, quia habuerunt illam, ius habent ad eam. Ponunt Sadducæi in statu resurgérium futuram commixtionem sexuum, sicut nunc, deinde quemlibet eam habiturum vxorem, quem hic habuit. Quibus datis, videbatur sequi maximum inconueniens: quia aut omnes illi haberét simul eandem vxorem, aut aliquis eorum solus. Si omnes, fieri non poterat, vt vna mulier haberet plures viros simul, etiam si è contrario vir potuerit simul multas vxores habere: maximè cùm isti essent fratres, & cognationis impedimétum obstaret. Si autem dicatur quòd vnus illorum habiturus esset eam, quæretur quis esset, quia nó videtur maior causa de vno, quàm de altero: ideò nullus esset habiturus eam, quia omnes habuerunt illam, vt dicitur in litera: & ita omnes ius ad eam habebant. Deinde omnes mortui sunt ante illam, & nemo in hoc alteri præscribat: quia nouissima mulier defuncta est. Tertiò, quia omnes mortui sunt sine semine, vt ponderant Marcus & Lucas. Cur ergò magis vni, quá alteri traderetur? Quod inconueniens videtur, quia in resurrectione ponebát quélibet illorum suam habiturum vxorem. Eo etiam dato, quod vni illorum adiudicaretur, cæteri sine vxoribus manerent: quod non minus erat inconueniens.

1. Cor. 15.

Sadducæorú de muliere septemuira, cui illorum in resurrectione contingeret, interrogatio fulso, vt nitebatur, duplici fúdamento.

Marc. 12. Luc. 20.

Alterú fundamentú quinque rationib. euertitur.

Sed eo etiam admisso, nimirum in resurrectione generali esse commixtionem futuram sexuum, & quélibet accepturum vxorem suam, non rectè inferebant quod volebant: quia in ea caussa vxor non æqualiter pertinebat ad omnes, sed ad vnum præcipuè: ergò illius erat futura vxor in resurrectione, hoc est, primi eorum, quia ille accepit eam in vxorem propter se ipsum, cæteri autem non acceperunt eam propter se ipsos, sed propter defunctum, vt illi semen suscitarent. Id verò quod propter aliú fit, reducitur ad id quod per se est. Deinde primus sponte eam accepit, alij autem cópulsi necessitate legis: & cùm illa accipiebant bona defuncti primi iuxta legé Deuter. & lib. Ruth: ad eum igitur in resurrectione reditura erat. Tertiò, quia filij qui gignuntur post mortem ex vxore sua, minus ad defunctum pertinent, quàm vxor; & tamen primogenitus ex vxore defuncti ad suscitandum semen donatus, pertinet ad defunctum, & non ad viuentem, qui illum genuit. Ergo à fortiori, pertinebit vxor ad defunctum, & ita eam habebit, & non alij tanquam minores in iure. Dato etiá quòd in resurrectione esset futura corporum cómixtio: si stricto iure agitur, dicendú quòd ad nullum pertinebit vxor, quam habuit hic, eo quòd non maneat iam aliquod vinculum, cùm per mortem viri fuerit soluta mulier à lege viri, vt Paulus habet ad Romanos. Nam obligatio semel extincta non redit. Itaque non oportebat, vt quis rediret ad vxorem, quam viuens habuerat; & sic cessaret ista contentiosa argumentatio. Si autem ex æquitate agatur, videtur æquius quòd homo redeat ad vxoré suam, quàm quod aliam de integro accipiat: & túc cùm illa fuerit septem virorum, & primi fuerit præcipuè, ad illum potiùs redire deberet. Nec circa alios vllú remanet incóueniens: quia poterát illi accipere vxores alias quas vellent, quemadmodum hic moriente vxore alicuius accipi potest alia sine vllo decore, aut absurdo.

II. Ratio.

Deut. 25. Ruth 4.

III. Ratio.

IV. Ratio à iure ipso.

Rom. 7. 1. Cor. 7.

V. ab æquitate

Respondens autem Iesus, ait illis. Quamuis Iesus tentatoribus non soleat respondere, vnde quærentibus: *In qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem?* respondit: *Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio,* & Pharisæis testantibus de censu, obliquè respoonderit, quia dolosè, & ad machinandá illi mortem tentabant; Sadducæis tamen tentátibus ad gloriam & ostentationé doctrinæ, & cótra veram doctrinam peccantibus directè respondere voluit, ne Sadducæi victoriam obtinuisse viderentur contra Dominú, vel possent gloriari de sua sapientia, ideò directè confutauit eorú positioné. Respondit etiá, vt Dei gloria suo responso illustraretur, turba ædificaretur, & nos de conditione resurgentium doceret.

Quare nunc Christus Sadducæis se tentantibus contra morem suum respondit.

Matt. 21. Infra 22.

I. caussa.

Neq; voluit Christus dissoluere illorum argumentum, ostendens non valere consequentiam. Nam vxor illa vel nullius esset,

II. caussa.

Cur Christus Sadducæorũ obiectionem propositam non diluit.

vel esset primi: & neutro modo vllum absurdum sequeretur, vt dictum est. Sed Dominus noluit sic illorum argumentum cõfutare, tametsi potuisset, sed falsitatem eius quod positum erat, ostendere. Nam aliter debet procedere dialecticus disputator, & alter moralis doctor, & diuinæ doctrinæ traditor: nam respondere ad consequentiã, erat subtile & dialecticum, sed ad mores nequaquam. Ideò Dominus Iesus quod nobis erat conducibilius, respondit.

II. Ratio.

Deinde non erat ad mentem Christi ita respondere: nam si dissolueret consequentiam, ostenderet, quod vxor illa ad vnum potius pertineret, quàm ad alios, vel ad nullum: & hoc per aliquas probationes, quas auditores non benè caperent, nec viderent an Dominus fecisset satis argumento.

III. Ratio.

Adhæc etsi viderent cõfutationem consequentiæ, nõ esset tamen tam manifesta, quin aliquo modo posset contendi, quia circa subtilia semper remanet aliquis scrupulus: & hoc multum derogasset Christi honori, quia apertè cõfutare debebat aduersarios, vt populus audiens laudaret, sicut factũ est.

IV. Ratio.

Denique si ad consequentiam respondisset, etiamsi quod positum erat, nõ admitteret, putassent simplices, quòd tacendo illud concederet, cùm ad illud non responderet: & crederent Christum astruere, quod in resurrectione esset sexuum commixtio. Ideò ad hoc expressè respondit, & ad illud similiter, vt doceret statum resurgentium alienum longè à nuptijs.

Quando fructuosa ad interrogantes erit nostra responsio.

Docet igitur nos suo exemplo, vt intelligamus, quibus, & quando, & ob quem finem respondendum, vt fructuosa sit nostra responsio, & grata atque; gratiosa apud auditores existat. Sed ne tractatus modũ excedat, reliqua huius disceptationis in sequẽtem reijciemus, quò maiori cum pondere discutiamus, atque examinemus verba Domini nostri Iesu Christi, cuius cum Patre, atque Spiritu sancto sempiternam felicitatem agnoscere & prædicare debemus omnibus seculis, Amen.

TRACTATVS LXI.

De disceptatione Domini cum Sadducæis de Resurrectione, in eadem verba.

Resurrectionis articulus quanti ponderis sit atque momenti.

OPERÆPRETIVM est, vt hanc Domini responsionem diligenter atq; luculenter excutiamus, quia articulus resurrectionis & magni est momenti, & longè intelligentiæ nostræ facultatem, vt capiatur, sicut & vires naturæ vt fiat, excedit. Ait ergò: *Erratis nescientes Scripturas, neq; virtutem*

Cur Christus dixerit Sad-

Dei. Primò asserit illos errare: quòd verum erat, nam ex errore argumentũ eorum procedebat, nec intelligebãt quòd esset futura resurrectio, nec qualis esset futura cõditio resurgentium. Deinde hoc dixit ad confusionem eorum, qui sapientes erant in oculis suis: & ad indicandum eorum mentem, quòd non hypocrisi & malo animo, sed errore peccarẽt, ostentare volentes scientiã, & putantes insolubile, quod tamen solubile erat, & falso nitebatur fundamento, nimirum vsum sexuum futurum in alia vita.

ducæos errare in resurrectionis doctrina.

Errabant ergo nescientes Scripturas, id est, ideò erratis, quia neque scitis, neque legitis Scripturas, quas qui nesciunt, ignorãt virtutem Dei, vt ait Hierony. Sermo est de sacris Scripturis, quæ loquuntur de resurrectione, vel de conditione resurgentium. Virtus autem Dei non est Christus, vt interpretatur Origenes, etiamsi ille sit virtus Dei; sed potestas illius est ad efficiendam resurrectionem, vel ad dandam conditionem spiritualem resurgentibus. Vterq; verò error Sadducæorum ex ignorantia procedebat, tùm Scripturarum, tùm virtutis Dei: nam Scripturas nesciebãt qui Prophetarum Scripturas non recipiebant, & Scripturas Mosaicas quas legebãt, minimè intelligebant. Nam ex Scripturis etiam Mosaicis potuissent accipere resurrectionẽ, & aliam in ea viuendi rationem, quam modo habem⁹ in cibo & potu, & vsu venereorũ, & illi non absurdum putassent.

Ignorantes Scripturas, quid ignorant iuxta Hieronymo. Hier. in Mat. c. 22. item q. Sadducæi qui ignorabant virtutem Dei. Origen. tract. 22. in Matt. tom. 2.

Homines etiam in cinerem redactos secundũ corpus redire ad vitam ab eo, qui totum mũdum ex nihilo ante cõdiderat. Ex quo etiã facilè accepissent. Deo possibile esse, nos alia in futuro seculo vita donari, quã sit præsens.

Gen. 1. & seq.

Et horum duorũ ignorantia caussa fuit erroribus omnibus, tùm Philosophis, tùm hæreticis, & non solũ Sadducæis, qui resurrectionẽ, vel apud Iudæos, vel apud Christianos negarũt. Et sensus esse potest, quòd Sadducæi errabant, putantes nõ esse futurã resurrectionem: quod ex duob. prouenie-bat, nimirum ex ignorantia Scripturarum, & virtutis Dei. Scripturarum quidem, quia multæ de resurrectione loquuntur: & isti vel illas nõ legebant, vel nõ intelligebant. Circa virtutem Dei etiã errabant, quia etsi Scripturas legerent, & intelligerent ex illis significari resurrectionem, nõ credebãt tamen Scripturę propter resurrectionis difficultatem, quia nõ putabant esse potestatẽ, quæ sufficeret ad efficiendã resurrectionẽ.

Sadducæi cur resurrectionẽ negarent.

Atq; in hunc modũ intelligũt Origenes & Theophyl. Vel secũdò sensus est, quòd isti errabant in fundamento, putantes quòd etsi resurrectio sit futura, in illa quoque foret

Origen. Theophylact.

ret corpotum commixtio: qui error prouenit ex ignoraotia Scripturarum, quæ ponût aliam resurgentium conditionem: prouenit etiam ex virtute Dei ignorata, putabant enim qnòd homines non possent alio modo vinere, quàm nunc viuunt. Et hunc seosum optimè exprimit Eothymius his verbis: *Fallimini, vt qui non intelligitis Propheticas Scripturas, qua non talem, qualem vos suspicamini, docent resurrectionem: & veluti ignorantes virtutem Dei, qua mortuos resuscitare potest, sine prioribus habitibus & affectibus.* Hæc ille.

Euthym. c. 53. in Matth.

Quæ scripturę nouum futurę resurrectionis statum insinuent.

1. Cor. 15. & seq.

Origen. ibid. sub finem.

Solutio, sed infirma, ac improbabilis.

Dices; Quæ sunt illæ Scripturæ, quæ dicunt futuram conditionem resurrectionis aliam: nulla enim talis videtur extare; non enim Christus allegaret se ipsum tunc, vel Apostolum in priori ad Corinthios, cùm eiusmodi libri nondum essent editi. Origenes hoc loco sic scribit: *Queritur hic Saluator, qui dicit ad Sadduceos, Erratis nescientes Scripturas, neq; virtutem Dei. Indicat enim, quoniam in quibusdam scripturis positum est, vt in resurrectione nuptia non fiat, hominibus videlicet factis in similitudinem Angelorum. Qua ergò Scriptura est docens, quoniam in resurrectione neque nubunt, neq; vxores accipiunt? Et in qua Scriptura vel Legis, vel Prophetarum discimus, quoniam erunt, qui resurrexerint, sicut Angeli in cœlo? Manifeste enim in Veteri Testamento hoc non legitur scriptum, & querat qui vult, si poterit inuenire. Nos autem dicimus quia scriptum est, non tamen in ipsis sermonibus manifeste ista dicentibus, sed in mysterio indicantibus secundùm intellectum moralem. Nam cùm sit Lex vmbra futurorum bonorum, & dicens quedam de viris & vxoribus, & exponens nuptias, non principaliter de ipsis nuptijs intelligitur, quas non simpliciter secundùm carnem nuptias existimamus, sed de talibus nuptijs quales nos de Christo & Ecclesia exposuimus in seculo illo fore:* Et infra: *Nec inuenio alicubi scripturam dicentem, Sanctos post exitum fore sicut Angelos Dei: nisi fortè quis & hoc moraliter intelligat, secundùm illud quod dicitur: Tu autem ibis ad patres tuos cum pace nutritus in senecta bona; item, appositus est ad populum suum, aut, appositus est ad genus suum.* Sic ille sensit. Hæc autem non videntur satis solida: quia cùm Christus argueret côtra Sadducæos, ex Scripruris hoc posse colligi: & tamen Scriptura in sensu mystico non facit aliquod firmum argumentum: ex Scriptura ergò in seosu literali hoc elici poterat.

Heb. 10.

Gen 15. Infra 49.

In quo sensu Scriptura non facit solidum argumentum

Propterea diceodum est, quòd isti tam circa resurrectionem futuram, quàm circa conditionem resurgentium errabant. Et primus error ex istis proueniebat ex ignorantia Scripturæ, quæ illud abundè tradit. Secundus error procedebat ex ignorantia diuinæ virtutis: nam etsi Scripturæ apertè de ea re non loquantur, tameo non debebat credi hoc impossibile, si virtus & potestas Dei agnosceretur. Putabant enim Sadducæi solùm fieri posse quæ naturaliter, & quæ consuetè fiunt, ideò negabant quicquid non videtur oculis, quemadmodum nunc faciunt scioli, qui omnia inficiantur, quæ alij viderunt, vel sacris, aut alijs probatis traduntur historijs. Rationi namque est consonum, quòd cùm status resurgentium sit ad recipiendum pœnam, & præmiũ pro bonis & malis, vt illi qui in parte bonorum meliorem statum habituri sint quàm hic, atque adeò corpora exutis passionibus, & habitibus corporum modum seruent spiritualem. Cùm ergò ratio hoc suadeat, videtur ita esse futurũ, nisi desit potestas faciendi hoc: at potentia non deest, quia illa Dei infinita est. Ergò resurrectio futura erit ad conditionem spiritualem, quam qui negat, nõ credit Dei virturem esse poteotem ad hoc efficiendum. Et hic sensus videtur cæteris præstantior, illumque asserit Chrysostomus à B. Thoma in catena aurea citatus, his verbis: *Quod dixit, In resurrectione neque nubent, &c. retulit ad hoc qnod dixerat; Nescitis virtutem Dei. Quod ante dixit: Ego sum Deus Abraham, &c. ad illud quod dixerat: Nescitis Scripturas.* Sic ille.

Altera firmius solutio atque probabilior.

Duplex error Sadducæorum circa resurrectionem vnde proueniret.

Sadducæorum qui similes videantur.

Resurrectio cur futura.

Chrysost. in Matth. 10. 2.

Verba Græca habent, ὅτι γαμῶσι, ὅτι ἐκγαμίζονται, quæ magis generalia sunt, quàm verbum nostrum nubendi, quod apud oos propriè mulieribus conuenit respectu virorum. Verba tamen Græca generaliora sunt, & significant matrimonium contrahere, aut nuptijs copulari, quorũ vtrumq; perinde viris ac mulieribus commune est. Verbum autem secundùm Grecũ non passiuam significationẽ habet, vt Latina vox, Nubentur: habet enim naturalem, non actiuam significationem: nam secundùm actiuum significatum diceremus, parentes nubere suas proles, id est, nuptui tradere. Huius autem verbi passiui, quo hic vtitur Euangelista, actiuam significationem ponit Paulus, cùm ait: *Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, benè facit.* Vbi Græcè legitur ὁ ἐκγαμίζων, id est, nubẽs actiuè, siue matrimonio iungens. Nemo verò miretur, interpretem nostrum Latinum tribuisse viris verbum nubeodi: nam vt testis est Nõnius Marcellus, nubere apud antiquos verbum fuit, & viris, & fœminis commune, sicut & apud Græcos verbum γαμεῖν. Atque ita præsentis loci sensus erit. In resurrectione neq; matrimooia contrahent, neque nuptui tradentur. Quod conuenit libris respectu parentum: nubuntur etiam à parentibus, quádo eos nuptum elocant, aut nuptui tradũt.

Quare Christus dixerit: In resurrectione neque nubent, neque nubentur.

Nonnius Marcellus.

Nubere olim apud antiquos dicebantur tam viri, quam fęminę.

Quorsum id: In resurrectione neque nubent, neque nubentur.

Quantum ad sensum autem, Dominus dissoluit argumentum Sadducæorum, tollendo eorum fundamentum, scilicet in resurrectione negando vllam futurá sexuum commixtionem: ideò non recipiet quis ibi vxorem, quàm hic habuit, vel aliam. Et ita tolluntur absurda, & inconuenientia, quæ ex suo fundamento inferebant Sadducæi, scilicet quòd nesciretur, cuius esset illa vxor, & quòd licèt daretur vni, reliqui manerent sine vxoribus: quorum neutrum incõuenit, cùm nullus eorum vel antiquam, vel nouam sit habiturus vxorem. Apud Lucam hoc expressius dicitur, ait enim: *Filij huius seculi nubent* (sine ducunt vxores, vt Gręcè habetur) *& traduntur ad nuptias* (nempè à parentibus.) Et vocantur filij huius seculi homines omnes post peccatum: ante casum enim Adam dicitur Dei filius apud eundem Lucam. Ac proinde alia ratione quàm Luc. 16. vbi filij huius seculi homines tantùm mundo dediti, qui opponuntur filijs lucis, vocantur; hic verò vniuersi homines in hoc solo degentes. Quòd ob id à nobis annotatur, ne hinc aliquis colligat nuptias esse illicitas, vt aliqui hæretici asseruerunt. Illi verò qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores, neq; vltra mori poterunt. Quibus verbis Dominus statuit futurum seculum, quod pariter negabant Sadducæi, dicentes non esse resurrectionem. Illius autem seculi electi, sunt filij qui ad illud aspirant: quia non habent hic manentem ciuitatem, sed futuram inquitunt: quemadmodum filij huius seculi pręsenti seculo vacant, atq; in eo delectantur.

Luc. 20.

Filij huius seculi qui dicantur.

Supra 3.

Nuptias esse illicitas, quarum ratione quidam falsò asseruerunt.

Filij alterius seculi qui sint. *Heb. 13.*

Deinde aduerte, dici electos & pios dignos resurrectione ex mortuis: nã etsi boni & mali communem habeant resurrectionem, boni tamen procedẽt in resurrectionem vitæ, mali verò ac reprobi procedent in resurrectionem iudicij ad condemnationem. Quemadmodum Apostolus dixit: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Reproborum enim resurrectio propter perpetuam miseriam, mors potius dicenda est, quàm vita, vt Irenæus docet. Tertiò perpende in verbis Lucæ: *Neq; vltra mori poterunt*, ostendi, vt Euthymius ponderat, quòd nuptiæ propter mortem factæ sunt, dum loco mortuorum alij generãtur: vbi autem non est mors, iam neque nuptiæ sunt. Sic ille. Quartò considera, tam in verbis Matthæi, quàm in verbis Lucæ, in vita æterna, non tantùm non futurum actũ matrimonialem, qui solus est licit⁹, sed nec aliquam aliam sexuum cõmixtionem, cùm quælibet talis spirituali statui resurgẽtium repugnet: & negata illa, quę legitima est, & licita in statu coniugali, intelliguntur cæteræ omnes fornicariæ, & illicitæ multò magis negatæ. Quòd verò nulla sit futura commixtio corporum in vita æterna: etiamsi satis esset ad confirmãdum verbum Christi, ostendam tamẽ illud propter Cerinthum, & alios hæreticos, à quib. impurus ille Mahometus tam impurum dogma hausit, vt in eo constituerit beatitudinem. Omnis enim cõiunctio corporum, aut propter necessitatem est, aut propter voluptatem capiendam, sed horum nihil manebit; igitur nulla talis vel in beatis vel in damnatis erit. Quia nunc necessaria est eiusmodi corporum commixtio ad procreationem prolis pro conseruanda specie: nam cùm indiuiduum humanum corrumpatur, nõ potest in seipso perpetuari: opus est igitur generatione, ad quam refertur carnalis copulatio, vt successionẽ capiat in altero. Post resurrectionem verò viuẽtia omnia fient incorruptibilia; & ideò non erit necessaria generatio, cùm quilibet in seipso cõseruari possit. Hinc August. *Connubia*, inquit, *propter filios sunt; filij autem propter successionem, successio propter mortem. Vbi ergò mors non est, neque connubia.* Præterea autor operis imperfecti: *In hoc quidem seculo quia morimur, ideò nascimur: quia nascimur, ideò vxores ducimus; vt quod moriendo minuitur, nascendo suppleatur. Ibi autem moriendi necessitas tollitur, vbi & nascendi caussa soluta est.* Hæc ille. Quod etiam apud damnatos verum est: nam illi quoque erunt immortales. Deinde probatur, nullum vsum venereorum futurum propter voluptatem capiendam, tam in beatis, quàm damnatis. Nam in delectationibus Venereis beatitudinem posuit ex nostris Cherintus, vt testatur Augustinus libro de hæresibus, & ex externis Mahomet⁹ pseudopropheta nullam aliam promisit suis felicitatem, quàm quę ex sensuum gustus & tactus functionibus perciperetur. In beatis quidem primò non erit, quia esset aliquid inordinatum: nam venerea ad generationem referuntur à natura, tãquam ad finem suum. Cùm ergò finis cesset, nempe generatiò, profectò & id, quod ad finem est, cessabit, hoc est, vsus coniugij.

Electi & pij cur dicuntur digni resurrectione ex mortuis.

Ioan 5.

Matth. 25.

1. Cor. 15.

Iren. li. 2. c. 36.

Euthym. c. 58 in Matth.

Nuptiæ ad quid institutæ secundùm Euthymium.

In cœlo nullam futuram esse corporum cõmixtionem, multa ostenduntur.

Aduersus Cerinthum, summum hominis bonum in obscœna voluptate cõstituentem, atq; eius discipulũ Mahometum.

Autor oper. imperf. in Matt. ho. 42. to. 2 operum D. Chrysost.

Quod in beatis nullus erit vsus venereorum ob voluptatem capiendam, nec in damnatis.

Aug. num. 8. tom. 6 oper.

1. Ratio.

Deinde delectatio nõ est finis, ad quem actus generationis referendus sit, vel propter quem sit appetẽdus, sed est veluti caussa mouens, & impellens, ne omittatur generatio. Nam permixtio sexuum, est operatio materialis, & non fit nisi cum magna substãtiæ resolutione: vnde multa incommoda perpeti contingit coëuntes. Et proptereà homines eiusmodi amplexus non

Secunda à fine venereæ voluptatis.

appe-

appeterent, nisi natura inseruisset in eiusmodi sexuum permixtione magnam voluptatem, vt ad opus generationis summè necessarium omnia animalia feruenti conatu ferantur: quemadmodum etiam in cibo & potu sumendo, quo indiuiduum seruatur, natura voluptatem maiorem constituit, quàm in alijs. Ergò non constituetur delectatio tanquam finis: quia in melioribus actionibus constitueretur maior delectatio; quod falsum est. Ideò constituitur tantùm vt irritamentum, vel caussa impellens ad generationem, vt conseruetur natura. Cum ergò cessabit finis generandi, nõ erit ampliùs caussa voluptatis; & ob id nec ipsa voluptas manente illo statu incorruptionis. Ibi etiamsi cõiungerentur inuicem homines, esse non posset talis delectatio, quia esset ibi aliqua resolutio, decisio, & deperditio substantiæ incorruptioni repugnãs. Tertiò, quia ad venerea allicit, ac impellit concupiscentia: quæ in beatis nulla erit, sicut nec vlla carnis titillatio eam efficiens. Quartò, quia venerea quamdiu durant, tollũt operationem intellectus: nam vt docet Aristot. in Ethicis, nemo potest in ipsa quicquam intelligere: ideò tolleret operationem intellectus, in qua consistit beatitudo: quod maximum esset inconueniens: quare nec venereæ delectationes ibi erunt. Quòd si admittas, delectationes ibi esse, sed non quæ absorbeant intellectum, neque tollant eius operationem, vt modò, iam non appetentur. Nam cessare omnem actum intellectus ad præsentiam venereorum, fit ex voluptatis superabundantia. Nam regula hæc est Aristotelis in Ethicis, vt maior delectatio simul habita non permittat percipere minorem, si multum excedat. Si ergò non absorbeant, neque priuent operationes intellectus in vita æterna, non appetentur vt hic. Quintò eiusmodi voluptates, quæ in generatione percipiuntur, non habent vim maximam delectandi; ideò non est in eas, vt in finem tendendum. Quia qui eas appetit, in ratione delectabilis illas sibi tanquam finem constituit: quod rationi omnia ad id, quod optimum est referenti repugnat. Ideò non posset beatus concupiscere tales voluptates, quia iam illis tanquam fine frueretur, non referendo eas ad alterum; ac proinde peccaret, nec esset beatus: quorum vtrumque falsum est. Qui enim semel beatus est, à beatitudine cadere non potest, neq; peccare. Sextò, delectationes, quæ sensibus percipiuntur, magnæ non sunt, nisi per errorem: nam vulgares homines, qui alias delectationes meliores nõ cognoscunt, illas in magno pretio habent. Et tamen Aristoteles in libris Ethicorum ostendit illas esse paruas, & admixtas doloribus, etiam in videndo & audiẽdo; nec appetuntur nisi ob sopiendas tristitias naturæ rodentis, & malæ compositæ; & quia aliæ meliores ignorantur. Aliæ etiam sensuum functiones, quia referuntur ad cognitionem, & nõ appetuntur propter se, vt venerea oblectamenta possunt in beatis manere, quia manent eorum obiecta. In damnatis etiam, cùm sint sicut beati, immortales & incorruptibiles, nõ possunt esse mutationes, vel resolutiones, quę habent vim corrumpendi: quales sunt in Venereis. Delectationes etiam medicinæ quædam sunt ad tristitias pellendas; at pęna damnatorum nõ potest tolli etiam per actum generationis, cùm pœna illa in immensum voluptatem excedat. Præterea non est in dæmonibus titillatio, vel concupiscentia ad illas delectationes: & quia animæ torquentur à dæmonibus, non permittuntur agere quæ volunt. Et ita colligimus, quòd à resurrectione, neque nubent, neq; nubentur, nec erit vsus permixtionis corporum.

Subdit Dominus: *Sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo.* Verbum, *in cœlo*, iũgi potest cum verbo, *erunt*, nimirum, Beati erunt in cœlo sicut sunt Angeli: vel potest iungi cum voce Angeli, vt sit sensus, beatos fore eo modo, quo Angeli Dei sunt in cœlo: & ita indicat Marcus. Hoc autem de solis iustis dicit, quod deinceps quasi Angeli erũt, quantum ad affectionum, & voluptatum carentiam, videlicet non nubentes, ac incorruptibiles, neque habẽtes actus corporis imperfectos, nec procliues ad Venerem. Secus verò eunnchi, qui seipsos modò castrauerũt propter regnum cœlorum, quorum sanctitati & perfectioni non repugnat magnis carnis molestijs affici, atque perturbari, modò fortiter dimicando vincant. Insinuatur etiam, Angelis amicam esse castitatem, atque illis qui eam profitentur, propitios esse, & fautores. Cõsultò etiam Dominus Angelorum meminit, vt eos statueret contra dogma Sadducæorum insanum, qui illos negabant, vt in Actis refert Lucas. Hęc paulò aliter habentur apud ipsum Lucam, ait enim: *Aequales enim Angelis sunt, & filij sunt Dei, cùm sint filij resurrectionis.* Intellige Angelis æquales, quantum ad cõditionem incorruptionis, & immortalitatis, quam homines habebunt ex gratia. Angeli etiam omnes simul fuerunt creati; ideò in eis nõ est opus nuptijs ad propagationem. Similiter etiam filij Dei, quos filios resurrectionis vocat, simul etiam suscitabuntur,

Margin notes:

III. Ratio.

IV. Ratio.

Arist. lib. 7. Ethic. c. 15.

Ad illud quod obijcitur: Voluptates esse poterunt in beatis, quæ nequaquam impediant intellectum.

Aristot. 10. Ethic.

Maior delectatio minorẽ absorbeat, quãdo secundum Philosophum.

V. Ratio.

Rationis officium.

VI. Ratio.

Arist lib. 9. Ethic.

Quæ sensuum functiones poterunt etiam in beatis remanere.

Delectationes præsertim venereæ in damnatis, cur erũt nullæ.

Homines beati vt erũt sicut Angeli Dei in cœlo, & quare hoc dixit Dominus.

Marc. 12.

Matth. 19.

Angeli castitatem amãt, eiusq; cultores singulariter protegunt atque custodiunt.

Act. 23.

Luc. 20.

Electi in cœlo quomodo erunt Angelis æquales.

Potestatis secularis, & Ecclesiasticæ iura esse distincta.

Tertiò edocemur, iura vtriusque potestatis,& secularis, & Ecclesiasticæ distincta esse. Debet ergo Cæsar vel Rex, si est Christianus, contentus esse sua iurisdictione, & non mittere falcem in messem alienam, nec velle incensum offerre, vt Ozias, vel definire res fidei, quod est Pontificis: nec contra Sacerdos, relicto grege suo, debet sibi potestatem laicam vsurpare, aut in aulis, vel in bellis, aut in negotijs mundi seruire. Nemo enim militans Deo ait Apostolus, implicat se negotijs secularibus; vt ei placeat cui se probauit. Principes etiam laici debent cauere, ne Episcopos ad profana munera asciscant, ne à pascendis gregibus suis, & propulsandis Hæreticis, & ministrandis Sacramentis, & populo suo exhibenda præsentia impediantur. Studeamus igitur, vt omnibus omnia debita persoluamus, non tantum Deo, & Principi, sed etiam quæ proximo debemus, & nobis ipsis: sed in primis debemus Deo amorem, vt parenti; honorem; vt summo, & excellenti Enti; obedientiam, vt domino, timorem, vt iusto iudici, & punire valenti, tremorem, gratiarum actionem, vt benefico; fiduciam, vt misericordi; fidem, vt primæ veritati; iuramentum, vt testi, qui falli nequit, nec fallere; inuocationem, & preces, vt omnium largitori, ac dispensatori. Debemus illi decimas & primitias in Sacerdotibus; vt bonorum omnium conditori, & seruatori; eleemosynam in paupere, vt mendico petenti; vitam, & sanguinem illi, qui diuinum sanguinem pro nobis fudit. Debemus etiam Regibus, & principibus honorem; obedientiam, timorem, & tributa: nobis verò, qui corpore, & spiritu constamus, vt corpori indies debita pendimus, ita & quæ spiritu debentur, à nobis essent serio persoluenda; vt ita iustitiæ cultores inueniamur, & verbo huic obtemperemus, quod dixit Dominus noster Iesus Christus, quem vnà cum Patre, ac Spiritu sancto summis honoribus prosequi debemus in sempiternũ, Amen.

2 Petr 26.

2. Tim. 2.

Quid, & quantum Deo debeamus.

Regibus & Nobis quid pendendum.

TRACTATVS LX.

De disceptatione Domini cum Sadducæis proponentibus quæstionem de muliere, quæ septem viris nupserat, cui in resurrectione sit tradenda: Et habetur apud Matthæum, cap. 22. Marc. 12. Luc. 20. Matthæus ita exorditur historiã hanc. *In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem: & interrogauerunt eum, dicentes, Magister, Moyses dixit, Si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & suscitet semẽ fratri suo. Erant autem apud nos septẽ fratres: & primus vxore ducta defunctus est, & non habens semen, reliquit vxorem suam fratri suo: similiter secundus, & tertius vsque ad septimum, &c.*

Quales Iudæi nouas semper quæstionibus Christum importunè pulsantes.

QVEMADMODVM de Hercule fabulantur Poëtæ, quòd vno Capite Hydræ Lerneæ reciso, alia septem orirentur, ita vt nullus esset finis congressus: ita cum Dominus Iesus multis disputationibus cum aduersarijs habitis, semperque victor triumphum de illis egisset, noua bella, nouosque conflictus hostes eius, quasi multa renascentia capita Hydræ, subindè reparabant. Vides paulò superiùs summos Pontifices cum Scribis, & Pontificibus de potestate prædicandi disputantes ab eo conuictos fuisse. Vidisti postea discipulos Pharisæorum cum Herodianis interrogantes de censu dando Cæsari, plenè confusos abijsse. Iam Sadducæi (quibus cum Pharisæis nihil erat commercij, quod attinet ad dogmata; negabant enim resurrectionem, spiritum, & Angelum, ac proinde futuram vitam) studio confundendi Dominum inflammati eum adoriuntur; vt qui Euangelium, id est, vnicam, ac salutarem doctrinam disseminabat, omnes omnium errores refelleret, atquè conuinceret, Ait ergo Matthæus: *In illo die.* Scilicet quo præcedens quæstio habita est, nempè tertia die à Dominica palmarum. *Accesserunt ad eum Sadducæi*: Nimirum ad Dominum præsentibus turbis, vt in fine disputationis dicitur. Sadducæi verò, etsi placitis, & sententijs longè à Pharisæorum dogmatis discreparent: in vno tamen Christo confutando, & reprehendendo conueniebant. Nam peculiariter Pharisæorum vitia reprehendebat, & resurrectionem contra Sadducæos statuebat. Paulus autem cum in Actibus dixisset se Pharisæum; filium Pharisæorum, & de resurrectione mortuorum iudicari, non erant à Paulo offensi; ideo contra eum cum Sadducæis non fuêre coniuncti, sicut hic fuerunt contra Dominum. Hinc quod scribæ quidam responsum Domini probarunt; vt Lucas refert, dicentes;

Matth. 21.

Infra 22. Sadducæi cum Pharisæis in quo minimè cõsentiebant.

Act. 23.

Quando Sadducæi interrogauerunt Dominũ de muliere septies nupta.

In quo illi cũ Pharisæis conueniebant tummodo.

Actor 23.

Luc. 20.

Magi-

ogma Saddu-
cæorum | quod nam fuit.

Magister bene dixisti, fortassis erant Pharisæi. Hi ergo Sadducæi resurrectionem negabant, à sensu, qui hoc non capit, & Satana decepti, & putantes animam cum corpore interire, & corrumpi, quia sanguinem, vel cerebrum, vel vim materialem vegetantem arbitrabantur esse, vel saltem mollem aerem, vt in Sapientia describuntur impij cogitare: & hoc quia sacra Genesis vocat animam spiraculum vitæ, id est, flatum. Lucas enim asserit, Sadducæos negasse Angelum,& spiritum, id est, animam ratione præditam, vnde ibidem dicitur; *Quid si spiritus locutus est ei, aut Angelus?* Vbi spiritus pro anima accipitur: quia non excusaretur, si dæmon ei esset locutus. Si etiam admitterent animam separatam, concederent etiam præmium, & pœnas, & Angelos, quia eos negabant, & non nisi corpus eos esse putabant. Non erat autem hic articulus de resurrectione mortuorum inter Iudæos definitus, quasi contra legem existeret; alioqui Sadducæi punirentur vt Hæretici, si colligens ligna in Sabbato, erat lapidationis reus. Et tamen Sadducæi, vt nomen ipsum indicat, iusti habebantur, nec erant, vt Samaritani, alienigenæ, sed eiusdem generis & gentis, secundùm Iosephum, qui morabantur cum Iudæis, & in templo eodem cum alijs versabantur, cùm Samaritani versarentur tantùm in monte Garizim. Hinc Pharisæi resurrectionem, vt opinionem, non vt fidem amplectebantur: quia Scripturæ de illa loquentes, vt Iob, Ezechiel, & Daniel, à Sadducæis quidem non recipiebantur; Pharisæi vero putabant posse aliũ sensum recipere, sicut illud: Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem: & ne nunc quidem Iudæi habent certam de resurrectione sententiam. Deinde difficile erat illud statum alterius vitæ describere: hinc errabant, non secus atque Poetæ, dicentes bonas animas vltra Oceanum in loco delectabili & amœno collocãdas, malas verò in alio loco remoto, atque incommodo statuendas: vt docet Iosephus libro de bello Iudaico, agens de tribus sectis Iudæorum. Vbi Sadducæos docet non posuisse honores, neque pœnas animarum post mortem, & ita Iosephus tradit non fuisse Iudæis maiorem evidentiam de resurrectione corporum, & præmijs bonorum, & malorum supplicijs post mortem, quam erat de his apud Poëtas, vel Sapientes Græcorum. Erat enim parua Iudæorum cognitio, qui Messiam suum purum hominem futurum existimabant. Et vident Sadducæi dogmata Epicureorum secta... quemadmodum Esseni & Pharisæi Platonem, & Pythagoram. Quamquam autem Sadducæi, negantes animam post corpus manere, etiam particularem resurrectionem ad vitam mortalem negare deberent, quia possent dicere aliam animam in illis à Christo suscitatis, vel olim suscitatis ab Helia & Helisæo genitam fuisse; hic tamen de generali resurrectione ad vitam immortalem interrogant. Tum quia casus propositus de septem fratribus, & vna eorum vxore, cuius erit vxor in statu resurgentium, videntur ponere ex dictis Christi, & Pharisæorum, futuram vniuersalem resurrectionem, in qua omnes tam viri, quàm fœminæ resurgent.

Sadducæi qui negarent esse spiritum.
Sapient. 2.
Genes. 2.

Pharisæi qua... resurrectionem mor... tuorum asse... rerent.

Num. 15.
Quales essent Sadducæi.

Ioseph lib 2. de bell Iuda. cap. 7.
Cur Sadducæi resurrectione negarent.

Iob 19.
Ezech. 37. & 39.
Daniel 12.
Psal. 112.

Poetæ de animorum immortalitate quid senserint.
Ioseph. ibid.

Sadducæi cuius sectæ videantur fuisse. De qua resurrectione Sadducæi sermo...

nem habea... in mulieres exemplo septem iuxta. 3. Reg. 17. 4. Reg. 4.

Vnde probetur de generali resurrectione sermonem fieri.

II. Ratio.

Deindè si esset sermo de particulari, etsi suscitaretur mulier, certè non suscitarentur fratres, qui fuerant viri illius; & ita non esset difficultas circa coniugium, sed posset transire ad alia noua vota. Quod si aliquis illorum ad nouam vitam suscitaretur, non statim suscitarentur omnes; & ita non haberet locum dubitatio Sadducæorum ponentium omnes fratres suscitatos.

III. Ratio.

Matth 22.

Præterea Dominus dixit; *In resurrectione neque nubent, neque nubentur; sed sunt sicut Angeli Dei in cœlo*, id est, viuunt spiritualiter; & tamen in suscitatione, qua quidam ad hanc vitam reuocantur, & nubunt, & nubuntur, & non sunt sicut Angeli Dei, sed manducant, & bibunt, ac postea moriuntur. Et si de particulari esset sermo Sadducæorum, non egeret Christus aliqua probatione ex Scripturis, sed suscitasset coram eis mortuum aliquem, & fuisset probatio apertior. Ideò statuendum est, Sadducæos de vniuersali resurrectione potissimùm dubitasse, quia vniuersalis erat, & ad vitam spiritualem instituta; & quia corporea omnino aliena erant ad suscipiendam animam: nam de particulari mortuo statim suscitato, vt puella Archisynagogi, & filio viduæ, & Lazaro quatriduano, etiam fœtenti, dubitaret magis Martha. At id maximum, & admiratione dignissimum, quòd corpora omnino à naturali dispositione alienata, & in cineres, & pulueres resoluta, & ex illis in prima elementa conuersa, possint iterum vniri, & animæ suæ coniungi; maximè cum corpora hominum deuorata sint sæpenumero.

Luc 8
Supra 7.
Ioan. 11.

Sed iam illud pulchrum est: Si Sadducæi resurrectionem, & animæ immortalitatem negabãt, quo præmio excitabãtur ad virtutem colendam, & opera iustitiæ præstan-

Quomodo cum Sadducæi animi immortalitatem, et... resurrectionem negarent ad ... num pos... ent impelli.

præstanda? quia ablata spe resurrectionis mortuorum, nullum videtur esse boni operis incitamentum. Vnde Paulus: *Si mortui non resurgent: neque Christus resurrexit, &c. Si in hac vita tantùm, in Christo sperantes sumus; miserabiliores sumus omnibus hominibus.* Et rursus: Si; (secundum hominem) *ad bestias pugnaui Ephesi; quid mihi prodest, si mortui non resurgunt?* Et Autor operis Imperfecti hoc loco: *Videns itaque* (diabolus scicet) *quia notitiam Dei omnino extinguere non potuit, aliam adinuentionem excogitauit erroris; vt etsi cognoscatur Deus virtutum, tamen nullus obediat præceptis eius. Quid ergo? Introduxit hæresim Sadducæorum, qui dicerent non esse resurrectionem mortuorum. Quæ res omnium propositum faciendæ iustitiæ frangit. Nam in omni re, aut actu, siue corporali, siue spirituali, agendi virtus spes est præmij futuri. Qui enim arat, arat vt metat. Qui pugnat; pugnat vt vincat. Nam cùm sit ita difficile in hoc mundo seruare iustitiæ sanctitatem; quis contentus esset aduersus seipsum quotidie luctamina exercere, nisi ad spem aspiceret resurrectionis? Tolle ergo spem resurrectionis, & soluta est tota obseruantia pietatis.* Hæc ille. Dicendum est, nihil esse, quod magis à malo arceat, & ad bonnm impellat, quàm spem resurrectionis, & immortalitatis, futuræque vitæ gaudia, aut æterna, quæ malos manens supplicia. Vnde vel Gentiles, qui vel de resurrectione nihil certi habebant, finxerunt futuram esse vitam quietam, & omni felicitate refertam, ad qnam boni & iusti essent peruenturi, improbis verò tormenta, & supplicia imminere perpetua. Ita enim Cicero in libr. de somnio Scipionis, atque lib. de senectute sub finem, definire videtur, & Virgilius in 6. Æneidos, atque alij Poëtæ, vt homines ad virtutem colendam impellerent. Vnde Iosephus libro de bello Iudaico landat sapientes Græcorum, qnòd illa ob eam causam continxerint. Et Ouidius de Pythagora scribit, hoc fuisse introductum ad incutiẽdum hominibus terrorem: quem sic ille loquentem introducit:

O genus attonitum gelidæ formidine mortis;
Quid Styga, quid tenebras, quid nomina vana timetis.
Materiem vatum falsiq; pericula mundi?

Quidam etiam alius Satyricus hæc ipsa intentata supplicia irridens, ait:

Esse aliquos manes, & subterranea regna,
Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lauantur.

Et tamen isti pntantes se falsum dicere, verum dixerunt, ponentes animas immortales, & gaudia, & pœnas post mortem. Sadducæi igitur licet non sperarent resurrectionem, excitabantur tamen ad præstandum bonnm, & cauendum malum, spe præsentis boni, & timore præsentis mali: ad quod etiam ipsa lex Moysi incitabat. Vnde liber Leuitici, ac Deuteronomij interdum vniuersa mala præsentia transgressoribus legis comminatur; & vniuersa bona præsentia seruantibus pollicetur. Esaias quoque: *Si volueritis,* inquit, *& audieritis me; bona terræ comedetis.* Et statim subdit: *Quòd si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos.* Etsi ergo præsentia bona vim non præstent ad tanta mala á mundo sustinenda, & ad proprias voluptates, & cupiditates reprimendas, & ad illam perfectionem præstandam, quam Euangelium exigit: vnde æterna præmia, vel supplicia Dominus frequenter inculcat; ad seruandam tamen legem Mosaicam, satis erant præsentia bona, quæ Dominus illis pollicitus est, non tamen ad Euangelium seruandnm. Vt rectè dixerit Apostolus, Christianos miserabiliores esse omnibus hominibus, si in hac vita tantùm spem suam collocarent.

Quòd verò Sadducæi negarent Angelos, de quibus frequens est mentio in Genesi, & in Pentateucho: dicendum est, Sadducæos per Angelos intellexisse Dei nuntios, vt nomen ipsum Græcum significat, sicut & apud Hebræos vox Malach; & ita concederent Sadducæi Angelos; id est, homines à Deo missos, & alijs hominibus incognitos; non tamen Angelos, qui essent puri spiritus. Vel dicerent, Angelos, si homines non significarent, nec etiam puros spiritus, sed substantias quasdam corporeas ratione præditas, & corpora subtiliora habentes: vnde nonnisi sumpta forma corporea apparebant, & manducauerunt, & biberunt cum Abraham, & Loth; & Angelus quidam luctabatur cum Iacob. Et ita non putabant esse puros spiritus. Nam si Philosophi aliqui, vt Apuleius, & alij Platonici dixerunt, Angelos esse animalia corporea aeria, mente rationalia; idem etiam putare poterant rudiores Sadducæi.

Quòd vero negarent spiritum, id est, vel animam separatam, vel dæmonem, mirum non est: quia Spiritus Domini, de quo Genesis, erat Spiritus sanctus, vel, vt alij volunt, ventus. Spiritus desiccans aquas ventus erat; & rursus cùm dicitur: *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum,* & infrà dicitur: *In quibus spiraculum vitæ est in terra,* in his omnibus locis spiritus pro

anima

1. Cor. 15. *Ibidem.* *Autor Oper. Imperfect. in Matth. hom. 42. tom. 2. operũ B. Chrysost.* Diaboli astus, & inuidia. In omni re, aut actu, siue corporali, siue spirituali, agẽdi virtus spes est præmij futuri. Spem resurrectionis tollere, quid sit. Spei resurrectionis, & immortalitatis ad studium pietatis quanta vis. *M. Tullius.* *Virgilius.* *Ioseph lib. 2. de Bel. Iudai. cap. 10.* *Ouid lib. 15. Metamorph. iuxta finẽ.* *Iuuena. Saty. 2 prope finem.* Sadducæi vnde mouerentur ad bonum. *Leuit. 26. & seq. Deut. 28 & 29 & seq. Esai. 1.* Ad obseruantiam legis Mosaicæ quæ præmia sufficiant. *1. Cor. 15.* *Actor. 23.* Vnde Sadducæi tam præter hallucinati sint, vt dicerent non esse Angelos. *Gen. 18. Infr. 19. Infr. 32.* Apuleius, & cæteri Philosophi, præsertim Platonici, de Angelis quid sense rint. Vnde factum sit, vt Sadducæi negauerint spiritum esse. *Act. 23. Gen. 6. Infr. 8. Suprà 6.*

anima coniuncta corpori significatur. Sicut cùm dicitur: *Auferam de spiritu tuo*, pro inspiratione accipitur ad prophetādum, quæ accidens est, & non substantia. Et ita in Pētateucho nihil poterat Sadduceos cōstringere ad accipiendam vocem Spiritus pro substantia spirituali, & separata.

Quare Sadducæi recipeterent solos quinque libros Moysi, & non alios.

Sadducæi autem non recipiebant nisi quinque libros Moysi, quemadmodum & Samaritani, quia in libris Moysi continebatur tota lex, quam obseruare cogebantur: ita vt non seruaotes, veri Iudæi non haberentur. Cæteri tamen libri, qui nunc in Canone sunt, certi erant, & repositi inter libros sacros, & semper custoditi, vt de illorum fide nulla esse posset ambiguitas: vt docet August. libr. de ciuitate Dei. Nunc autem sicut Iudæi certum canonem habēt librorum Veteris Testamenti, ita & nos: de quo lege Hieronymum in prologo galeato. Samaritani verò non recipiebant alios libros, quàm quinque Moysi: nō quòd eo tempore, quo ipsi missi sunt ad colendā terram decem tribuum, non essent alij libri scripti præter illos quinque, quia erant nonnulli alij, sed quia, vt legitur in quarto Regum volumine, cùm Gentiles illi terrā decem tribuum colentes, ritus suos profanos retinerent, & Deum Israël non colerent; ob id misit Deus Leones, qui lacerarunt illos, & intellexerunt Gentes, idcircò illis hoc euenisse: quod cùm Regi Assyriorum innotuisset, præcepit vt vnum de Sacerdotibus captiuis secum haberent, qui ritum colendi Dominū eos doceret. Cùm autem cæremoniæ diuini cultus in quinq; libris Moysi contineantur, ideò Sacerdos ille non reliquit eis alios libros, prēter illos Moysis. Posteà verò reliquos libros recipere noluerunt ob odium antiquum, quo Israëlitas redeuntes ab ædificatione impedire voluerunt, & propter templum in monte Garizim erectum, in quo, & non in Ierusalem dicebant esse adorandum.

Aug. lib. 15. de ciuit. Dei, c. 23. tom. 2.

Hieron to. 3. Samaritani cur solos quinque Moysi reciperēt libros.

4. Reg. 17.

1. Esd. 4. & 9. & 2. Esd. 6. Ioan. 4.

Et interrogauerunt eum dicentes. Hæc interrogatio non est simplici animo facta ad discendum, sed animo tentandi, & explorādi, non quidem vt eum proderent, quemadmodum Pharisæi, sed vt ostentarent scientiam, & confunderent Dominum. Nam si tantū discendi gratia interrogassent, non diceret Dominus. *Erratis nescientes Scripturas, neque virtutem Dei*, nec diceret Euangelium silentium eis esse impositum; nec Lucas diceret: *Amplius non audebant eum quicquam interrogare*. Interrogant autem potius Sadducæi de resurrectione, quia ipsi volebāt gloriam captare, Christum disputatione superando; & circa hoc se putabant habere firmius argumentum, quàm in alia materia & quia hanc nominatim sententiam sustinebant aduersus Pharisęos; & Christus frequenter contra eam solebat disserere: ideò vt eā tuerentur, voluerunt de ea argumentum formare, quò si Christum vicissent, viderentur Pharisæos aduersarios suos quoque superasse. Ad hæc cùm vidissent Christum Pharisæos tentantes de Censu Cæsari dando à se confutatos recessisse, cogitabāt fortassis Christum indignatione commotum contra Pharisæos velle asserere, & negare resurrectionem, vt ipsimet Sadducæi negabant: qui etsi spiritum & Angelum negarent, potiùs tamen quæsierunt de resurrectione, quàm de Angelis, vel spiritibus. Nam resurrectionē sæpè prædicabat, cùm diceret: *Appropinquauit regnum cælorum*, & Apostolis illud præciperet prædicare: regnū autem cælorum est post resurrectionem: de Angelis verò, vel spiritibus rarò Dominus loquebatur ad populum. Deinde maior contentio erat de resurrectione: quia magis curant homines de eo, quod ad ipsos spectat, qualis est resurrectio corporū, in qua totum hominis bonum, in quod tēdit, situm est: esse autem Angelos, vel spiritus, parum curant, ad quos etiam negādos non ita validum argumentum suppetebat, atque ad resurrectionem subuertendam. Postremò declarata resurrectionis quæstione, declarantur & aliæ duæ: quia si resurrectio est, necesse est manere animā corpore solutā, quæ debeat corpore coniungi. Soluitur etiam quæstio de Angelis, quos propterea negabant Sadducæi, vt diximus, quia Angeli sunt puri spiritus, & putabant ipsi quòd non posset esse aliqua substantia purè spiritualis. Quòd si resurrectio est, ergo anima separata est, & spiritus est, & substantia incorporea est; ac ob id Angelus esse potest. Et tamen si concedatur, Angelum esse vel spiritum, non sequitur resurrectionem esse, quia multi Philosophi ponunt animas separatas manere incorruptas; qui tamen negant resurrectionem.

Non animo discendi Sadducæi interrogauerunt de resurrectione mortuorum.

Matth. 22.

Luc. 20. Cur potiùs de resurrectione, quàm de alia interrogarint.

Act. 23. Cur Sadducæi potius quæsierint de resurrectione, quā de Angelo, vel spiritu.

Matth 4. Infra 10. Luc. 10.

II. Ratio.

III. Ratio.

Magister, Moyses dixit, Si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Quasi dicat, semen à viro mortuo susceptum viuificet, nō secùs, quàm Sol granum mortuum secundùm vulgarem modum cogitandi: nam reuera semen non viuificatur per semē, quia formari nequit, sed potiùs ipsum format. Dici etiam potest, semen accipi pro filio, vnde semen mulieris, & semen Abrahæ, quia ex semine prodeunt. Seruiebat autem ista seminis suscitatio ad mortui consolationem.

Deut. 25.

Quid sit suscitatio seminis.

Alter sensus. Gen. 3. Infra 17. & 22.

Hæc suscitatio seminis ad quid valeat. tionem. Nam habentes filios, felices habebantur. Vnde Rebeccæ dicitur: *Crescas in mille millia;* & rursum ait Lia: *Beatam me dicent omnes mulieres,* ob filium susceptũ à viro suo ex Zelpha ancilla sua: & Rachel dicebat viro suo: *Da mihi liberos, alioquin moriar.* Relinquebant etiam in filijs nomen, & famam suam: vnde Saul Dauidem rogabat, ne deleret nomen suum. Vt ergò esset successio in hæreditate, & linea defuncti, quãtum ad nomen, continuaretur, erat hęc lex suscitandi seminis, ita vt suscitans non gigneret sibi filios, vt Onan non cognoscebat Thamar, ne filium suscitaret fratri suo Her: & cognatus Booz noluit cognoscere Ruth Moabitidem. Reuera ergò manebat nomen, & opinione habebatur filius; ob quã caussam, non obstante zelotypia, supponebant ancillas maritis, ex quibus filios susciperent. Et ob id fiebant etiam apud Gentiles ante legem, vt constat ex sacra Genesi. Et idcircò concessum fuit Iudæis diuortiũ, sicut datus est Rex, vsura permissa, & vxorum multitudo tolerata, quia imperfecti, & illis assueti, & habentes exempla à Gentilibus. Nam Iudæi prorsus legem omisissent, nisi in his, quæ libertatis erant aliquid concederet. In cultu autem Dei falso, non permisit vt Gentes imitarentur, vt in Deuteronomio perscribitur, vbi omnia spectantia ad deorum cultum iubet subuerti. Etsi autem Gentes ab initio suscitationem seminis impensè desiderarent; Gẽtiles tamen postea, & zelotypi non ita nomen curantes, potiùs cauerunt ne vxores secundò nuberent, & magis concupierunt vt manerent in perpetua viduitate, adeò vt gloriæ & decori duceretur fœminam secũdò non nubere. Vnde Dido secundas nuptias cogitans, dixit apud Poëtam, culpam vocans:

Si non pertæsum thalami, tedæq; fuisset,
Huic vni forsan potui succumbere culpæ.

In Nono verò Testamento lex suscitandi seminis non est cõueniens: quia huiusmodi suscitatio seminis repugnat ex parte fidei & spei certæ resurrectionis, vt non opus sit conseruari nomen in filio. Hinc Apostolus inquit: *Consolamini inuicem in verbis istis;* & rursus: *Nolumus vos ignorare fratres, de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent,* scilicet de resurrectione. Nam qui vult suscitari sibi semen, desiderat in filio viuere; at nos non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, vt non opus sit conseruari in filio, de quo dicitur, *Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se.* Non erat etiam in Nouo Testamento illa opinio hominum, vt curarent de nomine suo per suscitationem seminis tuendo, neque in optimis legibus Gentilium, quales erant leges Romanorum, tale quid mandabatur. Non conuenit etiam suscitatio seminis honestati graduum matrimonij: nam contingeret coniugia fieri in primo gradu affinitatis, vel saltem eundem virum habere duas sorores simul in vxores, vbi contingeret alterius illarum virum absque semine defunctum esse, neq; extatealium, qui possit suscitare semen. Frater autem directè lege tenebatur semen suscitare, sed poterat cognatus alius suscitare, alio cedente, vt habes in libro Ruth. Et habens vxorem debebat suscitare, quia licita pluralitas tunc erat, aliàs raro suscitaretur semen: & Booz laudauit Ruth, quòd nõ sit secuta iuuenes, ex quo videtur vxoratus fuisse. Septimus etiam frater non videtur expectasse ante matrimonium mortem sexti. Et hæc pauca de suscitatione seminis sint dicta. Ex hac autem lege, quam Moyses superapposuit, benè considerata, multæ soluuntur in Scriptura quęstiones, quòd alij sint partes secundùm legem, alij secundùm naturam, & tamen vtriq; veri Patres. Hinc Ioseph sponsus Mariæ Virginis duos habuit patres, alterum secundùm carnem, qui dicitur Iacob, alterum secundùm legem, qui nuncupatur Heli: ex cuius rei con sideratione dissonãtia Euangelica cõciliatur, vt suo loco fuit dictum.

Erant autem apud nos septem fratres. De his enim, & non de cognatis lex Deuteronomij loquitur, quam tantùm recipiebant Sadducæi, & fratres tantùm obligatur. Et factum hoc contingere potuit, vt de Sara Tobiæ, quæ septem viris nupsit, & de Samaritana, quæ quinque habuerat viros præter eum, quem tũc habebat. Martialis meminit cuiusdam Gallæ, quæ septem viris nupserat, ait enim:

Funera post septem, nupsit tibi Galla virorum,
Picentine: sequi vult, puto, Galla, viros

Et de altera:

Inscripsit tumulo septem celebrata virorum
Se fecisse Cloe: quid pote simplicius?

Ideò valet argumentum, licèt fortè non acciderit de septem fratribus sine semine: sed non constat. Et non ponunt decem, vel plures, quia non esset verisimilis historia. Quanquam Hieronymus ad Gerũtiam testetur virum quẽdam suo tempore Romæ vixisse, qui viginti sepelisset vxores, alteram, quæ vigesimum secundum habuisset maritum, matrimonio copulatos, & summam omnium fuisse expectationem quis

quem

Marginalia (left): Gen. 24. / Infra 30. / Ibidem. / 1 Reg 24. / Cur hęc lex de semine suscitando data fuerit Iudæis: & an gentes illam haberẽt. / Gen. 38. / Ruth 4. / Iudæis olim quæ permissa. / Ibidem. / Deut. 24. / 1. Reg 8. & seq. / Deut. 28. / Deut. 12. / Suscitationẽ seminis qui negligerent. / Virg. 4. Æn. initio. / Cur lex suscitandi seminis ad Nouum nõ pertinet Testamentum. / 1. Thess. 4. / Ibidem. / Heb. 13. / Eccl. 30. / II. Ratio.

Marginalia (right): III. Ratio. Optimæ leges Gentilium c... tant leges Romanorum. / Ruth 4. / Supra 4. / Mosaicæ legis suscitandi & ... recta intelligentia quid conferat. / Matth. 1. / Luc 3. / Lib. 1. / Deut. 25. Ad quos tantùm lex spectaret seminis suscitandi. / Tob. 3. / Ioan. 4. / Martial. lib. 9 epigram. / Quare Sadducæi de septem fratribus tantum petierint non pluribus vel paucioribus. / Hieron.

...rid cuiusdam mulieris tã prodigiosa incontinentia.

quem prior efferret, & vicisse tandem maritum. Nec ponunt duos tantùm, quia etsi idem sit neruus argumenti, impetiti tamen magis ex multitudine turbantur: & maius inconueniens videtur, quòd sex viri maneant incôiugati post resurrectionem, quã vnus. Et maior vis esset argumenti, si non esset accepta ad semen suscitandum, quia posset videri primi vxor: sed esset tanquam Sara, quam septem viri acceperunt. Tamen primum proponunt, quia rarum est, quod sine lege ita sit vna incontinens, vt septem copuletur.

Tob. 3.

Et subiungunt: *Nouissimè autem omnium, & mulier defuncta est.* Et ita non potuit habere alium, de quo esset dubitandum: nam si aliquis septem fratrum superuiueret, illius esse videretur.

...er resurre...ionem quid ...oc loco.

1. Cor. 15.

In resurrectione ergo, cuius erit de septem vxor? Omnes enim habuerunt eam. Resurrectionem, vocãt statum resurrectionis: nam resurrectio ipsa in momento fiet, vt ait Apostolus. Omnes autem, quia habuerunt illam, ius habent ad eam. Ponunt Sadducæi in statu resurgẽtium futuram commixtionem sexuum, sicut nunc, deinde quemlibet eam habiturum vxorem, quem hic habuit. Quibus datis, videbatur sequi maximum inconueniens: quia aut omnes illi haberẽt simul eandem vxorem, aut aliquis eorum solus. Si omnes, fieri non poterat, vt vna mulier haberet plures viros simul, etiam si è contrario vir potuerit simul multas vxores habere: maximè cùm isti essent fratres, & cognationis impedimẽtum obstaret. Si autem dicatur quòd vnus illorum habiturus esset eam, quæreretur quis esset, quia nõ videtur maior caussa de vno, quàm de altero: ideò nullus esset habiturus eam, quia omnes habuerunt illam, vt dicitur in litera: & ita omnes ius ad eam habebant. Deinde omnes mortui sunt ante illam, & nemo in hoc alteri præscribat: quia nouissima mulier defuncta est. Tertiò, quia omnes mortui sunt sine semine, vt ponderant Marcus & Lucas. Cur ergò magis vni, quã alteri traderetur? Quod inconueniens videtur, quia in resurrectione ponebãt quẽlibet illorum suam habiturum vxorem. Eo etiam dato, quod vni illorum adiudicaretur, cæteri sine vxoribus manerent: quod non minus erat inconueniens.

...dducæorũ ...e muliere se...temuira, cui ...orum in re...rrectione ...ontinget, in...rrogatio fa..., vt arteba..., duplici fũ...amento.

Marc. 12. Luc. 20.

Alterũ fundamentũ quinque rationib. euertitur.

Sed eo etiam admisso, nimirum in resurrectione generali esse commixtionem futuram sexuum, & quẽlibet acceptutum vxorem suam, non rectè inferebant quod volebant: quia in ea caussa vxor non æqualiter pertinebat ad omnes, sed ad vnum præcipuè: ergò illius erat futura vxor in resurrectione, hoc est, primi eorum, quia ille accepit eam in vxorem propter seipsum, cæteri autem non acceperunt eam propter se ipsos, sed propter defunctum, vt illi semen suscitarent. Id verò quod propter aliũ fit, reducitur ad id quod per se est. Deinde primus spontè eam accepit, alij autem cõpulsi necessitate legis: & cùm illa accipiebant bona defuncti primi iuxta legẽ Deuter. & lib. Ruth: ad eum igitur in resurrectione reditura erat. Tertiò, quia filij qui gignuntur post mortem ex vxore sua, minus ad defunctum pertinent, quàm vxor; & tamen primogenitus ex vxore defuncti ad suscitandum semen donatus, pertinet ad defunctum, & non ad viuentem, qui illum genuit. Ergo à fortiori, pertinebit vxor ad defunctum, & ita eam habebit, & non alij tanquam minores in iure. Dato etiã quòd in resurrectione esset futura corporum cõmixtio: si strictò iure agitur, dicendũ quòd ad nullum pertinebit vxor, quam habuit hic, eo quòd non maneat iam aliquod vinculum, cùm per mortem viri fuerit soluta mulier à lege viri, vt Paulus habet ad Romanos. Nam obligatio semel extincta non redit. Itaque non oportebat, vt quis rediret ad vxorem, quam viuens habuerat; & sic cessaret ista contentiosa argumentatio. Si autem ex æquitate agatur, videtur æquius quòd homo redeat ad vxorẽ suam, quàm quod aliam de integro accipiat: & tũc cùm illa fuerit septem virorum, & primi fuerit præcipuè, ad illum potiùs redire deberet. Nec circa alios vllũ remanet incõueniens: quia poterãt illi accipere vxores alias quas vellent, quemadmodum hic moriente vxore alicuius accipi potest alia sine vllo decore, aut absurdo.

II. Ratio. Deut. 25. Ruth 4. III. Ratio. IV. Ratio à iure ipso. Rom. 7. 1. Cor. 7. V. ab æquitate

Respondens autem Iesus, ait illis. Quamuis Iesus tentatoribus non soleat respondere, vnde quærentibus: *In qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem?* respondit: *Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio*, & Pharisæis testantibus de censu, obliquè responderit, quia dolosè, & ad machinandã illi mortem tentabant; Sadducæis tamen tentãtibus ad gloriam & ostentationẽ doctrinæ, & cõtra veram doctrinam peccantibus directè respondere voluit, ne Sadducæi victoriam obtinuisse viderentur contra Dominũ, vel possent gloriari de sua sapientia, ideò directè confutauit eorũ positionẽ. Respondit etiã, vt Dei gloria suo responso illustraretur, turba ædificaretur, & nos de conditione resurgentium doceret.

Quare nunc Christus Sadducæis se tentantibus contra morem suum respondit. Matt. 21. Infra 22. I. caussa.

Neq; voluit Christus dissoluere illorum argumentum, ostendens non valere consequentiam. Nam vxor illa vel nullius esset,

II. caussa.

Cur Christus Sadducæorũ obiectionem propositam non diluit.

vel esset primi: & neutro modo vllum absurdum sequeretur, vt dictum est. Sed Dominus noluit sic illorum argumentum cõfutare, rametsi potuisset, sed falsitatem eius quod positum erat, ostendere. Nam aliter debet procedere dialecticus disputator, & alter moralis doctor, & diuinæ doctrinæ traditor: nam respondere ad consequentiã, erat subtile & dialecticum, sed ad mores nequaquam. Ideò Dominus Iesus quod nobis erat conducibilius, respondit. Deinde non erat ad mentem Christi ita respondere: nam si dissolueret consequentiam, ostenderet, quod vxor illa ad vnum potius pertineret, quàm ad alios, vel ad nullum: & hoc per aliquas probationes, quas auditores non benè caperent, nec viderent an Dominus fecisset satis argumento. Adhæc etsi viderent cõfutationem consequentię, nõ esset tamen tam manifesta, quin aliquo modo posset contendi, quia circa subtilia semper remanet aliquis scrupulus: & hoc multum derogasset Christi honori, quia apertè cõfutare debebat aduersarios, vt populus audiens laudaret, sicut factũ est. Denique si ad consequentiam respondisset, etiamsi quod positum erat, nõ admitteret, putassent simplices, quod tacendo illud concederet, cùm ad illud non responderet: & crederent Christum astruere, quod in resurrectione esset sexuum commixtio. Ideò ad hoc expressè respondit, & ad illud similiter, vt doceret statum resurgentium alienum longè à nuptijs. Docet igitur nos suo exemplo, vt intelligamus, quibus, & quando, & ob quem finem respondendum, vt fructuosa sit nostra responsio, & grata atq; gratiosa apud auditores existat. Sed ne tractatus modũ excedat, reliqua huius disceptationis in sequẽtem reijciemus, quò maiori cum pondere discutiamus, atque examinemus verba Domini nostri Iesu Christi, cuius cum Patre, atque Spiritu sancto sempiternam felicitatem agnoscere & prędicare debemus omnibus seculis, Amen.

II. Ratio.

III. Ratio.

IV. Ratio.

Quando fructuosa ad interrogantes erit nostra responsio.

TRACTATVS LXI.

De disceptatione Domini cum Sadducæis de Resurrectione, in eadem verba.

Resurrectionis articulus quanti ponderis sit atque momenti.

OPERÆPRETIVM est, vt hanc Domini responsionem diligenter atq; luculenter excutiamus, quia articulus resurrectionis & magni est momenti, & longè intelligentiam nostræ facultatem, vt capiatur, sicut & vires naturæ vt fiat, excedit. Ait ergò: *Erratis nescientes Scripturas, neq; virtutem Dei.* Primò asserit illos errare: quòd verum erat, nam ex errore argumentũ eorum procedebat, nec intelligebãt quòd esset futura resurrectio, nec qualis esset futura cõditio resurgentium. Deinde hoc dixit ad confusionem eorum, qui sapientes erant in oculis suis: & ad indicandum eorum mentem, quòd non hypocrisi & malo animo, sed errore peccatẽt, ostentare volentes scientiã, & putantes insolubile, quod tamen solubile erat, & falso nitebatur fundamento, nimirum vsum sexuum futurum in alia vita. Errabant ergo nescientes Scripturas, id est, ideò erratis, quia neque scitis, neque legitis Scripturas, quas qui nesciunt, ignorãt virtutem Dei, vt ait Hierony. Sermo est de sacris Scripturis, quæ loquuntur de resurrectione, vel de conditione resurgentium. Virtus autem Dei non est Christus, vt interpretatur Origenes, etiamsi ille sit virtus Dei; sed potestas illius est ad efficiendam resurrectionem, vel ad dandam conditionem spiritualem resurgentibus. Vterq; verò error Sadducæorum ex ignorantia procedebat, tùm Scripturarum, tùm virtutis Dei: nam Scripturas nesciebãt qui Prophetarum Scripturas non recipiebant, & Scripturas Mosaicas quas legebãt, minimè intelligebant. Nam ex Scripturis etiam Mosaicis potuissent accipere resurrectionẽ, & aliam in ea viuendi rationem, quam modo habem⁹ in cibo & potu, & vsu venereorũ, & illi non absurdum putassent. Homines etiam in cinerem redactos secundũ corpus redire ad vitam ab eo, qui totum mũdum ex nihilo ante cõdiderat. Ex quo etiã facilè accepissent, Deo possibile esse, nos alia in futuro seculo vita donari, quã sit præsens. Et horum duorũ ignorantia caussa fuit erroribus omnibus, tùm Philosophis, tùm hæreticis, & non solũ Sadduceis, qui resurrectionẽ, vel apud Iudæos, vel apud Christianos negarũt. Et sensus esse potest, quòd Sadducęi errabant, putantes nõ esse futurã resurrectionem: quod ex duob. prouenie bat, nimirum ex ignorantia Scripturarum, & virtutis Dei. Scripturarum quidem, quia multæ de resurrectiune loquuntur: & isti vel illas nõ legebant, vel nõ intelligebant. Circa virtutem Dei etiã errabant, quia etsi Scripturas legerent, & intelligerent ex illis significari resurrectionem, nõ credebãt tamen Scripturę propter resurrectionis difficultatem, quia nõ putabant esse potestatẽ, quæ sufficeret ad efficiendã resurrectionẽ. Atq; in hunc modũ intelligũt Origenes & Theophyl. Vel secũdò sensus est, quòd isti errabant in fundamento, putantes quòd etsi resurrectio sit futura, in illa quoque fo-

Cur Christus asserit Sadducæos errare in resurrectionis doctrina.

Ignorantes Scripturas, quid ignorant teste Hieronymo *Hier. in Mat. c. 22. tom. 9.*

Sadducæi quã ignorabant virtutem Dei. *Origen. tract. 22. in Matt. tom. 2.*

Gen. 1. & seq.

Sadducæi cur resurrectionẽ negarent.

Origen. Theophylact.

ret corporum commixtio: qui error prouenit ex ignorantia Scripturarum, quæ ponũt aliam resurgentium conditionem: pronenit etiam ex virtute Dei ignorata, putabant enim quòd homines non possent alio modo viuere, quàm nunc viuunt. Et hunc sensum optimè exprimit Euthymius his verbis: *Fallimini, vt qui non intelligitis Propheticas Scripturas, quæ non talem, qualem vos suspicamini, docent resurrectionem: & veluti ignorantes virtutem Dei, qua mortuos resuscitare potest, sine prioribus habitibus & affectibus.* Hæc ille.

Euthym. c. 59. in Matth.

Dices; Quæ sunt illæ Scripturæ, quæ dicunt futuram conditionem resurrectionis aliam: nulla enim talis videtur extare; non enim Christus allegaret se ipsum tunc, vel Apostolum in priori ad Corinthios, cùm eiusmodi libri nondum essent editi. Origenes hoc loco sic scribit: *Queritur hic Saluator, qui dicit ad Sadducæos, Erratis nescientes Scripturas, neq; virtutem Dei. Indicat enim, quoniam in quibusdam scripturis positum est, vt in resurrectione nuptiæ non sint, hominibus videlicet factis in similitudinem Angelorum. Quæ ergò Scriptura est docens, quoniam in resurrectione neque nubunt, neq; vxores accipiunt? Et in qua Scriptura vel Legis, vel Prophetarum discimus, quoniam erunt, qui resurrexerint, sicut Angeli in cælo? Manifeste enim in Veteri Testamento hoc non legitur scriptum, & quærat qui vult, si poterit inuenire. Nos autem dicimus quia scriptum est, non tamen in ipsis sermonibus manifeste ista dicentibus, sed in mysterio indicantibus secundùm intellectum moralem. Nam cùm sit Lex vmbra futurorum bonorum, & dicens quædam de viris & vxoribus, & exponens nuptias, non principaliter de ipsis nuptijs intelligitur, quas non simpliciter secundum carnem nuptias existimamus, sed de talibus nuptijs quales nos de Christo & Ecclesia exposuimus in seculo illo fore:* Et infra: *Nec inuenio alicubi scripturam dicentem, Sanctos post exitum fore sicut Angelos Dei: nisi fortè quis & hoc moraliter intelligat, secundùm illud quod dicitur: Tu autem ibis ad patres tuos cum pace nutritus in senecta bona; item, appositus est ad populum suum, aut, appositus est ad genus suum.* Sic ille sentit. Hæc autem non videntur satis solida: quia cùm Christus argueret cõtra Sadducæos, ex Scripturis hoc posse colligi: & tamen Scriptura in sensu mystico non facit aliquod firmum argumentum: ex Scriptura ergò in sensu literali hoc elici poterat.

Quæ scripturę nouum futurę resurrectionis statum insinuent.

1. Cor. 15. & seq.

Origen ibid. sub finem.

1. solutio, sed infirma, ac improbabilis.

Heb. 10.

Gen. 15. Infra 49.

In quo sensu scriptura non facit solidam argumentum.

Proptereà dicendum est, quòd isti tam circa resurrectionem futuram, quàm circa conditionem resurgentium errabant. Et primus error ex istis prouenit ebat ex ignorantia Scripturæ, quæ illud abundè tradit. Secundus error procedebat ex ignorantia diuinæ virtutis: nam etsi Scripturæ apertè de ea re non loquantur, tamen non debebat credi hoc impossibile, si virtus & potestas Dei agnoscerentur. Putabant enim Sadducæi solùm fieri posse quæ naturaliter, & quæ consuetè fiunt, ideò negabant quicquid non videtur oculis, quemadmodum nunc faciunt scioli, qui omnia inficiantur, quæ alij viderunt, vel sacris, aut alijs probatis traduntur historijs. Rationi namque est consonum, quòd cùm status resurgentium sit ad recipiendum pœnam, & præmiũ pro bonis & malis, vt illi qui in parte bonorum meliorem statum habituri sint quàm hic, atque adeò corpora exutis passionibus, & habitibus corporum modum seruent spiritualem. Cùm ergò ratio hoc suadeat, videtur ita esse futurũ, nisi desit potestas faciendi hoc: at potentia non deest, quia illa Dei infinita est. Ergò resurrectio futura erit ad conditionem spiritualem, quam qui negat, nõ credit Dei virtutem esse potentem ad hoc efficiendum. Et hic sensus videtur cæteris præstantior, illumque asserit Chrysostomus à B. Thoma in catena aurea citatus, his verbis: *Quod dixit, In resurrectione neque nubent, &c. retulit ad hoc quod dixerat; Nescitis virtutem Dei. Quod ante dixit: Ego sum Deus Abraham, &c. ad illud quod dixerat: Nescitis Scripturas.* Sic ille.

Altera firmior solutio atque probabilior. Duplex error Sadducæorum circa resurrectionem vnde peruenit.

Sadducæorum qui similes videantur.

Resurrectio cur futura.

Chrysost. in Matth. 10. 2.

Verba Græca habent, οὔτε γαμοῦσι, οὔτε ἐκγαμίζονται, quæ magis generalia sunt, quàm verbum nostrum nubendi, quod apud nos propriè mulieribus conuenit respectu virorum. Verba tamen Græca generaliora sunt, & significant matrimonium contrahere, aut nuptijs copulari, quorũ vtrumq; perinde viris ac mulieribus commune est. Verbum autem secundùm Græcũ non passiuam significationẽ habet, vt Latina vox, Nubentur: habet enim naturalem, non actiuam significationem: nam secundùm actiuum significatum diceremus, parentes nubere suas proles, id est, nuptui tradere. Huius autem verbi passiui, quo hic vtitur Euangelista, actiuam significationem ponit Paulus, cùm ait: *Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, benè facit.* Vbi Græcè legitur ὁ ἐκγαμίζων, id est, nubẽs actiuè, siue matrimonio iungens. Nemo verò miretur, interpretem nostrum Latinum tribuisse viris verbum nubendi: nam vt testis est Nõnius Marcellus, nubere apud antiquos verbum fuit, & viris, & fœminis commune, sicut & apud Græcos verbum γαμεῖν. Atque ita præsentis loci sensus erit. In resurrectione neq; matrimonia contrahent, neque nuptui tradentur. Quod conuenit libris respectu parentum: nubuntur etiam à parentibus, quãdo eos nuptum elocant, aut nuptui tradũt.

Quare Christus dixerit: In resurrectione neque nubent, neque nubentur.

Nonnius Marcellus.

Nubere olim apud antiquos dicebantur tam viri, quam fœminę.

appeterent, nisi natura inseruisset in eiusmodi sexuum permixtione magnam voluptatem, vt ad opus generationis summè necessarium omnia animalia feruenti conatu ferantur: quemadmodum etiam in cibo & potu sumendo, quo indiuiduum seruatur, natura voluptatem maiorem constituit, quàm in alijs. Ergò non constituetur delectatio tanquam finis: quia in melioribus actionibus constitueretur maior delectatio; quod falsum est. Ideò constituitur tantùm vt irritamentum, vel caussa impellens ad generationem, vt conseruetur natura. Cum ergò cessabit finis generandi, nõ erit ampliùs caussa voluptatis; & ob id nec ipsa voluptas manente illo statu incorruptionis. Ibi etiamsi cõiungerentur inuicem homines, esse non posset talis delectatio, quia esset ibi aliqua resolutio, decisio, & deperditio substantiæ incorruptioni repugnãs.

III. Ratio.

Tertiò, quia ad venerea allicit, ac impellit concupiscentia: quæ in beatis nulla erit, sicut nec vlla carnis titillatio eam efficiens.

IV. Ratio.

Quartò, quia venerea quamdiu durant, tollũt operationem intellectus: nam vt docet Aristot. in Ethicis, nemo potest in ipsa quicquam intelligere: ideò tolleret operationem intellectus, in qua consistit beatitudo: quod maximum esset inconueniens: quare nec venereæ delectationes ibi erunt.

Arist. lib. 7. Ethic. c. 15.

Ad illud quod obijcitur: Voluptates esse poterunt in beatis, quæ nequaquam impediant intellectum.

Quòd si admittas, delectationes ibi esse, sed non quæ absorbeant intellectum, neque tollant eius operationem, vt modò, iam non appetentur. Nam cessare omnem actum intellectus ad præsentiam venereorum, fit ex voluptatis superabundantia. Nam regula hæc est Aristotelis in Ethicis, vt maior delectatio simul habita non permittat percipere minorem, si multum excedat. Si ergò non absorbeant, neque priuent operationes intellectus in vita æterna, non appetentur vt hic.

Aristot. 10. Ethic.

Maior delectatio minorẽ absorbeat quãdo secundum Philosophum.

V. Ratio.

Quintò eiusmodi voluptates, quæ in generatione percipiuntur, non habent vim maximam delectandi; ideò non est in eas, vt in finem tendendum. Quia qui eas appetit, in ratione delectabilis illas sibi tanquam finem constituit: quod rationi omnia ad id, quod optimum est referenti repugnat.

Rationis officium.

Ideò non posset beatus concupiscere tales voluptates, quia iam illis tanquam fine frueretur, non referendo eas ad alterum; ac proinde peccaret, nec esset beatus: quorum vtrumque falsum est. Qui enim semel beatus est, à beatitudine cadere non potest, neq; peccare.

VI. Ratio.

Sextò, delectationes, quæ sensibus percipiuntur, magnæ non sunt, nisi per errorem: nam vulgares homines, qui alias delectationes meliores nõ cognoscunt, illas in magno pretio habent. Et tamen Aristoteles in libris Ethicorum ostendit illas esse paruas, & admixtas doloribus, etiam in videndo & audiẽdo; nec appetuntur nisi ob sopiendas tristitias naturæ rodentis, & malæ compositæ; & quia aliæ meliores ignorantur.

Arist lib. 9. Ethic.

Quæ sensuum functiones poterunt etiam in beatis remanere.

Aliæ etiam sensuum functiones, quia referuntur ad cognitionem, & nõ appetuntur propter se, vt venerea oblectamenta possunt in beatis manere, quia manent eorum obiecta. In damnatis etiam, cùm sint sicut beati, immortales & incorruptibiles, nõ possunt esse mutationes, vel resolutiones, quę habent vim corrumpendi: quales sunt in Venereis.

Delectationes præsertim venereæ in damnatis cur erũt nullæ.

Delectationes etiam medicinæ quædam sunt ad tristitias pellendas; at pęna damnatorum nõ potest tolli etiam per actum generationis, cùm pœna illa in immensum voluptatem excedat. Præterea non est in dæmonibus titillatio, vel concupiscentia ad illas delectationes: & quia animæ torqnentur à dæmonibus, non permittuntur agere quæ volunt. Et ita colligimus, quòd à resurrectione, neque nubent, neq; nubentur, nec erit vsus permixtionis corporum.

Subdit Dominus: *Sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo.* Verbum, *in cœlo*, iũgi potest cum verbo, *erunt*, nimirum, Beati erunt in cœlo sicut sunt Angeli: vel potest iungi cum voce Angeli, vt sit sensus, beatos fore eo modo, quo Angeli Dei sunt in cœlo: & ita indicat Marcus.

Homines beati vt erũt sicut Angeli Dei in cœlo, & quare hoc dixit Dominus.

Marc. 12.

Hoc autem de solis iustis dicit, quod deinceps quasi Angeli erũt, quantum ad affectionum, & voluptatum carẽtiam, videlicet non nubentes, ac incorruptibiles, neque habẽtes actus corporis imperfectos, nec procliues ad Venerem. Secus verò eunnchi, qui seipsos modò castrauerũt propter regnum cœlorum, quorum sanctitati & perfectioni non repugnat magnis carnis molestijs affici, atque perturbari, modò fortiter dimicando vincant.

Matth. 19.

Insinuatur etiam, Angelis amicam esse castitatem, atque illis qui eam profitentur, propitios esse, & fautores.

Angeli castitatem amãt, eiusq; cultores singulariter protegunt atque custodiunt.

Cõsultò etiam Dominus Angelorum meminit, vt eos statueret contra dogma Sadducæorum insanum, qui illos negabant, vt in Actis refert Lucas.

Act. 23.

Luc. 20.

Hęc paulò aliter habentur apud ipsum Lucam, ait enim: *Aequales enim Angelis sunt, & filij sunt Dei, cùm sint filij resurrectionis.*

Electi in cœlo quomodo erunt Angelis æquales.

Intellige Angelis æquales, quantum ad cõditionem incorruptionis, & immortalitatis, quam homines habebunt ex gratia. Angeli etiam omnes simul fuerunt creati; ideò in eis nõ est opus nuptijs ad propagationem. Similiter etiam filij Dei, quos filios resurrectionis vocat: simul etiam suscitabuntur,

Nomina electorum in cælo quàm honorifica sint futura.

vt ampliùs nuptijs non egeant ad propagationem. Vide igitur quàm honorificis & præclaris nominibus pios insigniat. Nam erunt sicut Angeli, vel pares Angelis, ob rationes dictas. Erunt filij Dei, & nó amplius filij Adæ: quia non solùm per Spiritum regeniti, & renouati in Christo. Erunt, quia hoc modo prius etiam dum viuerét, etiam filij Dei erant, iuxta illud,

1. Ioan 3.

Charissimi nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus, quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est.

Iidem vt erút filij Dei.

Intelligit ergò, filios Dei secundùm corpus, quód diuina quadam cum Angelis immortalitate donatum erit. Ad quod Apostolus spectans scripsit:

Rom. 8.

Nos ipsi primitias Spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis nostri.

Electi cur dicantur filij resurrectionis.

Erunt postremò filij resurrectionis, id est, in quibus perfecta, & beata resurrectio complebitur, omnis corruptionis & passionis expers: à qua, sicut & à beatitudine, alieni erunt damnati. Vel filij resurrectionis, id est, Christi, qui de seipso dixit:

Alter sensus.
Ioan 11.
Irena. li. 4 c. 9

Ego sum resurrectio, & vita? vt exponit Irenæus martyr.

Tertius Tertulliani.

Tertullian. verò libro de resurrectione carnis explicans quare resurrecturi dicantur filij resurrectionis: *Filios, inquit, resurrectionis appellat, vt per eam quodam modo nasci habentes; post quam non nubent, sed resuscitati. Similes enim erunt Angelis, qua non nupturi, quia nec morituri, sed qua transituri in statum Angelicum.*

In eos qui dicunt nullam futurã in cęlo sexuum distinctionem.

Neque potest quis ex his verbis elicere corpora piorùm absque vllo sexus discrimine suscitanda, vt quidam hæretici dixerunt. Nam vt Angelorum natura diuisionem in masculum & fœminam non suscipit, ita nec beati. Et quia Apostolus dixit:

Ephes. 4.

Donec occurramus omnes in virum perfectum, ex eo colligebant fœminas non resurrecturas in sexu fœminino.

B. Hilar. can. 23. in Matt.

Et Hilarius in Matthæum illam sententiam sequi videtur, ab alijs nequaquam tactam; quod ipse temerariè facere asserit: est tamen omninò falsa, & ab Ecclesia reprobata.

Hieròny to. 1. paulo à med.

Hieronymus enim in epitaphio Lucinij Bætici, sic habet: *Non natura, & substantia corporum tollitur, sed gloria magnitudo monstratur. Neque enim scriptum est. Erunt Angeli, sed sicut Angeli. Vbi similitudo promittitur, veritas denegatur.*

Idem ibid.

Idem refert in epitaphio Paulæ, matris sanctæ Eustochij, vbi citatis his verbis, ait: *Non substantiam nobis Angelorum, sed conuersationem, & beatitudinem Dominus repromittit.*

August.

Augustinus verò libro vigesimo secundo De Ciuitate Dei capite 27. initio tomo quinto, idem confirmat: *Sed mihi melius*, inquit, *sapere videntur, qui vtrumque sexum resurrecturum esse non dubitant. Non enim libido ibi erit, quæ confusionis est caussa. Nam priusquàm peccassent, nudi erant, & non confundebantur vir & fœmina.*

Gen. 2.

Corporibus ergò illis vitia detrahentur, natura seruabitur. Non est autem vitium sexus fœmineus, sed natura, quæ tunc quidem, & à concubitu, & à partu immunis erit: erunt tamen membra fœminea non accommodata vsui veteri, sed decori nouo, quo non alliciatur aspicientis concupiscentia, quæ nulla erit, sed Dei laudetur sapientia, atque clementia: qui & quod non erat, fecit, & liberauit à corruptione quod fecit.

Quid sit sexus fœmineus Augustino.

Sic ille.

Idem ibid.

Et idem probat inferius ex his verbis: *Nuptias, inquit, Dominus futuras negauit esse in resurrectione, non fœminas, & ibi negauit, vbi talis quæstio vertebatur; vt eam negato sexu muliebri, celeriore facilitate dissolueret, si eum ibi prænosceret non futurum: imò etiam futurum esse firmauit, dicendo, Non nubent, quod ad fœminas pertinet: neque vxores ducent, quod ad viros.*

Hierony.

Similiter exponit Hieronymus libro tertio in Matthæum capite vigesimosecundo, tomo nono: *Si in resurrectione, ait, non nubent: neque nubentur, resurgent ergò corpora quæ possunt nubere & nubi. Nemo quippe dicit de lapide & arbore, & his rebus, quæ non habent membra genitalia, quòd non nubant, neque nubantur, sed de his, qui cùm possunt nubere, alia tamen ratione non nubunt.* Sic ille.

Origen.

Erit igitur distinctio sexuum post resurrectionem: contra Origenem, qui aliter sensit.

De mortuorum resurrectione testimonium Dei.
Exod 3.
Luc. 20.

De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed viuentium. Hæc eadem sic refert Lucas: *Quia verò resurgent mortui, & Moyses ostendit secus rubum, sic vt dicit Dominum Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob. Deus autem non est mortuorum, sed viuorum. Omnes enim viuunt ei.*

Quare Christus ad statuendam resurrectionem cótra Sadduceos, Moysis potiùs quàm Prophetarú testimonium protulerit.
Esa. 26.
Ezech. 37. & seq.
Dan. 12.
Iob 19. & 14.
Osea 6.
Ioel 3.
B. Hieron.
Deut 25. & seq.
Chrysost. ho. 71 in Matth. tom. 2.
Ioan. 5.

Dominus ad statuendam resurrectionem, cùm plurimos & apertos locos Prophetarum posset producere, vt Esaiæ, Ezechielis, Danielis, Iobis, Oseæ, & Ioëlis, consultò omisit: quia Sadducæi, cum quibus disputabat, teste Hieronymo, nó recipiebant nisi Pentateuchum. Deinde Moysis legem de suscitando semine ipsi allegauerant: idcircò Mosen contra eos, & non alium producit, vt perpendit Chrysostomus. Denique cùm illi in doctrina Moysi gloriarentur, & in ea se doctos existimarent, per Moysen eos reuincit. Quemadmodum apud Ioannem dixit: *Nolite putare, quia ego accusaturus sum vos apud Patrem. Est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis.* Produxit etiam hoc testimonium potiùs ex Moyse, quàm ex alijs, quæ commodè potuisset proferre, vt magis solidos, & perspicuos, vt illud:

Apposi-

II. Ratio. Gen. 49. Trinæ Dei repetitionis mysterium.

Appositus est ad patres suos, vel ad populum suum: *Dormiuit cum patribus suis*, aut cum Iacob: *Descendam in infernum ad filium meum*. Sed noluit aliud quàm hoc, quia in eo, in trina repetitione Dei mysterium Trinitatis includitur: & in eo quòd est Deus Abraham, Isaac, & Iacob, Incarnationis Sacramentorum designatur: & in eo quod meminit rubi, ex quo locutus est Dominus, arcanum Passionis, & resurrectionis insinuatum est, cùm rubus arderet, & non combureretur: quanquam aliquid aliud contineat. Et cùm dicitur: *Non est Deus mortuorum, sed viuentium*, supplendum est Deus.

Cur dictum de præsenti: Ego sum Deus &c.

Quod verò ait: *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob*: ponderandum est verbum præsentis temporis. Ego sum, non ait, fui olim, vel eram, sed nunc sum. Et vt ponderat Theophylactus, de rebus perditis, & corruptis dicere solemus; Ego eram dominus huius, & huius rei, &c. At Cyrillus Hierosolymitanus rectè hoc verbum expendit; ait enim. *Nunquid Deus est non existentium? num aliquando dixit Rex se Regem esse militum, quos non habet? Quando aliquis ostentat diuitias, quas non possidet? Necesse est itaque subsistere Abraham, Isaac, & Iacob, vt Deus sit viuentium Deus. Nec enim dixit: Ipsorum eram Deus, sed sum.* Hæc ille.

Theophyl. in Luc. cap. 22.

Cyril Hierosolym. catech. 18.

Rationis Christi vis.

Et vis argumenti in hoc sita est: quia tunc erant mortui, & tamen dicitur eorum Deus. Si erat eorum Deus, & Deus non est nisi viuentium, ergo viuebant. Quod verò non probat amplius Deum esse viuorum Deū; ob id fecit, quia illud est per se certum, & perspicuum. Esset enim perinde absurdum, Deum viuum, imò ipsam vitam, mortuorum dici Deum: sicut absurdè vita diceretur vita mortuorum, & eorum qui non sunt. Et quia viuere, viuentibus est esse, teste Philosopho lib. 2. de anima; Ergo tunc erant.

Viuere, viuentibus est esse, ait Philosophus. Arist. lib. 2. de anima.

Abrahā, Isaac, & Iacob viuebant, qui iam erant mortui.

Quod si vltrà quæras, quomodo tunc essent, qui vita erant defuncti? Respondēt nōnulli, quòd erant quantum ad animam, quæ vita est, & sic animæ erant, & viuebāt: & consequenter statuuntur spiritus separati, quos Sadducęi negabant. Probato autem quòd existerent animæ eorum, datent esse resurrectionem: maximè quia animæ partes entium naturalium sunt, & vniri suis corporis optant, vt integrè maneant. At tale votum & desiderium cùm sit à natura inditum, frustrari non potest: illo enim impediri, est contra rationem violenti, de quo Philosophus, *Nullum violentum perpetuum*. De hoc desiderio animarum loquitur Ioannes in Apocalypsi, quæ acceptis stolis optant suorum corporum assumptionem: & Paulus: *Nolumus*, inquit, *expoliari, sed superuestiri*. Et autor libri Machabæorum colligit Iudam Machabæum de resurrectione mortuorum rectè sensisse ex credita ab eo animarum vita post mortem, cùm ait: *Nisi enim eos qui dormierant, resurrecturos speraret*, & rel. Nam alioqoin etiam prodesset illa oratio, & oblatio, etsi nō resurgerent: sed existimabant votum alteri necessariò adhærere, & ex immortalitate animarum colligi resurrectionem corporum. Iustitiæ quoque diuinæ æquitas postulat, vt corpora, quæ cum animabus bona, vel mala gesserunt, cum eisdem aut felicitate, aut supplicio afficiantur. Opera enim mala, vel bona à composito ex anima, & corpore prodierunt, & ideò in vtroque remuneranda sunt, & non tantùm in sola anima. Et ita Caietanus affirmat probari hoc loco simpliciter animæ immortalitatem, quàm Sadducæi credebant cum corpore interire, & vtrunq; negabant Act. 23. & per Synecdochen Scripturam vocare Abraham, Isaac, & Iacob animas eorum, & ita indirectè probari resurrectionem. Atq; hunc sensum sequitur Hieronymus in hūc locum, atque Theophylactus.

Violenti proprium.

Apoc. 5.

2. Cor. 5.

2 Macha. 12.

Caiet.

Hierony. Theoph in Matth. 22.

Altera solutio probabilior.

At verò alij, Abraham, Isaac, & Iacob non pro parte, id est, pro animis, sed pro integris personis illos accipiendos volunt: ex quo sequitur, quòd essent, & quòd viuerēt ei: atque hic sensus præstantior videtur, quia Dominus produxit hunc locū ad statuendam resurrectionem, quæ ex coniunctione animæ cum cum corpore suo resultat, & nō ad probandam immortalitatem animorum, etiamsi hanc immortalitatem resurrectio consequatur. Potiùs ergò rationi est consonum, probare resurrectionem, ad quam consequatur immortalitas animorum. Atque hunc sensum vt veriorem & subtiliorem, amplectitur B. Thomas in Matthæum scribens, qui in quarto sententiarum ait: *Ad secundum dicendum, quòd anima Abraha non est propriè loquendo ipse Abraham, sed est pars eius, & sic de alijs. Vnde vita animæ Abraha non sufficeret ad hoc quòd Abraham sit viuens, vel quòd Deus Abraham sit Deus viuentis; sed exigitur vita totius coniuncti, scilicet animæ, & corporis: quæ quidem vita quamuis non esset actu, quando verba proponebantur, erat tamen in ordine vtriusque partis ad resurrectionem.* Vnde Dominus per verba illa subtilissimè, & efficaciter probat resurrectionem. Hilarius in hæc verba ait: *Sermo hic ad Moysen sanctis istis patriarchis iam pridem quiescentibus extiterat. Ergo quorum erat Deus, hi Deum habebant: Nihil autem poterant habere, si non erant. Quia in natura rei est, vt esse id necesse sit, cuius*

B. Thom in 4. senten. dist. 34. qu. 1. ad 2.

Hilar. can. 23 in Matth.

sit alterum. Atque ita Deum habere viuentium est, cùm Deus æternitas sit, & non sit eorum, quæ mortua sunt, habere id, quod æternum est. Et quomodo esse illi, futuriq; semper negabuntur, quorum se esse profiteatur æternitas: Epiphanius in hæresim Samaritanorum ait. *Adstruitur resurrectio primùm ex Abel, nam post eius mortem sanguis loquitur cum Domino: sanguis quidem licèt non sit anima, non est tamen sine anima.* Beatus Chrysostomus explicans quomodo illo tempore Abraham viuus erat? respondet: *Quemadmodum Adam quamuis viueret, posteaquam de vetito ligno comedit, sententia tamen prolata mortuus erat: sic profectò isti etsi mortui erant, pollicitatione tamen resurrectionis viuebant.* Addo istis Irenæum, qui lib. aduersus Valentinum, ita hunc absoluit locum: *Si enim Deus mortuorum non est, sed viuorum, hic autem dormientium patrum Deus dictus est, indubitatè viuunt Deo, & non perierunt, cum sint filij resurrectionis.* Sic illi Patres egregiè.

B. Chrysost. homil. 7. in Matth. 10. 2. Gen. 3.

Irena. lib. 4. cap. 9.

Vt omnes Deo viuant.

Lucas quoque addidit, *quòd omnes viuunt ei.* Id est, in eius dispositione de eis suo tempore suscitandis. Etsi enim nobis sint mortui, Deo tamen viuunt veluti dormientes sibi, qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, & de mortua puella dixit: *Non est mortua puella, sed dormit,* &: *Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno exsuscitem eum.* Et ita Ecclesia canit: *Regem cui omnia viuunt,* &, cui non pereunt corpora nostra. Deus enim non colitur à mortuis, sed à viuentibus.

Rom. 4.

Matth. 9. Ioan. 11.

Christi argumentatio qualis sit pro resurrectionis veritate.

Sic ergo verba Christi ad syllogismum reduci possunt: Deus, est Deus viuorum; Deus est Deus Abraham, Isaac & Iacob; Abraham ergo, Isaac & Iacob viuunt. Quòd si obijcias, malè Christum cõcludere istos viuere, quia non probat eos simpliciter viuere, sed viuere in Deo: ita enim Lucas habet: Omnes enim viuunt ei: & tamẽ quantum ad vitam qua viuunt ei, non distinguuntur viuentia à non viuentibus: quia omnia viuunt in Deo, iuxta illud: *Quod factum est in ipso, vita erat*; id est, omnia quæ facta sunt, vita sunt in Deo. Viuere enim in Deo, est, habere exemplar in Deo, quòd sit vita, vel viuens: nam omnia, quæ fiunt, à Deo prodierunt, tanquam à prima caussa, quæ non est agens naturale, aut fortuitum, sed agens propter finem, & secundùm formam, vel exemplar præconceptum, quod in Deo ab ipso non distinguitur. Et ita res quælibet est in Deo eo modo, quo exemplar eius est, quia non habet aliud esse in Deo. Et tamen illud exemplar est aliquid viuẽs, & ideò quælibet creatura in Deo est viuens, imò ipsa vita, vt Ioannes ait. Sed ista prædicatio non est formalis, vel denominatiua, sed magis per caussam, nempè, id omne quod creatum est, vita est in Deo, id est, vita, quæ Deus est per formã exemplarem. Aliud est viuere Deo, & talia viuunt formaliter, & non per caussam, sed imperfectè, quia viuunt in spe, vel in dispositione: quomodo homo qui iam fuit, & iam non est, & de quo Deus disposuit, quòd nasceretur. Viuunt iam Deo, id est, secundùm Dei dispositionem, qui constituit, vt aliquando viuerent. Et ita plus est viuere Deo, quàm in Deo: Nam quicquid viuit Deo, viuit in Deo. Sed non conuertitur: nam omnia viuentia viuunt in Deo, inter quæ solæ creaturæ ratione prædıtæ viuunt Deo.

Luc. 20.

Ioan. 1.

Viuere in Deo quid sit.

Deus quale sit agens.

Deo viuere quid sit.

Ponderat autem Origenes, quòd ter dicatur Deus: *Qui enim,* inquit, *perfectißimè sunt circa Deum, quantum ad comparationem dico cæterorum hominum, plenius totũ habent Deum in se; propterea non communiter, sed singulariter eorũ dicitur Deus. Vtputà si dicatur, Ager ille eorũ est, ostendimus, quòd vnusquisq; eorum qui poßident agrum illum, partem modicã habent de eo, & non habent eum in toto. Si autem dicimus quoniam ager ille illius est, demonstramus, quia totum agrum illum poßidet ille. Sic & vbi dicitur Deus Hebræorum, imperfectio demonstratur eorum, quoniam vnusquisq; eorum aliquid modicum de Deo habebant. Abraham autem totum habebat Deum, & Isaac totum habebat Deum, & Iacob totum habebat Deum; ideò non dicitur in communione, Deus eorum; sed Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob; quasi singuli eorum totum habeant Deum.* Hactenus ille, satis acutè quidem.

Orig. tract. 22. in Matt.

Cur ter dicatur Deus, secundum Origenem.

Origenis elegans hæc comparatio.

Cur Deus Hebræorum dicitur, non autem vniuscuiusq; illorum, sicut Abrahã, Isaac, & Iacob.

Sed obijcies; Quomodo dicitur Deus non esse Deus mortuorum, cùm in Actis Christus dicatur constitutus iudex viuorum & mortuorum? & Paulus dicat: *Vt & viuorum, & mortuorum dominetur?* Respondeo, nomen Deus, non dici ad alterum, sed esse absolutum: dicitur autem Deus alicuius, id est, possidens eum, vel habens super eum aliquem modum caussæ: non entis autem non est caussa: ideò Deus non est eius quod non est, Deus. Si autem mortuus simpliciter est non existens, Deus non erit Deus mortuorum. Si verò mortuus est aliquo modo ens, Deus erit Deus mortuorũ. Aut ergò mortuus accipitur pro partibus, ex quibus constatur, aut pro composito ex vtroque. Si pro partibus, ita mortuus verè est: quia eius verè est aliquid: & corpus etiam secundùm materiam verè aliquid est, cùm non redeat in nihilum: & ita Deus est mortuorum. Si verò mortuus accipitur pro composito, aut cõsideratur re ipsa, aut in spe, vel diuina dispositione. Et re

Quomodo verum sit, Deum non esse Deum mortuorum.

Act. 10. Rom. 4.

Deus vt dicitur esse alicuius.

Qua ratione Deus mortuorum sit Deus, & non sit.

quidem ipsa mortuus nihil est, nisi in quãtum manet in opinione nostra. Et hoc modo Deus non se vocat Deum mortuorum: quia mortui nihil sunt. Si autem in spe, vel in dispositione diuina, mortuus aliquid est, quia Deus disponit, vt ille, qui mortuus est, idem ille aliquando sit, qui prius erat. Atque hoc modo dicitur Deus viuorum, & mortuorum, quia disposuit vt mortui suscitentur.

Quare turbæ miratæ sint doctrina Christi. Et concludit Matthæus: *Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius.* Quia obturauerat ora eorum, & articulus ille nondum videbatur decisus. Et beneuoli, qui Christum diligebant, gaudebant de Christi victoria cõtra aduersarios, vt habes apud Lucam. Adiungit Marcus Dominum intulisse: *Vos ergò multum erratis*: & quia negabãt resurrectionem, & quia illa posita, existimabant carnalem fore vitam resurgẽtium, non secùs atque est præsens. Addit etiam Lucas: *Respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei, Magister, benè dixisti. Et ampliùs non audebant eum quicquam interrogare.* Videntur isti, vt ait Euthymius, fuisse ex his, qui resurrectionem confitebantur, qui gaudebãt esse occlusum os aduersarijs suis; attamen admirati sunt & ipsi argumenti modum, & interpretationem illius verbi: *Ego sum Deus Abraham, &c.* Marcus similem cuiusdam Scribæ commẽdationem narrat. Ait enim: *Et accessit vnus de Scribis, qui audierat illos conquirentes: & videns quoniam benè illis responderit, interrogauit eum quod esset primum omniũ mandatum.* Et in fine huius dicitur: *Et nemo iam audebat eum interrogare.* Sed intelligendum est, vtramque Domini responsionem ad duas quæstiones quosdam ex scribis approbasse: alteram quidem commendationem scripsit Marcus, alteram verò Lucas. Quod verò ait Lucas, ampliùs non esse ausos eum quicquã interrogare: ex Matthæo, & Marco falsum apparet, cùm hi testentur post quæstionem Sadducæorum, Pharisæos, & Scribas aliam proposuisse quæstionem de maximo mandato. Proinde vel est intelligendum, Lucam tantùm loqui de Sadducæis, quorum nullus ausus est enim ampliùs quicquam interrogare; aut si de omnibus Lucas loqui intelligatur, videtur idem voluisse dicere cum eo, quod post sequentem quæstionem à se omissam de maximo mãdato dixit Marcus: *Et nemo iam audebat eum interrogare.*

Luc. 13. Qui Scribæ Christum laudauerint, & benè respondisse dixerit. Euthym. in Matth. c. 59.

Marc. 12.

Luc. 20. Qui non ausi fuerint Christum amplius interrogare.

Alter sensus.

De resurrectione nobis quid censendum sit.

Hactenùs igitur planè spinosam, & obscuram quæstionem absoluimus, eiusque difficiles nodos expedire tẽtauimus. Illud ante omnia ex hac disputatione elicientes, resurrectionem vt certam & indubitatam nobis esse statuẽdam, & ad vitam quidem spiritualem, non ad animalem, quæ nuptijs constat, vt præsens est, pertinere. In qua etiam habes, omnia dogmata Sadducæorum confutata. Nam hic directè stabilita est resurrectio mortuorum, & per consequens spirituum animorum separatorum, sine quibus resurrectio non constaret. Confirmata est etiam veritas Angelorum, qui non tantùm nuptiarum sunt expertes, sed & incorporeos, & ab omni materia & corruptione alienos, Dominus designat, cùm ait, suscitatos futuros sicut Angelos Dei.

Ab Angelis duo absunt.

Deinde aduerte, argumẽtum istud procedere cõtra nostræ tempestatis hæreticos, qui nihil adduci volunt ex Scriptura sancta, quòd non expressè contineatur in illa. Neque enim in loco, quem Christus allegat, expressè mortuorum resurrectio asseritur; sed ex eo in bona consequentia deducitur. Quare quod euidenti, vel necessaria consequẽtia deducitur ex Scripturis, in illis dicendum est contineri. Simili argumento Theologi confirmant faciendam esse confessionem Sacerdoti. Dixit enim Christus: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* Sed remitti, & retineri non possunt à Sacerdote, si illis non indicentur; igitur Sacerdoti indicanda sunt, ante quam retineãtur, vel remittantur. Deinde aduerte, Pharisæos lætatos, quòd Sadducæi eorum aduersarij à Christo conuicerentur, sicut & probabile est, Sadducæos gauisos fuisse, cùm dogmata propria Pharisæorũ, in quibus ab eis dissiderent, à Christo confutarẽtur. Omnes tamen etsi inter se discordes, in Christo tamen confutando, & conuincendo concordes erant. Nam simili ratione videas hodiè hæreticos, qui varias profitentur sectas, etsi inter se maximè dissideant in vna tamen Dei Ecclesia oppugnanda, & in vno Christi vicario, & vniuersali in terris pastore pernegando, ac refellendo mirificè consentire. Nos verò si sapimus, Christi verbis fidem habeamus, Ecclesiam eius Sponsam amplectamur, & exosculemur, vnicum eius Vicarium & Ecclesiæ gubernatorem agnoscamus, veneremurque, tanquam personam sustinentem Domini nostri Iesu Christi: vnde, sicut à Patre etiam, atque Spiritu sancto, omne bonum promanat, quibus & immortales agendæ sunt gratiæ in secula seculorum. Amen.

Quam idoneè Christus ex loco Moysi confirmet resurrectionis veritatem.

In Scripturis quid censendum necessario contineri.

Ioan. 20.

In quibus hæretici hodie inter se conueniant.

TRACTATVS LXII.

De disceptatione Domini cum Pharisæis de maximo mandato. Et habetur Matth. 22. & Marc. 12. *Pharisæi autem audientes quòd silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in vnum: & interrogauit eum vnus ex eis legis Doctor, tentās eum, Magister, quod est mandatum magnum in Lege? Ait illi Iesus, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum, & primum mandatum, Secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut te ipsum.*

Pharisæorum quæstiones quales fuère.

MVLTÆ quæstiones magis difficiles, quàm piæ, vel necessariæ iactabantur apud Pharisæos, de quibus Apostolus: *Stultas autem, & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites:* inter quas hæc non poterat collocari. Nam etsi parui referat scire, quod præceptum maximum sit, & quanorum vnum alteri præstet, & magis expediat omnia diligenter obseruare; non nihil tamen doctrinæ est in eo, quod summum, & primum præceptum aliquod esse agnoscatur, vt vel inde quisque cognoscat quantum à Deo recedat, & ab obedientia, quam illi debet, qui primum præceptum infringit. Vnde Dominus interrogatus, dignat' est nobis aperire, quod esset primum, & quod secundum mandatum inter sexcenta decem & tria præcepta legis.

2.Tim. 2.

Quæstio de primo & magno mandato quid momēti habeat.

Audientes igitur Pharisæi quòd silentium imposuisset Sadducæis. Non quidem imperando illis vt tacerent: sed quia non habebāt quid replicarent. Quanquam, cùm non crederent, posteà contendebant, licèt non cum Christo, vt habes in Actis: non enim persuasi fuor ad credendum intus, & ad amplectendam veritatem, sed coacti sunt silere, etsi verum non putarent responsum acceptum. Atque hæc quæstio præcedentem proximè sequitur: quia sine aliquo intermedio narrato in Scripturis describitur. Vt autem tentent Dominum, veniunt, alijs superatis, quibus contra Christum vniuntur. Consilium autem quod inierunt de quæstione census dandi Cæsari, an non, in absentia Christi factum fuit: quia dicitur: *Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt.* Sed aliqui manserunt, vt de vno testatur

Quomodo Sadducæis fuerit silentium impositum.

Act. 23.

An hæc quæstio de primo, & maximo mandato, præcedentem proximè sit consecuta.

Matth 22.

Marcus, & plures, vt Lucas ait, quorum vnus inquit, *Magister, bene dixisti.* Vnus ergò qui audierat, alijs nuntiauit: nunc autem omnes Pharisæi præsentes aderant, quia dicitur, *Vnus ex eis:* atque eis proponitur quæstio à Domino, cuius filius est. *Et interrogauit eum vnus ex eis Legis doctor, tentans eū.* Vnus, quia vna quæstio, & ne si vniuersi quærerent, & conuincerentur, magis erubescerent: sed aderant alij, vt illi vni fauerent, & magis Christum irriderent. Dicitur legis doctor, ne de summa arte quærens superaretur. Tentans autem, quia volebat discere. Et malo animo conuenerant, eo quòd vidissent Christum bene respondentem Sadducæis: nam si ab illis confusus fuisset, fortassis ipsum non tentassent. Etsi autem malo animo à principio tentaret, posteà tamen compunctus est, & dixit illi Dominus, *Non es logè à regno Dei:* quemadmodum ministri missi ad eum capiendum, mitiores sunt redditi audito Christo.

Marc. 12.
Luc. 20.

Matth. 22.
Quid quod vnus tantùm è Pharisæis, isque legis doctor, ac tentās Christum interrogauit de maximo mādato.

Marc. 12.
Ioan. 7.

Magister, quod est mandatum magnum in Lege? Blandiuntur vocando eum magistrum, vt magis seducant; & quia docebat, ita vocabatur ab omnibus, vt à Sadducæis paulò antè, & à Pharisæis modò, & à Scriba: *Magister, sequar te quocunque ieris:* & à populo, vt apud Marcum, *Quid vltra vexas Magistrum?* & à discipulis: *Vos vocatis me, Magister, & Domine: & benè dicitis: sum etenim:* & Dominus ipse præcepit discipulis: *Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite: Magister dicit, Tempus meum prope est, &c.* Interrogant quod esset mandatum magnum in Lege: Marcus ait interrogasse, quod esset primum omnium mandatum, id est, præcipuum. Et ideò idem sunt primum, & magnum, quemadmodum etiam responsio Christi testatur. Hoc est maximum & primum mandatum: etsi in vtroque habeatur μεγάλη in Græco: quemadmodum primitiæ auri, meliores auri partes dicuntur in Exodo. Et positiuum ponitur pro comparatiuo, vel superlatiuo frequenter more Hebræorum, aliàs multa magna erant in lege præcepta: sic etiam in libro Paralipomenon superlatiuum pro positiuo ponitur, dicuntur enim de filijs Ephraim viginti millia, octingenti fortissimi robore (pro fortes robore) viri nominati in cognationibus suis. Erat autem quæstio hæc indecisa apud Iudæos ob varietatem præceptorum. Quidam tamen legisperitus Lucæ 10. interrogans, Quid faciendo vitam æternam possiderem, & ad legem à Domino remissus, respondit, duo hæc dilectionis præcepta, & probata fuit à Domino eius respōsio. Et intendebant Christum

Idem Christū cur vocet Magistrum.

Matth. 22.
Sap. 8.
Marc 5.
Ioan. 13.

Matth. 26.

I. mandatum in lege, quid more Hebræo.

Simile.

Exod. 25.

1. Paral 12.

Quare Pharisæus peculiariter de hoc dubio Dominum interrogauerit.

capere

Marc. 12.
Deut. 6.

capere in mandato. *Aut illi Iesus, Diliges Dominum Deum tuum.* Marcus habet: *Iesus autē respondit ei, Quia primum omnium mandatum est, Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Et diliges Dominum Deum tuū*, & quę sequuntur. Christus Dominus interrogatus semper respondebat, sed non ad mentem tentantium: quāuis huic directè respondit, etiamsi tentandi animo proposuerit quæstionem. Quæ vt magis intelligantur, perpende varias fuisse tentantium volūtates, varia etiam interrogationū genera. Vnde interrogantes si postularent rem, quam nō expediret vel facere, vel scire, quemadmodum quando petebant signum de cœlo fieri, vel vt explicaret, In qua potestate hæc facis, respondit se nolle facere, vel dicere: si autem expediret, & tentarent, ad nocendum in persona, vt de censu dando Cæsari, respondebat docēdo eos circa propositam materiam; sed eorum malam mentem non detegebat. Cùm verò tentator intenderet vincere verbis; Dominus directè respondebat, confundendo eū pręter ipsius mentem, vt fecit cum Sadducæis. Si autem tantùm gloriam quæraret interrogator, & non Christi confusionem, directè ad quæsitum respondet; vt apud Lucam interrogatus: *Et quis est meus proximus?* Hic autem tentanti Pharisæo, quia posteà ipsum pœnituit, directum responsum exhibuit. Quoniam autem præceptum est de aliquo quod fieri debet; debitum autem est ex necessitate alicuius finis, quia scilicet ad eum assequendum refertur; & tale est vel necessarium, vel vtile ad illum, fit, vt quæuis lex, siue noua, siue vetus vnum mandatum habeat, quo vnum finem proximum respiciat, & multa. Multa siquidem adiumenta sunt, quibus ad finem nō casu, sed ex regula ordinante contenditur. Quemadmodū cùm dicitur; *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem;* nimirum propter dilectū Deum. Et Dominus in Deuteronomio cùm dixisset: *Si tamen audieris vocem Dei tui, & custodieris præcepta eius & cæremonias, quæ in hac lege conscripta sunt;* continuò subiūgit in singulari; *Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum.* Id est: Tota lex, quæ ratione finis vnum est mandatum: sicut ars ædificandi vna est, quod ad finem domus attinet, varia tamē habet instrumenta. Ita, *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, vnum est præceptum, in quo continentur omnia vnitate finis; sicut illud: *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis*, vnum est, in quo omnia quatenus omnes dilectionis modi in eo continentur.

Quemadmodum fere Christus respondere ipsum tentantibus.
Matth. 12.
& infra 16.
Infra 21.
Infra 22.
Ibidem.
Luc. 10.
Huic Pharisæo Christus se tentanti cur responderit.
Præceptum, & debitum differunt.
Ioan. 15.
Deut. 30.
Quid illud Moysi: Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, nō supra te est, neque procul positum.
Matt. 22.
Sup. 7.

Nam amicabilia quæ sunt ad alterum, fiūt ex amicabilibus, quæ sunt ad se ipsum: vt tradit Aristoteles. Quamuis autem cęremoniæ, atque iudicia mores dirigant: quia tamen ex institutione, & volūtate Legislatoris potiùs quàm ex ductu rationis naturalis id faciunt; propterea quæ prioris generis sunt, moralia vocantur per excellentiam: iudicialia dicuntur, quia executio illarum legum sunt, quantum ad pœnas per iudices, qui ius reddebant, inferendas. Atque hæc sicut, & quę spectabāt ad cęremonias, nihil aliud erant quàm determinationes præceptorum moralium. Iudicia quidem, pręceptorum ad proximum spectantium; cæremoniæ eorum, quæ ad cultum Dei attinent.

Philosophus lib. 9. Ethic.
Iudicia, & cæremoniæ, in quo distinguebantur.

Etsi verò Lex Noua obseruari sine cæremonijs, & iudicijs nequeat; hæc tamē nō fuerunt posita in Euangelio, sed data potestas illa cōdendi, cùm dicit; *Qui vos audit, me audit: Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo*, &, *Pasce oues meas*. Nam si lex Christi nec haberet iudicia, nec cęremonias, nec potestatem illa condendi, nūquàm Christi lex seruari posset: quia sine illis cōnenienter viuere nō possemus. Ideo hæc præcepta, cæremonias, & iudicia tradentia in Veteri Lege, cùm essent à Deo expressa, diuina erant, licèt positiua: in Nouo verò Testamento, in quo non sunt expressa, sed vel per Pontifices, vel concilia, vel homines Sanctos, & sapientes instituta, Ecclesiastica sunt, & positiua, & nō propriè diuina, quamuis ab Spiritu sancto Patribus illis assistenti condita fuerint. Atque hæc gradum superiorem obtinent ad leges ciuiles, & Imperiales per viros iurisprudentissimos editas, & ad politiam externam spectantes. Hæ verò leges merè humanæ, & ciuiles vocantur, etiamsi de illis dicat Sapientia: *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam:* quoniā & ab obiecto quod respiciunt, nempe pacificum, & ciuilem hominum conuictum, & ab autoribus, qui homines fuerūt, generali, & communi Dei prouidentia adiutis, latæ, & pronuntiatæ sunt. Nec attingunt ad Ecclesiasticas sanctiones, & leges per homines sanctos editas: quia hæ peculiari Spiritus sancti concursu & assistentia conditæ sunt, & hominibus datæ.

Cùm lex noua obseruari sine cæremoniis & iudiciis nequeat: cur illa non fuit posita in Euangelio.
Luc. 10.
Matt. 18.
Ioan. vlt.
An præcepta ad cæremonias attinentia moralia sint in lege Christi, sicut erant in Veteri lege.
Vnde leges humanæ deseruendant, & quis earū sit finis.
Prou. 8.

Diliges Dominum Deum tuum. Obiicies, Marcum nō sic habere, ait enim: *Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* Sed hæc inuicem sibi non pugnant; sed Matthæus expressit mentem Christi, Marcus

Marc. 12.
Deut. 6.
Quid est quod Matthæus de vnico dilectionis Dei mandato meminit.

Marcus autē, & fidei in Deum, & dilectionis præcepta complexus est.

autem posuit verba, & quod vnus omisit, suppleuit alter, vt solent Euāgelistæ facere. Et verba, quæ Marcus recitat, sumpta sunt ex c. Deuteronomij: in quibus non tantùm præceptum dilectionis Dei continetur, sed etiam præceptum fidei vnius Dei. Nam etsi dilectio Dei sine fide non possit consistere:

Christus cur mandatum dilectionis Dei cum fidei in Deum mandato coniunxit.

voluit tamen Dominus vtrumque, & fidei, & dilectionis præceptum coniūctim tradere propter tardiores, rudioresque, tum ne amorem Dei cæcum esse existimares, vt est ille hominum, & vt fides præcedens ostendat bonitatem, & perfectionem Dei, beneficiaque in nos collata: vnde oriri debet ratio, & quātitas amoris nostri erga Deum, id est, ex toto corde, &c. Sed aduerte, Hebræam lectionem habere: *Dominus Deus noster Deus vnus est*. Et vt Euthymius considerat, includitur in illa Dei vnitate Trinitatis mysterium in triplici Dei repetitione, & mysterium etiam Incarnationis, per quod secūda persona in diuinis Deus noster est, peculiari carnis assumptæ ratione, quod Patri, vel Spiritui sancto nō conuenit. Idem etiam habetur in illo versu Psalmi: *Benedicat nos Deus Deus noster: Benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ*. Deinde vt ingularetur hæresis, docens fidem satis esse ad salutem; cùm tamē hic statuatur fides per dilectionem operās. Et ne sibi quisquā putaret satis esse fidem, & dilectionem Dei, adiunxit præceptum dilectionis proximi, in quem per fructum bonorum operum exeratur charitas Dei, propter quem diligendus est, vt verum sit dictum Apostoli: *Qui diligit proximum, legem impleuit*. Meminit etiam dilectionis proximi, quæ est secundum mandatum, vt per hoc illos obiurgaret, vtpote qui se omni dilectionis affectu dignum non solùm non amarent, sed etiam inuidia, ac insidijs persequerentur, eumque etiam nunc dolosè interrogarent: nam si diligerent, non tentarent.

Euthym. in Marc. c. 12.

Psal. 66. II. Ratio.

Rom. 13. III. Ratio.

Præceptum dilectionis Dei quam magnū sit.

Est autem hoc præceptum dilectionis Dei meritò maximum, quia per se diligere, opus est dignū vita æterna, ac per se ducens in finem propter se ipsum appetendū atque amplectendum, & non propter nos, aut propter aliud. Alia verò præcepta non nisi per dilectionem, aut promerentur, aut ad Deum pergūnt, quò maximè tendebat Domini interrogatio. Non enim erat quæstio, quòd esset maximum mandatum in longitudine verborum, quia alia pluribus verbis constant: nec de hoc, quod simul multa facienda complecteretur, quia id maximè esset: *Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* Plura etiam continet præceptum dilectionis proximi, quia includit dilectionem Dei nondum visi. Neque quærunt quod esset maximum difficultate: quia etsi Deū diligere sit difficilius, tamen diligere proximum, per se accipiendo, non esset secundum, quia alia difficiliora inueniūtur. Neque quærebant quod esset maximum præceptum ratione danris, quia hoc datum est à Mose in Deuteronom. Decalogus à Deo in Exod. Nec demum de præcepto obligante ad maiorem pœnam, quia sic maius est illud: Non habebis deos alienos. Estque summum omnium moralium, nō determinatio aliqua diuini cultus, sed substantia eius.

Quibus modis hoc præceptū dilectionis De[i] [illegible] maximum.

Matth. 7.

Deut. 6.

Exod. 20.

Ibidem.

Præceptum dilectionis Dei cur dicatur maximum.

Hoc loco quædam dubia ad hoc præceptum plenius intelligendum euacuanda sunt. Et illud primo loco, cur dicatur maximum, & primum. Maximum imprimis mandatum propterea rectè dicitur, quia maiora sunt præcepta primæ tabulę, quàm secundæ: & inter illa primæ, maiora quæ cultum internum, quàm quæ externum præcipiunt: & inter interna quæ plus affectum, quàm quæ intellectum perficiunt. Et magis vnimur per voluntatem Deo, quàm per intellectum: & per amorem vnimur Deo propter ipsum; per fidem verò, & spem, propter nos ipsos. Ideo maximè à Deo requiritur dilectio, quæ maior est omnibus holocaustomatis, & sacrificijs; ac proinde summè hominem veterem mortificans, & maximè Deo debita, & ei offerenda, & ab Apostolo dicitur excellentior via, finis præcepti, vinculum perfectionis, plenitudo legis. Et vbi tres illas virtutes Theologicas inuicem comparat ait: *Maior autem horum est charitas*. Ad hæc dicitur maximum, quia magnum fuit in lege Naturæ: maius, quia actum in lege Moysi: maximum, quia per Christum ostendentem diuitias bonitatis diuinæ perfectum fuit. Maximum etiam ex potentia, habitu, seu dono, actu, obiecto, & fine, atque effectu. Potentia, quia maxima inter omnes facultates est voluntas, cæteris imperans, vt Regina: donum summū est charitas reliquis excellentior: actus est per se summè gratus, & magni meriti apud Deum: Obiectum est ipse Deus, quatenus fons totius bonitatis: & finis est supremus, quia non nisi propter se ipsum diligendus est Deus, sicut vniuersa propter semetipsum operatur. Effectus maximus est, quia facit maxima sustinere pro dilecto: quia fortis est vt mors, dilectio.

Matth. 22.

1. Cor. 12. *1. Tim. 1.* *Rom. 13.* *1. Cor. 13.*

II. Ratio.

III. Ratio.

Prou. 16.

Cant. 8.

Idem præceptum cur dicatur primum.

Dicitur autem primum dignitate, nam ordine non refert quale sit: & non esset secun-

secundum, *Diliges proximum tuum sicut teipsum*, si ordinis esset habenda ratio. Ordine tamen dici potest etiam primum, in lege simpliciter Moysi, id est, Deuteronomio: quia duplex est data à Deo populo Iudæo, vna in Horeb in Exodo, Leuitico, & libro Numerorum; altera in Moab, vt dicitur in Deuteronomio. Et hæc in totū est à Moyse, & ante capitulum sextum Deuteronomij, vbi est hoc præceptū dilectionis Dei, non præponitur aliud nisi Decalogus, capit. 5. qui ad Exodum spectat. Dicitur etiam primum: quia quemadmodum Deus primùm, donat nobis amorem suum, antequàm vllum donum nobis largiatur, & quicquid donat posteà, ex amore donat; ita primum Deo à nobis dandus est ipse amor, per quem nos ipsos Deo offeramus, deinde ex amore reliqua danda, iuxta illud: *Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius.* Hinc etiam sequitur, prius nos amorē docendos esse, quàm timorem: quia primum præceptum est de amando. Et is timor laudādus est, qui ob id nascitur, quia timemus amittere, aut iratum habere Deum, quem diligimus. Non autem ita ille probandus est, quo Deus vt vltor & vindex peccatorum timetur: nam hic timor crescente charitate discedit, ille autem superior manet, & tantò maior, quantò maior est charitas. Quo enim magis aliquid diligim9, eò plus timemus illud perdere, sicut quidam Ethnicus dixit:

Res est soliciti plena timoris amor.

Sed non è contrario: multi enim timent, qui necdum ad amorem peruenerunt: & eiusmodi hominibus vtilis est timor Dei vltoris, vt per illum introducantur ad spiritum amoris, secundùm illud: Initium sapientiæ timor Domini. Proinde vbi amor Dei constituitur, ibi continuò adiungendus est timor. Hinc in eodem cap. 6. Deuteronomij, pronuntiato præcepto amoris Dei ex toto corde, subiungitur: Dominum Deum tuum timebis, ac illi soli seruies.

Alterum dubium; Quomodo dicitur mandatum magnum in lege, cùm non sit in lege inclusum, sed extra Decalogum positum in Deuteronomio? Dicendum est, contineri intra Decalogum, & extra, sicut enim prima principia in scientiis partes sunt illarum, quatenus ex illis eliciuntur conclusiones: sunt etiam extra, quatenùs propriè ad scientiam conclusiones tantùm spectant: ita amor Dei extra Decalogum est, quod attinet ad verba; quantum ad sensum verò, in tribus primis includitur, atque in illis explicatur, estque finis illorum, atque adeo aliorum omnium: quia finis præcepti, est charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Porrò finis in moralibus, eodem modo se habet atque principium in his, quæ in speculationem veniunt. Dilectio etiam proximi, teste Apostolo, legem implet; & propterea dilectio proximi malum non operatur, & bonum quodcunq; potest, operari solet: qua ratione dilectio proximi primū principiū est secundæ tabulæ Decalogi, & summa eorum omnium, quæ in illo continentur.

Tertium dubium est, de quo amore sit sermo in his præceptis, an de gratuito, an verò de naturali, an demùm de vtroque. Respondeo, quosdam in hunc locum scribentes, inter quos est Caietanus, sensisse, dilectionem quam proximo debemus sicut nobis ipsis, non debere intelligi de dilectione ex charitate. Et in 6. caput Deuteronomij scribens, docet, ambo hæc præcepta non esse intelligenda ex charitate: quæ manifestè falsa sunt, & ad Pelagianum dogma, quod vires naturæ exaltat, & obseruantiam legis libero arbitrio tribuit, proximè accedunt. Nam vt de vnoquoque illorum per se disseramus, quomodo potest natura deprauata hunc actum dilectionis Dei super omnia elicere; cùm summoperè sit ad seipsum conuersa, nisi à Deo peculiari gratia adiuuetur? Deinde qui hunc actum potest elicere, cùm sit maximus, poterit & omnia quæ minora sunt, perficere. Quorsum igitur aduentus CHRISTI? Nam si per legem esset iustitia; gratis Christus mortuus est: & vnde est illud: *Nam quod impoßibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne; vt iustificatio legis impleretur in nobis?* aut quod est aliud dogma Pelagianum vires ad seruandam legem exaltans, nisi hoc ipsum? Adhæc dilectionem hanc intelligendam esse ex charitate infusa, declarat idem liber Deuteronomij. Nam cap. 30. ita habet: *Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui; vt diligas Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & in tota anima tua, vt poßis viuere.* Quibus verbis insinuatur, ad diligendum Deum, opus esse circumcisione diuina amputante omnes prauas cupiditates, & procliuitates naturæ. Præterea si dilectio Dei ex charitate maior est, & perfectior, quàm ea, quę sine charitate præstatur; quomodo hæc posterior dicetur maximum mandatum? nō enim esset maximum, quò daretur longè maius, scilicet diligere ex charitate.

Margin notes:

Duplicem legem habuerunt Iudæi. *Deut. 29.*

II. Ratio.

Gen. 4. III. Ratio.

Timor qui laudabilis, qui minime.

Ouid. epist. 1 in initio. Seruilis timor quibus vtilis.

Psal. 110. Eccle. 1.

Quomodo dicitur mandatum magnum in lege, cùm in lege non comprehenderetur.

1. Tim. 1.

Dilectionis proximi effectus. *Rom 13. Ibidem.*

Illud præceptum vt sit primum in Decalogo.

Quo de amore sit sermo in his præceptis dilectionis Dei, & proximi.

I. Opinio Caietani, & aliorū quorundam, minime probabilis.

I. Ratio, ad probandum hic de naturali Dei dilectione non esse sermonem.

II. Ratio.

Galat. 2. Rom. 8.

III. Ratio.

Ad diligendū Deū quid necessarium sit.

IV. Ratio.

Luc. 10. Deinde verum esset, quod alibi dixit: *Hoc fac, & vives*, vbi seruanti præceptum dilectionis Dei, promittitur vita æterna: esset igitur vita æterna ex viribus naturæ, & non *Variatio & alia mala ab incommodis.* ex gratia Dei. Postremò falsum esset, quòd in his duobus mādatis vniuersa lex, *Matt. 22.* & Prophetæ penderent: falsum quod esset omnibus holocaustomatis maius. Atque ita comprobatum relinquimus, dilectionē Dei præceptam ex charitate necessariò esse intelligendam.

Idem Patrum testimonio comprobatur. Quod etiam sententiis Patrum euincitur. Nam B. Augustinus libr. de Trinitate *B. Aug lib. 8 de Trinit. c. 7. initio, tom 3* in hunc modum pulchrè philosophatur: *Cùm enim duo præcepta sint*, inquit, *in quibus tota lex pendet, & Prophetæ; dilectio Dei, & dilectio proximi, non immerito plerunque Scriptura pro vtroque ponit. Siue tantùm Dei, ficuti est* *Rom 8.* *illud: Scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.* Et iterum: *Quis-* *1. Cor. 8.* *quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab illo. Et illud: Quoniam charitas Dei diffusa est in cor-* *Rom. 5.* *dibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Et alia multa: quia & qui diligit Deum,* *Quatenus diligat quis Deū, teste August.* *consequens est vt faciat quod præcipit Deus, & in tantum diligit, in quantum facit; consequens ergo est, vt & proximum diligat, quia hoc præcepit Deus: siue tantùm proximi dilectionem Scriptura commemorat, ficut est illud: Inuicem onera* *Galat. 6.* *vestra portate; & sic adimplebitis legem Christi. Et illud: Omnis enim lex in vno sermone im-* *Sup. 5.* *pletur, in eo quod scriptum est: Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Et in Euangelio:* *Matth. 7.* *Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines bona, ita & vos facite illis: hæc est enim lex, & Prophetæ. Et pleraque alia reperimus in literis sanctis, in quibus sola dilectio proximi ad perfectionem præcipi videtur, & taceri de Dei dilectione, cùm in vtroque lex pendeat, & Prophetæ. Sed & hoc ideo, quia & qui proximum diligit, consequens est, vt ipsam præcipuè dilectionem diligat.* *1. Ioan 4.* *Deus autem dilectio est: & qui manet in dilectione, in Deo manet. Consequens ergo est, vt præcipuè Deum diligat.* Hæc Augustinus asserens in summa, ex vna, eademque charitate Deum, & proximum diligi: sed Deum propter ipsum, & proximum propter eum. *B. Basil. to. 1.* B. Basilius in Psalmum 44. initio ferè, cùm dixisset non esse cuiuspis ad charitatis vs- *Cuius sit ad charitatis vsque progredi perfectionem, secū dum Basilium.* que progredi posse perfectionem, sed eius qui veterem hominem cum suis concupiscentijs exuerit, continuò subiungit verba Domini: Diliges Dominum Deum tuum *B Greg. ho. 38 in Euāg. to 2.* ex toto corde tuo, indicans ex charitate, & non ex natura illud præceptum obseruan- *Matt. 22.* *Vestis nuptialis quid significet.* dum. B. Gregorius super Matthæum, vestem nuptialem gratiam charitatis esse declarat, quæ in illis duobus mandatis dilectionis Dei & proximi continetur. Et B. Thomas apud Paulum, tractans illud ver- *B. Tho in c. 13. ad Rom. lectio. tom 16* bum: *Qui diligit proximum, legem impleuit*, ita scribit: Dicendum est, quòd illa dilectio *Dilectio proximi quæ ad charitatem pertinet, & legē implet.* proximi ad charitatem pertinet, & legem implet, qua proximus diligitur propter Deum; & ita in dilectione Dei includitur dilectio proximi, ea ratione, qua cætera *Orig apud B. Thom to. 15.* præcepta continentur. Origenes præterea à beato Thoma citatus in catena aurea hoc præceptum subtilius exponens, ait: *Mandatum sequens primo est simile, significat idem esse officij, & meriti in vtroque. Neque enim, aut Dei sine Christo, aut Christi sine Deo potest vtilis esse dilectio ad salutem.* Sic ille. Adhæc interrogatus Dominus quæ facerent ad salutem, *Matth. 19.* alibi respondit: *Serua mandata.* Rursus rogatus, quæ mandata? tantùm exponit quæ sunt secundæ tabulæ, & ad proximum pertinent. Si ergo hæc satis sunt ad salutem, ex charitate mandata esse intelliguntur; alio- *1. Cor. 13.* qui, vt Paulus ait: *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*

Proponuntur argumenta Caietani, & soluuntur. I argument. Sed videamus quibus argumentis probet Caietanus hoc loco dilectionem proximi præceptam, intelligendam esse absq; charitate? Primò enim præceptū hoc proximi prius ponit propriam dilectionem, quæ potest impleri, ait, sine charitate, vt patet. Deinde seruantes præcepta omnia secundæ tabulæ sine charitate idem confirmāt: non ergo præcipitur dilectio proximi ex charitate. Ad hoc dicendum est, falsum esse quod assumitur, nempè non posse propriam nostri ipsorum dilectionem habere, de qua dixit Dñs: *Diliges proximum tuum sicut teipsum*: nam loquitur de dilectione ex charitate, vt abundè superius comprobatum reliquimus. Ad confirmationem verò respondem⁹, quicquid disputetur in scholis de præceptis primæ, & secundæ tabulæ, an scilicet possint sine charitate, quod ad substantiam actus attinet, & Theologi loquūtur, seruari; hoc tamen præceptū dilectionis Dei & proximi à Moyse primùm, & deinde à Christo traditum, seruari non posse absque diuina charitate cordibus nostris infusa, per ea quæ superius allata sunt, indubitatum est atque certissimum.

II. argumentum. Secundò argumentatur: præcipitur dilectio proximi ab exemplo dilectiōis propriæ, certæ, & indubitatæ; id est, sicut facto ipso te ipsum diligis: sed dilectio proximi ex charitate non est certa, & indubitata: ergo dilectionem hanc Dominus non præcepit. Respondeo, falsum esse quod sumitur, quòd me eo amore debeam diligere, qui sit omninò certus, & indubitatus.

Non

Non enim, cum dixit Dominus, *Sicut te ipsum*, quemcunque amorem intellexit, sed honestum, diuinum, & ex charitate procedētem: & idem de dilectione proximi sentiendum est. Nam & illud: Omnia quæcūque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis: non sic intelligitur, quęcunque vultis re ipsa; atque facto, sed quęcunque velle debetis iustè, & cum ratione deputādo, vt Patres illum locum interpretantur.

Matt. 7. Verba illa Christi: Omnia quęcunque vultis vt faciāt vobis homines &c quem sensum accipiant

III. argum.

Tertio adiungit alind argumentum. Ideo non præcipi dilectionem proximi ex charitate, quia superfluè præciperetur, cùm in mandato primo de dilectione Dei contineatur implicitè. Respondeo in primis, non esse verum in primo præcepto contineri secundum, nisi eodem modo, quo primum reliqua omnia continet; non propterea tamen sunt superflua. Quemadmodum in pręceptis illis: *Non mœchaberis, non furtum facies*, continetur etiam, ne vxorem alterius, vel rem proximi concupiscamus: & tamen Deus illa priora præcepta à superioribus distinxit etiam in ipso Decalogo. Præterea hoc mirificè Caietani expositionem euerteret. Nam si in primo mandato contineatur præceptum dilectionis proximi ex charitate; iam superfluum est mandare vt non ex charitate diligatur, cùm sit satis, imò & plus diligere ex charitate: non enim gratia naturam destruit, sed perficit. Adde, quòd si primum mandatum Dei de dilectione intelligitur ex charitate, & hoc secundum dicitur illi simile, vt ait Dominus, certè similiter ex charitate intelligi debet, alioquin distarent, sicut distat cœlum à terra.

Naturam minimè destruit; sed perficit gratia.

An hoc præceptum dilectionis Dei, & proximi, à nobis in hac vita impleri possit.

Aduersus Lutherum, & Melanchthonem obseruari negantes posse in hac vita Christi legem.

Quartum dubium est priori omninò oppositum; an videlicet hoc præceptum à nobis in hac via impleri possit. Sunt enim qui hoc præceptum dilectionis Dei obseruari in hac vita non posse contendunt, vt Lutherus, & eius discipuli, maximè Melanchthon, qui in Apologia confessionis Augustanę tradidit, nos inchoare, & imperfectè implere legem dilectionis. Sed vbi est illud: *Iugum est meum suaue est, & onus meum leue?* Quis enim iugum importabile bobus suis imposuit, aut iumentis suis onus intolerabile? Quomodo etiam dixisset Ioannes: *Mandata eius grauia non sunt*, quantò minus impossibilia? adhæc Dominus: *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit*, item: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*, ergo seruari possunt; alias nullam viam ad ingrediendum aperuisset adolescenti; & legem non pro hoc mundo, sed pro futuro dedisset. Amplius, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

Matth. 11.
1. Ioan. 15.
Ioan. 14.
Matth. 19.
Supra 11.

Quòd si præcepta seruari nequeunt, nullus potest vim inferre: Adhæc quomodo impossibilia sunt, quæ à multis sunt impleta? Nam Dominus in iudicio iustis, qui seruarunt præceptum dilectionis erga proximum (quod seruari nequit sine dilectione Dei) rependet præmium æternæ vitę: & Apostolus de Gentibus, vt confundat Iudæos, testatur quod naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt. Henoch seruauit legem Naturæ, quia ambulauit cum Deo, & trāslatus est: Noe dicitur vir iustus, atque perfectus in generationibus suis, & cū Deo ambulauit: & Abrahę dictū: *Ambula coram me, & esto perfectus*; & de illo subditur: *Quià obedisti voci meæ*: Iobus etiā dicitur vir simplex, & rectus, ac timens Deum, ac recedens à malo, & adhuc retinens innocētiam. *Scrutabor*, inquit Dauid, *Legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo*; Et, *Super senes intellexi: quia mandata tua exquisiui: Ad omnia mandata tua dirigebar: Omnem viam iniquitatis odio habui: seruaui omnia mandata tua, & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo*; rursus: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum*; vbi ex dono gratiæ Dei cor dilatantis, & virtutem tribuentis, asserit se non solùm fecisse legem, sed magna alacritate cucurrisse viam mandatorum eius. Quemadmodum in Prouerbijs Dominus ait: *Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis*. Quas cùm ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Tertio Regum volumine Dauid seruasse mandata Dei scribitur, & Ezechias Rex in oratione sua testatur; Memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim; an non hæc verba planè testantur, illum legi fecisse satis? Quid dicam de Zacharia; & Elisabetha, qui dicuntur iusti ante Deum; incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela. Quòd verò à Petro dicitur lex iugum, quod portari non potuit: intellige naturæ nudæ, ac corruptæ, non autem gratia Dei vestitæ. Quia vt in Deuteronomio dicitur: *Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodiè, non supra te est, neque procul positum*, & Paulus: *Omnia possum in eo, qui me confortat*, Et, *Omnia possibilia sunt credenti*. Hinc illæ Patrum voces, Hieronymus in Pelagia. *Possibilia præcepit Deus, & ego fateor. Sed hæc possibilia cuncta, singuli habere non possumus: non imbecillitate naturæ, ne calumniam facias Deo, sed animi lassitudine, qui cunctas simul & semper non potest habere virtutes*, & Augustini, qui libro de Natura, &

Legem Dei qui impleuerint, teste Scriptura.
Infra 12.
Rom. 2.
Gen. 5.
Infra 6.
Infra 17.
Infra 22. & 26.
Iob 1. & 2.
Psal. 118.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Prou. 4.
3. Reg. 11. & 14.
Esa. 38.
Luc. 1.
Act. 15.
Lex vt sit iugū importabile, vt Petrus dixit.
Deut. 30.
Philip. 4.
Marc. 9.
Hieron lib 1. aduersus Pelagia. paulò post medium tom. 2.
August. lib. de Natura. & Grat. c. 43. tom. 7.

Gratia, sic habet: *Non igitur Deus impossibilia iubet, sed iubendo admonet, & facere quod non possis, & petere quod non possis.* Idem rursus:

Idem ser. 62. de temp. initio ferè, tom. 10.

Quia veritas, inquit, *mentiri non potest, iam vanas excusationes suas relinquat humana fragilitas: quia nec impossibile aliquid potuit imperare, qui iustus est; nec damnaturus est hominem pro eo quod non potuit vitare, qui pius est.* Idem libro de Natura & Gratia: *Omnia sunt facilia charitati, cui Christi sarcina leuis est;* aut, *ea vna est sarcina ipsa, quæ leuis est.* Et infra explicans quæ sint viæ duræ, de quibus Psalmista, inquit: *Duræ sunt timori, leues amori.* Et libro de perfectione iustitiæ: *Quis autem nesciat,* inquit, *cum præceptum sit generale charitas, quia finis præcepti est charitas, & plenitudo legis est charitas, non esse graue quod diligendo fit, non timendo?* & reliqua. Sic ille.

Idem lib. de Natura, & Gra. c. 69. Cap. 70. Psal. 16. Idem lib. de perfect. iustitia, respons. 17. ab initio. 1. Tim. 1. Rom. 13.

Quod ergo dicitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c.* non est sensus, vt nihil aliud ab eo cogitemus, & amemus: quia ipse præcipit diligere proximum. Et beati, qui hoc præceptum perfectè implent, alia cogitant, & amant, sed in Deo, & propter Deum. Nec est sensus, vt sic diligamus ex viribus nostris, vt caro nulli ex ipsis mandatis Dei obluctetur: quia nouit Dominus figmentum nostrum, & sæpè inuitis nobis caro subsultat, & nunquam, vel maximè iustus sine fomite esse potest. Neque rursus vult dicere, vt quanto maximo possimus nixu & conatu Deum diligamus: nam Deus pro bonitate sua ita tradidit nobis madata, vt semper sit locus consilijs, vt possimus supererogare. Alioqui pax non esset conscientiæ, vel lætitiæ, si tam graue iugum nobis esset impositum: nec vnquam probabiliter agnoscere possemus nos eiusmodi præceptum impleuisse. Neq; rursus dicendum est, Dominum hyperbolicè locutum in exigendo amore: quia eiusmodi tropis non vtitur in tradendis mandatis: & huiusmodi verborum circumstantijs aliquid nobis præcipit maius homine. Adhæc non videtur præcepta dilectio Dei in affectu, sed in actu, proximorum verò in vtroque, vt quidam ex beato Bernardo sermone 50. super Cantica colligunt. Tum quia præceptum dilectionis & amoris, animam magis respicit, quàm vires externas: & hæc præcepta eo modo, quod attinet ad substantiam operis in eis præscripti, sunt interpretanda. Et Bernardus lib. de diligendo Deo circa medium verba primi præcepti de affectu propriè docet intelligenda. Et nec sic euaderet quisquam difficultatē propositā, quia difficilius est actu seruire Deo ex toto corde, anima, mente, & viribus, quam ex affectu. Et malè exhibemus officia charitatis proximo, si non viuida sit intus erga eos charitas; siquidem beneficentia ex beneuolentia proficiscitur.

Excluduntur varij sensus huius dicti: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & &c.

Psalm. 102.

Qualia nobis Deus mandata tradiderit.

Tropis vbi nō vtitur Deus.

B. Bernard.

Idem.

Beneficentia oritur ex...

Postremò non est intelligendum, quòd diligendus sit tam Deus affectu interiori, quàm proximus externis officijs: quia hoc est hæreticorum dogma credentium duas tabulas præceptorum distingui in opera interna, & externa. Contra quod est quia Spiritus sanctus in dilectione Dei addidit, ex omnibus viribus: quia & verba, quę internorum sunt symbola, & actus ipsi præcipiuntur, vt præceptum secundum de non vsurpando diuino nomine in vanum, & sanctificando Sabbato ostendunt: quemadmodum secunda tabula prohibet internam concupiscentiam, & iniustitiam. Putant aliqui, genuinum sensum huius præcepti diligendi Deum ex toto corde, esse, vt non partem nostrorum affectuum, & virium Deo veru impendamus, & partem dijs alienis, sicut gentes illæ, siue Samaritani, de quibus liber Regum quartus meminit, qui Deo, & idolis simul seruiebant. Deus autem se totum vult diligi, coli, atque integrum obsequium sibi præstari: totum enim idem est quod perfectum, integrum, & indiuisum. Is ergo perfectè ex toto corde diligit, qui in alium Deum affectum suum non diuidit, nec alijs sectis rectis repugnantibus fidei credit; Quem sensum comprobat quod sequitur Deuteronomij cap 6. *Caue diligenter, ne obliuiscaris Domini qui eduxit te de Terra Aegypti,* & reliqua: vbi vides per, diligi ex toto corde, explicari, quòd nulli alieno Deo seruiāt. Deinde subiungit: *Custodi præcepta Domini Dei tui, ac testimonia, & ceremonias, quas præcepit tibi;* Videlicet nihil illi repugnans admittendo Vnde Ioannes dixit 1 *Hæc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus.* Adhæc etsi dixerit hoc esse maximum, & primum mandatum, atque eius non fiat mentio in Exodo, vbi leguntur decem præcepta; amor tamen, aut memoria creaturarum non interdicitur, sed expressè cauentur quæ ad idololatriam spectant, ne habeantur dij alieni, neque sculptilia, nec imagines quæ adorentur. At verò quia facilè inuenies Christi fideles, qui in peccato mortali degant, & tamen plures Deos non colant, nisi vnum tantum: præstat vt per hæc præceptū diligendi Deum ex toto corde, nihil aliud intelligamus, quàm vt nihil contra Deum, nihil supra Deum, nihil æquè ac Deum, sed sub Deo, & infra Deum, & propter Deum, reliqua autem omnia, atq; adeò nos ipsos, & proximos, & Angelos diligamus. Et

Opinio hæreticorum præcepta decalogi.

De modo diligendi Deum, quorundam opinio.

4. Reg. 17. & seq.

Deum perfectè ex toto corde quis diligat.

Ioan. 4.

Exod. 20

Probab... de pra... dil... & Pr... scientia

tunc

tnnc ex toto corde diligimus, quando integro, & perfecto corde, quod est, dicere præcipno, & cui protsus nihil desit, cùm super omnia amamus. Vt intelligere valeas Deum diligere ex toto corde, cùm quis nec actu, nec virtute aliquam creaturam Deo præfert in amote. Hinc Augustinus lib. de Doctrina Christiana exponit hoc præceptum in hunc sensum, vt nulla aliqua re fruamur præter Deum; sed quicquid aliud diligendum venerit, propter Deum diligatur, Estque hoc præceptum ex patte negatiuum, ex parte affirmatiuum; affirmatiuum qnidem ratione ea peculiare est mandatum & primum, & maximum, & à cæteris distinctum, nimirùm vt seruiamus Deo omnibus nostris facultatibus, & viribus tam internis, quàm externis. Est etiam ex parte negatiuum; & ita virtute & interpretatiuè non est aliquod peculiare mandatum, sed genericum explicatum, atque distributum per cætera præcepta, exigens vt totum cor, & totam animam nulli alteri quàm Deo tribnamus actu, aut virtute. Et vt negatinum est, obligat semper, sicut est natura, & ingenium negatiuorum præceptorum: vt affirmatiuum autem est, non ita obligat, sed certis tantùm temporibus, & occasioniuus: & ea ratione, qna vim habet obligandi, impleri potest. Nam adstringit ad Deum diligendum super omnia, & omnia proptet Deum, & nihil contra Deum: non tamen vt dilectio sit sine vllo defectu, aut sensus repugnantia, quia hac ratione modò non obligat, sed ponitur tantùm, vt quò tendendum sit, & ad quam perfectionem perueniendum, non ignoremus: quemadmodum eruditè docet beatus Augustinus lib. de Spiritu & litera, ait enim: *Proinde hoc erit primum præceptum iustitiæ, quò iubemur diligere Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente: cui est de proximo diligendo alterum consequens, quod in illa vita complebimus cum videbimus facie ad faciem. Sed ideò nobis hoc etiam nunc præceptum est, vt admoneremur quid fide exposcere, quò spem præmittere, & obliuiscendo quæ retrò sunt, in quæ anteriora nos extendere debeamus. Ac per hæc quantum mihi videtur, in ea, quæ perficienda est iustitia, multum in hac vita ille profecit; qui quàm longè sit à perfectione iustitiæ, proficiendo cognouit. Sed dici potest quædam iustitia minor huic vitæ competens, quæ iustus ex fide viuit, quamuis peregrinus à Domino; & ideò per fidem ambulans, nondum per speciem, non absurdè dicitur etiam ad istam pertinere ne peccet. Neque enim si esse nondum potest tanta dilectio Dei, quanta illi cognitioni plenæ, perfectæq; debetur, iam culpæ deputandum est. Aliud est enim tetam nondum assequi charitatem; aliud nullam sequi cupiditatem. Quamobrem debet homo, quamuis longe minus amet Deum quam eum potest amare conspectum; nihil tamen appetere illicitum.* Hæc ille. Similia docet in libro de substantia dilectionis, & in commentarijs in Ioannem. Et hæc sint satis de hac quæstione. Quintum dubium est: Cur præceptum est, vt diligam Deum, & Proximum, non autem vt me ipsum diligam? Respondeo, quia charitati, qua Deũ & proximum diligo, sæpè propter me ipsum repugno. Id ne faciam, præceptum explicatum est, quod me foris admoneret eius, quod intus charitas monet. De me ipso autem diligendo præcepto non est explicatum, qui chatitati de me amando non resisto, nisi cum illa repugnatet commodis naturalibus, & per consequens naturali amori: quare Dominus addidit, vt odio me haberem, nimirum cupiditates naturę prauas à lege abducentes. Pręterea in eo quod dixit dilidendum proximum sicut nos ipsos, apertè docuit nos ipsos debere diligere. Et nõ est sermo de amore naturali, quia de illo superfluè traderetur præceptũ, cum nimis propensa sit natura ad sui dilectionẽ; sed de amore Dei gratuito, quo nos propter Deum ex charitate debemus diligere, atque illa est forma, & exemplar diligendi proximum. Videretur etiam carnalibus ansa præberi suo genio, & voluptatibus indulgendi, si quicquam de se ipso diligendo præcepisset. Satis tamen hæc dilectio spiritualis sui ipsius expressa est in præcepto dilectionis proximi, & in illo principio legis naturæ: Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis: & in illo; Miserere animæ tuæ placens Deo: & in eo, qui diligit iniquitatem, odit animam suam: & Apostolus, Attende tibi, & doctrinæ: insta in illis. Sextũ dubium est: Cur dilectio proximi secundum mandatum dicitur: Nam debebat esse primum, sicut proximos priùs cognoscimus, quàm Deum. Et quia prius est legislatione: nam latum est Leuit. 19. sicut illud Dei Deut. 6. sed profectò inutiliter diligit proximum, & se ipsum, qui prius non diligit Deum: Deum autem diligenti, omnia cooperantur in bonum: & qui diligit Christum, mandata eius seruat, vt ipse dixit: quare secundum præceptum dicitur simile? Respondeo: Simile est in substantia actus diligendi; & quia in proximo Deus ipse diligitur, mutuoque se hæc inferunt. Et B. Thomas in Opusc. de dilectione Dei, & proximi, ostendens quomodo hoc mandatum secundum sit simile primo: Tripliciter, inquit, simile. Nam idē est actus in specie, qui vtro-

August. lib. 2. de doctr. Christian. c. 7. initio 3.

Negatiui, & affirmatiui præceptorum differentia.

Aug. lib. de spiritu & litera. c. 36. sub initi. tom. 3.

1. Cor. 13.
1. Ioan 3.

Philip. 3.

Multum quis in hac vita profecit, teste Augustino.

Habac 2.
Rom 1.
2 Cor 5.
Ibidem.

Idem lib. de substantia dilectionis. c. … & 8. tom. 9.

Deum, & proximum diligere, non autem nos ipsos cur præcipit Deus.

Ioan. 12.

II. Ratio.

Quo amore nos ipsos diligere debeamus.

III. Ratio.

Matth. 7.

Eccle. 30.
Psalm. 10.
1 Tim. 4

Cur dilectio proximi secundum mandatũ dicatur.

Rom 8.
Ioan 14.

Secundum præceptũ cur simile dicatur primo.

B Thom. opusc. de dilect. Dei, & proximi cap 2.

bique pręcipitur, scilicet dilectio: idem numero actus charitatis, à qua vterque actus dicitur: & vnus idemque finis, scilicet Deus, in qoem vterque dirigitur: quia propter Deum & Deus & Proximus diligitur. Cùm ergo Proximus diligitur propter Deum, solus Deus diligitut propter se ipsum. Aristot. *Vbi vnum propter alterum, ibi tantùm vnum.* Sic ille. Quanquam autem Dominus non sit interrogatus nisi tantùm de magno mandato, siue de primo; pro bonitate sua tamen adiecit secundũ, & modum vtriusque expressit, de quo non interrogauerant. Sicut in quæstione de censu dando Cæsari, plus aliquid respondit, explicans Deo esse reddenda debita: vt annotauit Chrysostomus.

Aristot.

Christi bonitas, & misericordia.

Chrys. ho. 71 in Matt. to. 2.

Septimum dubium: Quid significauit, In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ? B. August. lib. Quæst. Euangeliorum: *Pendet, dixit, id est, illo refertur, ibi habet finem.* Hæc ille. Pendent vtique media ex fine, atque ea de causa sunt media inter agentem, & finem intentum, vt per ea ad finem intentum perueniatur. Licèt ergo sit actus eiusdem speciei, & vna charitas, modi tamẽ sunt diuersi specie, scilicet propter se, & ex toto corde, & sicut te ipsum, & non ex toto corde: quo etiam modo diligendus est Angelus. Ideò non sunt duo præcepta de diligendo nomine, & Angelo. Multiplicatio autem actus, vel intensio non efficit diuersa præcepta: nam aliàs dilectio proximorum efficeret tria præcepta.

Quid significet: In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Prophetæ?

August. lib. 2. quæst. Euang. q. 33 tom. 4.

Per legem, intellige quinque libros Moysi, non totum vetus Testamentum, aut solum librum Deuteronomij. Per Prophetas accipe, non personas, sed libros ipsorum, cootinentes non tantùm reuelationes, sed etiam editos Codices à Prophetis: vt, librum Iudicum, Regum, Paralipomenon, ac similium. Pendet, inquit, id est, cõtinentur simpliciter in his duobus omnia ibi contenta; vel ad hæc duo, vt ad finem referuntur. Quia omnia pręcepta, & Historiæ ordinant hominem ad Deum & Proximum diligendum, iuxta illud: *Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* Et propriùs dicitur pendere ex duobus, quàm ex vno; quia vnum nõ reducitur directè ad alterum, cùm Deus propter se, & ex toto corde diligendus sit: proximus nec propter se, nec ex toto corde. Vel melius intelligitur sic in duobus istis pendere, vt in singulis horum omnia peodeant, eo quod alterius præcepti obseruatio sine altero esse nequeat, imò alterum in altero includatur. Ideò Dominus cùm Matth. 7. dixisset: *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis,* adiecit: *hæc enim lex, & Prophetæ:* & Paulus; *Plenitudo legis est dilectio,* scilicet proximi, de qoo erat sermo: & Dilectus, *Si quis dixerit, Quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est.* Ad hæc pauca contraxit Dominus præceptorum varietatem, & multitudinem, implens illud Esaię: *Verbum abbreuiatum faciet Dominus super terram.* Quẽ locum tractans Cyprianus in sermone de Oratione Dominica, sic habet: *Nam cùm Dei sermo Dominus noster Christus Iesus omnibus venerit, & colligens doctos pariter, & indoctos, omni sexui atque ætati præcepta salutis ediderit, præceptorum suorum fecit grande compendium, vt in disciplina cœlesti discentium memoria non laboraret; sed quod esset simplici fide necessarium, velociter disceret.* Sic ille. Potius tamen tota lex redocitur ad dilectionem Dei, quæ prior est, & proximus non propter se, sed propter Deum diligitor: etsi dilectio Dei dilectiooem proximi necessariò includat, ob quam Dei dilectionem proximum diligimus. Plura autem, & difficiliora præcepta videntur esse de proximo. Ideò qnod ait Apostolus: *Si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum. sicut te ipsum:* intellige mandatum de proximo.

Ex qua lege, & Prophetis, Dei & Proximi dilectionis mandata dependent.

Diuina præcepta, & historiæ quid efficiant.

Rom. 15.

Quemadmodum ex lege, & Prophetis duo illa mandata dependeant.

Supra 13.

1 Ioan. 4

[illegible] Verbum abbreuiatum faciet Dominus super terram.

Esai. 10 iuxta Septuag. et Rom. 9.

Cyprian.

Rom. 13.

Subdit Marcus: *Et ait illi Scriba, Benè Magister, in veritate dixisti, &c.* Et replicato præcepto, subdit: *Iesus autem videns quòd sapienter respondisset, dixit illi, Non longè es à regno Dei: & nemo iam audebat eum interrogare.* Ex huius Scribæ responsione constare potest, non tantùm quæstionem fuisse de præceptis Decalogi, quodnam horum sit maius, sed etiam sacrificia fuisse Decalogo collata, quibus videlicet Scribæ, & Pharisæi fauebant; alij verò maiorem autoritate in fidei, & dilectionis operibus tribuebant, eo quòd plurimi patrum ante legem absq; victimis, & sacrificijs ex fide tantùm per dilectionem operante Deo placuissent: nemo autem absq; fide, & dilectiooe per holocausta solùm, & sacrificia placuisse inueniretur. Et in hac sententia fuit hic Scriba, dicens, diligere Deum, & Proximum, maius esse omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. Et consentit hæc doctrina cum dictis Prophetarum, qui præferunt fidem, & dilectionem sacrificijs, Psalm. 49. 50. 59. Esai. 1. Ierem. 7. & alijs multis locis, quos colligit Irenæus lib. 4. cap. 32. in quibus sacrificijs censet obedientiam, pietatem, iustitiam, & misericordiam. Sicut Deuter. 10. testatur Dominus per Moysen, se non aliud à suis petere, quàm vt diligant Deum in toto corde suo. Cũ egregiè respondisset

Marc. 12.

Cum quibus senserit, hic Scriba decem præceptum dilectionẽ Dei, & Proximi maius esse omnibus holocaustomatis, & sacrificijs.

Irenæus.

&c rem

Cur eum Intuitus est Iesus,ac dixit; Non longè es à regno Dei.

& rem ita ſe habere cooſiteretur, vt Chriſtus dixerat, Ieſus intuitus eſt illum, vt oculis iuuaret fidem eius, & verbis adhortaretur eum ad perfectiorem fidem, & dixit, Noo es lōgè à regno Dei, hoc eſt, à fide: qni enim oblatam veritatem amplectitur, propinquus fit ipſi fidei. Vel non longè erat, quia credebat vnum Deum, licèt nondum amaret. Nam ſine amore fides poteſt quidem eſſe, ſed oon prodeſſe. Qui etiam ad ſacrificiorum cęremonias prò charitate cōtemnendas adducitur, facilè illi haud ita multo pòſt lex libertatis committi poterit. Et ita fortaſſis hic oonnihil tactus hoc verbo Domini, poſteà conuerſus fuit. Nos igitur verbis Chriſti cedamus, & auſcultemus. Et quia præcipit Dominum diligere, inuocaudus eſt Dominus Ieſus, atque illi dicendum: O Domioe Ieſu, placet tibi dilectio Dei, atque in ea delectaris, dilige ergo & me proximum tuum vt te ipſum, & fac vt ego quoque diligam Deum, & in eo oblecter, & beer in eo amando, & ita ego quoq; ſic à te dilectus diligam proximum meum: daboq; operam vt & mecum diligat Deū. Nam antequā tu mihi hoc des, nihil agam: Si verò hoc conceſſeris, beatum me hic eſſe exiſtimabo, præſtaboque vt hic perpetuas tibi cum Patre & Spiritu S. laudes decantem in ſecula ſeculorum, Amen.

Propinquus fidei quis.

Fides quæ nihil prodeſt.

TRACTAT. LXIII.

De diſceptatione Domini cum Phariſæis de maximo mandato: in quo præcipuè explicantur verba primi mandati de dilectione Dei.

Propoſitum autoris.

PRÆCEDENTI Tractatu explicauimus hiſtoriam huius diſceptationis, & dubia circa præceptum dilectionis Dei, & Proximi, quæ magis ad ſpeculationem ſpectabant, quam ad praxim, pro virili noſtro euacuauimus: Iam illud aggredimur, vt paulò diligentiùs ſingula verba primi præcepti excutiamus atque expendamus. Verba ergo ſunt: *Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua* (addit Marcus) *& ex tota virtute tua* (Lucas verò) *& ex omnibus viribus tuis*: quanquam io Deuteronomio non habeatur, *Ex omni mente tua*; habetur tamen, *Ex tota fortitudine tua*: Et ita pro eodem ſumendum eſt, ex omni virtute, ſiue ex omnibus viribus, ſiue ex omni fortitudine. In verbis igitur propoſitis duo præcipuè continentur: nam in prioribus verbis: Diliges Dominum Deum tuum, rationes impellentes ad

Marc. 12.
Luc 10.
Deut. 6.

Expenditur Chriſti ſententia: Diliges Dominum Deum tuum, & reliqua.

amandum Deum indicantur; in reliquis verò, ex toto corde, anima, mente, & reliq. modus diligendi præſcribitur. Nos tamen vt latius ſpatiemur in tam felici & vtili argumento, omnia illa verba expendemus, primùm, quatenus porrigunt modum in dilectione Dei ſeruandum: deinde iterum eadem excutiemus, vt rationes ad Dei dilectionem excitantes eliciamus. Illud autem in primis præfandum, oullam eſſe menſuram dilectionis Dei, eſt enim infinitum bonum, infinitaq; perfectio, quare & infinito amore digna: vt propterea rectè dictum ſit à B. Bernardo: Cauſſa diligēdi Deum, Deus eſt: modus, ſine modo diligere. Tradunt Philoſophi, finem ſine menſura vlla à nobis expetendum, quæ verò ad finem ſunt, cum mēſura quadam, & quatenus ad finem conducunt. Quemadmodum ſanitas ſine modo, & ab infirmo deſideratur, & à Medico procuratur; at verò medicina quatenus confert ad ſanitatem. Deus igitur, qui ſupremus eſt finis, ſine modo, & menſura, aut vllo termino diligi debet: propterea hic rectè dicitur, Ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente: at creaturæ ratione præditæ, quia ad Deum referuntur, non niſi cum menſura amoris amplectendæ ſunt, quatenus ad Deum diligēdum conferunt: ſolet enim nimius creaturarum amor valde nocere: vnde & nos ipſos non niſi cum menſura diligere debemus, atq; adeò proximos noſtros ſicut nos ipſos, vt expreſſit Dominus.

Dilectionis Dei cur nulla eſt menſura.

B. Bern. tract. de diligendo Deo, initio.

Finis abſque menſura vlla à nobis expetendus, ſecūdum Philoſophos, non itē inſtrumenta

Deus quomodo diligendus ſit, quo verò creaturæ ratione præditæ.

Quantum ad primum, pondera verbum Diliges, futuri eſſe temporis: & quanquam Hebræi futuris pro Imperatiuis vtantur, vt aliàs eſt à nobis annotatum, vt perinde ſit, diliges, ac dilige, dicere, tamen illa oratione futuri temporis, deſignatur amoris perſeuerantia. Nam quādo recipimus donum charitatis, intelligamus ea lege nobis donari, vt illud plus quàm vitā, atque adeò proprium cor, magni pendere debeamus, de quo propterea dictum eſt: *Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita procedit*: at vita ſpiritualis ex corde prodiens, aliud non eſt quàm charitas. De hoc etiam dono ſtricta nobis reddenda eſt ratio. Et qnando baptiſmo intinctus fuiſti, in ſigno ſenſibili data eſt tibi charitatis veſtis, ac dictum: *Accipe veſtem candidam, immaculatam, quam perferas in die iudicij*. Diliges ergo, id eſt, perſeuerabis in amore, tam pretioſam veſtē per peccatum vllum non contaminabis, neq; duplici corde, aut animi acerbitate lacerabis. Adhæc de futuro præceptū dilectionis tradit Iudæo. Nā ille gloriabatur omnia ſe opera legis facturum, & interim naturæ im-

Cur dictū in futuro: Diliges Dominū Deum, &c.
Futuris pro Imperatiuis vtuntur Hebræi.

Qua lege donum nobis charitatis donetur.

Prouer. 4.
Spiritualis vita quid.

II. ratio, dicti de futuro: Diliges Dominum, &c.

III Ratio.

Exod. 24.

potentiam,& corruptionem ignoiabat. Et hanc debebat agnoſcere, quamprimum agnouiſſet Meſſiam incarnatum, & mortuũ pro nobis,& prędictum per vniuerſum orbem,miſſo etiam Spiritu ſancto in credentium pectora, per quem danda erat gratia, qua tùm cætera omnia,tùm pręceptum dilectionis impleremus : Ideò rectè dicitui de futuro, diliges. Nobis etiã in Chriſtum credentibus dicitor diliges, de futuro:quia plena & perfecta huius legis obſeruatio nó ad hanc peregrinationem ſpectat, vt teſtantur Auguſtinus,& Bernardus, ſed ad patriã & ad ſtatum vitæ æternæ.Quanqnam in eo ſenſu,quo nunc implendum eſt hoc præceptum,nunc minimè adſtringat, ſed in alio ſenſu, quem præcedenti Tractatu expreſſimus,& qui à nobis cum diuinæ gratiæ opitulatione præſtari poteſt.

IV. Ratio.

Aug.li. de ſpiritu & litera,c.36.init Bernar. ibid. circa mediũ.

Sequitur altera vox,*Dominum*. Vbi primum hæſitabis, qui fieri poſſit vt diligatur Dominus,qui potius timendus eſt,iuxta illud; Si Dominus ego ſum : vbi eſt timor meus?Sed hic Dominus valde eſt amabilis, vult enim ſeruos non ob vtilitatem aliquã ſuam, ſed ob ipſorum ſeruorum commoditatem & vtilitatem. Nam vt rectè docet B.Auguſtinus,in hoc differt dominium terrenum à diuino, quòd terrenum mixtum ſit cum neceſſitate,& ſeruitute:eget namq; homo ſeruis,equis,curru, atq; alijs,quibus dominatur. At Dei dominium liberum eſt ab omni neceſſitate, quia bonorum noſtrorum nó eget:nec vult vllam ſeruitutem vilem, & ad timorem ſeruilẽ inducentem, ſed illam,quæ charitati nó aduerſatur, imò cum adoptione filiorum adiungitur. Nam vt docet Areopagita Dionyſius, quando ſunt in diuerſis generib⁹ ſubordinatis multi gradus, ſemper altior gradus inferioris generis idem eſt cum infimo ſuperioris. Vt,verbi gratia, inter Elementa, ſummus gradus aëris eſt idem cum infimo gradu ignis, & infimus aëris eſt idem cũ ſupremo aquæ: & inter metalla ſupremus gradus argenti eſt idem cum infimo gradu auri : ita etiam inter ea quæ ſenſu ſunt pręedita,& ratione,ſummum ſenſibile cum rationali cóiungitur. Summum enim inter ſenſibilia corpus humanum, infimum inter ea quæ intellectu vigent,Ratio eſt:& tamen Ratio cum corpore humano in homine cóiungitur.Ad eũ modum cùm duplex ſit ſeruitus, altera,quæ exhibetur ex timore, altera verò quæ ex charitate, duplex itẽ ſit filiorum ratio,altera naturalis, altera adoptiua, gradus ſupremus ſeruitutis, qui eſt ex charitate, proculdubiò coniungitur cum infimo gradu filiorum,id eſt, eorum qui Dei gratia adoptantur in filios: atque ita Dominus talis maximè eſt diligendus,quia & ipſe incidit cum eo,qui pater eſt.

Expenditur illa vox: Dominum.

Mala. 1.

Diligendus ne Dominus, qui timendus?

B. Aug in Pſal.123.to 9.

Dominium terrenum,& diuinum differunt inter ſe ſe.

Pſalm. 15.

Diony. Areopagita.

Regula B. Dionyſij.

Duplex ſeruitus.

Subdit,*Deum*. Quæ vox in Hebræo habetur Elohim, id eſt, Deum prouidentem, gubernantem,ſuſtentantem, & ad finem beatitudinis non minus ſuauiter, ac iuſtè, quàm potenter, ac ſapiẽter hominem perducentem.Ama ergo Deum, qui ex nihilo condidit, conditum gubernauit, & collapſum redemit.Dicere ergo, Diliges Dominum, ſi ſpectes modũ amoris,intellige reuerenter, quia Dominus eſt. Vnde apud Eſaiam, Angeli velabãt facies ſuas in ſignum reuerentiæ, vt docet Dionyſius. Dilige vt filius patrem,non vt parem, vel ſocium:amor enim Dei,ſanctum, & reuerentem timorem nó tollit, qui permanet in ſeculum ſeculi.Hinc ſancti in cœlo coram Deo proſternunt ſe ipſos, & Helias tranſeunte Domino operuit vultum ſuum pallio pręrenerentia, Dei aſpectu indignũ ſe iudicans, & Eccleſia canit:*Per quem,maieſtatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes,tremunt poteſtates.* In amore igitur creaturæ, etſi verum ſit,quod Poeta quidam dixit:

Elohim Hebraice quid.

Eſai. 6.

Angeli apud Eſaiam cur velarent facies ſuas.

Diony. libr. de Eccl. Hierar c.4.part.3. poſt medium.

Pſalm 18.

Apoc.14.

3.Reg 19.

Non benè conueniunt,nec in vna ſede morantur
Maieſtas, & amor.

Ouid.li 2 Metam inſ.

In amore tamen Dei hęc mirificè conueniunt. Nam amor auget reuerentiam, & reuerentia amorẽ; quemadmodum ipſe Dominus ſummo nos, & inexplicabili amore diligens, ſicut in Filio incarnato oſtendit, maieſtatem tamen ſuam,& grauitatem ſeruauit. Vt poſſimus non minus verè,quam dulciter canere,ac dicere:

In Dei amore maieſtas & amor vt bene conueniant.

Quàm benè conueniunt,& in vna ſede morantur
Maieſtas,& amor.

Rurſus:Diliges Dominũ, idem eſt,ac dicere;dilige potenter, ſiue amore forti, qui nó deficiat in tentationibus, ſiue tribulationibus,vt accidit Petro neganti.Dęmon enim nos tanto amoris theſauro ſpoliare conatur;proinde expedit amore forti muniri, vt poſſimus cum Apoſtolo dicere : Sed in his omnibus ſuperamus propter eũ qui dilexit nos;& in Canticis : *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem , nec flumina obruent illam*.Dicere,dilige Deum videntem omnia, & qui ſcrutator eſt cordium, & currentem ad amatum,tantundem eſt ac dicere: Ama prudenter,ac circunſpectè, quia ipſe acuto intuitu cernit omnia. Hinc ſancta quædam fœmina dicere ſolita erat,quòd plus metueret,ab amore,quàm à diabolo : Sæpè enim contingit, dæmonem noſtris ſe implicare, & immiſcere amoribus: & plerunque dum Deum nos diligere exiſtimamus, non niſi

Dominum diligere quid.

Matt 26.

Dæmonis inuidia.

Rom 8.

Can. 8.

Quid itẽ, Diligere Deum.

Pſalm. 7.

Pia quædã fœmina cur plus amorem metuebat,quam diabolum.

nos

Qualis eſſe debeat amor noſter, qui Deo gratus, & acceptus ſit.

nos ipſos amamus. Debet ergo eſſe amor noſter purus ac prudens, igneq; cœleſti inflammatus, oon terreſtri, vt à Deo acceptetur. Hinc in lege, ſacrificia alieno, vel exterrno igne oblata recuſabat. Terreous, & alienus amor, eſt amor quo uos amamus; cœleſtis verò ignis, ſiue tẽpli, eſt amor Dei, quo eum ſuper omnia diligimus. De hoc amore prudẽti dixit Dominus Abrahæ: *Ambula coram me, & eſto perfectus.* Id eſt, age circumſpectè, quia ego ſum plenus oculis, & omnia ſunt ouda, & aperta oculis meis. Adiungit, *Tuum*, inſinuans verò, & dulci amore, atq; adeò confidentię pleno Deum diligẽdum. Nam oos ipſos reuero affectu proſequimur, & nobis ipſis maximè fidimus, neq; nobis defuturos nos ipſos ſperamus.

Leuit 3. Num 3. Geneſ 17.
Quid illud Dom ui ad Abraham: Ambula coram me, & eſto perfectus.
Hebr 4.

Ex toto corde tuo.

Ex toto corde. Quoniã notæ ſunt ſatis ex Patribus expoſitiones, quid ſit diligere ex toto corde, quid ex tota anima, quid ex tota mente, atq; ex omnibus viribus, nõ ero longior in illis citandis: tantùm dicam quid mihi his verbis exponẽdis quam maximè veritati cooſonum eſſe videatur. Præmittendum eſt tamen, Matthæũ dixiſſe iuxta Gręcam literam, *Diliges in toto corde, in tota anima, &c.* quia ſecutus eſt Hebræam literam, vbi pręcedit litera Beth ſeruilis. Marcus verò ſecutus LXXII. interpretes, dixit, Ex toto corde, ex tota anima, &cæt. Idemque ex vtraq; prępoſitione ſenſus elicitur. Hebręis tamen familiare etiam eſt, *in*, pro, *cum*, vſurpare; vt ibi, *Acceſſiuit Iacob in animabus ſeptuaginta*; Et, *Introibo domum tuam in holocauſtis*; pro, cũ holocauſtis, & cum animabus. Tale eſt & illud: *Eduxit eos cum argento, & auro*: vbi tamen & Hebræi, & LXX. habent, in argento, & auro. Ita ſimiliter hoc loco; *Diliges Dominum in toto corde, & anima*, id eſt, cum toto corde, & anima. Cor corporeum illud, eſt ſedes caloris, & ſanguinis, collocatum in homine, iuxta læuam papillam, cæteris verò animantibus in medio pectore, quod primo viuit, & vltimum moritur, vitæ domicilium. Atque vt ex corde, vita procedit, vt diximus: ita ex voluntate procedit omnis operatio, ſiue bona, ſiue mala. Proinde quale cor eſt, talia ſunt quæ ab eo proficiſcuntur: quia non poteſt arbor bona malos fructus facere: oeque arbor mala bonos fructus facere. Dilige ergo ex tota voluutate: quod primus homo in ſtatu inoocentiæ facilè præſtare poterat: nam Deum amore cæteris omnibus præferebat, & reliqua omnia quatenus diligi poſſunt, ad Deum cum ordine referebat. Beati etiam, & ſpiritus Angelici in gloria implẽt hoc mandatum, quia pleni ſunt amore Dei quemadmodùm ferrum longo tempore

Geneſ. 45. Act. 7. Pſal. 104. Matth. 7.

Cor propriè quid: vbi in homine, vbi in bruto poſitũ ſit: eius fructus.

Homo primus ante lapſum, Deum quomodo diligeret, & beati in cœlo.

in fornace poſitum, igni impletur. Deus tamen, vt diximus, nou adſtringit ad illum modum amoris, quem in pręmium præparauit diligentibus ſe: ſed illud tantùm ſignificat, vt cor tuum ita ſit in amore Dei exercitatum, vt nihil ſuprà, nihil ęquè ac Deum diligas, nihil deniq; cõtra Deum, & legem eius ames. Vnde dixit: *Qui amat patrem, aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus* Nec ergo filios, aut parentes, aut honores, aut facultates ſupra Deum diligere debemus, ne rei huius violati efficiamur præcepti. Vbi ergo quid occurrit dubitatione dignum, quo iſtud præceptum violari poſſit, & eo non obſtante, id facis, prodis te ex toto corde non diligere, & mentita eſt iniquitas tibi: vt, ſi dubitas an cõtractus vſuram ſapiat, & an nefas ſit habere plura beneficia, quæ vocantur incomparibilia, nihilominùs ab illis non abſtines. Diligenter ergo inſpiciendum eſt, vt amor Dei in ſtatera tui cordis præponderet amori mundi. Nam, vt dixit Auguſtinus, ita corpus pondere, ſicut animus amore fertur, quocunque fertur. Nam ſi Deum plus diligis, omnia ad eum tecum trahes; ſimiliter, ſi mundum. Quòd ſi dixeris, Tardat tantillum bilanx amorem Dei deſcẽdere in ſtatera cordis, & nonnihil cor à Deo ſeparat: dico hoc nõ tollere Dei gratiam, nec extinguere amorem Dei, vt ſunt peccata venialia, nonnihil nos in via Dei retardantia. Verũ eſt, quòd habebimus minus præmij, quàm ſi in totum propenderemus in Deum. Debemus tamen operã dare vt ab illis etiam leníoribus liberemur: quia etſi non ſunt vulnera letbalia, faciem tamẽ dedecorant, atq; dehoneſtant. Sequitur: *Et in tota anima tua.* Anima ſignificat vitam ſenſitiuam, & omnia quæ habemus cũ belluis communia, id eſt, ſenſus, appetitiones, & membra. Et ita diligere Deum ex tota anima, nihil eſt aliud quã diligere Deum ex omnibus illis partibus, quas cum belluis cõmunes habem⁹. Sed quomodo poterit hoc fieri, cùm amare, propriè ſit producere actum amoris, quòd ſolùm præſtat voluntas? Dicendum, quòd etſi amare propriè ſit id quod dictum eſt: metaphoricè tamen amare, eſt ſigna externa amoris oſtendere. Hinc aiebat Dilectus: *Filioli mei, non diligamus verbo, neq; lingua: ſed opere, & veritate*; & Dominus: *In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem*, id eſt, externa mutui amoris argumenta ediderítis. Et cùm quis alteri facit delicias, dicimus eum illum diligere, cum Chriſtus fleuit Lazarum mortuum, dicebant: *Ecce quomodo amabat eum.* Ad propoſitum ergo, etſi anima non poſſit eum cognoſcere, nec

An poſſimus & an debeamus ita Deum diligere, quẽadmodum diligemus in patria.
Eſa. 64. 1. Cor. 2. Matt 10.

Prodat ſe qui Deum non diligere ex toto corde.
Pſalm. 26.

Aug. li. 11. de ciuit Dei, ca. 28. tom. 5.
Quò feratur amor.

Venialium effectus delictorum quis.

Amor cum ſit actus ſolius voluntatis, Deum ex tota anima qui diligant.

1. Ioan. 3.
Amoris argumentum.
Ioann. 13.

Supr. 11.

pro-

producere actum dilectionis, tamē potest edere signa amoris, ac si illū amaret; quòd præstat, cùm proprijs cupiditatibus resistit, & voluptatibus ac delectantibus se spoliat, vt tem gratam Deo faciat, & sanctam eius voluntatem impleat. Vt si v.g. caro suggerat esse faciendam vindictam, Ratio verò oppositum dictet, & tu Rationi acquiescas, & carni tuę repugnes; tamē caro dicitur diligere Deū: ita si sensus alliciat ad edendum vel ad voluptates carnis captandas, vel ad bona aliorum expilanda, tu tamen propter Deum eiusmodi motus reprimas, & illos extinguas: nō secùs atq; B. Benedictus, qui tentatus in carne, nudum se inter spinas volutauit; vel vt B. Francisc. qui appetitione carnali ducendæ vxoris, & procreationis filiorum, nudum se in niuem proiecit, vt niueam vxorem, & niueos filios haberet, edomandæ, ac macerandæ carnis gratia. Isti dicuntur Deum diligere in tota anima.

Deum in tota anima qui diligant. Marc. 12.

Subdit: *Et in tota mente tua*. Id est, intellectu. Nam quod Dominus dixit, Ex tota mente tua; Scriba explicando repetiuit, ex toto intellectu: vbi eadem quæ prius difficultas occurrit. Nam intellectus munus nō est amare, sicut nec videre auctium, aut oculorum audire. Per metaphoram ergo significat ostendere signum amoris per intellectum; quod tunc fit, cùm intellectus voluntate Dei regi se sinit. Vult enim Deus à nostro intellectu, tùm vt credamus quæ nō videmus, sed accipiamus ab his, quibus Deus reuelauit, & qui non poterant decipi: vt sunt mysteria Trinitatis, Incarnationis, Passionis, Resurrectionis, & futuræ vitæ. Et vt puer debet credere nutrici suæ, qui si nolit sugere lac ex vberibus eius, proculdubio mortem incurret; ita nobis omnibus fides habenda est Ecclesiæ, quæ tanquam pia nutrix lac mysteriorum credendorum præbet. Deinde petit, vt fidem exerceamus, ruminando quæ Scriptura proponit, & voluntate quę Dei amabilia sunt, beatorum, atq; æternæ vitæ repræsentando: quia sic in meditatione nostra exardescet ignis. Nam si diligenter inspicias eum, qui te cōdidit, & in quem finem, quorsum dederit corpus, & animam, si quorsum Filius Dei est incarnatus, ac talem, & tantam mortem pro nobis perpessus fuerit, & ad vitam immortalem suscitatus: facilè ex illis scintillas amoris educes, tanquam ferro percutere silicem. Tertiò vult Deus, vt intelligamus in quanto periculo versemur, & quantis egeamus Dei adiumentis, & in quantis necessitatibus volentetur proximi nostri, vt tùm pro nobis, tùm pro illis iuges & perpetuas offeramus Deo preces: Beatus enim qui intelligit super egenum, & pauperem.

Quid sit Deū diligere in tota mente, vel in toto intellectu.

Ab intellectu nostro tria Dominus requirit.

II. Debitum.

Psalm. 38.

III. Debitum.

Psalm. 40.

Quod addidit Lucas, *Ex omnibus viribus*: & Marcus, *Ex omni virtute*: vel generalis vox est ad comprehendendas omnes animæ facultates, secundùm illud: Benedic anima mea Domino; & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius: vbi animam cum interioribus facultatibus ad laudandum Deum excitat: ita hic generali voce virium, omnes tùm corporis, tùm animi virtutes non comprehensas corde, anima, & mēte, indicare voluit, vt sciamus omnia Deo reddenda esse per amorem, quæ ex dilectione eius erga nos accepimus. Et hactenus de modo diligendi sit dictum.

Luc. 10. Marc. 12. Ex omnibus viribus tuis. Psal. 102.

Superest vt causas, & rationes dilectionis Dei his verbis expressas, discurrendo aperiamus. Primum igitur incitamentum amādi Deum est, agnoscere à Deo profectū esse præceptum hoc: quia qui dicit Deum, infinitam denotat potentiam, sapientiam, atque iustitiam. Atque hæc tria deberent nos inducere ad portandum iugum amoris. Nam si potestas quęlibet inferior, vt paterfamilias, vel magistratus, vel Princeps aliquid præcipiat, meritò ad obediendum inclinaris, quia iustitia hoc exigit: & quoniam qui illi resistit, Dei ordinationi resistit. Si ergo Deus alijs locum suum sustinētibus obsequium præstari voluit; quantò magis sibi? Ad hæc si scires, præcipientem tibi esse sapientissimum, & non posse errare, nonne dictis eius auscultares? Quid si esset infinitæ sapientiæ? nonne magis illi esset parēdum, cùm decipere nequeat? Adde præterea, esse infinitam iustitiam, dicētem, ama. Finge seruam aliquam miseram, & sordidam in domo Regis esse, quam tamē filius Regis volens exaltare, & accipere eam sibi in vxorem, & præcipere illi vt se diligeret: pone, illam recusare conditionē oblatam, ac dicere: Nolo te in virum, & tamē de nuptijs cum alio seruo mortem eius machinante celebrandis tractare; quo supplicio plectenda esset tam stulta reputatio? Haud equidem secùs nos agere cum Deo deprehendimur. Ait enim Deus animæ: *Ama me, quia te volo in sponsam assumere, & daboque tibi æternas delicias*. Dicit mundus ambitione, auaritia, atq; luxuria infectus, Noli illum amare, sed me ama, & dabo tibi mortem sempiternam: & tamen audimus hāc fallacem mundi vocem, & non illam Dei.

Diuini amoris incitamenta quinque.

Dei appellatione continentur tria.

Rom. 13.

Quale Dei & animæ coniugium.

Mundi voces quas potius audiamus, quam Dei, nos infelices.

Deinde ad amandum Deum incitare deberet res ipsa præcepta: nēpè amor, qui suauissimus est, & naturæ hominis valde consonus: ita vt qui non amat, & expers sit huius affectus, verè mortuus dici possit. Mundus enim cū omnibus in ipso contentis, ex

II. Incitamentum diuinæ dilectionis, ex parte amoris ipsius.

amore cõditus est à Deo, anima ex dilectione Dei creata est, amore Christi redempta, & tãto amoris symbolo, id est, Eucharistiæ cibata, corpus ex amore parentũ genitum, homo denique charitate parentum eorundem educatus atque instructus; adeò, vt faciliùs sit homini diligere, quã scire, quàm loqui, quàm sentire, vel edere: & perinde illi dictum, Diliges, ac dicere lapidi sursum existẽti, Descende; igni, Vre; soli, Resplende.

III. incitamentum, ex parte ipsius Dei.

Tertiò videamus, quis sit ille, qui diligi præcipitur, num sit vilis aliquis, aut fœdus, aut malè de nobis meritus, qui diligi præcipitur. Est enim nobilissimum, pulcherrimum, & optimũ ens, fonsque totius bonitatis, & perfectionis: vnde vocatur Dominus Deus tuus. Nam voci primæ Dominum, respondet Hebraicè Iehoua, quod significat Deum, vt est in seipso, & qualis erat ante mundi constitutionem, quia ipse solus se vt summum ens, & pelagus substantiæ infinitæ se comprehendit. Et hæc est maxima caussa diligendi, bonitas Dei in seipsa, de qua ait Propheta: *Confitemini Domino quoniam bonus*, nimirũ absolutè in seipso, nõ tibi, vel illi. Et quia bonus est etiam nobis, subdit: *Quoniam in sæculum misericordia eius*. Quod vt magis intelligas, finge colorem esse, qui haberet omnium aliorũ colorum gratiam & amœnitatem; sonum qui comprehenderet omnẽ melodiam; cibum qui cõtineret omnium fructuum, & cibor ũ saporem; herbam, quæ haberet omnium aliarũ proprietatem & virtutem; gemmam, quæ omnium vnionum, & lapillorum pretiosorum vim, & efficaciam complecteretur; rem denique tãtam, quę omnium creatarum virtutum perfectionem absolueret: quæ etsi in se sint finitæ, tu tamen illas cogitatione redde infinitas: deinde collige illas ad vnitatẽ & simplicitatem, & illud quod concipies, erit Deus, illa erit pulchritudo, & perfectio infinita, bonitas immensa, dulcedo incomprehensa, & ad aliquẽ conceptum Dei peruenisti: hic est ergo, quem præciperis diligere. Qui verò Hebraicè dicitur Iehouah, à Latinis Dominus appellatur, & à Septuaginta κύριος. Habet autẽ dominium non tantùm vsus rerum, vt homines, sed ipsius substantiæ, cuius homo dominus esse nequit. Habet etiam dominium vniuersale à nullo pendens, & merè liberum, nullique seruituti obnoxium, nullaque seruorum suorum opera propter se indigens.

Iehouah Hebraicè quid significet.

Deus qualis concipi possit à nobis.

Dei dominij perfectiones.

IV. incitamentum amoris diuini.

Post Dñm, addit; *Deum tuum*, id est, creatorem, redemptorem, iustificatorem, & glorificatorem. Ecce ergo nouam caussam amandi, id est, quia non tantùm in se bonus est, sed etiam tibi bonus est, & tu propensus es ad amãdu ea quæ tua sunt; Ideò ait, *tuum*. Est ergo Deus prouisor, qui omnia videt, & per omnia meat. Proinde in Deo est sapientia, prouidentia & gubernatio. Sapientia quidem, qua tot res, & tam varias condidit, & conditas distinxit in vniuerso: ad quã spectat, quod ex virtute illa seminali, construxerit tanto artificio tam pulchram, elegantem, atque excellentẽ creaturam, qualis est homo, ex qua primò cor, cerebrum, hepar, & deinde reliqua membra distinxit, cũ tanto sensuum internorũ, externorumque ornamento. Quòd si talem fecit seruum, hoc est, corpus; quid de dñ o, hoc est, anima cogitãdum, quę forma est substantialis, nobilissima, imagineque Dei insignita, incorruptibilis, cognitione, & amore prædita? quod non habent ipsa corpora cœlestia, etiamsi, vt quidã volunt, corruptionis omnis sint expertia. Secundò, adest prouidẽtia Deo, qua cunctis creaturis instrumẽta, atq; præsidia aptauit, vt quælibet suos fines attingat, & consequatur. Sed in hac mirabilis est Dei prouidentia erga hominem, quòd illum ad tã altum finem, id est, ad se iustauratorem, ac glorificatorem visione & fruitione possidendum condiderit. Tertiò, est in Deo gubernatio, qua singulas creaturas ad suos fines mouet, & suauiter adiuuat. Attingit enim à fine vsque ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter. Quæ gubernandi ratio maximè splendet in homine, quẽ aduersis, & prosperis, terroribus & beneficijs, supplicijs, & præmijs permouet, tum per se, tum per Angelos, & prædicatores, & alijs infinitis modis, qui à nobis comprehendi non possunt. Qui hæc seriò cogitat, videt, quantũ debeat Deo creatori, quãtum Deo redimẽti, & esse perditũ restituenti. Quantum enim chirurgo restituenti oculũ amissum, aut membrũ præcisum deberes? Deus autem non vnum, aut alterum membrum, sed omnia membra per peccatũ ad gehennam ignis adiudicata benignè tibi restituit. Vt nihil dicam de anima, quæ in immẽsum excedit dignitatem corporis: nec tantùm restituit, sed etiam seruat. Itaque te ipsum bis Deo debes, teste Bernardo: & quia te ex nihilo fecit, & quia cũ peccato inquinatus esses, refecit, sed fecit solo verbo. Ad reficiendum, opus fuit sudore, sanguine, ac denique crucis morte; & adhuc tantum amatorem non redamas? & in tanto beneficiorum igne positus friges? edisque miraculũ conforme illi trium puerorum: nam illos in fornace ignis ardentis positos nõ tetigit ignis; tu in medio tot incitamentorũ amoris, arte Satanæ nõ incenderis? non diligis?

Humani corporis, sed præsertim animæ rationalis excellentia.

Gen. 1.

Dei erga hominem prouidentia singularis.

Sap. 8.

Eiusdem gubernatio admirabilis.

S. Bernard. in tract. de diligendo Deo, aute med.

Cur Deo bis debeamus nos ipsos teste Bernard.

Dan. 3.

dilectionis preceptum, homo benè compositus, & morigeratus erga Deum efficitur: per secundũ verò dilectionis proximi, informantur homines, vt rectè, & cum ordine, atque honestè inuicẽ se habeant.

Proximus ab amico nõ differt.

Deinde præmittendũ est, idem esse proximum, & amicum: vnde in Leuit. legitur: *Diliges amicum tuum sicut te ipsum*; & Dñs apud Matth. *Audistis quia dictũ est, Diliges proximũ tuum, & odio habebis inimicum tuum*; quamuis vox Hebræa potius significat socium, quàm amicum, vel proximum. Sed socios pro amicis habere soliti sumus.

Leuit. 19.
Matth. 5.

Proximus verò relationem ad alterũ dicit, nemo enim propriè sibi proximus est, nam anima mea, & caro mea aliud non sunt, quàm quod ego sum. Quæ ergo à me distincta sunt, & tamen sine medio in eadẽ specie iuncta, illa mihi proxima dicuntur: qua ratione pinũ pinui proximã esse dicimus, etiamsi loco lõgè distet; at verò situ pinum pyro proximam dicimus, si proximè illã crescat, tametsi natura sit ab illa alienissima.

Simile.

Homo homini vt proximus sit.

Homo ergo homini proximus est, nimirũ natura, gente, sanguine, religione, redemptione, felicitate, siue gloria: hic ergo non dicitur loco, aut sedibus proximus; sed quia natura adeò est propinquus, vt nequeat esse propinquior. Quod Christus apud Luc. indicauit exemplo Samaritani, qui misericordiã impendit, nulla facta interrogatione, sanguine ne esset propinquus, an gente, an religione; meritò, an immeritò calamitatẽ perpessus, de quo nihil aliud cognouit, nisi quòd homo esset. Et subiunxit: *Vade, & tu fac similiter*; ac si diceret: Intellige omnem hominem tibi esse proximũ, ac proinde impende illi misericordiam, etiamsi nec genere, nec gente, nec religione, nec amicitia tibi proximus sit.

Luc. 10.

Homines proximi appellatione in Scripturis sępè veniunt.

B. August. lib. de doctr. Christiana, colligit ex illo verbo Pauli ad Rom. *Qui diligit proximum, legem impleuit*; proximum significare omnẽ hominem: quod Scripturis est familiare. Hinc Dauid: *Nec fecit proximo suo malum*; ac rursus: *Vana locuti sunt vnusquisq; ad proximum suum*; & iterum: *Opprobrium non accepit aduersus proximos suos*; & alibi: *Quasi proximũ & quasi fratrem nostrum, sic complacebam*.

B. Aug. lib. 1. de doct. Christian. cap. 30. tom. 3.
Rom. 13.
Psalm. 14.
Psalm. 11.
Psalm. 14.
Psalm. 34.

Homines qua re proximi inter se dicantur.

Est aũt homo homini proximus, quia ab eo non differt genere, nec specie, sed tantùm persona, quæ quia diuidi non potest, nisi partes perficientes, & qualitates aduentitiæ separentur, rectè à Physicis dicitur indiuiduum. Omnes enim vnam & eandem specie animam, & vnã & eandem specie carnem habent.

II. Ratio.

Secundò dicuntur proximi, quia ab eodem principio ortum habent: vnde proximi fratres sumus, quia omnes ab Adam, & Noë progeniti sumus: hinc fratres vocãtur omnes, qui ex Abraham, Isaac, & Iacob nascuntur, & Dauid dixit populo: *Fratres mei vos, os meum, & caro mea vos*.

2. Reg. 19.

III. Ratio.

Tertiò sumus proximi omnes ex alio principio, hoc est, ex Deo: quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

Rom. 11.

Anima rationalis & mors vnde sint.

Neque enim nasceretur homo, nisi Deus animam infunderet: quæ non est ex traduce, sed à Deo immediatè: à quo etiam est mors, quatenus non seruat vitam. Ad hæc cùm Deus fecerit hominem ad imaginem & similitudinẽ suam, quæ inanimatis, & brutis communis nõ est, sed tantum creaturis ratione præditis, proximus proinde est homini homo: prętep has rationes propinquitatis, quę omnibus hominibus cõmunes sunt,

Gen. 1.

Christiani quot, quantisque rationib. sibi inuicem sint proximi, ac fratres.

Christiani peculiarib⁹ quibusdã rationibus sunt sibi inuicẽ proximi. Nã sunt inuicem membra sub eodẽ capite Christo: habent eundẽ Deum Patrem, eandem Ecclesiam matrem, eundem redemptorem, eundem viuificatorem Spiritum, fidem eandem, eadem Sacramenta, idẽ verbi Dei pabulum, eandem spem, eundem aduocatum, eandẽ denique mensam, & quod mirum est, vno & eodem Spiritu omnia Christi membra viuificantur: quem qui peccato amiserit, potest Pœnitentiæ Sacramento recuperare.

Amicum siue socium diligere cur præceperit Deus.

Etsi verò omnes homines debeamus, vt proximos diligere; verum cùm dilectio nostra non possit nisi ad quosdam exeri (nullus enim benefaceret his, quos non nouit natos, vel qui olim iam fuerunt, & amplius nõ supersunt, vel procul à se habitãtes sunt) propterea iussit Deus diligere amicum, siue socium, id est, omnem hominem, quemcunque Deus tibi aliqua ratione coniunxerit, aut cognitum reddiderit, vt testatur parabola Samaritani.

Luc. 10.

Quia verò plerunque cõtingit, vt proximi nostri, vel infideles sint, vel hęretici, vel criminosi: adhuc tamen & illi diligendi sunt. Sed quomodo tales capaces sint dilectionis, declarauit B. August. lib. 8. de Trinit. c. 6. in fin. tom. 3 dicens: *Qui ergo amat homines, aut quia iusti sint, aut vt iusti sint, amare debet: sic enim & semetipsum amare debet, aut quia iustus est, aut vt iustus sit. Sic enim diligit proximum tanquam seipsum sine vllo periculo. Qui enim aliter se diligit, iniustè se diligit, quoniam se ad hoc diligit, vt sit iniustus. Ad hoc ergo vt sit malus, ac per hoc iam non se diligit. Qui enim diligit iniquitatem, odit animã suam.*

Augustin.
Infideles, hæretici, ac criminosi quatenus sint diligendi, secundum August.
Psalm. 10.

A ratione proximi qui excludantur.

Hęc ille egregiè. Qui ergo neque bonus iam esse potest, vt sunt dæmones omnes, atque damnati, illi soli à ratione proximi excluduntur; reliqui verò omnes, etiamsi magnis flagitijs, & sceleribus inquinentur, grauesque inimicitias nobiscum gerant; nosque oderint, pro proximis habẽdi sunt, & omni

quam possumus ratione à nobis inuaodi. Est autem hoc præceptum diligendi proximum, perinde, atque se ipsum, iustũ, vtile, ac delectabile. Iustum quidem, quia Deus ipse præcipit, qui potest vires præstare ad seruandum, & cor emollire ad inimicum diligendum: nec potest nos decipere, & potest magno præmio dilectionem nostram remonerare.

Præceptũ diligendi proximum non secus ac seipsum tripliciter iustum ostenditur.

Deinde iustitiam præcepti indicat ipse Deus, imò & Angeli, & Sancti, & boni omnes, qui proximos quosque diligunt; qui tamen, quid sit odio, vel amore dignum, nouerunt optimè. Denique ad imaginem Dei summi conditi sunt, & participes bonitatis diuinæ effecti, imò filij, & membra Regis, quod attinet ad Christianos. Et quod summa est omnium, quicquid nos proximo facimus, non tam ipsi, quàm Christo impendimus, dixit enim: *Quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.*

Matth. 25.

Idem vtile esse, ex multis euincitur.

Deinde vtile est hoc mandatum, tum ad multa mala vitanda, tũ ad multa bona consequenda. Et in primis ad cauendam iustam Dei indignationem, ne fortè dicat vobis; *Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?* Iuuat etiam ad mortem æternam vitandam: Quia qui non diligit, manet in morte. Liberat præterea à perturbatione mentis, & similitudine dæmonis, & homicidio spirituali, quæ vniuersa mala homo incurrit odio habens proximum: nã omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Tollit etiam dilectio proximi aut priuationem bonorum, & facultatum, aut defraudationẽ boni nominis, aut vitæ spoliationem: hæc etenim mala incurrunt, qui in odio versantur. Nam vt plenitudo legis est dilectio, ita plenitudo peccatorum & malorum est proximi odium. Confert præterea hoc præceptum ad plurima bona adipiscenda, tribuit enim victoriam: nam dici solet: *Neq; Hercules contra duos*; & vt ait Salomon: *Si quispiam præualuerit cõtra eum, duo resistent ei.* Parit deinde mutuam consolationem: *Ecce*, inquit Psaltes, *quam bonum, & quã iocundum habitare fratres in vnum.* Generat exhortationem, efficacemque facit, vt meritò sit dictum: Si dormierint duo, fouebuntur mutuò; vnus quomodo calefiet? Præstat præterea exauditionem orationis, nam plures faciliùs exaudiuntur, quàm vnus. Si duo ex vobis cõsenserint super terram, de omni re quãcunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis est. Cõsequitur dilectio proximi remissionem peccatorum, & gratiam: *Dimittite*, inquit, *& dimittemini.* Denique gloriam promeretur: nam qui diligit proximum, legem impleuit; at implenti legem, promissa est gloria. Et vt hic amor maximè cõciliat beneuolentiam coram Deo, & hominibus, secundùm illud aureum dictum Salomonis: *In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata corã Deo & hominibus. Concordia fratrum & amor proximorum, & vir, & mulier benè sibi consentientes.* Ita hic amor maximè ingratus est Satanæ, qui delectatur in seminandis inter fratres discordijs, & est vt Dauus, qui interturbat omnia.

Supra 18.
1. Ioan. 3.
Dilectio proximi à quibus malis nos eripiat.
Ibidem.
Quæ mala incurrant odio habentes proximum.
Rom. 13.
Prouerbium.
Eccl. 4.
Psalm. 132.
Eccl. 4.
Matth. 18.
Luc. cap 6.
Rom. 13.
Ecclesi. 25.

Quod delectabile item sit præceptũ diligendi proximum.

Tertiò delectabile est præceptum hoc multis de causis. Tum quia homo natura est ad amorem perpensus, vt qui ex amore creatam animam habuit, & ex amore genitũ corpus accepit. Deinde, quia amor cõformis est vitæ, cor ipsum dilatans, & impinguans; quemadmodum & tristitia exsiccat ossa. Tertiò, quia res quæ sub præceptum cadit, mala nõ est, vt peccatum, vel imperfectum quid, sed bona, vtpote natura ipsa à Deo condita, imò inter corporea summè bona: vt non excuseris quòd iniquus sit, vel sceleratus, vel inimicus, ad cuius amorem distringeris. Sic quippè diligendi sunt homines, vt eorum nõ diligantur errores. Quartò, quia Deus gratia sua naturam adiuuat, vt se vincat, prece, & beneficijs iuuando proximum, nec considerando mala quæ tibi, sed quæ sibi intulit, vt ita lucreris fratrem tuum: nec considerando honorem terrenum, sed cœlestem, & diuinum: excitãdo etiam ad cognitionem, quòd non satis sit nolle nocere, sed opus est velle prodesse. Ad hæc vt non cogites te nihil illi prosuturũ tua dilectione: hoc enim faciens, carbones ignis cõgeres super caput eius; vel saltem tibi proderis. Quintò hoc ipsum suadet naturalis ex vtroque parente, nempè Adam & Eua, fraternitas; quod nec in brutis animantibus, nec in Angelis reperitur, quare nec in illis inuenitur tanta dilectionis ratio. Adest præterea supernaturalis ex Christo & Ecclesia spiritualis fraternitas, in qua vt membra viuimus Spiritu Christi, vt filij sub eodem parente. Postremò vrget necessitas ipsa: non enim potest dicere oculus manui: Non indigeo opera tua, vel è contrario; sed omnes ad mutuam dilectionem exemplo corporis naturalis adstringimur.

Prouerb. 17.
Vera proximũ diligẽdi ratio.
Prouerb. 25.
Rom. 12.
Hominis propria fraternitas.
1. Cor. 12.

Agitur de modo diligendi proximum.

Iam de modo aliquid subiungendũ: qui variè nobis describitur in sacris literis, sed hic familiarior & notior nobis: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Nam vt nobis nolumus vllam iniuriam, aut molestiam inferri, & commoda atque beneficia, dum in indigentia aliqua positi sumus, nobis optamus exhiberi, quæ tamen rationi sint con-

iuncta:

iuncta: ad eum planè modū diligere proximum iubemur, vt nullam iniuriā proximo inferamus, & beneficia, quæ ratio præscribit esse exhibenda, in illum cōferamus: vt ita seruemus duo illa præcepta iuris Naturæ: *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias*; &, *Quæcunque voletis vt faciāt tibi homines, ita & tu facito illis*. Quoniam autem diligere, est bonum velle alicui; & bona sunt in quintuplici differētia, nempè fortunæ, corporis, & animi, quæ nota fuerunt etiam Philosophis; deinde bona gratiæ, & gloriæ, quæ tantùm fidelibus agnita sunt. Ex his quinque bonorum generibus, postrema tria simpliciter, & fine aliqua conditione sunt perinde proximo, atque nobis desideranda; Bona verò corporis non simpliciter, sed quatenus conferunt ad vitam æternam comparandā, tum proximis, tum nobis expetenda sunt. Bona verò fortunæ nonnisi cum duabus conditionibus, vel nobis, vel alijs velle debemus; altera est, vt eiusmodi bona statui, & conditioni cuiusuis conueniant, altera, vt ad vitam æternam acquirēdam sint adiumenta, & instrumenta: nec enim si illi fini assequendo nocerent, exoptanda essent. Præter hunc modum diligendi proximū, Scriptùra alios porrigit, nimirum: *Vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos*. Deinde vt diligamus sicut commembra eiusdem corporis, qui est Christus. Sed de his nihil hic agendum esse existimaui, de quibus in suis locis commodius dicetur. Illud tantùm addendum, ad modum diligendi proximum spectare, vt ordo in charitate præstanda seruetur, de quo Sponsa in Canticis dixit: *Ordinauit in me charitatem*. Neque qui dixit: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, intelligi voluit tanto esse amore à me diligendum proximum, atque me ipsum: & vbi plures causæ diligendi suppetunt, ibi conuenit esse propensiorem, & ardentiorem charitatem. Primo igitur loco diligendus est Deus ex toto corde. Deinde quisque à se ipso est diligendus: atque in se ipso diligendo, ordinē quoque seruare debet. Nam prius animam, quàm corpus; & plus corpus, quàm bona externa; priori loco famam, & bonum nomen, quàm diuitias amare debet: qui etiam ordo in proximi dilectione seruandus est. Tertiò diligendi sunt comparticipes gratię in Christo, priusquam hostes Christi, & bellum illi indicentes. Sed & interdum inter fideles ordo seruandus est. Nam quò plus aliqui sunt nobis coniuncti, eò magis sunt diligendi, quàm remoti, iuxta illud Pauli ad Galatas: *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei*; &, *Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior*. Proinde priori loco amandi sunt parentes, filij, vxores, mariti, fratres, & sancti, qui in cœlo regnant, & optimi quique, qui verbo præsunt, & Sacramento. Ideò de vxore ait: *Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit; sed nutrit, & fouet eam*. Inter hostes fidei etiam ordo seruandus est, & quo quisque magis, aut minus Ecclesiæ, & fidei nocet, eò magis aut minus est diligendus. Et vt egregiè S. Thomas tradit, Pagani, Iudæi, & hæretici fidem, & religionem Christianam impugnant. Inter quos hic est ordo; vt quoniam Pagani ignotam veritatem persequuntur; cum quibus computandi sunt Saraceni, siue Mahometani, qui errores Iudæorum, & hæreticorū quorundam cum Mahometo amplexi esse videntur; Iudæi verò veritatē in figuris, & vmbris cognitam abnegant. Hæretici verò apertæ veritati per omnia agnitæ atque comprehensæ aduersantur & illi cōtradicunt. Propterea extremo numero dicti, hoc est, hæretici minus diligendi sunt, quàm Iudæi, & Iudæi minus quàm Gentiles, vel Mahometani, atque hi minus adhuc quàm fideles peccatores, & vitam criminosam degentes; rursus isti minus quàm fideles charitatis operibus, & misericordiæ incumbentes, aut Euangelica consilia profitentes, & perfectionis arcem consectantes. Itaque ordo summè in charitatis mandatis est tenendus. Nam cui maior debetur dilectio, maiora illi debemus tum temporalia, tum spiritualia beneficia exhibere. Et vbi contingeret, vni plusquam alteri, esse ex charitatis regula succurrendum; cum vtrique non possimus, ille semper esset præferēdus, qui plures rationes, & grauiores ad diligendum excitantes haberet, vel ille, cuius vitæ si succurrimus, magis Christi gloriam illustraturus, aut Ecclesię Dei erit magis fructuosus. Verùm cum ad hęc particularia descendimus, nulla est certior regula, quā illa, quā prudētia spiritus suo tempore, & loco dictabit, postquam quisquam Dominum orando consuluerit: nam propè est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate: hic est Dominus noster Iesus Christus, qui cū Patre & Spiritu S. ab omni creatura rationis compote summè diligendus est, colendus atque venerandus in sempiternis seculis, Amen.

Iuris naturæ præcepta duo sunt.
Tob. 4.
Matth. 7.
Bonorum genera quinque: ex quæ expetenda quatenus.
Alij modi diligendi proximum in scripturis traditi.
Ioann. 5.
Ordo in charitate tenendus.
Cant. 2.
Statuuntur gradus amoris Dei & proximi.
Gal. 6.
1. Tim. 5.
Ephes. 5.
Inimicorum dilectionis ordo.
D. Thom. in 2. 2.
Psalm. 144.

TRACTATVS LXV.

De disceptatione Domini cum Pharisæis, quibus proponit quæstionem de Christo, cuius filius sit, & habetur Matth. 22. Marc 12. Luc. 10. Matthæus hanc disceptationem ita refert: *Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei, Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum dicens: Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum Dominum; quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.* Marc. addit in fine: *Et multa turba eum libenter audiuit.*

Sermonis Domini efficacia.

BReuis admodum videtur hæc disceptatio, & planè apparuit quãta esset Domini efficacitas in disputando; qui tam paucis verbis quæstionem difficillimam potuit absoluere, & ita ora aduersariorũ obturare, vt nullus eorum quicquã potuerit respondere. Et ante quidem habuimus plura exempla disputationum prauo, & insidioso animo institutarum. Nam Sacerdotes, Scribæ, Herodiani, & Sadducæi in his quæ egerunt, animo maligno non caruerunt: iam nouam audimus quæstionem à Domino proponi, & qua intelligamus quales debeant esse piorum disceptationes: simplices, & puræ, sine insidijs, fraudibus, vel calumnijs institutæ ad ædificationem audientium, petitæ etiam ex Scripturis, & in hunc finẽ additæ, vt cognoscamus verum Deum, & huius Filium Iesum Christum.

Quales debeant esse piorũ disceptationes.

Huius disceptationis caussa.

Huius autem disceptationis caussa extitit, quod cum hostes Domini ex his, quæ hactenus & audierant, & viderant, didicisse debuissent, Iesum & Deum verũ, & hominem verum, id est, exspectatũ illum Messiã esse, atq; hoc illi per crassitiem, & malitiam admittere nollẽt: Ipse Dominus eos ad veri confessionẽ proposita quæstione vrget. Nouerãt quidẽ Iudæi, ex multis vaticinijs, Messiam fore filium Dauidis, adeò vt multi leprosi, & infirmi ac cæci clamarent: *Iesu præceptor, fili Dauid, miserere mei*; sed nolebant credere eum esse filium Dei, & ex hoc etiã dominũ Dauidis. Quod concedebant, bonũ erat: quod negabãt, blasphemia. Nisi fuisset filius Dauidis, hoc est, hominis, non potuisset mori: nisi fuisset filius Dei, non potuisset resurgere. Sed iam singula verba expendamus.

Quare Iudæi Messiam filiũ tantum Dauid agnoscerent, non Deũ aut Dominum Dauidis. Marc. 10. Luc. 18.

Messias cur debuerit simul esse & filius Dauidis, & filius Dei.

Congregatis autẽ, inquit, *Pharisæis*. Ex quo apparet continuatio historiæ, & omnia à ficulnea arefacta (de qua superius) in die Martis sancti gesta sunt. Et dicũtur congregati, quia ad tentandũ venerant ad templũ: & quia Marc. non fecit mentionem huius congregationis Pharisæorum, sententiam tantùm referẽs, inducit Dñm loquentem: *Quomodo dicunt Scribæ, &c.* Et quod ait, Respondens Iesus, dicebat, idem est, ac loquẽs, quia eos interrogauerat, & introducit loquentẽ, non ad turbas, sed ad Pharisæos tentantes coram turbis. Quomodo dicũt Scribæ, Christum, &c. Lucas verò quia loquentem ad Scribas inducit Dñm, non meminit Scribarum, neque eius cum Pharisæis narrat disputationem; ideò nõ dixit. Quomodo dicitis? Marcus habet: *Quomodo dicunt, &c.* quasi dicat: Non bene dicunt. Et hoc post interrogationem dictam; Quid vobis videtur de Christo? quasi vellet dicere; Vos me interrogatis de lege, ego vos de Christo, ad quem lex mittit: & post responsionem Dauidis, quam proponit Matthæ. Et aliqui Pharisæi erãt Scribæ, quorum est scire, & scientiã alios docere. Quæsiuit autẽ hoc, vt confundendo, faciat eos cessare à tentando, & vt agnita veritate quiescerent, & vt Iudæi errantes, de articulo necessario, instante morte sua erudirentur. Et sub tertia persona de Messia egit, vt cum post, se Messiam diceret, Deus crederetur: quod min⁹ fide susciperetur, si de se ipso dixisset in prima persona. Beneuolos autẽ interrogauit; *Quem me esse dicitis?* non autem hos Scribas, & Pharisæos, quia apertè negarent, etiamsi veritatem scirent, & caussam accusandi venarẽtur. Per modum autem interrogationis, & non citationis rem tractat; vt conuincat Scribas ne tentẽt; & vt elucescat antiquorum Patrum fides de Messia; & vt sententia contra aduersarios euicta firmior maneat, & ne videatur sibi id vsurpare contra veritatem. A Pharisæis verò doctis, & congregatis quærit; vt illis silentio imposito, populus firmaretur in sententia, quam à tot sapiẽtibus vi veritatis extorserat; Christus porrò sapientissimus ad vincendũ non solùm singulos, sed etiam vniuersos simul collectos, ostenderetur.

Matth. 22. Cur isti Pharisæi dicantur congregati.

Marc. 12.

Ibidem.

Luc. 20.

Scribarum officium.

Cur Dominus quæstionẽ de hac quæstione, scilicet Christus cuius filius esset, in tertia persona, non in prima.

Matth. 16. Cur interrogando potius, quàm citando Christus se probet filium Dei.

Huius rei à Pharisæis doctis, & congregatis inquisitæ caussa.

Quid vobis videtur de Christo? Id est, Scio vos talem opinionem tueri. *Cuius filius est?* Hoc est, esse debet, hic enim non ponit se Messiam, vel illum iam venisse. ¶ *Dicunt ei,*

Quia potius Pharisæi Christum filiũ Dauidis dicerent esse, quàm Abrahæ.

Dauid.

Matth. 1. Gen. 12. Gal. 3.

Dauid. Obijcies; Cum Christus dicatur non minus filius Abraham, quàm Dauid, vt patet in Matthæo, in Genesi, & ad Galatas; cur potius eum filium Dauidis vocarunt, quam Abrahæ? Dicendum, Dauidem præcelluisse dignitate regali, & nomine sanctitatis, cùm de illo Propheta dixerit: Quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum. Plures etiam promissiones factæ sunt ad Dauidem, quàm ad Abraham, & similior est Messias Dauidi, quia natus etiam in loco, in quo Dauid, scilicet in Bethleem. Si prætereà dicerent filium Abrahæ, nihil determinarent, quia omnes Iudæi erant filij Abrahæ, & certum erat apud Iudęos; quòd Christus Iudæus futurus esset, nec de ea re erat dubium vllum, sed de domo, & familia, vt fieret aliqua distinctio; nam Abraham, etiam Ismaelitarum, & Gentilium quorundam pater fuit. Non dicitur filius alicuius eorum, qui præcesserunt Dauidem, vt dicatur filius Phares, vel Esrom, vel eorum, qui successerunt Dauidi post Abraham, vt dicatur filius Iosiæ, vel Ezechiæ: quia cum denominatio fiat à potiori, nemo illorũ, qui fuerunt post Dauid, fuit æquè principalis, atque Dauid. Deinde promissiones non illis, sed Abrahæ, & Dauidi factæ sunt. Similiter nec filius eorum, qui antecesserunt Dauidem post Abraham: quia non fuerunt ita insignes, & magni viri, nec illis vlla facta est promissio.

1. Reg. 13. Matth. 2. & Luc. 2.

Quid est quod Christus Dauidis filius vocatur, nõ autem alicuius antecessorum, aut successorum eius.

Vnde fiat denominatio.

Reprehendit autem Pharisæos: nõ quòd dicerent Christum esse filium Dauidis, cum verum esset; sed quia non confitebantur esse filium Dei: à nobiliori enim fieri solet denominatio. Hinc Ambr. super Lucam: *Illud quoq; considerandum, quia reprehendit eos, qui Christum Dauid filium dicunt. Et quomodo cæcus ille Dauid filium confitendo meruit sanitatem? Quomodo pueri dicentes, Osanna filio Dauid, præcelsa prædicationis Deo gloriam deferebant. Sed non reprehenduntur hoc loco quia Dauid filium confitentur, sed quia nõ credunt filium Dei. Non enim alterum, sed alterutrum in fide vera est.* Sic ille. Non quæsiuit Dominus ab Scribis, & Pharisæis quid sentiret populus de se, vt olim ab Apostolis, cùm dixit; *Quem dicunt homines esse Filium hominis?* quia hic non erat quæstio de hac persona Iesu, sed de Messia in genere: & hoc non à simplicibus, & idiotis, sed à peritis, & in Sacris literis exercitatis quæsiuit. Et assertio populi modò non proderat, cùm esset quæstio legis, & populus quæstiones legis ignoraret, vt dicitur apud Ioannem; sed turba hæc, quæ non nouit legem, male[illegible]i sunt.

Quare Christus reprehendit Pharisæos dicẽtes filium Dauid Christum, cum id verum esset secundum Ambrosium.

Ambr. lib. 10. in Lucam, initio, tom. 5.

Luc. 18. Matth. 21. Supra 16.

Cur, vt olim ab Apostolis, non à Pharisæis Christus quæsiuit, quid homines de se sentirent.

Ioan. 7.

Sed quæritur, q[illegible]modo valet argumentum, quòd Christus non sit filius Dauid, ergo erit filius Dei; quod Christus infert. Nõ enim videtur valere hæc illatio. Etsi enim sequatur quòd Christus non esset filius Dauid, quia Dominus eius erat; non sequitur tamen quòd erat filius Dei, quia poterat esse filius alterius viri; quare nihil inferret Dominus. Respondeo, quòd cum Iesus dixit, *Christus non est filius Dauid*, noluit inferre quòd erat filius alterius viri, quia hoc parum promoueret suam sententiam, sed voluit inferre quòd erat filius Dei, ad ostendendam excellentiam eius. Ex modo tamẽ dicendi probat eum Deum: quia cuiusuis hominis alterius Iudæi filius non vocaretur dominus à Dauide Rege vt Deus, nec genitus ex vtero, id est, substantia, nec ante Luciferum, id est, stellam creatam quarta die. Nec etiam Scribarum traditionem voluit Dominus tollere; sed expendendum relinquit, quomodo scilicet illa traditio conueniret cum his quæ Dauid de ipso vaticinatus est. Erat enim Dauidis verus filius secundum carnem, & pręterea erat Filius Dei, & Deus verus iuxta diuinitatem: quam duplicem naturam ignorabant tunc Scribæ. Vnde Caiphas dixit: *Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, Si tu es Christus Filius Dei.*

Quâm fortis hæc illatio: Christus nõ est filius Dauid, est igitur filius Dei.

Gen. 1.

Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum? Quod Matth. ait in Spiritu; ἐν πνεύματι. Marcus latiùs, & clarius explicauit dicẽs, ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ cum duplici articulo, id est, in Spiritu sancto: quia in Scriptura Canonica, id est, libro Psalmorum, vt ait Lucas, alioqui Propheta mentiri potest ex intentione, si malus est, vt Balaam, & Caiphas; vt etiam peccare, sicut Propheta occisus à leone, velut Dauid Propheta etiam peccauit. Nec Prophetæ semper habebant Spiritum, qui cum veniret, apprehendebat hominem insiliens, id est, quasi saltans in eum ad tempus, vt per diem, & noctẽ in Saulem, *Insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis.* Et quandoque citò insiliebat, vt vocato psalte sonante; quãdoque post aliquot dies, vt accidit Ieremiæ, & post tres hebdomadas Danieli, quandoque nunquam, vt cum Sauli noluit respõdere per Prophetam, vel somnium: & de fine obsidionis à Chaldæis, quã alij Prophetæ à Ieremia habere non potuerunt: ideò in Threnis dicitur: Non est Lex, & Prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino. Hoc autem loco de spiritu prophetico est sermo, sicut quarto Regum de spiritu Heliæ, & in lib. Num. de spiritu Mosis. Hic igitur vel est Spiritus sanctus, vel donum eius, per quod reuelat: quemadmodũ apud Ioannem: *Accipite Spiritum sanctum*, id est, potestatem spiritualem remittendi peccata.

Matth. 26. Marc. 12. Luc. 20.

Quorsum id Quomodo ergo Dauid in Spiritu, &c. Christus adferat ad probandum se esse Filium Dei.

Num. 24. 3. Reg. 13. 2. Reg. 11. & 24.

Quid est, quod insiliente Spiritu Domini in Prophetas, tunc illi prophetabant.

1. Reg. 13. 4. Reg. 3. Ierem. 42. Dan. 10. 1. Reg. 28. Thren. 2.

Quis Spiritus Dauid dicentis Dixit Dominus Domino meo, &c.

Num. 12. Ioan. 20. Psalm. 100.

Dicens, Dixit Dominus Domino meo. Sede à

Hunc Psalm. Dixit Dominus Domino meo, &c. Dauidis esse ostēditur.

dextris meis. Quæstio est an hic Psalmus sit editus à Dauide. Sed hoc in dubium venire non potest: quia Psalmi omnes, vel Dauidis sunt, secundùm Augustini sententiam, vel saltē omnes qui eius nomine inscribuntur.

August. in proœm. super Psalm in fin. tom 8.

2. Reg. 23.

Hic autem inscriptionem habet: *Psalmus Dauid:* Vnde dicitur, egregius Psaltes Israel. Alia est quæstio: Quid cantet Propheta in illo Psalmo. Id verò omnibus esse debet exploratum, atque compertum Christianis, ibi cani gesta Mesiæ. Quod ex eo confirmatur: quia ex eius testimonio Iesus probat Mesiam esse Deum; & Paulus ad Hebræos nulli Angelorum aliquando esse dictū asserit: *Sede à dextris meis.* Ex eo etiam Princeps Apostolorum Petrus in Actis probat Iesum esse Mesiam dextera Dei exaltatum. Tùm deinde, quia Iudæi omnes ante Mesiam, & tempore Mesiæ, de Mesia hunc Psalmum intelligebant: vnde ipsi Rabini, & magni Scribæ, cum quibus differebat Iesus, nihil Christo opposuerunt, nec perceperunt aliū esse verborum illorum sensum: quod verisimile est fuisse facturos, nisi constans fuisset, & receptus intellectus, ad Mesiam huiusmodi verba esse referenda. Atque hæc ratio conuincit Iudæos posteriores, qui magna impudentia, atque imperitia certant de sensu huius Psalmi. Nā Rabbi Salomon cum Rabbi Dauid, testatur esse intelligendum de Abraham: quia fit mentio Melchisedec. At Auen Esdra scribens in id Psalmi, *Virgā virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion,* ait, quòd cùm Sion tempore Abrahæ nondum erecta staret, potius de Dauide putat exponendum Psalmum: quæ dissensio declarat eos nihil certi habuisse; vt quoniam veritatem amplecti noluerunt, in multa, & diuersa mendacia inciderint. Teste etiam Tertull. lib. 5. in Marcionem, quidam Iudæi exponebant de Ezechia, quia is sederit ad dexterá templi, & eius hostes Deus absumpserit. Sed adhuc impudentiores sunt Christiani quidam, qui hæc non de Mesia intelligunt; cùm Apostolus ad Hebræos testetur, non solùm hominibus, sed nec Angelis quadrare posse. Quomodo enim Dauidi, aut Abrahæ, aut, vt alij volunt, Zorobabeli quadrare poterit, *Sede à dextris meis: ex vtero ante Luciferum genui te,* &, *Tu es Sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedec?* Adhæc Ionatham, qui scripturas Hebraicas fecit Syriacas, siue Chaldæas, quòd eo sermone post captiuitatem Babylonicam Iudæi pro vulgari, & materna lingua vterentur, transtulit: *Dixit Dominus Verbo suo,* hoc est, Christo: Quanquam Iudæi posteriores corruperint: *Dixit Deus in Verbo suo:* vt tantā veritatem obscurarent. Midras Thehillim, id est, glossa Hebræorum, & Rabbi Moyses Adarsan super Gen. cap. 18. citant ex hoc Psalmn, quasi de Mesia intellecto, vt omnia somnia Hebræorum prorsus cōcidant.

Propheta in eo Psalmo q concinat.

Heb. 1.

Act. 2.

Hunc Psalm. quo nam Iudæi posteriores detorqueant, cæci nimirum, & perfidi.

Tertull.

In Christianos Rabbinistas, dictum Psalmum de alio quàm de Christo intelligentes, & interpretantes.

Heb. 1.

Rab. Ionatha translatio huius loci Syriaca, siue Chaldaica.

Glossa Hebr.

Rab. Moyses.

Falsum ergo est, quod hic Psalmus canatur in persona Heliezer procuratoris Abrahæ de bello ab Abraham confecto; quasi Abraham diceret ad Isaac, Sede à dextris meis. Nec enim Abraham erat dominus absolutè: nec eo tempore erat Isaac. Nec rursus intelligi potest de Deo ad Abraham dicente; *Sede à dextris meis.* Quia Abraham nō est à dextris: nec dominatus est in Sion; ideò nec Sacerdos in æternum, nec genitus ex vtero ante Luciferum. Et licet Abraham bellum gesserit cum quatuor Regibus; illi tamen non erant inimici Abrahæ, sed Regum Sodomorum. Hæc igitur verba Dauidis sunt loquentis de Christo, ad ostendendum eius honorem, & dignitatem, in eo quòd filius Dei sit, & æqualis per omnia Patri. Et ideo, *Dixit Dominus:* nempè Pater, qui dominus est omnium absolutè, sed non relatiuè ad Christum, qui hæres est, & dominus vniuersorum.

Prædictum Psalmum quibus aptari nō possit.

Gen. 14.

Ibidem.

Vni Christo competere.

Subdit, *Domino meo,* id est, Mesiæ, qui nō est alius dominus à Patre. Et ad distinctionem personæ Patris, additū est pronomen Meus: quia erat Deus peculiaris Hebræorum, ex quibus carnem assumpsit. Et ideò dicitur, Notus in Iudæa Deus, in Israël magnū nomen eius. Quare meritò vocauit Dominum suum, non tantùm quatenus Deus est, sed etiam quatenus homo est, & secundùm carnē ex Dauide descendit. Dicitur aūt Pater dixisse Filio vt sedeat à dextris: non quidem vllo verbo vocali, sicut in creatione, cùm dixit, & facta sunt: sed ad significādum, quòd vt eo dicente & volente, facta sunt omnia, ita intelligatur Filium sedere à dextris Dei ipso volente, & statuente. Non est autem cogitandum Christum sedere ad dexteram Patris, vt voces significant: quia in Deo non est dextera, quæ tantùm rei corporeæ animatæ competit. Et si Deus dexteram haberet, non sederet Filius ad dexteram eius, sed potius ad sinistram, vt honorabilior locus ei competeret. Dicitur ergo per metaphoram sedere ad dexteram; vt significetur in optimis, & summis bonis eum collocatum, in quibus est Pater: Nam homines putant dexteram meliorem, & honorabiliorem.

Heb. 1.

Quid est: Dixit Dominus Domino meo.

Psalm. 75.

Quomodo Deus Pater dixerit Christo, Sede à dextris meis.

Gen. 1. & seq.

Psalm. 148.

Vt verum sit Filium sedere à dextris Patris.

Sequitur: *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum,* Deus propriè, & perfectè non habet ini[illegible]os: quia inimicus est, qui aduersatur, & [illegible]ocet, & qui odio habetur ab eo, cuius est inimicus, vt vice versa sit inimicus. Hæc autem Deo non com-

Deo cā[illegible]re nil possit, quos habet inimicos.

petunt:

petunt: nam vt Deo resistit nemo, ita nemo ei aduersatur, neque nocere potest. Deinde Deus neminem odio perfecto habet; ideò nemo est inimicus eius: qui enim inimicum habet, eum vult omninò delere, Deus verò si delere vellet aliquid, iam esset deletum: quia sicut cœpit esse Deo volente, ita desineret esse Deo volente, vt non esset. Quatenus namq; aliquid habet esse, necessum est ab eo diligi, secundum illud; *Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti. Quomodo enim posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur?* Quasi dicat, Non posset. Deo igitur propriè, & perfectè non competit habere inimicos, nisi latè accipiendo inimicum pro eo, qui aduersatur, vel aduersari cupit. Vel alio modo, quia aduersatur amicis eius, quibus ipse in auxilium esse debet. Hinc Scriptura inimicos tribuit Deo: *Super inimicos*, inquit, *tuos tabescebam*; & iterum, *inimici Domini mentiti sunt ei.* Hi ergo dicuntur inimici, non quod possint nocere, vel resistere voluntati eius, sed quia resistunt Deo, cultum eius impediendo; vel cultum contrarium inducendo, vt sunt Hæretici, & Schismatici, ac Pagani. Secundo modo habet inimicos, de quibus Dñs ait ad Israëlitas; *Inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te.* Eodé modo dicédum est de Christo, qui cùm sit Deus, propriè non habet inimicos, nisi largo modo, quatenus ei aduersabantur, volétes capere eum in sermone, aut comprehendere eum, aut machinari in necem eius. Vel quia aduersantur amicis eius, de quibus: *Vos dixi amicos: quia omnia quæcumq; audiui à Patre meo, nota feci vobis.*

Diuina omnipotentia voluntatis.

Sap. 11.

Duplex genus inimicorum Dei.

Psalm. 138.

Psalm. 80.

Exod. 23.

Matth. 22.

Ioan 15.

Scabellum autem, quod Græcè ὑποπόδιον & quidam vertunt suppedaneum; illud est, quod pedibus calcandum subijcitur, & ad innuendú perfectam subiectionem inimicorum, dicimus quod ponuntur vt scabellum pedum eius. Venit autem hic modus loquendi ab illis quinque Regibus fugatis in bello à Iosue, quos ipse scribit latuisse in spelunca Maceda, & cum eduxisset eos, strauit in terram, & præcepit eos calcari à principibus Iudæorum, ponentibus pedes super colla Regum, vt discerent non timere eos, neque alios hostes. Perfectè autem subiecit Dominus inimicos suos, vincés eorum argumenta, & fraudes, & conuertendo eos ad fidem, vt in Actis dicitur; vel delendo Iudæos per Romanos. Inimici autem cultus Christi paullatim subijciuntur, vel conuersione eorum ad fidem, vt Romani omnes, & Pagani; vel punitione diuina, vt Iulianus Imperator, & alij tyranni, vsq; ad iudiciú: & similiter dicendum de persequentibus Christianos. Et subiectio perfecta erit in iudicio, vbi nouissima inimica destruetur mors. Quod autem ait: Donec ponam inimicos tuos; non sequitur: Ergo postquam subiecerit illos, non amplius sedebit, aut quiescet. Imò à fortiori, tunc erit maior quies. Quia, Donec, ponitur ad significádú tempus, de quo potest esse dubium, vt illud de coruo: *Non reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terram*; & de Ioseph sponso Virginis; *Non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum*; & Dauid, *Non commouebitur, donec despiciat inimicos suos.* Dicitur enim de Messia; *Sedes tua, Deus, in seculum seculi*, hoc est, in æternum. Et ideò per aduerbium illud Donec, non interrumpitur eius regnum. Tribuit autem Propheta Patri subijcere inimicos, vt denotetur Christi Humanitas, secundúm quam, potentiam subijciendi accepit à Patre: deinde vt denotetur Patris beneuoléntia, & mutua æqualis personarum actio. Vnde Pater Filium reuelat, iuxta illud: *Caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est*; Et, *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum.* Et contra Filius etiam reuelat, vt cùm ait, *Nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Similì ratione Apostolus in priori ad Corinthios: *Deinde finis*, inquit, *cum tradiderit regnum Deo & Patri, cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius*, scilicet Patris: quemadmodum & Filius sedet à dextris in principio huius Psalmi, & paullò pòst de Patre ait, *Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ Reges.* Consultò autem Dominus expressit de inimicis supponendis pedibus Christi, ad terrendum Iudæos, vt resipiscant. Quæ verò sequuntur, de generatione æterna, iuxta illud, *Ante Luciferú genui te*, & de Sacerdotio secundùm ordinem Melchisedec, consultò subticuit, quia prædicta satis erant; & quia non putarent esse in Iuda Sacerdotium, & quia Iudæi non caperent generationem illam æternam, & quòd illa non ita faciebant ad probandum quod volebat.

Quid sit scabellum, & quid ponere inimicos Christi scabellum pedum eius.

Vnde hæc dicta translatio.

Iosu. 10.

Inimicos suos vt sibi Christus subiecerit, eosq; vicerit.

Act. 2. & 3.

1. Cor. 15.

Illud: Donec ponam inimicos tuos: quem sensum habeat.

Genes. 8.

Matth. 1.

Psalm. 111.

Psalm. 44.

Cur dictum sit à Propheta: Donec ponam inimicos tuos, & non potius, Donec tu ponas, &c.

Patris, & Filij actiones mutuæ.

Matth. 16.

Ioann. 6.

Infra 14.

1. Corint. 15.

Cur id Dominus expressit: Donec ponam inimicos tuos, &c. omisit verò quod sequitur in Psalmo.

Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo Filius eius est? Quia quantumuis magnus, & sanctus Filius, si purus homo est, non solet vocari dominus à patre, vel rustico, nedum à sapiente, quin potius filius etsi magnus, parentem etiam vilem consueuit vocare Dominum. Verum etiam est, quòd non potest esse dominus qui filius, si est filius in totum eiusdem speciei cum patre suo. Messias verò quia natura Dei Filius, &

Quantum honor Filij, vocari Dominum à Patre.

Quæ est hæc illatio, Pater Christum Dominum vocat, ergo Filius eius est. David in quibus excelleret.

Dominus, & ex accidenti Filius est Dauidis, hoc non mutat naturam, vt desit esse Dominus. Et valet hoc argumentum contra Pharisæos, putantes eum esse purum hominem. Quòd si darent, Iesum esse Filium Dei; Christus haberet quod vellet. Si autem non est Filius Dauid, ergo nullius regis Israël, quia Dauid dignior in Israël; nam præcellebat regno, prophetia, patriarchatu, de quo in Actis fit mentio. Erat etiam pater Regum propter se regnantium: relictæ ob eum duæ tribus in regno Iudæ: erat etiam secundùm cor Dei. Si ergo Dauidis non est filius; nullius hominis erit: quia nec Angeli est Filius, nec belluæ alicuius.

Act. 2. 2. Reg. 7. & seq. 3. Reg. 11. 4. Reg. 13.

Et nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Quia argumentum efficax erat, & apparens, & Deus incutiebat timorem loquendi, infatuabatque cogitationes eorum, vt Scriptura testatur de Achitophel: & sic videntur subijci inimici à Christo potente in sermone. Subdit Marcus: *Et multa turba eum libenter audiuit*. Quod ægrè habebat Scribas, & Pharisæos, & vrebat eos, qui suæ autoritati timebant. Matthæus addit, quòd nemo ausus sit ex illa die eum amplius interrogare, nimirum ad tentandum, & explorandum: licet Dominus à doctrina disseminanda non cessauerit; benè autem ad eum condemnandum in passione, & verbis, & rationibus destituti, ad iniurias, & malefacta se conuerterunt, ne plus confunderentur. Et quoniam discere nolebant, Christus timorem incutiebat, vt viderentur ratione conuicti, & malitia agere; & ab illa die, quæ tertia erat à Dominica Oliuæ, non amplius cum Christo disputarunt. Et ita occlusit ora aduersariorum, silentiumque illis indixit perpetuum, nobisque diuinæ suæ sapientiæ thesauros ita aperuit, vt ex his paucis disputationibus cum illis habitis didicerimus, quatenus sit veritas protegenda, atque propugnanda, & quibus armis sit dimicandum cum Iudæis & Gentilibus, quomodo etiam cum Hæreticis decertandum, vt gloriosum de omni mendacio, & falso cultu triumphum reportemus, ad exemplum, imitationemque Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre, & Spiritu sancto, sempiternis totius diuinitatis bonis perfruitur in seculis seculorum, Amen.

Quare nemo poterat pro (?) rationibus Christi respondere. 2. Reg. 15. Luc. 24. Marc. 12.

Quid est quod Scribæ & Pharisæi Christum ex ea die non ausi sunt amplius interrogare.

A qua die Scribæ, & Pharisæi non ausi sint Christum amplius interrogare.

TRACTATVS LXVI.

Ac postremus, de disceptatione in concilio Pharisæorum habita antebiduum Paschæ, consilioque inito cum Iuda de prodendo Domino, in illa verba: *Et factum est, cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur vt crucifigatur. Tunc congregati sunt Principes Sacerdotum, & seniores populi in atrium Principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: Et consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem, Non in die Festo, ne fortè tumultus fieret in populo*. Et habentur Matth. 26. Marc. 14. & Luc 22.

QVoniam hoc concilium biduò ante Pascha est celebratum, & in eo pactio cum Iuda de prodendo Domino inita, vt Lucas ait, meritò hæc ante librum 9. explicanda videntur. Nam in illo ea tantùm, quæ vel dicta, vel facta sunt in cœna à Domino, continentur. Hæc autem feria tertia, siue die Martis sancto sub vesperam videntur à Domino prolata: nam die Dominico fecit solennem ingressum cum palmis, & eiecit vendentes & ementes de templo; die Lunæ maledixit ficui: die Martis apparuit ficus arida, atque tunc hæc dicta videntur apud Marcum. Diem autem illam, consequuntur dies Mercurij, & Iouis, in cuius vespera, & Pascha, & proditio fuit, id est, traditio vt crucifigeretur: ideò post biduum, vt ait Episcopus Abulensis. Potest etiam dici dies Veneris Pascha communiter à Iudæis illo anno ex traditione celebratum, quo die traditus est Christus, vel à Pontificibus Pilato, iuxta id: *Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi*; vel à Pilato ad crucem, de qua infrà cap. 27. *Tunc dimisit illis Barabbam, Iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur*. Quia à Iuda non fuit traditus ad crucem die Iouis; & sic post biduum à die Mercurij inclusa fuit dies Paschæ. Et ita hoc concilium coactum, atque proditionis consilium tractatum, fuit die Mercurij, qui dies olim in primitiua Ecclesia cum die Veneris ieiunio ab Apostolis indicto venerabatur, propter proditionem, & mortem, quæ in illos dies inciderunt: vt docet Clemens in libris Constitutionum Apostolicarum, & Augustinus ad

Horum cum præcedentibus ordo.

Ea Christus quando protulerit. Matth. 21. Ibidem. Marc. 11.

Epis. Abul. in c. Matt. 26. q. 2. par. 3. Ioan. 18.

Pharisæi hoc concilium quando celebrauerint. Sextæ feriæ religio in Ecclesia Primitiua, eiusque significatio. Clem. li. 5. Const. apost. ca. 16. Aug. epist. 86. tom. 2. Clem. lib. 7. Strom. 10. 2.

Auaritia & luxuria Dominū in crucem adegerunt.
Ioan. 11.

Casulanum. Clemens tamen Alexandrinus in Stromatis adiungit, ieiunium in illis diebus Mercurij, & Veneris, significare perpetuam abstinentiam ab auaritia, & luxuria: quæ crucis, & mortis Christi caussi extiterunt. Et quemadmodum alteram consultationem, de qua Ioannes dixit; *Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium, & dicebant, Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit*, &c. ad librum hunc Disceptationum reiecimus; ita de hac altera consultatione, in qua de prodendo Dño à Iuda tractatum est cum Principibus Sacerdotum, & Senioribus populi, faciendum esse duximus, vt illam, ceu disputationem quandam inter illos & proditorem agitatam, exponamus.

Hæ locutiones: Fuit sic &, Factum est: quid significent.

Cum igitur ait Matthæus: *Et factum est cū consummasset Iesus sermones hos omnes*: verbum *factum est*, idem significat, atque fuit sic: hoc enim, his quæ sunt, vel accidūt, proprius conuenit; illud verò, factum est, his quæ habent modum actionis, & passionis.

Continuatio prædictorum [illegible]

Continuantur ergo hæc cum præcedentibus, quia consummatis sermonibus his à c. 24. & 25. quos quatuor Apostolis proposuit, nēpè Petro, Iacobo, Ioanni, & Andreę,

Marc. 13.

vt testatur Marcus, in quibus multa de sua maiestate, & aduentu suo ad vniuersum mundum iudicandum, & stupendis signis illum præcedentibus, vt minus acerbitate mortis, & passionis terrerentur, erat locutus, tunc vniuersis suis discipulis hoc quod sequitur de imminente morte sua dixit, cū spectantia ad eius gloriā, solis quatuor prænuntiasset. At mortis prædictio imminentis vtilis erat omnibus, quòd scirent illis nihil posse euenire, nisi à se præcognitum, & iaculis præuisis minus ferirētur. Pluries autem Dominus de cruce ac morte sua Apostolos erat allocutus, vt apud Matthæum superius tribus in locis, & hic rursus de illa post gloriā iudicij loquitur: quia per illam & sibi, & nobis gloriam sempiternam promeruit, iuxta illud: *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* Rursus ne ob gloriam illam crucis obliuisceremur, vel propter crucem gloriæ diffidamusq; instantibus periculis bonorum recordari, & in prosperis aduersorum quæ nos manent, vt mortis, ac iudicij meminisse, iuxta verbum Sapientis: *In die bonorum ne immemor sis malorum; & in die malorum, ne immemor sis bonorum.* Atq; ita temperatur vinum præsentis prosperitatis, ne iocundis submergamur, calixq; amarus tribulationum spe futurorum bonorum leniendus, ne aduersis succumbamus. Quoniam ergo completa doctrina, erudiendus erat auditor de vltima remuneratione, tantummodo de

Cur Dominus de cruce & morte sua frequenter ad Apostolos sermonem haberet.
Matth. 16.
Infra 17.
Infra 20.
Luc. vlt.
In prosperis & aduersis quales nos geramus.
Ecclesi. 11.

Domini passione erat contexendus sermo: post resurrectionem autem paucis locutus est, confirmansq; iam prius dicta. Cum sæpè autē de mente, & genere mortis multa dixisset, nunc exprimit tempus, & diem, scilicet biduo ante Pascha, vt leuiùs ipsa morte offendantur.

Scitis, inquit, *quia post biduum Pascha fiet*. Toto autem illo biduo creditur verisimiliter Christus solito more non adijsse è Bethania in Ierusalem docendi gratia, sed mā sisse in Bethania vsque ad vesperam quintæ diei: quod præter causas alias, quibus Dominus solitus erat se ad tempus subtrahere suis hostibus, nunc ob id fuisse videri potest, vt ne postquam dixisset suis se post biduum occidendum, prius adiret locum illum, in quo erat occidendus, quàm biduum impleri cœpisset, ne hostibus ante tempus daret occasionem se comprehendendi, & Iudæ prodendi. Et expendit Origenes verbum, *Fiet*: non enim ait, erit, vel veniet; sed, *Fiet*, quale nunquam est factum antea, & quod tale sit, vt exhibita veritate nouum pellat futuram veteris, sicut lux adueniens tenebras. Vox autem Pascha, Chaldæa est: nam Hebræi Pesach, Syri Pisca, vel Pascha, Græci Phase vocant. Et propriè est agnus immolandus: qui dicitur parari, comedi, occidi, mactarive, & immolari. Et ita, cum dicitur, Pascha fiet, significatur, Agnus immolabitur. Vnde Apostolus ait: *Pascha nostrum immolatus est Christus.* Quæ omnia diebus panis Azymi non quadrant; quandoquidem tunc accipitur pro die immolationis ipso. Hinc in Leuitico dicitur; *Quartadecima die mensis ad vesperum, Phase Domini est.* Et Lucas hoc loco habet: *Appropinquabat autem dies Festus Azymorum, qui dicitur Pascha*: Quia dies Azymorum incipiebat in ipsa nocte, qua edebatur agnus, durabatque per septē dies. Marcus autem quasi de duobus distinctis habet: *Erat autem Pascha, & Azyma post biduum.* Nam reuera distincti sunt panes Azymi ab agno: & agnus illa tantùm nocte, Azyma verò per totam hebdomadam edebantur. Et reuera alia ratione sunt idem: quia in ipso Pascha incipiunt edi Azyma, vt quodāmodo sit idē cum Luca, & non idem cum Marco.

Sequitur: *Et Filius hominis tradetur.* Dices; Quid est quod Apostoli non dehortabantur Dominum ab hac traditione, cùm fugi, aut alio modo posset sibi consulere? Sed primò non erat discipulorū corrigere, aut docere magistrum. Deinde sciebāt aliàs Petrum quandoq; grauiter reprehensum. Deniq; iā Apostoli con entiebāt sacrificio futuro de vitulo Christi, qui erat victima

Vbi manserit Christus hoc biduo.
Id, Pascha fiet, quid Origeni.
Orig. tract. 35. in Matth. par. 2.
Pascha quæ vox sit.
Pascha quid sit propriè.
1. Cor. 5.
Leuit. 23.
Luc. 22.
Marc. 14.
Quare Apostoli Dominū non sint dehortati ab hac traditione, vt aliàs.
Matth. 16.
Luc. 4.

pro

pro omni populo immolanda, vt habes in Leuitico: ideò eam immolabant principes Et quia etiam pro Gentibus immolandus erat; ideò etiam per Gentilium oblatus est manus, quibus à principio autoritate Sacerdotum est traditus. De quo subdit Matth. *Tunc congregati sunt Principes Sacerdotum, & seniores populi in atrium Principis Sacerdotum qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem, Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo.* Lucas verò ait: *Et quærebant Principes Sacerdotum, & Scribæ quomodò eum interficerent; timebant vero plebem.*

Luc 22.

Hoc concilium diuersum esse ab illo Ioannis post Lazarum suscitatum, ostenditur.

Solus Matthæus meminit huius concilij celebrati à principibus Sacerdotum, & senioribus in domo Caiphæ de tenendo per dolum, & occidendo Christo. Estque hoc concilium distinctum ab illo Ioan. 11. Nam illud die suscitati Lazari; hoc longè pòst contigit, nempè per biduũ ante Pascha; ideò Matthæus ait, *Tunc congregati*, id est, dicta die Mercurij.

11 argum. Ioan. 11.

Deinde in priori illo concilio definitum fuit, vt Christus publicè moreretur: Expedit, inquit, vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat; in hoc verò, de peculiari ratione consilij perficiendi consultabant, vt scilicet eum dolo, & occultè caperent: quia existimabant nimis esse difficile aperta vi propter turbam, cui erat gratissimus, tenere eum: ideò violentiæ fraudem admiscere cogitabant.

Iudæorum conatus contra Christum quò tendebant.

Tractabãt igitur, quot & quales, & quando, & vbi, & quomodo eum caperent, sed omnia illorum consilia inania reddita sunt, quia nonnisi quando, & vbi, & quomodo, & à quibus capi voluit, cõprehensus est: quia quod ad ipsum attinet, sine vi aut fraude, sciens ac volens seipsum manibus illorum tradidit, ac morti se exposuit, licet ex parte ipsorum fraus, & dolus non abfuerit: quia nocte sequenti per Iudam osculo prodentem, & magna vi armati ad eum comprehendendum venerunt, quia adduxerũt cohortem, & ministros Iudæorum.

Matth. 26.

Qui astiterit huic concilio contra Christum.

Deinde expende eos, qui adstiterunt huic concilio: non enim fuerunt Gentiles, sed Iudæi: non ex populo, sed ex Sacerdotibus: nec vulgares Sacerdotes, sed Principes summi, qui quotidie populo ex sacris literis venturum Christum prædicare soliti erant: qui debuerunt, teste Hieronymo, paschate vicino præparare victimas; leuigare templi parietes; pauimenta verrere, vasa mundare, & secundùm ritum legis purificari, vt esu agni digni fierent; & tamen insidias struunt vero agno, vt eum capiant; cum tamen sæpè aliàs id frustra attentassent, & mandatum tradidissent ministris, vt Iesum apprehenderẽt.

Hieron. in 26. c. Matt. to. 9.

Ioan. 7.

Et plus temeritatis fuit in hoc genere hominum, quàm in Satana ipso, qui sæpè ipsum cùm confessus esset Filium Dei, & sanctum Dei; eius tamen potestatem timuit, & præcipienti obediuit, & nunquam ausus est vel in deserto, vel in montibus, vel in pinnaculo templi temerarias manus in eũ inijcere.

Quò sceleratiores Iudæi ipso Satana merito videri queant.

Marc. 3.

Luc. 4.

Vereor nullum cogi concilium, cui improbus aliquis non sit admixtus. Locus in quem conuenerunt, fuit atrium Principis Sacerdotum, id est, aula seu domus regia, vt Psal. 28. Adorate Dominum in atrio sancto eius.

Quales consultores debeant esse.

Debent autem consultores ab omnibus corruptis affectibus liberi esse, vt suum consilium præstare possint. Et vt aqua est præstantissima, quæ omnis est saporis expers; & oculus vt rectè cernat, omni colore debet esse destitutus; ita præsentanea erunt consilia, & saluberrima, quæ ab illis proficiscantur, qui quàm minimis fieri potest affectibus destituuntur.

Aquæ, oculique [illegible]

Deliberabant ergo quomodo Iesum dolo, & occultè tenerent: non seditiosum aliquem, vel impium, vel homicidam; sed Iesum, id est, Saluatorem mundi, & vt ægroti medicum, captiui liberatorẽ, oues pastorem, cæci lumen caperent, breuiter creatura impia Deum & hominem. Et vbi iniquitas palam non potest prorumpere, per tyrannos cœpit dæmon sæuire vt Leo, deinde vt serpens dolosus per Hæreticos verbo Christũ laudantes Ecclesiam aggreditur.

Iniquitatis propriũ quid.

Addit Lucas; *Timebant verò plebem.* Cur non timebant carnificem dæmonem? Aut cur non Deum, qui habet potestatem animam & corpus mittendi in gehennã? Certè excusso Dei timore, homo in omne præceps ruit flagitium, vt meritò dicat Scriptura de quibusdam dimissis ire in desideria cordium suorum: *Non est timor Dei ante oculos eorum*; rursus, *Qui timet Deum, faciet bona*; Et, *Timor Dei expellit peccatum.*

Quo timore Pharisæi miserabiles a cæde Christi arcerentur.

Matth. 10.

Timore Dei carens, quam procliuis ad peccandum.

Psalm. 50.

Psalm. 13.

Eccles. 15.

Et reuera non erat plebs quæ impediebat conatus eorum, sed ipse qui passurus erat, & qui habebat potestatem ponendi animam suam, & sumendi.

Supra c. Ioan 10.

Iam qui propter mundum à peccato abstinent, magni sunt peccatores apud Deum, quia est propter traditionem hominum irritum facere mandatum Dei. Non satis est apud homines haberi sanctissimum, religiosissimumque, si conscientia intus remordeat, & deliberatus adsit peccandi affectus.

Magni qui peccatores apud Deum

Matth. 15.

Quorum hominum vana, & inutilis existimatio sanctitatis.

Fit autem diei festi mentio non sine causa. Scriptum enim erat, ita puniendos esse eos, qui iudicum, & Pontificis læderent maiestatem, vt totus populus eorum supplicijs erudiretur. Idcircò hæc consuetudo inualuerat apud Iudæos, vt in huiusmod.

De die Festo cur hic meminit Euangelista.

reos

reos ſub illis tribus magnis feſtis, Paſchæ, Pentecoſtes, & Scenopegiæ, animaduerterent, vt tradit Rabinus Maymon. Deliberabat ergo Sanedrin cũ Pontificibus, an hunc modũ eſſent ſecuturi: q̃ etſi eis non placuerit, Diuina tamẽ prouidentia ita accidit, vt Chriſtus ſui ſempiterni ſacrificij teſtẽ totũ haberet Iſraëlem. Iudas enim tãtum potuit apud Iudæos, vt animo conſiliũ mutauerit. Cùm enim dixiſſent: *Non in die Feſto*, quod ſcirent eo tempore multos vndique accurrere etiam ex Gentibus, qui Ieſum videre volebant, & qui captionem impedire poterant, & ne vacantes cędi, & morti Chriſti in die ſacro, impij haberentur: vnde vel Herodes Petrum volebat poſt dies Azymorum producere ad ſupplicium: Iudas tamen in cauſa fuit, vt in die Feſto caperetur.

Rabb. Maymon.

Iudæ proditoris autoritas de captura Domini apud Iudæos quanta.

Act. 12.

Quis ille dies Feſtus.

Per diem Feſtum non intelligit primum diem Paſchæ, qui celebris erat apud Iudęos: nam id cõſultatione nõ indigebat, cum ſcirent id per legem nõ licere, ſed de tota feſtiuitate, quę ſeptem diebus cõſtabat, vt etiam B. Chryſoſtomus interpretatur. Per quos ſeptem dies omne maſculinum debebat Ieroſolymam venire, & ibi per ſeptẽ dies immorari. Et hoc eſt quod Lucas capit. 2. ſcribit: *Conſummatiſq; diebus cùm redirent* (parentes eius) *remanſit puer Ieſus in Ieruſalem.* Propterea, cum per Iudam mors Chriſti fuerit anticipata, meritò illi Dominus dixit: *Quod facis, fac citius.* Ipſi tamen timuerunt, dicentes id, quod conſilio illo concluſerant: Ne fortè tumultus fieret in populo, vel potius, ne fiat: quia ſi legamus fiat; Iudæorum ſunt verba conſultantium, non Euangeliſtæ; Si verò legatur, fieret, ſunt verba Euangeliſtæ explicantis nobis rationem conſilij Iudæorum. Verùm cõtra eorum mentem, & opinionem aliter euenit Diuina diſpoſitione. Nam interfectus eſt Ieſus in die Feſto vt declararetur Chriſtus eſſe verus agnus Paſchalis; & intelligeremus ipſum occiſum quando voluit, nõ quando illi voluerunt, & contra eorum mentem nullũ accidit tumultum fieri in populo pro Ieſu; ſed potiùs contra eum. Vnde & à Pilato traditus eſt ad mortem. Ait enim Matthæus cum alijs: *Videns Pilatus quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, volens ſatiſfacere populo, adiudicauit fieri petitionẽ eorũ*, vt ita totus Iudaicus populus iuſto Dei iudicio reijciendus ſimul cũ Principibus necem Domini machinantibus, eadẽ cum illis vltione inuolueretur; Demum, vt Iudaicas feſtiuitates iuſte reiectas, & abolitas à Deo intelligeretur, poſtquam præcipuam eorum feſtiuam ſolennitatẽ tam iniqua maculaſſent cæde; ob quam promeriti ſunt eodẽ tẽpore poſtea à Romano exercitu.

B. Chryſoſt.

Exod. 12.
Leuit. 23.
Num. 28.
Ioan. 13.

Quare Chriſtus in die Feſto à Iudæis pati voluerit.

mi exercitu. Interfuerunt aũt huic ſcelerato concilio primùm principes Sacerdotum, & Scribæ, vt ait Marcus, & Lucas; ſub quib' intelliguntur etiam Phariſæi, tertiò Seniores populi, quos veriſimile eſt fuiſſe quos Lucas vocat στρατηγοὺς, & interpres vertit, magiſtratus, etſi propriè illa vox Duces exercitus ſignificet, qui Act. 4. & 5. dicũtur templi magiſtratus, & Luc. 22. Tumultus, vt ait Hieronymus, vox plurimorũ eſt, & nimiæ multitudinis clamor pariter emiſſus, ne exiſtimemus vnius vocẽ eſſe, ſed omniũ cõmunem. Sic ille. Talis fuit ille populi clamor in templo Dianæ Epheſiæ per duas horas: *Magna Diana Epheſiorum*. Cicero verò 8. Philippica vocem hanc explicans, ait: *Quid aliud eſt tumultus, niſi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? vnde & nomen ductum, quaſi timor multus. Itaq; maiores noſtri tumultũ Italicum, quòd erat domeſticus, tumultum Gallicum, quòd erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant*. Hæc ille. Timebant igitur Iudæi, ne in capita ſua accerſerent turbulentã aliquam ſeditionem, ſi Ieſum tẽtarent capere.

Iudæorũ huic de Chriſto interficiendo qui nã affuerẽt concilio.

Marc 14.
Luc. 22.

Hieron. in c. 2. Michæ. 2. paulò poſt med. tom. 6.

Tumultus quid ſecundũ Hieronymũ, quid vero ſecundum M. Tullium.

Act. 19.

Romani quos tumultus ſolos nominabant, Tullio eodẽ autore.

Sequitur apud Matthæum: *Cum autem Ieſus eſſet in Bethania in domo Simonis Leproſi, &c.* Hæc cœna à Matthæo & Marco narrata cũ vnguenti effuſione, ex qua Iudas ſumpſit occaſionem prodendi, cùm ſit illa eadem, quæ à Ioanne deſcribitur, atque ibi ſit latè explicata, nõ eſt quòd hìc iterũ repetamus, quare eò mittimus lectorem. Verùm ſubiungamus tantùm illa, quę tres Euangeliſtæ de aduentu Iudæ proditoris in concilium illud Principum Sacerdotum cõmemorant. Sic ergo habet Matthæus: *Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcariotes, ad Principes Sacerdotum, & ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. Exinde quærebat opportunitatem vt eum traderet*. Eadem Marcus, niſi quod tantũ addit: *Qui audientes* (ſcilicet propoſitionem ſuam tradendi Chriſtum) *gauiſi ſunt, & promiſerunt ei pecuniam ſe daturos.* Lucas verò in hunc modum hanc deſcribit hiſtoriam: *Intrauit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iſcariotes, vnum de duodecim: & abijt, & locutus eſt cum Principibus Sacerdotum, & magiſtratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauiſi ſunt, & pacti ſunt pecuniam illi dare. Et ſpopondit. Et quærebat opportunitatem vt traderet illum ſine turbis.* Hæc omnia in hoc tractatu explicanda ſunt, & ad mores accõmodanda, quo fructum aliquem ex tanto eliciamus myſterio. Primùm igitur ex Luca conſiderandum eſt, quòd intrauit in Iudam Satanas; non quidẽ in eius corpus tantùm, quod parũ erat, ſed in præcipuam eius partem, id eſt, cor, vt habes apud Ioannem.

Prodendi Dominum occaſionem vnde ſumpſerit Iudas.

Ioan. 12.

Euangeliſtarũ conſonantia in hac hiſtoria.

Marc. 14.

Luc. 22.

Satanæ in Iudam introitus qualis fuerit.

Opus Dei proprium circa animam rationalem.

Deinde introitum hunc non intelligas per illapsum in essentiam animæ, quod solius Dei est, vt vera tradit Theologia, ac Didymus mox producendus docet, sed per quandam specialem operationem, & singulare dominium.

II. Ratio. Ioan. 13.

Intrauit denique ostio aperto, à Iuda per consensum in auaritiam, & proditionem, vt dæmon qui prius forisexistens furta suggerebat, intus versaretur. Vt enim dixit Dominus: *Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ia nuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo & ipse mecum*: ita dæmon prius suggerit delectationem quam repræsentat, vt aperiatur ei per consensum deliberatum, ostium: intrat verò per peccati perpetrationem.

Apoc. 3.

III. Ratio. Gen. 3.

Intrauit etiam, vt duceret illum vt iumentum, & in illo iret ad Principes Sacerdotum, & per illum loqueretur ad eos, sicut per serpentem allocutus est, ac seduxit primos parentes, tã horrẽdum enim, tamque inauditum flagitium, nisi Satanæ peculiari operatione admitti non potuit. Et fortè obiecit Iudæ dæmon, hostes Christi ad deliberandum de captura eius, & morte cõgregatos fuisse. Ac vt dæmon inter adulterũ & adulteram agit mediatorem, præparans hunc, vel illam ad flagitium perpetrandum: ita cõgregari fecit illud cõcilium, atque illi præfuit vt caput, & Iudam iam spontè paratum deduxit illò, vt pacisceretur cum eis.

Dæmon lenonis persimilis.

Duplex obiectio diluitur de tempore proditionis Iudæ. Ioan. 13.

Nec obstat quod Ioannes habet: *Et cœna facta (cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes)* nam reuera Ioannes ibi alludit ad hæc verba Lucæ quæ exponimus, quia de præterito ait: Cum diabolus iam misisset. Nec obstat secundò, quòd post buccellam introisse in eum Satanas scribitur: quia primò introiuit vt proderet, & promitteret se illũ proditurum; Deinde intrauit, vt proditionem executioni mandaret. Ideò Dominus illi tunc dixit: *Quod facis, fac citius.* Cùm ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuò.

Ibidem.

Quemadmodum dæmon hominem allicit ad peccandum.

Vt intelligamus dęmonẽ sibi hominẽ cõciliare ad peccandũ, primò per consensum deliberatum, deinde per operis mali executionẽ.

Sancti viri spiritu sancto quando repleantur, more Scripturæ.

Simili loquẽdi ratione viri iusti, qui habuerunt prius Spiritum sanctum, dicuntur Spiritu sancto repleri, quãdo ad nouum aliquẽ effectum operandum eos mouet. Ita dicendum de spiritu Satanæ, de quo Act. 5. iuxta literã Græcam dicitur: *Ananias cur impleuit Satanas cor tuum, vt mentireris Spiritui sancto?*

Didymus lib. 3. de Spirit. sancto sub finem, tom 9. operum D. Hieron. in fine.

Quem locum, & hunc expendens Didymus libro de Spiritu sancto, docet aliter ingredi Satanam in cor, & illud implere, aliter Spiritum sanctum. Nam animum, vel mentem nulla creatura iuxta substantiam suam, vel ingredi potest, vel implere, sed sola Trinitas. Vt vel hinc probet, Spiritũ sanctũ Deum esse: quia homines sancti impleri in Scripturis dicuntur Spiritu sancto. Ad id verò, quod secundum posueramus exemplum, quia in Iudam introisset Satanas: hoc dicẽdum est.

Quod aperuerit ostium Satanæ Iudas infelix.

Obseruans diabolus quibusdam motibus, & operationum signis, ad quæ potissimum Iudæ cor esset vitia procliuius, deprehendit eum patere insidijs auaritiæ: & reperta cupiditatis ianua, misit in mentem eius quomodò desideratam pecuniam acciperet, & per occasionem lucri, proditor magistri, & saluatoris sui existeret, argentũ pro pietate cõmutans, & suscipiens pretiũ sceleris à Pharisæis, atque Iudæis. Hęc ergo cogitationis occasiõ, locũ tribuit Satanæ, vt in cor eius introiens, impleret eũ pessima voluntate. Introiuit ergo, nõ secundùm substantiam, sed secundùm operationẽ: quia introire in aliquem increatæ naturæ est eius, quæ participetur à pluribus. Hactenus ille in sensu. Paueant igitur, ac cõtremiscant omnes auari, qui propter pecuniam nulli nõ dæmoni seruiunt.

Iudas cur dicitur vnus de duodecim.

Theophyl. in Lucam.

Deinde de Iuda dicitur: *Tunc abijt vnus de duodecim.* Quod verbũ expendens Theophylactus, ait: *Erat ex maximè familiaribus discipulis, vt nullus confidat in seipso, sed semper attendat vitæ suæ, vtpote grauem habens aduersarium. Quidam autem sic intellexerunt: Qui erat è numero duodecim: numerũ solum implebat, vt apostata, nõ vt Apostolus, nec vt verus discipulus.* Sic ille.

Hominũ vel domesticorũ quam inade societas.

Mtth. 7. & Matth. 10. Gen. 4. Infra 9. Infra 27. 3. Reg. 27. Iudic. 14. Luc. 20.

Discamus minimè offendi, si qui mali existunt aut in sacerdotio, aut in religione: miremur potius si qui sint boni, atque perfecti: nam hoc Dei donũ est, sicut illud procliue est naturæ nostræ lapsæ. Disce etiam, inimicos esse hominis, domesticos eius, nec illis fidendum esse, si Cain occidit fratrẽ suum Abel, si Noë irrisus est à proprio filio Cham, si Iacob passus est persecutionẽ à fratre suo Esau, si Absalon insurrexit in patrẽ Dauidem, Dalida in virũ Samsonem, Iudas discipulus in Christum magistrum.

Theoph. in Matth. 26. Iudas cur dictus Iscariotes.

B. Hieron. tom. 9.

Idem tom. 5. Iscariotes quid sonet.

Orig tract. 35. in Matth. part. 2.

Subdit aũt Euangelista de Iuda: *Qui cognominabatur Iscariotes.* Quod, teste Theophylacto, factũ est, vt notiorem eum redderet. Erat enim & alius Iudas, qui Lebbæus dicebatur; hic verò proditor, erat à pago, qui dicebatur Iscara. Et idem testatur Hieron. in Matth. cap. 10. vbi ab vrbe, vel vico, in quo ortus est, dictum putat, vel à tribu Issachar. Quanquàm in cõmentarijs suis in Esa. 28. de tribu Ephraim ex vico Iscarioth eiusdẽ tribus nominatũ asserat. Etcũ nomẽ hoc interpretetur vir occisionis, seu mercedis, mirificè ipsi quadrat: quia propter vilẽ mercedẽ ad necẽ prodidit Christum. Origenes tamẽ in hunc locum: *Audiui, inquit, quendã exponentem patriam proditoris Iudæ secundùm interpreta-*

Matth.17.

pretationem Hebraicam, ex suffocatum vocari. eo quòd ipse laqueo se suspendens, prophetiam nominis patriæ suæ suffocatus impleuit.

Quando abijt Iudas ad Iudæos, vt loqueretur cum eis de proden do Domino.

Tunc, inquit, *Abijt*. Non intelligas tunc, scilicet quando facta est vnctio in Bethania, quæ præcedit in Matthæo, sed potiùs refer ad tempus quod præcessit, & de quo dixit: *Tunc cõgregati sunt Principes Sacerdotum*, biduo ante Pascha. ¶ *Abijt*, inquit sponte, non vocatus nec solicitatus, ac proinde grauiùs peccauit. Et significatur, introitum Satanæ in eũ non abstulisse propriam libertatẽ: ideò dicitur *Abijt*, scilicet expeditis pedibus auaritiæ, & dæmone illi tam turpem rem honestante, ac colorãte. ¶ *Ad Principes Sacerdotum*, Num

Iudæ flagitiũ.

vt ad meliorem mentem, & saniora consilia eos reuocaret? Num pauperibus eleẽmosynas collecturus? Nunquid fortè sicut Chusai fidelis seruus Dauidis, qui venit in aulam Absalonis, consilium Achitophelis dissipaturus? Minimè, sed vt rem flagitiosissimam perpetraret. *Et locutus est*, inquit, *cum Principibus Sacerdotum, & magistratibus*. De hoc magistratu præsenti in captura dixit Lucas: *Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, Principes Sacerdotum, & magistratus templi, & seniores*: & in Actis: *Superuenerunt Sacerdotes, & magistratus templi, & Sadducæi*. Et alibi: *Cum aũt inducent vos in Synagogas, & ad magistratus, & potestates*. Ex quibus elicimus, officiũ distinctum fuisse à Sacerdotibus, & Senioribus. Theophylactus hoc loco sic ait: *Magistratus hoc loco vacat præfectos ædificijs templi, vel etiam censores, vt qui curarent ea, quæ ad bonum ordinem seruandum pertinebant. Præfecerant enim Romani quosdam populo, vt ne turbaretur, quandoquidem seditiosi erant. Illos igitur vocat* στρατηγοὺς, *magistratus. Fortassis autem, & militaria munera credebantur eis, qui erant ex Sacerdotali ordine: vnde magistratus, & duces dicti. Ambitione enim laborantes, & illa officia inuadebant: vnde eos magistratus, & duces templi nominauit, manifestius fortè taxans illos. Et multò post inferius ait: Dicit autem ad Principes Sacerdotum, & ad magistratus templi, qui* στρατηγοὶ, *& ædiles dicebantur: quia constituti erãt ad exquirenda, quæ ad tẽpli vsum exigebantur, vel qui præfecti erant ædificio, & constructioni tẽpli*. Hęc ille. Quid verò locutus fuerit Iudas cũ Principibus, & magistratibus, declarat Matthæus his verbis: *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eũ tradã?* Cupiditas, quæ omnium malorũ radix ab Apostolo vocatur, huius proditionis caussa describitur, ad redimendum videlicet pretiũ vnguenti effusi super caput Christi recumbentis: nõ enim pati poterat æquo animo, quòd tanta furti materia sibi fuisset subtracta. *Infelix* (inquit Hieronymus) *Iudas damnum, quod ex effusione vnguenti se fecisse credebat, vult magistri pretio compensare. Nec certam tamen postulat summam, vt saltem lucrosa videretur proditio; sed quasi vile tradens mancipium, in potestate ementium posuit quãtum vellent dare*. Sic ille. Et vt Euangelista describẽs Christi tentationes, nudas tantùm conclusiones enarrat, non curans singulares rerũ circunstantias: non secus hic proditionis huius substantiam recenset Euangelista, prætermittens quæcunque illam exterius honestare poterant. Verisimile enim est, vt quidam ex nostris non ineptè coniectat, illum ad eos dixisse, valde se de suo magistro offensum, quòd cum hactenus coleret eum vt virum spiritualem; sed iam visa vngenti tã pretiosi, ac delicati effusione, & illa quidem per manus mulieris facta, & non tantùm in capite, sed etiam in pedibus, bonam, quam de ipso conceperat opinionem, deposuisse: & ideò genio, & cuti bene curandæ intentũ sæpius deprehendisse. Naturale enim est hominibus iniquitatem patrantibus, & præcipuè illam proditionis, aliquam honestam caussam obtendere, quæ præseferat virtutis speciem. Atq; ita illis persuasit, seriò, & sine vlla mora eius morti incumbendum: quia periculum imminebat, ne Christo viuente ipsi perirent; quare consultius esse, Christũ perire, quàm ipsos. Parentes, inquit ille, non habet, qui eius caussam agant: quia paupertas, & terror vester eos vel mutos efficiet. Amici verò eius etiamsi aliqui esse videantur; tamen vbi semel viderint eum extinctum iam, nullus eius suscipiet patrociniũ: nullus enim est, qui propter mortuum velit se reddere inuisum præsentibus. Si quicquam de me suspicamini, omni vos metu libero: quia non sum amplius eius discipulus: non est vllum periculum, vel impedimentum in captura: in villam Gethsemani singulis noctibus intempestis se solet recipere: Ego vobis dux ero, sequimini me: caput meum pro illius capite vobis deuoueo: vt proditorem condemnate me, nisi pro vestro arbitrio eum vobis tradidero. Iustum tamen est, & rationi consentaneum, vt pro meo labore, ac fidelitate, quam vobis impendo, stipendiũ aliquod honestum à vobis assignetur mihi. ¶ *Et gauisi sunt: & pacti sunt pecuniam illi dare*. Ita habet Lucas in genere, & Marcus, solus Matthæus, certam in speciẽ mercedem assignauit: quia, ait: *Constituerunt ei triginta argenteos*: & hoc, quia postea ostensurus erat pretiũ à Propheta fuisse prædictum, vt solet Matthæus, qui Hebraicè ad Hebræos scripsit. Primùm igitur gauisi sunt, quod iam haberent vnum, cuius opera ac industria certò vti possent ad capiendum, & perdendum Christum, de quo

2.Reg. 17.

Quid per magistratus templi.

Luc.22.

Act.4.& 5.

Luc.12.

Theophyl.in Luc.ca.22.

Matth.26.

1. Tim. 6.

Hieron.lib.4. in Matthæ. tom.9.

Matth.4.

Simon de Cassia.

Qualem apud Principes Sacerdotum de prodendo Domino orationem habuerit Iudas.

Iniquorũ hominum proditorum præcipuè, quid sit proprium.

Matth.26.

Ioan.18.

Luc.22.

Marc.14.

Matth.26.

Cur Iudæi gauisi sint de sponsione Iudæ tradendi Dominum.

Matth. 27. Orig. tract. 35. in Matth. par. 2.

legit pro, triginta argenteis, & ager emptus in sepulturam peregrinorum, illam preti quantitatem indicare videtur. Similiter Origenes pro triginta argenteis semper habet triginta stateres. Si verò siclus argenteus erat vsitatus, & qui commutationibus deseruiebat, quod multò magis est verisimile; triginta argentei conficerent sexaginta denarios, qui redderent summã sex ducatorum currentis, vt aiunt, monetæ. Hinc est, vt Septuaginta Interpretes vbi Hebraicè habetur שקל SeKel, vel כסף Keseph, vertant δίδραχμα, vt Gen. 20. Ecce tradidi mille argẽteos fratri tuo, Septuaginta vertunt χίλια δίδραχμα. Et Gen. 23. Emit agrum in sepulturam quadringentos siclos argẽti, habent Septuaginta, quadringenta didrachmata. Et Exod. 30. *Hoc dabit omnis qui transit ad numerũ, dimidium sicli iuxta mensurã templi.* Siclus viginti obolos habet. Media pars sicli offeretur Domino: Septuaginta semper pro siclo conuertunt didrachmum. Quæ sententia si vera est, Christus fuisset venditus triginta didrachmis, id est, sex ducatis monetæ. Et hoc est illud decorũ pretium, quo se per antiphrasin appretiatum Dominus per Prophetam prędicit; cum vel canis, ne dicam asinus, vel caput asini in Samaria obsessa maiori pretio venire soleret. Quam monetæ rationem confirmat Budæus in libro de Asse, & partibus eius, scribens se vidisse in templo D. Dionysij vnum argenteum ex illis asseruatũ, nec ponderasse nisi septem solidos Parisienses: qui si reducãtur ad monetam Italicam, cõficiunt monetam, quam Veneti mozenicum, & Neapolitani tarenum vocant. Vidi ego Romæ in æde sacra Crucis Sanctæ alterum argenteum ex istis asseruatum, & inter sacras Reliquias ostendi solitum, ab hac ratione non abhorrentẽ. Quod verò Anselmus scribit in quodam loco, illos denarios Ismaeliticos fuisse, quibus & Ioseph venditus fuit ante multos annos, & hæreditaria successione fuisse deuolutos ad illos Iudæos, qui Filium Dei redemerunt: nõ video quo certo argumento fidẽ impetrare valeat, cùm vel vno sæculo, nedum tam multis, pecunia deteratur, & valde imminuatur. Venditur igitur Dominus triginta argẽteis: quia sic à Zacharia fuerat prophetatum; deinde etiam præfiguratum in Ioseph vendito triginta argenteis, vt dicunt Septuaginta Interpretes. Et quanquã Hebræa veritas habet viginti, quia non est opus figurã per omnia rei figuratæ respondere: tamen cum iterum ab Ismaelitis venditus sit in Ægypto, & mercatores non sint soliti emere, nisi vt carius vendãt, maximè in florentib. ciuitatibus, vbi res maiori pre-

Quale sit illud decorum pretium, quo iuxta Prophetam appretiatus à Iudæis Dominus fuit. 4. Reg. 6. Budæus.

Anselm. libr. de Domini passione. Gen. 37. Quid Anselmus de 30. argenteis Iudæ proditoris putarit solide opinatus sit.

Zach. 11. Gen. 37. Infra 39. Quot argẽteis Ioseph Patriarcha Ismaelitis venditus fuerit.

tio veneunt, ratione non caret, pretium Ioseph peruenisse ad triginta argẽteos. Quanquam Septuaginta Interpretes, aut potius alius eorum deprauator, quò tanti Patriarchæ pretium augeret, pro argentis scripsit aureos, quod eo loco reprehendit Hieronymus, vt & Gen. 45. cum dicitur Ioseph dedisse fratri suo BenIamin trecentos argenteos, apud Septuaginta legitur τριακοσίους χρυσοῦς, id est, trecentos aureos. Ambros. lib. de Patriarcha Ioseph testatur alicubi legi Ioseph emptum viginti, alibi vigintiquinque aureis, alibi trecentis aureis, vel argenteis. Pro istis argenteis Iudas triginta maledictionibus percutitur in Psalmo illo decantato: *Deus laudem meam ne tacueris: Quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est: & seq.* vt annotauit Abbas Ruper. Tuitiensis. Quarum prima est: *Cõstitue super eum peccatorem; & diabolus stet à dextris eius:* Secunda, *Quum iudicatur, exeat condemnatus:* Tertia, *Et oratio eius fiat in peccatum:* Quarta, *Fiant dies eius pauci:* Quinta, *Et Episcopatum eius accipiat alter:* Sexta, *Fiant filij eius orphani:* Septima, *Et vxor eius vidua*, & reliquæ, quas breuitatis gratia non enumero: quæ omnes in Iuda primùm proditore, deinde in Iudæis emptoribus Christi implentur, vt Augustinus doctè exponit; vt sint participes maledictionũm, qui participes fuerunt iniquitatis, & proditionis. Quartò, qui tam decoro pretio Dominum redemerunt, digni habiti sunt, qui in vrbis Ierosolymæ excidio tam vili, & cõtempto pretio venderentur. Adeò vt Egesippus in Anacephaleosi scribat: *Meritò siquidem deycendi, & viles habendi fuerunt, qui vniuersis pretijs cariorem Iesum triginta denariorum pretio à discipulo comparauerant: non vt eum haberent tanquam dominum, sed vt è terra viuentium tollerent velut iniquum. Quare iure de hæreditate viliores paleis in omnẽ terram ventilati sunt à Gentibus, quas formida uerant, ne sibi locum, & gentem tollerent. Et qui triginta denarijs Iesum comparauerant ad perdendum, iuste postea triginta capita suorum viderunt vendi vno denario ad illudendum.* Sic ille, vocans argẽteos Euangelicos, denarios, quemadmodum etiam Anselmus superius vocauit. Quintò, Exod. 21. præceptum fuit, vt pro seruo, aut ancilla à boue cornupeta occisis, domino serui numerentur triginta sicli argenti. Tanti ergo sibi ad mortẽ tragendum emerunt Dominum Iudæi, quanti seruum occisum redimere solent, & tanti emerunt innocentis vitam, quanti vilis serui solent redimere mortẽ: apparet enim ex illo textu, commune pretium emendi serui fuisse triginta siclorum. Eodem pretio Ptolemæus Philadelphus iussit manu

Hieron. lib. de Quæst. Hebraicis, tom. 3.

Ambros. lib. de Ioseph Patriarch. cap. 3. tom. 4.

Iudæ maledictiones, & Iudæorum 30.

Psalm. 108. & seq.

Ruper. Tuit.

Actor. 1.

August. in Psalm. 108. tom. 8.

Iudæi tam vili pretio 30. argenteorum Christum redimentes, quid fuerint affecuti.

Egesip.

Ioan. 11. Iudæi post obsidionem quã vili venierint a Romanis.

Anselm. loco citato.

Pretium serui, aut ancillæ occasionẽ apud Iudæos ex lege.

Ioseph. lib. 15. Antiq. cap. 2.
Tam vilis pretij Redemptoris apud Deum meritum.

mitti Iudæos seruos, qui erant in Ægypto, persoluto pretio drachmarum 120. pro singulis capitibus; qui numerus drachmarum efficit triginta argenteos, vt narrat Ioseph. lib. Antiquit. nam argenteus valet quatuor drachmas. Sextò, hoc ipso quòd vili dignatus est Dominus vēdi, meruit fieri pretium nostræ redemptionis, sicut factus sub lege liberauit eos qui erant sub lege, & per lignū crucis factus pro nobis maledictum, à maledictione, quæ per lignum intrauerat, nos exemit: ita etiam venundatus meruit pretium fieri, quò nos, qui venundati eramus sub peccato, à diaboli tyrannide, & ira Dei redimeremur. Septimò, explicat & Origenes hunc numerum in Matthæum scribens: *At illi statuerunt ei triginta argenteos, tantam ei dationem constituentes, quantos annos Saluator peregrinatus fuerat in hoc mundo. Triginta enim annorum baptizatus cœpit Euangelium prædicare, quasi Ioseph factus triginta annorum erogare frumenta fratribus suis. Nam sicut propter filios quidē Israël à Deo fuerat præparatum frumentum illud, erogatum est autē etiam Ægyptijs, sic Euangelium sanctis quidem fuerat præparatum, tamen prædicatum est etiam infidelibus, & iniquis.* Hactenus ille. Octauò, triginta argentei, pretium perfectum sunt omnium peccatorum, quæ corde, ore, & opere, vel ignorantia, fragilitate, & malitia contra decem præcepta legis committuntur.

Gal. 4. Sapie 3. Gen. 3. Rom. 7. Origen. tract. 35. in Matth. Par. 2.

Triginta argentei mysticè quid.

Luc. 22.
Quam quærebat opportunitatem Iudas tradendi Dominum.
Cum Christus alia ratione comprehendi potuerit, quid opus fuit Iuda proditore, ac eum pretio redimeret
Matth. 26.

Subdit vltimo loco Matthæus: *Et exinde quærebat opportunitatem vt eum traderet.* Id est, sine turbis, vt explicat Lucas. Et ista erat opportunitas dolo tradendi. Sed reuera sicut dolo non est proditus, sed apertè, & cohorte comprehendente, ita nec extra diem Festū, sed in Die festo, vt verus agnus immolaretur pro nobis. Quòd si forte interroges; Quid opus erat proditore, & pretio proditionem redimere, si poterat Christus ab ipsis vel in domo cœnans, vel in villa Geth-semani orans, aut quiescens comprehendi sine ducatu, & opera Iudæ? Profectò insanijsse videntur pretio comparando proditorem, ad comprehensionem: Ita cæca est iniquitas, & pretio placuit redimere, quòd sine turbis caperent, & quòd ab vno ex familiaribus proderetur; & vt significaretur, quàm vili soliti sumus pretio vendere Iesum. Cauenda est igitur caussa proditionis, & imitatio Iudæ. Caussa quidem fuit auaritia, quæ omnium malorum est radix verè, &, Auaro nihil est scelestius: nihil est iniquius quàm amare pecuniam: hic & animam suam venalem habet: quoniam in vita sua proiecit intima sua. Iudas enim Dominum, quem anima sua chariorem habere debuit, & animā suam quoque vendidit: & vt in sequentib. historia Euangelica declarat, proiecit intima sua suspensus: quemadmodū etiam meretrix corpus exponit suum venale ob quæstum: auaritia enim manifestè ostiū aperit diabolo. Multi quidem indignantur, quòd Iudas tā vili Christum vendiderit; in seipsos verò non excandescūnt, qui minori, ac viliori pretio non semel, vt ille, sed pluries: non mortalem, sed immortalem: non vix notum, sed notissimum adhuc vendere non verentur. Vnde quis nos exitus maneat, & quanto acerbiora supplicia, quàm Iudæ, nec cogitamus quidem. Quiuis etiam nostrum debet Christū emere triginta argēteis, id est, præceptorum obseruantia cum fide Trinitatis, vt locupletemur, & viuat in nobis Iesus, & nostrū veterem hominē occidat. Cauenda est etiā Iudæ imitatio: *Multi enim,* vt scribit Beda, *hodie scelus nefarium exhorrent; nec tamē cauent, cum pro muneribus falsum contra quemlibet dicunt testimonium. Profectò qui veritatem pro pecunia negant, Dominū pecunia vendunt.* Sic ille. Multi etiam sunt, qui pro pretio locant operas suas ad necē alijs inferendā, & Christum produnt; qui in proximi vita est. Multi qui Sacramenta pacto interueniente vel verbū Dei cauponantur, & Dñm produnt, qui Verbum Dei est, & gratiarū fons & plenitudo, qui gratis est dādus. Multi qui vsuris, & illicitis contractib. sæpè etiam periurijs admixtis proximum decipiunt, vel falsis ponderib. & mensuris ementibus imponunt, granúque plerunq; in fossis sepeliunt, quò carius vendere queant. Et isti oēs tanquam veri Iudæ imitatores Iesum produnt, qui charitas est: & hi oēs si nō verbo, saltem facto dicunt; *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Simili ratione fœminæ, quæ vili pretio corpora sua ad aliorū exaturandam libidinē vendunt; quid aliud faciunt, quàm quod cum Iuda Christum vendunt, qui castitas est? tales enim tollunt membra Christi, & faciunt membra meretricis, atq; Dei templum, in Veneris templū, siue Asmodei commutant. Danda est igitur nobis opera, & studium adhibendū, vt pestē auaritiæ, quæ in omne flagitiū præcipitat, longè à nobis propellamus, quò veri, & solidi discipuli efficiamur illius, qui pro nobis tā liberaliter opes suorum meritorum, & thesauros sanguinis sui communicauit, nimirum Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto, sempiterna est virtus, & diuinitas, gloria, maiestas & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

Omnium malorum radix, auaritia.
1. Tim. 6. Eccl. 10. Ibidem.

Christā peius quam Iudas qui vendere videantur.

Emere Christum triginta argētem quomodo Christiani debeāt.

Beda in c. 26. Matth. tom. 5.

Christum qui vendant & prodant.

1. Ioan. 4.

1. Cor. 6.

Laus Deo Optimo Maximo semper.



INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRAE, QVAE IN HÓC OCTAVO TOMO EXPLICANTVR.

Ex Genesi.

Cap.1. *Spiritus Domini ferebatur super aquas.33.1*
Ibid. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.245.2*
Cap.2. *Erunt duo in carne vna.81.1*
Cap.5. *Henoc placuit Deo, & translatus est in paradisum, &c. 256.1.*
Cap.8. *Adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ 41.2*

Ex Exodo.

Cap.8. *Digitus Dei est hic.117.1*
Cap.20. *Non habebis Deos alienos.82.1*
Ibid. *Honora patrem & matrem. Qui maledixerit patri, &c. 234.1*

Ex Levitico.

Cap.24. *Oculum pro oculo, dentem pro dente, &c.271.1*

Ex Deuteronomio.

Cap.18. *Ponam verba mea in ore eius.76.2.274.1*
Cap.28. *Ipse erunt in caput, & tu eris in caudam.356.1*

Ex 1. lib. Regum.

Cap.21. *Si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus, &c.109.1*

Ex 3. Regum.

Cap.18. *Ecce cœli contenebrati sunt, & nubes & ventus, &c.41.2*

Ex 1. Paralipom.

Cap.29. *Tua sunt, Domine, omnia; & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi.276.1*

Ex 3. Esdræ.

Cap.3. *Magna est veritas & prævalet.331.1*

Ex Tobia.

Cap.12. *Ego cibo inuisibili, & potu qui ab hominibus videri non potest, vtor.194.2.*

Ex Iob.

Cap.9. *Si venerit ad me, non videbo eum.45.2*
Cap.32. *Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam.40.2*
Cap.41. *Ipse est Rex super vniuersos filios superbiæ.1.9.1*

Ex Psalmis.

Psalm.1. *Ideò non resurgunt impij in iudicio.65.1.135.2*
Psalm.2. *Filius meus es tu: ego hodie genui te.88.1.*
Psal 4. *Ego ostendam omne bonum tibi.91.1*
Psalm.7. *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam, &c. 248.*
Psalm.9. *In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.360.1*
Psalm.10. *Ignis & sulphur, & spiritus procellarum, &c.41.2*
Psalm.13. *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.267.1.*
Psal.21. *Circumdederunt me canes multi; concilium malignantium.340.2*
Psalm.19. *Plantati in domo Domini, in atrijs, &c.242.1*
Psal.33. *Diligit dies videre bonos.107.1*
Psal.34. *Audiam quid loquatur in me Dominus.153.1*
Psal.36. *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius 252.2*
Psal.44. *Astitit Regina à dextris tuis, in vestitu, &c.238.*
Psal.47. *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis.41.1*
Psal.54. *Molliti sunt sermones eius super oleum, &c.128.*
Ibid. *Iacta cogitatum tuum in Dominum, &c 252.2*
Psal.71. *Deus iudicium tuum Regi da, &c.64.1*
Psal.72. *Existimabam vt cognoscerem hoc, labor est ante me, &c. 63.2*
Psal.77. *Nũquid & panem poterit dare, & parare mensam, &c. 27.1*
Ibid. *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum.221.2*
Psal.80. *Et non audiuit populus meus vocem meam, &c.268.1*
Psal.84. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.331.2*
Psal.92. *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.78.2*
Psal.94. *Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiẽ meam. 248.1*
Psal.101. *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.316.2*
Psal.103. *Omnia in sapientia fecisti 90.2*
Ibid. *Vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis, &c.120.1*
Psal.106. *Dixit, & stetit spiritus procellæ.41.2*
Psal.109. *De torrente in via bibet, &c.265.1*
Psal.123. *Anima nostra sicut passer est, &c.267.2*
Psal.130. *Si non humiliter sentiebam, &c.248.1*
Psal.134. *Qui producit ventos de thesauris suis, &c.45.1*
Ibid. *Omnia quæcunque voluit Dominus fecit, &c.172.2*
Psal.138. *Quo ibo à spiritu tuo? 44.2*
Psal.148. *Spiritus procellarum quæ faciunt verbum eius.41.2*

Ex Proverbiis.

Per me Reges regnant, & legum conditores. &c.240.2 Cap.8.
Beatus homo qui semper est pauidus.230.2 Cap.28.
Doctrina viri per patientiam noscitur.337.2 Cap.29.
Quia vocaui & renuistis, extendi manum meam, & non aspexistis. &c.355.2 Ibid.
Qui tenet adulteram, stultus est.386.2 Ibid.
Byssus & purpura indumentum eius.392.2 Cap.31.

Ex Ecclesiaste.

Vanitas vanitatum, &c.267.1 Cap.1.
Omnia tempus habent. 264.2 Cap.3.
Omni negotio tempus est & opportunitas.ibid. Cap.8.
In via stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit, &c.263.2 Cap.10.
Væ tibi terra, cuius Rex puer est, &c.165.1 Ibid.
Quomodo ignoras quæ sit via spiritus.45.1 Cap.11.
Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. 392.2 Cap.26.

Ex Canticis.

Sub vmbra illius quem desideraueram, sedi.262.1 Cap.2.

Ex Sapientia.

In maleuolam animam non introibit sapientia.272.1 Cap.1.
Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum.319.1 Cap.2.
Condemnat autem iustus mortuus viuos impios.135.2 Cap.4.

Ex Ecclesiastico.

Qui edunt me, adhuc esurient. &c 194.2 Cap.24.
Penetrabo omnes inferiores partes terræ, &c.313.2 Ibid.
Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio eius? 305.2 Cap.34.

Ex Esaiá.

Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua. 237.1 Cap.6.
Non petam, & non tentabo Dominum.223.2 Cap 7.
Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, &c.185.2 & 328.1 Cap.14.
Omnia enim opera nostra operatus es nobis.68.1 Cap.26.
Loquimini nobis placentia, &c.332.1 Cap.30.
Non clamabit, nec accipiet personam, &c.284.1 Cap.42.
Effundam aquas super sitientem.53.1 Cap.44.
Egredimini à Babylone: fugite à Chaldæis.267.2 Cap.48.
Vniuersos filios tuos doctos à Domino.272.1 Cap.54.
Oẽs sitientes venite ad aquas, &c.196.1.291.2 Cap.55.
Et non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum, &c. 392.1 Cap.56.

Me etenim

Cap.58. Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt, &c. 278.1

Ex Ieremia.

Cap.2. Ego te plantaui vineam electam, &c. 242.1
Cap.10. A signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes, &c. 264.1
Cap.13. Si mutare potest Aethiops pellem suam, &c. 88.1
Cap.50. Quomodo confractus est contritus malleus, &c. 269.1

Ex Ezechiele.

Cap.2. Fili hominis, in medio scorpionum habitas, &c. 269.2
Cap.16. Iustificasti sorores tuas. 135.2
Cap.28. In delicijs paradisi Dei fuisti; omnis lapis pretiosus operimentum tuum. 328.2
Cap.33. Nolo mortem peccatoris, &c. 314 2
Cap.36. Effundam super vos aquam mundam. 33.1

Ex Osea.

Cap.13. Perditio tua Israel; tantummodò in me auxilium tuum, &c. 331.1. & 343 2

Ex Ioele.

Cap.2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. 48.2

Ex Michea.

Cap.2. Ascendet iter pandens ante eos 53.2

Ex Zacharia.

Cap.13. In die illa erit fons patens domui Dauid. 33.1

Ex Malachia.

Cap.4. Helias veniet, & conuertet cor patrum ad filios, &c. 253. 2

Ex Matthæo.

Cap.3. Ipse vos vos baptizabit in Spiritu sancto. 32.2.
Ibid. Ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham, &c. 356.2
Cap.4. Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. 87.2
Ibid. Vade Satana, &c. 119.1
Cap.5. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. 89.1
Ibid. Ego autem dico vobis, non iurare omninò. 191.1
Ibid. Ego autem dico vobis, non resistere malo. 270.2
Cap.9. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. 209.2
Ibid. Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui, &c. 232.2
Cap.10. Qui potest capere capiat. 89.1
Ibid. Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, &c. 342. 274.1
Ibid. Qui amat patrem aut matrem, plusquam me, non est me dignus, &c. 234.2
Ibid. Inimici hominis, domestici eius. 263.2
Cap.12. Si ergo in Spiritu Dei eijcio dæmones. 44.1
Ibid. Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? 89.1
Cap.13. Terra alia fert fructum tricesimum, &c. 395.1
Cap.15. Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus, &c. 241.2
Cap.16. Tu es Christus, filius Dei viui. 88.1
Cap.18. Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, &c. 42.2
Ibid. Qui scandalizauerit vnum de pusillis, &c. 242.1
Cap.19. Apud homines hoc impossibile est, &c. 89 1
Cap.20. Sedere ad dexteram meam, vel sinistram, &c. 275.1.
Cap.24. Cælum & terra trãsibunt, verba autem mea, &c. 169.2
Cap.26. Hoc est corpus meum, &c. 42.2
Ibid. Semper pauperes habebitis vobiscum, &c. 222.2.
Ibid. Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt, &c. 241.2
Cap.vlt. Baptizantes eos in nomine Patris, &c. 32.2

Ex Marco.

Cap.6. Non potest mundus odisse vos. 89.1
Ibid. Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia, & virtutes quæ per manus eius efficiuntur? Nonne hic est faber, filius Mariæ? 272.2
Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. 34. numer.2 Cap.vlt.

Ex Luca.

Proficiebat sapientia, ætate & gratia. 274.2 Cap.2.
Spiritus Domini super me. 44.1 Cap.4.
Manducauerunt omnes, & saturati sunt, &c. 217.1 Cap.9.
Factum est autem, cùm complerentur dies assumptionis eius, &c. 259.2 Ibid.
Qui vos audit, me audit, &c. 239.1 Cap.10.
Beati oculi qui vident quæ vos videtis, &c. 336.1 Ibid.
Quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos. pag. 84.1 Cap.12.
Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, &c. pag. 234.2 Cap.14
Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, &c. 46.1 Cap.16.
Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater, &c. 194.2 Cap.22.

Ex Ioanne.

Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto. 31.1 Cap.1.
Deum nemo vidit vnquam, Vnigenitus filius, &c. 51.1 Ibid.
Ego in Patre, & Pater in me est. 62.2 Cap.1.
Quia dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis, &c. 224.2 Ibid.
Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. 131.1 Cap.2.
Scrutamini Scripturas, &c. 55.1 Cap.5.
Qui verò mala, in resurrectionem iudicij. 64.1 Ibid.
Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium, &c. 274 2 Ibid.
Vnus ex vobis diabolus est. 119.1 Cap.6.
Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet, &c. 169.1 Ibid.
Nunquid & vos vultis abire? ibid. Ibid.
Quæritis me, non quia vidistis signa, &c. 173.2 Ibid.
Quomodò potest hic nobis carnem suam dare, &c. 175.2 Ibid.
Durus est hic sermo. ibid. Ibid.
Verba vitæ æternæ habes. 205.1 Ibid.
Pater meus dat vobis panem de cælo verum. 202.1 Ibid.
Sicut Pater dedit Filio habere vitam in semetipso, &c. 221.1 Ibid.
Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius. 223.2 Ibid.
Caro non prodest quicquam. 226.1 Ibid.
Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo. 227.1 Ibid.
Nunquid in Galilæa venit Christus? &c. 254.1 Cap 7.
Et qui misit, mecum est. 62.2 Cap.8.
Cùm exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis, &c. 131.1 Ibid
Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. 309.1 Cap.9.
Si exaltatus fuero à terra, omnia traham, &c. 54.2 Cap.12.
Nos audiuimus ex lege, quòd Christus manet in æternũ. 254.1 Ibid.
Non veni vt iudicem mundum, &c. 255.2 Ibid.
Audistis, quia ego dixi vobis, vado & venio ad vos. 44.1 Cap.14.
Et sermonem quem audistis, non est meus, &c. 76.2 Ibid.
Exiui à Patre, & veni in mundum, & iterum relinquo mundum, &c. 44.1 Cap.15.
Cùm venerit Paracletus, &c. ibid. Ibid.
Non de omnibus dico ego scio quos elegerim 229.1 Ibid.
Ego palam locutus sum mundo. 55.2 Cap.18.
Regnum meum non est de hoc mundo. 64.1 (88.1 Ibid.
Hæc scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Filius Dei. Cap.20.

p.21. Hac locutus sum vobis, ut cum venerit hora eorum, reminiscamini quia ego dixi vobis. 186. 1

Ex actis Apostol.

p.5. Anania, cur tentauit Satanas cor tuum, &c. 193. 1
p.15. Visum est Spiritui sancto, & nobis. 240. 2
id. Ut abstineatis vos ab immolatis simulachrorũ, &c. 246. 1
ap.21. Hac dicit Spiritus sanctus 44 1.

Ex epist. ad Romanos.

ap.8. Ipse enim Spiritus testimonium reddit. 43 2
id. Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo. 72 2
id. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, &c. 270. 2
id. Quis nos separabit à charitate Christi, &c. 343. 2
ap. 0. Corde creditur ad iustitiam: ore autem, &c. 235. 2
ap. 11. Ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia. 331. 1
Cap. 12. Habentes donationes, &c. 12. 1
ap. 3. Qui potestati resistunt, damnationem acquirunt. 240. 2
Cap. 4. Non est regnum Dei esca & potus. 246 1

Ex 1. ad Corinth.

Cap. 3. Ego quidem sum Pauli, &c. 34. 2
Cap. 6. Qui adhæret Domino, unus spiritus est. 35. 1
Cap. 7. Sanctificatus est vir infidelis per mulierẽ fidelem. 374. 2
Ibid. Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, &c. 303. 2
Ibid. Melius enim est nubere, quàm uri ibid.
Cap. 9. Si nosmetipsos diiudicaremus, nõ utiq; iudicaremur. 64. 1
Ibid. Qui enim manducat & bibit indignè, &c. ibid.
Cap. 0. Omnes in Moyse baptizati sunt, in nube, &c. 33. 1. 212. 2
Ibid. Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, &c. 202. 2
Cap. 11. Si quis videtur contentiosus esse, nos talem cõsuetudinem non habemus, &c. 9. 1
Ibid. Quotiescunque manducabitis panem hunc, &c. 170. 2
Cap. 11. Canet enim tuba, & mortui resurgent, &c. 97. 2

Ex 2. ad Corinth.

Cap 5. Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. 275. 7.
Cap. 11. Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo. 7. 1

Ex epist. ad Galat.

Cap. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, &c. 226. 2

Ex epist. ad Ephes.

Cap. 4. Nolite locum dare diabolo. 119. 1

Eratis aliquando tenebræ, nunc autem, &c. 308. 2 Cap. 5.

Ad Philippenses.

Qui cum in forma Dei esset, &c. 87. 1 Cap. 2.

Ad Colossenses.

Videte ne quis vos decipiat per Philosophiã, &c. 140. 1 Cap. 2.
Super omnia charitatem habete, &c. 404. 1 Cap. 3.

Ad Thessalon. 1.

Et in tuba Dei descendet de cælo. 98 1 Cap. 4.

Ad Thessalon. 2.

State & tenete traditiones quas didicistis, &c. 239. 1 Cap. 2.

Ex Epist. ad Timoth. 1.

Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, &c. 270. 2 Cap. 1.
O Timothee, depositum custodi, &c. 8. 1 Cap. 1.
Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, &c. 185. 2 Ibid.
Habent bonam conscientiam, quam quidam repellentes, &c. 278. 1 Ibid.

Ex 2 ad Timoth.

Negare seipsum non potest. 89. 1 Cap. 2.
Omnis Scriptura diuinitus inspirata, &c 40. 1 Cap 3.

Ex Epist. ad Tit.

Omnia munda mundis. 245. 2 Cap 1.
Per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti. 32. 1 Cap. 3.

Ex Epist. ad Hebræ.

Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus. 43. 2 Cap 3.
Sic & Christus non semetipsum clarificauit. &c. 46 1 Cap. 5.
Didicit ex his quæ passus est, obedientiam 274. 2 Ibid.
Impossibile est, eos qui semel sunt illuminati, &c. 89. 1 Cap. 6.
Quibus impossibile est mentiri Deum. ibid. Ibid.
Henoc translatus est, ne videret mortem. 256. 1 Cap. 11.
Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. 64. 1 Cap 13.

Ex Epist. Iacobi.

Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis. 45. 2 Cap. 1.
Amicitia huius mundi, inimica est Dei. 267. 2 Ibid.

Ex Epist. Petri. 1.

Aduersarius vester diabolus, tanquam leo, &c. 119. 1 Cap. 5.

Ex 2 Petri.

Sic enim abundanter ministrabitur vobis. 46. 1 Cap. 1.

Ex Ioannis.

Nolite diligere mundũ, nec ea quæ in mundo sunt. 265. 2 Cap. 2.
Qui credit in Filiũ Dei, habet testimonium Dei in se. 16. 1 Cap. 5.

Ex Apocalypsi.

Opera enim illorum sequuntur illos. 342. 1 Cap. 4.

FINIS.



INDEX SENTENTIARVM NOTABILIVM, QVAE IN HOC TOMO OCTAVO CONTINENTVR.

A.

ABAGARVS mittit literas ad Iesum, & accipit ab eo responsum. pag. 433. 2

Abraham pro Isaac arietem hærentem cornibus sacrificans, quid denotet. 63. 1.

Achimelec Sacerdos an Dauidi panes Propositionis ad manducandum dederit. 110. 1

Adulatorij sermones quonam telo excipiendi sint. pag. 129. 1

Adulterium, grauißimum crimen. 301. 1

Adulterium quàm grauiter puniretur apud Gentiles. ibid.

Adulteram vxorem interficientes pereant, quamuis leges permittant. 302. 1

in Adultera vxoris interfectorem diuina vltio. ibid.

Alexandri munificentia. 60. 2

Alius & alius masculinè; & aliud neutraliter, quid significent, & quomodò de diuinis dici queant. pag. 53. 1

Alimenti spiritualis proprium quid sit. 147. 1

Ambitionis malum. 59. 2

Ambitio & fides cur nequeant simul consistere. 104. 1

Ambitio & auaritia, quàm mali consiliarij. 425. 2.

Amen quid significet. 28. 1

Amor sui, & timor mundi, humanæ salutis magna impedimenta. 26. 1

Amoris nostri in Deum munificentia. 60. 2

Amor Dei in quo ab amore hominum distinguatur. pag. 59. 2

Amoris diuini perfectiones. 60. 1

Amoris quadruplicis scala statuitur, qua peruenitur ad amorem diuinum. ibid.

ad Amorem diuinum exhortatio. 63. 1

Amor Dei erga nos, pulchra ostenditur similitudine. 133. 1

Angeli æternam felicitatem quibus meritis adepti fuerint. 52. 1

Angeli boni cur hominibus prodesse, & mali ijsdem non obesse possint. 115. 1

Anima hominis, immortalis dupliciter. 4. 2

Animarum sponsalia cum Christo quando fiant. 74. 1

Animal quodcunque sine cibo viuere non potest. pag. 172. 1

Animus malignus quæcunque non intelligit, statim tanquam friuola, falsaque, per arrogantiam eijcit. pag. 172. 1

Antichristi signa qualia futura. 27. 1

Apollo quis Græcis, quantaque eius religio. 119. 1

Apostolicæ sedis quanta autoritas. 11. 2

Apostolica sedes nullo modo errare potest. 12. 1

Apostoli cur signa ederent. 27. 1

Apostolos suos cur Christus ante suam mortem baptizauerit. 70. 1

Apostoli cur filij nuptiarum dicantur. 81. 1

Apostoli cur frequenter ieiunarent. 82. 1

Apostolos spicas vellendo in Sabbato peccasse, vnde collegerint Pharisæi. 100. 2

Apostoli quare vellebant spicas. ibid.

ab Apostolis cur Sabbatum violari Dominus permiserit. ibid.

Apostolos non edoctos à Domino artes magicas. 118. 2

ad Apostolatum electio potest esse sine electione ad vitam æternam. 230. 1

Aqua expiationis vsus apud Gentiles ter sacer; profanus tamen & impius. 33. 1.

Arabiæ Felicis situs qualis. 137. 2

Argumentum quid, quotuplexque. 5. 1.

in Argumento à ratione, quod extremum fugiendum. 14. 1

Arreptitij, vasa dæmonis vocantur à Christo. 117. 2

Arrha vitæ æternæ, est gratia. 218. 1

Arrianorum quorundam dogmatum confutatio. 42. 1

Arrius ex quo Scripturæ loco, Filium minorem esse Patre, deduxerit. 148. 2

Arrij confutatio. ibid.

Articulus Græcè quid significat. 40. 2

Articuli Græci quam vim habeant. 42. 1.

Athanasij aurea planè doctrina de Iudæorum incredulitate à Prophetis prædicta. 448.

Athanasij aptißimum exemplum de necessario prophetiæ euentu, cum arbitrij libertate. ibid.

Attributa diuina, quæ. 40. 2. 93. 2

Aureliani Imperatoris, & Arrij infelix exitus. 22. 2. 23. 1

Austri Regina, quæ & Saba dicta, quæ fuerit. 136. 2

Austri Regina quorum typum gesserit. 137. 2.

B.

BAlsamum vbi nascatur. pag. 137. 1

Baptizandi pueros consuetudo Ecclesiæ vnde orta sit. 9. 2

Baptismo vnde insit virtus hominem regenerandi. pag. 29. 2

Baptismi Ioannis à baptismo Christi discrimen. ibid.

Baptismi virtutes & necessitas. ibid.

Baptismo cur egeant filij etiam Sanctorum virorum. 30. nam. 1

Baptismi lege qui minimè teneantur. ibid.

sine Baptismo catechumenos decedentes minorem gratiam consequi, quàm actu baptizatos; eos tamen saluari. 30. 1

Baptismi lex quos obliget. 31. 1

Baptismi spiritualis regeneratio, cùm opus sit Trinitatis totius, cur Spiritui sancto tribuatur. 32. 1

Baptismi forma à Christo tradita 46. 1

Baptismi materiam & formam cur non eodem tempore nobis Christus tradiderit. 31. 1

Baptismi substantia quo verbo à Christo fuerit expressa. ibid.

Baptismi materia quæ sit. 31. 2

Baptismi immersio trina quid denotet. ibid.

de Baptismi aqua quæ sunt Prophetarum testimonia. ibid.

Baptismi aqua quibus olim figuris fuerit adumbrata. 33. 1

Baptismata quæ inania ac nulla. 33. 2

Baptizati, non tamen renati, quales sint. 34. 2

Baptismi minister quis. ibid.

per Baptismum spiritualis natiuitas qualiter cum corporea conferenda. ibid. & 35. 2

Baptismum

Baptismum cur non iterandum. 34. 2
nisi per Baptismum nemo intrare potest in regnum Dei. 35. 1
in Baptizatum aduentus secretissimi Spiritus sancti effectus. 37. 2
Baptismus, ianua Sacramentorum 70. 1
Baptismi distinctio in imperfectum & perfectum à diuo Hieronymo adhibita, quem habeat sensum. ibid. 2
Baptismus quando fuerit à Christo institutus, atque praeceptus. ibid.
de Baptismi praecepto & institutione quoddā D. Leonis Papae dictum. ibid.
Baptisma verè fuit Sacramentum ante mortem Christi. ibid.
inter Baptisma & poenitentiam quantum intersit. pag. 120. 2
Barchozibas quid sonet. 104. 1
Barchoziba duo fuerunt pseudochristi tempore Iudaeorū. ibid.
Benedicendi verbum pro verbo maledicendi, non rarò vsurpant Hebraei. 62. 1
Blasphemiae tres species sunt, quibus Deus offenditur. ibid.
Blasphemia spiritus quisnam sit. ibid.
Bona & diuitiae pauperibus, nō cognatis diuitibus distribuenda sunt. 407. 1
Brachium Domini cur Christus dicatur.

C.

Cabala quid, & quanam praestantissima sit ad Scripturas intelligendas. 101. 1
Caiphas post mortem Christi sibi mortem cōsciuit. 431. 0
Caligulae & Claudij Imperatorum, & Constantij Arriani infelix exitus. 22. 2
Canem AEsopicum qui imitentur. 66. 1
Caro Christi spiritus appellatur duabus causis. 36. 1
Caro & corpus quomodo differant. 158. 1
Carnifices qui sint. ibid.
Carnem suam his dedit Christus. 166. 1
Carnis Christi virtus quanta. 168. 2
Carnis Christi manducatio, est annunciatio sacrificij cruenti. 170.
Caro Christi verè cibus; alij cibi non verè cibi, sed similitudinariè. 140.
Caro Christi carni nostrae vnita quid conferat. ibid.
Castitas maximum donum Dei. 389. 2
Catechumenos sine baptismo decedentes saluari; minorem tamen gratiam consequi, quàm actu baptizatos. 30. 2
Ceremoniarum ratio, seu vsus triplex. 237. 2
quae Ceremoniae sint superstitiosae, onerosae, & vanae. pag. 038. 1
Ceremoniae quas instituebant Pharisaei, onera grauia & importabilia. ibid.
Ceti in materno alno modus vitae mirabilis. 133. 1
Charismata Spiritus sancti quae. 38. 1
Charitatis effectus qui sint. 60. 1. 103. 2
Charitatis proprium quid. 71. 1
Christi religio cur maximè omnium Gentium Rhetoricae atque dialecticae det operam. 0. 0
Christi religio quos in his artibus atque alijs habuerit instructissimos. ibid.
Christianorum scholae cur omnibus semper patuere. pag. 3. 0
Christus quàm varijs ac diuersis argumentandi modis vteretur. 5. & 6
Christo cur Pharisaei & Pontifices non crederent. 5. 2
Christus resurrectionis nostrae duplex est caussa. 6. 1
Christianorum proprium quid. 18. 0
Christianorum sanguis quibus de causis tantus sit effusus. ibid.
Christi actiones vt esse poterant diuinae & humanae. pag. 19. 1
Christi admirabilis doctrina. ibid.
Christus cur natura impeccabilis. ibid.
Christo Apollonium Tyanaeum exaequantium Philostrati & Hieroclis Philosophorum stoliditas. ibid.
de Christi anima responsum Hecatae deae. ibid. 0
Christus cur suo aduentu oraculis silentium imposuerit. 20. 1
Christi magnitudo: eius mortis conditiones, in daemones potestas, Regiaque excellentia. ibid. & 2
Christi legislatoris cum alijs legislatoribus collatio. pag. 21. 2
Christi diuinitas ex zelo Patris aeterni firmissimè confirmatur. 20. 1
Christianorum robur quantum sit. 21. 2
Christianorum insignia quae sint. 24. 2
Christi cum Nicodemo disputationis quae fuerit occasio. ibid. & 25. 2
Christi mysteria quis valeat apprehendere. 25. 2
Christus qualis Doctor fuerit. 26. 1
Christi Doctrina qualis fuerit. ibid. 2
à Christo cur miracula fierent. 07. 1
Christus cur saepè Pharisaeos indignos suo haberet responso. ibid. 2
in Christum quae fides sit necessaria. 27. 0
Christi baptismi à baptismo Ioannis discrimen. 30. 1
in Christo duplex fuit notitia. 49. 1
Christus quàm sit testis fidelis & verus atque omni fide dignus. 51. 1
Christus qualis Propheta sit. ibid. 2
Christi mors & obedientia quid nobis contulerit. pag. 52. 1
Christi praerogatiua. ibid.
Christi in caelum ascensus qui differat ab illo Sanctorum. ibid.
Christus quomodo factus filius hominis. ibid. 2
de Christi carne, deque eius anima quaedam Valentini & Origenis falsa dogmata confutantur. ibid. 2
in Christo duas naturas qui confundant. 53. 1
vni Christo caelos patere, quomodo verum. 54. 1
Christus serpens figuratus quibus praestet vitā aeternam. 56. 1
Christi serpentis exaltati virtutes. ibid.
Christi doctrina, Euangelium cur dicta. 56. 2
Christi incarnatio & mors, quanta sint Dei beneficia. 58. 1
Christianorum tituli perquam honorificentissimi. pag. 61. 1
Christi aduentus duplex, siue diuersus. 63. 2
de Christi aduentu rudis Iudaeorum opinio. 64. 1
Christi aduentus primi officia. ibid.
Christus qua ratione hominibus salutem impertiat. pag. 65. 1
in Christum non credens, vt sit iam iudicatus. ibid.
Christus qualis lux fuerit in mundum veniens. ibid. 2
Christo tantae luci increduli, quòd sint inexcusabiles. 66. 1
Christo luci resistentium qualia operā. ibid. 2
Christo qui adhaeserint ex Iudaeis. ibid.

Christi sitis animarum. 68. 1
Christus quomodò baptizaret. 68. 69.
Christi quas res gestas Ioannes descripserit. 69. 1
cur Christus Apostolos ante mortem suam baptizauerit. 70. 1
Christi Messiæ alia; alia Præcursoris officia. 73. 2
Christus quomodo testetur. 76. 1
in Christum fidei necessitas. ibid.
Christi plenitudo gratia & scientia. 77. 1
Christo soli cur Spiritus sanctus in specie integri animalis apparuit. 77. 2
præter Christum, alijs spiritus datur ad mensuram. ibid. 4
Christo cur non fuit datus Spiritus ad mensuram. ibid.
Christi animæ bona infinita cur dicantur. ibid.
in Christum Filium Dei credere, cuius fidei opus sit. pag 78. 1
Christo Dei Filio quis incredulus dicatur. ibid. 2
in Christum credens, quomodo habeat vitam æternam. ibid.
Christo increduli duplex pœna. ibid.
Christo peccantes surdi esse, vnde constet. 79. 2
Christus cur discipulis suis ieiunia non imposuerit. pag. 80. 2
Christi sponsi filij. qui sint. ibid.
Christus quamobrem non ieiunabat frequenter. 81. 1
Christi discipulorum ieiunium quale esset. 82. 2
Christi ergo Iudæos benignitas quanta. 85. 1
Christum nullo modo factum esse, neque fieri posse filium Dei. 87. 2
Christum verum Deum, ac verum Dei filium, Arriani & Erasmus pernegabant. ibid.
Christus quod videt Patrem facientem, & ipse facit. 89. 2
Christus non operatur vt instrumentum, sed vt diuinum agens, non minus quàm Pater. ibid.
Christus quando iudiciariam potestatem acceperit à Patre. 92. & 93.
Christo qualis sit debitus honor. 93. 2
pro Christi diuinitate egregium factum, dictumque Amphilochij Episcopi. ibid.
in Christum peccet quis. 94. 1
Christus vnde virtutem habeat, & potentiam mortuos viuificandi. 95 2
Christo iudicium tribus modis datum est. 96 2
Christus duplici nomine verissimus testis. 99. 1
Christi potentissimum testimonium quod sit. 101. 1
Christum esse Filium Dei quænam testantur. ibid.
Christi proprium quid. 102. 1
Christum non audire, nec videre, quid sit. ibid.
Christiani tria testimonia habere debent, vt verè Christiani sint. ibid.
Christi signa cur parem cum Scripturis autoritatem habeant. ibid. 2
Christum quærere in Scripturis, quatenus vtile sit & necessarium. ibid.
Christi iudicium cur nequeat à nobis eludi. 103. 2
Christi cum Pharisæis disceptatio contendentibus Sabbatum violatum à discipulis. 105. 2
à Christi prædicatione vsque eius mortem quot Sabbata fluxerint. 108. 2
Christus quare Sabbati Dominus. 112. 1
Christi cum Pharisæis post curatum dæmoniacum, cæcum & mutum, disputatio. tract. 15. per totum. 113.
Christum humanas cogitationes callere, Deitatis magnum argumentum. 113. 2
Christus quando arma dæmoni abstulerit. 117. 2
cum Christo quando colligunt veri Dei ministri. 118. 1
Christi in contumelijs patientia; in laudibus verò impatientia, quid nos doceat. 129. 1
Christi à mortuis resurgentis signum admirabile. 131. 1
Christi mortis & resurrectionis fructus quantus fuerit. ibid.
Christus quale signum erit incredulis atque obstinatis. ibid.
Christum propria virtute & potestate à mortuis surrexisse nolunt credere Iudæi, etiam huius sæculi. ibid. 2
Christi in sepulchro tridui commorationis mysterium. 133.
Christi Domini mira humilitas. 135. 2
Christus à quibus fugiat: cum quibus verò maneat. 141. 142.
Christi prædicationis fructus quantus. 141. 2
Christus quibus modis panis sit vitæ. 147. 1
Christi Dei & hominis in Eucharistia positi virtus & potentia. ibid.
Christus cur in montem fugerit, ne Rex fieret. ibid. 2
Christus duas habuit voluntates. 148. 2
Christi humana voluntas quatenus peccare non possit. ibid.
Christi pro nobis apud Patrem aduocatio nobis salutaris est; illi verò quàm honorifica. 149. 1
in Christum quis dicatur credere. ibid.
Christus quid plus Moyse operetur panem de cælo dante. 154. 2
Christi corpus quot modis edere possimus. 156. 1
Christi datio duplex completa quæ fuerit. 158. 2
Christus vt viuit propter Patrem. 163. 2
Christi verba vt spiritus & vita sunt. 169. 1
Christus solet esse magis contemptus apud suos, quàm apud extraneos. 222. 1
Christus est in Eucharistia ad modum quo Angelus est in loco 225. 2
à Christo recedere, quid sit 227. 2
Christus Dominus aliquando fugiebat à suis inimicis, propter doctrinam & imitationem nostram. 261. 2
Christus prius humiliatus est, quàm exaltaretur: Lucifer è contra. 265. 1
Christum non decebat discere nisi à Deo 274. 2
Christum quomodo concionatores imitari debeant. pag. 299. 2
Christi magna proclinitas ad clementiam, docet nos qua clementia debeamus iudicare proximos. 303. 1
Christus est lux, lumen, radius, splendor simul & calor. 308. 2
Cibi corporei defectus. 154. 2
Ciconiæ parentibus iam senibus alimenta præstant. pag. 234. 1
Circumcisio olim peccata remittebat. 70. 2
Clerum maximè decet seruare cælibem vitam, pag. 397. 2
Cæli hæredes vnde simus, teste Paulo.
Cælibatus laudes, & quanti meriti sit apud Deum. pag 391. 2
Cælibatus quàm antiquus sit in Ecclesia Dei. pag. 392. 1
Cælibatus quas virtutes requirat, & quantum præstet coniugio. 395. 2
Cælibatus pertinet ad solam legem Euangelicam, nam à legibus humanis potius damnabatur olim. pag. 396. num. 1

Concilia plenaria quatenus valeant à posterioribus emendari. 10. 1

Concilia prouincialia cur errare possint. ibid.

quæ Concilia generalia legitimè sint congregata, riteque procedant. ibid. 2

Concilia interdum generalia cur errauerint, & quænam ibid.

Concilio à sede Apostolica coacta, riteque procedentia errare nequeunt. 11. 1

Concilia Arrianorum qualia extiterint. 10. 1

Concilijs Niceno, Constantinopolitano, Ephesino primo, & Chalcedonensi, quantum Gregorius Magnus tribuebat. 11. 1

sine Concilijs generalibus quot sæculis fuerit Ecclesia gubernata per sedem Apostolicam ibid. 2

Concionatores quo minus in populo proficiant. 49. 2

Concionatorum quorundam damnabilis vsus. 72. 1

Confessariorum quorundam abusus. 235. 1

Confessarij erga pœnitentes quales esse debeant. 305. 2

Consuetudo quid: quantum pondus autoritatis habeat. 9. 1

Cordis boni qualis sit thesaurus: qualis etiam cordis mali. 126. 1

Coriolani Romani insignis pietas in matrem. 235. 1

mali Corui malum ouum in prouerbium dicitur. 35. 1

ad Conuiuium qui sint vocandi. 407. 1

Creare & conseruare, æquè infinitam arguunt Dei virtutem. 86. 2

Creatura omnis rationalis cur ex se aliquid facere possit 88. 2

Credens in Deum, vt habeat vitam æternam. 94. 2

Cyprianus à Lactantio notatus in quo, nec immeritò 13. 2

D.

DÆmones quomodo sint in iudicium venturi. 65. 2

Dæmonis quale sit ingenium. 71. 1

Dæmonum calliditas & versutia vnde perspici possit, vel maximè. ibid.

Dæmonum suspiciones quò tendant. 114. 2

an Dæmon vnus alium virtute inferiorem expellere possit. ibid.

Dæmonibus est omnino contraria doctrina Christi. pag. 115. 1

inter Dæmones regnum & ordo inuenitur, & quot modis. ibid. 2

Dæmonibus minori potestate præditis tormenta non minuuntur. ibid.

an Dæmon vnus alium eijciat de loco, aut de corpore obsessi. ibid.

Dæmones quando ab hominibus eijci soleant in Beelzebub, perperam tamen. 116. 1

Dæmonis quæ sint arma. 117. 2

Dæmoni quando fuerint per Christum arma sublata. ibid.

Dæmonis spolia ac vasa qua ratione Christus distribuerit. ibid.

Dæmones an habeant voces inter se. 119. 1

Dæmon Lucifer cur dictus. ibid.

Dæmon quomodò dicatur per loca arida ambulare. 135. 1

Dæmon malus homini quatenus noceat, & quomodo noscat an nocere possit. ibid. 2

Dæmonis requies quæ sit, & quæ esca electa. 140.

Democritus oculos sibi eruit. 42. 2

Denuo aduerbium quid significet 28. 1

Descendere quæ dicantur propriè, quæ verò impropriè. 146. 1

Deus omnes homines cupit saluos fieri. 26. 2

Dei proprium quid. 29. 1

Deus quomodò adsit sequentibus signo operantibus. ibid.

Dei regnum quod sit. ibid. 2

Dei filium quis conculcet, teste Cyrillo. 61. 1

Deus quid nobis dederit, filium suum vnigenitum nobis donando. ibid.

Dei amor erga nos, in quo ab amore hominum erga Deum distinguatur. 59. 2

Deus aliter amat nos: aliter Deum amamus nos. ibid.

Dei amor quàm fuerit ordinatus mundo minus dilecto filium vnigenitum dantis. 61. 2

Dei sapientia qualis fuerit, filium suum pretiosissimum pro vilissimo mundo tribuentis. ibid.

Dei testimonia quare credibilia facta sint nimis. 78. 2

Dei Filij proprium quid. 88. 1

Deus vt vitam habeat in semetipso. 95. 2

Dei proprium vitam habere, & iudicium facere. 96. 1

Deus quando perfectè regnet in nobis. 117. 1

Deus cur nemini vnquam suam damnationem patefecerit. 124. 2

Deo quæ maxima infertur iniuria. 132. 2

Deorum impudicæ metamorphoses à Gentibus creditæ. 133. 2

Dei & hominum opera quo differant. 144. 2

in Deum murmuratio, quàm graue peccatum sit. 150. 2

Deus qua ratione homines doceat. 152. 2

à Deo quid audiat; quis verò addiscat, & quæ. 153. 1

Deus qui in se omnia habet, in se omnia videt. 224. 1

Deo quid & quantum debeamus. 426. 1

Diabolus quomodo fuerit homicida ab initio. 328. 1

Diabolus pater mendacij 329. 1

Dialectica, disserendiue vsus necessitas.

Dialectica vsus & beneficium in omnes liberales disciplinas. 1. 2

Dialecticam compressa in pugnum manui similem dicebat Zeno 2. 1

de Dialectica, Physica, & Ethica, Stoicorum sententia. ibid.

Dialecticam cur suis Mohametus interdixit. ibid.

Dierum computatio à Romanis seruata, ab Astrologis etiam seruatur. 134. 2

Discipuli Christi, veri & falsi qui sint. 310. 2

Discordiæ vis quanta. 114. 1

Dispensari quæ actiones, fluitantes possint, quæ verò nō 385. 1

Diuitiæ cum relinquuntur pro Christo, debent benè & vtiliter distribui. 406. 1

Diuitiarum cōtemptus Cratis Thebani, & aliorum, inutilis. ibid.

Diuitiæ quibus dandæ sint, vt Christum sequamur. ibid

Diuites rari, qui etiam imitati à Christo, sequantur viam perfectam. 411. 1

Diuitiæ sunt occasio multorum malorum. 421.

Diuitem significat apud Latinos & Græcos nomen Beatus. ibid.

Diuitem intrare in regnum cælorum, impossibile esse quomodo exponitur. ibid. 2

Diuortium non fuit apud Romanos per annos sexcentos 366. 1

Diuortium quis apud Romanos primum fecit. ibid.

Doctrinæ nostræ nō sapiat vt aqua vas, sed fonte Deum 276. 1

in Doctrina Christi qui propriè dicantur manere. 320. 2

Domitiani & Diocletiani Imperatorum exitus infelix. 22. 2. 23. 1

E.

Ecclesia cur semel damnatos hæreticos non admittat in disceptationem & congressum. 3. 2

Ecclesiam errare non posse vllo modo. 9. 2.

in Ecclesia Græca & Æthiopica sub vtraque specie communicant laici. 199. 1

Ecclesiastica præcepta non sunt appellanda præcepta hominum, sed Dei. 240. 1

quæ Ecclesia propriè habet spiritum veritatis. 10.

Ecclesia quot sæculis sine concilijs generalibus fuerit gubernata 11. 2

Ecclesiæ Pastores & Doctores cur traditi à Deo. 12. 2 Quales illi sint, & vnde Scripturarū hauserint intelligentiam. ibid.

Ecclesiæ sponsi cur Episcopi dicantur, si eius Christus est sponsus. 74. 1

Ecclesia Dei, qualis paradisus. 155. 1

Electi quo Dei iudicio interdum cadant. ibid.

Eliezer seruus Abrahæ, quorum typus fit. 74. 1.

Elohim quid significet. 97. 1

Eloquentia qualis esse debeat, ex Quintiliano. 7. 1

Enecti qui dicantur apud barbaros. 33. 1

Episcopi nomen vnde acceptum. 3. 2

Erasmus Lutheranorum & Catholicorum Defensoris nomen affectauit. 118. 2.

Esus carnis Christi in Eucharistia, est quadam auiditas & desiderium manendi in illo. 215. 2

Esseni cælibem vitam agebant, eorum encomium. pag. 392. 1

Euangelij doctrina qua Dei prouidentia Iudæorum telis ac machinis olim fuit impetita. 3. 1

Euangelium sine fide velle comprehendere quid sit. pag. 29. 2

Euangelij lux quibus inuisa. 67. 2

Euangelij finis quis. 300. 2

Euangelium est durum potentibus sæculi huius. 453. 1

in Eucharistia quanta sit Christi virtus & potentia. 147. 1

Eucharistia panis vt vitam præstet æternam. 154. 1

cum Eucharistia qua ratione Manna sit conferendum. ibid.

Eucharisticus panis cur viuus appelletur. ibid. 2

Eucharistiam manducantes nonnulli vnde mortem incurrant. ibid.

Eucharistiæ quæ sit spiritualis, quæ verò Sacramentalis manducatio. 156. 1

de Eucharistia quo loco Scripturæ apertissimè sit actum. ibid. & 157

Eucharistiæ datio quando fuerit exhibita. 159. 2

Eucharistiæ prædicenda & promittenda à Domino causa. ibid.

in Eucharistiæ sacrosancto mysterio duo continentur. 158. 1

Eucharisticum panem quando Christus dederit. ibid. 2

Eucharistiæ fructus quantus sit, & quàm latè pateat. 159. 1

Eucharistiæ à reliquis Sacramentis discrimen. ibid.

Eucharisticus panis vitam vt præstet æternam. ibid.

in Eucharistia realis præsentia corporis Christi adstruitur. tract. 18. & 19

Eucharistiæ panis in Cruce nō fuit datus à Christo. 160. 2

Eucharistiam manducantes vt viuant propter Christum. 163. 2

Eucharistiam qui dignè sumat. 167

Eucharistia nunquam per se & principaliter dat primam gratiam. ibid.

Eucharistia ad quid potissimum instituta. ibid. 2

Eucharistiæ proprietates & effectus figurabantur in proprietatibus Mannæ. 174. 1

ad Eucharistiam nemo, nisi baptizatus, ritè accedit, sicut & ad esum agni Paschalis, nisi circumcisus. 177. & 187.

Eucharistia habet vim resuscitandi. 180. 1

Eucharistia Sacramentum necessarium ad salutem. pag. 187.

Eucharistia non minùs dat vitam hominibus, quàm passio Christi. 202. 1

Eucharistiam quis dignè & cum magno fructu percipiat. 208. 1

ab Eucharistia multum abstinens, timendum est, ne à salute recedat. 216.

Eunuchi propter Christum qui sint. 390. 2

Excæcandi & indurandi, & similibus verbis cur vtatur Scriptura, & Deo tribuat.

F.

Fames & sitis spiritualium quæ sit. 147. 2

Fata in quos nullam habeant potestatem. 24. 1

Fermentum in Scriptura bonum & malum habet intellectum. 251. 1

ad Fidem confirmandam quatenus vtendum testimonijs poetarum & oratorum. 14. 1

Fides Christiana non æquè facilè potest defendi, ac falsa dogmata confutari. 15. 2

Fidei quando præbeat experimentum humana ratio. ibid.

Fidei soli lumini cur nihil possit omnino resistere. 16. 1

Fides diuina quibus modis valeat ostendi. & seq.

Fidei signorum conditiones & circumstantiæ multiplices. 17. 1

Fidei Christianæ prærogatiua singularis, & eiusdem cum alijs legibus contentio. 21, 1

Fidei persecutorum quàm fuerint infelices exitus. 22. & 23.

Fides in Christum quæ sit necessaria. 27. 2

qua Fide viuunt homines. 57. 1

Fidei in Christum necessitas. 76.

Fides cui rei innitatur. 99. 1

Fides & ambitio cur nequeant simul consistere. pag. 104. 1

Fidei robur ac firmitas quanta sit. 132. 2

Fides formata, maxima dispositio ad panem vitæ sumendum. 143. 2

Fidei opus, cur opus Dei dicatur. 144. 1

Fides in Christum, quæ duo in se mysteria complectitur. ibid.

Fides, seu confidentia, quid sit secundum se. 144. 2

Fides vbinam non vi, sed persuasione oriatur. 151. 1

Fidei quantus sit fructus. 153. 2

Fides nominum, falsus & proprietatum. 156. 2

Fidei victoria & triumphus de negantib. Eucharistiam. 223 1

Fidelis iudicandi conditio qualis sit. 65. 2

Fideles vario modo indicabuntur. 44. 2

Fideles veri vnde perspici, ac dignosci valeant. 104. 1

Figurata res aliquid plus continet, quàm figura. 16. 1

Filij Dei proprium quid. 88. 1

Filiū Dei nō aliud quàm Pater facit, posse facere, potius libertatis, quàm seruitutis signum est.88.2
Filius Dei quomodo sicut pater honorificari debeat.39.1
Filius alia ratione vitam habet à Patre, quàm Spiritus sanctus.96.1
Filius Dei quare in forma serui iudicabit, teste Augustino.97.1
Filij donum vt differat à dono Patris.165.1
Filij in quibus delinquant erga parentes.pag.234.2
Filiæ in matrem insignis pietas.ibid.
Filij huius seculi qui sint: qui verò filij futuri seculi.266.1
Filium assumi in domum patris, eros, abdicatum iterum recipere.269.1
Filium legitimum ab illegitimo distinguendi pulchra nota.331.2
Flumina aquæ viuæ quæ sunt, & à quo vētre fluāt.293.1
Fratres & propinqui quam molesti sint, & quanto impedimento seruis Dei.264.1

G.

Gallieni Imperatoris exitus infelix.23.1
Generatio quid.129.2
apud Gentiles ter sacer aquæ expiantis vsus, sed impius & profanus ille.33.1
Gloriam propriam qui quærat.5.2
Gloria vera vnde quærenda.100.2
Græci vsque ad horam nonam ieiunabant, & quam ob caussam.82.1
Grano frumenti quàm benè & propriè se Christus comparauerit.438.
Granum frumenti Christus in quam terram ceciderit.ibi.
Gregorij Thaumaturgi in Apollinē imperium & ius 20.1

H.

Hadriani Imperatoris mors qualis.22.2
Hæreticos semel damnatos cur non admittit Ecclesia in disceptationem & congressum.3.2
Hæreticorum mores 64.2
Hæretici non tribuunt plus gratiæ Sacramentis nouæ legis, quàm veteribus Sacramentis.213.1
Hæreticum interrogando ferit.233.1
Hæretici licèt inter se discordent, concordant ad inferendum bellum Ecclesiæ.245.1
Hæretici quam frustra in Iesum sperent.104.2
Hæreses quanā per discordiā paulatim refrixerint.114.2
Hebræi futurum sæpe vsurpant pro imperatiuo.82.1
Hecatæ deæ de anima Christi responsum.19.2
Herculem à pisce deuoratum, & post triduum viuum euomitum in terram, fabulatur Lycophoron tragœdus.133.1
Herodis vtriusque infelix exitus.22.2
Historiæ secularis cognitio quantum Theologicis disciplinis deseruiat.14.2
Hominis regeneratio quotuplex.18.2
Homo quando dicatur esse in cælo.53.1
Homini quid optabilius & charius.57.1
Hominum ingenij imbecillitas quanta sit.ibid.2.
Homines quare tenebras magis quàm lucem dilexerint.66.1
Hominum Christo luci resistentium qualia opera 66.2
Hominibus cur cælestia & diuina non aperiunt.ibid.
Hominum lucem odio prosequentium duplex genus.67.1
Homo in Scriptura ferè semper sumitur in malam partem.239.2
Homicida est coram Deo, qui lingua sua peccatum alteri suadet.318.
Hostes per quam legem indicentur.65.
Hostia olim pacifica, & pro peccato, quid figurabat, & à quibus manducabatur.pag.166.2
Hydrophobi qui dicantur à barbaris.33.1
Hypotheticæ propositionis natura 95.2
Hypocritarum vitium quod sit.109.1

I.

IDololatriæ cultus vnde cœpit.119.1
Ieiunium cur luctus nominetur.80.1
Ieiunium quotenus bonum sit 81.82.1
Ieiunantium genus triplex, & quod illud sit.82.2
Ignis rubi quid significauerit.105.1
Ignorantiæ qui meritò accusetur: qui verò incredulitatis.50.2
Impossibilia quæ ferè habentur, & Scripturæ, & communi modo loquendi.124.2
Impossibilia quæ sint.89.1
Indi, qui & Sabæi, Homeritæque dicti sunt, qui sint, & vnde originem trahant.37.2
Increduli filioli Dei duplex pœna.78.2
Infidelitatis atque perfidiæ damna.65.2
Infidelis iam iudicati qualis conditio ibid.
Infideles quomodo in iudicium venturi sint.ibid.
Infideles vnde pereant.ibid.
Ingrati quomodò in die nouissimo exprobrandi sint, nisi resipiscant.136.1
Iniquis signa operantibus quomodo Deus adsit.27.1
Interpres Scripturæ bonus qui sit.243.1
Inuidorum ingenium.80.1
Inuidia sæpè iungit, quos disiungit disciplina.ibid.
Inuidia quo alimento pascatur 286.2
Ioannis baptismi à baptismo Christi discrimen.30.1
Ioannes quas Christi res gestas descripserit 69.1
Ioannis Baptistæ cum discipulis disceptatio tract.9. per totum. ibid.
Ioannis Baptistæ prudentia.ibid.2.
Ioannis Baptistæ de Christo honorifico testimonia 70.1
Ioannis Præcursoris alia officia, alia Christi.73.2
Ioannis in Christū eximia charitas & reuerentia. 74.2
Ioannes Baptista quamdiu fuerit in carcere.79.1
Ioannes cur lucerna dictus. 00.2
Ionæ historia elucidatur.132.2
Ionas quo in loco à pisce sit eiectus in aridam.133.1
Iudæi quàm inexcusabiles de sua perfidia.17.2
Iudæorum Principes quales illi.ibid.
Iudæorum de aduentu Christi rudis opinio.64.1
Iudæi vocem cur non audierint Dei, neque speciem eius viderint.101.2
Iudæi Scripturas quare non legere, sed scrutari iubentur.101.2
Iudæos quæ impedimento à credendo retardarunt. 105.1
Iudæi cuiusdam erectiori religione Sabbatum colentis ridiculus, miserandus tamen euentus.111.2
Iudæi frequenter se baptizare consueuerant.121 2
Iudæi quomodò custodirent præceptum illud: A vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra.134.2
Iudæis cur permissus libellus repudij.163.1
Iudæorum mira cæcitas.272.2
Iudæi post Christi aduentum nullum festum nisi frigidè agebant.339.2
Iudas vocatur à Christo diabolus, id est, calumniator, quia cum ipso erat corpore, non mente.229.2
ex Iudæis qui Christo adhæserint. 66.2
Iudex supremus Deus & homo quibus de caussis debuit esse.96.2
Iudices quicunque tam sacri, quam profani, quo Dei iudicio permittantur. ibid.

verbum Iudico, & Iudicium, in Scripturis varia habet significata.63.2
in Iudicio extremo diuersa malorum & bonorũ sors.98.1
Iudiciũ aliquod à recto declinare, ex tribus cõtingit.ibid.
Iudices boni tria obseruare debent à Christo tradita.ib.2
Iudices quales secundùm Ambrosium, & cur dij appellentur ibid. (que ibid.
Iudicis propria voluntas & affectus quid pariat plerum
Iudicis cuiusdam Gentilis, veritatis amantis, memorabilis exitus.ibid.
Iudicare secundùm faciem, quid sit.282.2
Iudices quatenus debeant vitare vitium acceptionis personarum.461.1
Iuliani Apostatae infelix exitus.23 1
Iulianus Apostata quo spiritu impulsus Christianos ab optimarum artium studijs arcebat 2.2
Iuliani huius fraudulentae machinationis vmbra & typus.ibid.
Iuliani Apostatae sectatores ibid.
ad Iustificationis lucem quis perueniet nunquam 86.1
Iustificari ex fide, quid sit in nouo Testamento.30.2
ad Iustificationem duo requiruntur.94.1
Iustinus Philosophus vnde ad fidem conuersus.18.1

L.

Labijs non solùm, sed corde Deus est honorãdus.235.2
Laboris quis futurus sit praecipuus fiuis.142.2
Lac cibus & potus. 94 2
Laicus communicans, quatenus alijs prodesse possit.159.1
Legum finis, & quando lex legi credere debeat.111.1
Leges humanae quatenus ferendae & interpretãdae. ibid.
Lex quando suum amittat vigorem.115.1
Legis veteris & Nouae discrimen.64.2
Leuiathan & Lucifer quid significent.189.1
Librorum sacrorum quanta sit autoritas.176.1
Libertatem nostram in operibus, vnde auferri deduxerint perperam Manichaei & Luther ani.1,1.2
Libertas Christiana cum ciuili obsequio, & seruitute potest consistere. 485 2
Licinij Crassi, & Luciani, Imperatorũ exitus infelix.23.
Linguam qui maximè debeant coercere.127.1
quod Literis mandatur, firmius esse solet, quàm quod verbo.105.1
Locus argumentorum qui & quotuplex.5.1
Lucernae ardẽtes, & non lucentes, & cõtra quae sint.100.
Lumen quadruplex, & quod vnum quodque.13.2
Lutherus argumentum à ratione, & ab humana sapientia despiciebat.14.1
Lutherus maledicendi verbo quantum infelix laborauerit.126.1
Lux Euangelica quibus inuisa, & quamobrem.67.2
Lux quid sit, & quomodo à lumine, radio, splendore, coloreque distinguatur.307.2
Lucis nomine quàm multa significantur in Scripturis.ibi.
Lymphati qui vocentur apud barbaros.33.1

M.

Magistri diligẽtis opus quoddam ex Cyrillo.88.1
Magnetis admiranda vis.447.1
Magnes non omnia, sed solum ferrum attrahit.151.
Magorum miracula qualia sint.17.1
Mahometus eloquendi, ratiocinandique scientiam suis interdixit, & quam ob caussam.2.1
Mahometani haeretici quid de Scripturis sentiant.103.1
Mahometi lex penes quos nihil valuit.2.2
Manducatio spiritualis quid sit.155.2
non Manducet spiritualiter propriè quis.ibid.
Manducatio Sacramentalis corporis Domini quae tantùm sit appellanda.156.1.
Mãducare ex pane, aliud est; aliud, panẽ mãducare.168.2
qui Manducant Christum, non omnes manent in Christo, & Christus in illis.110.1
Manichaeus duplex principium creatarum rerum ponit. (327.1
Manna panis de caelo cur dicitur.145.1
Manna quid significet.ibid.
Mansuetudinis quale nobis Christus praebuerit exemplum 333 2
Manus frequenter lauabãt Iudaei in conuiuio, &, vt quidam ait, ad singula fercula.232.1
circa Manus lauandi traditionem superstitio & imperitia Pharisaeorum.ibid.
Martyrum sanguine fides Christiana confirmatur, & ostenditur.18.2
de Martyribus praeclarum Traiani Imperatoris dictũ ib.
Martyrum tantus sanguis quamobrem effundatur.18.2
Matrimonij vinculum indissolubile esse multipliciter probatur.365 1.
Matrimonium inter infideles cur solui queat, non verò inter fideles 386.1
Maximiani vtriusque & Maxentij infelix exitus.23.
Mendacium diutius tegi non potest.283.1
Mendacia vbi dominentur.332.1
Merita quatenus reuiuiscant.140.1
Metamorphoses impudicae deorum à Gentibus creditae. 133.1
Ministri veri Dei quando cum Christo colligant 118.1
Ministri veri Christi quàm pauci.441.1
Miraculorum operatio quibus fuerit communicata.17.2
Miraculorũ Christi multae & insignes circumstantiae declarantes veritatem ipsorum.341.1
Miracula Christi quomodo possumus imitari.ibid.2
de Monacho proprietario quid sancti Patres senserint. 419.2
Monastica & eremitica vita orta ex tempore Apostolorum.420.1
qui Mortui audient vocem filij Dei.95.2
Mors Christi, multis de caussis dicitur exaltatio.445.1
Mortui quomodò eam vocem audient, & qualem.ibid.
Mortuorum resurrectio, Dei proprium opus.ibid.
Moses vbi de Christo scripserit.104.2
Mundus qua vi & potentia fuerit ad Christum perductus.23.2
Mundi sapientes & pendentes cur pereant.25.2
Mundi indignitas describitur.62.
Mundus cur sic dictus ibid.
quem Mundum dilexerit Deus, & qua ratione.62.
Mundus quo pacto Deum diligat, ibid.
Mundus multipliciter sumitur in Scriptura 265.2
Mundi perpulchra descriptio.266.1
de Mundo Salomonis iudicium quanti faciendum.ibid.2
Mundi iactura salutaris.267.2
Mundum totum dimittit, qui quod habet, & quod optat habere, dimittit.410.1
Murmurationis peccati grauitas.55.1
in Murmurantes cõtra Deum serpentes ignitos immittit Deus.ibid.
Murmuratio in Deum, quàm sit graue peccatum 153.
in Musica quae sit caussa delectationis quae percipitur. 331.2
Mysteria sua Christus prius saepe praedixit, quàm fierent. 186.1.

N.

Natiuitatis carnalis incommoda.35.1

Natiuitas ex spiritu, quomodo accipienda sit. ibid.
Natiuitatis vtriusque discrimen quale sit. pag. ibid. 2.
Nestorij infelix exitus. 23.
Nicaulis Regina, eadem ac Regina Saba, secundùm Iosephum. 156. 2
Nicodemus ab Euangelista cur vocetur homo. 24. 2
Nicodemi nomen quale sit. ibid.
Nicodemus qualis Princeps Iudaeorum fuerit. 24. 2
Nicodemus quare ab Euangelista Princeps Iudaeorum dictus. 25. 1
Nicodemi humilitas & pietas. ibid.
cum Nicodemo disputationis Christi quae fuerit ratio. 24. 1. & 29 2
Nicodemi fuit fidei excellens. 27. 1
Nicodemi grauitas & constantia. 19. 2
Nicolaus Sanderus, qualis nostri seculi scriptor. 156. 2
Nolentem Deus non vult cogere. 277. 1
de Nuptijs ad caelibem vitam qui fuerint diuinitus euocati. 369. 2

O.

Oculus malus significat in Scriptura inuidiam. 147. 1
Opera bona à Deo & à nobis quatenus fiant. 98. 1
Opera bona minime ad salutem necessaria qui dogmatizauerunt 78.
Operibus quibus insistendum. 84. 2
Opera Dei & hominum quae differant. 144. 145.
Opera bona comitantur, & non deserunt hominem. 342. 1
Oraculis aduentu suo silentium indixit Christus. 10 1
Orantes etiamsi ob fragilitatem diuagentur mente, aut ob imperitiam non intelligant Psalmos, vel preces, merentur, & exaudiuntur. 236 1
Origenes quorum exemplo Philosophiae studia est consectatus. 14. 1
Origenes membra sibi amputauit. 42. 2.
Ostendere quid sit, more Scripturae. 91.
Ostium gratiae, & remissionis peccatorum, quando clauditur. 3 5 1
Ostium praefectus vrbis Mediolanensis ad templum confugiens, inuenire non potuit. ibid.
Ouicula anniculа immaculata quid significabat. 108. 1
Ouium Christi, id est, electorum proprietates. 343. 1

P.

cum Pagano qualiter agendum, vt conuertatur. 154. 1
Panis benedicti vsus in aliquibus ecclesijs vnde ortus 82 1
Panes Propositionis quid ad ad literam. 109. 2
Panes propositionis cur sic dicti: quo instrumento, & vbi coquerentur. ibid.
Panes Propositionis quare coram Domino proponerentur, & cur tantùm erant duodecim. ibid.
Panes Propositionis cur ad mensam quae erat ad latus Aquilonare, ponerentur, & in duobus ordinibus, seu lineis dispositi. ibid.
Panes Propositionis, septem dies coram Domino manebant, à solisque Sacerdotibus fiebant. 110. 1
Panes Propositionis à quibus solis manducarentur. ibid.
Panes hos an Achimelech Dauidi & pueris eius dederit ibid.
de Panibus Dauidi exhibitis historia latè describitur. ib.
Panis vitae quibus detur. 143. 1
Panis à Mose datus è caelo Iudaeis, & panis Christi differentia. 140. 2
panis Christi qualis sit. ibid.
panis triplex à Deo datus. ibid.
Panis vitae quid sit more Scripturae. 147.
Panis Christi cur viuus appelletur. 154. 2
Panis datus turbis in monte, figura Eucharistiae. 169. 1
Panis quotidianus, quem petimus in oratione Dominica, est Eucharistia 174. 1. & 180. 1
Panis rudis & vetus quid mysticè significent. 83. 2
Papa cur dicatur Ecclesiae sponsus, si Christus eiusdem Ecclesiae sponsus est. 74. 1
Paracleti Spiritus quanta vis. 36 2
Paracleti Spiritus secretissimus aduentus in baptizatum effectus. 37. 2
Paralyticus quo festo sanatus fuit à Christo ad Piscinam. 108. 2
Parentum honor praecipuus est, illis subuenire in necessitatibus. 234. 1
Parentes quibus in rebus deserendi propter vinculum matrimonij 361. 1
Paruuli qua lege teneantur sumere Eucharistiam. 200. 1
Paruulis non est necessaria perceptio Eucharistiae, sed aliàs Eucharistia percepta prodest. 203. 1
Patrum quanta sit autoritas. 9 2. 13. 1
Patrum autoritatem quàm mirificè Scriptura commendet. 12. 1
Pater aeternus ad quid Filium suum nobis dederit. 61. 2
Patris aeterni erga mundum amor eleganti similitudine describitur. ibid.
Pater aeternus vt Filium suum diligat. 90 1
Pater aeternus qua ratione omnia quae ipse facit, demonstret Filio 90. 2
Patris aeterni opera quae cum Filio communia. 91. 1
Pater quos mortuos exsuscitet cum Filio. ibid.
Pater quid pro Filio suo zelet. 93. 2
à Patre alia ratione Filius vitam habet, alia Spiritus sanctus. ibid.
Patris nomine quis veniat, & quis suo nomine. 103. 2
Patris aeterni donum vt differat à dono Filij. 165. & seq.
B. Paulini Episcopi charitas insignis. 60. 1
Patriae amor quantum valeat. ibid.
Peccatum ex malitia quotuplex, secundùm Scholasticos. pag. 121. 1
Peccatum in Spiritum sanctum quod sit. ibid.
Peccatum in Spiritum sanctum, cur inexpiabile. 124. 2
quae Peccata facilè apud Deum sint expiabilia. ibid.
Peccatorum remissio per quem detur. ibid.
Peccatum continuare, & in peccatum relabi, differunt. 140 & 141.
Peccata recidiua quantum noceant. ibid.
Peccata an operibus olim in gratia factis noceant, necne. ibid.
Peccata iterum commissa quàm facilè condonentur. ibid.
in Peccata relabentibus quaenam consideranda sunt. ibid.
an Peccata renascere dici queant. ibid.
Perfectum quid sit, & perfectio. 403. 2
Periandri factum, quo Thrasibulum liberauit à rebellione suorum. 431 1
Pericles Oratorum cur omnium perfectissimus, Platonis testimonio. 1. 1
Personarum diuinarum attributa quae 40. 2
Personarum diuinarum proprietates. 117. 1
Pharisaei quales fuerint vt plurimum. 24 2.
Pharisaei non ijdem ac Iudaeorum Principes. 25. 2
Pharisaeus quid significet. ibid.
Pharisaeorum & Scribarum insignis nequitia. 66. 2
in Pharisaeis quid magis detestetur Christus 79. 2
Pharisaei quales homines essent. 328. 1
Pharisaeorum proprium, aliorum vitia cernere, oblitisci suorum 300

Pharisaeos cur saepe Christus indignos haberet suo responso. (27.2
Phegor mons quid significet. 119.1
Philosophiam qui penitus absoluerint. 1
Pilati exitus infelix. 22.
Pilatus post mortem Christi sibi mortem consciuit. 431.2
Plebeculae ingenium. 106.2
Poenam sensus ob personale, non ob originale delictum incurri. 79.
inter Poenitentiam & baptisma quantum intersit. 120.2
Poetarum testimonia quatenus vtilia sint ad fidem confirmandam. 14.2
Posse, vel non posse, variè in Scripturis accipiuntur. 89.
Potestatis ecclesiasticae & secularis iura debent esse distincta. 486.1
Praedicatoribus quid opus, si homines per internam inspirationem à Deo vocantur. 152.2
Praeteritum pro futuro accipere, mos est Prophetis. 53.2
Primogenitum nostrum quem Deo dare debeamus. 63.1
Principum malorum incommoda. 287.1
Principum negligentia quanta mala pariat. ibid.
Prophetae multi fuerunt, qui licèt sibi essent mali, alijs autem fuerunt vtiles & salutares. 432.2
Prouidentiam diuinam negantes, viros probos esse non posse. 21.1 (Deo. 236.2
Psalmorum decantatio, etiamsi non intelligantur, placet
Pueri & infantes cuius baptismi participes esse nequeant. 31.1.
Pueris sine baptismo decedentibus regni Dei introitus nullus esse potest. ibid. (125.2
Purgatorij veritas ex quo Scripturae loco colligatur.
Purgatorij veritatem, vel inuitus, cõfessus est Lutherus.
Pygmaei vnde dicantur. 232.1. (ibid.

Q.

Quaestio inutilis silentio soluenda est. 143.2

R.

Raptores sacrarum virginum qua poena puniendi. 391 2.
in Rationum vsu duplex declinandum extremum. 13.2
Ratione humana quae res comprehendi nequeant. 16.2
Rationis humanae quid proprium. 29.2
Redemptionis nostrae opus per crucem & mortem, commune est toti Trinitati pag. 162.1
Regeneratio quotuplex. 28.2
Regeneratio ex spiritu qualis sit, & eiusdẽ effectus. 45.2
ad Regenerationem spiritualem quid necessario requiratur. 46.1
Regeneratio hominis ex aqua & Spiritu sancto, quatenus terrena, & quatenus spiritualis sit. 50.2
Regenerationis spiritualis effectus admirabiles. ibid.
Regnum Dei quod sit. 27.2
Rhetoricam explicitae manui similem dicebat Zeno. 2.1
Religionis Christianae insigna. 24.2
Religionẽ citò ingredi praestat, paucas eleemosynas faciẽdo, quàm diu manẽdo in seculo, facere magnas. 405.2
Religiosi, qui veri, qui vani. 408.2
Religiosi hominis officia, ex Hieronymo. pag. 419.2
Renatus ex Spiritu, quid accipiat. 46.
de Renouatione spiritus & cordis quaenam fuerint vati (cinia. 48.2
Repudij libellus cur Iudaeis permissus. 163.1
Resurrectionis nostrae duplex caussa Christus est. 6.1
Resurrectio mortuorum, Dei proprium opus est. 95.2
Resurrectio iudicij quid significet. 98.1
Reminiscentia mortuorum quae sit. 140.1 (hant. 315.1
Romani, facti alibi ciues, ciuilitatem Romanam amitte
apud Romanos quis sit dies ac noctes computandi mod. 134.2.

S.

Saba Regina quaenam fuerit, & quo nomine dicta. 13
Sabaea duplex, nomine & re diuersa. 137.1
in qua Sabaeo regnaret Regina Saba. ibid.
Sabaei populi vbi habitent. ibid. 2.
in Sabbato cur frequenter Christus infirmos curaret. 85.2
Sabbatum cur Deus instituerit, sicut & Moses. ibid.
Sabbati obseruantia verbo Memento cur à Mose tradita.
circa Sabbatum quot modis errarent Iudaei. 86 2 (ibid.
Sabbatũ cur violari Dominus à discipulis pateretur. 106.1
Sabbatum secundo primum quid significet, & quale fuerit Sabbatum. ibid. & seq.
Sabbatum simpliciter cur omne festũ vocent Hebraei. ib.
Sabbati praeceptum quod opus prohibebat. pag. 111. 2
Sabbati dominus cur dicatur Christus. 112.1
Sabbatum propter hominẽ factum fuisse, vnde constet. ib.
Sabellianorum confutatio circa quaedam dogmata. 42.1
Sacerdotij veteris Iudaici potestas, & iurisdictio. 11.2
Sacramenta nouae legis à sua institutione saluberrima fuere, etiam ante Christi mortem. 7.
Sacramentum à sacrificio quid differat. pag. 166.2
Sacrae scripturae quis sit mos 18.1. & 36.2
Sacrarum scripturarum necessitas. 152.2
Sapientia diuina sententia. 3.1
Sapientia & os quibus data sunt, & eis nequiuerint aduersarij resistere. ibid.
Sata quid sint. 106.
Satanas tria significat. 119.1
Scandala passiua à nobis minimè curanda, actiua verò cauenda. 242.2
Scenopegia quid: & debet celebrari à Christianis. 262.
Scenopegiae festi celebritas. 290.2
Scientiae omnes bonae & artes à Deo profectae sunt. 23.2
Scriptorum humanorum multiplex defectus. 19.2
Scripturarum intelligentiae optimus canon ab Augustino traditus. 8.1
In Scriptura sacra quae oratio propriè accipiẽda est. 156.1
Sermo sapientiae quam velox sit. 39.1
Serpentis aenei cum Christo serpente collatio. 56.1
Serpentis astutia. ibid.
Sex sunt peccati in Spiritum sanctum species. 123.1
Signa fidem non praestat, sed exigunt. 128.2
Signa petere ad credendum, quid sit. ibid.
Signa de caelo cur non faceret Dominus. 129.2
Signa cur facta fuerint ab initio in Ecclesia, non modò. (131.1
Simon Magus haeresum sator primus. 23.2
Spirare quid sit. 40.1
Spiritus cur sit medium quiddam, teste Cyrillo. 39.2
Spiritus sanctus cùm inanimis sit, quid spiret. 40.1
Spiritus sanctus quid significet. ibid.
Spiritũ sanctũ qui blasphement, secundùm Basiliũ. 121.1
Spiritus sancti gratia & potentia quanta sit. 45.1
Spiritus sancti charismata quae sint. 38.1
Superior quando culpa subditorũ minimè sit expers. 111.1

T.

Talmudici libri à quibus Rabbinis conscripti; & eorum vanitas & leuitas. 102.2
Templum animae nostrae per peccatum inquinatum, quomodò instaurandum. 340.1
Templum Ierosolymitanũ in magna veneratione habitũ apud Gentiles 436.1
Tenebrarũ nomine quae significentur in Scriptura. 309.2
Testimonij alicuius veritas quae requirat. pag. 99.2
Testimonium ab hominibus qui accipiant. pag. 100.2
Testimoniũ Scripturarũ conformius quam figurarũ. 101.2
Theologia diuina triplex locorum genus defert. 7.2

Theodorici Ostrogothorum Regis mors qualis.23.
Timor mundi, & amor sui, humanæ salutis magna impedimenta.26.1.
Traditionum vtilitas in Ecclesia.8.9.
Traditionibus quantum tribuendum 9.1.
Traiani insignis charitas 60.1.
Traiani infelix exitus.22.2.
Trinitatis opera indiuisa.88.2.
Tuba Dei nouissima, quid.97.2.

V.

VAleriani, Valentis, Valentiniani Imperatorum, exitus infelix.22.2.
Ventus quid. 45.1.
Ventos de quibus thesauris Deus profert.ibid.
Verba humana quatenus rebus diuinis conueniant.88.1.
Verbum otiosum quodnam sit.126.1.
Verbi otiosi qualis debeat reddi ratio in nouissimo die. ibid.
Verba Christi infirmos & pusillos scandalizabant; iustos confirmabant.171.
Veritas cur ratione munienda.67.1.
Veritatẽ facere quinam dicãtur, more Scripturæ ibid.2.
Veritatis virtus quanta sit.98.
in Veritatis cognitione aliqui Philosophi felicitatem posuerunt.321.1.
Veritas vbi exulet, & mendacia dominentur.332.
Veritatem facientium opera vt manifestentur, quod in Deo sint facta.68.1.
Vestimentum nouum & vetus quid significent 83.1.
Vestis vocatur in Scriptura honor.234.1.
Vini noui quanta vis.83.2.
Virginitas æquiualet martyrio.395.2.
Virginitas quæ seruatur in Ecclesia, argumentum est magnum, esse veram nostram religionem.396.1.
Virtus omnis circa difficile versatur.442.
Visio Dei, etiam addita particula, Patris, aut alterius personæ, omnes personas Trinitatis comprehendit.153.2
Vitæ religiosæ & sæcularis apta descriptio.409.1.
Viuendi optima regula quæ sit 73.1.
Vocum profanæ nouitates vitandæ.8.2.
Voluntas quando rectam solet deprauare iudicium.98.2.
Voluntati diuinæ se conformare, quid sit. ibid.
Vota religionis, sunt instrumenta perfectionis, non ipsa perfectio.408.1.
Vota religionis ab omnibus, præterquam ab impijs hæreticis, probantur.416 2.
Votorum religionis laudes sanctorum Patrum.417.
Vires vnde conficiantur.83.2.
in Vulgatam editionem, hæreticorum vanissimi conatus.8.2.

Z.

ZEbub quid significet.119.1.
Zeno quid de Dialectica & de Rhetorica senserit.2.1.

FINIS.





INDEX SENTENTIARVM
NOTABILIVM, QVAE IN HOC TOMO OCTAVO CONTINENTVR.

A.

ABAGARVS mittit literas ad Iesum, & accipit ab eo responsum. pag. 433. 2
Abraham pro Isaac arietem hærentem cornibus sacrificans, quid denotet. 63. 1.
Achimelec Sacerdos an Dauidi panes Propositionis ad manducandum dederit. 110. 1
Adulatorij sermones quonam telo excipiendi sint. pag. 129. 1
Adulterium, grauissimum crimen. 301. 1
Adulterium quàm grauiter puniretur apud Gentiles. ibid.
Adulteram vxorem interficientes peccant, quamuis leges permittant. 302. 1
in Adulteræ vxoris interfectorem diuina vltio. ibid.
Alexandri munificentia. 60. 2
Alius & alius masculinè; & aliud neutraliter, quid significent, & quomodò de diuinis dici queant. pag. 53. 1
Alimenti spiritualis proprium quid sit. 147. 1
Ambitionis malum. 59. 2
Ambitio & fides cur nequeant simul consistere. 104. 1
Ambitio & auaritia, quàm mali consiliarij. 425. 2.
Amen quid significet. 28. 1
Amor sui, & timor mundi, humanæ salutis magna impedimenta. 26. 1
Amoris nostri in Deum munificentia. 60. 2
Amor Dei in quo ab amore hominum distinguatur. pag. 59. 2
Amoris diuini perfectiones. 60. 1
Amoris quadruplicis scala statuitur, qua peruenitur ad amorem diuinum. ibid.
ad Amorem diuinum exhortatio. 63. 1
Amor Dei erga nos, pulchra ostenditur similitudine. 133. 1
Angeli æternam felicitatem quibus meritis adepti fuerint. 52. 1
Angeli boni cur hominibus prodesse, & mali iisdem non obesse possint. 115. 1
Anima hominis, immortalis dupliciter. 4. 2
Animarum sponsalia cum Christo quando fiant. 74. 1
Animal quodcunque sine cibo viuere non potest. pag. 172. 1
Animus malignus quæcunque non intelligit, statim tanquam friuola, falsaque, per arrogantiam eijcit. pag. 172. 1
Antichristi signa qualia futura. 27. 1
Apollo quis Græcis, quantaque eius religio. 119. 1
Apostolicæ sedis quanta autoritas. 11. 2
Apostolica sedes nullo modo errare potest. 12. 1
Apostoli cur signa ederent. 27. 1
Apostolos suos cur Christus ante suam mortem baptizauerit. 70. 1
Apostoli cur filij nuptiarum dicantur. 81. 1
Apostoli cur frequenter ieiunarent. 82. 1
Apostolos spicas vellendo in Sabbato peccasse, vnde collegerint Pharisæi. 100. 2
Apostoli quare vellebant spicas. ibid.
Apostolis cur Sabbatum violari Dominus permiserit. ibid.
Apostolos non edoctos à Domino artes magicas. 118. 2
ad Apostolatum electio potest esse sine electione ad vitam æternam. 230. 1
Aqua expiatrix vsus apud Gentiles ter sacer; profanus tamen & impius. 33. 1.
Arabiæ Felicis situs qualis. 137. 2
Argumentum quid, quotuplexque. 5. 1.
in Argumento à ratione, quod extremum fugiendum. 14. 1
Arreptitij, vasa dæmonis vocantur à Christo. 117. 2
Arrha vitæ æternæ, est gratia. 218. 1
Arrianorum quorundam dogmatum confutatio. 42. 1
Arrius ex quo Scripturæ loco, Filium minorem esse Patre, deduxerit. 148. 2
Arrij confutatio, ibid.
Articulus Græcè quid significat. 40. 2
Articuli Græci quam vim habeant. 42. 1.
Athanasij aurea planè doctrina de Iudæorum incredulitate à Prophetis prædicta. 448.
Athanasij aptissimum exemplum de necessario prophetiæ euentu, cum arbitrij libertate. ibid.
Attributa diuina, quæ. 40. 2. 93. 2
Aureliani Imperatoris, & Arrij infelix exitus. 22. 2. 23. 1
Austri Regina, quæ & Saba dicta, quæ fuerit. 136. 2
Austri Regina quorum typum gesserit. 137. 2.

B.

BAlsamum vbi nascatur. pag. 137. 1
Baptizandi pueros consuetudo Ecclesiæ vnde orta sit. 9. 2
Baptismo vnde insit virtus hominem regenerandi. pag. 29. 2
Baptismi Ioannis à baptismo Christi discrimen. ibid.
Baptismi virtutes & necessitas. ibid.
Baptismo cur egeant filij etiam Sanctorum virorum. 30. num. 1
Baptismi lege qui minimè teneantur. ibid.
sine Baptismo catechumenos decedentes minorem gratiam consequi, quàm actu baptizatos, ibi tamen saluari. 30. 1
Baptismi lex quos obliget. 31. 1
Baptismi spiritualis regeneratio, cùm opus sit Trinitatis totius, cur Spiritui sancto tribuatur. 32. 1
Baptismi forma à Christo tradita 46. 1
Baptismi materiam & formam cur non eodem tempore nobis Christus tradiderit. 31. 1
Baptismi substantia quo verbo à Christo fuerit expressa. ibid.
Baptismi materia quæ sit. 31. 2
Baptismi immersio trina quid denotet. ibid.
de Baptismi aqua quæ sunt Prophetarum testimonia. ibid.
Baptismi aqua quibus olim figuris fuerit adumbrata. 33. 1
Baptismata quæ inania ac nulla. 33. 2
Baptizati, non tamen renati, quales sint. 34. 2
Baptismi minister quis. ibid.
per Baptismum spiritualis natiuitas qualiter cum corporea conferenda. ibid. & 35. 2

Baptismum cur non iterandum. 34. 2

nisi per Baptismum nemo intrare potest in regnum Dei. 35. 1

in Baptizatum aduentus secretissimi Spiritus sancti effectus. 37. 2

Baptismus, ianua Sacramentorum 70. 1

Baptismi distinctio in imperfectum & perfectum à diuo Hieronymo adhibita, quem habeat sensum. ibid. 2

Baptismum quando fuerit à Christo institutum, atque praceptum. ibid.

de Baptismi pracepto & institutione quoddã D. Leonis Papa dictum. ibid.

Baptisma verè fuit Sacramentum ante mortem Christi. ibid.

inter Baptisma & pœnitentiam quantum intersit. pag. 150. 2

Barchozibas quid sonet. 104. 1

Barchaziba duo fuerunt pseudochristi tempore Iudaorũ. ibid.

Benedicendi verbum pro verbo maledicendi, non rarò vsurpant Hebrai. 62. 1

Blasphemia tres species sunt, quibus Deus offenditur. ibid.

Blasphemia spiritus quisnam sit. ibid.

Bona & diuitia pauperibus, nõ cognatis diuitibus distribuenda sunt. 407. 1

Brachium Domini cur Christus dicatur.

C.

CAbala quid, & quanam prastantissima sit ad Scripturas intelligendas. 101. 1

Caiphas post mortem Christi sibi mortem cõsciuit. 431. 2

Caligula & Claudij Imperatorum, & Constantij Arriani infelix exitus. 12. 2

Canem AEsopicum qui imitentur. 66. 1

Caro Christi spiritus appellatur duabus causis. 36. 1

Caro & corpus quomodo differant. 158. 1

Caroissces qui sint. ibid.

Carnem suam bis dedit Christus. 166. 1

Carnis Christi virtus quanta. 168. 2

Carnis Christi manducatio, est annunciatio sacrificij cruenti. 170.

Caro Christi verè cibus; alij cibi non verè cibi, sed similitudinarie. 140.

Caro Christi carni nostra vnita quid conferat. ibid.

Castitas maximum donum Dei. 389. 2

Catechumenos sine baptismo decedentes saluari; minorem tamen gratiam consequi, quàm actu baptizatos. 30. 2

Ceremoniarum ratio, seu vsus triplex. 237. 2

qua Ceremonia sint superstitiosa, onerosa, & vana. pag. 238. 1

Ceremonia quas instituebant Pharisai, onera grauia & importabilia. ibid.

Ceti in materno aluo modus vita mirabilis. 133. 1

Charismata Spiritus sancti qua. 38. 1

Charitatis effectus qui sint. 60. 1. 103. 2

Charitatis proprium quid. 71. 1

Christi religio cur maximè omnium Gentium Rhetorica atque dialectica det operam. 2. 2

Christi religio quot in his artibus atque alijs habuerit instructissimos. ibid.

Christianorum schola cur omnibus semper patuere. pag. 3. 2

Christus quàm varijs ac diuersis argumentandi modis vteretur. 5. & 6

Christo cur Pharisai & Pontifices non crederent. 5. 2

Christus resurrectionis nostra duplex est causa. 6. 1

Christianorum proprium quid. 18. 2

Christianorum sanguis quibus de causis tantus sit effusus. ibid.

Christi actiones vt esse poterant diuina & humana. pag. 19. 1

Christi admirabilis doctrina. ibid.

Christus cur natura impeccabilis. ibid.

Christo Apollonium Tyanaum exaquantium Philostrati & Hieraclis Philosophorum stoliditas. ibid.

de Christi anima responsum Hecata dea. ibid. 2

Christus cur sua aduentu oraculis silentium imposuerit. 20. 1

Christi magnitudo: eius mortis conditiones, in damonem potestas, Regiaque excellentia. ibid. & 2

Christi legislatoris cum alijs legislatoribus collatio. pag. 21. 2

Christi diuinitas ex zelo Patris aterni firmissimè confirmatur. 22. 1

Christianorum robur quantum sit. 21. 2

Christianorum insignia qua sint. 24. 2

Christi cum Nicodemo disputationis qua fuerit occasio. ibid. & 25. 2

Christi mysteria quis valeat apprehendere. 25. 2

Christus qualis Doctor fuerit. 26. 1

Christi Doctrina qualis fuerit. ibid. 2

à Christo cur miracula fierent. 27. 1

Christus cur sapè Pharisaos indignos suo haberet responso. ibid. 2

in Christum qua fides sit necessaria. 27. 2

Christi baptismi à baptismo Ioannis discrimen. 30. 1

in Christo duplex fuit notitia. 49. 1

Christus quàm sit testis fidelis & verus atque omni fide dignus. 51. 1

Christus qualis Propheta sit. ibid. 2

Christi mors & obedientia quid nobis contulerit. pag. 52. 1

Christi prarogatiua. ibid.

Christi in cœlum ascensus qui differat ab illo Sanctorum. ibid.

Christus quomodo factus filius hominis. ibid. 2

de Christi carne, deque eius anima quadam Valentini & Origenis falsa dogmata confutantur. ibid. 2

in Christo duas naturas qui confundant. 53. 1

vni Christo cœlos patere, quomodo verum. 54. 1

Christus serpens figuratus quibus prastet vitã aternam. 56. 1

Christi serpentis exaltati virtutes. ibid.

Christi doctrina, Euangelium cur dicta. 56. 2

Christi incarnatio & mors, quanta sint Dei beneficia. 58. 1

Christianorum tituli perquam honorificentissimi. pag. 61. 1

Christi aduentus duplex, siue diuersus. 63. 2

de Christi aduentu rudis Iudaorum opinio. 64. 1

Christi aduentus primi officia. ibid.

Christus qua ratione hominibus salutem impertiat. pag. 65. 1

in Christum non credens, vt sit iam iudicatus. ibid.

Christus qualis lux fuerit in mundum veniens. ibid. 2

Christo sancta luci increduli, quã sint inexcusabiles. 66. 1

Christo luci resistentium qualia operã. ibid. 2

Christo qui adhaserint ex Iudais. ibid.

Christi sitis animarum, 68. 1
Christus quomodò baptizaret. 68. 69.
Christi quas res gestas Ioannes descripserit. 69. 1
cur Christus Apostolos ante mortem suam baptizauerit. 70. 1
Christi Messiæ alia; alia Præcursoris officia. 73. 2
Christus quomodo testetur. 76. 1
in Christum fidei necessitas. ibid.
Christi plenitudo gratiæ & scientiæ. 77. 1
Christo soli cur Spiritus sanctus in specie integri animalis apparuit. 77. 2
præter Christum, alijs spiritus datur ad mensuram. ibid. 4
Christo cur non fuit datus Spiritus ad mensuram. ibid.
Christi animæ bono infiatæ cur dicatur. ibid.
in Christum Filium Dei credere, cuius fidei opus sit. pag 78. 1
Christo Dei Filio quis incredulus dicatur. ibid. 2
in Christum credens, quomodo habeat vitam æternam. ibid.
Christo increduli duplex pœna. ibid.
Christo peccantes cordi esse, vnde constet. 79. 2
Christus cur discipulis suis ieiunia non imposuerit. pag. 80. 2
Christi sponsi filij. qui sint. ibid.
Christus quamobrem non ieiunabat frequenter. 81. 1
Christi discipulorum ieiunium quale esset. 82. 2
Christi erga Iudæos benignitas quanta. 85. 1
Christum nullo modo factum esse, neque fieri posse filium Dei. 87. 2
Christum verum Deum, ac verum Dei filium, Arriani & Erasmus pernegabant. ibid.
Christus quod videt Patrem facientem, & ipse facit. 89. 2
Christus non operatur vt instrumentum, sed vt diuinum agens, non minus quàm Pater. ibid.
Christus quando iudiciariam potestatem acceperit à Patre. 92. & 93.
Christo qualis sit debitus honor. 93. 2
pro Christi diuinitate egregium factum, dictumque Amphilochij Episcopi. ibid.
in Christum peccet quis. 94. 1
Christus vnde virtutem habeat, & potentiam mortuos viuificandi. 95 2
Christo iudicium tribus modis datum est. 96. 2
Christus duplici nomine verissimus testis. 99. 1
Christi potentissimum testimonium quod sit. 101. 1
Christum esse Filium Dei quænam testantur. ibid.
Christi proprium quid. 102. 1
Christum non audire, nec videre, quid sit. ibid.
Christiani tria testimonia habere debent, vt verè Christiani sint. ibid.
Christi signa cur parem cum Scripturis autoritatem habeant. ibid. 2
Christum quærere in Scripturis, quatenus vtile sit & necessarium. ibid.
Christi iudicium cur nequeat à nobis eludi. 103. 2
Christi cum Pharisæis disceptatio contendentibus Sabbatum violatum à discipulis. 105. 2
à Christi prædicatione vsque eius mortem quot Sabbata fluxerint. 108. 2
Christus quare Sabbati Dominus. 112. 1
Christi cum Pharisæis post curatum dæmoniacum, cæcum & mutum, disput tract. 15. per totum. 113.
Christum humanas cogitationes callere, Deitatis magnum argumentum. 113. 2
Christus quando arma dæmonis abstulerit. 117. 2
cum Christo quando colligant veri Dei ministri. 118. 1
Christi in contumelijs patientia, in laudibus verò impatientia, quid nos doceat. 129. 1
Christi à mortuis resurgentis signum admirabile. 131. 1
Christi mortis & resurrectionis fructus quantus fuerit. ibid.
Christus quale signum erit incredulis atque obstinatis. ibid.
Christum propria virtute & potestate à mortuis surrexisse nolunt credere Iudæi, etiam huius sæculi. ibid. 2
Christi in sepulchro tridui commorationis mysterium. 133.
Christi Domini mira humilitas. 135. 2
Christus à quibus fugiat: cum quibus verò maneat. 141. 142.
Christi prædicationis fructus quantus. 141. 2
Christus quibus modis panis sit vitæ. 147. 1
Christi Dei & hominis in Eucharistia positi virtus & potentia. ibid.
Christus cur in montem fugerit, ne Rex fieret. ibid. 2
Christus duas habuit voluntates. 148. 2
Christi humana voluntas quatenus peccare non possit. ibid.
Christi pro nobis apud Patrem aduocatio nobis salutaris est; illi verò quàm honorifica. 149. 1
in Christum quis dicatur credere. ibid.
Christus quid plus Moyse operetur panem de cœlo dante. 154. 2
Christi corpus quot modis edere possimus. 156. 1
Christi datio duplex completa quæ fuerit. 158. 2
Christus vt viuit propter Patrem. 163. 2
Christi verba vti spiritus & vita sunt. 169. 1
Christus soles esse magis contemptus apud suos, quàm apud extraneos. 222. 1
Christus est in Eucharistia ad modum quo Angelus est in loco 225. 2
à Christo recedere, quid sit 227. 2
Christus Dominus aliquando fugiebat à suis inimicis, propter doctrinam & imitationem nostram. 261. 2
Christus prius humiliatus est, quàm exaltaretur: Lucifer è contra. 265. 1
Christum non decebat discere nisi à Deo. 274. 1
Christum quomodo concionatores imitari debeant. pag. 299. 2
Christi magna proclinitas ad clementiam, docet nos qua clementia debeamus iudicare proximos. 303. 1
Christus est lux, lumen, radius, splendor simul & color. 308. 2
Cibi corporei defectus. 354. 2
Ciconiæ parentibus iam senibus alimenta præstant. pag. 234. 1
Circumcisio olim peccata remittebat. 70. 2
Clerum maximè decet seruare cœlibem vitam, pag. 397. 2
Cœli heredes vnde simus, teste Paulo.
Cœlibatus laudes, & quanti meriti sit apud Deum. pag. 391. 2
cœlibatus quàm antiquus sit in Ecclesia Dei. pag. 392. 1
Cœlibatus quas virtutes requirat, & quantum præstet coniugio. 395. 2
Cœlibatus pertinet ad solam legem Euangelicam, nam à legibus humanis potius damnabatur olim. pag. 396. num. 1

Concilia plenaria quatenus valeant à posterioribus emendari. 10. 1
Concilia prouincialia cur errare poßint. ibid.
quæ Concilia generalia legitimè sint congregata, riteque procedant. ibid. 2
Concilia interdum generalia cur errauerint, & quænam ibid.
Concilia à sede Apostolica coacta, riteque procedentia errare nequeunt. 11. 1
Concilia Arrianorum qualia extiterint. 10. 1
Concilijs Niceno, Constantinopolitano, Ephesino primo, & Chalcedonensi, quantum Gregorius Magnus tribuebat. 11. 1
sine Concilijs generalibus quot sæculis fuerit Ecclesia gubernata per sedem Apostolicam. ibid. 2
Concionatores quo minus in populo proficiant. 49 2
Concionatorum quorundam damnabilis vsus. 72. 1
Confessariorum quorundam abusus. 235. 1
Confessarij erga pœnitentes quales esse debeant. 305. 2
Consuetudo quid: quantum pondus autoritatis habeat. 9. 1
Cordis boni qualis sit thesaurus: qualis etiam cordis mali. 126. 1
Coriolani Romani insignis pietas in matrem. 235. 2
mali Corui malum ouum in prouerbium dicitur. 35. 1
ad Conuiuium qui sint vocandi. 407. 1
Creare & conseruare, æquè infinitam arguunt Dei virtutem. 86. 2
Creatura omnis rationalis cur ex se aliquid facere poßit. 88. 2
Credens in Deum, vt habeat vitam æternam. 94. 1
Cyprianus à Lactantio notatus in quo, nec immeritò 13. 2

D.

DÆmones quomodo sint in iudicium venturi. 65. 2
Dæmonis quale sit ingenium. 71. 1
Dæmonum calliditas & versutia vnde perspici poßit, vel maximè. ibid.
Dæmonum illusiones quò tendant. 114. 2
an Dæmon vnus alium virtute inferiorem expellere poßit. ibid.
Dæmonibus est omnino contraria doctrina Christi. pag. 115. 1
inter Dæmones regnum & ordo inuenitur, & quot modis. ibid. 2
Dæmonibus minori potestate præditis tormenta nouminat. ibid.
an Dæmon vnus alium eijciat de loco, aut de corpore obsessi. ibid.
Dæmones quando ab hominibus eijci soleant in Beelzebub, perperam tamen. 116. 1
Dæmonis quæ sint arma. 117. 2
Dæmoni quando fuerint per Christum arma sublata. ibid.
Dæmonis spolia ac vasa quo ratione Christus distribuerit. ibid.
Dæmones an habeant voces inter se. 119. 1
Dæmon Lucifer cur dictus. ibid.
Dæmon quomodò dicatur per loca arida ambulare. 135. 1
Dæmon malus homini quatenus noceat, & quomodo nesciat an nocere poßit. ibid. 2
Dæmonis requies quæ sit, & quæ esca electa. 140.
Democritus oculos sibi eruit. 42. 2
Denuo aduerbium quid significet. 28. 1
Descendere quæ dicantur propriè, quæ verò impropriè. 146. 1
Deus omnes homines cupit saluos fieri. 26. 2
Dei proprium quid. 27. 1
Deus quomodò adsit iniquis signa operantibus. ibid.
Dei regnum quod sit. ibid. 2
Dei filium quis contulcet, teste Cyrillo. 61. 1
Deus quid nobis dederit, filium suum vnigenitum nobis donando. ibid.
Dei amor erga nos, in quo ab amore hominum ergo Deum distinguatur. 59. 2
Deus aliter amat nos: aliter Deum amamus nos. ibid.
Dei amor quàm fuerit ordinatus mundo nimis dilecto filium vnigenitum dando. 61. 2
Dei sapientia qualis fuerit, filium suum pretiosißimum pro vilißimo mundo tribuentis. ibid.
Dei testimonia quare credibilia facta sint nimis. 78. 2
Dei Filij proprium quid. 88. 1
Deus vt vitam habeat in semetipso. 95. 2
Dei proprium vitam habere, & iudicium facere. 96. 1
Deus quando perfectè regnet in nobis. 117. 1
Deus cur nemini vnquam suam damnationem patefecerit. 124. 2
Deo quæ maximè inferatur iniuria. 132. 2
Deorum impudicæ metamorphoses à Gentibus creditæ. 133. 2
Dei & hominum opera quo differant. 144. 2
in Deum murmuratio, quàm graue peccatum sit. 150. 2
Deus qua ratione homines doceat. 152. 2
à Deo quis audiat; quis verò addiscat, & quæ. 153. 1
Deus qui in se omnia habet, in se omnia videt. 224. 1
Deo quid & quantum debeamus. 406. 1
Diabolus quomodò fuerit homicida ab initio. 328. 1
Diabolus pater mendacij 329. 1
Dialectica, disserendiue vsus necessitas.
Dialecticæ munus & beneficium in omnes liberales disciplinas. 1. 2
Dialecticam compressæ in pugnum manus similem dicebat Zeno 2. 1
de Dialectica, Physica, & Ethica, Stoicorum sententia. ibid.
Dialecticam cur suis Mahumetus interdixit. ibid.
Dierum computatio à Romanis seruata, ab Astrologis etiam seruatur. 134. 2
Discipuli Christi, veri & falsi qui sint. 310. 2
Discordiæ vis quanta. 184. 1
Dispensari quæ actiones, statutaue poßunt, quæ verò nō 385. 1
Diuitiæ cum relinquuntur pro Christo, debent benè & vtiliter distribui. 406. 1
Diuitiarum cōtemptus Cratis Thebani, & aliorum, inutilis. ibid.
Diuitiæ quibus dandæ sint, vt Christum sequamur. ibid
Diuites rari, qui etiam inuitati à Christo, sequantur vitam perfectam. 411. 1
Diuitiæ sunt occasio multorum malorum. 411.
Diuitem significat apud Latinos & Græcos nomen Beatus. ibid.
Diuitem intrare in regnum cælorum, impoßibile esse quomodo exponatur. ibid. 2
Diuortium non fuit apud Romanos per annos sexcentos 366. 1
Diuortium quis apud Romanos primum fecit. ibid.
Doctrina nostra nō sapiat vt aqua vas, sed fontē Deum 276. 1

in Doctrina Christi quis propriè dicatur manere. 320. 2
Domitiani & Diocletiani Imperatorum exitus infelix. 22. 2. 23. 1

E.

Ecclesia cur semel damnatos hæreticos non admittat in disceptationem & congressum. 3. 2
Ecclesiam errare non posse ulla modo. 9. 2.
in Ecclesia Græca & Æthiopica sub utraque specie communicant laici. 199. 1
Ecclesiastica præcepta non sunt appellanda præcepta hominum, sed Dei. 140. 1
quæ Ecclesia propriè habet spiritum veritatis. 10.
Ecclesia quot sæculis sine concilijs generalibus fuerit gubernata 11. 2
Ecclesiæ Pastores & Doctores cur traditi à Deo. 12. 2 Quales illi sint, & unde Scripturarum hauserint intelligentiam. ibid.
Ecclesiæ sponsi cur Episcopi dicantur, si eius Christus est sponsus. 74. 1
Ecclesia Dei, qualis paradisus. 155. 1
Electi quo Dei iudicio interdum cadant. ibid.
Eliezer seruus Abrahæ, quorum typus sit. 74. 1.
Elohim quid significet. 97. 1
Eloquentia qualis esse debeat, ex Quintiliano. 7. 1
Enecti qui dicantur apud barbaras. 33. 1
Episcopi nomen unde acceptum. 3. 2
Erasmus Lutheranorum & Catholicorum Defensoris nomen affectauit. 118. 2.
Esus carnis Christi in Eucharistia, est quædam auiditas & desiderium manendi in illa. 215. 1
Esseni cælibem vitam agebant, eorum encomium. pag. 392. 1
Euangelij doctrina quæ Dei prouidentia Iudæorum telis machinis olim fuit impetita. 3. 1
Euangelium sine fide velle comprehendere quid sit. pag. 29. 2
Euangelij lux quibus inuisa. 67. 2
Euangelij finis quis. 300. 2
Euangelium est durum potentibus sæculi huius. 453. 1
in Eucharistia quanta sit Christi virtus & potentia. 147. 1
Eucharistia panis ut vitam præstet æternam. 154. 1
cum Eucharistia qua ratione Manna sit conferendum. ibid.
Eucharisticus panis cur viuus appelletur. ibid. 2
Eucharistiam manducantes nonnulli unde mortem incurrant. ibid.
Eucharistia quæ sit spiritualis, quæ verò Sacramentalis manducatio. 156. 1
de Eucharistia quo loco Scriptura apertissimè sit actum. ibid. & 157
Eucharistiæ datio quando fuerit exhibita. 157. 2
Eucharistiæ prædicendæ & promittendæ à Domino causa. ibid.
in Eucharistiæ sacrosancto mysterio duo continentur. 158. 1
Eucharisticum panem quando Christus dederit. ibid. 2
Eucharistiæ fructus quantus sit, & quàm latè pateat. 159. 1
Eucharistiæ à reliquis Sacramentis discrimen. ibid.
Eucharisticus panis vitam ut præstet æternam. ibid.
in Eucharistia realis præsentia corporis Christi adstruitur. tract. 18. & 19
Eucharistiæ panis in Cruce nō fuit datus à Christo. 160. 2
Eucharistiam manducantes ut viuant propter Christum. 163. 2
Eucharistiam quis dignè sumat. 167
Eucharistia nunquam per se & principaliter dat primam gratiam. ibid.
Eucharistia ad quid potissimum instituta. ibid. 2
Eucharistiæ proprietates & effectus figurabantur in proprietatibus Mannæ. 174. 1
ad Eucharistiam nemo, nisi baptizatus, ritè accedit, sicut & ad esum agni Paschalis, nisi circumcisus. 177. & 187.
Eucharistia habet vim resuscitandi. 180. 1
Eucharistiæ Sacramentum necessarium ad salutem. pag. 187.
Eucharistia non minùs dat vitam hominibus, quàm passio Christi. 202. 1
Eucharistiam quis dignè & cum magno fructu percipiat. 208. 1
ab Eucharistia multum abstinens, timendum est, ne à salute recedat. 216.
Eunuchi propter Christum qui fiunt. 390. 2
Excæcandi & indurandi, & similibus verbis cur vtatur Scriptura, & Deo tribuat.

F.

Fames & sitis spiritualium quæ sit. 147. 2
Fata in quas nullam habeant potestatem. 24. 1
Fermentum in Scriptura bonum & malum habet intellectum. 251. 1
ad Fidem confirmandam quatenus vtendum testimonijs poetarum & oratorum. 14. 1
Fides Christiana non æquè facilè potest defendi, ac falsa dogmata confutari. 15. 2
Fidei quando præbeat experimentum humana ratio. ibid.
Fidei sanctæ lumini cur nihil possit omnino resistere. 16. 1
Fides diuina quibus modis valeat ostendi. & seq.
Fidei signorum conditiones & circumstantiæ multiplices. 17. 1
Fidei Christianæ prærogatiua singularis, & eiusdem cum alijs legibus contentio. 21, 1
Fidei persecutorum quàm fuerint infelices exitus. 22. & 23.
Fides in Christum quæ sit necessaria. 27. 2
qua Fide viuunt homines. 57. 1
Fidei in Christum necessitas. 76.
Fides cui rei innitatur. 99. 1
Fides & ambitio cur nequeant simul consistere. pag. 104. 1
Fidei robur ac firmitas quanta sit. 132. 2
Fides formata, maxima dispositio ad ponendum vitæ fomentum. 143. 2
Fidei opus, cur opus Dei dicatur. 144. 1
Fides in Christum, quæ duo in se mysteria complectitur. ibid.
Fides, seu confidentia, quid sint secundum se. 144. 2
Fides vbinam non vi, sed persuasione oriatur. 152. 1
Fidei quantus sit fructus. 153. 2
Fides nominum, falsa & proprietatum. 156. 2
Fidei victoria & triumphus de negantib. Eucharistiam. 223 1
Fidelis iudicandi conditio qualis sit. 65. 2
Fideles vario modo iudicabuntur. 44. 2
Fideles veri vnde perspici, ac dignosci valeant. 104. 1
Figurata res aliquid plus continet, quàm figura. 16. 1
Filij Dei proprium quid. 88. 1

Filiū Dei nō aliud quàm Pater facit, posse facere, potius libertatis, quàm seruitutis signum est. 88. 2
Filius Dei quomodo sicut pater honorificari debeat. 39. 1
Filius alia ratione vitam habet à Patre, quàm Spiritus sanctus. 96. 1
Filius Dei quare in forma serui iudicabit, teste Augustino. 97. 1
Filij donum vt differat à dono Patris. 165. 1
Filij in quibus delinquant erga parentes. pag. 234. 2
Filiæ in matrem insignis pietas. ibid.
Filij huius seculi qui sint: qui verò filij futuri seculi. 266. 1
Filium asotum in domum patris, erot, abdicatum iterum recipere. 269. 1
Filium legitimum ab illegitimo distinguendi pulchra nota. 331. 2
Flumina aquæ viuæ quæ sunt, & à quo ventre fluãt. 293. 1
Fratres & propinqui quam molesti sint, & quanto impedimento seruis Dei. 264. 1

G.

GAlieni Imperatoris exitus infelix. 23. 1
Generatio quid. 129. 2
apud Gentiles ter sacer aquæ expiantis vsus, sed impius & profanus ille. 33. 1
Gloriam propriam quis quærat. 5. 2
Gloria vera vnde quærenda. 100. 2
Græci vsque ad horam nonam ieiunabant, & quam ob caussam. 82. 1
Grano frumenti quàm benè & propriè se Christus comparauerit. 438.
Granum frumenti Christus in quam terram ceciderit. ibi.
Gregorij Thaumaturgi in Apollinē imperium & ius. 20. 1

H.

HAdriani Imperatoris mors qualis. 22. 2
Hæreticos semel damnatos cur non admittit Ecclesia in disceptationem & congressum. 3. 2
Hæreticorum mores. 64. 2
Hæretici non tribuunt plus gratiæ Sacramentis nouæ legis, quàm veteribus Sacramentis. 213. 1
Hæreticus interrogando ferit. 233. 1
Hæretici licèt inter se discordent, concurdant ad inferendum bellum Ecclesiæ. 245. 1
Hæretici quam frustra in Iesum sperent. 104. 2
Hæreses quãdo per discordiã paulatim refrixerint. 114. 2
Hebræi futurum sæpe vsurpant pro imperatiuo. 82. 1
Hesaia deu de anima Christi responsum. 19. 2
Herculem à pisce deuoratum, & post triduum viuum euomitum in terram, fabulatur Lycophoren tragœdus. 133. 1
Hæredis vtriusque infelix exitus. 22. 2
Historiæ secularis cognitio quantum Theologicis disciplinis deseruiat. 14. 2
Hominis regeneratio quotuplex. 18. 2
Homo quando dicatur esse in cœlo. 53. 1
Homini quid optabilius & charius. 57. 1
Hominum ingenij imbecillitas quanta fit. ibid. 2.
Homines quas tenebras magis quàm lucem dilexerint. 66. 1
Hominum Christo luci resistentium qualia opera 66. 2
Hominibus cur cœlestia & diuina non saperent. ibid.
Hominum lucem odio prosequentium duplex genus. 67. 1
Homo in Scriptura ferè semper sumitur in malam partem. 239. 2
Homicida est coram Deo, qui lingua sua peccatum alteri suadet. 318.
Hostes per quam legem iudicentur. 65.
Hostia olim pacifica, & pro peccato, quid figurabat, & à quibus manducabatur. pag. 166. 2
Hydrophobi qui dicantur à barbaris. 33. 1
Hypothetica propositionis natura 95. 2
Hypocritarum vitium quod sit. 109. 1

I.

IDololatriæ cultus vnde capit. 119. 1
Ieiunium cur luctus nominetur. 80. 1
Ieiunium quatenus bonum fit. 81. 82. 1
Ieiunantium genus triplex, & quod illud fit. 82. 2
Ignis rubi quid significauerit. 105. 1
Ignorantiæ qui meritò accusetur: qui verò incredulitatis. 50. 2
Impossibilia quæ ferè habentur, & Scripturæ, & communi modo loquendi. 124. 2
Impossibilia quæ sint. 89. 1
Indi, qui & Sabæi, Homeritæque dicti sunt, qui sint, & vnde originem trahant. 37. 2
Increduli filioli Dei duplex pœna. 78. 2
Infidelitatis atque perfidiæ damna. 65. 2
Infideles iam iudicati qualis conditio ibid.
Infideles quomodò in iudicium venturi sint. ibid.
Infideles vnde pereant. ibid.
Ingrati quomodò in die nouissimo exprobrandi sint, nisi resipiscant. 136. 1
Iniquis signa operantibus quomodo Deus adsit. 27. 1
Interpres Scripturæ bonus quis sit. 243. 1
Iudæorum ingenium. 80. 1
Inuidia sepè iungit, quos disiungit disciplina. ibid.
Inuidia quo alimento pascatur 286. 2
Ioannis baptismi à baptismo Christi discrimen. 30. 1
Ioannes quas Christi res gestas descripserit 69. 1
Ioannis Baptistæ cum discipulis disceptatio tract. 9. per totum. ibid.
Ioannis Baptistæ prudentia. ibid. 2.
Ioannis Baptistæ de Christo honorifica testimonia. 70. 1
Ioannis Præcursoris alia officia, alia Christi. 73. 2
Ioannis in Christũ eximia charitas & reuerentia. 74. 2
Ioannes Baptista quamdiu fuerit in carcere. 79. 1
Ioannes cur lucerna dictus. . 00. 2
Ionæ historia elucidatur. 132. 2
Ionas quo in loco à pisce sit eiectus in aridam. 133. 1
Iudæi quàm inexcusabiles de sua perfidia. 17. 2
Iudæorum Principes quales illi. ibid.
Iudæorum de aduentu Christi rudis opinio. 64. 1
Iudæi vocem cur non audierint Dei, neque speciem eius viderint. 101. 2
Iudæi Scripturas quare non legere, sed scrutari iubentur. 101. 2
Iudæos quæ impedimenta à credendo retardarunt. 105. 1
Iudæi cuiusdam arctiori religione Sabbatum colentis ridiculus, miserandus tamen euentus. 111. 2
Iudæi frequenter se baptizare consueuerant. 128. 2
Iudæi quomodò custodirent præceptum illud: A vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra. 134. 2
Iudæis cur permissus libellus repudij. 163. 1
Iudæorum interior cæcitas. 272. 2
Iudæi post Christi aduentum nullum festum nisi frigidè agebant. 339. 2
Iudas vocatur à Christo diabolus, id est, calumniator, qui cum ipso erat corpore, non mente. 229. 2
ex Iudæis qui Christo adhæserint. 66. 2
Iudex supremus Deus & homo quibus de caussis debuit esse. 96. 2
Iudices quicunque tam sacri, quam profani, quo Dei iudicio permittantur. ibid.

verbum Iudico, & Iudicium, in Scripturis varia habet significata.63.2
in Iudicio extremo diuersa malorum & bonorũ sors.98.1
Iudiciũ aliquod à recto declinare, ex 3:ibus cõtingit.ibid.
Iudices boni tria obseruare debent à Christo tradita.ib.2
Iudices quales secundùm Ambrosium, & cur dij appellentur ibid. (quę ibid.
Iudicis propria voluntas & affectus quid pariat plerum
Iudicis cuiusdam Gentilis, veritatis amantis, memorabilis exitus.ibid.
Iudicare secundùm faciem, quid sit.282.2
Iudices quantum debeant vitare vitium acceptionis personarum.461.1
Iuliani Apostatæ Infelix exitus.23 1
Iulianus Apostata quo spiritu impulsus Christianos ab optimarum artium studijs arcebat 2.2
Iuliani huius fraudulentæ machinationis vmbra & typus.ibid.
Iuliani Apostatæ sectatores ibid.
ad Iustificationis lucem qui perueniet nunquam 66.1
Iustificari ex fide, quid sit in nouo Testamento.30.2
ad Iustificationem duo requiruntur.94.1
Iustinus Philosophus vnde ad fidem conuersus.18.1

L.

Labijs non solùm, sed corde Deus est honorãdus.235.2
Laboris quis futurus sit præcipuus finis. 142.2
Lac cibus & potus. 94 2
Laicus communicant, quatenus alijs prodesse possit. 159.1
Legum finis, & quando lex legi credere debeat.111.1
Leges humanæ quatenus ferendæ & interpretãdæ. ibid.
Lex quando suum amittat vigorem.112.1
Legis veteris & Nouæ discrimen.64.2
Leuiathan & Lucifer quid significent.119.1
Librorum sacrorum quanta sit autoritas.176.1
Libertatem nostram in operibus, vnde auferri deduxerint perperam Manichæi & Luthe ani.1,1.2
Libertas Christiana cum ciuili obsequio, & seruitute potest consistere. 485 2
Licinij Crassi, & Luciani, Imperatorũ exitus infelix.23.
Linguam qui maximè debeant coercere.127.1
quod Literis mandatur, firmius esse solet, quàm quod verbo.105.1
Locus argumentorum qui & quotuplex.5.1
Lucernæ ardẽtes, & non lucentes, & cõtra quæ sint.100.
Lumen quadruplex. & quod vnum quodque.13.2
Lutherus argumentum à ratione, & ab humana sapientia despiciebat.14.1
Lutherus maledicendi verbo quantum infelix laborauerit.126.1
Lux Euangelica quibus inuisa, & quamobrem.67.2
Lux quid sit, & quomodo à lumine, radio, splendore, coloreque distinguatur.307.2
Lucis nomine quàm multa significentur in Scripturis.ibi.
Lymphati qui vocentur apud barbaros.33.1

M.

Magistri diligẽtis opus quoddam ex Cyrillo.88.1
Magnetis admiranda vis.447.1
Magnes non omnia, sed solum ferrum attrahit.151.
Magorum miracula qualia sint.17.1
Mahometus eloquendi, ratiocinandique scientiam sui interdixit, & quam ob caussam.2.1
Mahometani hæretici quid de Scripturis sentiant.103.1
Mahometi lex penes quos nihil valuit.2.2
Manducatio spiritualis quid sit. 155.2
non Manducet spiritualiter propriè quis.ibid.
Manducatio Sacramentalis corporis Domini quæ tantùm sit appellanda.156.1.
Manducare ex pane, aliud est; aliud, panẽ mãducare.168.2
qui Manducant Christum, non omnes manẽt in Christo, & Christus in illis.210.1
Manichæus duplex principium creatarum rerum ponit. (327.1
Manna panis de cœlo cur dicitur.145.1
Manna quid significet.ibid.
Mansuetudinis quale nobis Christus præbuerit exemplum 333 2
Manus frequenter lauabãt Iudæi in conuiuio, &, vt quidam ait, ad singula fercula.232.1
circa Manus lauandi traditionem superstitio & imperitia Pharisæorum.ibid.
Martyrum sanguine fides Christiana confirmatur, & ostenditur.18.2
de Martyribus præclarum Traiani Imperatoris dictũ ib.
Martyrum tantus sanguis quamobrem effundatur.18.2
Matrimonij vinculum indissolubile esse multipliciter probatur.365 1.
Matrimonium inter infideles cur solui queat, non verò inter fideles 386.1
Maximiani vtriusque & Maxentij infelix exitus.23.
Mendacium diuinus tegi non potest.283.1
Mendacia vbi dominentur.332.1
Merita quatenus reminiscans.140.1
Metamorphoses impudicæ deorum à Gentibus credita. 133.1
Ministri veri Dei quando cum Christo colligant 118.1
Ministri veri Christi quàm pauci. 441.1
Miraculorum operatio quibus fuerit communicata. 17.2
Miraculorũ Christi multæ & insignes circumstantiæ declarantes veritatem ipsorum.341.1
Miracula Christi quomodo possumus imitari.ibid.2
de Monacho proprietario quid sancti Patres senserint. 419.2 (cum.420.1
Monastica & eremitica vita orta ex tempore Apostolo-
qui Mortui audient vocem filij Dei.95.2
Mors Christi, multis de caussis dicitur exaltatio.445.1
Mortui quomodò eam vocem audient, & qualem.ibid.
Mortuorum resurrectio, Dei proprium opus.ibid.
Moses vbi de Christo scripserit.104.2
Mundus quæ vi & potentia fuerit ad Christum perductus.23.2
Mundi sapientes & prudentes cur pereant. 25.2
Mundi indignitas describitur.62.
Mundus cur sic dictus ibid.
quem Mundum dilexerit Deus, & qua ratione.61.
Mundus quo pacto Deum diligat, ibid.
Mundus multipliciter sumitur in Scripturis 265.2
Mundi perpulchra descriptio.266.1
de Mundo Salomonis iudicium quanti faciendum.ibid.2
Mundi iactura salutaris.267.2
Mundum totum dimittit, qui quod habet, & quod optat habere, dimittit.410.1
Murmurationis peccati grauitas.55.1
in Murmurantes cõtra Deum serpentes igniros immittit Deus.ibid.
Murmuratio in Deum, quàm sit graue peccatum 153.
in Musica quæ sit caussa delectationis quæ percipitur. 331.2
Mysteria sua Christus prius sæpe prædixit, quàm fierent. 186.1.

N.

Natiuitatis carnalis incommoda.35.1

Natiuitas ex spiritu, quomodo accipienda sit. ibid.
Natiuitatis vtriusque discrimen quale sit. pag. ibid. 2.
Nestorij infelix exitus. 23.
Nicaulis Regina, eadem ac Regina Saba, secundùm Iosephum. 156.2
Nicodemus ab Euangelista cur vocetur homo. 24.2
Nicodemi nomen quale sit. ibid.
Nicodemus qualis Princeps Iudaeorum fuerit. 24.2
Nicodemus quare ab Euangelista Princeps Iudaeorum dictus. 25.1
Nicodemi humilitas & pietas. ibid.
cum Nicodemo disputationis Christi quae fuerit ratio. 24.1. & 29.2
Nicodemi fuit fides excellens. 27.1
Nicodemi grauitas & constantia. 19.2
Nicolaus Sanderus, qualis nostri seculi scriptor. 156.2
Nolentem Deus non vult cogere. 277.1
de Nuptijs ad cœlibem vitam qui fuerint diuinitus euocati 309.2

O.

Oculus malus significat in Scriptura inuidiam. 247.1
Opera bona à Deo & à nobis quatenus fiant. 98.1
Opera bona minime ad salutem necessaria qui dogmatizauerunt 78.
Operibus quibus insistendum. 84.2
Opera Dei & hominum quo differant. 144.145.
Opera bona comitantur, & non deserunt hominem. 342.1
Oraculis aduentu suo silentium indixit Christus. 20.1
Orantes etiamsi ob fragilitatem diuagentur mente, aut ob imperitiam non intelligant Psalmos, vel preces, merentur, & exaudiuntur. 276.1
Origenes quorum exemplo Philosophia studia est consectatus. 14.1
Origenes membra sibi amputauit. 42.2.
Ostendere quid sit, more Scripturae. 91.
Ostium gratiae, & remissionis peccatorum, quando clausum datur 351
Ostium praefectus vrbis Mediolanensis ad templum confugiens, inuenire non potuit. ibid.
Ouicula annicula immaculata quid significabat. 108.1
Ouium Christi, id est, electorum proprietates. 343.1

P.

cum Pagano qualiter agendum, vt conuertatur. 154.1
Panis benedicti vsus in aliquibus ecclesijs vnde ortus 82.1
Panes Propositionis quid ad ad literam. 109.2
Panes propositionis cur sic dicti: quo instrumento, & vbi coquerentur. ibid.
Panes Propositionis quare coram Domino proponerentur, & cur tantùm erant duodecim. ibid.
Panes Propositionis cur ad mensam quae erat ad latus Aquilonare, ponerentur, & in duobus ordinibus, seu lineis dispositi ibid.
Panes Propositionis, septem dies coram Domino manebant, à solisque Sacerdotibus edebantur. 110.1
Panes Propositionis à quibus solis manducarentur. ibid.
Panes hos an Achimelech Dauidi & pueris eius dederit ibid.
de Panibus Dauidi exhibitis historia latè describitur. ib.
Panis vitae quibus detur. 343.1
Panis à Mose datus è coelo Iudaeis, & panis Christi differentia. 146.2
panis Christi qualis sit. ibid.
panis triplex e Deo datus. ibid.
Panis vitae quid sit more Scripturae. 147.
Panis Christi cur viuus appelletur. 154.2
Panis datus turbis in monte, figura Eucharistiae. 169.1
Panis quotidianus, quem petimus in oratione Dominica, est Eucharistia 174.1. & 180.1
Panis rudis & vrius quid mysticè significent. 83.2
Papa cur dicatur Ecclesiae sponsus, si Christus eiusdem Ecclesiae sponsus est. 74.1
Paracleti Spiritus quanta vis. 36.2
Paracleti Spiritus secretissimus aduentus in baptizatum effectus. 37.2
Paralyticus quo festo sanatus fuit à Christo ad Piscinam. 108.2
Parentum honor praecipuus est, illis subuenire in necessitatibus. 234.1
Parentes quibus in rebus deferendi propter vinculum matrimonij 361.1
Paruuli qua lege teneantur sumere Eucharistiam. 200.1
Paruulis non est necessaria perceptio Eucharistiae, sed vtiliter Eucharistiae perceptio prodest. 103.1
Patrum quanta sit autoritas. 92.13.1
Patrum autoritatem quàm mirificè Scripturae commendent. 12.1
Pater aeternus ad quid Filium suum nobis dederit. 61.2
Patris aeterni erga mundum amor eleganti similitudine describitur. ibid.
Pater aeternus vt Filium suum diligat. 90.1
Pater aeternus qua ratione omnia quae ipse facit, demonstret Filio 90.2
Patris aeterni opera quae cum Filio communia. 91.1
Pater quos mortuos exsuscitet cum Filio. ibid.
Pater quid pro Filio suo zelet. 93.2
à Patre alia ratione Filius vitam habet, alia Spiritus sanctus. ibid.
Patris nomine quis veniat, & quis suo nomine. 103.2
Patris aeterni donum vt differat à dono Filij. 165. & seq.
B. Paulini Episcopi charitas insignis. 60.1
Patriae amor quantum valeat. ibid.
Peccatum ex malitia quotuplex, secundùm Scholasticos. pag. 121.1
Peccatum in Spiritum sanctum quod sit. ibid.
Peccatum in Spiritum sanctum, cur inexpiabile. 124.2
quae Peccata facilè apud Deum sint expiabilia. ibid.
Peccatorum remissio per quem detur. ibid.
Peccatum continuare, & in peccatum relabi, differunt. 140 & 141.
Peccata recidiua quantum noceant. ibid.
Peccata an operibus olim in gratia factis noceant, necne. ibid.
Peccata literarum commissa quàm facilè condonentur. ibid.
in Peccato relabentibus quaenam consideranda sunt. ibid.
an Peccata reuiuiscere dici queant. ibid.
Perfectum quid sit, & perfectio. 403.2
Periandri factum, quo Thrasibulum liberauit à rebellione suorum. 431.1
Pericles Oratorum cur omnium perfectissimus, Platonis testimonio. 1.1
Personarum diuinarum attributa quae. 40.2
Personarum diuinarum proprietates. 117.1
Pharisaei quales fuerint vt plurimum. 24.2.
Pharisaei non ijdem ac Iudaeorum Principes. 25.2
Pharisaeus quid significet. ibid.
Pharisaeorum & Scribarum insignis nequitia. 66.2
in Pharisaeis quid magis detestetur Christus 79.2
Pharisaei quales homines essent. 128.1
Pharisaeorum proprium, aliorum vitia cernere, obliuisci suorum 300

Phari

Pharisæos cur sæpe Christus indignos haberet suo responso. (27.2
Phegor mons quid significet. 119.1
Philosophicam qui penitus absoluerint. 1
Pilati exitus infelix. 22.
Pilatus post mortem Christi sibi mortem consciuit. 431.2
Plebeculæ ingenium. 106.2
Pœnam sensus ob personale, non ob originale delictum incurri. 79.
inter Pœnitentiam & baptisma quamuis intersit. 120.2
Poetarum testimonia quatenus vtilia sint ad fidem confirmandam. 14.2
Posse, vel non posse, variè in Scripturis accipiuntur. 89.
Potestatis ecclesiasticæ & secularis iura debent esse distincta. 486.1
Prædicatoribus quid opus, si homines per internam inspirationem à Deo vocantur. 152.2
Præteritum pro futuro accipere, mos est Prophetis. 53.2
Primogenitum nostrum quem Deo dare debeamus. 63.1
Principum malorum incommoda. 287.1
Principum negligentia quanta mala pariat. ibid.
Prophetæ multi fuerunt, qui licèt sibi essent mali, alijs autem fuerunt vtiles & salutares. 432.2
Prouidentiam diuinam negantes, viros probos esse non posse. 21.1 (Deo. 236.2
Psalmorum decantatio, etiamsi non intelligantur, placet
Pueri & infantes cuius baptismi participes esse nequeãt. 31.1.
Pueris sine baptismo decedentibus regni Dei introitus nullus esse potest. ibid. (125.2
Purgatorij veritas ex quo Scripturæ loco colligatur.
Purgatorij veritatem, vel inuitus, cõfessus est Lutherus.
Pygmæi vnde dicantur. 232.1. (ibid.

Q.

Quæstio inutilis silentio soluenda est. 143.2

R.

Raptores sacrarum virginum qua pœna puniendi. 391 2.
in Rationum vsu duplex declinandum extremum. 13.2
Ratione humana quæ res comprehendi nequeant. 16.2
Rationis humanæ quid proprium. 29.2
Redemptionis nostræ opus per crucem & mortem, commune est toti Trinitati pag. 162.1
Regeneratio quotuplex. 28.2
Regeneratio ex spiritu qualis sit, & eiusdẽ effectus. 45.2
ad Regenerationem spiritualem quid necessario requiratur. 46.1
Regeneratio hominis ex aqua & Spiritu sancto, quatenus terrena, & quatenus spiritualis sit. 50.2
Regenerationis spiritualis effectus admirabiles. ibid.
Regnum Dei quod sit. 27.2
Rhetoricam explicitæ manui similem dicebat Zeno. 2.1
Religionis Christianæ insigna. 24.2
Religionẽ citò ingredi præstat, paucas eleemosynas faciẽdo, quàm diu manẽdo in seculo, facere magnas. 405.2
Religiosi, qui veri, qui vani. 408.2
Religiosi hominis officia, ex Hieronymo. pag. 419.2
Renatus ex Spiritu, quid accipiat. 46.
de Renouatione spiritus & cordis quænam fuerint vati
Repudij libellus cur Iudæis permissus. 163.1 (cinia. 48.1
Resurrectionis nostræ duplex caussa Christus est. 6.1
Resurrectio mortuorum, Dei proprium opus est. 95.2
Resurrectio iudicij quid significet. 98.1
Reuiuiscentia mortuorum quæ sit. 140.1 (bant. 315.1
Romani, facti alibi ciues, ciuilitatem Romanam amitte
apud Romanos quis sit dies ac noctes computandi mod. 134.2.

S.

Saba Regina quænam fuerit, & quo nomine dicta. 137
Sabaa duplex, nomine & re diuersa. 137.1
in qua Sabaa regnaret Regina Saba. ibid.
Sabæi populi vbi habitent. ibid. 2.
in Sabbato cur frequenter Christus infirmos curaret. 85.2
Sabbatum cur Deus instituerit, sicut & Moses. ibid.
Sabbati obseruãtia verbo Memorãdi cur à Mose tradita.
circa Sabbatum quot modis errarent Iudæi. 86 2 (ibid.
Sabbatũ cur violari Dominus à discipulis pateretur. 106.1
Sabbatum secundo primum quid significet, & quale fuerit Sabbatum. ibid. & seq.
Sabbatum simpliciter cur omne festũ vocent Hebræi. ib.
Sabbati præceptum quod opus prohibebat pag. 111.2
Sabbati dominus cur dicatur Christus. 112.1
Sabbatum propter hominẽ factum fuisse, vnde constet. ib.
Sabellianorum confutatio circa quædam dogmata. 41.1
Sacerdotii veteris Iudaici potestas, & iurisdictio. 11.2
Sacramenta nouæ legis à sua institutione saluberrima fuere, etiam ante Christi mortem. 7.
Sacramentum à sacrificio quid differat. pag. 166.2
Sacræ scripturæ quis sit mos 16.1. & 36.2
Sacrarum scripturarum necessitas. 152.2
Sapientia diuinæ sententia. 3.1
Sapientia & os quibus data sunt, & eis nequiuerint aduersarij resistere. ibid.
Sata quid sint. 106.
Satanas tria significat. 119.1
Scandala passiua à nobis minimè curanda, actiua verò cauenda. 242.2
Scenopegia quid: & debet celebrari à Christianis. 262.
Scenopegia festi celebritas. 290.2
Scientiæ omnes bonæ & artes à Deo profectæ sunt. 23.2
Scriptorum humanorum multiplex defectus. 19.2
Scripturarum intelligentiæ optimus canon ab Augustino traditus. 8.1
in Scriptura sacra quæ oratio propriè accipiẽda est. 136.1
Sermo sapientiæ quam velox sit. 39.1
Serpentis ænei cum Christo serpente collatio. 56.1
Serpentis astutia. ibid.
Sex sunt peccati in Spiritum sanctum species. 123.1
Signa fidem non præstat, sed exigunt. 128.2
Signa petere ad credendum, quid sit. ibid.
Signa de cælo cur non faceret Dominus. 129.2
Signa cur facta fuerint ab initio in Ecclesia, non modò.
Simon Magus hæresum sator primus. 13.2 (131.1
Spirare quid sit. 40.1
Spiritus cur sit medium quiddam, teste Cyrillo. 39.2
Spiritus sanctus cùm inanimis sit, quid spirat. 40.1
Spiritus sanctus quid significet. ibid.
Spiritũ sanctũ qui blasphement, secundùm Basiliũ. 121.1
Spiritus sancti gratia & potentia quanta sit. 45.1
Spiritus sancti charismata quæ sint. 38.1
Superior quando culpæ subditorũ minimè sit expers. 111.1

T.

Talmudici libri à quibus Rabbinis conscripti; & eorum vanitas & leuitas. 102.2
Templum animæ nostræ per peccatum inquinatum, quomodò instaurandum. 340.1
Templum Ierosolymitanũ in magna veneratione hab. apud Gentiles 436.1
Tenebrarũ nomine quæ significentur in Scriptura. 309.2
Testimonij alicuius veritas quæ requirat. pag. 99.2
Testimonium ab hominibus quis accipiant. pag. 100.2
Testimoniũ Scripturarũ conformius quam figurarũ. 101.2
Theologiæ diuinæ triplex locorum genus deseruit. 7.2

Theodori-